





3-a-1-b



# ALPHONSI TOSTATI HISPANI.



## EPISCOPI AVLENSIS, PHILOSOPHI, THEOLOGI,


Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon  
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

### Commentaria in Quintam Partem MATTHÆI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.  
CVM INDICE COPIOSISSIMO.

### PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.

2 480 800 Scania MADE IN SWEDEN



*Por comisión de los señores  
Inquisidores de esta  
ciudad de Granada se expu-  
rgó este libro conforme al ex-  
pediente del año de 1632.  
en Granada 27 de Abril  
1632. M.º de med. v.º  
Consejo de la Inquisición  
para el expurgatorio año 1703  
precipit, vt omnes notas et cautio-  
nes, quas index expurgatorius  
año 1632 operibus Avulensis  
adhibuit, aboleantur. Granada  
die 16 Aprilis anni 1712*

VENETIIS. M D X C V I.


Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

33 34 35 31



3-a-1-C

# ALPHONSI TOSTATI HISPANI.



EPISCOPI ABVLENSIS,  
PHILOSOPHI, THEOLOGI,



Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon  
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Quintam Partem MATTHÆI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum  
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



*Por imitacion de los señores  
enquien se congrega este  
libro conforme a lo expur-  
gado el año de 1632.  
en Granada el 27 de Abril  
1632. P.º de mediano  
Consejo de la Inquisición  
para el Expurgatorio año 1701  
precipit, ut omnes notæ et cautio-  
nes, quas index Expurgatorius  
año 1632 operibus Alphonsi  
addiderit, abolerentur. Granada  
die 18 Aprilis anni 1712*

VENETIIS, M D X C V I.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

22





# ALPHONSI TOSTATI

Episcopi Abulensis

## COMMENTARIORVM IN MATTHAEVM PARS QVINTA.

CAPITVLVM XVIII. A *An ista sint continuata ad precedentia. Questio I.*

Mar. 9.  
Luc. 9.  
Infra 19.



**I**n illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas, maior est in regno celorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic est maior in regno caelorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.

Mar. 9.  
Luc. 17.

*In illa hora.* Descripta superius fundatione Ecclesie in fide, hic ponitur eius fundatio in operatione. Dirigitur autem operatio nostra per virtutem moralem: ideo ponuntur hic aliqua documenta Christi circa aliquas virtutes morales. Et quia virtutes non sunt eadem omnium hominum, sed secundum varios status competunt diuersae virtutes, sicut iuxta Aristo. non est eadem virtus boni viri, & boni ciuis: ita cum in Ecclesia sint tres status, scilicet, actiuorum, contemplatiuorum, & prelatorum, describuntur primo virtutes actiuorum, secundo contemplatiuorum sequenti capitulo, tertio virtutes prelatorum, infra 20. cap. Prima in duas, quia primo ponitur fundamentum virtutum: secundo edificium desuper constructum ibi. *Et qui susceperit.*

In Ecclesia tres status.

**Q**VAERETVR, an ista sint continuata ad precedentia. Aliqui dicunt, quod non: quia Mar. 9. cap. ponuntur ista: & tamen non ponuntur post precedentia, sed ambo ponuntur post illa, quae habentur supra de annunciatione mortis Christi: & tamen magis videtur standum ordini duorum, quam vnus. Dicendum, quod hic est ordo continuus necessarius, quia litera ostendit hoc. Nam dicitur in litera: In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum: ergo necesse est referri ad precedentia, scilicet, quod in illa hora, in qua facta sunt precedentia, facta sunt haec: ergo ordo est continuus, & etiam immediatus, scilicet, quod non interciderint inter ista, & precedentia aliqua, quae narrentur ab aliquo Euangelista. Quod autem dicitur de duobus Euangelistis contra vnum, non est argumentum. Si enim non apparet ex ratione literae aliquis ordo: magis presumetur pro ordine, quem ponunt duo Euangelistae, quam pro ordine, quem ponit vnus: & tamen si ex litera vnus ostendatur, quod ille voluerit designare, quod ille sit ordo, magis stabitur illi, quam tribus: eo quod ordo narrandi non innuit res tali ordine contigisse, quali narratur: sed quod omnia illa, quae narrantur acciderunt: & quia Mattheus ostendit hic in litera, quod fuerit iste ordo rerum gestarum, quem ipse tenet, cum dicit: In illa hora accesserunt: ergo tenendus est iste ordo, & non Marci, & Lucae. Amplius dicendum, quod non repugnat ordo Matthei ordini Lucae, & Marci, quia illi ponunt istud post denunciationem passionis Christi nullo interposito. Mattheus autem ponit etiam supra denunciationem passionis Christi: sed in hoc differt, quia ipse inter illa denunciationem, & hanc literam interposuit de solutione didrachmatis, quae illi non fecerunt: sed hoc non fuit quasi vellent illud ponere in aliis locis librorum suorum, sed quia simpliciter tacuerunt. Si autem alicubi ponere voluissent, posuissent hic tenentes eundem ordinem, quae Mattheus.

Et ita quantum ad ea, quæ expresserunt, tenuerunt eundem ordinem omnes tres, sed Matt. interposuit id quod addidit, quia ille fuit verus ordo gestarum rerum: & ita omnes tres concordant in ordine. Circa primum dicitur. *In illa hora.* Id est, in illo tempore, aut paulo post, quàm gesta sunt præcedentia, ut dictum est præcedenti quæstione. *Accesserunt discipuli ad Iesum.* Scilicet, omnes duodecim Apostoli, quia de alijs septuaginta duo, non est nunc sermo. *Dicentes, quis putas.* Interrogatio est, & accipitur quis putas, id est, quis, & non, ut aliqui insipienter legunt, quod sint duæ dictiones, & sit sensus: quis putas maior est? id est, quem de nobis putas maiorem esse? Nam hoc non quærent discipuli à Christo: erat enim insania, & essent valde reprehensibiles, quia crederent, quod Iesus nesciebat hoc determinare, sed quod coniecturare poterat, vel credere, & ita innuerent eum non esse Deum, quia nesciret omnia: & tamen ipse ostenderat immediatè ante contrarium reuelans Petro ea, quæ in corde habebat, scilicet, quod ille petere volebat de didrachmate, & etiam dixit ei illa, quæ absente eo gesta fuerunt. s. q. exactores petierant ab eo didrachma. Prædixit etiam futura contingentia. s. q. inueniretur stater in ore piscis primò ascendentis: per quæ sufficenter ostendebat se scire oia occulta tam præterita, & præsentia, quàm futura: præterita, ut petitionem exactorum: præsentia, ut cogitationem Petri, quando volebat loqui de didrachmate: futura, ut de pisce ascensuro. Non ergo loquerentur nunc discipuli sic. Secundò, quia si putarent ipsi, quod Christus nesciebat per certitudinem, sed credendo, nihil valeret sua diffinitio, & ita non curaret ipsi quæerere ab eo: ergo credebant, quod ipse certè illud sciebat. Tertiò, quia Christus redarguisset eos, si taliter ab eo peterent: & tamen non arguit. De hoc enim, quod vnus alteri se præponere volebat, arguit eos, monens ad oppositum. De hoc, quod aliquè defectu scientiæ posuerunt in eo non arguit eos: ergo non erant increpabiles, scilicet, quod non errauerant in hoc. Quartò, quia ipsi putabāt, quod in potestate Christi erat facere maiorem aliquem, vel minorem in regno cœlorum, sicut infra 30. petiuit mater filiorum Zebedæ, quod faceret Christus vnum filiorum suorum sedere ad dextram, & aliū ad sinistrā in regno suo, quod vocatur regnum cœlorum: ergo non putabant Christum dubitare quis esset maior: & ita non accipitur quis putas, ut sint duæ dictiones, sed vt fit vna dicitio. i. quis, sed illa est adiectio, vt quisnam, & quispiam, & quisquam. Hoc autem fit, quia quis teneri potest relatiuè, interrogatiuè, infinitè, & p. adiectiones istas determinatur ad vñ istorum modorum. Nam quis putas, & quisnam, solū tenentur interrogatiuè secundum conditionem dictionum, cum quibus componitur, quispiam & quisquam tenentur infinitè solū, & ita de alijs est: ideo hic, & vbi cūque debet accipi quis putas pro quis interrogatiuè. *Maior est.* Scilicet, de nobis. Nam non quærebant de alijs, cum ista quæstio oriatur ex contentione, quæ præcesserat inter eos. *In regno cœlorum.* Id est, in regno tuo, quod vocatur regnum cœlorum. i. quis nostrum maior erit in eo? *Et aduocans Iesum.* Id est, ad se vocans: erat enim non longè ab illis paruulus quidam, quem ad se vocauit Iesus, & posuit in medio eorum. *Paruulum.* Scilicet, ætate. *Statuit eum.* Id est, posuit. Et est, statuit, præteritum de Sisto, is: quod est præsentare, vt dicitur, iudicio Sisti, & Luc. 2. dicitur: *Vt sisterent eum domino, id est, præsentarent: & nō est præteritum de statuo, quod significat fundare, iuxta illud. i. Aeneidos: Vrbem, quā statuo vestra est. In medio eorum.* Scilicet, omnium duodecim, vt melius illū viderent. *Et dixit.* Dans nunc doctrinam postquam præsupposuerat sensibilem ostensionem ducendo pue-

rum in medio. *Amen dico.* Id est, in veritate, vel certè, aut securè: modus enim affirmandi est, & interdum iurandi. *Nisi conuersi fueritis.* Scilicet, ab elatione, quā tenetis. Est doctrina cum comminatione, qualem audire decebat viros rudes, qui non mouentur, nisi à forti impressione, id est, vos quæritis, quis vestrum maior est in regno cœlorum: ego autem dico vobis, quod nisi deposueritis hanc superbiam stultam: non solū non eritis ibi maiores, sed etiam neque intrabitis vnquam illuc. In quo ostendit, quod elati nimis erant. Et verum est, quia superbia erat putare se maiores in regno cœlorum. *Et efficiamini, sicut paruuli.* Scilicet, humilitate, & non ætate: quia hoc erat impossibile. Neque etiam in prudentia: quia hoc erat detestabile, sed quantum ad elationem, quia paruuli nullam habent: non enim cognoscunt quid sit honor, ideo magna non ambiunt, neque aliquem statum, aut honorem cupiunt, & hoc euenit eis propter conditionem ætatis, scilicet, ignorantiam. Hoc autem debet nobis inesse propter conditionem virtutis, quæ comprimat motū elationis. *Non intrabit in regnum cœlorum.* Id est, in vitam æternam, quæ est regnum cœlorū: eo q. sancti, qui sunt in vita æterna regnant: & tñ manent in cœlo: ideo regnum cœlorum dicitur, id est, q. i cœlo erit. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Multa enim sunt, in quibus paruulis similes esse debemus, & in omnibus illis Christus volebat nos imitari illos: præcipuum tamen in quo vult, quod eos imitemur, est humilitas: ideo dicit, quod humiliemur. *Sicut paruulus iste.* Qui nec se aliquid magnum existimat, aut magno honore dignū, sicut vos estimatis de vobis, neque aliquem honoris gradum ambit, sicut vos ad magna anhelatis, cū quisq. velit esse maior in regno cœlorum: velle enim facere opera, quibus mereatur quis effici in regno cœlorū maior virtutis est: velle tamen maiorem esse in regno cœlorum superbie est: ideo neque cum meritis, neq. sine meritis debet quis habere oculum ad hoc, vt sit maior in regno cœlorum, vel quod præcedat determinatè ad talem, vel talem: vt potè ad Agatham, vel Catherinam, aut Hieronymum. Respectus iste non ex charitate, sed ex tumore mentis nascitur. *Hic est maior.* Id est, erit maior, scilicet, per istam humilitatem merebitur fieri maior in regno cœlorum.

*Quomodo est verum, quod in illa hora accesserunt discipuli ad Christum. Quæstio II.*

**Q**VAERETVR circa hoc quod dicitur, in illa hora accesserunt: quomodo sit hoc verum. Dicendum, quod accipitur hora hic largè non prout est determinata pars p̄cili temporis: sed p. paruo tpe: & ita quæ eodem die gesta sunt, possunt dici facta eadē hora, & tamen pro p̄cili non est certum, an in eadem hora p̄cise acta fuerint: poterat. n. esse, q. in eadem hora, qua finitum est negocium didrachmatis, fuerit hoc. s. q. q. Petrus veniret de soluendo didrachma dando staterem pro se, & Christo præced. cap. p̄uenirent omnes discipuli ad Christum, & fuerit ibi ista collocutio. Nam oibus duodecim p̄sentib' factū est hoc, vt dicitur Mar. 9. Sed dicendum, q. Mat. omittit hic aliquid, narrans solū finem rei. Nam antequam accederent nunc discipuli ad Christum, fuerat inter eos disceptatio de maiortate. Et ista quæstio fuit inter eos in via absente Christo, id est, quia fortè præcedebat eos solus vadens, vel sequebatur. Et quando intrauerunt in Capharnaum, & fuerunt in domo, vocauit eos Christus, & dixit ea, quæ habentur hic: sic dicitur Mar. 9. & venerunt Capharnaum, qui cum domi essent interrogabat eos, quid in via tractabant, & illi tacebant: si quidem inter se in via disputauerant, quis esset illorum maior.

Est

In hoc sermo est mandatum auctoritatis opinionem sequitur.

Est autem dicendum, quod ordo istorum talis fuit, q. Christus erat in Galilæa dixit discipulis, quod moriturus esset, & resurrecturus præcedenti capitulo, & post hoc veniebat in Capharnaū, quæ etiam est ciuitas Galilææ, & dum esset in via antequam intraret in urbem, quærebant contendendo discipuli, quis eorum maior esset, cum autem intrarent per urbem Capharnaū antequam venirent in hospitium, occurrerunt eis collectores didrachmatis, qui tunc à casu per vicos discurrebant colligentes tributa, & accedentes ad Petrum dixerunt ei: magister vester non soluit didrachma, & cū intrasset domum, noluit loqui Christus de contentione, quæ fuerat in via, nè Petrus præoccuparet eum loquendo de didrachmate, cum potius ipse vellet præuenire Petrum: quia hoc erat cōueniens propter causas positas præcedenti capitulo, dixit de didrachmate rotum quod habetur præcedenti capitulo, & misit Petrum ad soluendum, & antequam ipse rediret, de solutione, nihil dictum est à Christo, sed cum venit Petrus proposuit Christus quæstionem, dicens: quid tractabatis in via? nam omnes duodecim simul erant, q. ista Christus dixit Mar. 9. c. & dixit q. d. inter vos tractabatis in via, & ita p̄tatio ista prius incipit, q. negociū didrachmatis: illud tñ prius fuit terminatū intercisā p̄tentione illa: ideo Mattheus posuit prius totam narrationem didrachmatis: deinde adiecit de contentione.

*Quomodo stat quod dicitur, quod discipuli accesserunt ad Christum, quia videtur contradictho in Euangelistis. Quæstio III.*

**Q**VAERETVR, quomodo stat quod dicitur, quod discipuli accesserunt ad Iesum: nam videtur non stare: non enim ipsi accesserunt, sed Christus eos vocauit: sic dicitur Mar. 9. & veniunt Capharnaū, qui cum domi essent interrogabat eos, quid in via tractabatis. Item videtur in oppositum etiam, quod non accesserint ipsi ad Christum querendo aliquid, sed potius Christus viderit cogitationes eorum, vt dicit Luc. 9. intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior videretur: at Iesus videns corda illorū apprehendit puerum, & statuit in medio. Dicendum, quod quantum ad veritatem sensus oēs tres Euangelistæ concordant, & tamen propter modum narrandi videtur varietas, & tamē veritas plana est iuxta narrationem Marci, qui nō habet aliquam suppletionem, & litera aliorum erit exponenda iuxta literam eius. Sic enim fuit, quod q. discipuli veniebant cū Christo, vt intrarent in Capharnaum, veniebat ipse seorsum, vel præcedens, vel subsequens: fortè enim orabat, & discipuli veniebant seorsum omnes duodecim, & ibi cepit inter eos cōtentio, quis istorum maior esset, & in hoc altercabantur, quouique introierunt Capharnaum, cum autem introierunt, occurrerūt in vico exactores didrachmatis Christo, & discipulis, & accedentes ad Petrum dixerunt ei: magister vester non soluit didrachma, & cū intraret in domum illico Christus ad Petrum locutus est de didrachmate, & fecit, quod solueretur stater, qui erat in ore piscis, vt dicitur præced. cap. cū autem Petrus venisset à soluendo, erat Christus in domo cū omnibus discipulis, & tunc conuocans eos, dixit: quid tractabatis inter vos in via? & ipsi erubuerunt dicere, & tunc Christus aduocans paruulū statuit in medio eorum, dicens: nisi conuersi fueritis, &c. Hæc enim litera sic planè tenenda est, quia ista est veritas historiae. Quod autem dicit hic Matth. quod accesserunt discipuli: in quo inuicem videtur, quod non vocati fuerint, sed ipsi venerint, dici potest vno modo, quod verum est, q. accesserint, non quidē, quod ipsi accedere vellent ad aliquid quærendum, sed quod Christus vocauit eos ad se, vt inter-

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

**A**rogaret ipsos, & tunc ipsi accesserunt vocati ab eo. Secundò potest dici, quod accesserunt nō quidem, quod ipsi accederent, sed quod cogitationes & discordiæ eorum accedebant ad Christum, quia ipse nouerat eas, & ista pulsabant eum, vt deberet vocare eos, nè ultra procederet in eis ista contentio. Tertiò potest dici, quod nullo mō accesserunt discipuli ad Christum, & tamen oportuit quod Matth. talem ordinem, & modum narrationis faceret: eo quod ipse voluit esse breuiloquius: nam cū Christus introducatur ponēs diffinitionem in ista contentione Apostolorum à Matth. necesse est, q. aut introducatur ipse vocans illos ad hoc, q. loquatur eis de hac re, aut ipsi accedentes ad eū, & proponentes quæstionem, vt habeat Christus in quo diffiniat. Si aut primū modum teneret Matth. necesse erat, q. enarraret contentionem, quæ fuit inter eos in via, & quomodo post introitum in Capharnaum ipse vocauerat eos, & dixit: quid inter vos tractabatis, ipsi verò tacerent, & Christus tunc introduceret paruulū, sicut enarrat Mar. Mat. tñ breuis esse vult: ideo, vt euitet totam enarrationē, introducit eos quærentes, vt statim ponatur determinatio Christi. Et non est in hoc contrarietas, quia intentio Euangelistarum est suam Christi fideliter ponere, & quia sententia Christi est, per quam deprimuntur illi ab elatione, siue introducatur ista per viam quæstionis Apostolorū, siue p. viam vocationis eorum factæ à Christo nō curant Euangelistæ, q. hoc nō facit aliquid ad rē: & tñ hoc est, q. breuius narrare vult, necesse est, q. teneat aliam viā introductionis materiæ, vt rem ipsam intelligibile reddat. Sic solitus est facere sapè Mat. pater. n. circa suscitationē filie principis synagoge: nam Mar. & Luc. referunt, q. antequam puella moreretur, venit pater ad Christū, dicens: Domine filia mea in extremis est: veni & pone manū tuā super eam, & Christus assentiens precibus eius ibat cū eo, & cū iret, superueniunt nuncii ad principem synagoge, dicens: filia tua mortua est, noli vexare illum, & Iesus ait: noli timere, crede nū & salua erit. Mar. 5. & Luc. 8. Sed Matth. dixit, q. princeps synagoge, dixit: Dñe filia mea modo defuncta est: veni & pone manū tuā super eam. supra 9. & tñ nō dixit sic pater puellæ: nam nō erat mortua, q. ipse venit ad Christum. Nam si mortua esset non venisset putans, q. non posset eam suscitare, sicut dixerunt superuenientes nuncii: puella mortua est, noli vexare illum: & tñ Mat. habuit necessariò dicere sic, quia ipse voluit enitare totam longitudinem narrationis, quō venerit pater puellæ ante mortem eius, & petiuit, quod Christus iret, & poneret manū suam super illam, & eo eunte, quod venerint nuncii, dicens eam esse mortuam, & quod non vexaret Iesum faciendo venire, & totam reliquam narrationē: volens incipere ab eo loco, ex quo puella mortua scitur, & quoniam precibus patris Christus introducitur faciens miraculum cum incipiat à puella iam mortua, necesse est, quod introducat patrem rogatē pro filia defuncta, & nominantem, & ita dixit: filia mea modo defuncta est, sic dicit August. lib. de Concor. Euange. ita in præsentia, quia voluit euitare longam narrationē, quam posuit Mar. incipit à medio: & ideo necesse fuit, quod introduceret discipulos accedentes ad Christum, cum non dixerit, quod ipse vocauerat illos. Et ista est vera causa. De vtraque tamen dicit Chryostomus concordando hæc, scilicet, Mattheus dicit, quod accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Non enim ab initio narrationem incipit, sed tacuit de intelligentia Saluatoris circa discipulorum cogitationes. Ponit aliam concordiam deinde, dicens: quamuis possit intelligi, quod ea, quæ seorsum cogitabant, adducebāt ad eum, id est, quia omnia ita erant ei nota, ac si ei dicta fuissent.

Ordo enarrandus in his, q. breuiter narranda sūt.

A 2 Quartò

Quartò aliqui dicunt, quod potest esse vtrumque; verum. s. discipuli Christi quiescerunt ab eo: Quis putas maior est in regno celorum? & hoc tacuit Matthæus, & tunc ponent omnia, quæ ponit Mar. s. in via penderant, & deinde in domo vocati sunt à Christo dicente: quod tractabatis in via? Et ipsi tunc quiescerunt à Christo, quis eorum maior esset in regno celorum, quod Matth. tacuit. Sed dicendum, quod non stat puenienter aliqua positio nisi tertia. De prima patet, quia dicebatur, quod ipsi accesserunt, non tãquã ipsi ad eum euntes, sed quasi ab eo vocati: sed tunc diceretur solũ, quod accesserunt, & non quod interrogauerunt: & tamen hic ponitur, quod interrogauerint. s. dicentes: Quis putas maior est in regno celorum? ergo non innuit Matth. quod accesserint quasi vocati: quia tunc audirent loquentẽ Christum, & nihil ipsi quiescerent, sed quod accesserint quasi venientes ad quarendũ ex intentione aliquid à Christo. Secunda positio non satis stat, quia multũ esset sensus extortus, quia dicerentur accessisse ad Christum dicentes hæc: quia hæc, quæ cogitabant nota erant Christo, ac si ipsi accedentes diceret ea illi: nam sic semper nos diceremur accedere ad Christũ: quia omni tẽpore cognoscebat eorum cogitationes. Quarta etiam positio non est satis pueniens, quia designatur, quod isti quiescerint hæc à Christo: & tamen Mar. 9. ostenditur, quod non solũ nihil quiescerint, sed etiam ipsi interrogati eubuerint respondere ad quæsita. s. & interrogabat eos quid in via tractabatis? & illi tacebãt, & tunc sequitur quod Christus eis tacentibus vocauerit paruulũ: ergo nõ est pcedendũ, quod aliquid quiescerint, sed Matt. introduxit sic volẽs enarrationẽ longã effugere, vt dictum est, quia non poterat aliter facere.

Sed obijcietur, quia tunc poneretur falsum ab euangelistis: si enim discipuli nihil quiescerunt à Christo, & Matth. dicit, quod quiescerint, falsum asserit. Dicendũ, quod voces designant verum, vel falsum, secundũ quod deseruiunt intellectui, & ita attendenda est intentio vtentium vocibus ad hoc, quod dicatur, quod falsum, aut verum dixerint: alioquin enim si rigor verborum attendatur, multa falsa essent, quæ non iudicantur falsa: sic enim dicimus: Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Et tñ neque aures neque oculi Deo sunt. Sed non est scriptura illa falsa, quã intentione loquentis est aliud designare, & ita circa euangelistas est. Veritas enim, & falsitas in illis attendenda est circa ea, quæ sunt de intentione eorum. Est autem intentio eorũ ostendere facta, & dicta Christi: & ideo si circa illa aliquis variaret ab altero in substantia facti, falsum esset in altero eorum: modi tñ introductionis ad enarrandum illud factum, vel sententiam Christi, non est de intentione euangelistarum: ideo est si circa illud vnus variat ab altero, nemo mentitur, quia licet consideratis rebus, quæ narrantur absolute falsum diceretur: tamen quia illa non sunt de intentione p̄cipua euangelistarum: non dicitur esse verum, vel falsum in variatione illa, ita vt aliquis narratorũ reprehensibilis sit. Sic patet i suscitatioe puellæ filiæ architynagogi, quia ibi intentio euangelistarum est ostendere, quod Christus suscitauerit puellam illam p̄cibus patris. Quod autem pater venerit ante mortem puellæ, vel post, vel p̄ talia, aut talia verba dixerit precando, non est de intentione principali Euangelistarum, & quod vnus sice narret, alius aliter non est discordare eos, vel mentiri. Etiam si alter eorum dixerit aliter, quã res se habuerit, quia dixit rem aliter, quã se habeat. s. rem, quæ non est de intentione referentis, & ideo non est error: & ita Matt. dixit ibi, quod pater puellæ dixerit: Domine filia mea modo defuncta est: veni & pone manum tuam super eam, vt salua sit: & ita dicit Aug. lib. de Concor. Euan. & si iste modus exponendi non accipitur, occurrent multæ difficultates, quas impossibile erit soluere.

**F** Qui erant isti discipuli, qui dicuntur nunc ad Christum accessisse. *Quaestio IIII.*

**Q**VAERETVR, qui erant isti discipuli, qui dicuntur nunc accessisse ad Christum. Aliqui putant, quod fuerint omnes discipuli sui: eo quod ponitur nomen discipulorum, quod est nomen generale. Pro quo sciendum, quod discipulus à discendo dicitur, & quia omnes, qui veniebant ad Christum, saltem vt manerent cum eo, veniebant ad discendum: dicuntur omnes discipuli, & ita à principio dicuntur, seu vocabantur omnes, qui cum Christo erant. Deinde autem voluit ipse specialiter separare duodecim ab alijs faciẽdo eos maioris dignitatis: & ideo dedit eis nomen speciale, vocãs eos Apostolos, Luc. 6. s. vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominauit: ceteri autem manẽtes vocati sunt discipuli. Et elegit Christus postea specialiter septuaginta duos, quos solũ nominauit discipulos. Luc. 10. cap. & manet ista habitudo, quod septuaginta duo semper vocantur discipuli, & non habent aliud nomen. Duodecim verò interdum vocantur Apostoli, & interdum discipuli, quia non perdidit nomen, neque conditionem discipulatus, licet fuerint facti Apostoli, & ideo quando vocantur absolute discipuli, est dubium, an intelligatur de solis septuaginta duobus, vel tã de septuaginta & duobus, quã de duodecim, vel de solis duodecim. Et ideo aliqui dicunt, quod intelligatur de omnibus tam Apostolis, quã de ceteris.

Dicendum tñ, quod de solis Apostolis intelligitur. Primò, quia conditio quæstionis eorum hoc indicat. Contendebant enim inter se, quis eorum maior esset, vel vt dicit hic Matth. aliud. s. quis maior esset in regno celorum. Et tamen ista contentio non poterat pertinere ad septuaginta duos discipulos, quia isti fuerant à Christo constituti in inferiori gradu, & constituerat duodecim maiores illis, quos Apostolos nominauit, & ita nullus de septuaginta & duobus poterat esse æqualis alicui Apostolo: ergo nõ esset ista quæstio inter omnes discipulos, sed necesse erat, quod esset inter solos Apostolos, quia de illis non fuerat aperte determinatũ quis maior esset. Secundò apparet, quia Mar. 9. aperte ponitur, quod soli duodecim vocati fuerint à Christo ad auferendum istam contentionem eorum, scilicet, & res idẽs vocauit duodecim, & ait illis. Siquis vult primus esse, &c. & tamẽ si alij septuaginta & duo contendissent in hoc, etiam vocasset eos ad increpandum, & erudiendum eos, ergo soli duodecim Apostoli contenderant de hoc.

*Quomodo insurrexit cogitatio, & contentio inter discipulos Christi de maioriãte. Quaest. V.*

**Q**VAERETVR, quomodo insurrexit cogitatio, & contentio inter discipulos Christi de maioriãte. Dicendum, quod aliquæ causæ extiterunt, ex quibus insurgere posset: & tñ illæ non incitauerunt, sed diabolus inuenta ista occasione, mouit corda eorum ad hanc contentionẽ: & maximẽ fit hoc circa viros bonos, vel q̄ aliquãlter p̄ficiunt in virtute: nam diabolus nititur deijcere eos ab illo bono, & primò tentat eos de cõioribus vitijis. s. carnalibus. Si autẽ cõtra illos impetus superauerint, tentat eos de inani gloria, & desiderio principatus. Sic dicit Cyrillus. Insuper diabolus multumodẽ diligentibus optinam vitam. Et si quidem p̄ carnales illecebras obfidere valeat alicuius mentẽ affectus voluptatis exacuit. Siquis autem hos effugerit laqueos, cupidinis gloriæ suscitatur passio. Est autẽ morbus inanis gloriæ p̄prius virorum bonorũ, vel qui in virtute crescit, quia in eis propriã materiam habet.

*Apostoli cur discipuli vocentur.*

*Quo diabolus viros bonos tentat.*

Nam mali non habent, de quo gloriantur, sed de quo erubescant: & ideo non vexat eos malum hoc: boni verò, qui virtutibus pollent, honore digni efficiuntur, ideo diabolus illis ingerit hoc desiderium habita occasione: namquam diabolus tentat, siue superet eum, siue ab eo superetur, rursus tentare nititur, si permittatur, & promptissimam tentandi occasionem inuenit. Nam si superas diabolus hominem in vitia deiecerit, ulterius ad desperationem tentat, quasi vitia euadere non possit. Si autẽ ab homine superetur, tentat eum de inani gloria, quia ex hoc, quod vitia superauit, honore dignus est: & quoniam in Apostolis carnalia vitia locum non habebãt, tentauit eos diabolus de desiderio maioritatis: hoc enim est vitium eorum, qui p̄geminant. Sic dicit Cyrillus: depascitur enim inanis gloriæ morbus, vt plurimum homines, qui p̄minent alijs, & credẽdum est tentante dæmone incepisse hanc contentionem, quia etiã ad cetera vitia Apostolos incitabat. Sic enim interdum incitabat eos ad timorem, & desperationẽ, & incredulitatem, vt fuit tempore passionis. Sicut dicitur Luc. 22. ait dominus Simoni: Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribaret, sicut triticum: ego autẽ rogauit pro te, nõ deficiat fides tua.

*An ista tentatio de maioriãte fuerit vnus, vel multorum Apostolorum. Quaestio VI.*

**Q**VAERETVR, an ista tentatio de maioriãte fuit vnus Apostoli, vel multorum. Dicendum putat aliqui, quod solũ fuit quorundam ista passio, vel vnus, de quo aliqui solũ Iudam culpant volunt, quia ille solus malus erat. Sic enim Christus ait Io. 6. ego elegi vos duodecim, & vnus ex vobis diabolus est. Et Io. 13. dicitur: Vos mundi estis, sed non omnes. Et vtrobique exprimit Euangelista, quod de Iuda illud dicebatur. Sed dicendum, quod hic fuerunt duo. s. contentio, & contentionis origo. Quantum ad contentionem dicendum, quod omnes peccauerunt, aut pluri eorũ contentio namq; vnus ad seipsum esse non potest. Item quia erat contentio de maioriãte: & tamen nemo est maior ad seipsum, sed ad alterũ, ideo iter multos erat. Item, quia Mar. 9. dicitur, quod Christus interrogabat illos, quid inter vos in via tractabatis. Et sequitur: Siquidẽ in via disputauerãt quis eorum esset maior: ergo oēs i hoc disputabant, & quantum ad hoc omnes peccauerunt, quia contendere de maioriãte vitium est. Et dato quod aliquis eorũ solus dedisset originem huic rei incipiendo quæstionẽ: ceteri debuissent illam euitare: & tñ immiscuerunt se in ea: ideo oēs contendebãt, & peccabant. De secundo posset dici, quod vnus tantũ p̄staret originem huic rei, quia licet non posset esse contentio in vnico, origo tamen contentionis poterat esse ex vnico. Et hunc volunt quidam esse Iudam, qui malus erat. Sed obijcietur, quia Luc. 9. dicitur: Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum esset maior: ergo non fuit cogitatio ista vnus tantũ, sed multorũ. Dicunt ad hoc quidam, quod vnus fuit, qui hoc cogitauit, & tractare incepit: & tamẽ ne Lucas videretur specialiter accusare vnũ, dixit generaliter, quod intrauit cogitatio i eos. Sic dicit Cyrillus: Passio inanis gloriæ inuasit quendam discipulorũ: improbabile autẽ puto oēs discipulos hanc ægitudinem incurrisse, sed vno eam passo, nõ crimen aliquod euangelista cõtra aliquem discipulorum machinari videretur, exprimit indeterminate dicens: intrauit cogitatio in eos. Sed dicendum, quod non cõstat an orta fuerit quæstio ex cogitatione vnus, vel multorum: & ideo teneri potest ad placitum: & tamen melius est accusare vnũ, quã multos: potissimẽ, quã de vno cõstat, quod est alijs malus, de ceteris verò non.

*Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.*

**A** Vnde fuit occasio, vt oriretur contentio ista inter discipulos. *Quaestio VII.*

**Q**VAERETVR, vnde fuit occasio, vt oriretur contentio ista inter Apostolos. Aliqui dicunt, quod fuit propter solutionem didrachmatis: nam cũ solueret Christus didrachma, Petrum solũ posuit, dicens: da eis pro me, & pro te, p̄cedenti capitulo: & inde putantes illi, quod Petrus ceteris p̄ferretur à Christo: contendere coeperunt. Sic dicit Hieron. quia discipuli viderant pro Petro, & pro Domino idẽ tributum redditum, ex æqualitate precij arbitrati sunt omnibus Apostolis Petrum esse p̄latum. Vnde passi sunt aliquid humanum, quod euangelista designat, dicens: in illa hora accesserunt, &c. Secundò dicitur, quod fuit propter curationem arrepticij, quem non potuerunt curare discipuli p̄cedenti capitulo: nam postea dixit illis Christus, quod propter incredulitatem suam factum fuerat: & tunc ipsi in alterutrum volebãt culpam projicere, quibusdam dicẽtibz non fuit propter culpam meam, sed tuam, & alijs cõtrario, & inde vctum est ad hoc, quod contenderetur de maioriãte. Sic dicit Theo. videtur autem hanc passionem ex hoc ortam fuisse, quia demoniacum curare non valuerunt: eis de hoc altercantibus: vnò dicente, quod non propter meam impotẽtiã, sed alterius curari non valuit, vt ex hoc accensa contentio fuerit, quis eorum maior esset. Tertio dicitur, quod fuit propter tres discipulos, qui ascenderant cũ Christo in monte, ceteris relictis, quando transfiguratus est, p̄cedenti capitulo: nam videbantur ceteris haberi in maiori honore. Quartò dicitur, quod fuit propter Petrum cui Christus dixerat, quod daret ei clauis regni celorum. Sic dicit Beda: Inde autem videtur orta disputatio discipulorum de primatu, quia viderãt Petrum, Iacobum, & Ioannem seorsum ductos in montem: secretumque eis aliquod esse creditum, sed & Petro secundũ Matthæum clauis regni celorum esse promissas.

Sed dicendum, quod prima causa non stat, quia secundũ illam necesse erit dici, quod contentio hæc orta fuerit in Capharnaum. Nam didrachma in Capharnaum petiitum est, & solutum, vt patet p̄cedenti capitulo: ergo ibi orta esset quæstio: & tamen constat, quod ante introitũ in Capharnaũ orta fuit contentio, dum discipuli venirent per viam ad intradũ in Capharnaum. Sic patet Mar. 9. s. Et venerunt Capharnaum: qui cũ domi esset, interrogabat eos, quid in via tractabatis: & illi tacebant, siquidem in via disputauerant, quis esset illorum maior. Et ita non potuit oriri hæc contentio ex solutione didrachmatis. Sic dicit Beda. Sed prudens lector hæc inter eos quæstionẽ et ante didrachma redditũ fuerit fuisse versatã, & sumit p̄bationem ex Marco, quam posuimus. De alijs causis potest aliquo modo dici, quod fuerint causæ, sed non habent oēs verisimilitudinẽ. De secunda earum. i. curatione arrepticij patet, quia licet posset accidentaliter insurgere ista quæstio: tñ non est satis verisimile, quia ibi nihil apparuit magnitudinis, propter quod de potestate arguendũ esset, sed potius fuit aliquid, vnde omnes erubescerent. Item & efficacius, quia tunc quæstio ista pertineret ad nouem tñ discipulos: nam soli ipsi fuerunt in curatione arrepticij: nõ tres fuerunt cũ dño in monte: ideo illi solũ disceptarent, ob cuius impotentiam euenerat, & sequenter quã maior esset: & tñ ista contentio fuit oĩum duodecim. Nam ipsos omnes Christus vocauit ad increpandũ, & emendandum de hac re, Mar. 9. ergo non orta fuit inde contentio. De tertia earũ. i. de ascensione trium cũ Christo in montem etiã non satis videtur, quia quantum ad hoc tres sunt æquales, & ita, vel nemo est maior oĩbus, vel tres sunt maiores, & capita simpliciter: & tñ quæstio fuit

*A 3 hic*



hic quasi de vno, qui simpliciter omnib' maior esset, sicut dicitur hic: Quisputas maior est, & Mar. 9. dicit: siquidem in via disputauerat, quis eorum maior esset, & Luc. 9. intravit cogitatio in eos, quis eorum maior esset. Ergo oportet assumi occasionem huius rei ex aliquo, in quo vnus videretur coeteris praeferr.

Dicendum ergo videretur, q' fuerit quarta istarum positionum. Equia Petro cotulerat Christus claves regni caelorum. supra 16. ibi enim Christus videtur honorasse Petrum ante ceteros, dicens eum soli beatum. f. beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus. Quod de alijs non dixit. Etiam singulariter ad eum dixit: Tu es Petrus, & sup hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Licet enim Ecclesia non edificata fuerit super Petrum: laus tamen erat Petro, quod super petram confessionis suae fundaretur. Etiam, quia dixit ei soli tunc: Tibi dabo claves regni caelorum, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis, quod sonabat in eo magna potesta tem, & ei soli pro tunc traditum videbatur: ideo non immerito ceteri poterat putare Petrum fuisse eis praelatum, & ita contenderet. Hoc etiam consonat verbis questionis huius, quia dicitur hic: Quisputas maior est in regno caelorum? & ibi Christus dixit: Tibi dabo claves regni caelorum, & per traditionem clauium caelorum videbatur ei concessa maioritas quadam in regno caelorum: ergo hoc verisimilius est, quam coetera.

Quare discipuli dixerunt Christo: Quisputas maior est in regno. Quaesio VII.

QVAERETVR, quomodo fiat, quod dicitur hic, quod discipuli dixerunt Christo: Quisputas maior est in regno, & quare hoc dixerunt. Dicunt quidam, quod dixerunt hoc Christo praerecundia: nam dolabant, quod Petrus fuisset eis prehonorus: & tñ erubuerunt dicere, quare magis honorasti Petrum, quam nos? & ideo dixerunt indeterminatè: Quisputas maior est? Sic dicit Hiero. verecundati siquidem passionem conserui quam passi sunt, non dicunt manifestè: Petrum cur phonorasti nobis? sed indeterminatè interrogant: Quis maior est? Quando autem tres prehonorus viderunt. f. Petrum, & Iacobum, & Ioannem in transfiguratione, nihil tale passi sunt, quando verò in vnum soli contulit honorem tunc doluerunt. Et ita Hiero. vult, quod contentio orta sit, eo q' viderint solutum didrachma equaliter, & simul pro Christo, & Petro, & ibi solus Petrus honoratus est, vt dicit supra q. 3. qñ viderunt tres simul honoratos, quia non constabat, què illorum phonorarent, non doluerunt, sed non fuit illa occasio contentionis, quia precessit contentio ad solutionem didrachmatis, vt ostensum est eadem quaest. Alij dicunt, q' discipuli dixerunt hoc Christo, non quidem exeuantes emulationem, quam contra aliquem vnum haberent, sed aliquid honestare volentes contentionem. Nam ipsi contenderant inter se, quis eorum maior esset, Mar. 9. & Luc. 9. & quia ista maioritas videbatur intelligi de terrena maioritate, erubuerunt dicere se pretendisse de hoc, & dixerunt: Quisputas maior est in regno caelorum? quasi hoc honestius esset, & de hoc contendissent. Dicendum, quod hoc non fiat, quia istud presupponit, quod discipuli responderint aliquid dicere Christo: quid est, quod in via tractabatis? sed non est verum, quia Mar. 9. dicitur, quod Christo dicente: quid est, quod in via tractabatis, illi tacebant: ergo nihil responderunt, & ita ponitur ibi. Siquidem inter se in via disputauerant, quis eorum maior esset: quasi ipsi nihil respondissent, & euangelista illud accipiat: ergo non est verum, quod dixerint: Quisputas maior est in regno caelorum. Dicendum ergo est, sicut

dictum est supra quaest. 3. quod discipuli nihil Christo dixerunt: Matthaeus tamen dixerat, quod dixerant: Quisputas maior est, &c. non quasi volens innuere, q' discipuli hoc dixerunt, sed volens introducere quaestionem istam decisam a Christo. Nam ipse volebat increpare eos de elatione, quia contendebant inter se, quis maior esset: ideo necesse fuit, quod fieret metio, quod ista quaestio fuisset inter eos. Hoc tamen variè introduxerunt euangelista, quia modus introducendi non est de substantia rei, vt dictum est supra quaest. 3. & ita Marcus introduxit referens simpliciter veritatè rei, scilicet, quod acciderit contentio ista inter discipulos, & Christo quaerente quid inter se tractassent, tacerunt praerecundia, & Christus increpuit eos proponens eis id, quod ipsi tractauerant de maioritate. Matthaeus autem introduxit quasi ipsi quaesuerint quis maior esset, vt haberetur mentio de quaestione, & sic videretur. At Iesus videns corda illorum apprehendit puerum, & statuit eum in medio. Ad veritatem tamen dicendum, quod nihil quaesierit discipuli, sed factum est, sicut Marcus illud narrat: & tamen in hoc Lucas magis concordat Marco, quam Mattheo, dicens, quod intravit cogitatio in eos, quis eorum maior esset. Et verum dicit, quia primò fuit cogitatio de hac maioritate in cordibus eorum: deinde fuit contentio vocalis, vt Marcus refert. Et tamen, vt breuius diceret, dixit solum, quod intravit cogitatio, & subicitur coetera: & ideo consequenter dicit, quod Iesus videns corda eorum statuit puerum secus se. Nam verum est, q' non vidit solum Iesus cogitationes eorum, sed etiam sciuit totam eorum contentionem, & quaesuit ab eis, quid inter se tractauerant in via. Sed hoc non dixit Lucas, neque dicere debuit, quia dixerat supra, quod intravit cogitatio in eos, ac si nihil aliud fuisset, nisi cogitatio, & quia cogitatio est actus cordis, conuenienter subiunxit Iesus videns corda illorum. Et si diceret, quod quaesuit ab eis, non conuenienter diceret, quia praesupposuerat quasi, quod solum fuerat cogitatio, & non aliqua contentio realis: ideo dixit, quod vidit corda illorum: & ita apparet, quod omnes tres Euangelistae concordant in ponendo redargutionem quadam factam discipulis a Christo: sed super modo introducendi contentionem, quae fuerat inter eos variant, quia modus introducendi non est secundum eos de substantia rei, quam narrare intendunt, & vnus introducit sic, alius sic: sed veritas rei gestae tam quantum ad rem narratam, quam quantum ad modum narrandi est quam Marcus expressit.

Quid Matthaeus per regnum caelorum intellexerit. Quaesio IX.

QVAERETVR, cum Matthaeus dicat hic: Quisputas maior est in regno caelorum: quid intellexit per regnum caelorum. Aliqui dicunt, quod solum significat maioritatem in terra: nam Matthaeus voluit ponere eandem contentionem, quam ponunt Lucas & Marcus: quia omnes eandem rem narrant: & tamen Marcus & Lucas de maioritate terrena loquuntur, dicentes, quod inter se disputauerant, quis esset illorum maior. Mar. 9. et Luc. 9. dicitur: Intravit cogitatio in eos, quis esset illorum maior: et non dicitur aliquid de regno caelorum, sed de maioritate simpliciter, quae videtur esse maioritas terrena. Sed obijcietur, quia dicitur hic: Quisputas maior est in regno caelorum? Ad hoc dicunt, q' accipitur multipliciter regnum Dei, vel regnum caelorum. siquinq, vel sex modis, vt dictum est supra 12. c. q. 65. et vno modo accipit per statum noui testamenti: et ita quaerant hic de maioritate, q' est in nouo testamto, et illa est maioritas in terra, Sed

In dei tanquam communi conceptione habebant q' Messias regnaret esset temporaliter.

Quid requiritur ad hoc, quod sit quis maior in vita aeterna.

Sed obijcietur, quod debeat necessariò intelligi de vita aeterna: nam dicitur supra in litera, nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum: & tamen non potest ibi accipi pro statu noui testamenti, quia in illud intrant omnes tam humiles, quam superbi. Item dicit Hiero. super illo verbo: tu autem considera primum, quod nihil eorum, quae sunt in terris, quaerunt: deinde, quod postea hanc passionem deposuerunt. Nos autem neque ad defectus eorum attingere possumus, neque enim quaerimus quis maior est in regno caelorum, sed quis maior est in regno terrae: ergo de regno caelorum intelligenda est litera. Dicendum, quod litera Matthaei necessariò intelligitur de regno caelorum. i. de vita aeterna, & tñ contentio, q' fuit de maioritate inter Apost. fuit de aliqua maioritate, q' putabant hic in terra se obtenturos, & est in hoc cauta interrogatio. f. quia aliter discipuli interrogabant, & aliter Christus respondebat, & non iuxta illud, q' ipsi petebant. Et ratio varietatis est, quia discipuli nesciebant qd peterent. infra 20. Nescitis quid petatis. Christus autem sciebat quid illis opus esset, & quid peturi essent, si veritatè reru cognoscerent: ideo respondebat eis iuxta illud, & non iuxta id, quod ipsi petebant. Discipuli. n. cũ manerent in familia Christi, non petebant aliam magnitudinē, nisi q' hñe possent manentes cũ eo, quia non putabant alibi se futuros maiores, q' cũ eo manentes: errabant tñ, q' putabant, q' status magnus Christi futurus esset in terra, & consequenter status ipsorum: nā Iesum Messiam credebant, & virtus credebant Iudei tanq' eodem conceptionem habentes, q' Messias regnaturus esset temporaliter, saltem quantum ad vulgus, & q' nunq' moriturus esset: ideo qñ Christus significauit se moriturum, admirati sunt Iudei: lo. 12. dicit: Respondit ei turba, nos audiuimus ex lege, q' Christus manet in aeternum, & quō tu dicis, q' oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? & ita cupiebat discipuli Christi habere statum aliquem magnum hic temporaliter: & ideo contēdebant quis eorum habiturus esset istum statum maiorem hic apud Christum: & quia ista maioritas futura esset temporalis, & in terra, contēdebant simpliciter, quis maior esset, & non dicebant an in terra, vel in regno caelorum: Christus aut sciebat, q' nullam talem temporalem magnitudinē qualem ipsi putabant habituri erant, aliq' tñ habituri erant: ideo respondet eis de illa, vt non pletat errori eorum: & apparet, q' sic debeant accipi diuersimodè contentio Apostoloru, & responsio Christi: nam Mar. 9. dicit, q' Christus dixit: quid in via tractabatis? & sequitur: siquidem inter se in via disputauerat, quis esset illorum maior: responsio tñ Christi ibi non potest accipi de maioritate, q' est hic, sed de maioritate, q' est in caelo: nam ait: Siquis vult primus esse, erit oīum nouissimus, & oīum minister: & tñ qui maior est temporaliter non est nouissimus, neque minister, sed dñs: & ita et in nouo testamto in Ecclesia sunt maiores ipsi, qui praesunt, etiā si sint minoris meriti: & tñ illi non sunt nouissimi, neq; ministri, sed dñi & principes: sed intelligitur de maioritate vite aeternae, quia ad hoc, q' quis sit maior in vita aeterna, debet esse maior in virtute, & qui maior est in virtute, est minimus oīum p humilitatē & patientiam. Sic et dicit Luc. 9. intravit cogitatio in eos quis eorum esset maior, quod intelligit de maioritate, q' hoies habent hic, cũ dicat absolute, q's eorū esset maior: & tñ Christus respondit: Qui minor est inter oēs vos, hic maior est, & tñ minoritas nō facit maioritatē, nisi maioritatē vite aeternae: & ita apparet, q' de alia maioritate contēdebant Apostoli, & de alia Christus respondebat eis: Matthaeus aut, quia non introducebat ista quaest. factā ab Apostolis, quasi ab eis facta eēt, sed vt haberet occasio ad responsionem Christi, & ille loquitur de maioritate regni caelorum: ideo posuit quaest. quasi esset facta de maioritate. Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Arbitrare regni caelorum. f. Quisputas maior est in regno caelorum? Quod aut Christus soleat interdū respondere aliter discipulis, q' ipsi petant, patet, quia Act. 1. c. dicit, q' volente Christo ascendere in caelum, dixerunt quidam de altantibus: Domine si in tpe hoc restitues regnum Israel: & manifestè apparet, q' intelligebant de restitutione temporalis. f. si reduceret oēs tribus Israel ad terrā suā, colligens oēm dispersionē, & constituens regnum tpale sup eos. Hoc. n. erat restituere regnum. i. reddere illud, sicut prius erat. Nam tpe Dauid & Salomonis erat regnum Iudeorū vnicū, & florentissimū existentibus oībus Iudeis in eadē regione: & non loquebant de restitutione spiritali, quā illā fecerat Christus moriendo p nobis: nam tūc redemit nos in sanguine suo, & fecit nos Deo nro regnū. Apo. 5. ca. Christus aut trādit de spiritali restitutione, vel vt verus dicat de collatione noui regni, qd nunq' datum fuerat, dicens: Non est vrm nosse tpa & momenta, quae pater posuit in potestate sua, in quo manifestum est, q' non loquitur de restitutione tpali, de qua Iudei locuti fuerat, quia illa nunq' facta est, neq; est aliqñ futura, & tñ ipse innuit, q' id, de quo loquitur aliqñ futurū est, & tñ tps eius est ignotū hoībus, sed soli Deo est certū. Non est vrm nosse tpa & momenta. i. illa tpa, & momenta, in quibus fiet ea, q' ego dico: loquitur aut de regno Israel nouo, qd nunq' fuit: quod tñ dabitur generaliter oībus bonis in die iudicij: & dies ille, vel momentū apud homines ignoratur, quia pater. i. deitas beata posuit hanc in sua potestate. i. sibi soli scienda seruauit. Sic dicit infra 24. & Mar. 13. f. De die aut illa nemo scit, neq; angeli caelorum, neq; filius hoīs, sed tñ pater. Et ita apparet, q' Christus respondet interdū discipulis, & nō de eadē re, de qua illi quaerunt, & hoc quia illi non intelligunt quid petunt. infra 20. nam ibi ita putabant duo discipuli. i. Ioan. & Iacob? futurū esse regnum Christi hic, & ideo petierunt, vt vnus sederet ad dexteram, & alius ad sinistram Christi in regno suo, & Christus ait: nescitis quid petatis.

Quare Christus statim voluit arguere discipulos de illa contentione inter se habita. Quaes. X.

QVAERETVR, quare Christus statim voluit arguere discipulos de contentione illa. Dicendum, q' hoc fuit primò, vt non cresceret ulterius hoc malū: nam contentio incipit paulatim, & si non extinguitur subito, peruenietur ad graua peccata. i. contumelias, lites, & verbera, & homicidia. Et quia nunc veniente Christo in Capharnaum ceperat ista contentio in via, voluit quādo venit in Capharnaum statim illā sopire. Secundò, quia facilius erat inchoantem contentionē aufere, quam iam firmatam & inneteratam, & posita acceptas vtrinq; contumelias. De hoc dicit Cyprianus: Dominus aut, qui nouit saluos facere, videns in petentē discipulorum super hoc cogitationem exorta, velut quandam amaritudinis radicem, priusquam augmentum susciperet, radicis eam euellit: cum inchoant passiones in nobis facile deueniunt, quae auctae difficilē sunt mobiles. Tertiò fuit ad ostendendum, quod nouerat secreta cordium, & ea, q' ipsi abiente fiebant. Quod voluit ostendere praecedenti capitulo, ad pbandum, quod filius Dei erat, & liber ab omni tributo: & ad hoc ibi aperuit ea, quae Petrus in corde gerebat, cũ praecupauerat loqui ea, quae Petrus dicere volebat: & dixit ea, quae abiente eo dixerant collectores didrachmatis. Nunc ad confirmandum hoc addidit aliud, scilicet, quia dixerat ea, quae absente eo dixerant discipuli in via contententes, & ita non debuit differre dicere hoc, vt haec simul dicit facerent ad probationem euidentem rei, quod nō fieret si aliquando tempore post hoc diceret: ideo omnia dixit in Capharnaum, & noluit differre ad alia tempora.

Quis erat puer iste, quem in medio Iesus statuit. *Questio XI.*

**Q**VAERETVR, quis erat iste puer, quem Iesus statuit in medio. Aliqui dicunt, qd fuit ipsemet, qui vocatur puer propter puritatem, quia ab omnibus passionibus liber erat, sicut puer. Sic dicit Chry. Mibi videtur valde paruulum in medio statuere a passionibus omnibus erutum: & specialiter vocatur paruulus propter humilitatem. Sic dicit Hiero. f. vel certe paruulum statuit in medio eorum seipsum, qui non ministrari venerat, sed ministrare, vt eis humilitatis tribueret exemplum. Alij dicunt, quod vocatur paruulus Spiritus Sanctus, quem posuit in medio eorum. i. in cordibus Apostolorum. Sic dicit Hiero. Alij paruulum interpretantur Spiritum Sanctum, quem posuit in cordibus discipulorum, vt superbiam humilitate mutaret. Sed dicendum, quod non ita prima positio. Primo, quia dicitur supra in litera, & aduocans Iesus paruulum: & tamen seipsum vocare non poterat, sed alium. ergo debet puerum illum distinctum esse ab eo. Secundo, quia dicitur, quod statuit eum, id est, posuit in medio illorum, quod ad seipsum non pertinet, sed distinctionem significat. Tertio patet, quia Mar. 9. dicitur: Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum, sed seipsum non poterat accipere: ergo non erat ipse, qd puer dicitur. Quarto, quia dicitur. eod. cap. quem cum complexus esset, ait &c. & tamen non poterat Christus amplecti seipsum: ergo puer ille, quem amplectebatur al. erat a seipso. Quinto, quia dicitur Luc. 9. Apprehendens puerum, statuit illum penes se, & tamen ipse non poterat esse iuxta seipsum: ergo ille puer alius erat ab eo. Sexto, quia dicitur. eodem capitulo, quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: ergo distinctus ab eo.

Secunda etiam positio non stat: nam dicere paruulum Spiritum Sanctum, nulla ratio suadet: dicere autem Christum paruulum satis est verisimile, quia exinanuit semetipsum formam serui accipiens. ad Phi. 2. & factus est obediens patri vsque ad mortem. eodem capitulo. At Spiritus Sanctus non accepit humiliatiorem aliquam, sicut nec pater: ergo sicut nemo vocat patrem paruulum, ita neque Spiritum Sanctum vocare poterat. Secundo, quia non conuenit litera. Primo, quia dicitur, quod aduocauit eum, & posuit in medio: & tamen Spiritus Sanctus non poterat vocari, & poni in medio. Secundo, quia dicitur Mar. 9. accipiens puerum: & tamen non poterat accipere Spiritum Sanctum, quia ista fuit acceptio manualis, quod magis videtur Luc. 9. f. Apprehendens puerum: & tamen Spiritus Sanctus manualiter non tangitur, quia neque corpus est, neque corpus assumpsit: ideo non est ipse paruulus. Tertio, quia dicitur Mar. 9. quem cum complexus esset: & tamen nemo potest complecti Spiritum Sanctum, quia non est corporeus. Quarto, quia dicitur Luc. 9. statuit illum penes se, & tamen Spiritus Sanctus non est iuxta aliquem, quia hoc pertinet ad corpora, quae determinat sibi distinctos situs. Etia, quia Spiritus Sanctus non est iuxta aliquid, sed replet omnia, Sapient. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Quinto, quia non conuenit litera: nam dicitur: Quicumque recipit puerum istum, & ita ostendebat illum: & tamen Spiritus Sanctus infunditur cordibus nostris, & non videtur: ideo non erat ille, de quo loquebatur. Sexto, quia dicitur: Qui susceperit puerum istum in nomine meo, me suscipiet. in quo signat, quod puer ille minor erat eo, cum in nomine eius, id est, propter eum suscipi debet: & tamen Spiritus Sanctus non est minor filio. Nam si Christus accipitur solum quantum ad naturam diuinam, sunt aequales filius, & Spiritus

Sanctus: si autem quantum ad naturam humanam, sicut est Christus minor patre Ioan. 14. ita & est minor Spiritu Sancto, cum pater, & Spiritus Sanctus per omnia sint aequales. Septimo, quia discordat a litera. Nam dicitur supra, quod Christus accepit paruulum, & statuit in medio: & tunc dixit, nisi conuersi fueritis, &c. & ita dedit eis doctrinam, quod conuerterentur postquam posuit paruulum in medio eorum: & tamen si ponere paruulum sit Spiritum sanctum ponere in cordibus discipulorum, non indigerent postea conuersione: quia hoc ipso, quod Spiritus Sanctus esset in cordibus eorum essent rectificati, ita quod non indigerent conuersione aliqua, sed iam essent conuersi: ergo non erat Spiritus Sanctus. Octauo, quia dicitur in litera: Quicumque humiliauerit se, sicut paruulus iste: & tamen Spiritus Sanctus non se humiliat ad aliquid: quia humiliatio est in natura assumpta, quod ad solū Christum pertinet. Quod autem Chry. & Hiero. posuerunt intelligi de ipso Christo, vel de Spiritu Sancto, Dicendum, quod ipsi referunt diuersorum opiniones, & non immanent eis. Quod manifestè apparèt quantum ad Hiero. qui ponit Christum esse paruulum istum, & deinde ponit spiritum sanctum, & tamen non potest stare vtraque positio, quia aduersantur. Etiam, quia dicit: Alij paruulum interpretantur.

Dicendum ergo, quod iste paruulus fuit aliquis puer, qui erat in domo illa, in qua Christus loquebatur hæc cum discipulis in Capharnaum, & vocauit illum, & posuit in medio discipulorum. Et apparet hoc, quia Matthæus vocat eum hic paruulum. Marcus autem, & Lucas vocant eum puerum. De isto paruulo dicitur aliqui, quod fuit Martialis, qui fuit postea discipulus Beati Petri, & missus ab eo in Galliam prædicauit Lemonicensibus, & factus est Episcopus eorum, vt dicit Historia Scholastica, & Nicolaus, & Bernardus in Glo. pœultima in capitulo vñico de lacra vñctione. Sed de hoc non constat, quod fuerit, ideo liberum est opinari: dum tamè dicatur, quod verè fuerit aliquis puer iste, de quo hic dicitur.

Quare Christus vocauit istum paruulum, & posuit in medio Apostolorum. *Quest. XII.*

**Q**VAERETVR, quare Christus vocauit istum paruulum, & posuit in medio Apostolorum. Dicendum, quod fuit propter Apostolos, quibus loquebatur: nam volebat eos nunc erudire, ideo eo modo fecit, quo conuenientius erudirentur, quod fieret præfente paruulo. Sic dicit Cyrillus, scilicet, quod autem paruulum assumpsit, & posuit eum penes se, agebatur causa vtilitatis Apostolorum & nostri: vtilitas autem erat, quia Christus volebat instruere Apostolos circa humilitatem, & depositionem elationis, vt patet in litera: sed circa hoc magis erudirentur exemplo sensibili, quam sola doctrina verbali, quia magis certificantur oculis subiiciuntur, quam quæ auribus percipiuntur: ideo paruulum accipiens in medio posuit, vt eum cuncti præfentialius conspicerent: docti autem, vel doctrinæ assueti verbis erudiuntur: rudes verò sensibili exemplo ad intelligendum manu ducuntur: tales enim erant Apostoli, vt dixit Christus supra decimo quinquagesimo: adhuc vos sine intellectu estis, & Io. 12. adhuc modicum lumen in vobis est: ideo exemplo sensibili erudiendi eos decuit, & ob hoc, quia Iudæi erant rudes, vt communiter docebat eos Deus per sensibilia exempla, vt patet Esa. 20. quando fecit, quod Esaias ambularet nudus, & discalciatus tribus diebus, dicens, quod per hoc significabatur captiuitas triu annorum, scilicet, sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus, & discalciatus, triu annorum signum, & portetum erit super Aegy-

Rudes sensibili exemplo ad intelligendum manu ducuntur: tales enim erant Apostoli, vt dixit Christus supra decimo quinquagesimo: adhuc vos sine intellectu estis, & Io. 12. adhuc modicum lumen in vobis est: ideo exemplo sensibili erudiendi eos decuit, & ob hoc, quia Iudæi erant rudes, vt communiter docebat eos Deus per sensibilia exempla, vt patet Esa. 20. quando fecit, quod Esaias ambularet nudus, & discalciatus tribus diebus, dicens, quod per hoc significabatur captiuitas triu annorum, scilicet, sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus, & discalciatus, triu annorum signum, & portetum erit super Aegy-

gyptum, & super Aethiopiam: sic minabit rex Aethiopia: Sic etiam Ieremiam erudiebat dominus per virgam vigilantem, & ollam cuius ebullitiones erant ab Aquilone, Ierem. 1. & per lumbare positum apud Iordanem, Ierem. 13. & per catenas, quas portabat in collo Ieremias prænuñciabat gētibz captiuitatem, quibus catenas mittebat. Ierem. 27. & in multis alijs. Ipsi quoque falsi prophetae hunc modum sequebantur: vt fuit Sedecias filius Chanaana, qui volens prædicere Ramoth Galaad capiendam a rege Achab, fecit sibi cornua ferrea dicens: in his ventilabis Syriam. 3. Reg. 22. & 2. Paralip. 18. Sic etiam Ananias propheta falsus, qui contra Ieremias prænuñciabat. Nam abstulit catenam de collo Ieremias, & confregit eam, dicens: Hæc dicit dominus: sic confringam iugum Nabucho donosor regis Babylonis de collo omnium gentium post duos annos: & tamen hoc falsum erat, Ierem. 26. ca. Mansit ergo aliqua sensibilis ostensio tempore Christi quia ipse utebatur interdum in erudiendo Apostolos, quia adhuc rudes erant.

Quare Christus potius puerum, quam virum vocauit ad ostensionem sensibilem in doctrina sua. *Quest. XIII.*

**Q**VAERETVR, cum Christus vellet vocare aliquem ad ostensionem sensibilem doctrinæ suæ: quare potius puerum, quam virum vocauit. Dicunt aliqui, quod hoc fuit, quia Christus gaudebat videre paruulos, & applicare illos ad se: sic patet sequenti cap. cum discipuli prohibebant accedere ad Christum paruulos, & ille ait: sinite paruulos venire ad me. Dicendum, quod hoc non stat: quia Christus non faciebat aliquid sine causa, cum esset in omnibus ordinatissimus, & non diligit potius paruulos, quam adultos. nam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqua est ei cura de omnibus: Sap. 12. imò cæteris paribus potius deberet diligere viros, & adultos, quam paruulos. Nam sicut magis diligit hominem, quam pecus, quia maiorem gradum bonitatis homini contulit: ita cum plura contulerit beneficia adultis, quam paruulis, cæteris paribus, & vt communiter: potius dēret diligere adultos. Sed dicendum, qd ideo vocauit paruulum, & non adultum, quia instruere volebat discipulos circa humilitatem: cui magis conueniebat paruulus, quam vir, qui non extollitur, non ambit honores, non contendit de principatu. Sic dicit Chry. Etenim a vanagloria, & inuidia paruulus mundus exiit, & a concupiscendo primatum, & non solum quantum ad humilitatem, sed etiam quantum ad totius vitæ munditiam exemplum in paruulo ostendi conuenienter poterat. A cæteris. n. quibus viri, & oēs adulti implicari solent, paruuli immunes sunt. Sic dicit Hieron. sicut iste paruulus cuius vobis exemplum tribuo, non perseuerat in iracundia: læsus non meminit: videns pulchram mulierem non delectatur: non aliud cogitat, & aliud loquitur: sic & vos nisi talem habueritis innocentiam, & animi puritatem, regna coelorum non poteritis intrare. Sic etiā dicit Cyrillus: Puer sinceram gerit mentem, immaculatum cor, & manet in simplicitate cogitationum: non ambit honorem, nec nouit cuiusvis prærogatiuæ modum, nec refugit videri in minus se habere: multam gerit serenitatem in mente, & corde. Puerum ergo debuit accipere, & non adultum. Sed obijcietur, quod etiam in pueris peccata ista sint, & ideo non debuit paruulum ostendi potius, quam vir: nam videtur, qd omnia peccata præter ea, quæ membris genitalibus admittuntur, sunt in pueris, vt furta, periuria, mendacia, & similia, vt patet, de extra delictis puerorum c. pueris. Di-

Hom. 59. in Matth.

dicendum, qd illud verum est de pueris grandiusculis, vt quia iam sunt ad duodecimum annum, & ultra, & ita dicitur ibi, quod pueris grandiusculis peccatum aliqui attribui nolunt, & illorum opinio redarguitur ibi: pueri tamen paruuli, vt septenni, vel minores, quos potius infantes, quam pueros dicimus, a peccatis omnibus immunes sunt, & talis erat puer, quem Christus accepit, & immitandum tradidit discipulis. Et ita licet aliquando iste vocetur puer, vt Mar. 9. & Luca 9. eo modo quo omnes pusillos pueros vocamus, tamen accipiendum est, quod erat paruus puer, & ita Matthæus semper vocat eum paruulum, scilicet, & vocans Iesus paruulum. Et iterum: Et efficiamini sicut paruuli.

Quare Christus dixit: Efficiamini sicut paruuli. *Quest. XIII.*

**Q**VAERETVR, quare Christus dixit: Efficiamini sicut paruuli. Dicendum, qd non intelligitur hoc quantum ad ætatem: impossibile est enim senem effici ætate paruulum: licet corporis habitudine, & qualitate Deus eum puerum efficere possit: annos tamen elapsos non pertransisse impossibile est. 6. Ethic. nec etiam aliquis sic intelligere deberet: nā redarguit Christus Nicodemum sic intelligentem: cum ille dixisset, qd oportet hominem renasci denuo, & Nicodemus ait, qd non potest senex introire in ventrem matris suæ, & denuo nasci. Ioan. 3. Christus autem dixit aliter accipiendum, & ita hic: potissime, quia Christus non dixit, efficiamini paruuli: sed efficiamini sicut paruuli. Dicendum etiam, qd non admonet omnino esse, sicut paruuli sunt, sed solum quantum ad aliquid. Nam paruuli imprudentes sunt secundum ætatem, & etiam adolecentes. 1. & 6. Ethic. nos autem admoneamur prudentes esse. supra 10. cap. estote prudentes, sicut serpentes. Etiam paruuli facilliter credunt, & cito ab opinione trahuntur, quod magnæ imperfectionis est, quantum ad eos, qui in fide radicati manere debent, & non trahi ad aliquam aliam doctrinam. Ad Ephe. 4. vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ. Sed accipiendum est de innocentia puerorum, quia vita immaculata est puerorum. Sic imitabimur viros, & paruulos. Viros quidem quantum ad perfectiones, quæ veniunt per ætatem, vt esse prudentem, & firmum in proposito. Paruulos verò imitabimur quantum ad perfectiones, quæ non consequuntur ætatem adultam, sed potius tolluntur adueniente ætate per accidens, vt est munditia mentis, & innocentia. Sic dicit Apostolus: malitia paruuli estote, sensibus verò perfecti. Sciendum etiā, quod licet admoneamur habere innocentiam puerorum: non tamen eo modo, quo pueri illam habent: nam pueri illam habent imperfectione naturæ: nos verò habere debemus rationis rectitudine, pueri. n. non ambiunt honores, quia illos non nouerunt esse bonum aliquod. Læsi non perseverant in ira, quia elabitur eis æstimatio offensæ, & ita de cæteris. Nos verò honorem ideo concupiscere debemus, quia alia maiora bona agnoscimus, in quibus felicitas reponitur, & ita de cæteris. Sic dicit Hieron. Non præcipitur Apostolis, vt ætatem habeant paruulorum: sed innocentiam: vt quod illi per annos possident, hi possideant per industriam: vt malitia non sapientia paruuli sint. & ita exponitur: nisi conuersi fueritis ab hac elatione, & indignatione in qua modo estis, & efficiamini, scilicet, ita innocentes, & humiles per virtutem, sicut paruuli sunt per ætatem: non intrabitis in regnum celorum.

In quo homo debet iuxta Christi doctrinam paruulos imitari.

Quando



Quando Christus dixit: Nisi efficiamini sicut paruuli, &c. an intellexerit de sola humilitate, vel de alijs virtutibus. Quæst. XV.

QVAERETVR, quare Christus dixit: Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum, quod videtur specialiter pertinere ad humilitatem, & an soli humilitati competat hoc, vel sit idẽ in alijs. Dicit potest vno modo, qd non dicitur hoc de sola humilitate, sed de omni virtute, vel saltem de exclusione omnium vitiorum, quæ repugnant omnibus virtutibus: nam non deducitur paruulus in medium propter solam humilitatem, sed propter innocentiam, quæ paruulis, idest, infantibus connata est, quando paruuli sunt non effecti grandiusculi: innocentia autem negat omne vitium. Tales autem sunt, qui regnum celorum possidebunt: nemo enim potest habens vitium aliquid intrare in regnum celorum, & ideo quicumque intrat in regnum celorum, intrat vt paruulus, idest nullum vitium habens, sicut nec paruuli habent. Sic dicitur Mar. 10. qui quis non receperit regnum Dei, vt paruulus, nunquam intrabit in illud. & ita non est specialius de humilitate, quam de cæteris virtutibus. Aliter potest dici, qd intelligitur de sola humilitate, fm quam imitari debemus paruulos, & tamen tunc non est sensus, qd habentes solam humilitatem poterimus intrare in regnum Dei: quia multa alia necessaria sunt, vt charitas, fides, spes, & cætera virtutes, quarum actus consistit in quotidiana conuersatione: vt temperantia, iustitia, & similes. Et sic etiam idem est de humilitate, & qualibet aliarum virtutum: quia sine illa non habebimus regnum celorum. Et considerandum, qd Christus nõ dixit hic, qui effectus fuerit sicut paruulus, habebit regnum celorum: sed qui non efficitur sicut paruulus, non habebit regnum celorum. In quo innuitur qd sola humilitas, in qua paruulos imitatur, non sufficit nos introducere in regnum Dei: sed qd sine illa nõ possumus intrare in illud, & ita est de qualibet virtute. Licet enim non requiratur operari secundum quamlibet virtutem ad habendum vitam æternam, quia sæpè materiae quarundam non occurrunt, & etiam quia operari secundum virtutem est de affirmatiuis præceptis, quæ non obligant ad omne tempus: tamen requiritur, qd nunquã opere mur contra aliquam virtutem, quia agere cõtra virtutem theologiam, vel moralem non est sine peccato. Etiam quia non operari contra virtutem est de præceptis negatiuis, quæ obligant ad semper, & pro semper: sicut igitur non intrat in regnum celorum, qui contra humilitatem facit: ita & qui contra temperantiam fornicando, vel crapulando, aut contra liberalitatem nõ dando pauperi, quando necesse est, aut familiæ suæ non providendo propter auaritiam, aut contra iustitiam communicando, vel distribuendo iniuste, aut contra fortitudinem cedendo persecutoribus fidei propter timorem, & ita de cæteris: & sic quantum ad hoc non magis priua vita æterna agere contra humilitatem, quam cõtra quamlibet aliarum. Dicitur tamen hic potius de humilitate, quam de aliqua aliarum propter duo. Primo, & præcipuè, quia de nulla dicere erat ad propositum nisi de humilitate. Nam Apostoli deliquerant superbiendo appetendo primatum, & contendendo de illo: corripere autem eos erat deducere in virtutem oppositã, & illa erat sola humilitas, per quam maiora non appetimus, sed paruis contenti de nobis minoram profiteamur. Si autem deliquissent nunc Apostoli circa libidinem, diceret eis Christus, qd sine castitate non intrant in regnum celorum: vel si contra iustitiam, eodem modo de sola iustitia diceret. Sic patet supra 5. capite Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum,

Sola humilitas non sufficit introducere nos in regnum celorum.

Quare Christus humilitate hic ex plurim posuit.

& Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum: de sola ergo humilitate dixit, quia contra illam solam deliquerant. Secundò fuit, quia etiam si de omnibus virtutibus dicere esset ad propositum: de humilitate tamen potius, quam de aliqua alia diceretur: quia dicitur de introitu in regnum celorum, & tamen nullius virtutis oppositum vitium directius repellit à regno celorum, quam humilitatis. Si enim per propriam actionem posset quis consequi regnum celorum merendo illud proprijs viribus, esset qualibet virtus promeritoria regni celorum in totum, vel in partem: & quanto aliqua virtus naturaliter esset perfectior, tanto intensius, & directius esset promeritoria vitæ æternæ, & consequenter vitium ei oppositum tanto directius repelleret à regno Dei: sed non est possibile homini per seipsum, aut proprijs viribus consequi vitam æternam, vt patet sequenti c. cum dixerit discipuli: Quis ergo poterit saluus esse? & Christus ait: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia suntabilia. ergo necesse est, qd ita homo accipiat vitam æternam, in quantum illam à Deo habet, & consequenter per illas virtutes directius quis se habeat ad habendum vitam æternam, per quas magis adhæret Deo, & per vitia opposita eis magis repellitur à vitæ æternæ: huiusmodi sunt duæ virtutes, scilicet charitas, & humilitas. Per charitatem enim volumus bonum ipsi Deo. per humilitatem autem subijcimus nos ei: sed homo inuitat valde hominem ad conferendum sibi beneficium per hoc, qd ei se subijcit, ideo per humilitatem similiter Deo placebimus, vt nobis donare dignetur æterna bona, & consequenter nullum vitium erit, per quod magis ineptus fiat homo ad vitam æternam, quam per superbiam, iuxta illud: Superbis Deus resistit, humilibus autem donat gratiam, sed hic dicebatur de ingressu ad vitam æternam: ideo potius dicendum fuit de humilitate, quam de cæteris virtutibus, & tamen prima ratio melior est.

An humilitas sit virtus. Quæst. XVI.

QVONIAM autem de humilitate hic Christus agit eam laudando: est dubium an sit virtus. Alii qui dicunt, quod non, quia virtus importat rationem boni: humilitas autem dicit malum penale: iuxta illud Psal. 108. Humiliauerunt in compedibus pedes eius, idest in carcerauerunt: ergo non est virtus. Item virtus opponitur vitio: sed humilitas dicit vitium, Eccl. 1. 19. Est qui nequit se humiliat, in reiora autem eius plena sunt dolo. ergo &c. Item virtus est de numero honestorum: humiliare tamen interdum sonat in turpitudinem, vt Exod. 21. Non poterit eam vendere: quia humiliavit eam, idest polluit, vel deflorauit. ergo non est virtus humilitas. Item virtus non opponitur virtuti, & tamen humilitas opponitur magnanimitati, quæ tendit in magna: humilitas autem ipsa refugit: ergo &c. Item virtus est dispositio perfecti ad optimum 7. Physi. & tamen humilitas videtur esse imperfectiorum, quia non conuenit Deo humilitas, aut humiliari, eo quod nulli subijci potest, ergo humilitas non est virtus. Item omnis virtus moralis est circa passiones, aut actiones. humilitas tamen non connumeratur ab Aristo. inter pertinentes ad passiones: neque rursus pertinet ad actiones: quia tunc esset pars iustitiæ, quod non videtur: neque etiam est de theologice virtutibus: ergo non est virtus. Dicendum, quod humilitas est virtus, & de magnis quidem: cum de ea commendat se virgo benedicta, & est proprie virtus scripturarum sanctarum: nam apud scriptores Gentium, siue philosophos, siue oratores de ea non reperimus, vt dicitur in solutione vltimi

Rõnes in contrariã. 1. rõ. 2. rõ. 3. rõ. 4. rõ. 5. rõ. 6. rõ.

Humilitas consistit circa ipsam.

Circa appetitum boni ardui duplex virtus ponit.

Ad r. rõne scõtrariã.

timi argumenti. Et considerandum, qd ista virtus partim pertinet ad passiones, & partim ad actiones, vnde sub vtroque genere locari potest, sed magis sub pertinentibus ad actiones: spes enim, & desperatio passionum sunt, & circa spem consistit humilitas. Bonum quippe arduum, quod est obiectum quarundam passionum, habet vnde allicit appetitum, scilicet ipsam rationem boni, & habet vnde retrahat, scilicet ipsam difficultatem consequendi ipsum: ex primo insurgit motus spei, quæ est passio. ex secundo insurgit motus desperationis, scilicet est regula in moralibus, qd circa motum appetitus, qui se habet per modum allicientis, & impellentis oportet poni virtutem moralem firmantem in proposito, & impellentem ad agendum. Ideo circa appetitum boni ardui necesse est poni duplicem virtutem: vnã quidem, quæ temperet, & refrenet animum, ne immoderatè tendat in excelsa, & ista est humilitas, per quam quis non ambit immoderatè excelsa, sed se paruum considerans mediocribus contentus est. Aliam verò, quæ firmet animum in proposito boni, & impellat ipsum ad prosecutionem magnorum bonorum, quæ tamen moderata sunt secundum rectam rationem. Et hoc ne deficiat, aut retrocedat propter difficultatem adipiscendi. Et hæc est magnanimitas, & ita humilitas virtus est circa magna bona, & habet moderari passionem spei, quæ est circa bonum arduum immoderatè. Et hoc modo humilitas est virtus circa passiones. Potest etiam poni humilitas circa actiones: solam enim iustitiam ponit Aristo. circa actiones. 5. Ethic. & ita humilitas erit sic pars iustitiæ. Et potest pertinere ad iustitiam legalem, vel ad particularem. Ad legalem quidem in quantum in communicatione politica varie subijcitur vnus alteri secundum quod lex disponit. In quantum ergo sequitur quis omnem subiectionem, quæ à lege ordinata est, & in quantum est ordinata à lege, dicitur humilitas illa ad legalem iustitiam pertinere. Ad particularem autem iustitiam pertinet in quantum subijcitur alicui reddendo ei honorem quendam sibi debitum per humiliationem nostram, & in quantum aliquid debitum redditur pertinet ad iustitiam particularem. Et hoc modo humilitas, vt est virtus specialis, respicit præcipuè subiectionem hominis ad Deum, & si alijs quam Deo homo se humiliat per virtutem illam, humiliat se propter Deum, & sic est proprie virtus ad Deum, iuxta illud. 1. Pet. 2. Subditi estote omni creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præexcellenti, &c. Et quantum ad istum modum magis accipimus humilitatem, scilicet, vt est virtus specialis, & ideo potius dicimus illam pertinere ad actiones, quam ad passiones. Ad primum dicendum, qd humilis secundum suam primam significationem importat aliquid coniunctum tempore, vt dicit Isidorus: humilis, idest humi accliuus, idest humi inclinatus, vel adhaerens: adhaerere autem terræ dupliciter contingit. Vno modo naturaliter, vt cum aliquid naturaliter est paruum, & ideo non potest multum à terra eleuari, & ita dicimus in eadem arbore aliquos ramos humiles, idest terræ propinquos, & alios excelsos. Alio modo à voluntate, & tunc dupliciter, quia aut à principio extrinseco, aut ab intrinseco. Si ab extrinseco, vt cum ab alio deijcitur, dicitur humiliari, & tunc humilitas sonat in poenam: sicut primo modo sonat in naturæ situm, vel habitudinem. Si autem à principio intrinseco potest fieri interdum benè, idest bono fine, & cum debita ratione, vt cum quis considerans suum defectum, tenet se in infimis secundum suum modum: sicut dixit Abraam ad Deum: Gen. 18. Loquar ad dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Et sic humilitas virtus est, cum naturaliter homines inclinentur

ad iudicandum de se maiora, quam sint, & ad se immoderatè magnificandum: propriam autem tenere mensuram virtutis est. Quandoque autem humiliatio malè fit: puta cum homo honorem suum non intelligens, qui naturaliter est ei debitus, facit se æqualem beatis, vt Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est eis. Ad secundum dicendum, quod humilitas vera semper est virtus, & nihil habet de vitio. Qui autem simulat, & non est, continet vitium: humilitas namque, vt virtus est, importat in ratione sui quandam laudabilem delectationem ad parua, quibus se conformat. Hæc autem delectatio quandoque fit solum secundum signa exteriora, & fictio-nem. Et hæc est falsa humilitas, de qua August. dicit in quadam epistola, quod est magna superbia: quia videtur tendere ad excellentiam gloriæ: qui enim sic humiliantur, ideo faciunt, vt se bonos ostentantes lucra quadam aucupentur, aut de ipsa humiliatione quandam sanctitatis opinionem conquirant, de qua nimium gloriantur, & hoc est valde superbire. Quandoque autem delectatio circa parua fit secundum motum interiorum animæ, & tunc humilitas est proprie virtus: quia virtus non consistit principaliter in exterioribus, sed in eleuatione mentis, vt patet 2. Ethicorum. Ad tertium dicendum, quod humilitas semper dicit aliquid honestum in quantum est virtus: sed quia interdum humiliatio dicit poenam, vt ab extrinseco est, & contingit poenam esse circa turpia, poterit esse humiliatio de turpi. & ita est ibi cum mulier humiliatur, idest defloratur, vel inuoluntariè polluitur. Ad quartum dicendum, quod non opponitur humilitas magnanimitati, quia humilitas reprimat appetitum, ne tendat in excelsa, & magna præter rationem: magnanimitas autem impellit animum ad prosequendum magna, quæ sunt secundum rectam rationem: ideo non contrariantur, quia ambo sunt secundum rationem rectam. Ad quintum dicendum, quod humilitas est virtus, & est de numero perfectiorum: non tamè est in Deo. Pro quo dicendum, quod perfectum dicitur dupliciter, & illud est, in quo nulla imperfectio inuenitur, neque secundum naturam suam, neque per respectum ad aliquid: & sic solus Deus est perfectus, sicut solus ipse est bonus, vt Christus dixit sequenti capitulo, & ita humilitas non est aliquid perfectum, & consequenter non est in Deo, & non est speciale hoc circa humilitatem, sed etiam circa omnes. nulla enim moralis virtus est in Deo, neque etiam Theologica, quia illæ sunt habitus quidam. In essentia tamen diuina non est aliquid absolutum præter essentiam ipsam. Et si dicatur, quod habet charitatem iuxta illud: Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus. Dicendum, quod Deus non habet charitatem aliquam, quæ sit vltra essentiam, & ideo conuenientius de Deo dicitur, quod sit charitas, quam quod charitatem habeat: sic dicitur primò Ioan. 4. Deus charitas est, &c. Competit tamen Christo humilitas secundum naturam assumptam, quia illa non est simpliciter perfecta, & ideo conueniebant eis virtutes tam morales, quam theologice saltem aliquæ. Secundo modo potest dici perfectum secundum quid, scilicet secundum naturam suam, vel secundum statum suum, aut tempus, & ita hominem virtuosum perfectum dicimus: cuius tamen perfectio ad Deum collata potius est imperfectio, iuxta illud: Esai. 40. capit. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. & ita virtutes qualibet perfectiones sunt, & humilitatem dicimus de numero perfectiorum. Ad sextum dicendum, quod humilitas ad vtrumque modum virtutum pertinet: nam est circa passiones, quia est

Ad 2. rõne

Humilitas falsa qd fit.

Ad 3. rõne

Ad 4. rõne

Ad 5. rõne

Nulla virtus moralis, aut theologice est in Deo.

Ad 6. rõne

CIRCA

circa spem, quæ est de bono arduo, quod in ratione boni attrahit ad se prosequendum. Est etiam circa actiones, ut est pertinens ad iustitiam legalem, vel ad particularem, ut supra dictum est, & tamen magis solemus eam accipere, ut est virtus particularis hominis in quantum subijcitur Deo propter se, & alijs propter ipsum, & propter hoc proprie humilitas est virtus scripturarum, de qua in sacra scriptura agitur, & non in scriptis Gentilium: sicut neque de virtutibus Theologicis. Sic dicit Origenes exponens illud Lucæ primo. Quia respexit humilitatem ancille sue, scilicet proprie in scripturis vna de virtutibus videtur humilitas: ait quippe Saluator: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & tanto perfectior erit, quâtomagis eam scripturæ commendant, & Gentiles eam non iuenerunt.

An humilitas consistat in appetitu, vel in ratione iudicante. Quest. XVII.

1. rō. QVAERETVR, an humilitas consistat in appetitu, vel in ratione iudicante. Aliqui dicunt, quod in ratione. Humilitas enim superbiæ opponitur: sed superbia maximè consistit circa cognitionem: dicit enim Gregor. 34. Mora, quod superbia cum exteriori vsque ad corpus extenditur, prius per oculos iudicatur: vnde & in Psalmo dicitur: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Oculi autem maximè seruiunt cognitioni: ergo humilitas maximè consistit circa cognitionem, quæ quis se æstimat paruum. Secundò, quia August. in libro de Virginitate dicit, quod humilitas est penè tota disciplina christiana: ergo nihil contentum in disciplina christiana repugnat humilitati. sed in disciplina christiana monemur petere meliora. primè Cor. 14. amulamini charismata meliora: non igitur pertinet ad humilitatem primum appetitum arduorum, sed æstimationem. Tertiò, si humilitas esset circa appetitum non distingueretur à magnanimitate, & tamen distinguitur: ergo non est circa appetitum, sed circa rationem. Patet antecedens, quia ad eandem virtutem pertinet refrænare superfluum motum ad prosequendum, & firmare animum contra superfluum retractationem impellendo ad prosequendum quantum decet: sicut eadem fortitudo est, quæ refrænât, & comprimit audaciam tendentem ad excessum terribilium: & eadem firmat animum contra timorem facientem retrocedere à terribilibus, quibus secundum rationem opponere se oportet: neque ponimus duas fortitudines, aut duas virtutes: quarum altera sit contra audaciam, & alia contra timorem: ita circa bonum arduum non oportet poni aliam virtutem, quæ distrahat à persecutione immoderata boni ardui, & aliam, quæ firmet contra retractationem boni ipsius in quantum est difficilis eius adeptio. Sed eadem virtus sufficit: sed magnanimitas firmat animum circa bona ardua, ne deficiat in prosecutione eorum propter difficultatem: ergo etiam retrahet à superflua prosecutione, quæ non est secundum rationem. Si autem humilitas refrænaret animum circa prosecutionem arduorum contra rationem, non distingueretur à magnanimitate: ergo non est humilitas circa repressionem appetitus in arduis, sed magis circa repressionem æstimationis magnorum. 2. rō. Quartò, quia Andronicus ponit humilitatem circa exteriorem cultum dicens, quod humilitas est habitus non superabundans sumptibus, & preparationibus: ergo non est circa appetitum, qui est aliquid interioris.

F Dicendum, quod humilitas circa omnia hæc est. Est enim circa rationem in quantum præsupponit regulam rationis. Est etiam circa exteriorem cultum, in quantum humilis moderatur exteriorem cultum quantum videtur decere secundum suum statum. Est etiam circa appetitum in quantum verè est habitus essentialiter consistens in appetitu, & ideo actus virtutis huius est actus appetitus, scilicet eligere. Sic dicit August. libro de poenitentia, quod humilis est, qui eligit abijci in domo domini: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum: sed electio ad appetitum pertinet: ideo essentialiter habitus humilitatis est in appetitu: & tamen non est inconueniens, quod ad humilitatem pertineat aliquis actus rationis. Nam pertinet ad humilitatem, quod quis reprimat seipsum, ne feratur in ea, quæ sunt supra se: ad hoc autem necesse est, ut cognoscat quis, quid est id, quod est supra se, & quid est æquale sibi, & quantum est, in quo deficit à proportionem eius, quod suam virtutem excedit, & ideo cognitio proprii defectus pertinet ad humilitatem, non quidem, quod habitus humilitatis cognoscat ista, sed quæ ista necessaria sunt, & debent præsupponi ad hoc, quod habitus humilitatis eliciat actum eligendi de humiliando se: parua amando, quæ sunt secundum commensurationem virtutis sue, & status sui. Et sic est de prudentia respectu cuiuslibet moralis virtutis, sine qua nulla moralis potest existere. sexto Ethicorum. Nam illa iudicat quid moralis eligere debeat, sicut per fortitudinem exponit se quis terribilibus quibus decet se exponere, & cedit terribilibus immoderatis, siue fugat illa, & tamen fortitudo cum non sit virtus intellectus, nō scit qualia sunt terribilia, quibus se debet exponere, & qualia, quæ debet fugere: sed prudentia hoc iudicat, fortitudo autem inclinât in illa, quæ iudicauit prudentia, & eligit illa: ita circa humilitatem est: ideo humilitas ponitur virtus essentialiter in appetitu, & non in iudicio: quia nihil cognoscat, aut iudicat, sed præsupponit hæc cognita à prudentia. Ad primum dicendum, quod humilitas non est in cognitione, neque etiam superbia: & licet tam superbia, quàm humilitas per signum quoddam manifestetur in oculis: tamen neque superbia, neque humilitas est in oculis: quia nulla virtus neque vitium est in organicis partibus: extollentia tamè oculorum, est signum quoddam superbiæ, in quantum excludit reuerentiam, & timorem. Consequenter timentes, & verecundati oculos deprimere quasi non audentes se alijs comparare: non autem sequitur ex hoc, quod humilitas sit in cognitione: nam tunc in oculis necessariò poneretur: quod falsum est, ut dictum fuit. Ad secundum dicendum, quod tota disciplina christiana pertinet ad humilitatem: non quidem quasi in tota doctrina, & opere christianorum, nihil sit nisi actus humilitatis, cum sint multi actus virtutum necessarij, & illi virtutum actus distinguuntur inter se, sed dicitur tota disciplina in humilitate, quia omnia cum humilitate agenda sunt. Vel aliter, & melius est tota disciplina christiana, scilicet quantum ad custodiam sola humilitas custodit alias virtutes, ne pereant. Nam etiam ipsis virtutibus diabolus insidiatur, ut per inanem gloriam pereant. Humilitas autem tollit inanem gloriam, & sic facit manere omnes virtutes meritorias. Cum autem dicitur, quod admonemur appetere maiora, quod repugnat humilitati, quæ de paruis est. Dicendum, quod tendere in maiora nobis ex confidentia virium nostrarum humilitati repugnat: quod tamen ex confidentia diuini auxilij in maiora tendat, non est contra humilitatem, præsertim cum ex hoc homo magis per humilitatem Deo se subijciat: vnde August. in libro de poenitentia: Aliud est leuare se ad Deum: aliud est leuare se contra.

Habitus humilitatis in appetitu est.

Ad primam rationem in contrariis.

Ad 2. rō.

se contra Deum: qui ante illum se projicit, ab illo erigitur: qui aduersus illum se erigit, ab illo projicitur. Ad tertium dicendum, quod humilitas est ad reprimendum animum, ne immoderate tendat in ardua bona, & magnanimitas est in confortando animum ad prosequendum ardua, ne deficiat propter difficultatem prosecutionis, & adeptionis, & non sunt eadem virtus, sed duæ. Cum autem dicitur de fortitudine, quod eadem refrænât circa audacias animum, & firmat circa timorem impellendo. Dicendum, quod verum est, & tamen alia ratio est circa fortitudinem, quàm circa humilitatem, & magnanimitatem. In fortitudine enim inuenitur eadem ratio, qua refrænât audacias, & firmat animum contra timores mouendo ad prosequendum, vel ad sustinendum. Vtriusque enim ratio est ex hoc, quod homo debet bonum rationis periculis mortis præferre, quæ sunt tam in aggrediendo, quam in sustinendo: sed circa refrænationem animi ad præsumptionem, vel spem immoderatam bonorum arduorum, quod pertinet ad humilitatem, & in firmando animum contra desperationem prouenientem ex difficultate adeptionis ardui boni, quod ad magnitudinem pertinet, est alia, & alia ratio: nam ratio firmandi animum contra desperationem est adeptio proprii boni, scilicet, ne homo desperando indignum se reddat bono, quod sibi cõpetebat, vel perdat illud. In refrænando autem præsumptionem spei, vel immoderatam motu confideratio proprii boni, sed solum est reuerentia ad Deum: ex qua contingit, ut homo non sibi plus attribuat, quàm sibi competat sibi gradum, quem à Deo sortitus est. Vnde humilitas præcipue videtur importare subiectionem hominis ad Deum. Et ita non est eadem ratio vtrobiq, scilicet cõsideratio proprii boni, & reuerentia diuina. Patet etiam ex hoc, quod supra dicebatur, scilicet, quod humilitas pertinet ad virtutes, quæ sunt circa passiones, & ad virtutes, quæ sunt circa actiones, & tamen principalis pertinet ad actiones. Nam in quantum refrænât immoderatam spem boni, est circa passiones: in quantum verò per humilitatem subijciat se quis Deo, pertinet ad actiones: quia reddit debitum quoddam Deo: & tamen nō propter aliud refrænât se homo circa immoderatam spem bonorum, nisi quia vult subijci Deo, & non vult excedere gradum ab eo collatum: cum tamen aliàs naturaliter homo dignificet se maioribus, quàm dignus sit: ideo humilitas est circa passiones, quia est prius circa actiones, id est, ideo refrænât immoderatam spem, quia hoc faciendo reddit Deo debitum subiectionis, & subijcere se ei est primum, & prius actus humilitatis: & propter hoc dicit Aug. in libro de sermone Dei in monte: Humilitatem, quam intelligit per paupertatem spiritus attribuit dono timoris, quo homo reueretur Deum. Non enim sunt magnanimitas, & humilitas eadem virtus, sicut fortitudo vnica virtus est, quæ repugnat contra audacias, & confortat contra timores. Et apparet amplius hoc, quia aliter se habet humilitas ad spem refrænando illam, quæ fortitudo ad audaciam reprimendo: nam licet fortitudo audaciam reprimat: plus tñ vitur audacia, quàm reprimat. Est enim homo, & quodlibet animal naturaliter magis inclinatum ad timorem, quo mala fugit, quàm ad audaciam, quæ mala inuadit ad destruendum illa: vnde circa istum motum potius est homo confortandus, quæ reprimendus, cum sit sibi naturale reprimi, & fugere: & ita fortitudo magis regulat audaciam vtendo ea, quàm deprimat illam. Vnde fortitudo magis famulatur excessui, quàm defectui: sicut est circa omnes virtutes, quæ habent intendere actus, qui naturaliter remissi sunt: humilitas autem è cõtrario ad fortitudinem se habet: quia plus reprimat spem, vel fiduciam de seipso, quàm

Ad 3. rō.

Bonum rationis mortis periculis pfe.endum est.

Hūilitas quod propriè importat.

Primum, & proprius actus humilitatis est subijci Deo.

A ea vtatur: vnde magis opponitur sibi superabundantia, quàm defectus, & ita licet in confortando circa timores, & reprimendo audacias sufficiat vnica virtus, i. fortitudo: circa repressionem tamen superabundantiæ & immoderate spei, & confortationem animi desperationis circa adeptionem difficilem boni ardui, non sufficit aliqua vna virtus: sed requiritur duplex, i. magnanimitas, & humilitas. Ad quartum dicendum, quod licet humilitas moderetur exteriorem cultum faciendo preparationes conuenientes, & tollendo superuacuas: tñ ipsa non est aliquis habitus consistens in aliquo exteriori, sed in appetitu est, & consequenter actus eius proprius est eligere, & non præparatio exterior. Etiam præparatio exterior non est actus directe proueniens ex actu electiuo humilitatis, sed indirectè: nam actus humilitatis est eligere abijci, vel eligere nō transgredere proprium gradum, & mensuram, sed potius infra illam consistere: superabundantia autè in exterioribus sumptibus, & preparationibus solet ad quandam iactantiam fieri, quæ per humilitatem reprimatur. Et quantum ad hoc consistit secundariò humilitas in exterioribus apparatibus, & sumptibus, prout sunt signa interioris appetitus: ipsa tamen humilitas in appetitu consistit.

Ad 4. rō.

An per humilitatem debeat homo subijcere se omnibus hominibus. Quest. XVIII.

QVAERETVR, an per humilitatem debeat homo subijcere se omnibus hominibus. Aliqui dicunt, quod non: quia humilitas proprie consistit in subiectione hominis ad Deum, ut dictum est supra, & tñ ea, quæ debentur Deo, non impenduntur hominibus, ut patet in actibus latræ: ergo per humilitatem nō debet homo se subijcere homini. Secundò, quia vt dicit Aug. in libro de Natura, & gratia: humilitas collocanda est in parte veritatis, & non in parte falsitatis, id est debet esse vera, & non falsa: sed aliqui sunt in supremo statu, qui si se subijcerent inferioribus non posset fieri sine falsitate, cum verè sint superiores illis: ergo per humilitatem non debet homo omnibus se subijcere. Tertiò, quia nullus debet facere id, quod vertitur in detrimentum salutis alterius, & tamen aliqui sunt, quibus quis debet subijciat vertetur in detrimentum salutis illorum, quia per hoc superbient, vel contemnent humiliatos: quod fieri non debet, vt ait Aug. in Regula, l. Ne dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas: ergo non debet homo per humilitatem subijcere se omnibus. Dicendum, quod per humilitatem, quilibet homo debet se subijcere alijs omnibus hominibus: sic dicit ad Phil. 2. in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes, id est quilibet debet alios arbitrari maiores, & ita inuicem quilibet est minor alijs sibi opinionem propriam, & est maior alijs sibi opinionem illorum. Sed pro hoc considerandū, quod in homine duo sola consideramus, i. aliquid, quod est ipse homo, & aliquid quod est Dei. Hominis quidem est quidquid pertinet ad defectum: Dei autem est, quidquid pertinet ad salutem, & perfectionem, iuxta illud Osee 13. Perditio tua ex te Israel: tñ modo in me auxilium tuū, i. o Israel ex te perditio tua, i. perditio tua est à te, & tu solus es causa, tantū modo in me auxilium tuum, i. liberatio à perditione non est in potestate tua, sed solum est in me volente, & potente. Humilitas autem respicit proprie reuerentiam, qua homo subijcitur Deo, & propter illum subijcitur hominibus. 1. Pet. 2. Subditi estote omni creaturæ propter Deum, siue regi tanquam præexcellenti, & c. Ex his autem accipitur prima regula circa humilitatem, Humilitati quod non debet homo subijcere se quantum ad id, quod Dei est in eo alteri homini quantum ad id, quod est homi-

1. rō.

2. rō.

3. rō.

Humilitati regula.

hominis, id est homo quantum ad id, quod perfectio- nis est in eo, siue sit gratis datum, siue gratia gratificas, non oportet subijcere se alteri homini quantum ad id, quod est in illo hominis: quia illud defectus aliquis est. & hoc quia tunc bonum subijceretur malo, vel maius bonum minus bono, quod est inordinatum. Etiam quia hoc esset contra rationem humilitatis, per quam homo subijcitur Deo, & tamen subijciendo id, quod est Dei ei, quod est hominis, est subijcere Deum homini, quod est absurdum. Secunda regula, quod non est neces- se, quod quilibet homo subijciat per humilitatem, id quod est Dei in se, ei quod cognoscit esse Dei in altero, id est non oportet, quod quilibet aestimet per humilitatem dona, quae ipse a Deo accepit esse minora, quam dona, quae alij ac ceperunt: sed in his debet stari veritati. Si enim maiora sunt dona, quae ego suscepi, quam quae alij acceperunt, debeo illa cognoscere tanquam maiora. Si vero mino ra fuerint, debeo cognoscere illa, ut minora: & tamen si maiora fuerint, non debet homo propter hoc gloriari se iactando: quia alienum est, quod habet. Sic dicitur 1. Co. 4. Quid habes, quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Imo nec debet quis immoderate de bonis istis susceptis gaudere: nisi quatenus gaudium resultat in Dei laudem. Unde Christus increpat septuaginta duos discipulos Luc. 10. quia illi gaudebant, eo quod de gloria subijcebatur eis in nomine Christi dic- ens: nolite in hoc gaudere, sed potius gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis. Potest tamen homo talia suscipiens in oratione sua, & contemplatione con- fiteri coram Deo dona abundantia, quae ei dedit, ut dicat, quod ei dedit maiorem potentiam, vel sapientiam, vel robur, vel spiritalia auxilia, quam multis alijs homini bus. Et hoc quidem dicat non, ut quasi gloriatur in ora- tione sua, sed ut Deo gratias agat de susceptis referen- do hoc, quia alijs esset reprehensibilis, sicut Luca 18. de Pharisaeo, qui orans dixit: non sum sicut caeteri ho- minum: nam ibi dicit, quod ipse aspernabatur caeteros. Potest etiam, qui talia beneficia suscepit confiteri illa coram hominibus, ut dicat se suscepisse a Deo maiora benefi- cia, quam multi homines susceperunt specificando (si velit) ipsa beneficia. Et hoc non quasi per hoc suscepta melior iudicetur, cum gratis do nata fuerint, sed ut tan- ro vberiores Deo gratiarum actiones exsoluat, quan- to maiora se suscepisse confitetur. Fundamentum hor- um est, quia quando praefereamus dona, quae in nobis sunt, donis, quae sunt in altero: non nos praefereamus illi, cum non sumus propter maiora dona meliores, sed ad reddendam rationem magis obligationis, sed ipsa do- na Dei adiuvicem praefereamus, cum placuerit ei qua- dam esse maiora alijs. Etiam hoc possumus, quia do- na Dei manifesta sunt eis, quibus conferuntur. 1. Cor. 3. ut sciamus, quae a Deo donata sunt nobis, ideo cum in accipientibus dona illa confiterentur: poterit quis absque praedudicio humilitatis praeferre dona, quae accepit, do- nis, quae alius accepit. Sic dicit Apostolus ad Ephe. 3. quod alijs generationibus non est agnitus filius hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis. Et ita Apo- stolus praeferebat dona Dei in se, & alijs Apostolis ad dona, quae caetera gentes susceperat. Tertia regula est, quod non est necesse, quod quilibet per humilitatem subijciat se quantum ad id, quod ipsius est, id est defectus suos defe- ctibus aliorum, id est dicendo defectus suos esse maiores defectibus aliorum hominum, & ideo ipsam esse mi- nores, id est minoris valoris: quia tunc necesse esset, quod qui- libet confiteretur se magis peccatorem quolibet ho- mine, quod est absurdum: nam humilitas non suadet mentiri: imo sine praedudicio humilitatis potest quis alium dicere magis peccatorem se. sic Apostolus, qui per omnia humilis est, dicit ad Gal. 2. nos natura ludaei,

Modus manifestandi Dei beneficia, quae in nobis sunt.

Sine praedudicio humilitatis potest alius dicere magis se peccatorem.

& non ex gentibus peccatores. Quarta regula est, quod quilibet debet subijcere se quantum ad id, quod proprium est in ipso, cuiuslibet alteri quantum ad id, quod Dei est in illo: quia quidquid Dei est in aliquo homi- ne, melius est, quam quidquid hominis est in quocum- que homine: cum nostrum non sit nisi defectus, & hoc modo facile est, quod quilibet hominum subijciat se per humilitatem cuiuslibet alteri, quia nemo est tam perfe- ctus in quo non sit aliquis defectus humanus, & nemo est tam miser in quo non sit aliquod donum Dei sal- tem gratis datum. Quinta regula est, quod quilibet potest se subijcere alteri per humilitatem: siue quantum ad id, quod est Dei: siue quantum ad id, quod est proprium. De primo, ut considerando aliquid boni in alio, quod in se non inueniat. De secundo, ut considerando ali- quod peccatum, vel defectum in se, quem in alio non videat. Quantum ad primum manifestum est, quia qui- libet habet bonum aliquod a Deo, ut dicitur 1. Cor. 7. unusquisque habet proprium donum. Et cum nemo habeat omnia dona Dei: potest quilibet in alio inuenire aliquid, quod in seipso non inuenit: licet ipse multa alia do- na habeat, quae alius non habet. Et quantum ad illud, quod non habet potest se subijcere per humilitatem, & ita quantum ad quemlibet hominem. Et dato, quod illud donum, quod quis in se non inuenit, non sit in alio, potest tamen putare esse in alio, dum tamen ma- nifeste non constat, quod non habet illud. Et tunc ratio- nabiliter se illi subijciat: quia de se constat, quod dono illo ca- ret: de alio autem dubitat an habeat, & potest pie, vel sine errore credere, quod habeat, & quantum ad hoc mi- nores se illo existimabit. De secundo patet, quia qui- libet quantumcumque perfectus quando homo est, aliquos defectus incurrit. Et forte illos defectus non co- gnoscit in alio, licet illos habeat: quia delicta sunt ab- sccondita, & ita minorem se existimabit. Etiam dato, quod quis aperte videat, quod alius grauius peccauit, quam ipse: potest verè se subijcere ei per humilitatem. Nam po- test quis qui minus peccauit considerare, quod Deus dedit ei multa adiutoria spiritalia, & fortem gratiam pul- satiam ad non succumbendum tentationi: alij forte parua auxilia contulit, & si illi ista magna auxilia, quae ego habeo collata fuissent, non peccasset grauius, sicut peccauit, & etiam neque leuiter, sicut ego peccaui. Et etiam considerabo, quod forte si tanta opportunitas peccandi mihi concessa fuisset quanta illi, & tam pauca auxi- lia contra tentationem habuisset, sicut ille, qui in gra- uiora delicta incurrissem, quam ille, & facilius, quam ille. Haec sunt potissima, quae quis considerans subijcere potest se per humilitatem cuiuscumque homini. Non quidem fingendo se minorem, cum tamen cotrarium putet, sed verè putando se minorem: quia nemo scit, quanta fuit tentatio, quae alium ad peccandum impu- lit, & quanta erant ei auxilia contra tentationem: de se- ipso autem nouit hoc. Et sic quilibet quantumcumque perfectus humiliare se poterit in corde suo cuiuslibet ho- mini in veritatem. Mendacium namque, & superbia Deo non placent: sed veritas, quae horum media est: praedudicium quidem humiliatur, quod imprudenter humili- antur, ut quod dicit, ego peccaui plusquam omnes homines, vel deterior sum omnibus hominibus: superbia autem est cum quis videns quodam bona in se, quae non videt in alio, vel quodam peccata in proximo, quae non videt in se, iudicat se meliore proximo, sicut Pharisaeus, qui dixit: non sum sicut caeteri hoies, Luca 18. Veritas autem media est, quae neque mentitur, neque superbit, ut licet quis videat plura bona in se, quam in alio: non ideo se meliorem iudicat, sed consideret aliquod bonum, quod sibi deesse videt, & il- lud est in alio, vel potest putare esse in alio, cum non posset eo carere. Vel si viderit plura peccata commissa ab alio, quam a se, non ideo iudicet illum deteriorem: sed quae- deret

Quilibet homo quantumcumque perfectus quantum ad id, quod est proprium, potest se subijcere ei per humilitatem.

Ad 1. rone cotrarium.

Ad 2. rone

Prælatus quo potest se subijcere.

Ad 3. rone

deret aliquod peccatum, quod ipse commisit, quod proxi- mus non commisit, vel saltem putet eum non commisisse il- lud. Humilitas, n. dona, & excellentiam propriam non negat, sed non considerat. Et hoc non tanquam ignoret, sed quia ad illam attendere non expedit, ne inde glori- et. Humilitas etiam aliena peccata, quae manifesta sunt non negat, sed non aduertit: ut pro ea proximum non iudi- cet, quia non expedit iudicare. Supra 7. ad humilitatem. n. pertinet in se peccata, & defectus solum considerare. In proximo autem solum virtutem, & perfectionem. Ad primum dicendum, quod humilitas est directio homi- nis ad Deum qua se ei subijciat, & reueretur: non tamen de- bebimus solum reuereri Deo in seipso, sed etiam id, quod eius reuereri debemus ubique; illud inuenimus pro- prium Deum: non tamen eodem modo reuerentiam quo Deo reueremur: sicut non inuenitur Deus ita perfecte in donis suis, sicut in seipso, & ita debemus nos per hu- militatem subijcere proximis pro Deum: in quantum inuenitur in illis aliquid diuinum, & quia nemo est, in quo non inueniatur aliquid Dei, omnibus nos subijcere debemus. 1. Pet. 2. Subiecti estote omni creaturae pro Deum, id est omni homini. De latra autem secus est, quia exhibetur Deo pro seipsum solum, id est quantum est dominus vis cui tenemur ad illam seruitutem, & in seipso solum reperitur pro hanc rationem, & non in rebus suis, sibi soli latram exhibemus, & non homi- nibus pro Deum tanquam habentibus aliquam diuino- rum participationem. Ad secundum dicendum, quod hu- militas cum veritate est, & quae cum falsitate est, non placet Deo, neque est humilitas, ut si quis ei, quod est ho- minis in proximo id, quod est Dei in seipso subijciat. praeterea autem a Deo est. ad Ro. 13. Omnis potestas a domino Deo est. & sic est domum Dei praeterea: ergo in quantum praeterea habet aliquod donum, & si praeterea ad non praeterea, praeterea sicut hinc donum Dei ad non habentem donum, vel sicut si praeterea id, quod Dei est, ad id quod est hominis, & ita praeterea quantum ad hoc maior est: praeterea ergo in quantum praeterea, non potest se humiliare subdito etiam in corde: quia hoc esset dicere, quod ipse etiam in quantum praeterea est minor subdito suo, qui praeterea ut subditus, & hoc esset falsè humiliare, & cum praedudicio Dei: potest tamen praeterea non praeterea se ut praeterea, praeterea ali- quos defectus in se, quos non inuenit in subdito, vel ali- quas perfectiones in subdito, quas non inuenit in se, & quantum ad hoc verè praeterea se minorem illo, & ita praeterea potest subijcere se per humilitatem cuiuscumque subdito suo, & non praedudicatur praeterea, quae est do- num Dei. Unde super illo verbo, ad Phil. 2. superiores inuicem arbitantes, dicit Glo, non hoc ita debemus aestimare, ut nos aestimare fingamus: sed verè aestime- mus esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, & si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse non sit occultum. Ad tertium dicendum, quod nemo debet sic humiliari, ut detrimentum salutis alterius faci- at, & tamen potest quilibet humiliari cuiuscumque alteri, si- ne damno salutis eius: humilitas, n. sicut & caeterae virtutes praecipue in anima consistit, & ideo potest homo in interiori actu a se alteri se humiliari sine hoc, quod ha- beat occasionem aliquam detrimenti salutis a se: cum ille non videat, quod sibi quis se subijciat. Et hoc est, quod dicit Aug. in Regula. Timore coram Deo praeterea substra- dit pedibus vestris. Coram Deo. n. fieri dicit, quod secretè sit in cordibus nostris: quia ipse corda nostra scrutatur. Et est sensus, quod plures intra cor suum dicit se reputare minore quolibet subditorum suorum, & quantum ad hoc in corde suo oibus subditis se subijciat, quali sit praeterea ad pedes eorum, & tamen in praeterea hominum non debet seruari haec humilitas: quia ut ait Aug. Ne, dum nimis seruatur hu-

milias, regendi fragatur auctoritas: imò quod plus est, non solum non dicitur sponte eis exterius subijci, sed etiam si interdum offendat eos iniuste puniendo: non tenetur petere veniam ab eis, quam teneretur petere ab alijs ho-ibus, ne vilescat auctoritas regendi, ut ait Aug. & hinc in decretis 86. dist. cap. quoniam necessitas. In mente igitur quantumcumque se humiliet, prodest sibi, & nulli nocet. Exterius verò quandam oportet adhiberi cautela circa humilitatem: sicut in actibus exterioribus caeterarum virtu- tum est, quodam modo adhibita, ne possint virgine in de- trimentum alterius, si tamen quis faciens, quod debet circa humilitatem, & caeteras virtutes operetur, & alij sumant ex hoc occasionem peccati, non imputatur agenti pro humilitatem, & alias virtutes, quia ille non scandalizat: licet alij ex actu eius scandalizantur, neque est in potesta- te alicuius, quod alij non scandalizentur ex actibus eius, dum tamen ipse tales actus, & taliter faciat, quod rationa- biliter nemo deberet ex eis scandalizari.

Prælatus interdum subditos iniuste puniendo offendens non tenetur ab eis petere veniam.

An humilitas sit pars modestiae. Quae. XIX.

QVAERE TVR, an humilitas sit pars modestiae, vel temperantiae. Aliqui dicit, quod non: quia humilitas praecipue respicit reuerentiam, quae quod Deo subijcitur, ut dicitur supra, & tamen quod Deo exhibet, pertinet ad virtutes theologicas, quae hinc Deum pro obiecto: ergo pertinebit humilitas ad aliquam theologiam, & non ad mansuetudinem, modestiam, vel temperantiam. Secundò, quia modestia, siue temperantia, non ponitur in eadem parte appetitus in qua humilitas: nam temperantia ponitur in concupiscibili, quia est circa delectationes, & tristitias: hu- militas autem ponitur in irascibili: quia opponitur superbiae: & ambae ponuntur in irascibili: quia obiectum eorum est bonum arduum ad quod tendit spes. ergo humilitas, & temperantia non pertinet ad idem. Tertio, quia humilitas, & magnanimitas ad idem pertinet, ut declaratum fuit supra, licet non sint eadem virtutes: tamen magnanimitas non est pars temperantiae, aut modestiae, sed magis fortitudinis: ergo nec humilitas erit pars temperantiae. Dicendum, quod humilitas vir- tus quaedam est per se distincta ab alijs hinc propriis ma- teriam, & genus, & actum, & tamen quia in moralibus so- lemus reducere omnes ad quatuor, quas cardinales ap- pellamus, dicimus omnes virtutes, quae ad aliquam istarum quatuor reducuntur esse partes illius. Et quia humilitas est virtus personalis, necesse est, quod reducatur ad aliquam istarum quatuor: nisi dicamus eam non esse morale, sed theologiam, est tamen moralis, ideo reducitur. Est autem praedudicandum, quod quaedam virtutes reducuntur ad alias dupliciter, scilicet pro similitudine generis, obiecti, vel actus, aut pro similitudine modi se habendi. Unde illae virtutes, quae similem modum habent circa obiecta sua, & si non pertineant ad idem genus obiecti, ad illam vir- tutem reducuntur, cuius modum tenent. Unde si praedudicet humilitas in seipso est quaedam virtus particularis: cuius materia est bonum arduum, circa quod reseruat, ipsum tol- lendo immoderatam spem, & cohibendo autem ad prop- riam mensuram, scilicet ut desiderio magnorum bonorum du- ctus non se dignificet maioribus, quae dignus sit, neque in illa tendat, sed teneat iuxta propriam mensuram, vel in- fra illam. Et ita humilitas, vel magnanimitas sunt duae virtutes particulares circa eandem materiam, scilicet circa mo- dum arduum bonum, licet modo opposito: quia ma- gnanimitas confortat animum circa prosecutionem boni ardui, ne deficiat propter difficultatem adifi- scendi: humilitas autem retrahit animum ne immoder- atè feratur circa arduum concupiscendo illud in- quantum bonum, & appetibile est. Quantum ad re- ductionem autem humilitatis in quantum est virtus parti- cularis, & debet reduci ad communem, vel cardinale.

1. r. 6. & 17.

2. r. 6.

3. r. 6.

Dicen-



**H**umilitas dicendum, quod aut consideratur similitudo generis, & prout est virtus particularis ad quã virtutem cardinalem reducatur. actus, aut similitudo modi agendi: si primũ reducitur ad iustitiã, si scdm̄ reducitur ad temperantiã, vel modestiã, q̄ est pars temperantiã. De primõ patet, quia actus humilitatis est subicere aũm ad propriũ gradũ, vel infra. Et hoc potest pertinere ad iustitiã legalẽ in quantum subiectio impendẽda hoĩ ab hoĩe variẽ ordinatã p̄ legẽ. Et si quis per humilitatẽ obferuet istã subiectiõnem in quantum a lege imperata est, dicitur iustus legaliter. Sed hoc est accipere humilitatẽ generaliter, & nõ iuxta conditionẽ determinati obiecti, & actus. Nã quantum ad hoc pertinet ad iustitiã cõmutatiuam, sc̄m quã rectẽ cõicamus dando cuiq; qd̄ suũ est, & ei debitũ. Deo autẽ debita est subiectio qdã & reuerentia à nobis in quantum cognoscimus nos sub eo cõstitutos: iuxta illud 2. Mac. 9. Iustus est hoĩem subiectũ esse Deo: & mortale nõ paria Deo sentire. Reddendo autẽ hoc, qd̄ debitũ est opus iustitiã facit: iõ humilitas in quantum est virtus sp̄alis maximẽ est pars iustitiã: & ita ponimus latrã partẽ iustitiã: quia sc̄m eã reddimus Deo quãdam ferturẽ, quã recognoscimus ei debitã esse in quantum est vltis dñs. De secundo patet, quia cõsiderando modũ agendi humilitatis magis pertinet ad temperantiã, vel modestiã q̄ ad aliquã aliã. Modus autẽ temperantiã ex quo illa maximẽ habet laudẽ, est refrigatio, vel repressio impetus alicuius passionis. I. q̄a reprimat delectationes, quas superabundãter sequi naturaliter sumus inclinati: & sic actus suus nõ est in incitando, sed in reprimendo, & iõ oẽs virtutes reprimentes impetus aliquarũ affectionũ, vel moderantes actionẽ, ponunt partes temperantiã: sicut est m̄a iustitudo, q̄ reprimat motũ irã: ita humilitas deprimat motũ sp̄i, qui est motus aĩ in magna tẽdentis, iõ sicut m̄a iustitudo ponit pars temperantiã: ita & humilitas. Vnde Arist. 4. Eth. qui sc̄m suũ modũ tẽdit in parua. i. qui cum sc̄m statũ suũ, & m̄tũ dignitatis posset tendere in maiora, & tũ tẽdit in parua, q̄ sunt minora, eum dicit non esse magnanimũ, sed temperatũ, quem nos humilem possumus appellare: & ita nõ concordat humilitas cũ temperantiã in materia: quia temperantiã est circa delectationes, & tristitias tactus, & gustus: humilitas autẽ circa bonũ arduũ: sed in modo concordat, quia vtraq; agit per modũ retrahentis aĩ motũ. Et non solũ ponit humilitas pars temperantiã, sed et pars sub parte temperantiã: est. n. temperantiã virtus multum generalis, cuius vna pars est modestia ratione modi: & sub modestia continet humilitas eo modo, quo modestia accipit à Tullio: nam humilitas nihil aliud est q̄ moderatio spiritus ad magna tendentis: sic d̄ 1. Pet. 3. In incorruptibilitate quieti, atq; modesti spiritus: & tũ si absolutẽ quæratur cuius virtutis de cardinalibus est pars humilitas, melius r̄ndetur, q̄ est pars iustitiã cõmutatiuã, q̄ temperantiã. Ad primum dicendũ, q̄ humilitas potest pertinere ad virtutes theologicas, non tũ quantum ad similem generis, vel actus, sed quantum ad hoc q̄ reducitur ad illas, vt ad principium: sunt virtutes theologice circa vltimum finẽ, qui ponitur vt principiu in appetibilibus, ad quã sunt alie virtutes: ideo theologice sunt vt cause oĩũ virtutũ. Et quantum ad hoc oẽs virtutes morales possent reduci ad quãlibet theologica: & tũ iste modus reductionis est cũ pauca similitudine: ideo non ponimus sic vnam virtutẽ esse partẽ alterius. Magis autẽ poterant oẽs virtutes morales reduci ad charitatem tanq̄ ad dirigentẽ eas, quia ipsa ordinat oẽs in finem suũ, & facit eas meritorias: & tũ adhuc sc̄m istũ modum nõ d̄ aliqua virtus moralis esse pars charitatis: sed duo modi reductionis sunt. sc̄m similitudinem obiecti, & generis, aut per similitudinem modi. Et ita humilitas dicitur pars iustitiã, quẽ de temperantiã: & nõ dicitur pars alicuius virtutis theologice. Ad secundũ dicendum, q̄ licet humilitas sit in irascibili, tũ assigna


**H**umilitas quid sit. Ad primã rationẽ in contrariũ. Virtutes theologice sũt quãsi cause oĩũ virtutũ. Ad secundã rationẽ

**F**ur, vt pars temperantiã: quia virtutes particulares nõ solũ assignantur partes alicuius virtutis, cũ qua conueniant in materia, aut subiecto: sed et illius, cum qua conueniant in modo, quia modus est, vt aliquid formale in virtute: & iste est modus cõior assignandi partes: & ita licet humilitas sit in irascibili, tũ ponitur pars temperantiã, quã est in concupiscibili: quia in modo magis concordat cum temperantiã, quã est in concupiscibili, q̄ cum fortitudine, quã est in irascibili. Sic et humilitas, & magnanimitas sunt circa bonum arduũ, & ambã sunt in irascibili: magnanimitas tamen ponit pars fortitudinis, quã est in irascibili, & humilitas pars temperantiã, quã est in concupiscibili, & hoc quia magnanimitas mouet per modum impellentis, & cõfortantis animum ad arduum, ne deficiat in perfectione propter difficultatem adipiscendi, & ita mouet fortitudo confortando animum contra timores: humilitas autem quia mouet refrigando motum animi tendentis immoderatẽ ad ardua, sicut temperantiã refrigat animum ab impetu in delectationes, ponitur pars temperantiã. Ad tertium dicendum sicut supra habitum est, q̄ magnanimitas, & humilitas conueniunt in materia: tamen non in modo: quia magnanimitas intendit, & impellit: humilitas autem retrahit: ideo non ponuntur partes eiusdem virtutis. Nam & ipsa magnanimitas non ponitur sub fortitudine quasi conueniat cũ ea in materia: nam non conuenit: cum fortitudo sit circa audacias, & timores: magnanimitas autẽ circa bonũ arduum: sed in modo solo cõueniunt cũ fortitudine.

**Q**uã humilitas sit potior omnium virtutum. Quæst. XX. **Q**uã aere tvr, an humilitas sit potior omnium virtutum. Aliqui dicunt, q̄ sit melior omnibus. Dicit enim Chrysost. exponens illud Luc. 18. de Pharisæis, & Publicanis. I. q̄ mixta delictis humilitas tam facile currit, vt iustitiam superbiẽ coniunctam transeat. Si iustitiã coniunxeris eam, quõ nõ ibit ad iustitiam ipsi tribunali diuino in medio angelorum. Et sic patet q̄ humilitas præfertur iustitiã: & tamen iustitia, vel est omnis virtus (vt si sit legalis) vel est clarissima omnium virtutum. 5. Ethic. ergo humilitas erit maxima omnium virtutum. Secundõ, quia dicit Aug. lib. de verbis domini: Cogitans magnam fabricam cõstruere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Ex quo patet q̄ humilitas sit fundamentum omnium virtutum, & ita erit potior omnibus. Tertio, quia maiori virtuti debetur maius præmium: sed humilitati debetur maximum præmium. sc̄m exaltatio. Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur: ergo ipsa est maior alijs. Quarto, quia dicit Aug. lib. de vera religione: Tota vita Christi in terris per hominem, quem suscipere dignatus est, disciplina morum fuit: præcipuẽ humilitatem suam imitandam. proposuit dicẽs supra 11. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Et Greg. in Pastoralis ait, q̄ ad argumentũ redemptionis nostrẽ inuenta est humilitas Dei. Ergo humilitas v̄ esse maxima virtutum. Dicendum, q̄ simpliciter loquendo non est humilitas maxima virtutum, quia maior est charitas: cum sine ea ceterẽ perfectiones nihil sint. 1. Cor. 13. & ipsa sine alijs aliquid valeat. Pro quo sciendum, q̄ bonum, quod est virtutis non est bonum corporale, neq; naturale, sed bonum sc̄m rationem, & in ipsa ratione: bonum autẽ rationis præcipuẽ consistit in ordinando: ideo intantũ fieri aliquid sc̄m virtutem d̄, in quantum fit sc̄m ordinem rationis: ordo autem rationis præcipuẽ est in ipso fine, quia finis principalior est eis, quã ad finem: ideo illẽ virtutes erunt potiores, quã de fine sunt. Et propter hoc virtutes theologice, quẽ habent Deum pro obiecto, qui est vltimus finis, sũt simpliciter meliores.

**E**t inter istas, quia charitas specialius se habet ad Deũ quã ceterẽ, ipsa est simpliciter melior: ipsa enim nõ solum habet Deum pro fine & obiecto sicut alie duẽ theologice: sed etiam est in ipsum secundũ meliorem motum: & etiam ceteras in Deum dirigit: ipsa enim omnibus moralibus imperat, & dirigit eas in Deum vt finem, & facit eas meritorias: & ideo Apostolus cõposuit tres theologicas virtutes super omnia dona spiritalia, dicens: maneat autem in vobis spes, fides, charitas, tria hæc: præposuit charitatem alijs, dicens: Maior horum charitas. Ordo autem rationis attenditur secundario in eis, quã sunt circa finem, prout secundũ ordinem finis considerantur ea, quã ad finem. hæc autem ordinatio consistit essentialiter in ratione ordinante, id est in intellectu: & participatiuẽ in appetitu ordinato per rationem, vt recipit ordinationem factam a ratione. Ordinationem autem istã vniuersaliter facit iustitia legalis potius: licet etiam pertineat ad particularem, quẽ vt cõmunicetur appetitui, oportet vt bene eam suscipiat: & ad hoc disponit humilitas vniuersaliter. Nam sicut iustitia legalis vniuersaliter est de omni bono in quantum lex iubet actum omnium virtutum 5. Ethic. ita & humilitas disponit vniuersaliter ad suscipiendum illam ordinationem, in quantum per humilitatem fit homo bene subditus quantum ad omnia, quã ratio iubet. Per singulas autem virtutes morales fit homo bene subditus quantum ad materias speciales illarum virtutum, quia inclinant ad recte agendum circa illas materias: & secundũ hoc est ordo in virtutibus. Prima simpliciter in perfectione est charitas, quia est magis circa finem quã ceterã. post eam sunt spes fides duo theologice, quia etiã dicuntur ordinem circa ipsum finem. Post istas est prudentia, quia ista est in ratione essentialiter: in qua realiter est ordinatio eorũ, quã ad finem respectu finis. Post illam vero est iustitia legalis, & particularis in appetitu volituo, & secundũ eas datur ordo omnium, quẽ sunt in affectu: & dicitur etiam iustitia legalis & particularis esse in ratione, in quantum voluntas in qua est iustitia est potentia in essentia animã rationalis. Humilitas autem & ceterã dicuntur esse in appetitu affectiuo, quẽ non est vis, vel potentia existens in substantia animã rationalis. Inter istas autem illa, quã magis subiicit appetitum rationi ad executionem ordinis traditi a ratione est humilitas, quia facit subditum habitare quantum ad omnia determinata a ratione: iõ ipsa est melior omnibus existentibus in parte affectiuã. & comparando ad istas poterit dici optima virtus non tamen simpliciter. Ad primum dicendum quod maior est iustitia quã humilitas. Et ad dicitur Chrysost. dicendum, quod non præfert humilitatem iustitiã simpliciter sumptã: sed iustitiã cui superbia adiungitur, quã iam definit esse virtus: sicut è contrario peccatum per humilitatem remittitur. Vnde dicitur Lucẽ decimo octauo, de publicano, quod propter humilitatem descendit iustificatus in domum suam: & tamen iustitia per se maior est, quã humilitas per se, sed humilitas cum peccato melior est, quã iustitia cum peccato. Et ratio est, quia in Phariseo præexistebat iustitia, cui aduenit superbia, quẽ multum illi ademit faciens non esse meritorium. In publicano autem præexistebat peccatum, cui adueniens humilitas ademit peccatum faciens illud remitti: cũ descenderit publicanus iustificatus in domum suam: ideo non immeritõ humilitas cum peccato magnum aliquid est, iustitia vero cũ superbia fere nihil est. Et ita exponit ibi Chryso. dicens. Geminas bigas mihi accommodes: alteram quidem iustitiã & superbiam: alteram peccati & humilitatis: & videbis peccatum peruertens iustitiam non proprijs, sed humilitate. Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

**A**tis coniunctis viribus: aliud vero par videbis de iustitia non fragilitate iustitiã, sed morte & tumore iustitiã. Ad secundum dicendum, quod humilitas non est simpliciter maior omnibus virtutibus. Et quod dicitur de fundamento virtutum. Dicendum quod hoc dicitur in virtutibus translatiue ex eis, quã sunt in ædificiis quibus competunt fundamenta. et dicitur fundamentum virtutis quod primum est: nam in ædificiis primum quod iacitur est fundamentum. prima ergo quã in virtutibus acquiritur vocabitur fundamentum. constat autem quod virtutes omnes infunduntur à Deo: & infusio simul fit: Sed primum in acquisitione virtutis potest dupliciter accipi. Vno modo per modum remouentis prohibens: & sic humilitas tenet primum locum in virtutibus, scilicet in quantum expellit impedimentum omnium virtutum, scilicet superbiam cui Deus resistit, & efficit hominem Deo subditum: & supra patulum, id est apertum, vt vas & dispositum ad suscipiendum influxum diuine gratiã: in quantum euacuat inflationem superbiẽ vt dicitur Iacobus quarto, Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. & quantum ad hoc humilitas ponitur fundamentum spiritualis ædificiũ. Secundõ modo vocatur primum in acquisitione vel ædificio virtutum id per quod primõ ad Deũ acceditur. primus autem accessus ad Deum est per fidem, iuxta illud ad Hebr. 11. accedentem ad Deum oportet credere quia est. & hoc modo ponitur fides prima virtutum vel illarum fundamentum. & iste modus accipiendi primum vel fundamentum in virtutibus est melior quã primus & conuenientior: vnde & ipsa fides simpliciter melior est quã humilitas, vt supra dictum est. Ad tertium dicendum quod licet humilitati soli promittitur exaltatio, non promeretur sola humilitas exaltationem, sed omnes merentur eã: & quilibet secundum gradum suum magis aut minus meretur de illa: & ideo ex hac parte non est humilitas melior omnibus: quod tamen est si sola humilitas mereretur exaltationem, promittitur tamen soli humilianti, quia ei contraria est: & ita in alijs virtutibus vel beatitudinibus cuiuslibet promittitur id quod ei contrarium est, sicut ei, qui hic sitit, & esurit promittitur in futuro satietas, & ei qui luget, promittitur consolatio. Supra quinto capitulo. & tristatõ promittitur gaudium, lo. decimo sexto, tristitia vestra vertetur in gaudium, & cõtempnentũ diuitias seculi promittuntur diuitiã cõlestes, scilicet possidere regnum cõlorum. supra 5. quo nihil preciosius est. Ita humilitati contraria est exaltatio. Ei igitur, qui hic propter reuerentiam Dei se humiliat refrigando cor suum ab immoderata spe arduorum, conuenienter promittitur exaltatio: & non quidem in temporalibus, sed in cõlestibus. Sic dicit August. lib. de pœnitentia: Non putes eum, qui se humiliat semper iacere: cũ dictum sit exaltabitur, & ne opineris eus exaltationem in oculis hominum per sublimitates fieri corporales: Ad quartum dicendum, quod Christus non commendauit nobis præcipuẽ humilitatem, quã si ipsa sit maior omnibus virtutibus, sed quia per eam maximẽ remouetur impedimẽtum salutis humanã: & nihil nobis tam necessarium est, q̄ huiusmodi auferri impedimentum: cũ hoc non ablato, etiã si cetera bona adsint, non profiant, vel verẽ adesse non possunt: consistit enim salus humana in hoc, q̄ homo ad cõlestia, & spiritalia tendit: à quibus homo impeditur nõ ad illa tendat dum in terrenis magnificari studet: & ideo Christus, vt impedimentum hoc auferret exte-



riorem celsitudinem contemnendam monstravit perhumilitatis exempla. Et ita humilitas est quasi quedam dispositio ad liberum accessum hominis ad spiritalia, & diuina bona. Sicut ergo perfectio intenta est melior dispositione, per quam inducitur illa perfectio: ita charitas, & omnes theologice virtutes quibus immediate mouetur homo in Deum, sunt meliores humilitate in quantum humilitas disponit ad illas.

An bene assignentur duodecim gradus humilitatis, qui ponuntur in regula beati Benedicti. Quæst. XXI.

QVÆRETUR de gradibus humilitatis: solent enim assignari 12 gradus humilitatis, qui ponuntur in regula beati Benedicti an bene illi assignentur. Et sunt isti. Primus est corpore & corde semper humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus. Secundus ut pauca verba & rationabilia loquatur alijs & non clamorosa voce. Tertius ut non sit facilis seu promptus in risum. Quartus taciturnitas vsque ad interrogationem. Quintus tenere, quod tenet communis regula monasterij. Sextus credere, & pronunciare se omnibus viliorē. Septimus ad omnia se indignum & inutilem confiteri & credere. Octauus confessio peccatorum. Nonus pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti. Decimus ut cum obedientia se subdat maiori. Vndecimus ut voluntatem propriam non delectetur implere. Duodecimus ut Deum timeat, & memor sit omnium, quæ recepit.

Aliqui dicunt, quod non conuenienter enumerantur, quia hic ponuntur aliqua, quæ pertinent ad alias virtutes sicut ad patientiam, & obedientiam: sicut nonus & decimus gradus. Etiam continentur aliqua, quæ pertinent ad falsam opinionem, quæ nulli virtuti competere potest: ut sextus gradus, scilicet pronunciare & credere se omnibus viliorē. Quod non poterit esse verum de quolibet homine, sed de vno tantum, qui omnibus deterior sit: & ille etiam fortassis nesciet se omnibus viliorē, ita ut cum bona conscientia possit hoc credere & confiteri. Etiam septimus gradus, scilicet ad omnia se indignum & inutilem confiteri & credere: ergo non ponuntur conuenienter talia inter gradus humilitatis, cum magis ad falsitatem pertineant. Secundo quia humilitas ab interioribus ad exteriora procedit sicut cæteræ virtutes. Nam virtus quælibet moralis habitus electus est, & conuenienter actus eius primus est eligere: deinde proceditur in actum exteriorē quæ interior elegimus: ergo in gradibus humilitatis debent præmitti ea, quæ pertinent ad interiorē actum humilitatis, et sequi ea, quæ pertinent ad exteriorē, sed e contratio fit, quia primus gradus est de exterioribus, scilicet corde & corpore humilitatem ostendere defixis in terram aspectibus: ergo non proceditur ordinate in gradibus istis. Tertio quia Anselmus in lib. de Similitudinibus ponit septem gradus solum humilitatis, quorum primus est contemptibilem se esse ostendere. Secundus de hoc dolere. Tertius hoc confiteri. Quartus hoc persuadere, scilicet ut velit hoc credi. Quintus patienter tolerare hoc de ipso dici. Sextus ut patiarur contemptibiliter se tractari. Septimus ut hoc amet. Ergo videtur quod duodecim illi assignati sint superflui. Quarto patet, quia dicit Glo. perfecta humilitas tres gradus habet. Primus est subdere se maiori, et non præferre se aequali, qui est sufficiens ad salutem. Secundus est subdere se æquali: nec præferre se minori, & iste dicitur abundans. Tertius est subesse minori, in quod est perfecta iustitia: ergo prædicti duodecim gradus superflue ponuntur. Quinto quia dicit Aug. lib. de Virginitate. Mensura

humilitatis vnicuique ex mensura ipsius magnitudinis data est, cui est periculosa superbia, quæ amplius in prioribus infidiatur: sed mensura magnitudinis humanæ non potest sub certo modo graduum designari: ergo videtur, quod non possunt assignari certi gradus in humilitate.

Dicendum quod gradus duodecim humilitatis supradicti conuenienter assignantur. Pro quo sciendum, quod ut dictum fuit quæst. 18. & 19. humilitas consistit essentialiter in appetitu, quia est habitus quidam moralis dirigens appetitum, id est affectiuam partem, & actus suus est refrenare motum animi inordinate tendentis in magna: regula tamē sua consistit in ratione, quæ iudicat quæ sunt magna immoderate, in qua non est tendendum: & quæ sunt bona iuxta mensuram propriam, in qua licet tendimus. Principium autem vtriusque, id est tam cognitionis quam effectus est reuerentia, quam homo habet ad Deum: quia ex eo quod homo reueretur Deo, vult propter honorem eius & cognitionem magnitudinis illius non se extollere supra propriam mensuram: sed tenere se in illa vel citra illam: & consequenter vult considerare & agnoscere, quæ sunt iuxta propriam mensuram, & quæ ultra illam. Ex actu verò interiori humilitatis quo quis eligit tenere se iuxta propriam mensuram, procedunt quadam signa exteriora in gestis factis, & dictis, quæ manifestant id quod interiori latet, sicut in cæteris virtutibus accidit. Nam ex visu cognoscitur vir, & ab occurſu faciei sensatus, Ecclesiastici 19. ideo inter prædictos gradus ponitur aliquis, quod pertinet ad humilitatis radicem, scilicet gradus duodecimus, quæ est ut Deum timeat, & memor sit omnium, quæ præcepit. Hæc est enim radix humilitatis: nam ex eo quod homo reueretur Deo, non vult se extollere ultra mensuram propriam, & considerat quanta sit illa potentia. Etiam aliquid quod pertinet ad appetitum, in quo est humilitas, sed ne inordinate tendat in excellētiā propriam: & hoc fit tripliciter. Vno modo, ut non sequatur homo propriam voluntatem. Nam ad excellentiam quandam pertinet prosequi propriam voluntatem, scilicet ad quendam gradum libertatis. Et hoc pertinet ad vndecimum gradum, qui est ut voluntatē propriam non delectetur implere. Secundo modo, ut regulet eam secundum superioris arbitrium. Nam hoc subiici quoddam est, quod quis alienam voluntatem sequi teneatur, & hoc pertinet ad decimum gradum, qui est ut cum obedientia se subdat maiori. Tertio modo, ut ad hoc non resistat propter aspera, & dura, quæ occurrunt vel imperantur, & hoc pertinet ad nonum gradum, qui est pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti. Ponuntur etiam in prædictis gradibus quadam pertinentia ad existimationem hominis recognoscens suum defectum: & hoc tripliciter. Primo modo quod quis proprios defectus recognoscat, & confiteatur: quod pertinet ad octauum gradum, qui est confessio peccatorum. Secundo ut consideratione sui defectus insufficientem se existimet ad maiora, quod pertinet ad septimum gradum, qui est ad omnia se inutilem confiteri, & credere. Tertio ut quantum ad hos sibi alios præferat, quod pertinet ad sextum, qui est pronunciare & credere se omnibus viliorē: Ponuntur etiam quedam, quæ sunt signa exteriora humilitatis interioris, & vnum est in factis, scilicet ut homo non recedat in suis operationibus à via communi, quod pertinet ad quintum gradum, qui est tenere quod tenet cōis regula monasterij. Alia duo sunt in verbis, vnum est, quod homo præoccupet tempus loquendi, quod pertinet ad quartum gradum, qui est esse taciturnum vsque ad interrogationem. Aliud ne excedat modum in loquendo, quod pertinet

Homo recognoscit defectum suum tripliciter.

Ad primam rationem in contrariis.

pertinet ad secundum gradum, qui est ut pauca verba, et rationabilia loquatur. Alia duo pertinent ad gestus exteriores: vnum est in reprimendo extollentiam oculorum, quod pertinet ad primum gradum, scilicet corde & corpore humilitatem ostendere defixis aspectibus in terram. Aliud est in cohibendo exteriori risum, & alia signa ineptæ lætitiæ, quod pertinet ad tertium gradum, scilicet quod non sit facilis aut promptus ad risum. Et ita circa humilitatem sunt quatuor radices humilitationis: & consideratio præcedens de propria mensura vel gradu: & ipse humilitatis actus in appetitu: & signa exteriora ostendentia humilitatem. Ex quibus quatuor accipiuntur duodecim prædicti gradus humilitatis, scilicet ex primo vno gradus: ex secundo tria: ex tertio alia tria: & ex quarto quinque, ut descriptum est. Et ita sunt duodecim gradus humilitatis, quibus opponitur duodecim gradus vel conditiones superbiæ. Nam primo gradui, qui est corde & corpore humilitatem ostendere defixis aspectibus in terram, opponitur ex parte superbiæ curiositas, per quam aliquis curiosè, & inordinate vbique circumspicit. Secundus est, ut pauca verba, & rationabilia quis loquatur, & non clamorosa voce, cui opponitur ex parte superbiæ leuitas mentis, per quam homo superbe se habet in verbo: vel multa inordinate dicendo, vel irrationabilia. Tertius gradus humilitatis est, ut non sit facilis aut promptus in risu, cui opponitur inepta lætitia, per quam exterius quis ostendit signa lætitiæ quando non expedit, aut plulquam expedit. Quartus gradus est taciturnitas vsque ad interrogationem, cui opponitur iactantia, scilicet quæ quis sponte loquitur non interrogatus ea quæ ad magnitudinem suam pertinent. Quintus gradus est tenere, quod cōis regula monasterij tenet, cui opponitur singularitas, per quam quis vult cæteris esse dissimilis faciendo quod illi non faciunt: aut non faciendo quod illi faciunt, et hoc ut melior, et superior alijs appareat. Sextus gradus est credere & pronunciare se omnibus viliorē: cui opponitur arrogantia, per quam quis sibi arrogat, vel scribit ultra propriam mensuram se alijs præferendo. Septimus est ad omnia se inutilem, & indignum confiteri, & credere: cui opponitur præsumptio, per quam aliquis se putat dignum maioribus & sufficientem ad maiora quæ sit: et si illud non dicat, quod facit arrogans. Octauus est confessio peccatorum: cui opponitur defensio peccatorum scilicet cum quis factum confitetur, & tamen dicit illud non esse malum. Nonus gradus est in duris, & asperis patientiam amplecti, cui opponitur simulata confessio, per quam aliquis non vult subire penam pro peccatis, quæ simulatè confitetur. Decimus gradus est obedientia cui opponitur rebellio. Vndecimus est, ut homo non delectet facere propriam voluntatem, cui opponitur libertas, per quam homo delectat libere facere quod vult: & tunc libertas sonat in malum, ut dicit detractationem iugi necessarii, quod subire tenemur: nam aliàs libertas bonum quoddam est. Duodecimus gradus est timor Dei, cui opponitur peccandi consuetudo, quæ implicat Dei contemptum. Nam si timeret non assuesceret: et si aliquando, & raro ex passione, aut ignorantia peccaret. Ad primum dicendum, quod humilitas nihil falsum habet, aut confitetur. Quod autem quis confiteatur & credat se omnibus viliorē, potest intelligi dupliciter. Vno modo simpliciter, scilicet quod peccata illius sint plura quam peccata cuiuslibet alterius hominis, & etiam grauiora: & hoc modo non est licitum: quia vnus solus est, qui est omnibus deterior: & ille fortassis nescit se talem esse: ideo neque securè asserere potest: & ita non confitetur quod sit humilis. Alio modo, quod quis cognoscat de se aliquos vilitates aut defectus, quos in alio non cognoscit: & hoc modo facile est, quia quilibet quantumcumque bonus cogit Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

agnoscit in se aliquos secretos defectus: in alio verò non cognoscit secretos defectus, neque occultam bonitatem: ideo licet quantum ad ea, quæ patent iste melior sit: tamen conferendo mala secreta, quæ de se nouit & non nouit de alio: & defectum bonitatis in se, quam forte bonitatem occultè in alio potest credere esse, licet non appareat, cum nondum constet contrarium & ita nemo est, qui non possit confiteri se esse viliorē quolibet alio homine, & tamen non intelligitur, quod simpliciter sit magis peccator: quam quilibet alius homo. Sic dicit Aug. li. de virginitate. Existimate alios in occulto superiores, quibus estis in manifesto meliores. Sic etiam, quod quis confiteatur & credat se ad omnia indignum & insufficientem, aut intelligitur simpliciter, id est quantum ad statum, in quo est, & tunc falsum est: & quia multa sunt, ad quæ digni sumus existentibus donis, quæ Deus nobis donauit, siue naturaliter siue alijs: quæ tamē actualiter habemus. Sic dicitur 2. Cor. 3. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Aut consideratur quantum ad dignitatem, quæ ex parte nostra non sit nisi defectus. Et sic verum est, quod ad omnia sumus insufficientes, & inutiles etiam ad minimam rem. Nam non sumus digni pane, quo vescimur: neque sumus digni cælum videre: sed sicut dixit Iacob, minor sum omnibus miserationibus tuis, Gen. 32. Ideo si ad aliquid sufficientes sumus, quantumcumque illud paruum sit, non est ex nobis sufficientia illa, sed à Deo 2. Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et quia quod Dei est alienum: licet nobis collatum sit: cum non possimus de illo gloriari quasi de nostro 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? ideo licet per dona nobis à Deo collata sufficientes sumus ad multa: possumus vere dicere quod ad nihil sufficientes sumus, sed ad omnia inutiles. Sic Christus dicit inquit licet obseruauerimus omnia mandata eius: quorum obseruatio est satis difficilis. Luc. 17. Cui feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. Cui autē dicatur, quod in istis gradibus humilitatis ponuntur multa, quæ pertinent ad alias virtutes, concedendum est: nec est inconueniens, quod multa pertinentia ad alias virtutes ascribantur humilitati: quia sicut vnum vitium oritur ex alio vitio naturali ordine: ita actus vnus virtutis procedit ex actu alterius. Vnde interdum idem actus pertinet ad quatuor vel quinque virtutes: ut abstinere à venereis in religioso pertinet ad obedientiam, & castitatem, & temperantiam, & iustitiam legalem, Ad 2. ratio & charitatem. Ad secundum dicendum, quod licet prius ponantur gradus pertinentes ad exteriora, est conueniens ordo, ad humilitatem quippe peruenit homo per duo: primo per gratiæ donum, secundum per humanum studium. Quantum ad primum interiora præcedunt exteriora: cum prius recipiatur in terius habitus infusus à Deo quam appareat exterius aliqua eius operatio vel signum. & quantum ad hunc modum præcedere debebant gradus, qui pertinent ad interiora: quantum ad secundum præcedunt exteriora, quia per humanum studium prius homo exteriora cohibet, deinde pertingit ad extirpandum interiorē radicem mali, et secundum hunc ordinem assignantur gradus humilitatis, et ita conuenienter ordinantur. Ad tertium dicendum, quod nullus gradus superfluit: quia oēs gradus assignati ab Anselmo reducuntur ad gradus istos duodecim. Nam, ut supradictum fuit, quatuor sunt circa humilitatem, scilicet radix, et cognitio, et humiliatio ipsa in appetitu, et ostensio exterior in signis. Septem aut gradus Anselmi reducuntur ad tria horum, scilicet ad cognitionem, & manifestationem, & volū

B 2 tatem



tatem proprie abiectionis circa proprium defectum. Primus pertinet ad ostensionem, s. contemptibilem se esse ostendere, sed quia vituperabile esset si quis proprium defectum amaret, excluditur hoc per s. gradum Anselmi. s. de hoc dolere. licet ostendat se contemptibilem: non tñ gaudere debet, quia talis est, vt contemni mereatur, sed potius, de hoc debet dolere. Ad manifestationem etiam proprii defectus pertinet tertius gradus Anselmi. hoc cōfiteri. i. proprium defectum. Hoc debet intelligi de defectu in generali. s. q. confiteatur hō se miserum, & peccatorem: vel de defectu in particulari si manifestus est, & non causat infamiam. De occultis autem non expedit confiteri illos, nisi in confessione sacramentali. Quartus gradus est, vt hoc persuadeat. & pertinet ad maiorem manifestationē, quia nō satis est, quod quis simpliciter cōfiteat se peccasse vel contemptibilem esse, sed quod persuadeat aliis sic esse, et pertinet hoc ad maiorem abiectionem. Alij tres gradus Anselmi pertinent ad appetitum proprie abiectionis, qui exteriorem excellentiam non querit, sed exteriorem abiectionem aequanimiter tolerat. Et de hoc est quintus gradus. s. quod sustineat patienter hoc dici: licet alij dicant eum contemptibilem, & miserum, toleret illud non respondendo: & hoc ad voluntatē abiectionis pertinet. & sicut in distis patimur abiectionem, ita & in factis. Et de hoc est sextus gradus. s. quod patiatur contemptibiliter se tractari. s. in factis. De hoc dicit Greg. in registro. Non gratia est nos humiles esse his, à quibus honoramur: quia & hoc secularis quilibet faciunt, sed illis maxime humiles esse debemus, à quibus aliqua patimur. & quantum ad hanc humilitas concordat cum patientia. Vltima perfectio humilitatis adhuc superest. s. vt non solum ista toleret, sed etiam illa fieri sibi cupiat. & quantum ad hoc est septimus gradus Anselmi. s. vt hoc amet. Isti aut septem gradus Anselmi nō sunt distincti à duodecim supra positis: sed coincidunt omnes hi, & reducuntur ad sextum, & septimum ibi positos: & tamen in istis septem gradibus positus ab Anselmo aperitur explicatius id, quod in sexto & septimo prædictis continetur: & ita non est varietas neque superfluitas. Ad quartum dicendum, quod illa assignatio graduum non est propria. s. s. naturam, vel actum humilitatis, sed s. varietatem illorum in quib⁹ est humilitas: quorum quidam sunt minores, alij maiores, alij æquales: assignatio autem duodecim graduum, vel septem est quæ ad naturam humilitatis. i. quantum ad ea, quæ ad illam pertinet. Ad quintum etiam dicendum, quod distinguere gradus humilitatis secundum mensuram propriam cuiusque hominis non est distinguere illos s. naturam propriam humilitatis: sed s. conditionem hominum, in quibus est: ideo non est inconueniens si hoc modo non sint gradus determinati.

Ad quartam rationem.

Ad quintam rationem.

*Quomodo uerum est quod dicitur, qui se humiliauerit sicut paruulus iste, hic maior est in regno celorum.*  
*Questio. XXXI.*

**Q**VAERETVR, quomodo uerum est quod dicitur: qui se humiliauerit sicut paruulus iste hic maior est in regno celorum: nam uidetur, quod non sit uerum, quia propter merita datur præmium: necesse est igitur, quod quāto fuerint maiora merita, tanto sequatur maius præmium: & è p. ratio quanto est maius præmium, sequitur quod præcesserunt maiora merita: p. merita aut nostra sunt in celo: quia non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus, ad Hebr. 13. ergo q. maiorem statum recipit in celo, magis hic meruit quàm ceteri, qui minore statu accipiunt: & tamē qui humilior est fit maior in regno

celorum: ergo actus humilitatis est meritorius super actus oīum virtutum, & consequenter ipsa est potior oībus virtutibus. Sed falsum est, quia melior est charitas & multe alia, vt ostensum est supra, ergo non est maior in regno celorum, q. fuerit humilior. Alij dicunt, quod accipitur regnum celorum pro statu Ecclesie militantis: & tunc pcedunt, quod humilitas nō est maxima virtutum. & tamen per eam meretur homo maxime exaltari in Ecclesia militanti. Et dicunt quod uerū est quod respectu æternæ beatitudinis, in qua sunt uera, & consummata præmia, meretur quis maius præmium per maiorem uirtutem: & respectu illorum præmiorum magis meretur quis per aliquas alias uirtutes quàm per humilitatem: & tamen respectu status Ecclesie militantis non est inconueniens, quod p. maiorem uirtutem mereatur maiorē gradū. Sed hoc nō stat: primò quia non accipitur hic pro Ecclesia militanti, sed pro uita æterna. Nā Christus inuitabat hic discipulos ad humilitatem per desiderium: maioritatis in regno celorum: & tñ non inuitabat eos ad p. sciscendum magnitudinem in Ecclesia militanti: quia in ista nō erant habituri maiorē gradum q. erant: nam Apostoli erant, & principes Ecclesiarum, & columna totius aedificij. Secundò quia per istam humilitatē innuit, quod vn⁹ posset fieri maior altero: & tamen in Ecclesia militanti non fuit ista inæqualitas, neque futura erat inter eos: cum omnes essent æquales dignitate, quia Apostoli erant: ergo non accipitur de Ecclesia militanti. Tertiò quia doctores sancti de uita æterna hic accipiunt unde ait Remigius. Quāto est quis humilior, tanto efficitur maior in regno celorū, id est in cognitione gratiæ: vel in Ecclesiastica dignitate: uel certe in æterna beatitudine: ergo non stat illa expositio. Quartò quia dato, quod uellemus accipere pro Ecclesia militanti, non est uera expositio, quia tūc quanto quis esset humilior, tanto ad maiores dignitates Ecclesiasticas sublimaretur, licet præter intentionem suam, & tamen hoc non uidemus regulariter fieri, licet interdum Deus uelit hoc ostendere ex aliquibus causis sibi notis. Dicitur autem Christi esse regula, ideo debet tenere uerum, vt semper vel vt in plurimum, & non tenet sic accipiendo: ideo non potest sic intelligi.

Dicendum ergo quod accipitur de uita æterna. Et pro hoc primò considerandum, quod cum dicitur, q. se humiliauerit sicut paruulus iste, nō est sensus, quod in isto paruulo esset aliquis perfectissimus gradus humilitatis, sicut aliqui acceperunt: dicentes quod ideo dicitur, quod erit maior in regno celorum. s. si humiliaretur sicut paruulus, humiliauitur autem minorum graduum non mererent fieri aliquem maiorem in regno celorum: quia cum humilitas nō sit potissimum oīum virtutum, etiam maximus gradus humilitatis nō erit æqualis gradibus maiorum uirtutum, ideo per illos mereret habens fieri maior, quàm si humiliaretur sicut paruulus: sed dicitur sicut paruulus iste ad ostendendam ueram humilitatem, quæ est sine iniquitate, & hypocrisis, iuxta illud Eccl. 10. est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. paruulus autem propter ignorantia connatus ei s. aetatem nescit fictē humiliari, sed uerē humiliatur, quia honores nullos ambit, cum illos nō cognoscit: & de ista humilitate, in quocunq. gradu sit (dum tamen sit uera) dicitur q. ea q. habuerit, maior erit in regno celorū, id est in æterna beatitudine non promeritorie, sed dispositiue, i. non merebitur per humilitatem fieri maior quàm per quamcunq. alia: & tñ per illā magis disponetur, q. per quocunq. alia: nā vt dictū est, sup. humilitas est remouens prohibens ad profectum spirituale. Sola enim humilitas opponit superbiæ uel inani gloria,

ria, qua existente omnes uirtutes pereunt, quia efficiunt non meritorie, ideo ad custodiam uirtutum, per quashabetur regnum magis facit humilitas quàm quocunq. alia uirtus: ideo rectè dicitur, quod per ipsam efficitur quis maior in regno celorum. Secundò potest dici, quod licet per quamlibet uirtutem coniunctam charitati mereatur uita æternā operando per eam: & quanto uirtus fuerit maior, tanto maior gradus erit, quem meremur: quia tamen maioritas dicit exaltationem: & illa opponitur soli humilitati: p. mittitur illa pro sola humilitate, licet non mereamur illam per solam charitatem: sicut dicitur Luc. 14. qui se humiliat exaltabitur. Et non permittitur alibi exaltatio pro aliis uirtutibus. sic est cū beatitudines posite à Christo, supra 3. cap. sunt operationes perfectissime, vt ibi declaratum est, pro qualibet earum debetur uita æterna, & tamen pro nulla promittitur ibi regnū celorum nisi pauperibus spiritu. Et hoc quia paupertati repugnant diuitiæ: iō pro paupertate sponte tolerata promittunt æternæ diuitiæ, & nullæ maiores esse possunt quàm possidere regnum celorū: iō promittitur illis regnum celorum. Tertiò potest dici s. Nico. q. humilitas non est maior oībus uirtutibus, sed theologice sunt maiores oībus, & post eas prudentia: deinde utilitas: postea humilitas: sed quia humilitas est fundamentum, & ex magnitudine fundamenti colligitur magnitudo ædificij: iō tota magnitudo præmij, quæ debetur oībus uirtutibus attribuitur humiliati, quia illa est fundamentum oīum. Et amplius dicit, q. oēs uirtutes sunt inter se p. nexæ: & maxime uirtutes infusæ, q. connexæ sunt in gratia, & charitate: iō quantū crescit vna uirtus in eodem homine, tantū crescit quælibet alia proportionaliter s. illud, quod est formale i uirtute: sicut digiti manus æqualiter crescant, licet non sint inter se æquales: & ita, qui maiorem humilitate habet, maior est in regno celorum: quia qui habet maiorem humilitatem, quàm alij, habet oēs uirtutes maiores quàm ille: & p. uenter est maior in uita æterna non ppter humilitatem, sed propter alias uirtutes humilitati connexas, quæ sunt maiores humilitate. Hoc quidem rectè dictū est: & tñ oporteret dici, q. qui habet maximum gradum humilitatis, esset maior in regno celorum, & non qui se humiliauerit sicut paruulus iste: quia forte alius haberet maiorem humilitatē quàm paruulus: nisi per humilitatem paruuli intelligas maximum gradum humilitatis, quo non sit dandus maior. Quartò, ergo dicendum, & melius q. ista regula Christi non est quantum ad oēs hoīes, sed solum quantum ad Apostolos, qui præceteres erant, qñ ista dicebatur: nā quærebatur inter eos, quis eorum maior esset: & vt innuitur hic, dicebat de maiortate in regno celorum. Et Christi rectissime dixit, quod qui humiliaret se sicut paruulus iste, esset maior eorum in regno celorum: quasi dicat, vos oēs estis in peccato, quia contenditis de maiortate, & ita nemo uestrum meretur regnū celorū: iō si quis vrm humiliauerit se sicut paruulus, erit maior in regno celorum. i. maior quàm ceteri uestrum: imò ipse solus erit in regno celorum: quia ceteri manentes in superba contentione non habent aliquid in celo: sic patet sup. in litera: Nisi cōuerſi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnū celorum. i. nisi uerſi fueritis ab hac elatione cessando pcedere de altera maiortate, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum: ergo nemo vrm erit ibi maior altero quādiu sic maneritis: cū nemo illuc intrabit: sed si quis uestrum efficiatur humilis, sicut paruulus iste, qui non p. tendit de maiortate, manentibus ceteris in elatione, sicut nunc manetis, ille erit maior in regno celorū: quia ille intrabit illuc, & ceteri non intrabunt. Et iste est uerus sensus, & ad Alph. Toſt. super Euang. Matth. Pars V.

propositum literæ, & sine aliqua calumnia. Sic n. solutus erat Christus uidere ad similes q. dōnes, vt Luc. 22. qñ in cœna orta est discēptatio inter discipulos quis eorum maior uideretur: & Christus ait: Qui uoluerit esse maior, erit oīum seruus. i. ille qui habuerit humilitatem subiicendo se oībus uobis, erit maior oīum. s. qui nō habent illā humilitatem, sed cōtendunt de maiortate, cū non solum nemo illorum sit maior, sed et nemo taliū habet aliquē gradum bonitatis: quia cū superbia nulla uirtus manet. Et qui suscepit. Posito sup. fundamento uirtutum: ponitur hic s. m. f. aedificium de super cōstructum. Et dicit. Et qui suscepit. f. hospitio uel qualitercunq. benefecerit, quia de quocunq. beneficio impenſo intelligitur hoc, cū non sit specialibus in susceptione hospitalitatis, quàm in alijs: cum etiam sint alia opera misericordiæ maiora. *Unum paruulum.* Non solum meremur recipiendo magnos, sed et paruulos: ad oēs. n. sunt opera misericordiæ exhibēda. *Talem.* Ad ætatem refertur. i. q. sit paruulus ætate sicut iste. non ad ad qualitatem: quia forte ille non habebat aliquem gradum sanctitatis. et si propter hoc mereret acciperet tales neminem reciperemus, vel multos abijceremus. *In nomine meo.* i. propter me, quia peti i nomine meo, vel etiam si ille non peti, tñ datur propter contemperationem Dei, & nō alicuius terrenæ p. siderationis. *Me suscepit.* i. idem est ac si me suscepit. Vel dicitur me suscepit, quia propter me illum suscepit, & non propter seipsum. Sic n. dicitur inf. 23. Quodcumq. fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Et ita Christus ostendit se aliquibus quasi recepisse beneficia illa, quæ pauperibus eius noīe collata fuerant: sicut in legenda beati Martini apparuit Christus indutus ea parte clamidis, quā Martinus pauperum porta ambranenſium dederat.

*Quare Christus subdidit de paruulos suscipientibus, cū hoc non uideatur ad propositum.* *Quest. XXXII.*

**Q**VAERETVR, cū Christus dixisset supra de humilitate, in qua paruulos imitari debemus, quare subdidit de suscipientibus paruulos, quia non uidetur esse ad propositum. Dicunt aliqui, q. hoc fecerat, quia caperat dicere de paruulis: iō continuato sermone dixit de oībus, quæ ad paruulos pertinebāt. s. de suscipiendo eos, & de non scandalizando, & de nō cōtēnendo: quæ continuato ordine ponuntur. Sed nō stat, quia Christus non in debet aliquam doctrinam dare circa paruulos, quæ nō esset circa adultos, cū doctrina sua generalis sit ad omnem hoīem, & cuiuscunq. ætatis: cum inſerit prædicari Euangelium suum cō creaturæ, Mar. 16. Etiam quia manifestum est, q. non solum, qui paruulos recipiunt propter Christum, merentur, sed etiam, qui adultos: & non solum, qui scandalizat paruulos peccat, sed etiam qui uiros: imò potius uiros quàm adoleſcentes uel pueros: & ita, qui contēnit adultos durus peccat, quàm qui pueros. Secundò potest dici quod dicitur dependenter ad præcedētia: quia supra dicebatur quod per humilitatem efficit quis maior in regno celorum: ponitur hic alius modus habēdi regnū celorum, & maiortatem. s. recipere pauperes pro Christi nomine. Sic dicit Beda, & qui suscepit &c. in quo simpliciter pauperes Christi ab his, qui uelint esse maiores pro eis ostendit honores suspendendos. Tertiò potest dici hoc continuando ad præcedentia, quod hoc dicitur ad ostendēdum dignitatē paruulorū: quia dictum fuerat, q. qui est sicut paruulus, maior est in regno celorū: hic aut ostendit, q. non solum qui efficit sicut paruulus, intrat in regno celorū: sed et qui suscipit paruulum est magnæ dignitatis, ita q. Christum suscipere dicitur. Sic dicit Chryſo. & qui suscipit &c. ac si dicitur: non solum si tales efficiamini mercedem accipi-

ris: sed etiam & si alios tales propter me honorabitis, & honoris, qui est ad illos retributionem vobis determino regnum. Quartò potest dici, quòd Christus posuerat doctrinam de humilitate: & quia officium suum erat docere, & circa omnia que ad mores necessarios pertinebant docturus erat, subdidit alia, scilicet de suscipiendis hospitibus, & de non scandalizando, & non contemnendo: & postea de remittendo: & non est necesse, quòd semper vna doctrina attineat ad aliam: quia cum varia sint, quæ in doctrina traduntur, interdum non dependet manifeste vnum ex alio. & istud est rationabilius quam duo præcedentia.

Quare dicitur: Qui suscepit. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR, quare dicitur, qui suscepit. Dicendum, quod litera videtur significare hospitalitatem: & tamen intelligi debent omnia opera misericordie tam corporalia quam spiritualia: & maxime de corporalibus: licet spiritualia sint interdum maioris meriti in quantum sunt de melioribus rebus. Et hoc intelligitur propter duo. Primò, quia qui suscipiunt aliquos hospitio, solent dare omnia necessaria quoadiu apud illos manent: talem. n. hospitium dabat Christus discipulis, dicens: In quamcumque domum intraveritis, manete ibi: edentes & bibentes, quæ apud illos sunt, Luc. 10. cap. & ideo potuerunt cetera opera corporalia misericordie intelligi per hoc. Secundò, quia eadem ratio est in omnibus operibus misericordie: oia enim sunt meritoria, quoniam propter Deum fiunt. Et licet Christus non ponat de omnibus satis est dixisse de vno pro quod cetera intelliguntur: potissime, quia infra 25. expresse de omnibus operibus misericordie locutus est. Tertiò, & præcipue, quia suscipere fortè noluit Christus hic accipere per hospitalitatem exercere, sed pro fauorabiliter tractare: & hoc est suscipere vel assumere. Sic dicitur Luc. 1. suscepit Israel puerum suum. Sed non est sensus, quòd receperit eum hospitio, sed benigne, & fauorabiliter Deus tractabat Israel plusquam alias gentes, Olee. 11. Puer Israel, & ego dilexi eum. Sic ad Roma. 14. Infirmum in fide assumite, id est infirmum tractate fauorabiliter, & blandè, & non in disceptationibus, vt ibi sequitur: & ita accipietur pro omni beneficio impensio, quia hoc est benigne tractare.

Quare dicitur, paruulum. Quæstio XXV.

QVAERETVR, quare dicitur, Paruulum suscepit. Aliqui dicunt, quòd Christus voluit esse hoc speciale in paruulo. Sed dicendum, quòd non fiat vt dictum est supra, quia etiam meretur, qui hospitio suscipit, adultos: imò istud magis est ad adultos, quia tales paruuli quales Christus ostendit raro vagantur, vt hospitio suscipi egeant, sed manent sub cura parentum aut tutorum. Dicendum ergo, quòd hoc de omnibus intelligitur siue paruulis siue adultis, quod pro Christo suscipiantur. Et tamen dixit de paruulo, primò propter præsentiam eius: nam vt dictum fuit supra. Apostoli, quia adhuc rudes erant, magis admonebant sensibili ostensione quam solis verbis, sicut erant in lege Moyse. ostendere ergo debuit Christus aliquem, de quo loqueretur: ad cuius exemplum de ceteris intelligeretur, & quia occurrit puerum adhuc præsentem esse, quem posuerat in medio ad loquendum supra de humilitate, continuatò sermone dixit de illo puero. f. qui suscepit vnum puerum talem. Secundo fuit ad

F tollendum dubium, & ostendendum magnum meritum esse benefacere alicui propter Deum, quia non solù benefacere viris, sed etiã benefacere paruulis, qui paruuli valoris sunt, est apud Deum valde acceptum. Et dubium erat, quia dicitur supra 10. cap. qui accipit iustum, mercedem iusti accipiet. qui ergo acciperet paruulum, mercedem pueri acciperet, quam nullius valoris aliquis fortè iudicaret: ideo vt videatur, quòd suscipere etiam paruulum magni meriti sit, dixit: Qui suscepit puerum, me suscipit.

Quare dicitur puerum talem.

Quæstio. XXVI.

G QVAERETVR, quare dicitur, puerum talem. Dicit Nicolaus talem, id est humilem, & fidelè. Et hoc videtur, quia Christus iam dixerat de humilitate huius pueri, qui se humiliauerit sicut paruulus iste. Sed dicendum, quòd non stat. Primò, quia præsupponitur, quòd iste puer erat humilis, & fidelis. de fide nihil constat, cum non habeatur argumentum ex litera: nec poterit vocari fidelis, nisi fortè, quia erat filius alicuius Iudæi, qui fideles erant: nam paruuli aliam fidem quantum ad actum non habent, nisi fidem parentum: & adhuc non constat, an esset filius alicuius Iudæi: nã poterat esse filius alicuius gentilis, quia modo Christus erat Capharnaum, vt colligitur præced. cap. & Mar. 9. & tamen ibi Gentiles etiã erant. f. Romani: & ibi erat centurio ille gentilis, supra 8. & Luc. 7. De humilitate autem dicendum, quòd non erat humilis prout humilitas est virtus: sed erat humilis per naturam, in quantum ardua non cognoscebat, quæ appeteret: & ita oes paruuli sunt humiles: hoc tamen non est laudabile in eis, quia ita esset deliri, & amentes humiles sunt, quia non cognoscunt magna, quæ inordinate appetere possint. & ita esse sic humilem, vel fidelem non erat aliqua conditio, quare potius tales quam alij suscipi deberent. Secundò, quia hoc dato Christus innueret, quòd deberemus benefacere bonis. f. humilibus, & fidelibus, & non malis. Sed falsum est, quia etiam malis benefacere suadet, supra 5. Estote misericordes sicut pater vester, qui solem facit oriri super bonos, & malos, Etiam infidelibus benefaciendum est, licet magis fidelibus. ad Gal. 6. Dum tēpus nabemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, id est manentes in fide: non ergo est iste sensus. Tertiò, quia si hoc consideraretur, arderetur via benefaciendi, cum nesciremus, quis erat humilis, & bonus, & ita paucis, vel nullis benefaceremus. Quartò, quia si aliquibus benefaceremus, contingeret interdum benefacere malis, qui boni viderentur, & repellere bonos, de quibus notum non esset. Quintò, quia Chryso. arguit eos, qui talem distinctionem volunt facere inter recipiendos, dicens istam diabolicam, & superuacua curiositatem 42. dist. cap. quiescamus. & dicit, quòd aliqui dum hospitalitatem ad omnes exercent, angelos hospitio susceperunt, sicut fuit Loth, qui si aliquos reciperet, & alios excluderet, contigisset fortè, quòd angelos repulisset. Sextò, quia ista distinctio faciendae esset, si meritum esset bonos recipere: malos verò esset inutile recipere: & tamen cuiusque benefacere bonum est, & vt dicit Chryso. in dicto cap. quiescamus: non est Deus retributurus nobis iuxta tantitatem eorum, quos recipimus, sed iuxta benignitatem, & misericordiam, quam exhibemus illis. Nam dum aliquis recipit eos, vt bonos, & pauperes Christi, recipiet mercedem à Christo etiam si illi non sint tales, vt dixit Christus, supra decimo capitulo, qui recepit prophetam in nomine prophete.

doct. respon. ad quæstionem.

Opera sunt meritoria quando propter Deum fiunt.

H

I

K

A acceptat actus nostros propter ipsum factos, & ista acceptatio est per gratiam gratum facientem, & illa licet non sit charitas, nunquam tamen est sine charitate: fides autem, & spes sine charitate esse possunt: ideo tunc actus earum non sunt meritorij, quia non acceptantur. Secundò fuit hoc ad ostendendum magnitudinem retributionis pro hac receptione: nam si respiciat quis paruulos suscipit, videtur quasi nullius momenti esse opus factum. vt autem appareat magnum esse dicitur quòd fiat in nomine Dei: quia tantum est opus quantum est ille in cuius nomine fit. sic dicitur supra 10. c. qui recipit prophetam in nomine iusti mercedem iusti accipiet. i. quasi acciperet verè prophetam, vel iustum: ergo qui accipit aliquem in nomine Dei, mercedem Dei accipiet, sed qui suscipit paruulos (sicut Christus dicit) suscipit eos in nomine Christi: ergo mercedem Christi accipiet, id est quæ si reciperet Christum: & ista est causa potissima. Tertiò fuit ad tollendum discipulis, & omnibus susceptis causam suscipiendi. Nam si propter se suscipi hospitio tanta esset retributio recipientibus: putarent se ex hoc magnos esse: ideo dicitur in nomine, quasi dicat totus iste honor impenditur vobis propter me: & etiã recipientes mercedem accipiunt, quia propter me susceperunt vos. Sic dicit Hieronymus: necum delatū fuerit Apollolis, se putent honoratos, adiecit non suo illos merito, sed magistrū honore suscipiendos.

Quare dicitur: Me recipit, & quomodo uerum sit. Quæst. XXVII.

QVAERETVR, quare dicitur: Me recipit, & quomodo sit verum. Dicendum, quòd Christum recipit talis non in seipso, quia ille in beatitudine æternitatis est, sed recipit eum in membris suis etiam representantibus: sic ipse dixit, infra 25. quicumque fecerit vni ex minimis meis, mihi fecerit. Itē quia propter vnum quodque tale, & illud magis, sed pauper recipitur propter solum Christum, ergo magis Christus recipitur quam pauper. Ad aliud dicendum, quòd Christus hoc dixit ad ostendendum magnitudinem meriti recipientium, & vt allicerent ad hoc faciendum: non enim potest aliquid maius esse quam Christum recipere, & tamen qui pauperem recipit, Christum recipit: ergo magni meriti est pauperem recipere. Secundò dixit hoc propter consequentiam doctrinæ suæ: nam ex quibusdam ab eo supra dictis sequebatur hoc necessarium supra 10. cap. dixerat, qui accipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: ergo qui accipit aliquem nomine Christi, Christum accipit, sed sic iustit paruulos recipi, scilicet in nomine suo: ergo qui illos recipit ipsum recipit. Tertiò dixit hoc ad tollendum nobis suspensionem de bono, vel malo, quia essent homines dubij in bono suo in susceptione hospitum, credentes, quòd interdum malos reciperent, & tunc nihil mererentur, tollit hoc Christus dicens, me suscipit, id est, si in nomine meo suscipiatur quis, siue bonus, siue malus sit, ego suscipior: & ita dicendum, quòd si quis recipiat propter Deum duos, & vnus sit sanctissimus, & alius nequissimus: dum tamen conditio vtriusque ignoretur: æqualiter meretur suscipiens circa vtrumque, si beneficia, quæ illis impendit æqualia sunt. Sic dicit Christus, me suscipit, quia vna, & eadem merces est honorantibus sanctos, siue forsā minimus sit, scilicet susceptus, siue præclarus honore, quia in eo Christus suscipitur.

B Qui

propheta mercedem prophete accipiet: & qui accipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet, id est etiam si non sit ille iustus vel propheta: si tamen vt iustum, & prophetam eum quis reciperet, mercedem accipiet, ac si ille verè esset iustus, & propheta. Septimò apparet, quia Christus dixit hic, qui susceperit paruulum talem in nomine meo: si tamen meritum esset in hoc, quod recipitur talis esset. i. fidelis & humilis sicut dixit Nico. iam non multum differret accipi in nomine Christi, vel non esset necesse apponi: & tamen apponitur quasi totum meritum sit ex hoc, quòd pro Christo recipitur: ergo non est attendendum qualis sit, qui recipit ad hoc, quod mereamur. Octauò, quia tota radix exponendi sic est: quia dicitur hic, qui susceperit vnum paruulum talem, & tamen non fuit intentio Christi ostendere per hoc qualitatem aliquam illius pueri laudabilem, sed solū ætatem. Et apparet, quia ceteri Euangelistæ non sic expresse runt: nam Mar. 9. dicitur, quisquis vnum ex huiusmodi pueris acceperit. i. ex his pueris, & Luc. 9. magis aperte dicitur, quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, & dixit talem: sed quia omnes pueri sunt similes ætate, quia coætanei sunt, dixit vnum talem puerum sicut istum, id est ita puerum ætate sicut iste est: & si nullam perfectionem habeant: nam pueri non habent aliquam adhuc sanctitatis perfectionem, cum nihil mereantur: id ex parte ipsorum non erat meritum recipienti: sed ex parte Christi, pro quo recipiuntur: an verò in recipiendis hospitibus, & in dando elemosinas sit faciendae aliqua distinctio, & inquisitio inter pauperes, & susceptos, declaratum fuit supra 6. cap. & supra 10. cap. & ibi multa de hac materia.

Quare dicitur in nomine meo. Quæst. XXVII.

QVAERETVR, quare dicitur, in nomine meo. Dicendum, quod hoc posuit ad tangendum radicem merendi: nam si quis benefaciat viris quantumcumque bonis non habita consideratione ad Deum, sed ad humanum fauorem, aut ad aliud humanum bonum, vel mortuum, merces nulla erit, quia impossibile est, quod mereatur apud Deum, qui nihil facit propter Deum, & tamen, qui non recipit in nomine Christi, non facit pro Deum: id non meretur. Et ista est ratio necessaria, quare virtutes morales non possent esse meritorie sine charitate, quia nulla illarum agit pro Deo: habent enim oes ille obseruatione vel materia passionis vel actionis, pro fine autem habent aliquod humanum bonum: ideo non est possibile, vt virtus moralis per seipsum agat aliquid propter Deum: id non est possibile eam per se esse meritoriam, sed necesse est, quod si earum actus dēt esse meritorij, quod fiat propter Deum: non potest tamē ab eis dirigi in Deum: quia non habent Deum pro fine, ideo necesse est, quod dirigatur ab alia virtute, cui sit pro se habere Deum pro fine, sicut oēs per accidens reducitur ad aliquid per se. i. si aliquid est per accidens calidum, necesse est, quòd fuerit calefactum ab aliquo quod est per se calidum formaliter vel virtualiter. i. ab igne, vel à sole: ita charitati, & omnibus theologis naturale est, & per se habere Deum pro obseruatione & fine, id charitas potest dirigere actum omnium virtutum moralium in Deum, & ita erunt meritorie virtutes morales cum charitate manentes. sine illa autem erit impossibile. Si tamen morales possent dirigere actum suum in Deum, i. facere aliquid propter Deum non existente charitate, esset eis naturale esse meritorie sicut charitati. Et si obiciatur, quod fides est habens Deum pro fine: & tamē sine charitate non est meritoria, & ita de spe. Dicendum, quòd hoc accidit, quia mereri est in quantum Deus Alph. Toft. super Euang. Matt. Pars V.

Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vt mundo a scandalis: Necessesse est enim, vt veniant scandala: verumtamen vt homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscide eum, & projice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te: bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in Gehennam ignis.

*Qui autem scandalizauerit.* Docuit supra Christus communicationem charitativam ad proximum ex parte corporis: hic docet communicationem charitativam ex parte animæ, quia illud fuit de corporaliter benefaciendo, hic verò quantum ad animam. Et consistit in duobus. Primò ne proximo inferatur nocumentum. Secundò vt ei præbeatur beneficium, ibi. *Venit enim filius hominis.* Prima in duas, quia primò admonet, ne proximum scandalizemus. Secundò ne ipsum contemnamus, ibi. *Videte ne contemnat.* Prima in duas, quia primò iubet vetare scandalum actuum. Secundò scandalum passiuum, ibi. *Si autem manus tua.* Circa primū dicitur. *Qui autem scandalizauerit.* Id est occasionem ruinæ alteri præbuerit: scandalum enim est verbum, vel factum minus cautè dictum, quod cedit in alicuius subuersionem, id est quod data alicui occasione ruinæ. *Vnum de pusillis istis.* Id est aliquem talem vel quemcunque alium: quia siue aduultum, siue paruulum scandalizemus, malum est. *Qui in me credunt.* De fidelibus loquitur, quos scandalizare graue est: potissimè quando scandalum est circa ea, quæ sunt fidei: & tamen non ideo putandum est, quod scandalizare infideles non sit peccatum: quia etiam peccatum est, & an sit maius, vel minus quam scandalizare fideles dicitur. *Expedit ei.* Id est melius esset ei. *Non est sensus,* quod postquam quis scandalizauerit aliquem expedit ei, quod suspendatur ei mola ad collum eius, quia tunc non prodest, cum per hoc non etiteret pena debita pro peccato. Sed est sensus quod expedit homini magis, quod suspendatur mola ad collum eius, quam quod scandalizaret aliquem, quia pro scandalo factò dabitur pena æterna, quæ est grauior quam quæcunque pena temporalis. *Vt suspendatur.* Id est vt ligetur. *Mola asinaria.* Id est mola, quam solet trahere asinus: ista sunt mola domestice: quia in regione, vbi non sunt molendini in aqua, sunt molendini domestici: & asini trahunt rotas et molas, et ab illis asinis mola asinaria appellatur. Et est dicere suspendatur lapis magnus. *In collo eius.* Vt cogatur descendere ad profundum aquæ ne possit natate. *Et demergatur in profundum maris.* Vel in quacunque aquam, sed secundum consuetudinem terræ Chanaan locutus est. *Vt mundo a scandalis,* prænuunciat hic Christus malum, quod sequitur mundo, id est mundus hominibus propter scandala, scilicet, quæ faciunt,

Scandalū quid sit.

quia non curant cauere à scandalis, quæ faciunt, quasi nihil esset scandalizare homines, sed valde malum est, ideo vt eritis, id est pena grauis erit illis, qui ista scandala faciunt. *Necessesse est, vt veniant scandala.* Scilicet necessitate frequentia, non necessitate consequentis, cum nemo nos cogat ad scandala suscitandum, vt immediate sequitur, cum imponatur pena scandalizati alium. *Veruntamen ut homini illi.* Id est licet necesse sit, quod veniant scandala, non est propterea in culpabilis, qui scandalum suscitauit, quia forte aliquis putaret ex eo quod necesse est scandala venire, & ea, quæ ex necessitate veniunt, non sunt nobis imputanda, cum non sint in potestate nostra. *Per quem scandalum uenit.* Id est qui facit scandalum, quia ille facit scandalum actiuè: & per illum venit in alios scandalum passiuum. Vel dicitur, per quem scandalum venit, id est non solum vt est facient scandalum, sed etiam ei, per quem venit, id est qui alicuius præbuit occasionem directè, vel indirectè, vt hoc fieret.

*Quare Christus dixit nunc de scandalo, & an attinet ad precedentia. Quæstio XXXIX.*

**Q**UARE ET VR, quare Christus dixit, nunc de scandalo, & an attinet ad precedentia. Aliqui dicunt, quod non attinet ad precedentia immediate: nam alij euangelistæ, qui hoc posuerunt, non ponunt illud immediate post precedentia de suscipiente paruulum, quia Mar. nono, postquam dicitur de suscipiente paruulos, subditur, quod Ioannes dixit Christo: domine vidimus quendam eiicientem demonia in nomine tuo, & carere. & finita ista colloquutione sequitur, quod Christus dixit, & quisquis scandalizauerit vnum de pusillis. Item magis apparet ex Luca, quia Luc. 9. ponitur hoc de recipiente paruulos: & tamen de scandalo ponitur Lu. 17. ergo non ponitur hic ordine conuenienti. Dicendum vno modo, quod potuit esse, quod Christus hoc sepe dixit: & ita quilibet trium euangelistarum retulit semel dictum: & retulit eo loco, quod dictum est: nam satis est verisimile, quod cum Christus tanto tempore predicauerit, quod aliqua sepe peteret. Aliter potest dici, & rationabilius: quod licet Christus sepe hoc dixerit: Euangelistæ retulerunt solum, vt semel dictum, & tamen quedam retulerunt in loco suo iuxta ordinem temporis, & historię alij vero non: & hoc ex aliis locis apparet, in quibus narratur eadem res semel tantum à Christo facta, & tamen non enarratur secundum idem tempus, sed alij præponunt alij postponunt: ita ergo hic dicendum est, et maxime quantum ad beatum Lucam dicendum, quod manifestè mutauit ordinem temporis: quia vbi hoc posuit non faciebat vilo modo ad propositum precedentium, neque sequentium. De Mattheo, et Marco est maius dubium: quia parum differt inter ordinem vtriusque: sed magis videtur dicendum, quod Mattheus tenuerit hic ordinem rei gestæ, quam Marcus, quia inceperat dicere supra de humilitate pusillorum, & deinde de recipiente pusillos, vel paruulos: & nunc dicit de scandalizante paruulos: & ita Marcus cum loquitur de isto scandalo dicit, qui scandalizauerit vnū de pusillis istis: videtur ergo, quod postquam Christus ceperat loqui de paruulis: semper continuauerat sermonem, quia aliàs non diceret demonstrando ex pusillis istis, & tamen si interponatur, quod ponit Marcus, scilicet: Domine vidimus quendam eiicientem demonia, et carere non erit continuatus sermo de pusillis: ideo videtur quod iste fuerit verus ordo rei gestæ, cum solus Mattheus contineret sermonem de pusillis nihil interponendo vsque ad finem eius.

Quare

*Quare nunc Christus dicere voluit de scandalo. Quæstio XXX.*

**Q**UARE ET VR, quare nunc Christus dicere voluit de scandalo: & an sit aliqua dependentia secundum rationem. Aliqui dicunt quod causa fuit, quia cepit Christus dicere de paruulis: ideo voluit dicere omnia, quæ ad paruulos pertinebant. Sed dicendum quod non stat: quia Christus non intendit specialiter aliquid dicere de paruulis: quia ista doctrina sua tam adultis quam paruulis conuenit: imò magis adultis quam paruulis: grauius enim peccat qui scandalizat adultos, vel contemnit eos, quam qui paruulos: cum maius malum sequatur ex scandalo aduultorum quam paruulorum. Alij dicunt quod dependet à precedentibus: quia supra dixerat de honorantibus paruulos quod Christum recipiunt: hic dicitur de non honorantibus sed offendentibus, quia penam incurrunt: & isti sunt, qui paruulos scandalizant, id est præstant eis occasionem ruinæ, quæ est offendere eos. Sic dicit Chryso. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: ac si dicat, sicut, qui hos honorant propter me mercedem habent: ita & qui hos dehonoraunt vltimam sustinebunt vindictam. Aliter etiam potest dici, quod non est necesse poni dependentiam istorum dictorum: quia Christus volebat tradere doctrinam discipulis de omnibus pertinentibus ad mores: & interdum quedam pertinent ad alia dependentia quedam, & interdum non.

*Quare dicitur: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis. Quæst. XXXI.*

**Q**UARE ET VR, quare dicitur, qui scandalizauerit. Dicendum quod Christus voluit cohibere homines à male agendo, & hoc ostendendo eis penam quam per hoc incidunt, scilicet quod expectet potius eis demergi in mare: & voluit quod non solum pro magnis malis, sed et pro paruis pena esset: & quia maius malum est, quod directe quis intendit quam quod non intendit, sed sequitur ex factis suis: & forte per accidens, ostendit quæ pena datur pro tali malo: vt a fortiori videatur quæ pena datur pro maiori: tale autem malum est scandalum: quia scandalum non est malum, quod quis alicui intendat facere, sed quando ex opere alicuius accipit occasionem ad malum, siue factum illud fuerit malum, siue indifferens: siue forte bonum: nam interdum nobis bonum agentibus scandalum sequitur. Pro quo etiam quædam pena digni sumus, si nobis incautè aut imprudenter bonum facientibus aliquis scandalizetur: & de hoc Christus loquitur.

Scandalū quid sit malum.

*Quare dicitur vnum de pusillis istis. Quæstio. XXXII.*

**Q**UARE ET VR, quare dicitur, vnum de pusillis istis. Aliqui dicunt quod Christus solum locutus est de paruulis, de quibus sermonem continuat. Sed falsum est, quia quemcunque scandalizare peccatum est. Dicendum vno modo, quod Christus ex industria dixit, vnum de pusillis: quia loquitur de scandalo passiuo, & illud nunquam est nisi pusillorum: & non vocat pusillos ætate, sed animo, scilicet, qui in bono animum firmatum non habent: magni autem in fide, & moribus perfecti nunquam scandalizantur. Sic dicit Ierony. Nota autem, quod qui scandalizatus est paruulus est, maiores enim scandala non recipiunt: Sed an scandalum passiuum solum sit pusillorum, dicitur infra magis quæst. 47. Aliter potest dici quod

Christus accepit hic paruulos ætate, neque locutus est de solis paruulis, sed quia paruulus ille, quem in medio discipulorum posuerat ad ostendendum sensibilitatem humilitatem, adhuc pusillus erat, & volebat Christus continuare sermonem demonstrando paruulum dixit, qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: & tamen per paruulos non magis accepit paruulos quam adultos. Aliter potest dici, quod hoc dixit de paruulis ætate: vt argueret à fortiori. Nam minus potest scandalum fieri paruulis quam adultis, cum paruuli non cognoscant, de quo scandalizentur, neque etiam adhareat alicui bono moraliter, à quo per scandalum recedant: ideo si paruulis facere scandalum malum est, à fortiori malum erit facere illud adultis. Quilibet istorum odorum satis potest teneri.

*Quare Christus dixit vnum de pusillis istis, qui in me credunt. Quæstio. XXXIII.*

**Q**UARE ET VR, quare dixit vnū de pusillis istis, qui in me credunt. Aliqui dicunt, quia paruulus ille, quem Christus ostendit credebatur in eum. Sic inquit Nicolaus super illo verbo, qui susceperit vnum paruulum talem, exponit, id est humilem, & fidelē. Dicendum tamen quod non erat verisimile quod iste paruulus crederet in Christum: nam erat puer ætate, & talis vt dicit Ieronymus, quia per naturam inerat ei humilitas, scilicet quia alta non cognoscebat, quæ appeteret: ideo talis non poterat credere in Christum, scilicet ipsum esse filium Dei, vel esse Messiam, quia istud credere non pertinebat nisi ad adultos. Item dato quod ille puer crederet in Christum, non diceret propter hoc de his, qui in me credunt: cum non loqueretur de isto solo, sed aliquid speciale erat propter quod istud verbum dixit. Alij dicunt, quod dixit de his, qui in me credunt: quia Christus solum voluit loqui de scandalo factò fidelibus, & non de scandalo infidelium. Sed dicendum, quod non stat, quia manifestū est, quod sicut fidelibus sit scandalum: ita et infidelibus potest fieri scandalum, & non est dubium quin scandalum datur infidelibus malū sit. Primum patet, quia scandalum est dictum vel factum nostrum, ex quo præbetur proximo occasio ruinæ: sed hoc circa infideles accidit: nam sicut alio fideliper facta aut dicta mea occasione præbeo, vt recedat à bono quod inceperat, vel non veniat ad bonum, quod intendebat: ita & ad infidelem fiet, vt si aliquis infidelis erat incitatus, vt ad fidem veniret: & ex dictis aut factis nostris occasione sumit, vt non veniat, vel accipit exemplum faciendi malum aliquod, quod aliàs non faceret. Secundum patet, scilicet quod scandalizare infideles malum sit: sunt enim infideles proximi nostri, cum omnis homo quandiu viuat proximus non fter sit, ideo illum tenemur diligere: ergo malum est illum scandalizare. Item manifestum est, quod nocere infidelibus sine causa peccatum est, vt furando vel rapiendo bona eorum, aut eos occidendo: & tamen scandalizare est quoddam malum illis facere, ideo peccatum est. Item patet, quia Apostolus ad Rom. 2. redarguit Iudæos, quia scandalizabat Gentiles dicens, quid gloriaris in lege, & per præuocationem legis Deum inhonoras? nomen enim Dei propter vos blasphematur inter gentes, id est vos præteritis occasione, vt blasphemet nomen Dei: & hoc etiam scandalizare gentiles siue infideles: hoc autem fiebat, in quantum videbant gentiles, quod Iudæi legem præuocabantur, velut si aliquis infidelis videns legem bonam Christianorum, & eos præuocantes illam, & impunitos manere, diceret, vel isti non habent Deum, vel Deus eorum malus est, qui talia non derestatur, aut est multum fauorabilis huic genti: hæc enim blasphemie sunt, quas

de



de Deo facerent infideles: & hoc quia nos scandalizamus eos per nostra manifesta delicta. Non voluit ergo Christus asserere scandalum praestitum infidelibus non esse peccatum. Sed dicendum vno modo quod

Deterius est quod vnus de credentibus in Christum pereat a fide, quam mille de infidelibus non conuertantur.

Christus dixit de scandalo fidelium specialiter, quia illud maius est, quam scandalum infidelium, & specialiter est hic de pusillis, de quibus dicitur in litera, scilicet qui sunt infirmi in fide: qui si forte videret aliqua fieri apud eos, qui veteres sunt in fide, & periti, turbantur in animo suo, & recedunt a fide: istud est grauissimum scandalum: deterius enim valde est, quod vnus de iam credentibus pereat a fide recedendo, vel manens in fide, pereat peccando: quam quod mille de infidelibus non conuertantur: quia de illis nescimus an aliquando conuertendi essent: de isto autem scimus quod iam erat in via salutis, ideo Christus in oratione quam facit ad patrem Io. 17. non dicit quod multos acquisiuit, sed quod seruauit eos, quos dedit sibi pater: quasi magis sit necessarium acquisitos seruare, quam acquisitos conari acquirere: & consequenter deterius est acquisitos perdere, quam non acquisitos non acquirere: & ob hoc etiam Christus valde arguit Phariseos, quia conuersos nouiter ad fidem suis prauis doctrinis peruertebant. infra 23. Ve vobis scribae & Pharisaei Hypocritae, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis profelytum vnus: & cum factus fuerit, facitis eum filium gehennae: duplo quam vos. Facere profelytum est conuertere aliquem ad fidem: quia profelyti apud Iudaeos vocabantur conuersi: & in hoc laborabant valde pharisaei: & tamen postquam conuertissent eum, suis prauis doctrinis circa mores subuertebant eum: & ita scandalizabant pusillos in fide dantes eis occasionem vt fierent filij gehennae. Secundo potest dici quod hoc dixit Christus, quia specialiter loqui volebat contra Apostolos redarguendo eos circa contentionem suam, nam cum ipse posuisset eos doctores fidei, & illi, qui nouiter conuertebantur, viderent eos contendere de maioriute, quod erat contra rectitudinem morum, turbarentur & dubitarent, an doctrina Apostolorum bona esset: & taliter scandalizare pusillos, id est nouiter conuersos graue peccatum erat: ideo Christus dista debet discipulis contedere de maioriute, ne per hoc scandalizarent nouiter conuersos, qui erant pusilli. Sic dicit Hiero. scilicet quamquam generalis possit esse ista sententia aduersus omnes, qui aliquem scandalizant: tamen iuxta consequentiam sermonis etiam contra Apostolos dictum intelligi potest, qui interrogado quis maior esset in regno caelorum, videbantur inter se de dignitate contendere: & si in hoc vitio permassisent, poterant eos, quos ad fidem vocabant, per suum scandalum perdere, dum Apostolos viderent inter se de honore pugnare. Et ista sententia est etiam multum conueniens.

Quare dicitur, expedit ei, ut mola asinaria suspendatur & car. Quasi. XXXIII.

Quaeret vtr, quare dicitur, expedit ei, vt mola asinaria suspendatur, & car. Aliqui putant, quod dicitur, expedit ei, id est postquam quis scandalizauerit vnum pusillum expedit ei demergi in mare: quia hoc videtur dicere quod dicitur in litera. Sed dicendum quod non stat: quia postquam quis scandalizauerit proximum, non prodest ei demergi in mare: cum per hoc non euitet penam aeternam. Sed intelligitur antequam scandalizet proximum, scilicet quia tunc melius esset, vel non tam malum demergi in mare quam scandalizare vnum paruulum. Similis modus loquendi Christi est infra 26. Vae homini illi, per quem filius hominis tradetur: bonum erat ei si natus non fuisset homo

ille, id est melius fuisset ei, quod natus non fuisset: quia si natus non fuisset non potuisset tradere filium hominis: & ita qui scandalizaturus erat proximum, bonum erat ei, quod demergeretur in mare, vt non scandalizaret illum. Sic dicit Hiero. Dicitur expedit ei, quia multo melius est pro culpa breuem recipere penam quam aeternis seruari cruciatibus. Etiam Chryso. dicit, expedit eis hoc sustinere, quia alia eos grauior pena expectat: & magis aperte patet ex verbo Christi Luc. 17. Vae homini illi, per quem scandala veniunt, vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & projiciatur in mare, quam vt scandalizet vnum de pusillis istis. Quod autem dicitur de mola asinaria, dicitur quod illa est lapis magnus ad molendum triticum: quia in terra Chanaan, in qua Christus erat, rara sunt flumina: & ideo rari sunt molendini in aqua: sed sunt molendini domestici, vbi artificio rotarum trahitur mola ad terendum grana, & quia mola illa solet trahi ab asinis, vocatur mola asinaria hic: & ita etiam vocatur Mar. 9. sed Lucas apertius dixit vocans lapidem molarum Luc. decimo septimo, id est rotam molendini lapideam siue trahatur ab asino, siue ab alio iumento, sed specialiter vocauerunt Matthaeus, & Marcus mola asinariam ad significandum magnitudinem lapidis: non enim sufficeret dicere mola: quia aliqua mola parua sunt in molendinis, quae manu hominum trahuntur: quae vero trahuntur ab asinis mola magna sunt: & hanc magnitudinem exprimere voluerunt.

Quia vero dicitur quod suspendatur mola in collo, & demergatur in mare: voluit Christus tangere magnitudinem poenae: in terra enim Chanaan siue Palestina, in qua Christus erat, consuetudo erat pro maximis criminibus reos sic demergi: ideo per hoc significauit quod poena, quae datur a Deo scandalizantibus proximis, maior est, quam maxima poenarum, quae datur hic pro criminibus, & ita eos terret. Et hoc verum est, quia nulla poena quantumcumque magna huius seculi est aequalis poenae alicui alterius seculi: quia istae sunt momentaneae: futurae vero in inferno sunt aeternae, in purgatorio autem sunt diuturnae. Sic dicit Hiero. quod dicitur, expedit ei vt suspendatur & c. secundum ritum prouinciae Palestine loquitur, vbi apud veteros Iudaeos malorum terminum ista poena fuit, vt in profundum ligato saxo demergeretur. Et ideo dicit Beda. Sed dicitur, quare specialiter Christus istam poenam nominauit? Dicendum, quod si Christus loqueretur secundum dependentiam sententiae suae superioris, aliam poenam potuisset & debuisset ponere: nam dixerat supra, quod qui recipit paruulum, eum recipit, sed scandalizare est contrarium ad recipere: quia recipere est honorare, scandalizare autem est offendere: sed de recipientibus paruulos dixit, quod eum recipiebant: ideo de non recipientibus, sed scandalizantibus dicere debebat, quod eum non recipiebant, scilicet qui scandalizauerit vnum de pusillis istis me non suscipit: vel me repellit: & ista erat grauissima poena: quia sicut nullum maius bonum est quam habere Christum nobiscum habitantem in cordibus nostris, ita nullum maius malum est quam eum non habere, vel eum repellere: quia tamen Apostoli adhuc rudes erant, & nesciebant qualis poena esset non habere secum Christum spiritualiter habitantem: posuit poenam illam temporalem, quae maximam eos mouere poterat, & illa erat de saxo ligato ad collum, quae dabatur maximis facinorosis in terra Chanaan. Sic dicit Chryso. consequens autem erat prioribus dicere me non suscipit, quod erat omni poena amarius: sed quia grauius erant, & praedicta poena eos non mouebat: comparatione exempli cogniti manifestauit praeparatam poenam: propter hoc enim dicit, expedit ei hoc sustinere: quoniam eos alia grauior poena expectat.

Quare vocatur mola asinaria

Nulla poena huius seculi quantumcumque magna est aequalis alterius seculi.

Mundus quique per mundanis hominibus sumitur.

Quare dicitur: Vae mundo a scandalis. Quasi. XXXV.

Quaeret vtr, quare dicitur: Vae mundo a scandalis. Aliqui dicunt, quod accipitur hic mundus adiectiue, & dicitur homo mundus a scandalis, id est purgatus vel immunis ab eis, scilicet quia scandala nulla suscitatur, & nulla patitur. Et dicunt hoc quia necesse est, vt veniant scandala, sicut in litera sequitur, ergo qui omnino nulla sustinet scandala, vae illi est. Sed dicendum quod non stat, quia isti errant in nomine: nam mundus substantiue accipitur sicut ostendit ipsum Matthaei originale scriptum in Hebraeo, in quo multum differt nomen mundi, id est vniuersitatis, & nomen munditiae. Etiam dato omnes sacri doctores accipiunt substantiue. Item dato quod accipere vellemus adiectiue, non stat, esset enim sensus inconueniens, quia mundatio a scandalis non est vae malum: sed potius bonum: scandalum quippe siue sit actiuum, siue passiuum malum est: quia scandalum actiuum mortale est aut saltem veniale: passiuum vero est etiam malum, vnde non scandalizatur nisi pusilli, & imperfecti vt ait Hieronymus & Beda. perfecti vero sine scandalo manent, ergo bonum est non scandalizare neque scandalizari, quod perfectorum est: mundatis ergo a scandalis non est vae, sed potius bonum. Ratio autem istorum, scilicet quia cum necesse sit venire scandala, malum est eis qui non participant in illis, non concludit, imò potius destruitur ex litera: quia dicitur, necesse est, vt veniant scandala: & tamen sequitur: Vae illi, per quem scandala veniunt. Et si dicitur, quod hoc est verum de scandalo actiuo, non tamen de passiuo. Dicendum quod non stat, quia si pati scandala, id est scandalizari esset bonum aliquod, necessarium vae esset ei, qui non scandalizaretur sicut vae est omnibus hominibus, qui non cessant frui saeculo propter Deum: & tamen scandalum passiuum est aliqua imperfectio cum soli pusilli scandalizentur, vt ait Hieronymus, & Beda: ergo non est vae eis, qui puri sunt a scandalo facti actiuo quam passiuo. Dicendum ergo quod mundus accipitur substantiue: & Christus praenunciavit vae mundo propter scandala: & tamen dicendum, quod non accipitur mundus pro elementis, vel ipsa rerum vniuersitate, quia vniuersitas ipsa, & oia inanimata irrationabilia, & generaliter omnia praeter hominem mouentur quodam ordine certissimo: in quo non est error neque malum, scandalum tamen dicit malum: ideo scandalum non est in vniuersitate rerum, sed in solis hominibus, qui scandalizant, & scandalizantur: & accipitur mundus pro mundanis hominibus, id est, quorum tota conuersatio, & desiderium in mundo est: & ideo Christus notanter de mundo dixit: & non dixit de hominibus, quia nomine hominum omnes homines comprehenderentur tam boni quam mali, sed in bonis, & perfectis non est scandalum: in malis autem est scandalum tam actiuum quam passiuum: in bonis vero qui imperfecti sunt, & ex hac parte sunt mundani, scandalum passiuum est. Sic dicit Origenes: vae mundo a scandalis: hoc non de elementis mundi intelligimus, sed hic homines, qui sunt in mundo dicuntur mundus: non sunt autem discipuli Christi de hoc mundo, ideo non potest eis vae esse a scandalis: nam & si multa sunt scandala, non tangunt tamen eum, qui non est de hoc mundo. Si autem adhuc est de mundo, quia diligit mundum, & ea quae sunt in eo, tanta scandala comprehendunt eum, quantis fuerit obligatus in mundo. Cum autem dicitur, vae mundo a scandalis, praedixit Christus poenam malis hominibus propter scandala. Nam scandalum malum est: si quis scandalizauerit aliquem de pusillis, expedit ei, vt demergatur in

fundum maris, vt dicitur supra in litera: & tamen necesse est, vt veniant scandala, vt dicitur in litera: ideo necesse est vt malum mundo veniat propter scandala. Et sic est ista litera dependens necessario a praecedenti. Sic dicit Glosa: Dixerat dominus, quod expedit ei, qui scandalizat, vt suspicetur mola asinaria in collo eius, cuius rationem assignans dicit: vae mundo a scandalis. Si dicitur de quo scandalo Christus intelligit, Dicendum quod tam de actiuo quam de passiuo. De actiuo enim, quia vae est scandalizatoribus, cum vt in pluribus peccent mortaliter. De passiuo etiam vae est mundo, id est imperfectis hominibus, qui pusilli dicuntur: quia scandalizatur a malis, & per hoc ipsi cadunt a bona intentione sua. Sed dicendum, quod potius intelligitur de scandalo actiuo: quod patet ex praecedentibus & sequentibus. Nam supra dicitur, qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: etiam & infra dicitur, necesse est vt veniant scandala: veruntamen vae homini illi, per quem scandalum venit, id est qui causat illud, vel occasionem praestat. Christus autem praedixit ista non solam, quia futura erant, sed comminando poenas, vt extereat, & a malo arceat: scilicet vt cum dicit vae mundo, id est mundanis hominibus a scandalis, i propter scandala, quae faciunt, scilicet, quia erit eis poena dura, timeat quilibet & caueat scandalizare proximum. Etiam potest hoc poni tanquam dubij responsum: quia cum Christus dixisset supra, quod scandalizauerit vnum de pusillis, quod melius est, quod demergatur in profundum, diceret aliquis ergo toti mundo malum erit, quia omnes homines scandalizant alios. Vel quia hoc videretur inconueniens, quod omnes homines propter hoc paterentur, putaret aliquis quod omnibus remitteretur tanquam scandalizare non esset peccatum: ideo Christus tanquam tacite respondens ait: vae mundo a scandalis, id est hominibus omnibus mundanis: ita quod si omnes homines in hoc peccauerint omnes punientur. Hoc enim interest inter legem Dei, & legem humanam: quia lex humana non punit si tota ciuitas, vel regnum peccauerit: sed regulariter parcitur multitudini, eo quod lex est propter politiam, & non e contrario: circa legem Dei est e contrario: quia si totus mundus peccauerit contra illam, totus mundus punietur, & nulli remitteretur: etiam si omnes homines oporteret condennari nullo saluato: tantus enim fuit amor rectitudinis & constantia legis Dei, quod vt Deus non ageret contra illam saluando homines, qui contra illam fecerant: voluit ipse pro ipsis mori, vt sic legi satisfaceret.

Quomodo est verum, quod necesse est, vt veniant scandala: & an sit ista necessitas propria & absoluta, vel conditionata ex Dei praedestinatione. Quasi. XXXVI.

Quaeret vtr, quomodo est verum, quod necesse est, vt veniant scandala: nam quod necessarium est non est peccatum: cum omne peccatum sit a libertate, & tamen scandalizare peccatum est, & graue quidem: ideo non erit necesse venire scandala. Aliqui dicunt quod non intelligitur de scandalis proprie dictis, sed de quolibet malo: sic accipitur supra 13. cap. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, id est omnia mala. Sed dicendum quod hoc non adiuuat: nam eadem ratio est de quibuslibet malis, & de scandalis: quia si aliquod malum est, quod necesse sit venire, iam illud cessat esse culpabile in quantum est necessarium, vel si est necessarium manet idem dubium, quod de scandalis. Alij dicunt, quod necesse est, vt veniant scandala,

Quid dicitur inter legem Dei, & legem humanam.





lum mundo est, q̄ sub difformitate crucis æternæ gloriæ dñm noluit accipere. Et quid mundo tam periculosum q̄ non recepisse Christum? id verè necesse ait. venire scandala: quia ad sacramentum reddendæ nobis æternitatis ois in eo passionis humilitas esset explèda. Aliter p̄t dici, q̄ intelligitur de quibusdã scandalis futuris p̄tra fidem. q̄ multi nollēt recipere verbũ Aposto. sed potius eis repugnarent, & concitarent plebẽ, & hoc est gr̄ue scandalum: quia est contra Deum. Et p̄t intelligi hoc, quia dñs sup. in litera, qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, i. q̄ scandalizauerit eos quantum ad fidẽ. Sic dicit Theophilatas: Necesse est venire scãdala. i. emergere multa prædicationis, & veritatis obstacula, sicut Pharisei impediebãt Christi prædicationem. Tertio p̄t dici, q̄ intelligitur de scandalis, q̄ sunt contra proximos: vt detractiones, murmuraciones, et huiusmodi, et tñ meli⁹ dicendũ est, q̄ intelligatur de vtriusq̄ scandalis: quia quõ eunq; quis scãdalizet proximum, peccatum est. Vnde p̄t litera ista & Marc. 9. vbi de scandalo, dñs ad vtrumq; scandalum applicari: & tñ Luc. 17. vbi dñs de scandalo, magis litera applicatur ad scãdala, q̄ sunt purè inter proximos, & non pertinent ad fidẽ. Sic dicit Chry. ibidem. s. sunt aut̄ duplicia scandala, quorum hæc quidem diuinæ gloriæ refragantur: hæc verò procedũt solũ ad irrogandum proximis impedimentum: nã excoꝑitationes hæresum, & q̄cunq; p̄tra veritatẽ sit sermo diuinæ gloriæ refragat: non tñ ad præsens memorari videntur h. m. d. scandala, sed magis ea, q̄ p̄tingunt inter amicos & fratres, sicut iurgia, detractiones, & hm. o. i.

Quare dicitur: Vt homini illi, per quem scandalum venit. Quæst. XXXVIIII.

**Q**VAERETVR, quare dñs: Vt homini illi, per quem scandalũ venit. Dicendum, q̄ ponitur primo ad tollendum errorẽ: cum. n. Christus dixisset sup. necesse est, vt veniant scandala: & q̄ necessariò eueniunt nõ pertinent ad culpã nostram, putaret aliquis, q̄ qui scandala facit nõ peccaret: id subiungit, vt homini illi. i. licet necessarium sit scandala euenire: qui tñ illa causat, non erit impunitus. Et q̄ dicitur ad hanc intentionem patet, quia dicitur, verũtamẽ vã hoĩ illi: & tñ verũtamẽ est dictio aduersatiua: & ponit̄ necessario ad respondendum: ideo necesse est, q̄ sit sensus p̄cedens. Secundò p̄t dici, q̄ dñs hoc ad p̄t mandũ sententiã superiorem, & coherendum hoies a scãdalis: dixerat. n. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit vt demergat & c. hic cõfirmat dicens, vt homini. p. quem scandalũ venit. Tertio p̄t dici, q̄ refertur specialiter ad Iudã: nam scandala ista poterant intelligi de morte Christi, vt dictũ est p̄ced. quæst. & est sensus: necesse est, vt veniat scandala. i. vt mors mea sequatur, quæ erit multis in scãdalum, & tñ vt homini illi. Iudæ per quem scandalum venit. i. per quẽ mors mea tractabitur. Similis snã est inf. 26. filius hominis vadit sicut scriptum est de illo. i. necesse erat, q̄ iret. scãd. mortem, quia scriptum erat sic de eo. & sequitur: vã ar hoĩ illi, per quẽ tradet̄: bonum esset ei si natus non fuisset hõ ille: & tamen primus sensus est melior. *Si aut̄ manus tua* Hic ponitur de scandalo passiuo, q̄ hõ patitur in quantum a bono recedit, vel impedit, ne aggrediatur illud: & istud interdum puenit ab alio, sicut pusilli scãdalizant̄ ab aliquo, vt sup. dicitur si quis scãdalizauerit vnũ de pusillis istis: & de isto scandalo nõ loquit̄ hic. Aliud est, q̄ prouenit homini a seipso, vt per oculos, vel manus, vel alias partes corporis, & de isto loquitur hic, licet possit intelligi aliquo m. d. de alio. Et dicitur, *si aut̄ manus tua.* Potest verè intelligi de manu si inter-  
dum ex illa accipimus occasionem ad malum, vel

per manum intelligitur aliquid quod nobis ita coniunctum est, vt manus, vt infra dicitur. *Vel pes tuus.* Id est ipse pes corporalis, vel aliquid quod loco pedis habes: vel sicut pedum tuum diligis. *Scandalizate.* Id est dat tibi occasionem ad malum. *Abscinde eum.* Id est pedem, & idem de manu accipiendum est. Sed quõ abscindantur membra dicẽt̄ inf. *Et projice ab te.* Id est a te: quia abs solet poni pro abiuxta illud Psal. 72. perdes oēs, qui fornicantur abs te. i. qui recedunt a te: & commiscẽtur aliis diis. i. proiice pedem, & manum de corpore tuo: sed projectio accipienda erit sicut abscisio. *Bonum est tibi.* Id est melius est. Ponitur positius p̄ comparatiuo, quod declarat illud aduerbiũ, quã: quod semper comparatiuè, vel electiuè tenetur. Sic accipitur. inf. 26. bonum esset ei, si natus non fuisset hõ. i. melius fuisset non nasci q̄ nasci. Sic Palm. 117. Bonum est cõfidere in domino quã in homine. i. melius est. et ista est cã dicti p̄æce. Diceret. n. aliquis, quomodo ego abscindã, & proiiciam pedẽ, vel manum: quia mihi chara valde sunt? Respondit, quia licet chara sint, melius est carere illis quã perdere vitam æternam, iuxta illud Cato.

Quæ nocitura tenes, quamuis sint chara relinque. Ad vitam ingredi. Id est ad vitam æternam: quia illa sola vocatur vita absolutè. hæc. n. potius vmbra vitæ quã vita, vel est mors quædã, iuxta illud. Greg. in homilia: Præsens vita æternæ vitæ comparata mors est potius dicenda quã vita: ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud q̄ quædam prolixitas mortis. Patet etiam, quia dicitur ingredi ad vitã: et tñ si de vitali eiiceret̄, nõ diceretur ingredi: ga iam i. eã ingressi sum⁹ nascendo. *Debilem.* i. manũ. s. manu carentẽ. Ex hoc apparet, q̄ non intelligatur de vera abscisione manus: quia etiam si eam abscinderemus hic, & intraremus postea in vitam æternam, non intramus sine manu, quia in resurrectione nemo erit mutilatus: sed oia erunt integra potissimè in beatis, cum sanctis dicendum fuerit. capillus de capite vestro non peribit. Luc. 21. *Vel claudum.* Id est carentem pede, quem abscindisset. Quomodo sine pede, & manu intrem in vitam æternam, inf. dicitur. *Quæ duas manus, vel duos pedes habentem.* Scilicet si non absciderit manum neque pedem.

*Mitti ignem æternum.* Id est in inferno, vbi est ignis æternus, id est perpetuus, qui paratus est diabolo, & angelus eius, inf. 25. si quis scãdalizatus est a manu sua, vel pede, & abscindere noluit, peccauit, & manent ei duo manus & duo pedes: cum illis tamẽ ibit in infernum: ideo melius fuisset ei cum altera manu & altero pede tantũ ingredi vitam æternam. *Et si oculus tuus.* Licet oculus sit membrum valde dilectum: quia vt dicitur primo Metaph. ca. 1. sensum visus plus diligimus, quia plures nobis rerum differentias ostendit: tamen ei nõ est parcendum: & per hæc intelligentur cætera membra. *Scandalizat te.* Incitando ad malum. *Erue eum.* Id est eradica. *Et projice ab te.* Id est de corpore tuo. *Bonum est tibi.* Id est melius. *Vnum oculum habentem.* Id est vnũ tantũ: quia alterum erueris, qui te scandalizabat. *In vitã intrare.* Id est in æternam. *Quam duos oculos habentem.* Scilicet nullo eruo licet scandalizaret, in quo male fecisti: & ideo peribis. *Mitti.* Scilicet per angelos malos, vel per bonos, vt dicitur supra 13. mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, et eos, qui faciunt iniquitatem: et mittent eos in caminum ignis. *In Gehennam ignis.* Id est in terram profundam, in qua est ignis. & est illic locus inferni: & addit. Marcus in omnibus his. Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur, Marc. 9. quod verum est: quia ignis inferni nunquam extinguitur, vt dicitur forte infra 25. cap.

Sola vita æterna vocatur vita

Quare

Quare Christus non dixit de scandalo, quod ab extra hõ patitur. A

**Q**VAERETVR, cum hic Christus inceperit dicere de scandalo quasi volens totam eius doctrinam tradere: & illud sit duplex. scãdalu, & passiuum: & de actiuo dixerit supra: & passiuum sit duplex. scãdalu, q̄ hõ a seipso patitur: aliud vero quod ab extra. Et de passiuo quod a seipso. i. a partib⁹ corporis sui q̄s patitur dixerit nunc in litera: quare non dicit de illo, q̄ ab extra patitur. Dicit p̄t vno m. d. q̄ Christus non dixit hic de scandalo, nisi vt daret remedium contra illud: quia ipse est doctor moralis, cõtra scandalum aut̄ actiuum respectu eius, qui facit scandalum est remedium aliquod. s. admonere ne fiat cõinando penas: quia per has magis retrahuntur a malo quã aliter, & hoc Christus fecit dicens. si quis scandalizauerit vnũ de pusillis istis: expedit, vt suspendatur ei mola & c. & illud: Vã hoĩ, per quẽ scandalum venit. i. ei qui suscitatur scandala. Contra scandalum aut̄ passiuum, quod a nobis ipsis patitur est remediũ aliquod. s. abscindere partes illas, q̄ nos scandalizant. i. tollere actus earũ: & hoc innuit dicens esse pedem abscindendum, & manum, & oculum eruendum. Contra scandalum autẽ passiuũ quod ab extra infertur, put est in patiente, nullũ est remediũ: quia non est in potestate patientis, vt nõ patiatur: & quia nulla doctrina erat circa illud, cũ necesse sit scandalum pati, q̄ ab aliis sunt: non curauit Christus de hoc dicere. & ista est multum conueniens r. o. Secundò potest dici, q̄ dñs dixit de scandalo quod ab altero irrogatur: nam dicit sup. si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis: & sic passionem scandalizatorũ tetigit. Etiam dicit, necesse est, vt veniant scandala. s. p̄ quæ aliqui scandalizentur, & ita de omni scandalo dixit. Tertio potest dici, q̄ Christus dixit de illo scandalo aliquid per hæc. s. si manus tua & c. nam scandalum passiuum, q̄ ab altero est, dupliciter fit: quoddã est, quod nobis irrogatur ab eis, cũ quibus sponte cõuersamus: & ipsa conuersatio præstat occasionem scandalo: aliquid irrogatur ab illis, cũ quibus non conuersamur: vel saltem ipsa conuersatio non præstat occasionem scandalo. Primum scandalũ licet sit ab altero, quodammodo a nobis est, in quantum est in potestate nostra tollere occasionem huius scandali. Secundũ verò totaliter est ab extra, ita q̄ nos non conferim⁹ ad illud: id circa primũ p̄t dari doctrina de vitando illud quasi vitando conuersationem cum illis, ex quibus scãdalu sequitur. Et hanc doctrinam tradit hic Christus, cũ dicit, si manus tua aut pes tuus. Nam non solũ refertur hoc ad membra nostra, siue actus membrorum, qui abscindendi sunt si scandalizant: sed et ad p̄ximos nostros, quos ira vt membra ista diligimus, vt inf. dicitur. Et quã talia scandala vitare in potestate nostra est, tradidit nobis doctrinã circa istud: Circa aliud verò, q̄ infertur ad his, qui nobiscũ conuersantur, vel non est causã ipsã conuersatio, cũ circa illud nos nihil agam⁹, neque sit in potestate nostra euitare illud: nulla ponitur doctrinã, quia nec poni potest. Et iste etiã sensus est conueniens sicut primus: secundus aut̄ minus habet de apparentia.

Cum Christus tradiderit superius de scandalo quare repetiuit hic illud. Quæst. XL.

**Q**VAERETVR, cum Christus tradidit supra 5. de scandalo, quare repetiuit hic illud. Aliqui dicunt, q̄ Christus non repetiuit, sed semel dixit: Matthæus tñ illud bis scripsit. Sed dicendum, q̄ non stat, quia multum repugnaret hoc intentioni Euangelista r. m. quæ est compendiosum tractatũ dare de Christi doctrina, q̄ magna fuit: id nõ cõpetit eis idem repetere

re, sed potius multa omittere. Hoc enim oēs Euangelistæ faciunt, quia nemo eorum scripsit oia, q̄ Christus egit, & docuit. Quod patet, quia quilibet eorũ ponit aliquid de Christo, q̄ cæteri non ponunt: & id quilibet habet canonẽ decimũ in quo ppria: si tñ aliquis eorũ oia facta, & dicta Christi scripsisset, non hẽrent cæteri aliquid pprium, quã ille p̄cordaret cũ quolibet eo q̄ ille veller habere tanq̄ propriũ: ergo manifestũ est, q̄ null⁹ eorũ oia scripsit: sed quilibet omisit aliquid: & nõ solũ aliquid. i. pauca, sed multa valde. s. plura q̄ in scripserit: sic dñs Io. 20. multa quidẽ, & alia signa fecit Iesus in cõspectu & c. q̄ in hoc libro scripta non sunt: & ca. 21. sunt & multa alia, q̄ fecit Iesus, quæ si scribãt p̄ singula, nec ipsum mundũ capere posse arbitror eos. s. scribẽdi sunt libros. Non ergo repetiuit Matthæus dicens bis id, quod Christus semel dixerat: sed potius dicendum è contrariò, q̄ multa Christus repetebat, q̄ Euangelistæ nunq̄ repetunt. Nam Christus prædicauit in diuersis locis, & coram diuersis personis, id necesse erat q̄ aliqua, q̄ alibi dixerat nouiter repeteret pp̄ audientes, qui nunq̄ illa audierant: Euangelistis aut̄ non fuit necesse aliquid repeterere: quia tradiderũt doctrinã in scriptis: & cũ scriptum semper maneat, sufficit idem semel dixisse. Dicendũ ergo, q̄ Matthæus bis posuit de scandalo, quã nõ fuit hoc repeterere. Nã proprie repeteret est cũ eadem nunc dñr, quæ p̄tius dicta erant, & tñ circa scandala multa addunt̄ hic: nam sup. 5. solũ dñs si manus aut pes scandalizat & c. hic verò ponitur de scãdalizante pusillos, & quæ sit p̄na eius. s. q̄ demergat in mare, & quod necesse est venire scandala: ideo cõueniens fuit repeti: sic etiam fuit circa libellum repudij: quia de illo dictum est sup. 5. & tamen sequenti cap. dñs iterũ de libello repudij addendo multa alia.

Quomodo intelligitur quod dicitur hic de oculo eruendo, & pede abscindendo. Quæstio. XLI.

**Q**VAERETVR, circa hoc, q̄ dñs oculos eruedum, manũ & pedem prædicendos si scãdalizat, quõ accipiat. Dicendum q̄ non p̄t accipi sic ad literam. Primò, quia tunc liceret alicui seipsum occidere, nam abscidendo pedẽ & manum, & cetera membra, q̄ scãdalizat morietur quis: potissimè quia nihil magis scãdalizat volentem rectè viuere q̄ motus libidinis, vt ait Aug. lib. de Agone Christiano, q̄ inter certamina Christianorum bella castitatis sunt duriora, sed scandala ista non possunt tolli, nisi tollendo vitã: ergo non intelligitur sic. Secundò, quia hoc esset expresse cõtra intentionẽ Christi: nã proprie dicit ista abscindenda ad tollendum scandala, & tñ et si realiter præcidant non tollantur scandala, quia manet adhuc desideria, in quibus et sine executione peccatũ causatur. Tertio patet et cõtra intentionẽ Christi, quia dñs, si scãdalizat manus, esse eã abscindendam: & dicit de vna manu tantũ, & vno pede, & vno oculo, cũ dicitur melius esse ingredi ad vitam cũ vno pede, & vna manu, & vno oculo, quã cum duobus ire in Gehennam: & tamen si oculus scãdalizat ambo simul scãdalizant: quia ambobus simul videmus: ideo ambo essent eruedi, nã sine altero non facit scandalum: idem de pedibus, quia vnus pes non gradit̄ sine altero, & si vnus scãdalizat, ambo scãdalizant: ideo ambo p̄cidendi essent: et tñ vnus p̄cidi iubetur, alio seruato: ergo non intelligit materialiter de membris n. s. Quarto patet, quã dñs, melius est intrare ad vitã cũ vno pede, q̄ cũ duobus ire in Gehennã: et tñ si de membris intelligeret nõ iret q̄s cũ vno pede ad vitã æternã, quia in resurrectione oia integra erũt: potissimè q̄tũ ad electos, in quib⁹ erit ois pulchritudo, ergo de aliquo alio intelligit. Dicendũ ergo q̄ de membris abscisione nõ p̄t intelligi, sed p̄t expõ

octo



Ad 5. rōnē Ad quintum dicendum, q̄ scandalum, offensio, & infirmitas distincta sunt, & concurrunt cum scandalo, licet interdum sint sine scandalo, & scandalum sine illis. Infirmitas enim dicitur facilitate alicuius ad cadendū, quia debile viribus est, & ita scandalum vix habet locum in illo. Offensio dicitur indignationem eius, qui alium peccare videt contra ipsum peccantem: vel contra eum de quo male iudicat, licet ille forte non peccet. Scandalum autem est ipsa impactio pedis, id est, id in quod pes impingit, vel impingere potest, licet non impingat, & est ipsum factum, vel dictum minus rectum. Contingit autem esse infirmitatem sine offensione, & sine scandalo: vt cum quis de se est debile ad cadendum si quis praestaret ei occasionem: nemo tamen illam praestat, & ita non est ibi scandalum. Etiam non est ibi offensio: quia iste nō potest indignari cum nihil sit de quo indignetur. Interdum est scandalum sine offensione, & infirmitate, & istud est scandalum solum actiuum, vt si quis faciat opus malum ad intentionem scandalizandi aliquem, vel tale factum, de quo scandalizari possent iuste videntes, & tamen nemo infirmus istud videt: sed viri perfecti, qui nō infirmantur: etiam forte nō indignantur, sed potius misereantur. Misero peccanti: quia peccatum languor quidam animae est. Interdum est offensio sine infirmitate, & scandalum: vt si quis non infirmus videat aliquod opus bonū alitius, & quia nō diligenter cogitauerit circa illud, putauit esse malum, & indignatur contra agentem: non tamen inducitur per hoc ipse ad malum agendum: est ibi offensio, sed non infirmitas, nec etiam scandalum actiuum: nec passiuum. Aliquando est infirmitas, & scandalum, sed non offensio. sicut cum quis malum facit coram viris imperfectis: nam ipse scandalizat eos in quantum malum facit, & est scandalum actiuum: illi etiam infirmi sunt, & scandalizantur: quia ad malū inducuntur, & est scandalum passiuum: & tamen offensio non est ibi, quia forte iste infirmus non indignatus fuit contra peccantem: sed potius amplexatus est factum eius ex ignorantia, vel debilitate. Interdum est scandalum, & offensio sine infirmitate, vt si quis malum fecit coram viris perfectis: illi enim non infirmantur, sed tamen ibi scandalum, & actiuum: quia iste quantum in se fuit scandalizauit eos malum faciendo: non est tamen scandalum passiuum: quia ipsi non mouentur ad rectitudinem suam per hoc, sed potius firmi manent, indignantur tamen contra peccantem: Apostolus autem voluit distinguere omnia haec, & fuit conueniens poni, quia passiuē posuit illa, s. infirmatur, scandalizatur, offenditur, & contingit esse distincta: infirmatur quidem, quando qui infirmus est vitio aliquo scandalizatur, s. mouetur ad malum, & tamen nec operans intendit scandalizare: nec tale quid egit, de quo debet iuste scandalizari: ideo licet scandalizetur, quia hoc solum prouenit ex sola infirmitate sua, vocauit istud Apostolus infirmari potius, quam scandalizare, & valde proprie dictum est. Scandalizatur autem proximus, quando operans malum intendit scandalizare, vel licet non intenderit erat tale opus, ex quo deberet sequi scandalum, & ex illo verē proximus scandalizatur, & est tunc scandalum actiuum, & passiuum simul. Offenditur autem, quando operans malum fecit, & tamen qui vidit perfectus erat, & ex hoc non accepit occasionem ad malum, licet peccans eam praestaret: sed indignatur contra peccantem, & ita est ibi scandalum actiuum sine passiuo. Quod Apostolus rectissime appellauit offensionem, & ita nihil est istorum agendum, s. nec ex quo proximus infirmetur, nec ex quo scandalizetur, nec ex quo offendatur: non tollitur tamen quin scandalum sit rectē diffinitum. Ad sextum dicendum, q̄ sic in corporali impactione est duo considerare, s. ip-

fam impactiōnem, id est id ad quod impingitur, & dispositionem cadentis ad cadendum, s. quia debilis viribus erat, vel ipsam eius passionem, quam impingit ad id, quod obiectum erat. Illud verō, ad quod fit impactio, dicitur obex: quia ambulanti obijcitur: ita in spirituali ruina accidit, & vtrumq; accipit nomen scandali, licet non vniocē: sicut fides dicitur de re credita, & de actu credendi, & de habitu, quo creditur ipsa: ergo spiritualis impactio, qua quis ad casum spiritualem disponitur dicitur scandalum passiuum: ipse autem obex spiritualis, ad quem quis impingit, dicitur scandalum actiuum: & hoc modo proprie diffinitur hic scandalum, vt est actiuum, q̄ sit factum, vel dictum minus rectum praebens occasionem ruinae: nam scandalum passiuum, non proprie dicitur scandalum: ideo non conuenit ei diffinitio scandali, sed soli scandalo actiuo, quod est ipse scandalum. Ad septimum dicendum, q̄ vtriq; diffinitio competit scandalo: tunc enim aliquis proprie peccatum facit, quando ex intentione operatur, & nō quando accidit malum praeter intentionem, sicut in homicidio casuali: & ideo tunc proprie aliquis scandalum causat, quando ruinae proximi procurare intendit: quicumque autem ad peccandum inducitur, decipitur, quia omnis malus ignorans est. 3. Ethicor. Et ita vbiunque est dictum, vel factum minus rectum, est deceptio quaedam in quantum per illud retrahitur quis a bono, vel inducitur ad malum, quod nemo eligeret nisi tunc ignorans, & hoc est scandalum: ideo scandalum est dictum, vel factum minus rectum, & etiam est deceptio: nam dictum, vel factum minus rectum non praebet alicui occasionem ruinae nisi in quantum ille decipitur: ideo idem est dicere esse occasionem ruinae, vel parari deceptionem rectē ambulanti. Ad octauum dicendum, q̄ Christus vocatur lapis scandali, vel petra offensionis non q̄ ipse egerit aliquid intendens scandalizare, nec etiam facta sua erant talia, de quibus aliquis deberet rationabiliter scandalizari: sed Iudaei voluerūt sumere scandalum ex factis eius, & ita ipsi scandalizati sunt, licet ipse nō scandalizauerit eos, & sic erat scandalum passiuum sine actiuo.

*An scandalum sit peccatum.*  
Quaest. XLIII.

**Q**VAERETVR, an scandalum sit peccatum. Aliqui dicunt, q̄ non sit semper peccatum: nam peccata nō eueniunt ex necessitate, sed ab arbitrio nostro: scandala tamen necessariō eueniunt, supra in litera, s. necesse est, vt veniant scandala, & Luc. 17. impossibile est, vt non veniant scandala: ergo non est scandalum semper peccatum. Secundo, quia peccata nunquam proueniunt ex pietate, sed ex foemite, vel ex diaboli incentiuo: scandalum tamē interdum ex pietatis affectu prouenit, vt dicit Hieron. super Matth. super illo verbo Christi ad Petrum, vade retro me satana: scandalum enim mihi es. Sed error Apostoli de pietatis affectu proueniens, nequaquam incentiuum v̄ esse diaboli, ergo non omne scandalum est peccatum. Tertio, quia scandalum est impactio pedis, & non omnis, qui impingit cadit, sed peccatū est ruina spiritualis, ergo non est semper scandalum peccatum. Quarto, quia dicit Hier. q̄ parum distat in vitio scandalizare, & scandalizari, & tamen scandalum passiuum videtur posse esse sine peccato, sicut impactio pedis est interdum sine casu: ergo scandalum non est semper peccatum.

Aliqui dicunt, q̄ semper est scandalum peccatum, cum sit scandalum dictum, vel factum minus rectum, & tamen dictum, vel factum minus rectum semper est peccatum: ergo scandalum semper est peccatum. Secundo, quia Num. 3. in Glo. dicitur: longē grauius est peccati causam dare, quam peccare, & tamen qui scandalizat, peccati causam dat, ergo semper peccat.

Interdum fit scandalum sine offensione alicuius.

Infirmitas quid sit.

Offensio quid sit.

Ad 6. rōnē

Ad 7. rōnē

Ad 8. rōnē

Rōnes in contrariis.

1. rō.

2. rō.

3. rō.

4. rō.

Ad 1. rōnē

Ad 2. rōnē

Dicen-

Scandalum actiuū ex parte patientis non est semper peccatum

Ad 1. rōnē

Ad 2. rōnē

Dicendum, q̄ scandalum est duplex actiuum, & passiuum. Actiuum est facere aliquod malum intendendo aliquem incitare ad peccandum, vel facere saltem malum publice, aut manifestē, ex quo possunt videntes ad peccandum induci: licet agens non intenderit quēquam ad peccandum inducere. Scandalum passiuum est spiritualis ruina, s. cum quis cadit a bono, quod agebat motu malo exemplo alicuius. De scandalo passiuo dicendum, q̄ semper est peccatum in eo, qui patitur: quia non scandalizatur nisi, qui aequaliter ruit specialis ruina, quae est peccatum, & hoc est si quis in via Dei gradiebatur, & exemplo alterius ductus recedit ab illa, & hoc mortale est, & ita scandalum passiuum est mortale: interdum autem est veniale, vt si quis tendebat ad perfectionem, & scandalizatus deficit ab illa, vel omittit aliquod leue malum, quod veniale dicimus: vnde necesse est sp̄ esse, aut mortale, aut veniale: quia scandalum ruina spiritualis est, & tñ ruina spiritualis nō est nisi peccatū, & illud est veniale, aut mortale: ergo semper erit veniale aut mortale peccatum scandalum passiuum in patiente. De scandalo actiuo etiam dicendum, q̄ semper est peccatum mortale, vel veniale saltem: nā scandalum actiuum est in eo, qui intendit aliu inducere ad peccandū, & hoc semper est mortale, vel in eo, qui talia facit, ex quibus alij iuste scandalizari possunt, & hoc est mortale, vel veniale saltem: quia illa, q̄ facit, aut erunt verē mala, aut habentia speciem mali. Primo modo, qui illa agit peccat mortaliter. Secundo modo interdum mortaliter interdum venialiter: quia quae speciem mali hñt, licet mala non sint, dimittenda sunt pp̄ salutem proximi, quam tenemur procurare, cum vnicuiq; mandauerit Deus de pximo suo, & p̄tra xia facientes p̄tra charitatem militamus: sic Apostolus suadet talia dimitti ad Ro. 14. & 1. Cor. 8. Si caro scandalizat fratrem meū, nō manducabo carnē in aeternū. Et ita de manducantibus idolothyta, i. cibos p̄secratos idolis. Nam non est malum aliquod per se comedere illa: cum idolum nihil sit, & cibi sic p̄secrati nihil p̄trahant ex p̄secratione ipsa: & tñ qui videntes putabunt honorem p̄ hoc impendi idolis, obligamur ista euitare coram infirmis. 1. Cor. 8. & 1. r. & ita scandalum actiuum in agente sp̄ est peccatum, & scandalum passiuum in patiente sp̄ est peccatum: scandalum tñ actiuum ex parte patientis non est sp̄ peccatum, vt qñ aliquis facit talia de quibus alij deberent, aut possent scandalizari, & tñ nemo scandalizatur, quia solus agens peccat: & scandalum est passiuum ex parte agentis est interdum sine peccato, vt qñ quis scandalizatur de his, quae alius benefacit, vt patet in inuidio. Et ita erat, qñ scandalizabatur Pharisaei de actibus Christi: nā ipsi scandalū patiebantur ruentes spiritualiter in peccatum, & tamē Christus nō p̄stabat causam scandali, iō ex parte sua non erat peccatum. Ad primum dicendū, q̄ scandala non sunt necessaria: sed liberē eueniūt tam actiuum, q̄ passiuum. De actiuo manifestum est, quia nemo cogit agere agere. De passiuo eodē modo: nā scandalizari non est mala pati, aut mala videre, quia vtrumq; necessarium est: sed scandalizari est a bono cadere pp̄ exemplum alterius, cadere tñ a bono actu nemo cogitur. Ad auctoritatē literae dicendum, q̄ non est necessitas simpliciter, sed ex p̄suppositione, s. si homines malē viuere volūt iuxta desideria sua, sicut viuunt, necesse est euenire scandala: & tñ non est necessarium, q̄ homines malē viuant sequēdo desideria sua: iō nec est necessarium euenire scandala, vt declaratum fuit sup. q. 36. Ad secundum dicendū, q̄ Petrus nō fecit proprie scandalum Christo: sed large accipiendū: nā Petrus nō intendebat Christū retrahere a bono: nec ēt ea, q̄ Petrus fecit, erant manifestē mala, i. saltem ipse Petrus nō putabat ea esse mala. Etiam Christus ex dictis Petri non cecidit a p̄posito suo bono.

Ad 3. rōnē. Ad tertium dicendum, q̄ in spiritualibus non est impingere casu, aut retardatione cum magis significet in spiritualibus, q̄ corporaliter impingere: cadere autem spiritualiter est peccatum mortale, retardari autem est peccatum veniale: ideo licet non sp̄ cadat, qui scandalizatur passiuē, sp̄ tñ peccat. Ad quartum dicendū, q̄ per se loquendo scandalum actiuum est maius peccatum, quā passiuum, quia in vnoquoq; genere causa est potior effectus: interdum tñ per accidens potest esse maius peccatum scandalum passiuum, q̄ actiuum: vt qñ passiuē scandalizatus sumit maiorem occasionem ruinae, quā sibi detur: sicut etiam p̄tingit interdum esse scandalū passiuum, vbi nullum est actiuum, vt supra dictum est. Quod autem dicit Hier. parum differre scandalizare, & scandalizari: verum est cōiter quantum ad genus peccati, quia scandalizatus sequitur exemplū scandalizantis in opere: non est tñ verum quantum ad quantitatem reatus: quia magis peccat vnus, quā alius, licet nō sit hoc determinatum. Cum autem dī, q̄ scandalum passiuum pōt esse sine peccato, saltem est: quia vt dictum est, vel est casus, vel retardatio in via Dei: primum est mortale, s. m̄ est veniale. Et si dicat, q̄ nō sit peccatum: quia est passiuum, & non est in potestate patientis nō pati. Dicendum, q̄ saltem est, quia scandalum passiuū quantum ad originē suam est necessarium, i. in quantum ab alio causatur exemplum mali, & tñ quantum ad summationem suam est liberum: quia in potestate nostra est sequi exempla peccantium, vel non sequi, cum ab extra non possit esse causa sufficiens peccati, & ita vtrumq; scandalum est peccatum, quia vtrumq; est quaedam actio: sed primum nō habet originē ab alio, ideo dī passiuum. Ad duo argumenta in contrariū dicendum, q̄ illa procedunt de scandalo actiuo, & verum est, q̄ illud semper est peccatum q̄m ad scandalizantem, licet interdum in patiente non sequatur scandalum: vt quando videntes sunt viri boni, & non scandalizantur.

*An scandalū sit aliqua species peccati distincta ab alijs peccatis.*  
Quaest. XLV.

**Q**VAERETVR, an scandalum sit aliqua species peccati, vel sit generale quod coincidat cum qualibet specie peccati. Aliqui dicunt, q̄ non est speciale peccatum: quia iuxta Aristot. 5. Ethicor. Omnis specialis iustificatio inuenitur aliquando separata ab alijs iustificationibus: sed scandalum nunquā inuenit separatum ab alijs peccatis, cum illud sit factum, vel dictum minus rectum, & tñ factum, vel dictum minus rectum est peccatum: non pertinet tamen ad aliquam speciem determinatā peccati: nō neq; scandalum. Secundo, quia i quolibet genere peccati est dictum aliquod, vel factum minus rectum praebens occasionem ruinae, & tamen diffinitio scandali est ista, ergo scandalum cōuertitur cum omni peccato, vel accidit in quolibet genere peccati. Tertio, quia quicumque peccat coram alijs, scandalum facit: siue illi coram quibus agit scandalizentur, siue non: cum iam ille fecerit id de quo illi possent scandalizari, & tñ agere coram alijs nō addit aliquā differentiam peccati ad id, quod sit, sed solū circumstantiam quādam: sicut est publice, vel occultē peccare, ergo scandalū non dicit speciem distinctā ab alijs peccatis.

Ad 3. rōnē.

Ad 4. rōnē

Ad duas rationes.

C. 2. Quarto,

Alph. Tost. super Euang. Matthi. Pars V.



Quartò, quia agens proportionatur passio: si ergo scandalum actiuum esset speciale peccatum, etiam scandalum passiuum esset speciale peccatum, & tñ scandalum passiuum non est speciale peccatum: quia in quocumq; peccatum quis ruat exemplo alterius, scandalum patitur: ergo scandalum passiuum non est species peccati, & consequenter neq; actiuum. Alij dicunt, qd sit scandalum species determinata peccati, quia speciali virtuti non opponitur nisi speciale peccatum, & tñ scandalum opponitur speciali virtuti, scilicet charitati ad Rom. 14. Si propter cibum tuum frater tuus contristatur, iam non sum charitatem ambulans: ergo scandalum erit speciale peccatum, sicut charitas, cui opponitur est specialis virtus. Secundò, quia peccatum distinguitur per esse contra se, aut contra Deum, aut contra proximum: sed scandalum pertinet ad aliquid modum istorum, scilicet contra proximum: ergo est speciale peccatum. Tertiò, quia malum vocatur ipsum peccatum, quia nocet: ergo vbi inuenerit specialis ratio nocimenti, inuenietur specialis ratio peccati, vel mali: & tñ scandalum dicitur speciale modum nocimenti, si nocere per exemplum: ergo est species certa peccati. Dicendum, qd scandalum duplex est, scilicet actiuum & passiuum, vt dictum fuit: scandalum passiuum, licet semper sit peccatum, non pertinet tñ ad aliquid speciem determinatam peccati, sed potest inueniri in qualibet specie peccati: scandalum vero actiuum vno modo est speciale peccatum, alio modo non. Primum patet, quia scandalum passiuum est, qñ quis ex dicto, vel factio alterius incitat: incidit in aliquod peccatum, & tñ ex dicto, vel factio alterius potest rueri in quocumq; genus peccati, sicut qd agens potest dare malum exemplum circa quilibet speciem peccati: ergo non est scandalum istius alicuius speciei: nam qd quis ex exemplo alterius ductus peccet, vel a nullo inducens non potest inueniri in speciali virtuti oppositam: sic. n. cognoscuntur peccata pertinere ad determinatam speciem: nam cum peccatum non dicat positiuum aliquid, sed priuationem, debet accipi ratio specialis peccati iuxta speciem modum priuationis, & qñ priuatio est non ens, non potest inueniri specialis ratio priuationis nisi per comparationem ad determinatam entitatem, quod priuat: quia reatus est iudex sui, & obliquus. Phisica habitus est iudex sui, & priuationis: cum ergo peccatum dicat priuationem, quod est deformatas, cum sit priuatio cuiusdam boni debiti, inesse dicitur specialis priuatio, vel deformatas, quod opponitur speciali virtuti: nec erat possibile saltem cogitare quid esset specialis deformatas, vel priuatio, nisi cogitaretur prius specialis quidam pulchritudo, vel entitas cuius sit illa priuatio, & tunc dicitur illa priuatio, vel deformatas speciale, non quod sit in se aliquid speciale, sed quia specialis entitatis, vel pulchritudinis est priuatio, & sic ratio specialis peccati, i. habitus peccati, vel actus accipit per habitudinē, vel comparationem ad determinatam virtutē cui opponitur, & si illa non inueniatur, non erit speciale peccatum. Sic. n. est in scandalum passiuo, quia non dicit speciale deformatas oppositam speciali virtuti: ideo non est speciale peccatum. De scandalum actiuo dicendum, quod se potest hinc dupliciter, scilicet per se, & per accidens: per accidens quidem quod ex facto suo aliquem scandalizet, & tñ non intendebat eum scandalizare: sed solum satisfacere suae voluntati, & sic scandalum actiuum non est determinate speciei, quia quod per accidens est non dat speciem, sed est illius speciei cuius est actus, per quem scandalizat proximum. Per se autem considerat, vt quis ex intentione egit, vt alium scandalizaret, & tunc ex intentione specialis faciens foris rationem specialis peccati, quia finis dat speciem actui in moralibus: vnde sicut furtum, & homicidium iunct specialia peccata per speciale nocementum, quod intendit, ita scandalum, quod intendit esse speciale nocementum proximo: ideo est speciale peccatum, & opponitur correctioni fraternae, per quam intendit

Rōnes in contrariū.

1. rō.

2. rō.

specialis nocementi remotio. Prædicta apparent, quia in moralibus sit interdum specificatio ex obiecto, vel materia, & interdum ex fine. Ex parte obiecti, sicut sensus accipit speciem in eo, quod est circa delectabilia actus, & hoc terminatio est materialis, & pertinet ad habitus operatiuos: sicut n. specificantur habitus in moralibus ex obiecto, & nunquam ex fine cum non possit habitus respicere finem, sed solum actus, qui est sponte elicitus: & hoc est verum quantum ad habitus elicientes, secus autem quantum ad habitus imperantes, id est respectu actuum imperatorum, & non elicentium ab eis. Alio modo specificatio sit ex parte finis, & ista est specificatio formalis, & hoc pertinet ad habitus imperantes: quia imperium sit respectu alicuius finis, contingit autem, quod interdum actus accipiat speciem eadem ex vtraque parte, vt quod actus ab eodem habitu elicitur, & imperatur: sicut si quis fornicatur propter delectationem: est. n. delectatio obiectum, & finis, & habitus intemperantie mouet ad percipiendam illam delectationem. Quæque autem idem actus determinatur ad diuersas species ab vtraque parte, & hoc est quod actus est a duobus habitibus, sicut ab vno elicetur, & ab alio imperatur: sicut quod quis fornicatur propter luxuriam: determinatur. n. iste actus ad speciem luxuriam ex obiecto: quia est circa delectabilia, & ad speciem auaritiæ ex fine, & tñ non sunt ibi duo peccata, sed vnum peccatum, quia vnus actus est, sed est duplicis speciei. Et si dicatur, quod idem individuum non potest esse in duabus speciebus. Dicendum, quod in naturalibus vbi ratio speciei est perfecta, & determinata, non potest inueniri vnum individuum in duabus speciebus, quia naturalia habent vnum modum determinatum essendi, qui non variatur pro consideratione nostrâ: in moralibus autem, & diuinitatis secus est: non. n. reperitur ibi ita perfectè, & determinatè ratio speciei, eo quod plurimum accipiunt ista modum sui esse ex consideratione: & ita idem actus quantum ad vnum poterit esse in vna specie, qui quantum ad alterum erit in alia, & ita actus fornicandi si absolute consideretur est solum in specie intemperantie, vel incontinentiæ, & sic habet vnica speciem: si autem consideretur, vt sit propter lucrum, est in specie auaritiæ: solum, & non in specie intemperantie: vnde ita dicit Aristoteles, quod qui fornicatur propter lucrum non est mechus, sed iniustus, vel auarus, & ita quocumque modo consideretur actus semper erit in vnica specie, & tamen idem actus numero ad alia, & alia sumptus poterit esse in duabus speciebus moris, quod non accidit in aliquo in diuiduo naturali: contingit etiam interdum, quod aliquis non determinet ad speciem ex parte obiecti, sed solum ex parte finis, eo quod habet determinatum habitum, a quo imperetur, sed non habet determinatum habitum a quo eliciatur, sicut edificare proximum: nam non habet habitum determinatè elicentem: quia charitas non elicit hunc actum, cum non eliciat nisi interiores, scilicet diligere: & tamen per interiores nemo edificatur, sed charitas imperat istum actum, & ab alijs virtutibus elicitur materialiter, non determinatè ab aliqua, sed ab omnibus, cum charitas omnibus imperare possit: & quia scandalum actiuum est peccatum oppositum edificacioni proximi, vel correctioni eius: ideo loquendo materialiter ex parte habituum elicentium non est speciale peccatum: sed solum formaliter loquendo ex parte finis, & habitus imperantis, qui est habitus charitati oppositus, i. vitium odij: ideo quando aliquis dicit, aut facit aliquid minus rectum intendens prestare proximo occasionem ruinæ, speciale peccatum committit. Si autem præter intentionem suam accidat scandalum, etiam si talis esset actus de quo posset rationabiliter scandalizari, non est scandalum speciale peccatum, quia non est ab habitu elicente determinatum, & etiã non est ab aliquo imperante habitu determinatum: erit tñ scandalum istud actiuum speciale circumstantia actui dans deformatas.

Ad

Ad 1. rōnē

Ad 2. rōnē

Ad tertiā rōnē

Ad 4. rōnē

Ad primā rōnē in contrariū.

Ad secundā rōnē

Ad primum dicendum, quod scandalum actiuum interdum dicitur speciem determinatam peccati distinctam ab alijs, & ideo contingit inueniri scandalum in actu exteriori sine aliquo alio peccato, vt quod quis agit aliquid quod alijs non esset peccatum, & tñ efficitur peccatum in quantum intendit scandalizare, vel scandalizari, & ita præter intentionem, vt est de se natum dare occasionem ruinæ: in quantum habet speciem mali, sicut est manducare cibos consecratos idolo, & ob hoc dicitur in definitione scandali, quod est dictum, vel factum minus rectum, & non dicitur, quod est factum, vel quod est factum, & ita licet alijs non sit malum, poterit esse causa scandali, & erit ibi inuenire actum peccati scandali, sine actu alterius peccati. Ad secundum dicendum, quod scandalum actiuum quantum est ex parte materiæ, i. actus, per quos scandalizatur, & ex parte habitus elicentis non distinguitur: sed coincidit cum quolibet genere peccati, sed non ex parte habitus imperantis: nam imperans habitus est vitium odij, quod opponitur correctioni, vel edificacioni proximi, in quem mouetur quis cum intentione trahendi proximum in peccatum, & hoc ad vnum habitum pertinet: ideo est speciale vitium. Ad tertium dicendum, quod hæc circumstantia, quæ est coram alio agere, non addit peccato aliquam nouam speciem ex sui ratione, sed solum ex fine, ad quem ordinatur: nam si quis scandalizet proximum agens malum coram alijs, non intendat tñ per hoc scandalizare, non pertinet ille actus ad determinatam speciem: quia non est ibi consideratio finis neq; determinatus habitus imperans, & sic est peccare in occulto non trahit peccatum in aliam speciem, quod de se habeat: eo quod non ordinat in speciale finem, neq; est habitus specialis imperans occulte fieri. Ad quartum dicendum, quod scandalum passiuum licet peccatum sit, nunquam pertinet ad speciale peccatum: scandalum vero actiuum interdum pertinet ad speciale peccatum. Nec est eadem ratio de vtroque: nam in scandalum passiuo est actus, & passio: passio quidem in quantum suscipit occasionem ruinæ ex actu alterius: actio vero in quantum illi occasionem assentiens committit malum: actio autem in scandalum passiuo non pertinet ad genus scandali: quia si pertineret ad istud genus, vocaretur finem scandalum actiuum, & non passiuum: ideo non pertinet ad genus scandali, sed ad quocumque genus peccati cuius sit illud, quod committit scandalizans: sola autem passio pertinet ad genus scandali, & finem eum vocatur scandalum passiuum speciale peccatum. Secus de scandalum actiuo: quia illud quantum ad actionem pertinet ad genus scandali, & actio pertinet ad peccatum si est mala, ideo scandalum actiuum peccatum erit speciale in quantum est a determinato habitu, vt supra fuit ostensum. Ad argumentum in contrarium dicendum, quod in quantum procedunt de scandalum actiuo concedenda sunt: quia illud est speciale peccatum: licet non semper. Et est dicendum ad primum, quod quicumque peccat, agit contra charitatem: sed potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod non ambulat secundum charitatem: quia committendo peccatum mortale per quod scandalizat proximum perdit charitatem, & sic non ambulat secundum charitatem etiam si iste peccans non intenderit scandalizare proximum, & tunc scandalum non est speciale peccatum. Et si dicatur, quod opponitur charitati, quæ est specialis virtus. Dicendum, quod non opponitur ei sub specialis ratione, sed sub generali in quantum tollitur per omne peccatum mortale. Si autem peccans egit sub intentione scandalizandi, est peccatum speciale: quia tunc opponitur charitati, vt est specialis virtus: quia ex vitio odij mouetur scandalizans. Ad secundum dicendum, quod esse contra Deum, contra se, & contra proximum non sunt differentiæ, quæ specialiter constituunt species peccati: cum peccata eius speciei committat quis

A interdum contra Deum qualia contra proximum. Dicendum tamen, quod omne scandalum est contra proximum: quia seipsum nemo scandalizat, & tamen contingit hoc esse per accidens, id est, non intentum, sed contra proximum sit: vt quod quis malum agit non intendens scandalizare: nam tunc non est speciale peccatum, quia quod est per accidens non dat speciem. Si autem peccans intendat contra proximum agere mouendo eum ad peccandum, est scandalum speciale peccatum. Ad tertium dicendum, quod est in scandalum specialis ratio nocimenti in quantum habitus specialis, i. odium mouet ad nocendum, & tunc est scandalum speciale peccatum, secus autem in quantum in scandalo nocetur per exemplum, quia hoc non dat specialis rationem peccati ipsi actui: eo quod in qualibet specie peccati potest noceri alteri per exemplum: sed dicit quandam circumstantiam actus, quæ grauitatem quandam addit.

Ad 3. rōnē.

An scandalum sit semper peccatum mortale. Quæst. XLVII.

QV AER ET VR, an scandalum sit semper peccatum mortale. Aliqui dicunt, quod sic, quia omne peccatum, quod charitati contrariatur, est mortale: sed scandalum opponitur charitati, vt dictum est præced. quæst. ergo est mortale. Secundò, nulli peccato debetur pena æterna nisi mortali, & tamen in scandalo debetur pena æterna. Nam super illo verbo, supra in litera, si expedit, vt ei suspendatur mola a farina, & demergat in profundum, dicit Hier. Multo melius est pro culpa breuem recipere penam: quàm multo in seruari cruciaribus: ergo scandalum est mortale peccatum. Tertio, omne peccatum, quod in Deum committitur est peccatum mortale: quia solum peccatum mortale auertit hominem a Deo: scandalum tamen est peccatum in Deum. I. Cor. 8. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam in Christum peccant: ergo scandalum semper erit peccatum mortale. Quarto, quia vita spiritualis est melior, quàm corporalis, & tamẽ qui subtrahit alteri vitam corporalem peccat mortaliter: ergo a fortiori, qui subtrahit vitam spirituales: & hoc facit, qui scandalizat, quia dat alteri occasionem ruendi in mortem spirituales: ergo peccat mortaliter.

Rōnes in contrariū.

1. rō.

2. rō.

3. rō.

4. rō.

Dicendum, quod scandalum est duplex, scilicet actiuum, & passiuum, vt supra ostensum est: de scandalum passiuo dicendum, quod interdum est peccatum mortale, & interdum veniale: quoniam quis ex facto alterius incitatus ruit in peccatum mortale scandalum passiuum est peccatum mortale: siue actus, qui fuit sibi occasio esset per se bonus, siue per se malus, siue indifferens, siue parum malus, i. veniale peccatum. Est autem scandalum peccatum veniale, quod ex actu alterius incidit quis in peccatum veniale: quod est dissonum ad ruinam, & non oïno cadere: licet etiam veniale possit dici casus. Scandalum autem actiuum potest dupliciter accipi. Vno modo in quantum est speciale peccatum, quia in quantum scandalizans intendit dare occasionem ruinæ. Alio modo in quantum non est peccatum speciale, i. non intendit dare occasionem. Si primo modo, aut intendit deducere proximum ad peccandum mortalem, aut ad peccandum veniale: si mortalem peccat mortalem. Et hoc siue intendat deducere alium ad peccandum paliquem actum suum, qui in se sit peccatum veniale: nam intentio est peccatum mortale. Si intendat deducere ad peccandum veniale quantum est ex genere scandali per se deberet esse peccatum veniale, & tñ dicendum, quod aut vult deducere illum ad peccatum veniale per aliquem actum, qui est venialis, & est peccatum veniale, aut peccatum mortale, & tunc est peccatum mortale.

Alph. Toft, super Euang. Matth. Pars V.

Si autem accipiatur scandalum secundo modo, vt non est intentum, & tunc, quia non pertinet per se ad genus scandali, neque est speciale peccatum: idem erit iudicandum de scandalo, & de actu, per quem aliquos scandalizat. Si enim ille actus sit in se peccatum mortale, iudicabitur scandalum peccatum mortale. Si vero actus est venialis, erit scandalum veniale peccatum: interdum tamen actus est indifferens de se, & in quantum habet quandam spem mali est scandalosus, & de se non erit peccatum etiam veniale, & tamen poterit scandalum illud esse interdum veniale, vt si committatur cum aliqua leui indiscretione secundum quam proximus offenditur: interdum autem mortale, vt quando contemnit quis salutem proximi: ita quod pro ea obseruanda non omittit facere id, quod sibi liberit: etiam si illud aliud non esset malum, & tamen scit proximos scandalizandos si hoc agatur: nam licet iste non intendat scandalizare: tamen quia scit proximos scandalizandos, & non cauet, peccat mortaliter: licet actus aliud non esset malus etiam venialiter, vt manducare cibos consecratos idolo. Ad primum dicendum, quod scandalum, siue actuum, siue passiuum, semper repugnat charitati. Scandalum quippe de se passiuum, id est quantum est de genere scandali, nunquam repugnat charitati, sed in quantum est passiuum solium: quia in quantum est passiuum non est peccatum, neque mortale, neque veniale: cum non sit in potestate nostra non pati ab alijs, scilicet suscipiendo occasionem ruinam: in quantum vero in scandalo passiuo est quaedam actio, scilicet, quia scandalizatus assentit adhæreere prauo exemplo alterius: non pertinet ad genus scandali, vt ostensum est præced. quæst. sed est hoc omnino per accidens ad scandalum passiuum. Et de hoc dicendum, quod interdum scandalizatus committit mortale, & interdum veniale, & ita interdum scandalum passiuum erit peccatum mortale, & hoc est per accidens. De scandalo actiuo dicendum, quod etiam non repugnat semper charitati: cum interdum scandalizat quis alterum per actum venialem, & non intendat eum in aliquo scandalizare, & tunc non erit peccatum mortale, neque contra charitatem, & ita de alijs casibus, de quibus dictum fuit supra in hac quæstio. Ad secundum dicendum, quod ibi Christus loquitur de scandalo actiuo, scilicet, quando quis intendit inducere proximum ad peccatum mortale: vel etiam si non intendat eum inducere committit tamen mortale, per quod inducatur, vel induci possit proximus, vel quando committit aliquid, quod non est de se peccatum mortale, neque veniale: scit tamen, quod proximi infirmi scandalizabuntur, etiam si non intendat scandalizare eos: cum tamen non velit omittere seruare propriè voluntati etiam si proximos scandalizet, peccat mortaliter: sicut est de illo, qui manducat cibos consecratos idolo. Ad tertium dicendum, quod scandalum non est semper peccatum contra Deum: nam quando quis per actum peccati venialis deducit proximum ad veniale, siue intendit deducere, siue non, est peccatum mortale, & ita non est contra Deum, quia non auertitur homo à Deo. Ad quartum dicendum, quod quicunque subtrahit alteri vitam corporalem, peccat mortaliter: si hoc intendisset, vel in culpa fuisset faciendo ea, per que proximum posset occidere iniuste: & tamen qui scandalizat non semper subtrahit vitam spiritualem, cum per scandalum non perdatur semper charitas, vel gratia, quæ est vita spiritualis, vt quod scandalizatus solum peccat venialiter: etiam quia qui subtrahit vitam corporalem occidendo proximum dat ei sufficientem causam mortis spiritualis: quia mori potest in peccato mortali, per quod æternaliter peribit.

Ad 1. rōnē icōuariū.

Scandalizatus interdum peccat mortaliter interdum veniales.

Ad 2. rōnē.

Ad 3. rōnē.

Ad 4. rōnē.

Ad scandalizari passiuè pertinet ad omnes tam perfectos, quam imperfectos. Quæst. XLVII.

**Q**VAERETVR, an scandalizari passiuè pertineat ad omnes tam perfectos, quam imperfectos, vel solum sit pusillorum. Aliqui dicunt, quod non solum pusilli, vel imperfecti, sed etiam viri perfecti scandalizantur passiuè: Christus enim non erat pusillus, sed perfectissimus: imò pfectionis caput, ipse tamen scandalizatus fuit à Petro, supra 16. Vade retro me satana, scandalum enim mihi es: ergo cedit in viros perfectos. Secundò, quia sicut nemo potest amare nisi aliquis ametur: ita nemo potest scandalizare nisi alius scandalizetur: sed ille, qui coram perfectis viris peccat mortaliter, scandalizat, & tamen neminem scandalizat nisi eos, qui presentes sunt, scilicet perfectos. ergo perfecti scandalizantur, & non solum pusilli. Tertiò, quia scandalum importat impedimentum, quod alicui ponitur in vita spiritali: sed etiam perfecti impediuntur interdum in processu vitæ spiritalis. Præterea dicitur. 1. Thess. 2. Voluimus quidem venire ad vos ego Paulus semel, & iterum, sed impediuit nos satanas: ergo viri perfecti possunt scandala pati. Quartò, quia in viris perfectis inueniuntur peccata venialia. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus: & intelligitur de veniali saltem: scandalum tamen passiuum non est semper mortale, sed interdum veniale: ergo potest cadere scandalum passiuum in viros perfectos. Aliqui dicunt, quod solum in imperfectis: quia supra in litera: cum Christus de scandalo loquitur, non facit mentionem, nisi de pusillis, scilicet qui scandalizauerit vnum de pusillis: ergo illi soli scandalizantur passiuè. Secundò, quia Apostolus ad Rom. 14. de scandalizatis loquens ait, conscientia eorum cum sit infirma possunt: perfecti tamen non habent conscientiam infirmam, ideo non scandalizantur. Dicendum, quod propriè accipiendo scandalum passiuum in solis in imperfectis est: largè tamen etiam est in perfectis. Patet hoc, quia scandalum passiuum importat quandam commotionem animi à bono in eo, qui scandalum patitur: nullus autem commouetur, qui rei immobili firmiter adhæret: viri autem perfecti quos maiores propriè dicimus, soli Deo inherēt, cuius est immobilis bonitas: nam si inherēt praelatis suis, qui homines sunt: non tamen inherēt eis nisi in quantum illi inherēt Christo: iuxta illud. 1. Cor. 4. imitatores mei estote, sicut & ego Christi. vnde quantumcumque videant alios inordinate se habere dictis, vel factis etiã praelatos suos: ipsi tamen à sua rectitudine qua Christo inherēt non mouentur, iuxta illud Psal. 124. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem: ideo in eis, qui perfectè Deo per amorem inherēt, scandalum nullum est, Psal. 118. Pax multa diligētibus legem tuam, & non est illis scandalum. Dicendum tamen, quod scandalum passiuum dupliciter accidit. Vno modo, cum quadam electione, vt cum quis videns alium peccantem incitatur ad peccandum, & eligit sic facere, sicut ille: taliter autem non cadit scandalum passiuum in viros perfectos quorum mens Christo adherens à pceptis eius non fleuitur. Alio modo accipitur scandalum passiuum, vt est sine electione, scilicet quis videns alium peccantem incipit quendam appetitum similiter agendi, qui ei subrepat, vel tristitia quandam, aut iræ motum, vel indignationis: non tamen eligit peccare, & tale scandalum cadit in viros perfectos: quia tamen principale in scandalo est esse peccatum, & hic non est aliquid cum non sequitur electio: non solemus vocare scandalum talem passionem factam in viro perfecto: & ita verum est, quod scandalum passiuum solum est pusillorum: sic dicit Hieronymus. Nota, quod qui scandalizatur paruulus est: maiores enim scandala non recipiunt.

Rōnes in contrariū.

1. rō.

2. rō.

3. rō.

4. rō.

Rō ad quæstionem.

Ad

Ad primum dicendum vno modo, quod licet Petrus quantum erat in se scandalizaret, quamuis hoc ageret ex errore, tamen Christus non scandalizatus est: nam Petrus volebat ei dissuadere subire mortem, & nihilominus mortem subiit, & ita non fuit in eo scandalum passiuum. Aliter potest dici, quod nec Christus scandalizatus est, nec etiam Petrus propriè eum scandalizauit: sed accipitur ibi largè scandalum, id est impedimentum, vt dictum est sup. q. 44. Ad secundum dicendum, quod loquendo grammaticè, vel dialecticè omne actiuum conuertitur in passiuum: quia grammaticus considerat solum modum significandi verbi, & non substantiam actionis: omne autem verbum actiuum ex suo modo significandi significat actionem, vt in alium transeuntem: sed pcedendo substantiam actionis aliquando actio egreditur ab agente, & non pertingit vsque, vt patiens: quia patiens habet interdum in sua potestate recipere effectum agentis, vel non, pp aliquod impedimentum superueniens, pp quod non pertingat effectus actionis ad patiens, & ideo loquendo realiter in omnibus actionibus, quæ terminantur ad aliquid, extra quod verè extra manet, non semper pvertitur actio in passiuum: sicut est percutere, occidere, scandalizare, & alia huiusmodi, scilicet quia illum motum realiter, quem quis facit quando aliquem percutit, potest facere, quod non percutit, vt quis conetur alterum percutere, & ille effugiat actum: materialiter ergo, & realiter iste percutit, licet nullum percutiat: nã nulla alia res erat, per quam iste percuteret eum, quæ volebat percutere, nisi illud, quod fecit: ergo realiter percutit, id est rem illam, quæ materialiter est percussio, licet formaliter non pcedatur, quod iste percutiat nisi aliquid sit percussus. In actibus vero interioribus animæ, vt amare, intelligere, concupiscere, & similibus. Dicendum, quod conuertitur semper actiuum in passiuum, eo quod semper actio pertingit ad terminum illum, ad quem est. Et rō est, quia tales actus non progrediuntur ad rem extra, id est passiuum nisi scilicet, quod passiuum est aliquo modo in ipso agente: nam in quantum quis amat alium non sequitur aliquid reale exterius in ipso amato, quod procedat ab amato: cum contingat amare eos, quod à nobis remotissimi sunt: sed terminatur actus amantis, aut desiderantis, concupiscentis, & intelligentis ad terminum in quantum est ille intra agentem per quãdam pceptionem, & imaginem: ideo in istis nunquam potest esse actio, quin pertingat ad passiuum: cum non possit esse impedimentum aliquod ad hoc, nec possit patiens facere, quod effectus actionis non recipiatur in eo, & ita semper in his pvertitur actiuum in passiuum: scandalizare autem requirit terminum extra, & ideo potest esse actio realiter sine passiuo: vnde potest aliquis scandalizare, id est scandalum facere, & tamen quod nullus scandalizetur patiendo illud scandalum, & ita qui coram viris perfectis peccat, scandalizat quidem, sed nemo scandalizatur. Ad tertium dicendum, quod quantum ad exteriores actus bonos possunt viri perfecti impediiri per alios, ne illos faciant, & tamen quantum ad interiorem electionem, & desideria sua non possunt impediiri, quominus tendant in Deum cui firmiter inherēt. iuxta illud ad Ro. 8. Certè sum, quod nec mors, neque vita poterit nos separare à charitate, quæ est in Christo, & tamen scandalum dicit commotionem animi in eo, qui scandalum patitur, ideo tale impedimentum passiuum in solis actibus exterioribus non vocatur scandalum, & ita non cadet in viros perfectos: licet cadant impedimenta exteriora. Ad quartum dicendum, quod viri perfecti incidunt interdum in peccata venialia: non tamen patiuntur scandala, quia non incidunt in illa ex dictis, vel factis aliorum incitati (quod est scandalizari) sed ex infirmitate carnis. Ex dictis autem, & factis aliorum non sequitur in eis scandalum secundum veram rationem scandali, sed appropinquat aliquo modo ad scandalum: iuxta illud Psal. 72. Mei autem Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

Ad primam rationem in contrariū.

Aliter ad 1. rōnem.

Ad secundam rationem.

Verbum actiuū quod propriè significet.

Ad tertiam rationem.

Ad 4. rōnē.

Ad tem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei: appropinquare autem ad scandalum est, quod potest in eis ex dictis, vel factis aliorum suboriri quadam indignatio, aut ira, aut affectus quidam peccandi: ex quo faciliè est sequi peccatum: ideo appropinquat scandalum passiuo: non tamen proueniunt ad perfectam rationem scandali in quantum ex tali passione causata in eis non incidunt in aliquod veniale saltem.

An scandalizare actiue conueniat interdum viris perfectis. Quæst. XLVIII.

**Q**VAERETVR, an scandalizare actiue conueniat interdum viris perfectis, in illi scandalizet alios. Aliqui dicunt, quod sic: nam Christus perfectissimus fuit: ipse tamen scandalizauit actiue: nam Luc. 2. dicit, hic positus in ruinam multorum, id est in scandala multorum, ergo perfecti scandalizant alios. Secundò, quia passio est effectus actionis: sed ex dictis, vel factis perfectorum aliqui passiuè scandalizant, vt sup. 15. dicitur, scilicet, quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt, id est verbo Christi: ergo Christus scandalizauit eos actiue. Tertiò, quia Petrus post aduentum Spiritus Sancti confirmatus ppositus erat in statu perfectorum, & tamen postea scandalizabat pueros de Gentilitate ad Gal. 2. scilicet cum vidissent, quod non rectè ambularent ad veritatem Euangelij dixi Cephe, id est Petro coram omnibus, si tu cum Iudæis his confertileris, & non Iudaicè vivis, quomodo cogis gentes Iudizare: ergo scandalum actiuum fit interdum à viris perfectis. Quartò, quia scandalum actiuum peccatum veniale est interdum, vt ostensum est sup. q. 46. sed venialia cadunt in viros perfectos: ergo perfecti possunt scandalizare actiue. Alij dicunt, quod nunquā perfecti scandalizant alios, quia non pertinet ad eundem puocare ex epulis suis ad bonum, & scandalizare puocando ad malum, & tamen perfectorum est ad bonum puocare. Supra 3. c. sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat vestra opera bona, & glorificent psem vestram: ergo non contingit, quod perfecti aliquos scandalizent. Secundò, quia plus repugnat perfectioni scandalum actiuum, quam passiuum: cum deterius sit mala agere, quam mala pati: in viris tamen perfectis non est scandalum passiuum, vt dictum est præced. quæst. ergo à fortiori non est scandalum actiuum. Dicit potest vno modo, quod scandalum actiuum quandoque est mortale, quandoque veniale, vt dictum est supra q. 46. scandalum, quod est mortale non conuenit perfectis, id est non accidit fieri per eos, sicut neque ipsi committunt mortale aliquod: in quantum vero est peccatum veniale, contingit fieri ab eis scilicet quod contingit eos peccare venialiter. Et hoc est satis conuenienter dictum, scilicet quod scandalum potest accipi strictissime, id est vt quis potest scandalizari de culpa alterius etiam de leuissima, & tamen tali modo non contingit aliquos rationabiliter scandalizari: Dicit potest ergo aliter, quod scandalum actiuum propriè est, cum aliquis tale aliquid dicit, aut facit, quod de se tale est, vt natum sit alterum deducere ad ruinam: hoc autem solum est illud, quod inordinate dicitur, aut fit, ad perfectos autem pertinent omnia, quæ agunt secundum rationis regulam ordinare, iuxta illud. 1. Cor. 14. Omnia honeste, & sicut in ordinem fiant in vobis, & precipue hanc cautelam ordinatè procedendi adhibent in his, in quibus non solum ipsi offenderent, sed etiam alijs offensionem pararent, & hoc, quia de salute proximum magna sollicitudo illis est: & si interdum aliquid de factis, aut dictis eorum ab hac moderatione deficit, hoc est ex infirmitate humana, secundum quam à perfectione deficiunt, & ita non sunt perfecti illi, qui in aliquo possunt alios scandalizare. Et tamen accipiendo perfectos illos, in quibus adhuc aliqua carnis infirmitas est, quæ nunquam profus tollitur in via.

1. rō.

2. rō.

3. rō.

4. rō.

C 4 Dicen-



Dicendum, q si quid de dictis, aut factis illorum deficiat aliquantulum a moderatione, non tantum deficiunt, q multum a rationis ordine recedatur, sed modicum, & leuiter, quod non est tam magnum, vt ex illo verifimiliter, aut rationabiliter possit accipi occasio peccandi: ideo perfecti neminem scandalizant. Si tamen velimus dicere, q scandalizare possunt alios leuiter, scilicet venialiter, non est inconueniens: rationabilis tamen est, quod nunc dictum fuit. Ad primum dicendum, q Christus nullos vnquam scandalizauit: licet aliqui ex dictis, aut factis eius ruinæ occasione acceperunt: sicut potest etiam quis scandalizari de bono alterius, si non omni moderatione rationis factum, ille, qui inuidet bono alterius, & est ibi scandalum passiuum sine actiuo: & ita dicitur Christus esse petra scandali, vel lapis offensionis, Esa. 8. & positus in ruinam, Luc. 2. Non quidem, q ipse alicui ruinæ occasionem (saltem leuissimam) dederit: sed quod aliqui ex dictis, aut factis eius occasionem sibi sumpserunt, & ita innuitur. Luca 2. nam cum dicitur, q positus fuerit in ruinam, adiungitur, & in signum cui contradicetur, id est, quod ruina illa non fuit, quam Christus illis dederit: sed illi acceperunt illam sibi, quia contradixerunt Christo, qui erat signum, & ita ipsi fecerunt sibi ipsi scandalum: & ideo in scriptura nunquam legitur, q Christus aliquos scandalizauerit: sed q aliqui ex dictis, aut factis eius scandalizati sunt. Ad secundum dicendum, q scandalum passiuum semper causatur ab actiuo, & tamen non est necesse, q causetur semper ab aliquo scandalo actiuo agentis, id est alterius, qui scandalizat: sed interdum ab ipsius, qui patitur, scandalo, eo q ipse, qui patitur sibi ipsi scandalum facit: & ita audito verbo Christi, in quo nulla occasio erat ruinæ, ipsi Pharisei sibi ipsi occasionem assumpserunt, & sic ipsi scandalum fecerunt, & ipsi passi sunt. Ad tertium dicendum, quod communiter solet responderi, q Petrus quidem peccauit, & reprehensibilis fuit secundum sententiam Aug. & ipsius Pauli subtrahens se a Gentilibus, vt vitaret scandalum Iudæorum: quia hoc incaute aliquantulum faciebat: ita q ex hoc Gentiles ad Christum conuersi scandalizabantur: non tamen factum Petri erat tam graue peccatum, q merito possent alij scandalizari: vnde patiebantur scandalum passiuum: non erat tamen in Petro scandalum actiuum: an tamen Petrus peccauit, vel Paulus redarguens eum, & in quo, & an esset scandalum, dicitur ad Galat. 2. vbi de hoc. Ad quartum dicendum, q perfecti committunt peccata venialia interdum, & tamen illa, vt communiter sunt circa motus interiores, qui non bene subditi sunt: sed isti motus occulti sunt, & repugnancia eorum: ideo circa talia nullum scandalizant. Si autem circa exteriora facta, aut dicta committunt aliqua peccata venialia, tam leuia illa sunt, vt neminem rationabiliter scandalizare possint, & scandalum actiuum non est in eis. Argumenta in contrarium concedenda sunt, quia probant, q perfecti neminem scandalizant. Si tamen teneatur, quod possunt scandalizare aliquem venialiter. Dicitur ad primum, quod incitare homines ad bonum est perfectorum, & non incitare ad malum: quia talis est intentio eorum, cum valde solliciti sint de salute proximorum: etiam conuenit eis in quantum perfecti sunt: quia tamen nondum est in eis absorpta infirmitas carnis, ex illa possunt peccare leuiter, per quod aliquis scandalizabitur. Ad secundum dicendum, quod scandalum passiuum non est perfectorum. Et cum dicitur, quod magis repugnat perfectioni scandalum actiuum, quam passiuum. Dicendum, quod non est simpliciter vera propositio: nam si accipiarur scandalum actiuum prout est ex intentione agentis, grauius est de se scandalizare, quam scandali-

Ad 1. rationem

Ad 2. rationem

Ad 3. rationem

Ad 4. rationem

Ad 1. rationem in contrarium

Ad 2. rationem

F zari: etiam quando per factum malum quis alium scandalizat ceteris paribus grauius est scandalizare, quam scandalizari: licet interdum grauius peccat scandalizatus, quam scandalizans, in quantum ex minori peccato assumptis sibi occasionem ad maius: quando tamen scandalizatur quis ex leuissimo opere alterius, id est veniale, etiam si solum committat scandalizatus veniale, peius est scandalizari, q scandalizare: quia male dispositus est, qui ex tam leui malo occasionem peccandi accepit: maxime cum rationabiliter nemo ex tali facto occasionem mali sumere possit: tale autem est scandalum actiuum perfectorum, si quod in eis inuenitur: ideo potest in eis esse scandalum actiuum, & non passiuum, quia maiorem imperfectionem diceret scandalum passiuum.

An verum sit, q solis perfectis conueniat scandalizare actiuè. Quest. XLIX.

QV A E R E T V R, quia aliqui dicunt, q scandalizare actiuè non conueniat imperfectis, sed solis perfectis, an verum sit. Aliqui dicunt, quod sic, quia contrariis competunt contrariae passionis: scandalum tamen passiuum competit solis imperfectis, vt dictum est supra quaest. 47. ergo scandalum actiuum solis perfectis conuenit. Secundo, quia ille solus scandalizat alios, qui exemplo suo illos prouocat ad peccandum, hoc autem solum pertinet ad illos, quorum vita posita est in exemplum aliorum, quales sunt prelati, & religiosi, & tamen isti sunt perfecti, vel pertinet ad eos sequi viam perfectionis: ergo ad solos perfectos pertinet scandalizare. Aliqui dicunt in contrarium, quia Petrus ante passionem Christi imperfectus erat, sicut & omnes Apostoli: ipse tamen quantum in se fuit praestitit scandalum actiuum. supra 6. scandalum mihi es: ergo etiam imperfecti scandalizant actiuè.

Dicendum, q scandalum actiuum praestatur tam ab imperfectis, quam ab alijs, id est ab illis, ad quorum statum non pertinet perfectio tanquam aliquid annexum, quam a perfectis, id est ab eis, ad quorum statum perfectio pertinet, licet non sint perfecti: licet magis scandalizare possint illi, ad quorum statum pertinet perfectio. Vnde dicendum, q imperfecti scandalizant, & scandalizantur, verè autem perfecti neq; scandalizant, neque scandalizantur: illi verò, ad quos perfectio pertinet, si tales non sunt, scandalizantur, & grauius scandalizant. Primum patet, quia scandalum actiuum duplex est, scilicet per se, quando quis intendit alium incitare ad malum, & per accidens, id est, quando non intendens incitare quemquam talia facit, ex quibus aliqui rationabiliter scandalizantur. Primo modo scandalum actiuum potest esse in imperfectis: quia manifestum est, q interdum intendunt aliquos incitare ad malum, vt qñ realiter verbis persuadent. Secundo modo magis etiam accidit. Nam imperfecti saepe peccant mortaliter, & tamen per quodlibet mortale factum in conspectu aliquorum causatur scandalum, vel causari natum est, ergo imperfectis conuenit scandalizare. De secundis, scilicet de perfectis patet: nam ad illos non conuenit scandalum passiuum, quod in solis imperfectis accidit, vt ostensum est sup. q. 47. Nec etiam conuenit scandalum actiuum, cum sint actus eorum valde ordinati. sup. q. 48. De tertio, scilicet de illis, ad quos pertinet perfectio, & non sunt perfecti: nam sunt imperfecti, & ideo accidit illis scandalizari passiuè tanquam pusillis, & imperfectis. Etiam actiuè scandalizant, quia cum imperfecti sint, peccant sepe mortaliter, & ex talibus actibus causatur scandalum, & isti maxime scandalizant, quia quanto vita eorum pro statu magis imitabilis ponitur alijs: tanto grauius scandalizant si ipsi corruperint rectitudinem.

Ad

1. ratio.

2. ratio.

Ad rationem in contrarium.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

Aliorum rationes in contrarium. 1. ratio.

2. ratio.

Ad 1. rationem.

Ad 2. rationem.

Ad primum dicendum, quod scandalum actiuum, & passiuum bene accidunt imperfectis: nam licet actiuum, & passiuum, vt sic sint opposita: tamen in quantum dicitur scandalum actiuum, & passiuum non sunt penitus opposita, quia radix vtriusque est eadem. Preparatio quaedam cum vtrumque ex imperfectione eius, in quo est proueniat: nam sicut scandalum actiuum prouenit ex hoc, quod quis habet mentem inordinatam ad male agendum: ita passiuum scandalum nascit ex hoc, quod mens deordinata est ad praua aliorum exempla sequendum. Cum ergo ex radice imperfectionis vtriusque proueniat ambo conueniunt imperfectis. Ad secundum dicendum, quod non solum qui in statu sunt, ad quem perfectio pertinet, alios scandalizant, sed etiam imperfecti: grauius tamen ceteris paribus scandalizant illi, quam imperfecti, quorum statui non est annexa perfectio. Et cum dicitur, quod vita imperfectorum non est trahenda in exemplum, ideo non scandalizat. Dicendum, quod scandalum actiuum non consistit in hoc tantum, quod aliquis exemplo suo prouocet alios ad peccandum, sed in hoc, quod det occasionem ruinæ alteri quocunque modo: constat autem, quod imperfecti possunt scandalizare actiuè tam perfectos, quam imperfectos: perfectos quidem tam suadendo eis mala verbo tenus, quam iniuriis perfectionibus eos ad impatientiam prouocando. De imperfectis manifestius est, quia facilius est eos scandalizare, quam perfectos, & quidam male deprauat alios, vt deteriores efficiantur. Etiam quod dicitur, si imperfectus non scandalizat exemplo, falsum est: nam quilibet tenetur proximum suum bono exemplo edificare: iuxta illud Eccl. 17. vnicuique mandauit Deus de proximo suo: & ita exemplo eorum, qui non sunt in statu perfectionis multi ad peccandum incitantur: quorumcunque enim exempla ad bonum, aut ad malum nata sunt mouere. Argumentum in contrarium concedendum est: licet enim Petrus non scandalizauerit actiuè, vt dictum est supra quaest. 44. manifestum est tamen, quod poterat scandalizare cum adhuc imperfectus esset pro tunc ante aduentum Spiritus Sancti.

An veritas sit propter scandalum dimittenda. Questio L.

QV A E R E T V R, an veritas sit propter scandalum dimittenda. Aliqui dicunt, quod sic, quia Augustinus in parabola de Zizania supra 13. cap. dicit: Cum multitudo est in causa, vel principes detrahendum est veritati, sed non nisi propter scandalum: ergo veritas iustitiae propter scandalum est dimittenda. Secundo patet, quod veritas vitae sit dimittenda propter scandalum, quia vitatio cuiuslibet peccati pertinet ad veritatem vitae: & tamen homo ad euitandum scandalum proximi debet committere peccatum veniale, quia plus debet cauere damnum aeternum proximi, quod incurrit per peccatum veniale: ergo veritas vite dimittenda est propter scandalum. Tertio patet de veritate doctrinae: nam aliquando subtrahitur praedicatio propter scandalum generale: & tamen praedicatio pertinet ad veritatem doctrinae: ergo veritas doctrinae relinquenda est propter scandalum: & ita omnino veritas, id est, iustitia, vita, & doctrina, propter scandalum dimittenda erit. Alij dicunt, quod non est dimittenda veritas propter scandalum, quia vt ait Grego. & habetur extra de Regu. iuris. cap. qui scandalizauerit: si de veritate scandalum nascitur vitium scandalum nasci permittitur, quam quod veritas relinquitur: ergo non est veritas propter scandalum dimittenda. Secundo, quia nemo debet peccare, vt alterius peccatum euitet, sed qui dimittit veritatem peccat, ergo non est veritas propter scandalum dimittenda.

Dicendum, q cum quaeritur, an veritas relinquenda sit propter scandalum, aut quaeritur de scandalo actiuo, aut de passiuo. Dicendum, quod non debet intelligi de actiuo: nam scandalum actiuum nunquam agendum est, semper enim scandalum actiuum est peccatum ipsius facientis: sed nulla causa est, propter quam quis debeat inclinari ad peccandum: ideo nihil est, propter quod debeat scandalizare quemquam: sed semper est vitandum scandalum actiuum. Etiam patet ex intentione quaestionis, quod non intelligatur de actiuo, quia dicitur, an dimittenda sit veritas propter scandalum, id est, vt non sequatur scandalum: & tamen cum scandalum actiuum sit in potestate agentis, non oportet, quod aliquid dimittat, vt non scandalizet: quia potest non scandalizare etiam si nullam veritatem omittat: imò nunquam poterit sequi scandalum actiuum sequendo veritatem, cum scandalum actiuum sit dictum, aut factum minus rectum: & tamen sequi veritatem semper est rectum, cum sequendo veritatem nemo peccet. Vnde quando quaeritur, an veritas sit dimittenda propter scandalum, intelligitur de passiuo: scandalizatur autè passiuè, qui propter factum alterius ruit in malum sumpta inde occasione. Vnde nihil est aliud quaerere, quàm an aliquid sit dimittendum, nè alius peccet, & quid sit illud. Ad quod dicendum, quod cum homo circa spiritualia bona teneatur magis seipsum diligere, quam quemcunque alium: nullo modo tenetur peccare, vt peccatum alterius euitet: quicunque autem veritatem relinquit, peccat: veritas consistit in hoc, quod homo in dictis, aut factis suis rectitudinem diuinæ legis, siue diuinæ regulæ seruet, & illi se conformet, sicut conformari tenetur. Et ista veritas partim consistit in hijs, quae ad cognitionem pertinent, & illa vocatur veritas doctrinae: partim autem consistit in hijs, quae pertinent ad actiones, & tunc dupliciter, quia aut circa ea, quae ipse per se agere debet, & ista est veritas vite, aut circa ea, quae alius agenda promulgare debet, aut cogere alios ad agendum, & ista est veritas iustitiae. Circa hoc considerandum, quod licet veritas sit in conformando de circa omnia diuinæ regulæ, vel legis: non est tamen necesse, quod conformet se homo in omnibus in quibus potest illi, quia aliqua conformitas esse potest, qua omnia non agitur contra veritatem, vel legem Dei, sed adhuc veritas manet: vnde sicut non obligatur homo ad quodlibet bonum agendum, obligatur tamen ad nunquam agendum malum: ita non obligatur ad conformandum se diuinæ regulæ: in omnibus, in quibus potest: & tamen nunquam debet quis agere contra diuinam regulam, vel legem, potest quis enim conformare se diuinæ regulæ per opera consiliorum, sed non peccat non se conformando huic regulæ, quia non sequendo regulam consiliorum potest se conformare regulæ preceptorum, quae est diuina: tunc autem dicitur relinquitur veritas, quando veritas nullo modo manet, id est, non manet homo conformatus aliquo modo diuinæ legi: taliter autem dimittere veritatem est semper peccatum mortale, quia est agere contra legem Dei: ideo proprie loquendo veritas nunquam dimittenda est propter scandalum passiuum, cum dimitti sic veritatem sit peccatum mortale. Et nunquam committendum est mortale, vt caueamus scandalum proximi. Ad primum dicendum, quod veritas iustitiae non potest dimitti propter scandalum totaliter: aliquid tamen potest dimitti, quod licet aliàs videbatur esse iustum dato casu scandali non est iustum fieri, & ita proprie accipiendo non dimittitur veritas iustitiae. Pro quo sciendum, quod iustitia actus est reddere vnicuique quod suum est: dupliciter autè redditur alicui quod suum est. Vno modo quod suum est, id est, particulariter eius, & est sibi bonum vtile directè tanquam bonum suu priuatum,

Ad 1. rationem.

Dupliciter reddit quod suu est cuiusque.

uatum, ut cum alicui sit debitum aurum, vel argentum, aut securitas, vel honor, & similia, quæ ei sine peccato non possunt denegari, & circa talia semper iudex debet tenere veritatem iustitiam, faciendo reddi illi, quod suum est: & ob hoc non debet cessare propter scandalum quantumcumque possit sequi: & hoc verum est, quantum ad hoc, quod iudex non liceat contrarium agere. I. diffinire non esse debitum, quod debitum est, vel ad iudicandum alicui quod huic debitum est: quia hoc nunquam licet iudici, licet tamen ei interdum propter scandalum cessare ab iudicando alicui, quod ei debitum est, differendo ad iudicandum non autem prorsus tollendo, licet in differendo sententiam aliqualem grauetur pars: tale enim grauum iustitiam potest iudex inferre pari si graue scandalum timet ad iudicandum rem partim quoad unquam, vel quamprimum constiterit ei esse debitum. Secundo modo redditur alicui quod suum est, quando illud quod per diffinitionem iudicis erat sententiandum, non cedit directè in bonum petentis, sed potius in bonum reipublice, sicut est in illatione penarum peccantibus, per quas ceteri à flagitijs arcentur, & conseruatur pax publica. Vnde cum talis iudex, aut ille supremus, qui gerit curam reipublice videt ex inflictione poenæ debitæ secundum legem sequi maius incommodum reipublice, quam sequatur bonum in fugiendo illam, potest poenam omnino remittere, vel mitigare aliqualem, & hoc si sit talis iudex, cui liceat dispensare circa legem, vel est casus dispensabilis: aliàs pertinebit ad eum cui suprema cura reipublice commissa est. Nam ille poterit dispensare in omnibus legibus reipublice cum possit eas soluere, & tunc mitigando poenam, vel prorsus auferendo, nulli facit iniuriam, cum potius vtilitas insignendarum penarum pertineat tam ad rem publicam, quam ad priuatos. teneatur tamen iudex, vel qui præest politia providere reipublice ex officio suo: ideo tenebitur tunc mitigare, vel auferre poenam, & hoc est, ut cum quis accuset aliquem de illis criminibus, quorum accusatio pertinet ad quemlibet de populo. Nam licet debitum sit accusatori, quod constito de crimine iudex ad iudicandum reum poenæ statuat à lege: tamen si iudex videat propter scandala exurgentia maius damnum reipublice dari, quam vtilitas sit in puniendo, poterit absoluere, vel non punire nocentes: & tunc non agit iniuste, quia non agit directè contra ius litigatoris, sed potius contra bonum publicum: & si quod bonum, vel ius est litigatori, hoc est in quantum ipse est pars reipublice, non autem in quantum est priuatus quidam. Sed tunc est dubium si quis accuset delinquentem ad poenam legis prosequens vindictam susceptè iniuriam, an propter scandalum possit iudex cessare ab illatione poenarum statutarum. Dicendum, quod cum iste magis prosequatur ius priuatum, quam publicum, non videtur, quod possit iudex cessare ab inflictione poenæ propter scandalum, licet interdum considerata magnitudine scandali quod potest sequi ex conditione iniuriam, quæ fortè non fuit magna, poterit cessare ab illatione poenæ, vel commutare in pecuniariam, quia non est alicui ita directè debita vindicta per penam iniuriantis, sicut est debitum aurum, vel argentum, aut seruitus, vel similia, quæ ciuilibiter petuntur: ideo quia ista nunquam cessatur à iustitia propter scandalum. In penarum aut illatione (etiam pro iniuria propria) poterit cessari interdum: maximè autem circa illationem poenarum, quarum vtilitas directè est reipublice, & non litigatis, ut dictum est: & sicut hoc dicimus quando quis accusat, vel denunciat crimina alterius: ita etiam quando iudex ex officio suo procedere debet per inquisitionem ad cognoscendum, & puniendum, vel quando notorietas patris sceleris est talis, quod clamor accusato-

Quando iudex potest cessare de administratione iustitiae.

ris non eget. Nam tunc regulariter debet punire delinquentes secundum poenas à lege statutas. Si autem oriatur interdum scandalum ex punitione, faciet iudex, sicut magis reipublice expedierit, & hoc præcipue quod princeps, vel multitudo est in culpa, aut aliquis de cuius punitione timetur futurum schisma. Multitudini enim secundum iura solet remitti, vel attenuari poenæ: ideo dicit Augustinus, quod cum multitudine agendum est magis monendo, quam minando, severitas exercenda est in peccata paucorum: sed hoc intelligendum est, quando ex diffimulatione peccati principis, vel multitudinis maius periculum non timetur, quam ex poena. Vnde si ex impunitate principis, vel multitudinis fides, & doctrina veritas & boni mores corrumpuntur, non est parcendum principi, neque multitudini: quod contingit quando peccantes suum peccatum auctoritate, & potestate defendere moliunt: quia tunc grauius punienda est multitudo, quam pauci: vnde Isidorus dicit: Hi qui neque à vitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsam delictum quod committunt vindicare quadam superficiosa auctoritate nituntur, neque gradus honoris, neque gratiam recipientur inuisionis. Ad secundum concedendum, quod ad veritatem vitæ pertinet vitare quodcumque peccatum etiam veniale. Et dicendum, quod nemo tenetur committere peccatum veniale, vt alius euitet mortale, neque etiam debet, aut licet hoc fieri, quia reprehensibilis est, & melius est, quod quis permittat proximum ruere in quacunq; peccata mortalia, si aliter eum eruere non potest, quam committere veniale, nè ille ruat, quia ad vitandum peccatum non debemus principaliter inclinari ex damno proprio quod incurritur peccando: quia hoc esset desistere à peccando timore poenæ, sed inclinari debemus ad hoc ex amore. nè Deum offendamus, quem etiam offendimus per veniale peccatum: quamuis non ita grauius, sicut per mortale: nullus autem debet offendere Deum saltem parum, vt alius non offendant multum, quia homo debet in infinitum plus diligere Deum, quam proximum, & ideo nullus debet facere peccatum veniale ad vitandum qualecunque scandalum proximorum quamdiu ille actus manet peccatum veniale, quia aliquid est, quod de se est peccatum veniale, quod factum ad vitandum scandalum proximorum, vel propter aliam causam bonam non erit veniale, sed potius bonus actus. Sicut de verbo otioso, quod aliàs otiosum est & est veniale, propter aliquam causam poterit esse vitale: & iam non erit veniale: quamdiu tamen manet in genere peccati venialis, nunquam licet illud fieri pro conseruanda salute spiritali proximi, vel vitando scandalo eius: est enim oppositum adiecto, quod aliquis teneatur, aut debeat peccare, vel liceat ei, aut quod bonum faciat peccando. Ad tertium dicendum, quod proprie accipiendo, nunquam est cessandum à veritate doctrinae proprie accipiendo cessare pro scandalo aliquo, sed pro hoc considerandum, quod in doctrina duo inteniuntur. scilicet actus docentis, & ipsares, quæ docetur. scilicet conclusiones, vel regulæ doctrinae: actus verò docentis non pertinet directè ad veritatem doctrinae, sed ad veritatem vitæ, sicut ceteri actus misericordiae spiritalis, de quibus vnus est docere. Suarum quidam ad quorum officium pertinet docere, siue ex statutu: siue ex professione, vel quolibet aliàs. Quod autem talis exerceat actum doctrinae pertinet ad veritatem vitæ: sicut obseruare præcepta legis Christi, quorum obseruatio competit nobis omnibus ex professione Christiana. Omittere ergo actum doctrinae in talibus, non est relinquere veritatem doctrinae, sed vitæ, cum pro hoc non preiudicetur eis, quæ docenda sunt, sed eis quæ agenda sunt: & quonia multi alij actus boni possunt omitti ad

Ad 2. ratio nem.

Ad 3. ratio nem.

ad tempus propter scandalum, qui pertinebant ad veritatem vitæ: ita poterit cessari à doctrina ad tempus, & tunc neque relinquatur veritas vitæ, neque veritas doctrinae. Secundum verò. scilicet, quæ docetur pertinet ad veritatem doctrinae, cum veritas doctrinae sit in doctrina, & non in actu docentis, & isti veritati non prauidicatur directè per hoc, quod doctrina tacetur, sed per hoc, quod ad doctrinam preiudicium aliquod generat. Hoc autem fit dupliciter. Vno modo ex contraria doctrina, & hoc est per se. Alio modo ex quorundam taciturnitate: & hoc per accidens. De primo patet, vt si quis asserit aliquid contra sacram doctrinam, vel permittat, quod alij asserant: dum tamen ad officium, vel statum suum pertineat prohibere, vel occurrere: & hoc verè est agere contra veritatem doctrinae, vel deserre veritatem doctrinae. Et dicendum, quod propter nullum scandalum licet dimittere veritatem doctrinae sacre, cū sit peccatum mortale deserre illam, & grauius alijs peccatis: & omnes sancti martyres pro defensione huius veritatis nulla scandala timuerunt, sed seipsum morti exposuerunt, & sicut non debet quis asserere falsum contra sacram doctrinam: ita neque debet permittit, quod alius asserat, etiam si ex reprehensione sequatur grauissimum scandalum. Licet in hoc modo adhibendus est, cum interdum possit quis errantem corrigere, vel reprehendere seruando honorem sacre doctrinae, & cauendo scandalum, & tamen quia nescit adhibere modum scandalizat, & tunc culpa est redarguentis: si tamen nullo modo potest fieri redargutio sine scandalo, aut damno, vel periculo redarguentis: & oportet, vel sacram doctrinam pati dedecus, vel scandalum suscitari, & redarguentem mala pati: melius est omnia mala pati, & quacunq; scandala suscitari, quam veritatem sacram relinqui indefensam, & sine honore. Accipiendum secundo modo fit contra veritatem doctrinae per accidens ex taciturnitate aliquorum, & hoc, vt si in persecutione nemo audeat profiteri veritatem fidei, aut si aliquis tyrannus infidelium preualens contra aliquam gentem Christianorum proponeret eis, quod defenderent fidem suam si putabatur eam veram, & scirent ipsi, quod etiam si eam benè defenderent, paterentur: & ob hoc non auderent defendere fidem, licet eam non negarent, faciebant contra veritatem fidei: & ideo in persecutionibus illi, quibus fugientibus, aut se occultantibus fides patitur detrimentum in cordibus infirmorum, tenentur non fugere, neque se occultare, sed questum fidem publice profiteri. Et hoc verum est, nisi ipsi specialiter querantur, & magis sit ibi odium personale, quam fidei: quia tunc licet eis se subtrahere, & ad alia se tempora reseruare, vt magis profint Ecclesiae. De quo latius dictum est supra 10. cap. quæst. 112. Etiam proposita à tyranno tali forma, vt Christiani defendant rationibus fidem suam: dato quod sciant se passuros etiam benè defendendo, non debent se occultare, nec tacere, sed offerre se palam ad defensionem illi quos Deus eruditos scientia, & sermone fecit. Qui si non fuerint, vel si hoc onus recusauerint ex humana infirmitate, vel ex malitia, non timeant se opponere huic rei, qui minus sapientes sunt, aut nulla sapiebant antehoc: tantum credant, quia (si fidem habuerint) necesse est, quod ipsa loquatur, & Spiritus Sanctus abundantissimè per ora eorum, cui non possint resistere omnes aduersarij eorum: non enim magis eruditi erant illi, quibus Christus dixit supra 10. cap. Nolite cogitare qualiter respondeatis: dabitur enim vobis in ea hora, quid loquamini. Et licet quando Ecclesia est extra omnem necessitatem, nemo debeat talia presumere: quando tamen fuerit in necessitate, nemo (quamcumque paruus, & insipiens in Ecclesia) desperet sibi dandam subito tantam sapientiam,

Quid agendum in persecutione pro fidei Dei defensione.

A cui totus mundus resistere non possit: dabit etiam gratiam miraculorum, & quidquid aliud conueniens sit ad defensionem doctrinae, quia sollicitudo potissima sibi incumbit: nos autem ministri sumus, & faciemus quod nobis in mentem dederit. Si ergo talis proponatur ab infidelibus concertatio, non debent eam recusare fideles, quia si recusant, deserunt veritatem fidei per accidens, quoniam ipsi infideles, & etiam, qui infirmi sunt in fide hoc videntes putabunt, aut non esse veram doctrinam istam, aut saltem esse dubiam, & ita perit auctoritas, & honor sacre doctrinae: ideo peccat mortaliter, qui taliter veritatem istam deserunt, & sic pro nullo scandalo dimittenda est veritas. Argumenta in oppositum concedenda sunt, sed cum dicitur, quod si nascitur scandalum de veritate, non debet curari de scandalo. Dicendum, quod verum est quantum ad hoc, quod veritas totaliter taceatur, vel ad hoc, quod aliquid contra veritatem asseratur: quia hoc nunquam faciendum propter scandalum: & tamen quantum ad hoc, quod predicatio veritatis aliquantulum differatur, vel cesset ab ea: maximè si sit scandalum pusillorum: non est inconueniens, quod cesset aliquando à predicatione propter scandalum. Hæc autem omnia, quæ de veritate doctrinae dicuntur, accipienda sunt de doctrina sacra: secus autem de doctrinis humanis, quia pro veritate illarum defendenda, non oportet subire aliquod scandalum, cum veritas earum non pertineat ad salutem animæ. Ad secundum dicendum, quod nemo debet peccare neque etiam venialiter, vt euitet peccatum alterius: & ideo dimittere veritatem nemo debet eo modo, quo dicitur dimitti veritas. Sageno contra aliquam veritatem. scilicet vitæ, doctrinae, aut iustitiæ, vt euitet scandalum: licet possit cessare ab aliquibus operationibus secundum has veritates, quæ non sunt operationes necessariae, vel quibus omissis non dicitur agi contra veritatem, aut non preiudicatur ei, vt ostensum est supra.

Ad 1. ratio nem in contrarium.

Ad 2. ratio nem.

An ab operibus consiliorum, & alijs bonis spiritalibus non necessarijs sit propter scandalum cessandum. Questio LI.

QVAERETVR, an ab operibus consiliorum, & alijs bonis spiritalibus non necessarijs sit propter scandalum cessandum. Aliqui dicunt, quod sic, quia dicit Hiero. quod ad vitandum scandalum dimitendum est quidquid potest omitti salua triplici veritate. scilicet vitæ, iustitiæ, & doctrinae: sed impletio consiliorum, vel largitio elemosynarum potest sæpe omitti salua triplici veritate, quia aliàs peccarent omnes, qui talia omittunt, quod videtur absurdum. Nam tunc semper peccaremus, cum in qualibet parte temporis occurrat nobis opportunitas ad aliquod horum faciendum, ergo possunt ista propter scandalum omitti. Secundo, quia votum religionis cadit sub consilio: homo tamen (vt videtur) debet dimittere ingressum religionis propter scandalum parentum, vt honor debitus eis impendatur: ergo consilia propter scandalum possunt dimitti. Tertio, quia opera misericordiae interdum conuenienter dimittantur propter scandalum, nè credantur fieri intentione inanis gloriæ: opera tamen misericordiae, vel sunt sub præcepto, vel sub consilio: quando sunt sub præcepto non sunt dimittenda, quia est mortale peccatum illa omittere, ergo dimittenda sunt interdum, quando sunt sub consilio propter scandalum. Quarto, quia punitio peccatorum pertinet ad spiritalia bona, & tamen dimittenda est interdum propter scandalum, vt dicit Augustin. lib. contra Epistolam Parmeniani. I. vbi schismatis periculum timetur, à punitio cessandum est peccatorum, & tamen

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

men

men panis peccatorum est quoddam spirituale bonum cum sit actus iustitiae: ergo bonum iustitiae est propter scandalum dimittendum. **Quinto**, quia sacra doctrina est aliquid spirituale, sed ab ea cessandum est propter scandalum. (supra 7. cap. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas vestras aspergatis ante porcos, ne conuersi disrumpant vos: ergo dimittendum est bonum spirituale propter scandalum. **Sexto**, quia correctio fraterna est spirituale bonum, sed interdum dimittitur ex charitate ad vitandum scandalum aliorum, ut dicit August. 1. de Ciu. Dei: ergo a consilijs, & spiritualibus bonis propter scandalum est interdum cessandum.

**Alij** dicunt, quod non sunt dimittenda consilia, & alia opera spiritualia propter scandalum, quia scandalum est dictum, aut factum minus rectum: consilia tamen sunt de maioribus bonis: ergo non sunt propter scandalum dimittenda. **Secundo**, quia Hieron. ad Heliodorum ait: licet paruulus in collo pendeat, nepos, licet sparso crine & scissis vestibus vbera sua ostendat mater, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, sicis oculis ad vexillum crucis euola: solum genus pietatis est in hac re esse crudeliter: loquitur autem de ingressu religionis. Ergo propter scandalum etiam propinquissimorum non sunt dimittenda opera consiliorum, quale est ingredi religionem.

Dicendum, quod scandalum est duplex actiuum, & passiuum. De scandalo actiuo non intelligitur ista quaestio, quia propter illud nihil est dimittendum, cum in potestate nostra sit non scandalizare, sed intelligitur de scandalo passiuo, ut declaratum est praeced. quaest. Et ut videatur quid dimittendum sit, dicendum, quod quaedam opera spiritualia sunt de necessitate, ut obseruatio praceptorum, quaedam vero sunt sub consilio. De primis dicendum, quod nunquam dimittenda sunt propter scandalum, quia dimittere illa esset peccare mortaliter, & pro nulla causa debet quis peccare mortaliter. De secundis dicendum, quod non est de necessitate talia facere, cum non cadat sub praecipio, sed sunt consilia. Est tamen sciendum, quod consilia interdum efficiuntur necessaria sine respectu personarum, ut quantum ad illos, qui uouerunt statum perfectionis, vel uiuere secundum regulam dirigentem ad perfectionem, aut ad illos, quibus ex statu competit perfectio: nam in istis obseruatio quorundam consiliorum est necessaria, & ita consilia efficiuntur illis praecipia. Et tunc iudicandum de consilijs, sicut de praecipis. qd non sunt dimittenda propter scandalum aliquod, ut monachus pro nullo scandalo debet dimittere obseruantiam pauperatis & castitatis. Quando autem consilia manent in genere consiliorum, qd non est necessaria eorum obseruatio. Dicendum, quod scandalum quod oritur aliquibus ex hoc, quod alij obseruant illa consilia, aut prouenit ex malitia, aut ex infirmitate, vel ex ignorantia. De primo, ut quando aliquibus est intentio impediendi bona spiritualia aliorum, siue propter inuidiam, siue propter aliam causam, & ad hoc, quod impediant suscitant scandalum, ut illa non fiant, & tale solet vocari scandalum Pharisaeorum: eo quod Pharisaei taliter scandalizabantur de factis Christi: licet enim viderent illa bona esse, volebant impedire, ne fierent. Tale autem scandalum contemnendum est, neque est dimittendum aliquod bonum spirituale, etiam non necessarium propter scandalum. Sic Christus docuit supra 15. capit. cum Petrus dixit Christo. Scis, quia Pharisaei audito hoc verbo scandalizati sunt, & Christus ait, finite illos, quia caeci sunt, & duces cecorum. i. non est curandum de illis etiam si scandalizentur: si enim aliqua opera bona etiam non necessaria dimittenda essent propter tale scandalum, tunc

3. ratio.

4. ratio.

F mali, qui inuidet operibus bonorum, impedirent eos ab omni profectu spirituali concitando scandalum contra quaelibet opera, & ita directe repugnaretur Spiritui Sancto, quia boni viri non possent aliquid agere secundum instinctum Spiritus Sancti: & hoc est maximum inconueniens, & ideo tale scandalum contemnendum est. De secundo, ut quando aliqui ignorantes, quae bona sunt scandalizantur si fieri videant ea, quae sunt perfectionis, & dicitur istud scandalum pusillorum secundum Bernardum: eo quod ad pusillos pertinet ignorare, & ex infirmitate moueri, & de tali scandalo dicitur supra 17. ut non scandalizemus eos, vade & solve pro te & pro me: erat enim scandalum ex ignorantia, & ita erat pusillorum, quia licet Christus esset filius regis, & consequenter liber a tributis, nesciebant tamen qui colligebant didrachma, an hoc esset verum, & ita scandalizarentur, si Christus non solueret tributum: ad tollendum autem hoc scandalum soluit. De tali scandalo dicendum, quod propter illud ab operibus consiliorum ad tempus cessandum est, vel occulte agenda sunt opera, ne ignorantes quorum mens infirma est, turbentur: & hoc fieri debet quousque reddita ratione de operibus consiliorum, & ostensio, quod bona sint, cesset scandalum, quod ex ignorantia insurgentibus. Si autem reddita ratione non cessauerit scandalum, iam non est vocandum scandalum ex ignorantia, sed ex malitia, & tale contemnendum est, neque cessandum est ab aliquibus bonis propter illud: & tamen circa talia, quae in particularibus consistunt, non potest plena regula dari: ideo relinquunt plurimum discretioni operantis, ut consideret quantitatem scandali, & quantitatem boni, quod sit cum scandalo, & iuxta hoc poterit videre quando consilium, vel operatio cuiuscunque boni spiritualis dimittenda sit propter scandalum, vel quando scandalum contemnendum est, ut fiat bonum spirituale. Nam si maius malum ex scandalo sequitur, quam sit bonum, quod sit scilicet scandalo, cessandum est a bono, ut non nascatur scandalum: si autem maius sit bonum spirituale, quam malum quod ex scandalo sequitur, contemnendum est scandalum, ut bonum fiat. Ad primum dici potest vno modo, quod vera est litera Hieron. & tamen ad veritatem vitae pertinet operatio consiliorum, cum non solum sunt de veritate vitae ea, quae sunt de necessitate salutis, sed etiam ea, quae sunt de perfectione salutis, & ita non omittetur operatio consiliorum propter scandalum cum sit de veritate vitae. Alio modo potest dici, & melius, quod verbum Hieron. intelligitur de indifferentibus, quia illa non pertinent villo modo ad veritatem vitae, iustitiae, aut doctrinae: & ideo licet alij sit nobis liberum illa facere, adueniente scandalo non licebit illa facere, & quantumcumque sit paruum scandalum, abstinendum erit ab eis, & hoc semper intelligendo de scandalo pusillorum: nam scandalum Pharisaeorum semper contemnendum est. Ad secundum dicendum, quod an quis recte agat intrando religionem relicta parentibus, vel melius faciat ministrando eis quamdiu viuunt, vel quamdiu eis placet, dictum est supra late 4. cap. quae 1. 13. & supra cap. 8. quae 67. & tamen quantum ad presentem attinet, dicendum, quod aut ille, qui uoluit intrare uouit iam intrare religionem, aut nondum: si iam uouit, aut uouit usque ad certum tempus intrare, aut non: si vero usque ad certum tempus nullum scandalum parentum, aut quorumcumque aliorum debet attendere, quia iam cadit illud sub necessitate, & esset illud peccatum mortale transgredi. Si autem uouit, & tamen non ad certum tempus: si uideat magnum damnum, aut periculum futurum parentibus, si ipse non manet aliquanto cum eis, debet manere quousque cesset causa illa, & postea ingredi, neque debet nimis differre,

G

H

I

K

Ad 1. ratio nem.

Ad 2. ratio nem.

Ad 3. ratio nem.

Ad 4. ratio nem. Peccatorum sunt tanquam medicinae.

Ad 5. ratio nem.

Ad 6. ratio nem.

Quando correctio fraterna vertitur in peccatum.

differre, quia forte postea suboriretur aliquod impedimentum, ut nequaquam posset intrare religionem, & tunc ipse esset in culpa, qui differendo, & procrastinando deuenit in illum statum: si autem non uouit intrare, sed desiderat uouere, aut patres sunt in aliqua necessitate, aut non: sed ex sola affectione, qua tenetur ad eum, ut ad filium, uolunt eum impedire. Si secundo modo non debet curare de scandalo, quia non est iustum motiuum. Si primo modo, aut ille, qui uult intrare religionem, timet uerisimiliter aliqua spiritualia mala uentura sibi, si in seculo maneat aliquantulum, aut non: si timet, debet illico intrare, quia potius debet curare salutem suam spiritualem, quam bonum temporale parentum: si non timet mala talia uerisimiliter euentura, debet manere aliquantulum in seculo, ut parentibus ministraret: ita tamen, quod manendo non habetetur intentio sua circa spirituale bonum, quod contemperat. Si autem uideret sanctum propositum hebetari, debet omnia uelut noxias curas contemnere, uel Christum sequatur in religione. Ad tertium dicendum, quod argumentum illud procedit, ac si aliqua opera consiliorum relinquenda essent propter scandalum actiuum: nam distinctio illa solum scandalum actiuum comprehendit: & tamen propter illud nullum opus dimittendum est, sed propter scandalum passiuum, ut dictum est praecedenti questione: propter passiuum autem aliqua dimittenda sunt, & aliqua non, ut ostensum est hic, & praecedenti quaestione. Ad quartum dicendum, ut dictum fuit praecedenti quaestione, in solutione primi argumenti: sunt enim peccatorum, tanquam medicinae. 2. Aethic. medicina autem datur, ut proficit: ita infirmitas peccatorum est, ut proficit ad emendationem peccatorum: sed contingit interdum, quod puniendo aliquos peccantes maius malum sequitur, quam uilitas ex punitione, & tunc cessandum est a punitione: quado autem maius bonum sequitur ex peccatorum punitione, quam sit malum ex scandalo, quod est in puniendo, debet index punire delinquentem. Ad quintum dicendum, sicut supra praecedenti quaest. in responsione ad secundum argumentum. sicut in doctrina duo considerantur, scilicet res, quae docetur, i. conclusio, vel regula doctrinae, & ipse actus docendi. Primum pertinet proprie ad ueritatem doctrinae, & illud est de necessitate salutis. sicut nihil contrarium illi doctrinae praedicetur, aut doceatur, sed illud quod continet illa doctrina secundum congruentiam locorum, temporum, & personarum proponat, vel praedicet ille, cui docendi officium competit, & propter nullum scandalum, vel periculum aliquod debet quis contra ueritatem doctrinae illius docere. De secundo, scilicet de actu docendi dicendum, quod per se non competit ueritati doctrinae, sed pertinet ad ueritatem vitae: cum computetur inter actus elemosynae, uel misericordiae spiritualis: & sicut illi actus interdum omittuntur propter scandalum, ita & actus docendi. Ad sextum dicendum, quod correctio fraterna est spirituale bonum, & ordinatur ad emendationem proximi: & ideo intantum debet iudicari actus iste correctionis ex parte corrigentis esse bonus, in quantum ex eo potest sequi emendatio fratris, quod non fit si ex correctione ista sequatur scandalum, potissimum in eo, qui corrigitur: ideo si uideat manifeste scandalum nasciturum ex correctione, non debet corrigere: unde nullum opus spirituale est, quod potius dimittendum sit propter scandalum, quam fraterna correctio, quia tunc correctio vertitur in peccatum. Et hoc uerum est, quando fit ista correctio principaliter propter ipsum, qui peccauit: scilicet quando fit principaliter propter alios, ne exemplo istius corruant in peccatum, quia tunc etiam si timeatur scandalum, interdum facienda est, si sine scandalo fieri non

potest, ut si frater non receperit eam procedatur in ipsa correctione, ut dicitur infra in litera. Ad primum in contrarium dicendum, quod consilia respectu quorundam sunt necessaria, siue ex professione, siue propter statum, ut dictum est supra: interdum uero ratione temporis, & loci sunt etiam necessaria cuilibet, ut dare elemosynam ei, qui est in extrema necessitate: & tunc iudicandum est, sicut de praecipis, quod non liceat illa omittere propter scandalum. Si autem manent in genere consiliorum, etiam dicendum, quod non sunt dimittenda propter scandalum: nam aut erit scandalum Pharisaeorum, aut pusillorum. Si Pharisaeorum, nunquam sunt dimittenda. Si autem pusillorum sunt differenda, vel occultanda ad tempus opera consiliorum, non tamen sunt dimittenda simpliciter: sed ostenso, quod illa opera bona sunt per rationem, uel doctrinam, siue cesset scandalum, siue non, erit iam licitum illa fieri, quia si scandalum adhuc durat non est scandalum pusillorum, sed Pharisaeorum, ut supra dictum est. Ad tertium dicendum, quod Hieronymus de illo loquitur, qui uult ingredi religionem, & irrationabiliter detinetur a parentibus. Nam tunc non est curandum de eorum scandalo: quando autem erit irrationale scandalum apparet per eos, quae dicta sunt supra in solutione tertij argumenti. s. quando uolens intrare uouit ad certum tempus intrare, uel sine praesentione temporis, & timet impedimentum affirmatum, si maneat in seculo, uel si parentes in sola carnali affectione filium uolunt detinere: nam in his per calcatum patrem vexillum crucis sequitur, contemnendo quodlibet parentum clamores, & gemitus.

An propter scandalum vitandum sint temporalia dimittenda. **Quaestio LII.**

**QV A E R E T V R**, an propter scandalum vitandum sint temporalia dimittenda. s. ut omittat quis uti iure suo, uel petere, quae ad ipsum pertinent, uel perdere, quae possidet, ut euiet scandalum proximorum, si qua peti possent in petendo debita, uel utendo iure suo, aut defendendo possessa. Aliqui dicunt, quod temporalia dimittenda sunt, ne sequatur scandalum: Apostolo enim debebantur temporalia ab his, quibus spiritualia seminabat. 1. Corin. 9. si uobis spiritualia seminamus, non est magnum si temporalia uestra metamus: & tamen hoc iure uti omisit, ut auferret scandalum. s. occasione alijs praedicandi propter questum. eod. capitulo, & Act. 20. ergo propter scandala dimittenda sunt iura uestra temporalia. **Secundo** patet, quia tenetur quis dare rem suam pauperi posito in extrema necessitate ad euitandum mortem temporalem, magis tamen euitare debemus mortem spirituales, quam temporalem: sed spiritualis mors causat per peccatum mortale, ut si incurrit quis quando scandalizatur passiuus: ergo potius debemus dare proximo omnes res nostras si petat, uel auferre uelit, quam permittere eum scandalizari. **Tertio** patet, quia inter omnia temporalia cibus est maximum necessarius corpori, cum per illum directe, & immediate conseruetur uita, & tamen cibus dimittendus est propter scandalum. 1. Corin. 8. si caro scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum. i. nunquam, & ad Cor. 14. Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est: ergo ad fortiori cetera temporalia dimittenda sunt, ut non sequatur scandalum. **Quarto** patet, quia ipsa temporalia non possumus conuenientiori modo seruare, aut exigere, quam per iudicium: & tamen non licet contendere in iudicio, & maxime quando est scandalum, ut dicitur supra 5. capit. qui uult tecum contendere in iudicio, & auferre a te tunicam tuam, da ei & pallium. s. ne

Ad 1. ratio nem in contrarium. Quando aliqua consilia sunt necessaria cuilibet Christiano.

1. ratio.

3. ratio.

Vt causat spiritualis mors.

3. ratio.

4. ratio.



nè cum scandalizes: ergo dimittenda sunt ppter scandalum non solum quæ nondum possidentur, & exiguntur, sed etiam, quæ iam possidentur pacifice, si quis illa tollere velit. Quintò, quia contendere in iudicio peccatum esse videtur, de quo Apostolus ad Corinth. arguit eos: & tamen melius est omnia perdere, quàm peccare: ergo non est contendendum iudicio super rebus nostris, nè scandalizemus proximos, sed permittere sunt illis res, quas tollere volunt. 1. Corin. 6. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sextò, quia sicut spiritalia sunt meliora corporalibus, & ob hoc dimittenda potius temporalia, quàm spiritalia: ita quanto temporalia fuerint magis propinqua spiritalibus, tanto minus dimittenda erunt propter scandalum. Decimò tamen sunt annexa spiritalibus. sicut cultui Dei, quia pro ministerio quod Deo exhibetur dat ipse illas ministris: Num. 18. Et tamen ista dimittuntur propter scandalum: nam in quibusdam terris Ecclesia nõ exigit decimas, vt scandalum vitet, sicut in Italia. Ergo à fortiori dimittenda erunt alia bona temporalia, vt vitetur scandalum, cum illa non sint ita annexa spiritalibus. Septimò, quia secundum ordinem charitatis magis debemus amare animam proximi, & salutem eius spiritualem, quàm bona nostra temporalia: & tamen salus proximi perit per scandalum, in quo peccat mortaliter: ergo potius debemus temporalia nostra perdere, quàm permittere, quòd proximus scandalizetur, si non dederimus ei petenti, vel auferre volenti. Octauò, quia iuxta regulam Hiero. omnia, quæ possunt dimitti (salua triplici veritate) sunt dimittenda ad evitandum scandalum, sed temporalia bona possunt dimitti salua triplici veritate, quia tenere illa non pertinet ad veritatem virg, cum sine illis perfectius viuatur, quàm cum eis, vt in monachis, qui omnibus abrenunciaverunt, & tenent statum perfectiorem. Nec ad veritatem iustitiæ, cum sine eis possit iudex cogere homines ad rectè viuendum, puniendo delinquentes, & omnes per legem gubernando. Neque ad veritatem doctrinæ, cum sine illis liberius doctrinæ vacari possit, sicut Philosophus ille, qui cum Athenas Philosophaturus pergeret, magnum auri pondus proiecit in mare, putans se non posse simul diuitias, & Philosophiam possidere, vt Hieronymus ait: ergo dimittenda sunt omnia hæc, vt non sequatur scandalum.

Dicendum, quòd circa abiectionem rerum temporalium contingit se habere dupliciter. Vno modo dimittendo quod non habemus, & tamen nobis debitum est, & hoc est non petere illud iudicialiter. Alio modo abijciendo quod possidemus. Et hoc fit dupliciter: vno modo permittendo capi, rapi, aut tolli bona nostra, aut illa dando volentibus auferre: alio modo non vtendo iure nostro, quod quasi possidemus, vt seruitute nobis debita, vel honore competenti, quo nobis aliis licet vt, quando volumus, vel secundum tempora determinata. Si consideretur quantum ad bona, quæ actualiter possidemus, Dicendum, quòd aut intelligitur de scandalo actiuo, aut de passiuo. De actiuo quidem, vt si sequi oporteat scandalum actiuum, nisi quis rem suam dederit. s. si interdum ego teneor dare rem meam proximo, vt potè, quia est in extrema necessitate, vel ex alia causa, & non dando, vel iniuste denegando scandalizem actiuè proximos, teneor dare, quia scandalum istud actiuum esset peccatum mortale in me, & potè debeo omnia perdere, vel abijcere, quàm peccare mortaliter: & ita generaliter est verum, quòd omnia temporalia dimittenda sunt propter scandalum, i. vt nõ faciamus scandalum. Si autem intelligatur de scandalo passiuo, i. si non dederimus, scandalizabuntur proximi:

5. ratio.

6. ratio.

7. ratio.

8. ratio.

mi: tunc dicendum, quòd aut sunt nostra, i. ad nos pertinentia, aut sunt nobis commissa, sicut bona Ecclesiarum sunt commissa prelaris, aut alijs administratoribus custodienda, & certo modo dispensanda, & bona pupillorum tutoribus, & curatoribus, & bona deposita committuntur depositarijs. Si secundo modo, dicendum, quòd non tenemur dimittere. i. abijcere, vel perdere dimittendo indefensam rem, quæ sic ad nos pertinet, quantumcumque proximi scandalizentur, quia peccatum mortale est ista non custodire: sed pro nullo scandalo vitando, est peccatum mortale committendum: ergo non sunt ista abijcienda propter scandalum. Et patet quantum ad res Ecclesie: nam imperator Theodosius petiuit ab Ambrosio tradi sibi quandam basilicam, i. domum ad Ecclesiam pertinentem, & ille dare noluit, sed cum scandalo restitit armatis super hoc superuenientibus. 23. quest. 8. cap. conuenior. s. si petat quod meum est aurum, argentum, & agros, respondi non me refragaturum: licet omnia, quæ mea esse possunt, pauperum sint: verum quæ diuina sunt, imperatorie potestati non esse subiecta. Vnde dixit ibi Ambrosius, quòd potè permitteret se occidi, quàm illam basilicam traderet. Similiter Thomas Cantuariensis Episcopus cum magno scandalo defendit iura, & bona Ecclesie: ita vt omnes cognati eius incarcerarentur, & ipse exulare cogere, & tandem indigna conficeretur morte. Extra de homicidia. sicut dignum: ideo quantum ad ista nullum scandalum considerandum est, sed omnia contemnenda. Idem quantum ad deposita custodienda. nam Onias sumus sacerdos cum magno scandalo defendit pecunias à priuatis depositas in templo contra Heliodorum, qui illas ex mandato regis occupare volebat. 2. Macha. 3. Si primo modo, quòd res sunt totaliter nostræ, & tunc dicendum, quòd aut is, à quo res petitur scit, quòd ille, qui occupare vult, malè vtetur ea peccando mortaliter: tunc dicendum, quòd non debet dare propter scandalum, quia deterius est peccatum mortale, quod ille, qui accipit, incurrit in vtu rei, quàm sit scandalum, quod poterit sequi non dando rem, si non est certum, quòd accipiens taliter vtetur re. Dicendum, quòd aut scandalum, quòd sequitur non tradendo rem est surgens ex malitia, aut ex ignorantia. Si ex malitia nõ debemus res nostras perdere, vel abijcere, ppter scandalum, quia hoc dato non liceret alicui quicquam possidere, quia alius peteret, vel inuaderet illam rem: & si non daretur faceret scandalum, & si scirent iniqui, quòd propter scandalum euitandum boni traderent res, omnia peterent, vel inuaderent, quæ boni possident, & nihil liceret eis possidere, quod est absurdum. Etiam periret sic res publica, quæ consistit ex bonis priuatorum, si data hac posset quilibet spoliari bonis suis: licet tamen nõ obligetur quidem dare rem suam ad euitandum tale scandalum, potest ex consilio dare, vt euitet scandalum proximi, & hæc est superabundans charitas: & verum est, nisi dans crederet, quòd accipiens ex hoc efficeretur deterior. s. prouocatus ad sic petendum ab alijs, alijs concitando scandala: quia tunc non liceret dare rem, vt vitaretur scandalum, sed potius oportebat sustinere scandalum. Si autem procederet scandalum ex ignorantia, aut vergit in detrimentum fidei dare, vel non. Si primo modo, melius est non dare, quàm dare, nè foueatur petens in errore suo dato ei ipso, quod petit. Sicut sunt quidam hæretici asserentes, quòd quilibet tenetur bona sua dare pauperibus petentibus, etiam extra extremam necessitatem, & istis non est dandum, licet scandalizentur, si non demus, quia per hoc, quòd non damus abijcimus errorem eorum, & possumus eos instruere in veritate. Si autem nõ vergit in damnum fidei, neque is, qui rem petit, creditur ea malè vsurus: non

Non est  
essentiã  
reputari  
reputari  
reputari  
reputari

non tenemur ad vitandum scandalum tradere rem nostram. Si tamen velimus, charitas est. Si autem nolimus rem tradere, tenemur repellere proximum ostendendo, quòd non iuste petit: & ita cessabit scandalum data ratione: quod si non cessat iam non est ex ignorantia, sed ex malitia, cui non est assentiendum. Sic dicit Aug. lib. de Sermonibus Domini in monte: Dandum est, quod neque tibi, neque alteri noceat, quantum ab homine credi potest, & cum negaueris ei, quod petit indicanda est ei iustitia, & melius ei aliquid dabis, cum petentem iuste correxeris. Et quod dictum est de abijciendis rebus possessis, idem per omnia dicendum est de vtu iuris, quòd alicui competit: quod non cessare debeat ab vtu eius propter scandalum: nam vsus iuris & honoris sunt nobis vtilia, sicut res possessæ, & cessare ab vtu eorum est iactura nostra, sicut perdere, vel abijcere res possessas: & etiam iura & honores dicuntur possideri, vel quasi possideri, sicut bona, quæ possidemus. Si autem quaratur de repetendo, vel exigendo bona, quæ ad nos pertinent: & tamen illa non possidemus: vt potè, quia spoliati sumus, vel quia de nouo competere incipiunt, & nunquam fuerunt in possessione nostra, licet eorum proprietates ad nos pertineat. Et de istis videretur esse idem, quod de precedentibus: & tamen non est penitus idem, quia difficilius est perdere quod possidemus, quàm quod non possidemus. Sed vt magis aperiat, dicendum, quòd aut loquimur de scandalo actiuo, aut de passiuo. Si de actiuo dicendum, quòd dimittenda sunt omnia, vt neminem scandalizemus, quia hoc est peccare mortaliter: & hoc nõ contingit in petente, nisi aut cum iniustum petit scienter, aut immoderatè, vel inordinatè petit, & non dico inordinatè, i. per ineptum libellum, vel non seruatis ceteris remonijis iuris: quia hoc non est peccatum mortale, neque veniale: potissimè cum defectus in his secum trahat poenam de iure. Sed dico inordinatè, i. modo illicito, i. per vias non debitas, quia dictum est, iuste quod iniustum est persequeris. Deuter. 16. Error ergo in vtroque peccatum est, & potius quis debet carere omnibus rebus, quàm sic petere in iudicio, aut extra iudicium. Si autem sit scandalum passiuum, dicendum, quòd aut est res aliena nobis commissa, aut nostra. Si aliena, aut est res Ecclesiarum ad Prelatos, & pupillorum ad tutores, & curatores, & procuratorum ad dominos, & depositarios pertinens. Pro depositarijs nõ solum non possunt isti cessare ab exigendo, sed etiam peccat mortaliter si cessauerint propter quodcumque scandalum, cum obligentur res istas sibi commissas fideliter tractare. Et hoc verum est, nisi de permissione eorum, quorum res tractant, aut si tale scandalum credatur verisimiliter nasciturum, cuius sit maius damnum, vel nocuum, quàm damnum in non exigendo rem sibi commendatam, quia tunc saltem differenda est petitio quousque cesset istud scandalum, & possit libere peti: Si autem sint res nostræ, aut scandalum quod timetur procedit ex malitia, aut ex ignorantia: si ex malitia non tenemur cessare à petitione rerum nostrarum: quia tunc occuparent mali omnia, quæ sunt aliorum, & si repeterentur ab eis scandalizarentur: & ita manerent boni spoliati omnibus bonis suis, si deberent aduertere omnia scandala, quæ iniqui pati velint, aut conuocarent habita occasione ex repetitione bonorum inuasorum. Etiam, quia sic depetiret res publica pereuntibus bonis particularibus, ex quibus illa consistit, & daretur occasio malis, vt deteriores fierent detinendo bona aliena: & sic manerent semper in peccato mortali: Si tamen quis velit cessare à repetitione rerum suarum propter tale scandalum malitiosum vitandum, consilium est, & superabundans charitas, & hoc nisi credat deteriores futuros eos, qui volunt illa detinere

dando occasionem illis ad hoc, quòd aliorum bona detineant, cum viderint, quòd propter scandalum quod faciunt non exiguntur ab eis bona. Nã tunc illicitum est non exigere, quia est fouere eos in sua iniquitate. Sic dicit Greg. in Moralibus: Quidam dum temporalia nobis rapiunt solummodo, sunt tolerandi, quidam verò seruata æquitate prohibendi; non sola cura ne nostra subtrahant, sed ne rapientes non sua semetipsum perdant. Si autem sit scandalum ex ignorantia, non oportet cessare à repetitione rerum nostrarum: sed si voluerimus cessare charitas quædam est: interdum tamen melius est repetere, nè demus occasionem ipsis ignorantibus detinendi res alienas. Si tamen velimus repetere, oportet, quòd ostendamus eis, quòd iuste petimus, & aperiamus causam quare iniuste scandalizantur: quod interdum melius eis est, quàm permittere eis res quas volunt, vt dicit Aug. lib. de Sermonibus Domini in monte, vt supra dictum est. & si ostensa causa quare isti non debeant scandalizari nobis petentibus, voluerint adhuc scandalizari: iam non est iudicandum scandalum ex ignorantia, sed ex malitia, & non obstant hoc scandalo petendæ sunt res nostræ. Ad primum dici potest vno modo, quòd Apostolo licebat petere temporalia ab eis, quibus seminabat spiritalia, vt ipse ostendit 1. Corin. 9. & ad Rom. 15. & tamen cessauit ex solo desiderio perfectionis, & non tanquam peccaret petendo, sicut nos cessamus à multis, quæ nobis de iure competunt, & si Apostolus exigisset, non peccauisset. Nam & interdum accipiebat ab alijs Ecclesijs, sed non ab Ecclesia Corinthiorum accipere voluit, & hoc fecit (vt quidam dicunt,) vt subtraheret occasionem, & colorem pseudo Apostolis, qui sola lucra querentes prædicabant, qui si vidissent Paulum talia exigentem, licet ille moderatè acciperet, haberent illi velamen ad immoderatè accipiendum. Alio modo potest dici, quòd fecit specialiter hoc in Ecclesia Corinthiorum, quia erant Corinthii avari, & molestè ferret si peterent pecuniam ab eis ad expensas Apostoli, & aliorum, qui cum ipso erant, & ipse cognosces eorum conditionem, noluit eos molestare, & ita nihil accipiebat ab eis. Tertio modo dicunt alij, quòd hoc fuit ad vitandum scandalum pupillarum, quia Gentiles quibus prædicabatur verbum, & alij erant ignorantiores, & infirmi: & si exigentur ab eis pecuniam ad sustentationem prædicantium, fortè turbarentur putantes hoc fieri ad quæstum: ideo Apostolus non petebat ab eis sustentationem quousque agnoscerent eum abundantius, & non esset eis scandalum, quod prædicator peteret sustentationem. Dicendum autem, quòd duo primi modi veri sunt: nam non erat consuetudo generalis Apostolo, non accipere pecuniam ab Ecclesijs, quibus prædicabat, sed interdum accipiebat eam, & tamè à Corinthijs nõ accepit, quia tenaces erant, & quia inter eos erant plures pseudo prædicatores, quàm in alijs Ecclesijs, quibus amputare voluit occasionem quæstus, vt patet 2. Corin. 11. c. l. nunquid peccatum feci me ipsum humilians, vt vos exaltemini: quoniam gratis Euangelium Dei euangelizavi vobis, alias Ecclesias spoliavi accipiens stipendium ad ministerium vestrum: & cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui: nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres, qui venerunt à Macedonia, & in omnibus me vobis sine onere seruauit, & seruabo: hæc autem gloria non infringetur in me in regionibus Achaie: hoc autem facio & faciam, vt amputem occasionem eorum, vt in quo gloriantur tales inueniantur, vt nos. Ad secundum dicendum, quòd licet magis sit agendum, p salute spiritali proximi, quàm temporali: tamen non est simile de constituto in extrema necessitate, & de eo, qui scandalizatur. Nam constitutus in hac necessitate non habet in potestate sua incurrere temporalem

ad illam m. huiusmodi vitandum.

Ad 2. ratio. nè in contrarium.

Ad 2. ratio. tionem.



Ad octauum dicendum, qd licet quilibet posset id, qd proprium est non repetere stante veritate triplici qua tum ad seipsum: non tñ sit sine præiudicio veritatis q tum ad bonum publicum, quia si non repetit aliquis bona sua: non solum peribunt bona istius hominis, sed etiam bonum publicum, quod constat ex bonis priuatorum: cū ita quilibet debet conseruare bonum publicum quantum in ipso est: ideo non consonat veritati vitæ, q quilibet cesset à repetitione rerum suarū: etiam si scandalizetur ille, à quo petitur res.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oues, & erauerit vna ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in montibus, & vadit quære eam, quæ errauit? Et si contingerit vt inueniat eam. amen dico vobis, quia gaudet super eam magis q̄ super nonagintanouem quæ non errauerunt. Sic non est voluntas ante patrem vestrum, qui in cœlis est, vt peccet vnus de pusillis istis.

Videte ne contemnatis. Supra ostendit pusillos non esse scandalizandos: hic docet non esse contemnendos, & dicit. Videte. Id est diligenter advertite. Ne contemnatis. s. pro nihilo reputando, & ita non curando an eos scandalizemus, vel non. vnum ex istis pusillis. Loquitur de pusillis ætate, de quibus continuauit sermonem. Et potest etiam intelligi de quibuscunque aliis pusillis, siue in fide, siue in existimatione hominum: nullus. n. contemnendus est, quem Deus creauerit. Dico enim vobis. Ista est causa, quare non debeant contemni. Quia angelorum. Id est angeli assignati ad custodiam eorum a Deo. In cœlis. Id est in celo manens. Semper vident faciem patris mei. Id est semper vident diuinam essentiam. Et dicitur de facie: non quod Deus faciem habeat, sed quia per eam est certissima cognitio, quæ habet de hominē, ideo intelligitur cognitio clarior, & perfectior, q̄ de Deo haberi potest. & est sensus, non credatis, quod paruuli isti contemptibiles sint: quia Deus illos valde apreciatur, vel magnipendit: ideo, & vos magnipendere, & honorare debetis cū ille magis sciat, quid honorandum sit quam vos. Quod autē Deus illos honoret, apparet quia ad custodiam cuiuslibet eorum constituit angelum, & illi angeli sunt tantæ perfectionis, q̄ vident semper faciem Dei, quæ est maxima felicitas. Qui in cœlis est. Id est Dei, vt videatur, q̄ non loquitur de aliquo patre, quem habeat super terram: quoniam plurimi putabant esse Ioseph. Luc. 3. & ideo quando loquitur de patre suo solet semper addere, qui in cœlis est, vt supra quinto, & septimo capitū. & tamen non est per hoc intelligendum, q̄ sit in cœlis, ita quod non sit in terra, sed vbiq̄ est: vel proprie loquendo in nullo loco est, scilicet neque in celo, neque in terra. Sed Christus loquitur eo modo, quo homines accipere solent: putantes, q̄ Deus habitet specialiter in celo: & tamen celū, & celi celorum non capiunt eum. 3. Regum 8. & 2. Paralip. 2.

Docetur hic pusillos non esse contemnendos.

Ad quid Christus dixit hic nunc non esse contemnendos paruulos. Quæstio. LVIII.

QVAERETVR, ad qd Christus dixit hic, nunc non esse contemnendos paruulos. Dicendum quod istud ponitur hic, vt dependens ex superiori sententia. Dixerat enim supra pusillos non scandalizandos, hic autem dicit eos non contemnendos: & potest istud poni quasi temperatiuum quoddam sententiæ superioris positæ contra scandalizantes. Sic dicit Hieronymus. scilicet. Supra dixerat dominus per manum, pedem, & oculum omnes propinquitates, & necessitudines, quæ scandalum facere possunt amputandas: austeritatem itaque subiecto præcepto temperauit, dicens videte ne contemnatis, ac si dica: quantum est in vobis nolite contemnere: sed post vestram salutem illorum querite sanitatem. Secundò potest ista esse eadem sententia, quæ supra per alia verba dicta, & corroborata alia ratione: ita quod scandalizare, & contemnere accipiantur pro eodem: & tunc dicitur, quod replicatur sententia ista ad magis roborandum eam: nã supra ostendit non esse scandalizandos paruulos cõminatione penarum, scilicet quia melius erat demergi in mare. Hic autem ostendit non esse scandalizandos, quia magnæ dignitatis sunt: cū angeli eorum semper videant Deum. Et est sensus: videte ne contemnatis, id est ne scandalizetis illos, quos Deus tantum diligit, vt angelos suos illis custodes tribuat. Tertiò potest accipi, quia hoc ponatur non tanquam sententia eadem replicata: sed quod solum sit instructio quædam circa præcedentem sententiam, scilicet dictum fuerat, ne scandalizemus pusillos: & quia scandalum prouenit ex radice contemptus, instruitur hic non contemnere: nam quando quis contemnit aliū nullo bono eum dignum existimans, non curat an eum scandalizet. Si autem eum magno bono dignum reputat, non scandalizat: ita dicitur 2. Retho. aliàs quod paritas est causa iracundiæ, id est ex hoc, q̄ quis aliū paruulum, & contemptibilem iudicat, non curat an eū prouocet ad iram: ideo dicit q̄ non contemnatis pusillos: & ita non scandalizabimus eos. Quartò potest accipi, q̄ hic Christus admonet nos honorare paruulos, & intelligitur non contemnatis, id est honorate. Et tunc est consequens ad præcedentia: quia supra vetuit mala facere scandalizando: hic iubet bona facere honorando. Sic dicit Hieronymus. Supra docuit scandalizantium abscondere amicitia: hic autem docet exhibere sanctis honorem, & procuracionem. Quintò potest accipi, quod sit doctrina pendens ex præcedenti. s. quia tanta pena posita est scandalizantibus: cauendum est etiam, ne pusillos contemnamus. Sic dicit Glossa. quia tantum malum prouenit ex scandalizatis fratribus, videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Sextò potest dici (& fortè melius) quod ista sit sententia alia à præcedenti, & tamen sit conueniens illi: nam scandalizare malum quoddam graue est: contemnere autem malum est: sed minus: vetuit autem supra scandalizare, hic autem vetat contemnere quasi dicat, non solum exterius non debemus inferre malū pusillis scandalizando eos, sed etiam neque interius contemnendo eos intra cor nostrum, quod est nullo bono eos dignos arbitrari: & hæc est aptior sententia: & ideo supra, cū de scaldalo diceret, posuit grauem penam scandalizantibus: hic autem nullam penam apposuit, sed per solam rationem suavit non esse paruulos contemnendos.

G

H

I

K

Qui sunt pusilli isti, qui non sunt contemnendi: & quare dicitur de pusillis. Quæst. LIII.

QVAERETVR, qui sunt pusilli isti, qui non sunt contemnendi, et quare dicitur de pusillis. Dicendum quod Christus verè de paruulis ætate locutus est: nam verè paruulus erat, quem statuit in medio discipulorum: vnde vocatur puer. & colligitur supra in litera & Mar. 9. & Luc. 9. & postea cõtinuato sermone semper de paruulis loquitur. & tamen non ad solos paruulos ætate sententia ista extēditur: cū nemo contemnendus est, neq; paruul⁹, neq; adultus, neque decrepitus. Alij dicunt, quod paruuli vocantur noui in fide, qui ad Christum nouiter conuersi sunt: & istos vocamus paruulos i. nouos & infirmos. Sic dicit Origenes: Pusilli autem sunt, qui nuper in Christo sunt nati. Secundò modo vocantur pusilli non noui, sed qui nihil in fide profecerunt, licet. n. iam diu ad Christum sint conuersi, ita tñ manent imperfecti moribus, & rudes circa intelligentiam fidei, sicut paruuli circa ætatem, & vires nihil profecerunt. Et hos conuenientius vocamus infirmos vel imperfectos in fide. De his etiam Origenes ait: pusilli sunt, qui manent sine profectu quasi nuper nati. Tertiò dicunt quidam, quod accipiuntur pro viris perfectis, qui pusilli sunt. i. se pusillos faciunt, vt magni fiant apud Deum. Idem dicit Origenes, scilicet, Aut forte dicit hic pusilli perfectum, s. m. q̄ alibi ait, qui minimus fuerit in vobis hic erit maior. Vel fortè, quia apud mundanos perfecti extimantur pusilli, cū illi mundum contempserunt. Et ita dicit Chrysostomus. Perfecti paruuli extimantur apud multos, scilicet pauperes, & contemptibiles. Dicendum, q̄ hæc vera sunt, & tamen hic nō potest accipi pusillus. i. perfectus, quia repugnat literæ præcedenti. s. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: & tñ perfecti non scandalizantur passim, sed soli imperfecti: ita dicit Hieronymus. & ostensum fuit supra. Sic dicit Origenes, sed huic expositioni non conuenire non videtur, si quis scandalizauerit vnū de pusillis istis &c. perfectus enim nō scandalizatur ne que perit: sed qui hanc expositionem æstimat veram, dicit quod iusti hominis anima vertibilis est, & scandalizatur aliquando, et si non facile: ideo dicendum, q̄ pusilli vocantur hic vel ætate paruuli, vel perfectione. Cū autem dicitur quare dixit de paruulis, dicendum q̄ de oibus intelligitur. Nam si nefas est paruulum contemni, grauius erit contemni perfectum: cū mai⁹ bonum Dei contemnat in illo quā in paruulis. Dixit autē de paruulis, quia hoc facilius & verisimilius erat: paruulos enim siue ætate, siue perfectione contemnimus: quasi nullo bono dignos: perfectos autem nemo contemnit, imò impossibile est, q̄ quis contemnat perfectum, quem perfectum æstimat. Potest enim quis odisse perfectos aut eis iniuriam inferre: contemnere tamen est impossibile, quia includit contradiccionem: nam contemnere est nullo aut paruulo bono aliquem dignum extimare: sed considerare aliquem vt perfectum, est æstimare eum dignum magnis bonis, & multis probitatibus abundantem: ideo perfectū nemo contemnit, sed pusillum: & ita non fuit necesse q̄ Christus diceret, non contemnatis perfectos, quia illos nemo contemnit: sed non contemnatis pusillos, quos facilius quis contemnit. Sic dicit Origenes: non habuit necesse Christus mandare de perfectioribus si delibus non contemnendis: sed de pusillis, sicut supra dixerat, si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis.

Perfectos nemo contemnit.

Quare dicitur, angeli eorum, & qui sunt isti angeli. Quæst. LV.

QVAERETVR, quare dicitur angeli eorum, & qui sunt isti angeli. Aliqui dicunt, q̄ vocantur angelus. Toit. super Euang. Matt. Pars V.

Angeli eorum, i. conciuēs eorum: quia conciuēs sunt, & futuri sunt in vita æterna conciuēs hominum beatorum. Sic accipit Aug. 22. de Ciuita. Dei. Angeli nostri dicuntur, qui sunt angeli Dei: Dei sunt, quia Deum non reliquerunt: nostri sunt, quia suos conciuēs nos habere ceperunt. Sed dicendum, q̄ hæc expositio non conuenit huic literæ: licet dictum Augustini aliàs verum sit: nam tunc non magis vocarent angeli eorū q̄ angeli aliorū hoīum, cū alij p̄ter paruulos futuri sint ciuēs æterni: & iō dicerent angeli hoīum, vel angeli absolute: & nō angeli eorū. Secundò, quia p̄supponit, q̄ paruuli habituri sint vitā æternā. Sed hoc nō constat, quia licet quidā paruuli illuc eant, alij nō eunt: quia postea adulti facti peccant, & pereunt. Et intelligendo de paruulis. i. nouis in fide, vel paruū proficientibus apertius est: quia multi illorum pereunt. Tertiò & efficacius, quia tunc ista probatio Christi non faceret ad propositum, ipse. n. dixit paruulos non contemnendos, & addit rationem. s. quia angeli eorum vident faciem Dei: & tñ si isti angeli non pertineant specialiter ad eos, non notatur aliqua perfectio specialis in paruulis: iō necesse est dici, q̄ pertinent specialiter ad eos. Dicendum ergo q̄ intelligitur de illis angelis deputatis ac custodiam: quia cuiuslibet hoī specialiter deputatur vnus angelus ad custodiam. Et hoc fit p̄ Deum. paruulis autē singuli angeli assignant, & illi angeli sunt magnæ excellentiæ, ergo paruuli quibus assignantur, magnæ dignitatis apud Deū deputantur. & ita procedit tñ probatio Christi. Sic dicit Hieronymus. Magna est dignitas animarū: vt vnaqueq; earum habeat ab ortu natiuitatis in custodia sui angelum delegatū. Sed dicitur q̄ ista nō est aliqua perfectio pusillorum, cū oibus hoībus conueniat. Dicendum, q̄ licet nō sit specialis perfectio, qua excedant alios: est tñ magna perfectio, sicut magna perfectio est hoīem esse rōnalē: & tñ oibus hoīb⁹ est cōc. & hoc sufficit ad intentionem Christi, quia nolebat Christus ostendere pusillos esse perfectiores aut digniores alijs hoīb⁹: sed eos esse alicuius dignitatis: ita q̄ contemni non debeant, quia quidam videtes pusillos, q̄ tum ad ea q̄ apparent, nullo dignos, contemnebat eos: Christus autem ostendit, q̄ non debeant contemni: quia tantæ dignitatis sunt, vt habeant à Deo singulos angelos deputatos ad sui custodiam.

An angeli homines custodiant. Quæst. LVI.

Quoniam autē dicitur hic de angelis paruulorum, i. custodibus eorum: videndum est de custodia angelorum, & habitudine ipsorum circa nos. Et primū dubiū est, an angeli custodiant hoīes. Aliqui dicunt, q̄ non: quia Deus est custos hoīum Iob. 7. Quid faciam tibi, o custos hoīum? sed perfectior custos est, qui p̄ eū sufficit ad custodiendum q̄, qui custodit medianibus alijs: sed oē qd perfectissimum est Deo attribuendum est, vt ait Dionysius. ergo attribuetur Deo, q̄ custodiat, & non p̄ angelos, sed per seipsum: & ita non erunt angeli deputati ad custodiam hoīum. Secundò, quia custodia hoīum à Deo fit per gratiam, quam eis cōfert: sed gratiam non dat Deus per angelos, sed per seipsum: ergo non custodiunt nos angeli, sed solus Deus. Tertiò, quia vnus effectus custodiæ angelicæ ponitur, q̄ orationes nostras deferant ad Deum. sed istud videtur omnino superfluum, cū Deus per se omnia sciat: ergo vanum erit deputare angelos custodes. Quartò, quia custos deputatur alicui aut p̄pter imbecillitatem, vt iuuetur, & defendatur: aut propter ignorantiam, vt instruat: sicut est de mulieribus, & pueris, quibus dantur in custodes doctores, & pedagogi: homo tamē per seipsum potest cognoscere ea, q̄ sibi faciendā sunt per legem naturalem cordi impressā.

Rōnes in contrariū.

2. ratio.

3. ratio.

4. rōnem.

D 2. Potest

Qui



5. ratio.

6. ratio.

7. ratio.

8. ratio.

Potest etiam facere illa per liberum arbitrium: ergo non indiget hō custodia propter ignorantiam, aut pp infirmitatem; & ita nō habet aliquam custodiam angelorum. Quinto, quia officium custodis est retrahere custoditam rem ab his, quę ei mala sunt: angeli tñ non faciunt, cū videamus multos labi in peccatum mortale: ergo angeli non custodiunt nos. Sexto, quia cū custos soleat dari propter aliquā ignorantiam eius, qui custoditur, debet instruire ex officio suo custoditum fm modum, quo custoditus instrui potest: sed via cognoscendi in hōie est accipere cognitionem a sensibus: ergo si angeli custodes nostri essent, visibilibus apparitionibus deberent nos instruere. Hoc autē non faciunt nisi raro: ergo videtur, q non est eorum officium nos custodire, aut malē custodiunt: qđ de angelis bonis non est dicendum. Septimō, quia vbi est fortior custodia, superuacuum est ponere minorem: sed Deus custodit nos, cui? custodia efficacissima est. Plal. 120. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel: ergo angeli non custodiunt nos. Octauo, quia perditio custodiri pertinet ad culpam custodientis, quia anima eius debet esse pro anima illius: sicut dicitur, & de speculatore Ecclesie, Ezechi. tertio. Sanguinem eius de manu tua requiram, & tertio Regum. 20. capitulo dicitur cuidam: custodi virum istum, qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima eius. sed multi quotidie perennaternaliter, quos si angeli custodirent, possent eruere ne inciderent in hęc damnationem apparendo eis, & docendo ne inciderent in peccata: ergo cū hoc nō faciunt, vř q non custodiunt angeli nos. Dicendum, q non est dubium, quin angeli custodes hominum sint: sic dicit Plalm. 90. Angelis suis Deus mādauit de te, vt custodiant te in oibus viis tuis. & idem supra 4. cap. Etiam, quia Deus prior est ad miserendum, & adiuuandum nos quā ad puniendum: & tñ demones posuit ad exercitium, & penam quandam nostram dum viuimus. ad Ephe. 6. non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus rectores tenebrarum harum, & spiritalia nequitia: in celestib. i. cōtra demones, qui sunt rectores tenebrarum. i. rectores mundanorum hominū, & morantur in tenebris aeris caliginosi: & vocantur spiritalia nequitie, i. spiritus nequam: contra, hos inquit pugna est: ergo a fortiori daret Deus angelos ad nos custodiendum quā demones ad impugnandū. Pro hoc autem considerandum, quod Deus habet prouidentiam de oibus rebus, vt ostensum est supra ca. 10. quæst. 112. & istam prouidentiam ipse solus, & per se ipsum habet: executionem tñ huius prouidentie non facit per seipsum semp, sed vt cōiter per alias causas: & iō ea, quę Deus circa hōiem prouidit, exequitur per causas aliquas. Regula aut prouidentie hæc est, quod mortalia, & variabilia per immobilia, & inuariabilia mouentur, & regulantur: sicut oia corporalia per substantias spirituales, & immobilia, & corpora inferiora per corpora superiora, quę sunt inuariabilia fm substantiam: hōies autem variabiles sunt circa conclusiones, in quibus possumus variē opinari, & regulantur p principia, quorum veritatem inuariabiliter tenemus: ita igitur cū in rebus agendis cognitio, & affectus hominis multipliciter variari possit, & deficere a bono, necesse fuit ad debitam executionem prouidentie, q daretur hominibus aliquid, per quod regerentur, et mouerentur ad bonum, cū in operationibus oīo deficient: et hoc pertinet ad diuinam bonitatem, quia licet Deus omnium rerum prouidentiam habeat: specialiter tamen substantie rationales sue prouidentie subduntur, in quā tum altiori modo præ ceteris finem diuinę bonitatis natę sunt sequi: quia ergo inter Deū, & hōies media est natura angelica, et fm legem sapiē-

tie sue hoc est ordinatum, vt inferioribus per superiora prouideat: ideo angeli exequuntur diuinam prouidentiam circa homines adiuuando ad tendēdum in finē, et liberādo ab his, quę impediunt pcessum in finē: et ista executio diuinę prouidentie facta circa homines per angelos vocatur custodia angelorum: est aut ministerium quoddam, qđ circa nos exercet, et ad illud a Deo mittuntur. ad Hebre. r. Sunt ad ministrorij spiritus in ministerium missi. Ad primum dicendum, q Deus est custos hominum, et oīum rerum: & est custos primus, & præcipuus cui alij non connumerantur; & tamen nō obstante hoc sunt alij custodes, scilicet angeli, & nō pertinet ad imperfectionem Dei, quod alij custodes sint: nam circa prouidentiam rerum ipse solus est, quia prouidentia nominat ipsam rōnem, vel regulam agendarū rerum, quę in Deo est: & nō cōmunicatur alij, vt ab ipso solo totum regimen dependat: executionem autem rerum puillarum etiā ipse solus facere posset, cum sit omnipotens: sed nō facit, imō cōmittit causas sub se positas. Et hoc, quia omnino periret vniuersi ordo, et essent plurimę partes vniuersi superuacue, si Deus per se oia exequeretur: nā prouidentia Dei est de aliqua re, q exuratur. Si autem Deus exequeretur prouisa: tunc ipse per se rem illam exureret, et nō cremaret eam ignis. Et ita cū præuidet generandum hominem siue producendum, ipse per se illum produceret, & nō gigneret hō hominē. Et hoc mō tolleretur tota actio oīum rerū, et causalitas naturalis: et esset vnū de duobus, quia aut ista res nō esset, et tunc nō esset vniuersi; cū nō sit aliqua res in tota natura, cui non cōpetat aliqua actio, nisi sit prima materia, q vbiq; est forma est actio; omnia tñ habent formam nisi materia prima cōsiderata, vt sic: et iō tolleretur quicquid est in vniuerso, si tolleretur omne agēs, aut essent omnia otiosa: et hoc est contra naturam ordinis: quia cū omnibus rebus sit data virtus actiua, q maneat in perpetuū otiose, multum repugnat rōni, et ordini. Vt ergo maneat vniuersum sicut cōditum est, et non auferatur tanta pulchritudo quāta relucet in habitudine causatorum ad causas, fuit necesse q Deus nō faceret per se oia: sed executionē cōmitteret causis sub se positis. Et ista est cā potissima quare oportuit q Deus nō exequeretur per se oia, sicut puidet p se omnia. Etiam nō posset ostendi tam abundanter diuina bonitas causando tot res, et tot modos agendi: nam modi agendi, et ordo cause, et causati ad perfectionem vniuersi pertinet, et hęc omnia tollerentur si Deus exequeretur per se omnia prouisa, iō non debuit ipse omnia exequi: sed committere causas sub se cōstitutis, et quanto plures causas ad hoc constituit et plures modos cauandi, et agendi dicit: tanto perfectior ipse ostēditur, cū plus communicauerit bonitatem suam, et ostendat nobis illam communicatam in rebus quas condidit. Ita ergo de custodia angelorum: licet Deus homines custodiat: non pertinet ad imperfectionem, sed magis ad ostensionem perfectionis, et Principatus sui, quod angelos etiam constituerit custodes illorum: potissimē, quia hoc conuenit tam angelis custodientibus quā hominibus custoditis. De angelis patet: quia cū natura superiores sint hominibus, nō dēt eis negatiua dignitas, quod sint duces, et rectores hominum, et reducant homines in Deum, et in hoc cooperent Deo in reductione hominum in finem. Conuenit etiam ex parte hominum, qui quādiu viuunt sunt in statu imperfectionis: quem statum Apost. cōparat pueritie 1. Corin. 13. scilicet: Cū essem paruulus, sapiebam vt paruulus & cet. et sequitur, quando venerit quod perfectum est, id est vita æterna, euacuabitur, quod ex parte est, i. status imperfectus, qui non habet integritatē, quę

7. ratio. in contra

Prouidentia in Deo quid dicat

Si Deus p se oia exeret nō posset ostēdit tam abundanter diuina bonitas causando tot res, et tot modos agendi: nam modi agendi, et ordo cause, et causati ad perfectionem vniuersi pertinet, et hęc omnia tollerentur si Deus exequeretur per se omnia prouisa, iō non debuit ipse omnia exequi: sed committere causas sub se cōstitutis, et quanto plures causas ad hoc constituit et plures modos cauandi, et agendi dicit: tanto perfectior ipse ostēditur, cū plus communicauerit bonitatem suam, et ostendat nobis illam communicatam in rebus quas condidit. Ita ergo de custodia angelorum: licet Deus homines custodiat: non pertinet ad imperfectionem, sed magis ad ostensionem perfectionis, et Principatus sui, quod angelos etiam constituerit custodes illorum: potissimē, quia hoc conuenit tam angelis custodientibus quā hominibus custoditis. De angelis patet: quia cū natura superiores sint hominibus, nō dēt eis negatiua dignitas, quod sint duces, et rectores hominum, et reducant homines in Deum, et in hoc cooperent Deo in reductione hominum in finem. Conuenit etiam ex parte hominum, qui quādiu viuunt sunt in statu imperfectionis: quem statum Apost. cōparat pueritie 1. Corin. 13. scilicet: Cū essem paruulus, sapiebam vt paruulus & cet. et sequitur, quando venerit quod perfectum est, id est vita æterna, euacuabitur, quod ex parte est, i. status imperfectus, qui non habet integritatē, quę

Ad 1. rōnem.

Exemplū.

Ad 3. ratio nem.

Quo angeli dicantur deferre orationes nostras ad Deum.

Ad quartam rationem.

Ad 1. rōnem.

quę est totalitas, sed est sicut pars: sed pueris quādiu manent in pueritia assignantur custodes: & pedagogi: ad Gala. 8. donec sint ætatis perfectæ: ergo hōibus, qui nunc in statu imperfectionis manent, competunt custodes: cū autem fuerint in patria, quia euacuatum erit quod ex parte est, id est imperfectio, non erunt aliqui custodes. Ad secundum dicendum, quod custodia hominum est, quod ipsi homines custoditi deducantur ad gratiam, & gloriam, & ideo ille, qui dat gloriam, & gratiam est verus, & præcipuus custos: qui autem non dat disponit tamen ad hoc, custos est, licet non præcipuus. Sic enim est in artificialibus, in quibus instrumenta quodammodo disponunt ad formam, vt ignis mollificando ferrum, & martellus dilatādo: sed forma gladij inducitur ab artifice per similitudinem artis, quęm habet in mente sua. Ita Deus, qui est primus custos inducit vltimam perfectionē coniungentem frui, & per hoc conseruantem. s. gratiam, & gloriam: angeli autem non possunt hoc deducere: quia non sunt principale agens, sed præparant ad hoc per illuminationes, & alia, quę circa nos exercet. Ad tertium dicendum, q Angeli non dicuntur deferre orationes nostras ad Deum quāsi non faciant ei, quod nos oramus ad ipsum: cū ipse melius nouerit quid oramus, & ipse per se exaudit orationes nostras: & nō solum quando oramus nouit quid oramus, sed etiam antequam oramus scit desiderium nostrum ad orandum, & acceptat illud. Plal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dñs, præparationem cordis eorum in audiuit auris tuas. i. antequam orant dum se parant ad orandū nouit De, & exaudit deprecationes nostras, quas fundere volumus: sed dicuntur deferre orationes nostras Deo. i. orare pro nobis. Vel magis proprie orant, vt orationes nostrę exaudiantur: & ita etiam sacerdos dicitur offerre Deo orationem populi in quantum sua intercessione impetrat exaudiri orationes populi, & ita dixit Raphael ad Thobiam, Quādo tu orabas cū lacrimis, ego obtuli orationem tuam domino. Thobi. 12. cap. Ad quartum, q hominibus sicut conueniēs custodia angelorum tam propter ignorantiam quā propter infirmitatem: lumen. n. naturale hominū imperfectum est: & præcipue ad dirigendum illa, quę naturam excēdit: potestas etiam eius potest ad malum flecti multis occasionibus: ideo quantum ad vtrūque fuit conueniens præsidium angelorum. Cū aut dicitur, quod homo sufficit ad cognitionem boni, & legis naturalis, & ad exequendum sufficit per liberum arbitrium. Dicendum, q non plenē sufficiunt: per liberum. n. arbitrium potest hō aliquāter malum vitare, sed non sufficienter: quia infirmat circa affectum boni pp multiplices aīa passiones. similiter cognitio vniuersalis legis naturalis, q hōi inest naturaliter, aliquāter dirigit hōiem ad bonū, sed non sufficienter; qā in applicando vniuersalia principia iuris naturalis ad particularia opera cōtingit hōiem multipliciter deficere. vnde dicit Sap. 9. Cogitationes mortalium timide, & incertę prouidentie eorū. i. non rectē coniectant de reb: iō fuit necessaria angelorum custodia, qui nobis circa hoc in aliquo subuenirēt. Ad quintū dicendum, q homines custoditi ab angelis interdū incidūt in mala, ne q tñ sequitur nō esse custodiā, vel male custodiri homines: sed ipsis agentibus quantum ad officium custodię eis a Deo limitatū manet locus peccandi: nā sicut Deus prouidentiam suam intēdit malū auferre de rebus, nō tamen oīo auferit, sed solum fm cōditionē nature nostrę. i. ita q ablato malo possit manere cōditio humana. s. libertas arbitrii, qua possumus libere velere bonum, & malū: ita custodia angelica eripit nos a malis, & reducit ad bonum fm conditionem nature nostrę. s. quod ad bonum non trahit inuitos: neque a

A malo diftrahit violenter: sed taliter mouent nos angeli, quod adhuc maneat nobis libertas ad bonum & ad malum eligendum, & ita, quia liberum arbitrium defectibile est, contingit etiam custodientibus angelis nos ad malum conuerti, & a bono auerti: sed hoc non est defectus custodię angelicę: quia totum agunt quod ad officium suum pertinet. Ad sextum dicendum, quod angeli nos instruunt eo modo, quo conuenit, & non est necesse, neq; conueniens, q visio-nibus corporalibus nos erudiant: quia sua custodia mouet nos ad bonū, & a malo flectit, scđm cōditionē nature nostrę, id est vt non præiudicetur libertati, et tamen apparitiones illę quodammodo præiudicant libertati: ideo non fiunt communiter. Patet hoc, quia apparitiones visibiles angelorum sunt supra cursum communem nature: iō stuporem quendā incutiunt, & quodammodo violenter inducunt ad consensum eorum, q luadent, in quo perit aliquod bonū hōis quantum ad cōditionem hōis, quod est inquisitio rōnis, & non violenter vel ex necessitate assentire: & ideo apparitiones istę non fiunt omnibus, sed aliquibus factę sunt ad confirmationē fidei multorum: & non oportet, q cuilibet fiant ad confirmationem fidei illius: sicut miracula nō fiunt coram omnibus, sed coram quibusdam facta sunt, vt per illa confirmaretur fides, quam omnes tenemus: & tam licet non fiat ista apparitio visibilis: prouidetur nobis valde spiritualis custodia angelorum: quia suo modo nos instruunt illustrādo phantasmata nostrā, & confortando lumen intellectus, & excitando aīam ad aliquid rectē considerandum. De modo autem agendi, quem habent angelii, & demones, & Deus super phantasmata, & intellectum, & voluntatem, declarātū est supra 8. cap. quæst. 112. Putant autem aliqui, quod custodia angelorum vel non sit vel non prosit: quia non experimur, q aliquid boni nobis faciunt. Dicendū tñ, quod isti errant: necesse est tamen poni custodiri homines ab angelis: cū scriptura hoc assērat, & hoc dato necesse est illā esse vtilem, quia Deus non instituit illam nisi esset utilis nobis. Nos tamen non experimur utilitatem ex ea: quia modus quo angeli custodes nobis proficiant: est purē spiritualis. s. purē illustrando phantasmata, & confortando lumen intellectus: & incitādo ad bona cogitandum. ista autem sunt interiores immutationes sine aliquo signo sensibili: nos tamen non possumus aliquid cognoscere nisi sit in sensu: vel per id quod est in sensu: ideo non experimur in nobis quid faciat angelorum custodia. Multum. n. prodesse, q possemus cognoscere, si illam nobis Deo omnino subtraheret: nam videremus experimento ita nos esse deficientes ad recta cognoscendum, & infirmos ad bona volendum, q sciremus multum nobis nūc illā cōferre. Nec est hoc incōueniens, q nō experiamur istam custodię angelicam; nam nihil notius est, q nos habere aīam, & tamen non experimur in nobis aīam nostram, cū nullo sensu æque percipiāmus. Ad septimum dicendū, q vbi est fortior custos, superuacuuus est minus fortis, si ille fortis velit per seipsum agere, quod agunt inferiores custodes: sed hoc nō facit Deus, quia aliquid facit per se, & alia nō, quę aliis potius cōmittit: vt dictum fuit supra: iō stante hoc, necessarij sunt custodes minores. Pro quo sciēdum, quod tota custodia hominum est, vt a fine suo non errent, sed in illum perueniant: ad ipsum autē per bona opera peruenitur, ideo qui facit inuariabiliter bonum operari custodit hōiem pfectē. Ad bonum autem operandū duo requiruntur. Primō quidem vt affectus inclinatur ad bonum: & hoc quidem fit in nobis per habitum virtutis moralis, q inclinatur in bonum per modum nature, vt colligit 7. Ethic. Secundō, quod ratio inueniat congruas vias ad perficiendum.

Ad 6. rōnem.

Quo angeli custodes hōib' proficiāt.

Ad 7. rōnem.

ciendum bonum virtutis, quod quidem Aristoteles attribuit prudentia, quae est vniuersaliter directiva de his quae ad totam vitam pertinent. 6. Ethic. Quantum ad primum horum Deus per seipsum immediatè custodit hominem infundendo ei gratiam, & virtutes gratuitas, & ideo quantum ad hoc ipse solus custodit hominem & non angeli: quia ipsi non cooperantur in infusione gratiae & virtutum. Quantum ad secundum Deus non instruit hominē immediatè per seipsum, sed per multa media: vñ interdum instruit vnum hominem per alterum hominem: interdum verò per angelos: interdum per creaturas minores homine, vt per formicā, iuxta illud *Prou. 6. Vade ad formicā, & piger, & addisce prudentiam. & per volatilia caeli & fenum agri, supra 6. capit. respicite volatilia caeli, & car. & ideo quantum ad hoc praecipua custodia hominum fit per angelos, quia ipsi eos instruunt, licet non sensibilibiter, sed illustrando phantasmata, aut confortando lumen intellectuale, & per alios modos, vt supra dictum est. Ad octauum, dicendum, quod perire custoditum pertinet ad culpā custodientis, si eo non faciente oīa, quae pertinebant ad officium custodire, ille pereat: in angelis autem nō est sic, quia licet hoīes custodiri peccant, non est culpa angelorum, cū omnia faciant, quae eis imposita sunt pro custodia hominum: custodiunt autē eos, vt dictum est deducendo ad bonū & retrahendo à malo: & hoc fit conditionem naturę humanae: nihil tollendo de libertate. Er ob hoc contingit, qd angelis suadentibus bonū quantum possunt circa coactionem consentus homo repugnet, suasionibus eorum per libertatem: & ita peccat, & perit: sic nō videmus nisi nobis ipsis quantum ad adam. Est nāq; in nobis instinctus naturalis ad bonum: quia ratio depraecatur ad optima. 1. Ethico, sed discedunt hoīes ab appetitu boni per fortem passionem: ita accidit circa instructionem angelorum. Nam quidquid angeli circa nos faciunt instruendo, vel sollicitando ad bonum, fit inuisibiliter per solū modum interiorē, sicut appetitus naturalis ad bonum inuisibiliter nos stimulat. Si cur igitur ab illo declinamus per libertatem inclinante passione: ira & a suasionē bona, & instructione recta angelorum: ideo quod homines peccant peccato non est imputandum negligentiae vel indebitae custodiae angelorum, quia totum faciunt, quod fieri debet: sed malitiae suae, quae sponte recedunt à suasionē & instructione angelorum: quare autem angeli non apparent nobis, vt fortius, & manifestius intruant, posita fuit supra causa.*

Ad quos angelos pertinet homines custodire. *Questio. LVII.*

**Q**VAERETVR, ad quos angelos pertinet custodire hoīes, an pertineat ad oēs ipsos angelicos, an solū ad tres ordines in sine hierarchia: an ad solū ordinē infimum angelorū, quos angelos specialiter appellamus. Et quā quidam solent dicere, qd ad solū infimum ordinē pertineat custodire, videtur quod non ad solū istum ordinem, sed etiam ad omnes tres ordines hierarchia: in sine: quia vt dicit Diony. tertiae hierarchiae est proprium diuinum lumen accipere per cōsequentiā nrę hierarchiae, id est lumen tantum ipsi accipiunt est proportionatū ad immediatē trāstūdendū in nos: sed ille angelus dicitur custos hoīs, qui ipsum immediatē illuminat: ergo videtur qd ad oēs tres ordines tertiae hierarchiae pertineat custodire homines. Secundò quia angeli custodes defendunt hominē ab impugnatione inuisibilis hostis, sed arcere demones sūm Greg. pertinet ad potestates: ergo illi ordini conueniet custodire hoīes. Tertiò, quia homines custodiuntur, &

Quo Deo per multa media homines instruat.

Ad 8. rationem.

Nonnulli rōnes in contra. 1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

conseruantur interdū à malis per miraculosam operationē, sed mirabilia operari pertinet ad virtutes: ergo ad ordinem illum pertinebit custodia hoīum. Quarto vñ, qd angeli quinque ordinum inferiorum, custodiāt hoīes, quia mitti ordinatur ad custodiam, & tñ angeli quinq; ordinum mittuntur, ergo oēs illi custodiunt homines. Pater quia ad Hebr. 1. dicitur sunt administratores spiritus in ministerium missi: ergo quinq; ordines inferiores, qui ponunt mitti erunt ad custodiā. Quintò videtur, qd angeli omnium ordinum custodiāt homines, quia in hominibus inueniuntur diuersa officia, sed sūm diuersa officia inueniuntur diuersi ordines angelorum distincti: quorum officiorum similitudines inueniuntur in aliquibus officiis humanis, vt dicit Greg. ostendens qualiter hoīes ad ordines angelorū assumantur: ergo videtur qd ad omnes ordines pertinet custodia hoīum. Sextò, quia si non pertineret ad oēs ordines, hoc esset maximè, quod ad superiores ordines non pertineret: & tamen ad illos etiam videtur pertinere, quia super illo verbo literę, angeli eorum semper videntur faciem & c. dicit Chry. qd intelligitur non de quibuscuq; angelis, sed de sublimioribus, vel super eminentibus: ergo supremi angeli custodiunt hoīes. Dicendum, qd custodia hoīum sola sumpta ad solos spiritus infimi ordinais, qui angeli vocantur, pertinet. Sic dicitur *Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te: & tamen angeli proprie dicuntur illi, qui sunt in ordine infimo, vt dicit Dion. ergo ipsi soli custodiunt. Item quia Grego. dicit, qd angeli sunt, qd minima nunciant, & tamen minima iungunt, quae ad statum personarum singularium pertinet: ergo ad solos angelos pertinet custodire homines. Pro quo sciendum, qd illi spiritus dicuntur custodire homines, qui immediatè eos illuminant, & habent actus limitatos circa humana officia, & procurant quae ad ipsos specialiter pertinent: totum hoc requiritur ad custodiā. Et ex hoc apparet, qui ordines custodiunt hominem. Ex hoc n. quod dicit, qd illuminant, immediatè excluduntur à custodia angeli alii scētes, qui sunt in quatuor ordinibus supremis; nam illi non illuminant homines immediatè, cum ad eos nunquam mittantur: sed illuminant eos mediatè in quantum ipsi illuminant angelos inferiores, & illi illuminant hoīes: in quantum dicit, & habent actus limitatos circa humana officia, excludit media hierarchia: nam licet spiritus de hac hierarchia habeant, qd mittantur, & interdū illuminant homines, & procurant aliqua negocia humana; tamen non est actus eorum limitatus circa hoc solum, cum de aliis maioribus negociis cura eis sit interdum: in quantum verò per custodiā istam procurantur ea, quae pertinent ad determinatos hoīes (quod est minimum, & vltimum in actibus angelorum) excluduntur ab ista custodia oēs spiritus ordinum aliorū etiā infime hierarchiae nisi primus ordo, qui angelorum dicitur. Ad hos n. solos pertinet custodire singulos hoīes: hoc, qd dicitur intelligi de custodia in particulari. s. cuiuslibet hoīs per se. Ideo dicitur, qd est duplex custodia. s. particularis, secundū qd singulis hoībus singuli angeli deputantur, & talis custodia pertinet ad solū infimum ordinem angelorum quorū sūm Greg. est minima nunciare. Hoc autē vñ esse minimum in officiis angelorum. s. procurare ea, quae pertinent ad vnius hoīs tantum salutem. Alia est custodia vniuersalis: & ista non est determinati ordinis, sed multiplicatur secundum diuersos ordines. Nā quāto agens fuerit vniuersalius; tanto est superior. Sic igitur custodia totius speciei humanae pertinet ad ordinem Principatum, qui per excellentiam Principes dicuntur. Vel sūm alios pertinet ad Archangelos, qui sunt principes angelorum. vnde Michael, quem vocamus Archangelū, vocamus vnus de principibus. Daniel*

4. ratio.

5. ratio.

6. ratio.

Ad 1. rōnem.

Ad 2. rōnem.

Ad 3. rōnem.

Ad quartā rōnem.

Aliter ad 4. rōnem.

Ad 5. rōnem.

ista officia pertinent ad hoīes in quantum sunt priuatae personae; aut in quantum praesunt multitudini. Si primo modo, dicendum qd oīa officia humana pertinent ad singulares personas, cum habeant cum quibuscuq; ordinibus similitudinem, diriguntur, per angelos infimi ordinis, in quantum illi participāt virtutem superiorum ordinum p illuminationes susceperat. Si secundo modo, dicendum qd oīa talia officia, quia ad multitudinem prinēt dirigunt per angelos, qd praesunt multitudini. s. per Archangelos, aut per Principatus: & iō quilibet hō constitutus in praerelatione habet duos spiritus directores. In quantum n. est persona priuata quantum ad negocia sua diriguntur per angelum custodem infimi ordinis, qui est illi personae deputatus: in quantum verò est persona cōis diriguntur ab Archangelo, vel Principatu, qui habet commissam specialiter illā multitudinem: cū iste gerat vices totius cōmunitatis. Ad sextum dicendum, qd spiritus supremi. s. sūm Hierarchiae non custodiunt, cum non mittantur. Quod verò dicit Chry. de super eminentibus accipi litteram istam: dicendum qd non accipitur de super eminentibus respectu oīum ordinum, s. qd sint in suprema Hierarchia, sed respectu ordinis infimi. Nam sūm Diony. in quolibet ordine distinguuntur primi medij & vltimi. & ita in ordine angelorum sunt quidam, qui eminentes vocantur. Est n. verisimile, qd circa custodes priuatarum personarum Deus constituit angelos excellentiores istius ordinis ad custodiam eorum, qui in maiori gradu gloriae futuri sunt: & quia isti paruuli, de quibus Christus loquebatur, fortè futuri erant in magno gradu gloriae, dixit Chry. quod angeli eorum erant angeli super eminentes.

An vnus Angelus custodit vnum hominem, vel vnus Angelus deputatur multis hominibus. *Questio. LVIII.*

**Q**VAERETVR, cum sit custodia hoīum per angelos, an vnus angelus custodiat vnum hominem, vel vnus angelus deputetur multis hoībus. Aliq dicunt, qd non deputatur cui libet homini vnus angelus: quia angeli sunt maiores virtutis quā hoīes: & tñ vnus hō sufficit ad regendum multos hoīes, & ita nō deputabitur cui libet vnus. Secundò, quia videtur potius, qd vnus angelus custodiat oēs homines, quia inferiora reducuntur in Deū à substantiis superioribus p media, vt dicit Hierony. sed cū omnes angeli sint inter se inaequales, quia nō est vnus, qui sit aequalis alteri: quia sunt diuersae speciei: necesse est, qd solus vnus angelus sit, inter quem & homines nō sit mediū, & ille est minimum oīum angelorum: ergo ille solus erit, qui immediatè custodiat hoīes. Tertiò, quia non videtur conueniens varios homines à diuersis angelis custodiri, qui angeli non sunt inter se aequales, vt dicit Diony. imò nullus est aequalis alteri: & tñ maiores angeli deputantur maioribus officiis: sed custodire hoīes aequalis est (quemcuq; hoīem quis custodiat) cū omnes hoīes sint aequales sūm speciem: ergo non deputabitur cui libet homini vnus angelus, quia tunc aequalibus officiis deputaretur inaequales angelis: qd nō est conueniens. Dicendum, qd cui libet homini assignatur vnus angelus in custodia. Sic n. dicit Hiero. sup Matt. magna est dignitas aīarū, vt vnaqueq; habeat ab ortu nauitatis in custodia sui angelum delegatū. Hoc autē sic persuadetur: quia custodia angelorum est qdam executio diuinae prouidentiae circa homines: prouidentia autē Dei aliter se habet ad homines, & aliter ad alias corruptibiles creaturas; & hoc quia custodia est, vt res non pereat, petit autem, quando corrumpitur: & ita corruptio repugnat intentioni custodiae; vnde illa, qd non possunt

Non qd quilibet hō i praerelatione ne constituitur duos rectores habet.

Ad 6. rōnem.

Providentia Dei aliter se habet ad hoīes a liter ad alias corruptibiles creaturas.

Daniel 10. cap. 1. est de principibus humanę multitudinis: licet non totius speciei, super omnes verò naturas corporales habent custodiam Potestates: & vltimè etiam super spiritus bonos habent custodiā Principatus, vel Dñationes, vt ait Greg. Ad primum dicendum, qd omnes angeli non solum primę hierarchiae. i. infimae custodiūt hoīes, sed etiam ad oēs quinq; ordines, qui mittuntur, pertinet custodire: quia missio est ad aliquam administrationem, sed differt de custodia particulari, vel generali. Nam custodia vniuersalis ad oēs quinq; ordines pertinet, custodia particularis solū pertinet ad ordinem infimum infimae hierarchiae. Ad angelos. De tota tñ hierarchia infima dicendum, qd angeli illius habent lumen proportionatū luminis nostro: ita vt immediatè possunt transfundere quod noverunt in nos: & tñ differt, quia angeli primi ordinis. i. infimi transfundunt in nos lumen suum limitando se circa negocia personarum singularium, angeli verò secundi, & tertij ordinis primae hierarchiae. i. infimae habent lumen suum proportionatum nobis: ita vt sine medio possint nos reducere in cognitionem aliquarum rerum, & tñ non reducunt singulos, sed multos: iō non habet custodiam singularium hominum, sed multitudinis. i. vnus prouincia regni vel vbis. Ad secundum dicendum, qd ad Potestates pertinet arcere demones, & illi nō custodiunt homines singulariter, sed illi, qui arcunt demones ab hominibus custoditis, sunt angeli inferiores, qui ipsos homines custodiunt: sed hoc faciunt in virtute Potestatum: nam angeli inferiores participant virtutem superiorum in quantum ab eis illuminantur, vt ait Diony. & ita dicit, quod Angelus infimi ordinis purgavit Isaiam per ignem: tamen fecit hoc in virtute Seraphim: & ideo dicitur fecisse istud Seraphim, licet non fuerit Seraphim: Item cum angeli inferiores participauerint virtutem Potestatum per illuminationem receptam ab eis, arcēbunt demones ab hominibus, quos custodierint, sicut facerent Potestates, & poterit dici, quod Potestates illos arcunt, qui faciunt angeli in virtute Potestatum. Ad tertium dicendum, qd operatio miraculorum. i. rerum mirabilium facit interdum ad custodiam hominum, & facere hoc pertinet ad Virtutes, & tñ angeli infimi ordinis poterunt ista facere, in quantum participāt virtutem Virtutum per illuminationem ab eis receptam, & sunt sicut executores virtutis illorū: & vocabuntur tunc Virtutes. Ad quartum dicendum vno modo, qd omnes angeli custodes mittuntur, sed non omnes, qui mittuntur custodes sunt: sed soli infimi proprie custodes sunt: quia superiores exequuntur ea, quae ad multos pertinent: & quanto ad plures tanto est ordo superior: & ideo Virtutes sunt supremi spiritus inter exequentes mysteria: quia eorum actus se extendit non solum ad res humanas, sed etiam ad res naturales: vt patet in operatione signorum. Et post Virtutes sunt Potestates: quorum actus nō tantum ad homines, sed etiam ad demones se extendit. Postea sunt Principatus, quorum actus est circa humanā multitudinem. i. ad totam speciem, vel ad magnas multitudines. Angeli verò infimi sunt, & isti solum se extendunt ad negocia singularium personarum. Archangelus autem, qui sunt medij inter Potestates, & Angelos, participant aliquid commune cum vtrisque: & ita praesunt multitudini. Aliter potest dici, qd ista duo uertuntur. s. mitti & custodire: sed est custodia vniuersalis, & particularis. Quatuor ordines, qui mittuntur incipiendo à supremis custodiunt vniuersaliter: infimus verò, id est quintus custodit personas singulares, vt ostensū est. Ad quantum dicendum, qd licet multa officia sint in hoībus: non oportet qd custodiantur hoīes istorum officiorum à spiritibus multorum ordinum, quia aut Alph. Post. super Euang. Matth. Pars V.

D 4 possunt

possunt effici aliquo modo incorruptibilia, non curi-  
 fodiuntur, et consequenter secundum quod varie se ha-  
 bēt res ad incorruptibilitatem ita variē custodiuntur.  
 Cetera enim res licet quantum ad speciem sint incor-  
 ruptibiles: cum nulla species pereat, eo quod conser-  
 uatur in indiuiduis: ipsa tamen indiuidua quantum ad p-  
 prias formas pereunt: ideo custodia in eis directē est  
 respectu speciei, & non indiuiduorum: homines autē  
 non solū sunt incorruptibiles quantum ad speciem,  
 sed etiam quantum ad proprias formas singulorum, &  
 quę sunt animę rationales, ideo necesse est, quod pro-  
 uidentia Dei magis sit circa homines, quā circa cę-  
 teras res: nam circa cętera, quę corrumpuntur nō est  
 prouidentia Dei, nisi inquantū ordinantur ad ea, quę  
 non corrumpuntur. Ad species, quę per successiōē  
 indiuiduorum conseruantur, necesse est igitur, quod  
 ita comparetur prouidentia Dei ad singulos homines  
 sicut ad quilibet spēs aliarū rerū corruptibilium: cū  
 quilibet homo sit incorruptibilis, sicut quilibet spe-  
 cies rerum aliarum: ergo probabile est, quod sicut di-  
 uersis generibus deputantur diuersi ordines, vt pote-  
 states ad arcendos demones: virtutes ad faciēda mira-  
 cula in rebus corporeis: ita diuersis speciebus rerum  
 diuersi angeli eiusdē ordinis præficiantur. consequen-  
 ter ergo rationale est, quod singulis hoībus singuli an-  
 geli deputentur, & ita est doctrina communis: & hoc  
 Christus voluit innuere hic, quia dixit de pusillis, an-  
 geli eorum semper vident: & nō dixit angelus eorum,  
 quasi pro quolibet pusillo esset vnus angelus: & idem  
 colligitur Act. 12. quando Petrus solutus de carcere  
 pulsauit portam hospitij: & qui intra domum erant,  
 dixerunt: Petrus est. Alij dixerunt non est: sed angelus  
 eius est. & ita innuebāt quod Petrus vnus angelū  
 habebat, qui specialiter suus erat: quod de quolibet alio  
 sentiri necesse erat: quia non fuit causa specialis credē-  
 di hoc de Petro potius quā de quolibet alio, & app-  
 batur ista sententia ibi: ideo ita tenendū est, quod quilibet  
 vnus angelum specialiter sibi delegatum habeat ad  
 custodiendam. Ad primum dicendum, quod angelus virtuo-  
 sior est hoīe, & tñ cuilibet homini deputatur vnus an-  
 gelus, licet vnus homo regat multos homines. Et pot-  
 dici vno modo, quod quando vnus homo regit multos  
 hoīes non est sufficiens regimē: sed necesse est sic  
 fieri, vt homines habeant caput aliquod: & detur ali-  
 quis modus communicationis, quia cōcilio non est  
 nisi in vnitatē: ideo oportuit multitudinem commu-  
 nicantium reduci ad vnitatem, & hoc est per vnitatē  
 rectoris: & ita est si insufficienter regat, necesse est, quod  
 vnus præficiatur multis: custodia angeli, quia est regi-  
 men datum a Deo, oportet quod sit sufficiens, & in nullo  
 deficiens, sicut fit in naturalibus, quia nunquam ordo  
 eorum deficit: & ad hoc forte fuit necesse, quod cuilibet  
 homini daretur vnus angelus. Aliter dicendum, quod  
 custodia siue principatus angelicus ordinatus est: in-  
 terdum n. vnus angelus custodit vnicum hominē, in-  
 terdum vero multos. Et pro hoc sciendum, quod ho-  
 mini adhibetur custos dupliciter. Vno modo inquantū  
 est homo singularis, & sic vni homini debetur vnus  
 custos, & interdum plures, sed hoc est per accidens.  
 Alio modo inquantum homo est pars collegij, & tñ  
 sicut vni collegio, vel communitati quantumcunque  
 magna vnus homo præficiatur, ad quem pertinet vi-  
 dere de omnibus, quę pertinent ad illud collegiū in-  
 quantum est collegium vel cōitas: ita & illi commu-  
 nitati præponitur vnus angelus, qui habet disponere  
 ea, quę pertinent ad illum hominem, quod præest commu-  
 nitati in ordine ad communitatē totam, & non quan-  
 tum ad ipsum particulariter: sicut sunt ea, quę exteri  
 agunt de quibus aliqui ædificantur, & aliqui scan-  
 dalizantur; est autem ratio, quod non præponatur vnus

angelus multis hominibus: nec est similitudo de ho-  
 mine, qui multis hominibus præficitur, quia quā vnus  
 pponitur multis, pponitur, sub rōne vnus, & nō multo-  
 rum, quia rector cō. ratis nō habet videre de eis, quę per-  
 tinent ad singulos de communitate, sed ad ipsam cō-  
 munitatem solū; quia aliās deberet prouidere cuilibet  
 de communitate de omnibus necessariis ad vitā.  
 Angelus autem, qui præest homini, vel custodit illū,  
 habet curare de hominibus, quę pertinent ad salutem,  
 & conseruationem hominis siue de exterioribus siue  
 de interioribus, & ita satis est, quod vnus angelus cu-  
 stodiat vnum hominem: non est enim similis modus  
 custodiendi vnum, & alterum hominem: cum alia &  
 alia sint necessaria huic & illi homini: quando autem  
 angelus præficitur multitudini, habet vnum modum  
 prouidēdi, quia non curat de singulis, sed de commu-  
 nitate, & habet dirigere personam, quę præest cōmu-  
 nitati in ordine ad ipsam communitatem, & tunc vnus  
 angelus præest multis, sicut vnus homo multis: & tamē  
 perfectius præest vnus angelus multis quā vnus  
 homo propter abundantius lumen rationis. Ad secū-  
 dum dicendum, quod ad hoc, quod angelus custodiat ho-  
 minem, necesse est quod eum illuminet immediatē, vt di-  
 ctum est precedenti quæstione, & ideo concedendum  
 est, quod licet vnus angelus est, qui secundum ordi-  
 nem perfectionis est immediatus speciei humanę: eo  
 quod inter ipsum & speciem humanam nulla est sub-  
 stantia media: tamen multi angeli sunt, qui immēdi-  
 atē illuminant homines, licet illi non sint immediati  
 hominibus secundum ordinem perfectionis. Pro quo  
 sciendum, quod omnes angeli supremę Hierarchiæ,  
 quantum ad aliquid illuminantur immediatē a Deo:  
 quidam verō sunt, in quibus soli supremi illuminan-  
 tur immediatē a Deo; & ipsi reuelant ea inferioribus,  
 & quantum ad spiritus ordinum inferiorum est dicē-  
 dum, quod aliqua sunt in quibus angeli infimi ordinis  
 illuminantur immediatē a supremo angelo maximi  
 ordinis: & aliqua sunt, in quibus quilibet angelus infe-  
 rior illuminatur ab illo angelo, qui est immediatē p̄est.  
 Idem etiam erit de hominibus respectu angelorum,  
 & ita aliquis homo erit, qui illuminatur, & custoditur  
 immediatē ab ipso angelo, quod est immediatus speciei  
 humanę: & alius homo erit, qui immediatē illumina-  
 tur, & custodit ab aliquo angelo: qui tamen habet sub  
 se alios angelos, quos illuminat: vnde licet vnus sit  
 angelus, qui speciei humanę immediatus sit, multi  
 erunt angeli, qui custodiunt homines. Ad tertium  
 dicendum, quod angelis inæqualibus semper dantur  
 inæqualia officia. Et cum dicitur, quod custodire homi-  
 nes est æquale, negandum est: nō enim sunt homines  
 æquales, quia licet sint æquales secundum speciem: sunt  
 inæquales ex diuina prouidentia, inquantū Deus quos-  
 dam ad maiora præordinauit: alios verō ad minora,  
 iuxta illud Ecclēsia. 33. In multitudine disciplinę do-  
 mini separauit eos, & immutauit vias eorum, & ex ip-  
 sis benedixit, et exaltauit; et ex ipsis sanctificauit, & ap-  
 plicuit sibi: & ex ipsis maledixit, et humiliauit:  
 & ideo secundum quod Deus præordinauit maiora de  
 vno homine quā de alio, ita est processus eius di-  
 uersus quā alterius, qui ad minora ordinatus est:  
 vnde dicitur, & immutauit vias eorum, id est sicut se-  
 parauit eos præstituendo illis diuersos fines: ita immu-  
 tauit vias eorum, id est dedit eis diuersas vias perueniendi  
 ad præfatos fines: & quanto maiora præfata sunt, tan-  
 to est maior difficultas perueniendi: & consequenter  
 dirigere p̄ illa media pertinet ad maiorem virtutem;  
 et ita nō est æquale custodire vnum hominem, et  
 alterum. Consequenter autem dicendum quod an-  
 geli infimi ordinis, qui assignati sunt ad custodiendam p-  
 sonarum priuatarum, quanto fuerint excellentiores,  
 tanto

Ad 2. rō-  
nem.

Ad 3. rō-  
nem.

Ad primā  
rationē in  
contrariū.

Aliter ad  
rōnem.

tanto delegabuntur hominibus, quos Deus prouidit  
 ad maiora deducere fin statum salutis spiritualis, et  
 interdum secundum seculi mutabilem prosperitatē,  
 Et cum quantum ad hoc homines sint inter se om-  
 nes inæquales: ita angeli (licet inæquales sint) habebūt  
 aliquos quos custodiendi proportionaliter secundum  
 magnitudinem suę virtutis.

An cuilibet homini sit assignatus aliquis angelus, vel sit aliquis,  
 cui nullus angelus sit deputatus.  
 Quæst. LIX.

Rōnes in  
contrariū.

QVAERETVR, dato quod non custodiuntur  
 omnes homines ab eodem angelo, sed singuli a  
 singulis: an cuilibet homini sit assignatus aliquis ange-  
 lus, vel sit aliquis cui nullus angelus deputatus sit. Ali-  
 qui dicunt, quod non, quia aliqui sunt, qui non habent  
 custodem. Sic videtur de Adam: erat enim ille homo,  
 & tamen non videtur habuisse custodem angelum in  
 statu innocentie: custodia enim angelorum datur ho-  
 minibus ad euitanda pericula, & ad instruendum pro-  
 pter ignorantiam: sed in statu innocentie fuit Adam  
 liber a periculis: quia neque ignis vreret, neque  
 gladius fecaret. Etiam ab ignorantia erat liber:  
 cum haberet plenam cognitionem: ideo non fuit  
 tunc necessaria custodia angeli. Secundō quia sancti-  
 ficati in vtero non videtur, quod habeant angelos cu-  
 stodes: gratia nāque, est confirmata illis, in quibus ex  
 hoc efficit, vt mortaliter peccare nō possint sed custo-  
 dia angelorum ordinatur contra impedimentum sa-  
 lutis, quod per peccatum homo incurrit: ergo videtur  
 quod sanctificati in vtero non habeant angelum cu-  
 stodem.

Dicendum quod quilibet homo habet angelum  
 custodem, sic dicit Iero. super Matthæum: magna est  
 dignitas animarum, vt vnaqueque habeat angelum in  
 sui custodia delegatum. Et dicendum, quod est cui-  
 libet homini necessaria ista custodia propter multa  
 pericula huius vitę tam ab intra quā ab extra, iux-  
 ta illud Psalmi 141. In via hac qua ambulabam,  
 absconderunt superbi laqueum mihi. Et ideo sicut  
 hominibus viam non tutam ambulanti bus necessarij  
 sunt custodes: ita cuilibet homini vię sunt multi la-  
 quei. vt ait Aug. in sermone. quorum iter demonum  
 occulta infestatio, velut latronum obsidet multitudo:  
 quibus per omnes vias supplantatores inuisi laqueos  
 tendunt innumerabilem animarum mortibus expaue-  
 scendos. Durat autem ista custodia in quolibet homi-  
 ne vsque ad mortem. Nam custodia est executio di-  
 uine prouidentie circa homines: prouidentia autem  
 est ad conferendam ea, quę promouent in finem, &  
 ad remouendum ea, quę impediunt a fine. Vltimum  
 autem in his adiutorijs est, quod immediatē cōiungit  
 fini, quod a solo Deo est, ideo ab angelis custodibus,  
 quę est ordinata ad finem ante finis consecutionem: &  
 quia in morte cōstituitur quilibet in termino suo siue  
 mali siue boni: ideo post mortē custodia nulla est, sed  
 quę pereunt habent demones punientem: quia eum ha-  
 bet in penis tortorem, quem habuit in vitium incen-  
 torem. Boni verō in purgatorio non habent custodem  
 angelum, quia ibi nulla pericula eueniri possunt, neq;  
 variari status hominis ad malum: neque p̄næ erūt plu-  
 res quā Deus inferre decreuerit: ideo angeli custodes  
 non impediunt illas, sed cōsolantur interdum animas  
 quas hic custodierunt: vt leuius ferant quod necessario  
 sustinent: boni autem in vita æterna habebunt angelos  
 custodes, vt in socios, vel in correptantes: Neque ta-

men est intelligendum quod æqualis gloria futura  
 erunt animę custodita: & angeli custodes: sed interdū  
 contingit custoditum maioris glorię effici quā sit  
 angelus custos: sicut Virgo domina nostra angelum  
 custodē habuit: & tñ ipsa exaltata ē ea sup oēs choros  
 angelorū ad cęlestia regna; iō angelus minor ea: sic de  
 multis viris sanctis, vt de Petro, & Paulo, & de multis  
 alijs. Nam omnes angeli custodes sunt de infimo or-  
 dine angelorum, vt dictum est supra quæst. 57. & tamē  
 de istis sanctis communiter opinamur, quod sint supra  
 primum ordinem, id est infimum angelorum: & è cō-  
 trario multi beati de custoditis sunt minoris glorię, quę  
 angeli custodiētes: & maxime patet in parulis decedē-  
 tibus quorū parua est gloria, quia nulla merita praua exte-  
 rerunt. Ad primum dicendum quod Adam indige-  
 bat angelo custode, & habuit illum tam propter im-  
 potentiam quā propter ignorantiam. De impoten-  
 tia patet, quia licet Adam nullum periculum posset ti-  
 mere ab exterioribus nociuis corporaliter, & etiam  
 non inerat ei periculum incidendi in peccatum ex  
 parte carnis instigantis, in qua non erat incitium  
 mali: erat tamen periculum ex potentia peccandi:  
 quia non erat adhuc confirmatus: sed erat potens  
 peccare & potens non peccare: & erat periculum  
 ex demone instigante: ideo indigebat custodia an-  
 geli: ne ex parte potentie suę laberetur, aut fugerent  
 demone, sicut factum est. Erat etiam ignorantia  
 non quidem defectus aliquis, sed conditio naturę:  
 erat quippe debilius lumen quā angelus, & ideo  
 angelus malus poterat eum fallere, & angelus bonus  
 poterat instruere, & propter hoc fuit conueniens  
 quod custodem angelum haberet. Ad secundum di-  
 cendum quod licet sanctificati in vtero non possint  
 peccare saltem mortaliter, tamē possunt proficere ad  
 maius bonum, & potest impediri profectus eorū per  
 demones vel malos homines: ideo indigent custodia  
 angelorum, vt eos ad illa bona incitent, & caueant im-  
 pedimenta profectus ipsorum. Imō dicendum, quod  
 sanctificati indigent valde custodia angelorum: & ma-  
 gnis quidem angelis custodientibus: quia certum est  
 quod si quem Deus in vtero sanctificat, intendit illum  
 exaltare ad magnum statum meritorum & glorię: quia  
 alijs frustra erat tam mirabile principium in eo osten-  
 dere per ipsius solius Dei operationem, si non esset ex  
 tollendus ad maiorem statum quā ceteri homines  
 communiter: & tamen quanto Deus prouidit aliqū  
 ad maiora exaltare, tanto dat ei vias difficiliore per-  
 ueniendi, vt ostensum est precedenti quæst. sed ad istas  
 indigetur maiori consilio & directione: ergo maior  
 angelus est sibi necessarius ad custodiendam, licet de sit  
 premis angelis infimi ordinis angelorum, qui solus ad  
 singularium hominum custodiendam deputatus est: &  
 si talem angelum non haberent, nunquam possent in-  
 cedere per vias tam perfectas, vt peruenirent ad illum  
 tam excellentem finē, & sic frustraretur in illis diuina  
 prouidentia, ideo valde necessaria est sanctificatis custo-  
 dia angelorum, & magnum quidem.

An virga Domina nostra angelum custodem habuerit.  
 Quæst. LX.

QVAERETVR, an virgo domina nostra habue-  
 rit angelum custodem. Aliqui dicunt quod non,  
 quia angeli custodes adiunāt custoditos inquantum  
 sunt perfectiores eis tam ex parte intellectus quā ex  
 parte affectus: & suppleat, quod deest custoditis p̄ mo-  
 dum suum, sed virgo erat perfectior angelis: quod pa-  
 uit ex magnitudine meritorum quibus digna habita  
 est, vt exaltaretur super choros angelorum: ergo non  
 habuit angelum custodem. Secundō, quia si ei debuit  
 let

Ad 1. rō-  
nem in cō-  
trarium.  
Adam in  
paradiso  
custodem  
angelū ha-  
buit.

Ad 2. ratio-  
nem.

Sanctifica-  
tis in ve-  
ro valde  
necessaria  
est custodia  
angelorū.





set dari aliquis angelus in custodia: non esset de infimis angelis, quia hoc nihil esset, cum ipsa esset tam perfecta: sed esset de supremis, scilicet de Cherubim, aut Seraphim, illi tamen neminem custodiunt, quia soli habet officium custodiendi qui mittuntur, & tamē quatuor ordines supremi nunquam mittuntur: ergo neminem custodiunt & ita Domina nostra à nullo custo daretur. Tertio, quia custoditus subditus est angelo custodiendi: quia ille deputatur sibi in principem, & rectorum: & tamen virgo non subdebatur angelis: sed erat maior angelis, cum esset mater Christi: & illi reuerentur ei: ergo non habuit aliquem angelum custodem.

ratio.

Dicendum quod Virgo habuit angelum custodē, & hoc non est dubium: nam maior est custodia cuiuscunque angeli etiam minimi quam cuiuslibet hominis etiam maximi: & tamen Virgo indigna custodia humana, & data fuit ei: quia Christus in cruce matrem suam benedictam Iohanni commendauit: Io. 19. ergo a fortiori angelorum custodia indigeret. Item maior sanctificatio fuit in virgine postquam fuit mater Christi quam prius, & ideo magis indigebat custode antequam esset mater Christi quam post: & tamen postquam fuit mater Christi, datus est ei Iohannes in custodem: ergo a fortiori antequam mater esset indiguit custodia, & ita habuit angelum custodientem. Fuit autē sibi custodia angeli necessaria pp̄ quatuor. Primo pp̄ p̄fectū meritorem: nā licet virgo non poterat peccare mortaliter, neque venialiter propter abundantē sanctificationem: tamen ad merendum, & proficiendum in actibus perfectionis indiguit magnis auxiliis, quorum quidam fuerunt intra eam, scilicet magnitudo gratiae, & excellētia virtutum: alia vero extrinseca, scilicet angelica custodia suadendo, illuminando, & incitando ad bonum: sicut in nobis, licet sit appetitus naturalis boni & virtutis, adhuc necessaria est custodia angelica ad magis mouendum. Secundo propter impedimenta tollenda: nam licet quis sit confirmatus in gratia, ita quod instigatus à passione sua in aliquo peccare non possit: tamen potest impediri circa p̄fectū spiritualem, & ad hoc indiget quolibet adiutore. Bonum enim hominis principaliter consistit in actu interiori electionis: & secundario in actu exteriori: interiores actus impediri non possunt, exteriores autem possunt partim ab hominibus & partim à daemones: & hac impedimenta per seipsum non potest euitare homo quantumlibet virtuosus, adiutus autem per angelum euitat illa ac ipsemet angelus illa tollit homine nihil agente. Tertio propter ignorantiam: nam quantumcunque fit aliquis homo sanctus, adhuc circa multa potest ignorare in quibus per angelum instruitur. Et hac duo patent in virgine. nā ipsa faciebat multa opera perfectionis, in quibus daemones, qui insidiantur omni perfectioni, & alij homines poterant eā impedire: angelus verò eius tolleret impedimēta hęc, vt ipsa exequeretur quod eligebat. De secundo horum patet: quia licet virgo esset perfectior angelis: tamen adhuc lumen intellectus eius dum erat in via erat minus quam lumen angeli: nam magnitudo perfectionis attenditur ex magnitudine charitatis, & non ex perfectione naturali per quam nemo meretur: & quia homo excellentiorem, & viuacius lumen quolibet homo: & ita ad illuminandū phantasiam Domini, & confortandū naturale lumen intellectus eius, vt melius consiliari sciret, quae sibi opportuna essent, erat sibi valde conueniens angeli custodia. Quarto ad euadendum exteriora pericula: nā domina nostra multa pericula, & aduersitates incurrit: maxime postquam cepit Christū, in quibus ipsa neque sciret, neque posset euadere aut

Minimus angelus habet excellentiorem intellectum quolibet homine.

paidere, nisi angelus eam erueret, aut instrueret: & ita nato Christo angelus admonuit Mariam, & Ioseph fugere de Iudaea in Aegyptum, supra 2. ca. & cessante p̄secutione, id est mortuo Herode Aescalonita, angelus iussit redire de Aegypto. eo. c. & quia adhuc regnabat Archelaus, qui successerat Herodi patri suo, iussit iterū angelus ire in terram Israel & nō in Iudæam. eo. c. hac non potuisset virgo per se scire quantumcunque esset perfecta charitatis: ideo angelus fuit sibi necessarius in custodia. Et dicendum, quod dos habuit angelos custodes virgo: vnum tanquam persona priuata: alium verò tanquam persona, ex qua dependebat bonum commune. Primum erat de infimo ordine angelorum: quia de illo ordine dantur solum custodes priuatis personis: & fortē iste erat perfectissimus omnium spirituum istius ordinis: & iste custodiebat eā, curam gerens de omnibus, quae pertinebant ad personam illius, vt erat vna mulier: & iste solus custodiebat eam ante conceptionem Christi: quia tunc ipsa erat solum vt persona priuata, cum actus eius non pertinerent ad aliquam communitatem, neque depēderet ex ea status alicuius communitatis. Secundus erat spiritus altioris ordinis, scilicet de Archangelis: & iste custodiebat eam in quantum ex ea pendebat mediare tota salus humana, id est à Christo immediate, qui de ea nasciturus erat: iō quantum ad omnia, quae ipsa factura erat circa Christum, dirigebat eam Archangelus, qui praerat multitudinē humane quantum ad ministrandum, quae pertinebat ad istud negotium: & quia primus actus, quem virgo egit respectu Christi, & in quo inciperet ex ea pendere generis humani salus, fuit consensus de cōcipiendo Christum: quantum ad istum actum venit ad eam visibiliter angelus ille. i. Gabriel. Luc. 1. missus est Gabriel angelus, qui tamen Archangelus est. id est de secundo ordine, licet scriptura large eum vocet angelum, sicut vocat omnes spiritus omnium novem ordinum angelos: & istemet dixit eam quantum ad oīa, quae respectu Christi factura erat, non vt Christus erat persona priuata, sed caput & salus totius speciei humane. Et iste archangelus aliquid ei suadebat aliquid visibiliter: aliquid autem solum spiritualiter. Nobis enim angeli custodes solum spiritaliter suadent aliquid, vel distans dentia & virgini, vt communiter interdum tamen ubi erat maior certificatio necessaria, visibiliter, vel in somnis loquebatur angelus suades quid agendū esset: sic fuit prima apparitio. sed concipiendum Luc. 1. & quia Maria erat vxor Ioseph, & vir est caput mulieris, angelus qui debebat apparere Mariae iubens aliquid apparebat Ioseph: vt quādo in somnis dixit ei, ne timeat accipere Mariam coniugem suam, supra primo c. & postea quando fugiendum fuit in Aegyptum: & quā reuertendum, & quando eundem in terram Israel, supra 2. cap. semper enim apparuit Ioseph quasi apparet Mariae. Iste angelus fuit custos Mariae à conceptione Christi vsque ad passionem eius: postea verò, quia consummata erat salus nostra, & totū quod virgo erga Christum factura erat: cessauit custodia huius angeli, qui eam custodiebat solum in quantum pēdebat ex ea salus generis humani: mansit autem tunc custodia angeli primi, qui eam vt personam priuatam custodiebat: & ista durauit vsque ad mortem virginis sicut in ceteris hominibus. Fuit ergo virgini necessarius angelus custos. Ad primum dicendum vno modo, quod virgo erat perfectior angelis ex statu charitatis, non tamen ex perfectione naturae: nam lumen intellectuale minimi angeli erat excellentius lumine virginis: & sciret prudentius consiliari de his, quae sibi opportuna essent quam illa: & ideo quantum ad hoc erat ei necessaria custodia angeli. Et etiam si minimus de infimo ordine daretur ei in custodem, esset utilis custodia:

Virgo Maria duos angelos custodes habuit.

Ad 1. rationem.

ad 2. rationem.

Ad 3. rationem.

studia: quia etiam ille esset acutius intelligens agenda quam illa. Aliter potest dici, quod etiam si illa esset perfectior angelis, custodiretur tamen ab Angelis: nam custodia Angeli non est solum ad cauendum peccata, vel promouendum in bonum: sed etiam ad tollendum impedimenta p̄fectus spiritualis, & ad eruendum à periculis, & exterioribus malis: & tamen hoc fit per magnitudinem potestatis, & intellectus, & non per excellentiam meritorum, ideo licet esset ipsa perfectior angelis, erat ei p̄ueniens custodia ab aliquo eorum. Ad secundum dicendum, quod non fuit datus virgini de Seraphim aut Cherubim, sed de infimo ordine: quia soli spiritus huius ordinis dantur in custodia personis priuatis: erat tamen ille fortē supremus omnium istius ordinis. Et ita audacter dici potest, quod erat maximus angelorum propriè sumptorum, quia vt dictum est praecedēti quaest. & supra quaest. 58. quanto aliquis à Deo prauidetur venturus ad maiorem statum honorum, tanto excellentior angelus datur sibi in custodem: quia maior difficultas est tunc custodire illū, & dirigere: & tamen inter omnes creaturas Virgo fuit praordinata ad excellentiōrē gradum gloriae: ergo maximus de ordine infimo angelorum daretur ei in custodem. Et licet esset de ordine isto, participaret virtutē Cherubim & Seraphim per illuminationes receptas ab eis. Sicut dicit Dionysius ille spiritus, qui purgauit Isaiam per ignem, fuit de primo ordine, id est infimo: & tamen vocauit eum scriptura Seraphim: quia per virtutem receptam à Seraphim fecit illam purgationem. Nunc tamen dicendum est, quod propter excellentiam Virginis deberet custos eius esse de supremis ordinibus: quia tunc angelus, qui exequeretur ministeria redemptionis nostrae, quem vocamus angelum Christi, & virginis esset valde maior. & tamen ille erat solum de Archangelis, scilicet Gabriel. Luc. 1. qui ministravit in his, vt dictū est supra: ergo qui custos erat Virginis, vt personae priuatae, non erat de supremo ordine: neque etiam erat Archangelus, sed solum angelus: quia persona priuatae praerat: esset tamen maximus huius ordinis. Ad tertium dicendum, quod Virgo erat aliquo modo subdita angelis: & aliquo modo angelus ei, neque erat in conueniens. Pro quo sciendum, quod angelus ad hominem consideratur tripliciter, scilicet vt custos, vt concius, vt persona priuata habens certum gradum gratiae & gloriae. Quantum ad primum angelus est maior quolibet custodito: quia quantum ad hoc dirigit & adiuvat illum supplendo quae illi desunt. Et necesse est, quod sint maiores nobis: quia vt sic sunt mediatores Dei & nostri, cum offerant orationes nostras illi. Tob. 12. cap. Quantum ad secundum, id est vt concius sunt, angeli sicut custos sunt aequales nobis, & vocantur concius nostri vel serui: & non patitur quod aliquem honore per modū subiectionis illis impedam. Apoca. 19. & 24. cum voluit Iohannes incurquare se coram angelo, reuelante mysteria, ait ad eum ille: vident feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum: Quantum ad tertium dicendum, quod interdū est homo maior angelis, interdum angelus homine, quia multi homines in vita aeterna exaltantur in statu gloriae super quosdam angelos: & de hoc datur certitudo. De Virgine dicendum, quod quantum ad secundum erat aequalis angelis: quia erat concius illorum sicut quilibet beatus. Quantum ad primum erat minor angelo custodiendo: quantum ad tertium erat maior eo. De primo patet, quia angelus, vt custos illustrabat phantasiam Virginis: & confortabat lumen intellectuale eius: & suadebat ei aliqua agere, quae ei vtilia erant: & illa secundum lumen suum naturale non sufficeret ad illa inueniendum. Etiam tol-

lebat impedimenta, quae ab aliis ponebantur, quae ipsa per se non posset euitare: & liberabat eam à periculis: siue per consilium, siue per potestatem, quod illa facere non posset. sed recipiens minor est agēte: ergo ipsa erat quantum ad hanc Angelo custode minor, ideo subdita erat ei vt custodi. De tertio patet, quia ipsa fuit excellentioris sanctitatis omnibus creaturis, & praordinata ad rem altiorem cum exaltata fuerit in gloria super omnes choros angelorum, ideo quantum ad hoc non erat minor Angelo custode, sed maior quolibet angelo: & iō etiam ei viuienti reuerentur angeli tanquam Dominae suae. Sic apparet de Angelo custode eius in quantum erat ex ea pēdens salus humana: nam ille erat custos salutis eius, vt ostensum fuit supra, & tamen ille loquebatur ad eam humiliter & cum reuerentiā dicens: Ave gratia plena. Luc. 1. à fortiori Angelus, qui erat custos eius in quantum persona priuata: nam ille erat minor, ideo magis ei subieceret. Sic est de rege, qui subditur consiliariis suis, id est sequitur eorum: consilium: & quantum ad hoc illi sunt maiores, qui dant, ipse verò minor, qui recipit: & tamen simpliciter rex maior est quam consiliarij sui: vnde ipsi obediunt ei, & in omnibus subiiciuntur.

Quaest. LXI.

**Q**UAERETUR, an Christus habuit angelum custodem. Aliqui dicunt quod sic: & quia ad Phil. 2. dicitur de eo: Ad similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: sed hominibus deputant angeli ad custodiam, ergo ad similitudinem ceterorum hominum deputatus fuit ei Angelus custos. Secundum quia dicit Dionysius de Angelo. Hierar. ca. 4. quod Christus subdebatur paternis dispositionibus mediantibus angelis: sed custodia angelorum est executio diuinae dispositionis de eis, id est de hominibus facta: ergo videtur quod habuit Christus Angelum custodem. Tertio, quia Luc. 1. dicitur, quod apparuit Angelus Domini confortans eum: sed confortare est vnus de actibus Angeli custodis: ergo habuit Christus custodem Angelum.

Dicendum quod proprie loquendo Christus non habuit Angelum custodem: Angelus enim custos, vel est ad conseruandum ne peccet custoditus, vel ad adiuvandum, vt in bono proficiat: vel ad eruendum à periculis exterioribus: vel ad tollendum impedimēta spiritualis p̄fectus: nullum autem istorum actuum poterat angelus facere circa Christum, ideo non habebat custodem. De primo patet: quia Christus non poterat peccare, quia erat Deus: ideo neque indigebat adiutore, vt non peccaret. De secundo patet, quia Christus non poterat proficere in merito: nam erat Christus comprehensor, & semper fuit comprehensor ab instanti conceptionis suae. Comprahenses autem non proficiunt in merito, quia tunc proficerent in gradu gloriae: cum ista se consequantur: & tamen falsum est, quia qui semel gloriam consequitur, nunquam proficit in ea: quia iam est in termino, & ideo non poterat habere custodem ex hac parte. Virgo autem poterat quantum ad hoc habere custodem: quia quantumcunque excellentis meriti esset, tamen viatrix erat pure: ideo proficiebat quotidie in meritis. De tertio patet, quia cum Christus non posset proficere, neque proficeret in vita spiritali: non poterat esse aliqua impedimenta p̄fectus eius: & consequenter neque poterat quis auferre impedimenta hac. Sed accipiendo large p̄fectum pro omni actu Christi, per quem nos proficiamus, scilicet predicationem, &

Nonnulli rationes in contrarium. 1. ratio. 2. ratio. 3. ratio.

& quaecunque alia opera: verum est, quod talia opera in quantum erant exteriora, poterant impediri per demones aut per homines: & consequenter poterant tolli per aliquem impedimenta ista. Sed tunc dicitur, quod non erat conueniens Christo angelus custos quantum ad hoc: quia quaecunque impedimenta posset tollere angelus custos, posset tollere melius Christus per seipsum sine angelo custode. & tamen angelus custos datur quantum ad ea in quibus homo non sufficit: quia in illis in quibus homo sufficit, superuacuum est dari custodem. De quarto, id est de liberatione a periculis. Dicendum quod Christus quantum ad carnem erat passibilis, & poterat caro sua incurrere in quaecunque mala ab extra inflata, in que nos incurrimus: & tamen ad liberandum se ab his non egebat angelo custode, quia ipse per seipsum melius poterat se liberare quam eum angelus liberaret. Item apparet hoc generaliter, quia quicquid agit angelus custos aut est per modum intellectus, aut per modum potestatis, nam in voluntatem non agit immediate angelus, sed solum Deus: sed actio sua directa est illustrando phantasmata, vel confortando lumen naturale intellectus: & ita suggerit homini quaedam agenda, quae homo per seipsum intelligere non posset. Alio modo per potestatem, quia angelus erit hominem a multis realiter inuadentibus eum, a quibus ipse non posset se ertere: etiam angelus custos scit quas insidias molitur contra nos demon, & quas insidias alij homines, & nos eas nescimus, ideo ille potest occurrere illis etiam per solam H viam consilij, quod nos nesciremus. Nihil horum poterat angelus facere erga Christum: nam nihil est, quod ipsum malare possit cum Deus sit: imò angeli per eum sciunt quicquid sciunt. De potestate manifestus est, quia ipse est omnipotens, cum faceret miracula, ideo non egebat auxilio angelorum, vt eum de aliquo piculo liberarent. Item quia in Christo erat persona verbi, & anima, & caro, & nihil amplius: si ergo egeret angelo custode, quantum ad aliquid horum trium esset: non quantum ad deitatem, quia ipsa potius custodit angelos in esse suo: non quantum ad animam, quia illa ab instanti conceptionis fuit vnita verbo, & cognitio sua erat perfectior quam omnium creaturarum simul: ideo potius ipsa posset instruere angelos, & sic ut intelligendo, ita & in volendo regulabatur immediate à verbo, cui vnita erat: ideo aliena custodia non egebat. Quantum ad carnem autem erat Christus passibilis, quia assumptis defectibus nostris ad nos redimendum: & in hoc licet caro secundum seipsam in multis deficeret, & pati posset: tamen non egebat auxilio alieno, quia ipse cuius erat caro prouideret ei, in quo vellet: & licet interdum vellet, quod prouideretur carni suae in necessariis per angelum: non esset ille angelus vt custos, sed potius vt minister: quia illa ageret ad imperium Christi. sic dicitur supra 4. cap. quando Christus esuriuit quod accedentes angeli ministrabant ei: & ita proprie loquendo non habuit Christus angelum custodem: large tamen potest dici habere angelum custodem, scilicet illum, qui specialiter ministrat circa ea, quae ipse facturus erat pro nobis: & ita dicitur idem angelus custos Christi, & virginis, id est ille, de quo dictum est praecedenti questione, quod erat Angelus custos in quantum ex ea pendebat salus humana, scilicet Gabriel esset custos Christi, id est ministrans in eis quae circa Christum fieri debebant, scilicet ille nunciauit virgini, quod illum conciperet, & ille nunciauit Ioseph, quod non dimitteret Mariam, quando conceperat Christum: & ipse nunciauit Ioseph, quod cum Christo, & matre eius fugeret in Aegyptum: & postea, quod rediret, supra secundo cap. & tamen iste magis vocabitur custos virginis, quam Christi. Vnde ablo-

lutè loquendo non est concedendum, quod Christus habuerit Angelum custodem: & tamen si concedatur aliquantulum quod habuerit Angelum custodem: magis procedendum est hoc, quoniam erat infans quam, quoniam erat adultus: eo quod tunc fiebat per parentes eius circa corpus suum id, quod Deus iubebat fieri, & illud iubebat per specialem angelum, scilicet Gabrielem; & ita quia ille habebat specialiter curam huius negotij, potest vocari tunc custos pueri Christi; cum verò fuit adultus, nihil parentes faciebant circa eum; sed ipse faciebat quod volebat, et ideo nullus angelus reuelabat id, quod faciendum esset circa eum, et consequenter nullus iam videbatur custos eius: sed potius ministrabant ei, quoniam ipse iubebat. Ad primum dicendum quod Christus fuit verus homo, & similis alijs hominibus quantum ad veritatem naturae: non autem quantum ad communem imperfectionem hominum ex parte animae: nam ex parte animae nullum defectum accepit, sed solum ex parte carnis non potuit nec debuit Christus habere custodem angelum, sicut caeteri homines, quia ipsi non habent custodes quia homines sunt: quia tunc post resurrectionem cum essent veri homines haberent etiam custodes, quod falsum est, sed habent custodes in quantum sunt imperfecti ex parte intellectus & potestatis: & id quod eis deest suppletur per angelum custodem, vt dictum est in Christo autem nihil deerat, vt ostensum fuit: id non habuit angelum custodem, quia custodes non datur homini omni, sed ei qui aliquo indiget, & adhuc proficere potest. Primum dicitur propter beatos: quia illi nullo indigent: ideo licet cum angelis maneant, angelos custodes non habent. Secundum dicitur propter damnatos: quia illi multis egent, imò omni bono, quia nullum habent: nullum tamen iam habere possunt: ideo angelos custodes non habent, sed solos demones tortores. Ad secundum dicendum quod Christus non habebat angelum custodem: quia omnibus angelis maior erat tam potestate quam intellectu. Etiam erat verus comprehensor à conceptione sua: & anima sua, quae vnita erat verbo immediate regeratur ab eo, neque indigebat cuiusquam alterius custodia, aut auxilio. Dicebatur tamen subdi paternis dispositionibus per angelos quodammodo indirectè: in quantum angeli instruebant Mariam, & Ioseph circa his, quae circa puerum Iesum agenda erant quamdiu puer erat: ipsum tamen neque dirigebant neque instruebant: sed ipse puer existens angelis imperabat, & mittebat eos vt reuelarent parentibus suis quid circa ipsum fieri debebat. Ad tertium dicendum, quod circa confortationem Christo factam ab angelo variè opinantur, vt dicitur Luc. 22. & tamen quantum ad praesens dicendum, quod cum Christus esset verus homo, & assumpsisset penalitates nostras, vere tristabatur sicut & nos. Et maxime illa fuit vera, & intensa tristitia, ita vt guttas sanguinis exsudauerit: angelus autem praestitit ei consolationem veram: non quod illa Christus egeret ab extra: quia deitas sua poterat eum abundantiùs consolari: sed istate decreto deitatis quod Christus pateretur secundum conditionem humanae naturae poterat recipere consolationem ab angelo: hoc tamen non fuit per hoc quod angelus imprimeret aliquod in Christo dando ei robur aliquod ad tolerandum angustias futuras: sed consolatus est per modum ministerij affando ei eo modo, quo naturaliter homines consolantur ad praesentiam amicorum: etiam si nihil aliud eis conferant: sed propter hoc adhuc non habent angelum custodem, quia angelus custos non datur nisi ei, qui eo indiget, & sibi prouidere non potest: Christus tamen potuisset sine angelo magis seipsum confortare, quam eum angelus confortauerit: ergo potius dicitur angelus ministrans quam custos eius.

An Antichristus habeat angelum custodem.  
Quaestio. LXII.

QVAERETVR, an Antichristus habeat angelum custodem. Aliqui dicunt quod non, quia 2. Thessa. 2. dicitur quod omnis operatio Antichristi erit per operationes Satanæ in signis, & prodigijs medicibus: custodia tamen angelorum ordinatur precipue contra insidias demonum, & ad arcendum eos: & tamen semper operabitur Antichristus per Satanam: ergo non proderit neque prodesse poterit custodia angelica, & ita non dabitur.

Dicendum per Antichristus habeat angelum custodem, quia sicut non deficit ordo naturæ in necessarijs & vtilibus: ita a fortiori non deficit ordo spiritualium gubernationis Dei: diligentijs quippe Deus gubernat spiritualem creaturam, quam purè corporalem. Antichristo tamen potest prodesse custodia angelica in aliquo: ergo debet ei dari, certum est quod maius est lumen intellectus angelici quam Antichristi, qui erit purus homo: ideo per illud lumen poterit dirigere in quibusdam ad que ipse suo naturali lumine peruenire non poterit. etiam potestas sua operatiua est minor quam angelorum: ideo poterit adiuuari per angelos ad euadendum pericula aliqua. subtrahere autem ei hoc esset deficere ordinem Dei circa Antichristum. Item & potissimè quia Antichristus verus homo erit, & principium omnis mali sui erit ignorantia sua: sicut omnis malus est ignorans 3. Ethic. licet ista ignorantia plus habeat de malitia quam in caeteris hominibus. & ob hoc ipse deterior illis est, ideo conueniens est, quod ipse habeat custodem angelum ad dissuadendum ei mala. Item quia cum Antichristus sit homo, & omnis homo de se sit inclinatus ad malum. Gen. 8. omnis homo ab adolescentia sua pronus est ad malum: erit ad malum inclinatus: si autem Deus subtrahat ei remedium angelici custodis, videbitur facere eum inculpabilem quantum ad omnia mala, quae fecerit, cum subtraxerit ei ordinarij remedium & auxilium: vel saltem erit minus culpabilis peccando quam caeteri homines: & consequenter poena ea danda pro malis esset minus iusta: hoc tamen valde repugnat diuine bonitati & ordini, ideo Deus non subtrahet Antichristo aliquod de remedijs & auxilijs ad bonum, quae praestat caeteris hominibus: etiam si ei profutura non sint. Et dicendum quod propter quatuor principaliter datur custos angelus Antichristo. Primum est, vt non rumpatur in eo ordo à Deo institutus de prouidendo cuiuslibet indigenti de angelo custode: cum ille indigeat sicut caeteri. Secundò vt non videatur Antichristus inculpabilis in malis, quae egerit, quasi destitutus auxilio ordinario, & consequenter videatur iniuste pati pro malis, & Deo iniuste eum punire, & indebitè eum priuasse communi auxilio angelici custodis. Tertiò & precipue, quia licet Antichristus nunquam assentiret angelo custodi ad hoc quod bonum agat: aut ad hoc quod malum caueat saltem in desiderio: impedit tamen angelus custos Antichristi Satanam, ne ad tanta mala sollicitet Antichristum immittendo ei prauas cogitationes & incendendo ad malum: & dato quod interdum permittat istas cogitationes immitti: non permittet eas executioni tradidi. Nam vnus de actibus precipuis angeli custodis est in arcendo demonum insidias circa custoditum: & ita adhuc non erit sine actu angelus custos Antichristi. Etiam ipsi Antichristo indirectè proderit custodia angelica, quia suadente diabolo plura mala committeret Antichristus, nisi custos angelus impederet Satanam, vt dictum est: & tamen quanto pauciora fuerint peccata eius, tanto minus punietur. Si autè sine angelo custode relinqueretur, committeret plu-

ra mala, & puniretur grauius. Quarto fiet propter diuinam prouidentiam: mala enim quae faciet Antichristus redundabunt in Ecclesiam Christi, & in electos eius: ipse autem non vult, quod ipsa mala efficiantur intolerabilia, quia tunc perirent electi, ideo ipse breuiabit tribulationem Antichristi, vel quantum ad durationem temporalem, vel quantum ad acerbicatem malorum, vel quantum ad vtrumque, vt dicitur infra 24. cap. Et erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo: nec vnquam fiet. Et nisi breuiari essent dies illi, non fieret salua ois caro: sed per electos breuiabunt dies illi. Quod de Antichristo communitè accipitur: & tamen si nullus esset angelus prohibens veritatis satanæ, ne immittat prauas cogitationes Antichristo, aut saltem ne exequatur quidquid cogitauerit, quia fierent intolerabilia mala Ecclesiae: ideo ad prouidentiam Dei pertinet dare Antichristo angelum custodem. Ad argumentum dicendum quod licet Antichristus in omnibus mouebitur secundum operationem Satanæ: tamen non ideo subtrahendus est angelus custos, quia lex communis non debet immutari propter vnum. Etiam non est frustra custodia angelica circa Antichristum: quia licet propter eum nunquam suadeatur ad bonum agendum, saltem impieditur à multis malis, quia diabolus non poterit ei immittere tot malas cogitationes angelo arcente Satanam. Et dato quod immittat cogitationes non permittet angelus custos effectum, & ita minus peccabit, & consequenter minus punietur, vt dictum est. Habebit ergo angelum.

An sint dati angeli custodes praescitis, & obduratis in peccato.  
Quaestio. LXIII.

QVAERETVR, an sint dati angeli custodes praescitis, & obduratis in peccato. Aliqui dicunt, quod non: quia angeli dantur, vt in aliquo proficit eorum custodia: quia alias esset inordinatum dare custodia, quae nihil profutura esset: & de praescitis manifestum est, quod nunquam conuertentur: ergo non dabitur eis angelus custos.

Dicendum quod praesciti ita habent angelos custodes sicut praedestinati: neque est aliqua differentia in hoc. Quod patet primò, quia totum motium eorum, qui putant praescitis non dari angelos, est, quia frustra videtur dari illos: cum praescitos necesse sit condemnari. Sed falsum est, quia non est aliquis homo, qui quantum diu uiuit non sit liber, quod saluetur, aut pereat: cum non tollatur libertas arbitrii per praedestinationem, & praescientiam: ex eo quod ista non procedunt ad actus nostros, vt ostensum est supra quaestio. 3. sed si nullus esset praescientia, aut praedestinatiō, maneret libertas cui liber indubitata: & certum esset, quod custodia angelici prodesset custoditis: ideo cum praescientia non tollat libertatem, utilis erit custodia angelica. Secundò, quia omnes effectus custodiae angelicae, qui inueniuntur in bonis, inueniuntur etiam in malis, & praescitis: ideo debet dari praescitis angelus custos. Primus effectus est, ad bonum inducere: quod fit in praescitis: nam praesciti sepe bonum faciunt: & ex hereditate & meritorie: cum ad esse praescitum nihil requiratur, nisi finalis impenitentia. Vnde contingit sepe quod praesciti plura bona faciant quam praedestinati: cum semper male operans, & in bono finis praedestinarus sit: & è contrario agens est praescitus: ad angelum autem custodem non pertinet facere, quod homo in bono faciat: quia hoc solius Dei est, qui mortem immittit quando vult: sed angeli custodis actus est suadere ad bonum: utilitas autem custodiae est assentire illi suasioni: & tamen praesciti hoc sepe faciunt

Rones in contrariū.

Ad 2. rōnem.

Ad 3. rōnem.

Quo intelligit Angelus Christi in passionē confortauit.

Propter quatuor datur angelus Antichristo.

E

ergo

An infidelibus dentur angeli custodes. Quæst. LXIII.

ergo actus primus custodia angelice inuenitur in præscitis. Et si dicas non prodest hoc, quia isti in malo finient, dicendum quod ad aliquid profunt illa bona opera, etiam si non ad consequendum vitam æternam; & quomodocunque profunt, non est inutilis custodia: quia saltem est laus Dei, quod isti bona agant, de quibus Deus laudetur, idum illa agunt licet postea peccent. Secundus effectus est retrahere à malo: & hoc etiam faciunt angeli in præscitis: quia sæpe passione in surgente facturi erant malum, & dissuadentibus angelis retrahuntur ab eo: cum contingat præscitos interdum esse viros prouectos in virtutibus. Tertius effectus est tollere impedimenta profectus spiritualis: & hoc etiam conuenit præscitis: nam sæpe proficiunt ad magnam virtutem: & cum demones nesciant quis scit præscit? aut prædestinatus: omnes tendentes ad spiritualem profectum impediunt quantum possunt: angeli autem custodes tollunt ista impedimenta siue à demones siue ab hominibus data, ideo viles sunt angeli ad hoc. Quartus effectus est liberare ab exterioribus periculis. Nam quicunque potest incidere quotidie in mille pericula nisi liberetur: ideo angelus custos necessarius est tam bonis quam malis saltem ad liberandum eos: & ideo necessarius est angelus custos bonis & præscitis: quia omnes effectus custodiae inueniuntur in præscitis. Tertio quia perinet ad diuinam bonitatem hoc facere. Nam si prædestinatis darentur angeli custodes & non præscitis: hoc ipso videretur Deus damnare præscitos dum viuerent, destituendo eos auxiliis ordinariis: & ita peccando non essent culpabiles, vel parum culpabiles, & consequenter pænæ irrogarentur eis iniuste, quod est inconueniens. Dat ergo Deus eis angelos custodes, vt cum circa eos egerint quidquid fieri bonum erat, & ipsi perierint, nulla maneat eis quærela occasio: sed dicat: Quid ultra face re debui vinee meæ, & non feci. Esa. 5. Quarto, quia hoc pertinet ad diuinam prouidentiam: nam si non essent angeli custodes etiam malorum, possent demoni inuadere illos, quos præsidio destitutos inuenirēt, & occiderent illos: & hoc perfluere de ordinationem vniuersi: quia non facti sunt, vt sic perirent: ergo debent eis dari custodes angeli. Quinto vt non multiplicentur peccata ultra condecensiam: Deus enim, qui est vniuersalis rector vniuersi, excludit malum de vniuerso, nisi in quantum malum non facit ad bonum: si tamen permitteretur hominibus facere omnia mala, quæ vellent: tot fierent quod aliqua eorum non essent reducibilia ad bonum: talia autem Deus per prouidentiam tollit de vniuerso: sed executio prouidentia circa homines fit per custodiam angelicam: ideo debent dari malis angelis custodes ad hoc, quod ipsi angeli non permittant eos exequi omnia mala, quæ cogitauerint tollendo opportunitates, vel infatuando consilia: & hoc modo datus fuit Antichristo angelus custos, vt dictum est præce. quæst. Ad argumentum dicendum, quod licet præsciti in malo finituri sint: est eis utilis custodia angelorum propter omnia prædicta: maxime quia custodia angelica est auxiliu ordinariu, quod nulli subtrahendum est: nam sicut præscitis Deo non subtrahit lumen naturale, quo dirigantur ad bonum, & appetitum boni, licet ad vltimum ista non profutura sunt eis, eo quod ista naturalia sunt: ita & custodia angelorum, quæ est quasi naturale bonum, cum sit aliquid ordinariu secundum legem conseruationis vniuersi non tollitur eis: maxime quia in multis prodest ista custodia præscitis, vt dictum est.

QVAERETVR, an infidelibus dentur angeli custodes. Aliqui dicunt quod non: quia isti non pertinent ad Deum secundum ordinem, & regimen spirituale: sed solum secundum regimen naturale: in quantum facit super eos oriri solem suum & pluit super illos. quinto capi. custodia tamen angelorum est ordinata ad bonum spirituale, id est vt perueniat homo ad vitam æternam: sed infideles non comunicant in bono spirituali: ergo non datur eis angelus custos. Secundò quia quidam dicunt quod angelus custos datur in baptismo, infideles tamen non sunt baptizati: ideo non habent angelum custodem.

Dicendum quod non est dubitum quin infideles habeant angelum custodem. Primò, quia infideles non sunt peiores Antichristo, & tamen illi datur angelus custos. supra quæst. 62. ergo & infidelibus. Secundò, quia præsciti magis distant à fine custodiae angelicæ quam infideles. nam præsciti nunquam saluabuntur licet non necessariò condemnentur: infidelium autem multi saluabuntur: quia multi conuertentur: ideo angelos custodes habent, cum præscitis demus angelos custodes. præ. quæst. Tertio, quia in infidelibus inueniuntur omnes effectus quatuor custodiae angelicæ, vt patet ex applicatione facta præcedenti quæst. quia sicut applicatur ad præscitos, ita applicabitur & ad infideles. Quarto propter rationem diuinæ prouidentia: vt tollatur multiplicatio malorum, vt declaratur præcedenti quæst. in 4. & 5. rationibus. Quintò quia videtur, quod adhuc magis necessarius sit angelus custos infideli, quia multi infidelium conuertendi sunt: & illi quanto magis distant à bono, ad quod perueniunt: tanto magis indigent incitatio ad illud bonum: sed angelus custos est, qui maxime suadet ad bonum. ideo infidelibus est necessarius angelus custos. Ad primum dicendum, quod infideles non solum pertinent ad Deum quantum ad regimen naturale, sed etiam quantum ad spirituale: quantum ad naturale solum comunicant ea, in quibus nihil aliud est nisi naturale bonum, scilicet pecora, & quæcunque ratione carentia: regimine autem spirituali participant omnia, quæ rationem habent, neque perueniunt in terminum suum: nam quæ in terminum perueniunt non subduntur regulæ illi: cum regimen dicat regulam qua aliquid ordinate deducitur ad finem, & ob hoc demones, & damnati non participant isto regimine, quia non sunt beatificabiles, cum sint effecti miseri in termino: infideles quandiu viuunt beatificabiles sunt, & non sunt in termino, potissimè quia multi eorum realiter beatificabuntur, quia conuertuntur, ideo non excluduntur a regimine spirituali. Cum autem dicitur, quod infideles non participant rebus spiritualibus. Dicendum quod verum est, quod non participant gratia neque causatiuis gratiæ, scilicet sacramentis: participant tamen spirituali bono quod est regimen spirituale quo à Deo diriguntur per se, & per angelos, ad hoc quod perueniant ad participandum istis spiritualibus, id est gratiam, & gloriã: & sic habent angelum custodem. Ad secundum non est concedendum assumptum: quia non datur tunc angelus custos, vt sequen. quæst. dicitur.

Quando datur homini angelus in custodia: an in utero, vel extra.

Quæst. LXV.

QVAERETVR, quando datur homini angelus in custodiam. Aliqui dicunt, quod non datur.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

tur homini à natiuitate, sed post baptismum: aut postquam peruenit ad ætatem discretionis. Et patet primò, quia angeli custodes mittuntur propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. ad Hebr. primo, & tamè homo non incipit hereditare, vel hereditatem capere ante baptismum: quia tunc aperitur vita æterna paruulo: ergo ante baptismum non datur angelus custos. Secundò patet, quia etiam immediatè post baptismum non datur angelus: quia custodit angelus hominem, in quantum eum illuminat illustrando phantasmata, vel confortando lumen intellectus: sed hæc in paruulo non fiunt, quia non potest doceri in tam parua ætate propter inexperientiam: & saltem communiter non docetur. ergo non datur angelus. Tertio quia si paruulis ante ætatem discretionis daretur angelus custos, hoc fieret, quia habent animam: nam actus aliquos non habent ad quorum directionem datur custos: & tunc cum factus animatus in vtero habeat animam, haberet etiam custodem angelum: sed falsum est: ideo nec dabitur puero ante ætatem discretionis. Quarto patet idem, quia angeli suadent hominibus maxime opera sacramentalia: cum per ea fit salus: & tamen ante exitum de vtero non potest quis participare sacramentis: ergo non habet angelum custodem.

Dicendum quod circa tempus dationis custodiae est opinio duplex. Quidam dixerunt quod datur puero mox baptizato: & dicunt causam esse, quia non est verisimile, quod Deus det tale bonum nondum baptizato, & infideli. Alij dicunt quod datur custos à natiuitate etiam nondum baptizatis. Ambas opiniones tangit Orige. super Mat. dicens. Quidam volunt ex eo dari hominibus angelum adiutorem, ex quo per lauacrum regenerationis nati sūt infantes in Christo: dicentes non esse credibile incredulis, & errantibus præesse angelum sanctum: sed tempore infidelitatis & peccatorum est homo sub angelis Satanæ. Alij autè volunt mox cum quis fuerit natus eorum qui præcogniti sunt à Deo accipere propositum sibi angelum. Sed dicendum quod vtraque opinio in quantum recitat eam Orige. aliquid falsi continet. De prima patet: primo quia dicit quod non est verisimile dari angelum incredulis: nam tunc sequeretur, quod infideles cum nunquam baptizentur, nunquam habeant angelos custodes: sed falsum est, vt ostensum est præ. q. Rationes ibi patent, & supra quæst. 63. Secundò patet, quia quod dicit, non esse verisimile &c. falsum est imò verisimile est dari: nam eorum quæ dantur à Deo quædam sunt per modum naturæ, quædam sunt gratuita. Prima dantur omnibus bonis, & malis. supra 5. qui facit solem suum oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores. De secundis dicendū, quod quædam sunt gratuita, & non gratificantia: alia sūt gratificantia formaliter, vel effectiue. Prima dantur à Deo infidelibus & fidelibus, vt robur, sanitas: & in spiritualibus prophetia, & interdum genera linguarum & curatio egreditur, vel operatio miraculorum, vt patet supra 7. de illis, qui dicunt ista se fecisse & Christus dicit eis, quod nunquam nouit illos: & tamen qui nunquam nouerunt a Christo, nunquam fuerunt boni. Secunda nunquam dantur nisi bonis, aut saltem fidelibus, scilicet gratia, Charitas, Sacramenta & Virtutes infuse, & omnia hæc incipiunt cum baptismo: cætera vero prius dari possunt: Custodia autem angelica datur homini à Deo tanquam bonum aliquod naturale, quia sicut dare solem & pluias ad conseruationem terræ nascentium pertinet naturaliter ad prouidentiam: & datur ista super omnes homines, in quantum sunt animalia: quia etiam dantur super bestias in locis, vbi

nulli homines habitant: ita & ad prouidentiam reu rationabilium est naturale inferiores spiritus custodiri per superiores: ideo Deus nulli homini hoc negat: sed hoc incipit in hoc mundo esse per natiuitatem: ideo tunc datur angelus custos. Tertio patet, quia hoc dato, non solum infideles, & non baptizati non haberent angelum custodem; sed etiam neque peccatores quandiu manerent in peccato: quia dicitur non esse credibile incredulis & errantibus præesse angelum sanctum: sed tempore incredulitatis & peccatorum est homo sub angelis Satanæ: ergo quomodocunque homo est in peccato mortali, non habet angelum custodem, & ita pauco tempore haberet hō angelū custodē, qd est absurdum. Quarto, quia hoc repugnat custodiae angelicæ quæ data est nobis in auxilium, vt supplicat quod nobis deest incitando, & adiuuando: & tamen quanto est quis magis in peccato mortali, tanto magis eget custodia angelicā ad suadendum exire de peccato quam proficere in virtute: ergo existentibus in peccato non adferretur custodia angelicæ. Quintò, quia significatur in litera illa, quod quando quis habet angelos malos, non habet angelum bonum, scilicet tempore infidelitatis, & peccatorum: est homo sub angelis Satanæ: & tunc deberet dici, quod quando quis habet angelum bonum non habet malum: & quando habet malum non habet angelum: sed falsum est, & contra communem doctrinam, scilicet, quia datur angelus vnus bonus cui libet ad custodiam: & vnus malus ad impugnationem, & ita ambo simul sunt. Sextò patet, quia necessè est dari hominibus malis, & incredulis angelum custodem: nam si personis singularibus infidelibus non darentur custodes angeli, non daretur communitati infidelium custos archangelus, quia magis necessarii sunt angeli custodes priuatorum, quam communitatis, eo quod priuati angeli respiciunt salutem spiritualem priuatorum, quos custodiu principaler: archangelus verò custos communitatis respicit bonum commune, non vt est illius, vel illius: sed vt publicum: & illud non est principaliter bonum animæ: quia communitas, & omnia corpora sunt magis inanimata: & ita debetur eis directè bonum spirituale, & ideo minus necessaria est talis custodia quam priuatorum: & tamen communitati infidelium, & idolatrarum Deus dat Archangelum custodem: vt patet Dan. 10. cap. de Archangelo Persarum contra quem pugnavit Gabriel princeps Iudeorum viginti vno diebus pro salute populi Iudeorum. Sicut ergo Persarum qui erant infideles & idolatrarum habebant custodem generis suæ: ita haberent Chaldaei, Medii, Indi, Aegyptij, & cætera gentes. à fortiori ergo infideles haberent in particulari angelos custodes: & ita non est verum, quod angeli custodes dantur post baptismum, sicut dicit prima positio. De secunda positio dicendum, quod quantum ad tempus vera est, scilicet quod datur angelus custos homini mox nato, quia tunc incipit indigere auxiliis angelicæ custodiae: saltem quantum ad liberationem ab exterioribus periculis: & ita confirmat eam Hiero. super Mat. dicens. Magna est dignitas animarum, vt vnaqueque à sui natiuitate habeat ad custodiam angelum delegatum. Sed errat positio illa, in quantum refertur ab Orig. Dicit enim: alij volunt mox vt quis fuerit natus eorum qui præcogniti sunt à Deo habere sibi prepositum angelum. Et ita vult solos prædestinatos habere angelos custodes: sed falsum est, quia etiam præscitis dantur angeli custodes, vt ostensum est supra quæstione 63. Sed obicitur, quia sacra scriptura videtur solis prædestinatis dare angelos custodes ad Hebr. primo. Sunt administrato-



rij spiritus in ministerium mihi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: & tamen presciti nunquam capient hereditatem salutis: ideo non habent angelos custodes.

Dicendum, quod causa finalis quare angeli dantur ad custodiam hominum est peruenire ad hereditatem salutis: & tamen non solis illis, qui perueniunt dantur angeli, sed omnibus, qui peruenire possunt: nam si darentur angeli post peruenitionem ad hereditatem, darentur eis solis, qui peruenissent ad illam: dantur tamen, ut perueniat homo ad hereditatem: quia post peruenitionem cessabit custodia angelorum: ergo dabitur hominibus illis, qui peruenire possunt: sed nullus homo est, qui dum uiuit saluari non possit, cum cuiuslibet libertas arbitrii intemerata maneat, & potentia ad bonum & malum: & predestinatio & prescientia nullam necessitatem operibus & operantibus imponunt, ut supra ostensum est questione trigesima sexta, ergo cuiuslibet homini quandiu uiuit dabitur angelus custos. Et ita dicit Hieronymus: Magna est dignitas animarum, ut unaquaque ad sui custodiam habeat angelum delegatum.

Ad primum in contrarium dicendum, quod datur angelus in custodiam propter hereditatem salutis non quidem quam habeat, sed quam habere potest, & ideo antequam habuerit eam, vel sit in dispositione propinqua ad habendum debet dari angelus custos: per baptismum autem efficitur homo dispositus dispositione propinqua ad hereditatem illam: quia per gratiam in baptismo datam meretur iam illam hereditatem. & tamen mox, ut natus potest habere: licet non sit dispositus ad illam dispositione propinqua: eo quod mox possunt fieri circa eum aliqua, per quam mereatur habere: ideo statim debet habere angelum, ut ille dirigat eum, per quem natus potest habere hereditatem illam: maxime quia angelus datur homini ut per eum disponatur ad habendam illam hereditatem: & ut non impediatur a consequendo: & utrumque est valde necessarium: & quia mox ut paruulus natus est possunt dari impedimenta aliqua, ut paruulus nunquam consequatur hereditatem illam, scilicet faciendo quod nunquam baptizetur, vel occidendo eum antequam baptizetur, ut sic pereat eterniter: ideo est nimis necessarium angelus custos paruulo ante baptismum: & ita dabitur sibi a natiuitate sua, quia ibi incipiunt esse pericula paruuli. Et si dicatur, quod et intra uterum potest habere eadem pericula cum possit demon occidere conceptum, vel disponere ut pereat.

Dicendum quod etiam ibi custodia non deest: & tamen non oportet poni ibi angelum specialiter pro factu formato vel informi. Ad secundum dicendum quod datur angelus paruulo ante etatem discretionis. & dicendum quod adhuc tunc possunt angeli operari aliquid interius, sicut apparet in paruulis, qui ante etatem discretionis, faciunt aliquid discretionis. Sic Ioannes exultauit in utero, uiso Christo. Luca primo: & tamen an talia per angelos fieri possint, an solus Deus illa faciat forte tangetur ibi, Luca primo. Sed dato quod angeli possint talia facere, raro faciunt hac in paruulis: ideo non ordinatur custodia angelorum in paruulis ad faciendum hac, sed sunt alij effectus custodiae, quae ad pueros pertinent: ut custodire eos a periculis corporalibus, & tollere impedimenta profectus futuri: ut si demon uellet transferre puerum ante etatem discretionis ad tales gentes cum quibus nunquam audiret rectam doctrinam, sed semper sectam mahometicam, vel aliorum paganorum, & ibi quasi necessario teneret ritum gentium, & ita

non saluaretur: nam talia impedimenta profectus erant angeli: & ista sunt magis necessaria paruulis quam adultis: quia maius est periculum eorum ablatis oportunitatibus proficiendi ante etatem discretionis: ideo est necessarium pueris illo tempore angelus custos, & forte magis quam post discretionem: quia tunc lumen naturale & appetitus boni cum rationabiliter depreceatur ad optima, r. Ethicorum, adiuuant adultos. ante discretionem uero nihil est quod adiuet nisi Dei prouidentia, & angelica custodia: ideo tunc est magis necessaria quam in adultis. Ad tertium dicendum, circa fetum in utero, quod aut est formatus, id est animatus, aut non. Si est informis, manifestum est, quod non habet angelum custodem, quia non est homo. Si autem formatus est, homo est: & tamen dicendum quod non habet angelum custodem, quia fetus in utero est pars uiscerum, quia non est separatus a matre, sed quodam retinaculo ei colligatus est: sicut fructus pendens in arbore est aliquid arboris. Et ideo dicendum quod angelus, qui custodit matrem custodit partium. Aliqui autem dicunt quod puer in utero nullum habet angelum custodem, quia custodia angelica in nullo est ei necessaria, & ideo neque proprius neque maternus angelus eum custodit. Sed falsum est, quia indiget custodia angelica, & potest illa participare. Est enim vnus de effectibus custodiae angelicae liberare a periculis exterioribus. Multa autem pericula sunt circa fetum formatum grauisima: ut si mater patiatur abortum, & emittat fetum mortuum. Vel si demon procuret occidere fetum in utero: quia si interdum occiditur, & longo tempore maneat postea per modum partus emittitur corpus formatum putridum: nam talia pericula sunt grauissima fetus in quantum perit aternaliter, quia moritur ante baptismum: ideo est valde necessaria custodia angeli fetui: sed non datur ei custos specialis, sed angelus maternus, eo quod quandiu in utero est, pars matris est: & custodire illum est custodire matrem: etiam quia non potest accidere periculum aliquod fetui in utero quin accidat matri, quia colligata sunt: & tamen ad angelum maternum pertinet custodire matrem ab omnibus periculis: ergo et pertinebit custodire fetum formatum.

Ad quartum dicendum, quod quauis non illuminent paruuli in utero ab angelis, neque incitent eos ad actus sacramentorum: tamen habent custodiam in utero, quia in multis aliis possunt eis angeli prodesse, & satis est ad ponendum custodem angelum, quod ille in aliquo possit prodesse custodiae: sed profunt liberando a periculis, et morte siue industria demonum siue occasionaliter eueniente: ut dictum est. Etiam demon potest nocere in utero talia faciendo, per quae fetus malam complexionem consequantur, secundum quam sit pronus ad peccandum.

Hec autem omnia mala euitat angelus custos, ideo est ei necessarius custos siue proprius siue maternus. Quidam enim uolunt quod proprius angelus detur custos a conceptione in utero, quos non redarguo si proteruire uelint: et tamen rationabilis est, quod datur angelus custos a natiuitate, ut dictum est supra, & ista est positio communior, quam confirmat Hieronymus dicens, quod unaquaque anima habeat angelum a natiuitate ad sui custodiam deputatum.

An Angeli diligenter custodiant omnes, quos custodiunt. Questio LXVI.

QVAERETVR, an Angeli diligenter custodiant omnes, quos custodiunt. Aliqui dicunt, quod non: nam quando quis scit nullum fructum prouenturum ex labore suo, vel non laborat, vel non attento animo: quidam tamen sunt circa quos custodia angelica non proficit, ut sunt presciti: ergo circa tales remissè habebunt se in custodiendo illos.

Dicendum, quod omnes homines custodiunt diligenter angeli, siue bonos, siue malos: nam sollicitè agent ad ea, quae cupiunt: ipsi enim sciunt, quod per custodiam suam possunt homines ad bonum deduci, & ipsi cupiunt bonum nostrum, quia amant omnes nos ex charitate: ideo sollicitè agent pro omnibus. Item, quia negligenter agere in quacunque re culpam nominat: & tamen in angelis bonis nulla culpa est, ideo nunquam agunt negligenter circa nostram custodiam. Item, quia tunc negligenter agerent angeli circa custodiam hominum, quando minus agerent, quam à Deo illis constituitur ad agendum circa nos, sed deficere à mandato Dei est peccatum, quod non cadit in angelos bonos: ideo neminem custodiunt negligenter, sed omnes diligenter. Dicendum tamen quod negligenter agere potest referri ad effectum, vel ad opus. Ad effectum quidem, ut si quis agat omnia, quae agenda sunt: & tamen agat animo remisso, & quasi desperato, sicut illi, qui operantur circa agrum, quem morituum credunt. Circa opus negligentia est, ut si non omnia fiant, quae ratio, vel rei conditio exposcit. Primo modo non agunt angeli remissè, eo quod ex charitate agunt, & omnes nos indifferenter diligunt tanquam proximos, quia proximi eorum sumus quam diu uiuimus, & etiam condemnatos nos se uocant Apocalypsis decimo nono, & uigesimo secundo. Accipiendo secundo modo potest dupliciter accipi: uno modo absolute, alio modo per comparisonem ad aliquid. Primo modo dicitur angelus custos agere diligenter: si omnia, quae uideat sibi incumbere ex conditione custodis, ut significantur sibi per Diuinam Prouidentiam, expleat: & sic circa omnes habent se angeli custodes diligenter, siue circa bonos, siue circa malos. Secundo modo potest dici circa aliquem agere negligenter, quia non aguntur quae cupiunt aguntur pro custodia alterius: & sic accipiendo, certum est, quod circa quosdam agitur negligenter, id est, circa quosdam alios agitur diligentius, quam circa ipsos, licet hoc proprie non sit agere negligenter, quod uitium nominat: & sic circa malos agitur negligenter, quia plura faciunt angeli circa custodiam bonorum, quam malorum, & etiam circa quosdam bonos potest dici sic negligenter agi, in quantum circa alios bonos plura fiunt ad custodiam pertinentia: nam non praordinati sunt omnes boni, ut ueniant ad aequalem gradum meritorum, neque gloriae: & secundum quod maior gradus praestituitur, ita uia est difficilius ad perueniendum, & sunt necessariae plures operationes angeli custodis: & quia vnus electorum est, qui ad maximum peruenit gradum meritorum, & gloriae, per comparisonem ad illum circa ceteros potest dici negligenter agi: erit ergo regula, quod quanto alicui datur angelus maior ad custodiam, tanto circa eum diligentius agitur: nam, ut dictum fuit supra, omnes angeli de infimo ordine deputantur ad custodiam personarum priuarum, & illi angeli sunt inter se inaequales, quia nullus est aequalis alteri, & est ordo inter eos, quod quanto Deus constituit exaltare aliquem ad maiorem gradum gratiae, & gloriae: tanto maiorem angelum ei

3. modo.

4. modo.

quest. 58. 59. & 60.

Ad ratio- nē in con- trarium. Liberum est homi- nē agere, & ad bea- titudinem peruenire. Angeli, & etiam de- mones ne- sciunt, qui homines sint saluan- di, aut dā- nandi.

An Angelus custos deserat interdum, quem custodiat. Questio LXVII.

QVAERETVR, an Angelus custos deserat interdum quem custodit. Aliqui dicunt, quod sic: quia dicitur Ieremiae quinquagesimo primo ex persona angelorum custodientium: Curauimus Babylonem, & non est curata: derelinquamus ergo eam: sed ut dicit ibi Glossa: hoc dicitur ex persona angelorum: ergo angeli custodes deserunt custoditos, quando non corriguntur a peccatis. Secundo, quia Isaias quinto: dicitur auferam sepem eius, & erit in direptione. Et dicit Glossa auferam custodiam angelorum: ergo illi deserunt interdum custoditos. Tertiò, quia Deus custodit principalis, & efficacius hominem, quam angelus: & tamen Deus derelinquit interdum hominem, Psalmo uigesimo primo: Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? ergo a fortiori angelus deserit hominem. Quarto, quia Zachariae primo dicitur Reuersus est angelus, qui loquebatur ad me, & Danielis decimo capitulo dicitur de Daniele, quod loquebatur ei Gabriel dicens: Nunquid scis, quare uenerim ad te, & nunc reuertar aduersum Principem Persarum? sed non potest reuertari, nisi qui recedit: ergo angelus custos non manet semper cum custodito, sed interdum eum deserit. Quintò, quia angeli sunt aliquando in caelo empyreo, & tamen quando sunt nobiscum non sunt in caelo, ut dicit Damascenus: ergo deserunt interdum custoditum. Sextò, quia medicus sapiens deserit infirmum desperatum, sed angeli uident interdum homines obstinatos in peccatis, & per reuelationem possunt de aliquibus scire, quod presciti sunt: ergo illos deserunt, & ita custoditi deseruntur aliquando.

Ad ratio- nē in con- trarium.

Liberum est homi- nē agere, & ad bea- titudinem peruenire. Angeli, & etiam de- mones ne- sciunt, qui homines sint saluan- di, aut dā- nandi.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

5. ratio.

6. ratio.

**Alloium** Alij dicunt, quod custoditi nunquam deseruntur ab angelis, quia angeli boni promotores sunt ad adiuuandum, quam demones ad infestandum: & tamen demones nunquam ab infestatione hominis cessant vsque mortem: ergo neque angeli custodes cessant aliquando a custodia hominum. Secundo, quia de nullo homine desperandum est quamdiu est in via: & tamen medicus nunquam deserit agrum quousq; sit desperatus: ergo angeli custodes nunquam deserunt hominem quamdiu uiuit.

**Homo nu** quam tota liter deseritur Diuina Prouidentia.

Dicendum, quod proprie loquendo angeli custodes nunquam deserunt custoditos, quia deserere est totaliter abijcere, sed non abijciuntur totaliter, qui custodiuntur. Pro quo sciendum, quod custodia angelica, vt saepe dictum est, est executio Diuinæ Prouidentia: circa homines: ideo ita dicendum est de custodia hominum, sicut de prouidentia circa eos: homo autem nunquam totaliter deseritur a Diuina Prouidentia, quia nullum eorum deseritur ab eo omnino: nam tunc omnino cederet in non ens, sed quæcunque sunt manent sub eius prouidentia, & consequenter custodiuntur suo modo per alias causas a Deo ordinatas ad prouidentia executionem. Sic ergo cum Deus nunquam deserat a prouidentia sua hominem, non deserunt ab executione prouidentia, quæ est custodia angelica: & ita angeli custodes nunquam hominem deserunt: dicitur tamen aliquid deserit a Deo in quantum permittit illud aliquid pati, vel aliquo modo deficere: & sic homo deseritur a Deo in quantum permittit pati aliquid poenale, vel incidere in aliquam culpam: & hoc modo angelus dicitur dimittere, vel deserere custoditum, in quantum subtrahit, vel non impendit effectum aliquem custodia, quem posset impendere non liberando a tribulatione, a qua posset liberare, vel non tollendo impedimenta profectus spiritualis, quæ posset tollere, aut non adiuuando ad non incidendum in peccatum, quod poterat facere:

**Nemo est** nec fuit quem De non dimitteret incidere in aliquos defectus.

& quia nemo vnquam fuit quem Deus secundum altam prouidentiam suam, non permittat incidere in aliquos defectus poenæ, vel culpæ: nemo est de custoditis, quem interdum angeli non deserunt non impendendo aliquod auxilium quod impendere poterant: omnes ergo deseruntur aliquando, & secundum hoc dicuntur quidam magis deserit, quam alij in quantum in plura mala, saltem culpæ, permittuntur cadere, quam alij, vel in plura mala inutilia eis: bonos enim, idest, predestinatos hoc modo deserunt raro angeli, quia Diuina Prouidentia, ita bene eis prouidit, quod etiam mala cooperantur in bonum eis: ad Romanos octauo: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti: malos autem Dei prouidentia deserit permittendo interdum cadere in peccata, quæ eis non proderunt: & ita etiam angeli eos deserunt non adiuuando ad non incidendum, vel non tollendo opportunitates ad peccandum: & tamen adhuc pro illo tempore, quo angeli dicuntur tales deserere non penitus eos deserunt, quin aliquem effectum custodia exhibeant circa eos: nam licet a peccato non liberent, liberant a periculis exterioribus: demon namque ita inuidet homini, & odit ipsum, quod si ad punctum inueniret poenitus desertum angelico presidio, occideret eum: nunquam ergo angeli deserunt hominem custoditum quantumcumque malus sit, & in quantumcumque mala eum cadere permittat, quia in valde plura incurreret, nisi angelus eum custodiret. De angelis tamen quare interdum deserant hominem subtrahendo aliqua auxilia, & interdum non. Dicendum, quod est causa, quia sic a Deo recipiunt fieri debere: nam custodia angelica est executio Di-

uina Prouidentia, necesse est ergo, quod quidquid angeli custodes circa custoditos exercuerint prouidentia, sed quædam alia dispositio per se: & ita oportet, quod quando Deus committit alicui angelo custodiam alicuius hominis, reuelat ei omnia in quibus auxilietur custodito, & in quibus eum desereret, & quando hæc erunt, vel per singulos dies adueniente opportunitate Deus reuelat angelo custodi quid facturus sit circa custoditum suum: & ita angelus exequitur omnia, quæ Deus de homine prouiderit, & in nullo errabit. Ad primum dicendum vno modo, quod angeli deserunt custoditum, & quando cessat hora custodiendi illa est in homine hora mortis: nam vsque ad mortem semper potest homo liberari a malo, post verò constituitur in termino, & ideo mali in morte deseruntur ab angelis, quia in malo decedunt, & amplius non possunt custodiri: & tamen ante mortem nunquam deseruntur. Aliter potest dici, quod intelligitur deserit secundum quid, & non simpliciter, quia quantum ad aliquid custodiens permittit custoditum cadere in aliquas aduersitates: non tamen omnino deserit, quia periret omnino desertus. Et iste est melior sensus: nam Ieremias vult ostendere ibi poenam Babylonis propter peccata in quibus erant obstinati Babylonij: & ideo permiserunt angeli custodes cadere Babylonem in manus hostium, quasi nullus esset defensor: & ita hominem custoditum deserit interdum angelus propter peccata aliqua incidere in aduersitates, a quibus eum non eripit: & maximè quando est obstinatus in aliquo peccato. Ad secundum idem dicendum est, quia loquitur ibi Deus toti genti Iudæorum, quos auxilio suo priuauit tradens in manus Babyloniorum propter peccata frequentata. Ad tertium dicendum, quod ibi accipitur derelinquere, idest, permittit pati aliquam afflictionem: & hoc modo tam bonos, quam malos derelinquit saepe Deus: sic ibi Christus est, qui loquitur dicens se derelictum, quia innocens patiebatur infra vigesimo septimo: Deus Deus meus cur me dereliquisti: & sic etiam angeli custodes pro tunc deserunt, non adiuuantes ad euadendum persecutionem: sic dixit Christus infra vigesimo sexto, quando Petrus percussit gladio Iudæum, scilicet, an putas, quod non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum: quasi dicat: possem, & illi uenirent: sed quia sic faciendum non implerentur scripturæ, & oportet fieri sicut scriptum est: ideo non veniunt aliqui angeli ad me liberandum. Ad quartum dicendum vno modo, quod angelus recessit ibi quantum ad aliquem effectum custodia, idest, quia eum non illuminauerat de aliquibus futuris, de quibus sermo inceptus erat, & postea illuminauit: non tamen recessit quantum ad effectum custodia: nam interim eum quantum ad ceteros custodia effectus custodiebat. Alio modo potest dici, quod recesserat angelus localiter a Zacharia: nam prius erat cum eo, & loquebatur, deinde cessauit loqui, iterum autem venit ad loquendum: & tamen toto illo tempore non deserbat eum quantum ad custodiam. Ad quintum dicendum vno modo, quod angelus semper custodit: licet non semper assistat homini, sed aliquando sit in caelo, & verum est, quod quando ibi est, non est nobiscum, quia hoc soli Deo competit, qui est in circumscriptibilis, & indissimilabilis: sed tunc dicitur, quod angelus est absens custodit hominē, & ita semper custoditur homo ab angelo, siue presente, siue absente angelo: hoc autem, quia per ea, quæ agit angelus circa hominem

Ad 1. ratio nem.

Ad 2. ratio nem.

Ad 3. ratio nem.

Ad 4. ratio nem.

Ad 5. rationem.

nem quando manet cum eo dicitur custodiri quanto est angelus absens, eo quod impressio illa durat aliquo tempore. Fortes enim impressiones aliquanto tempore manent, postquam factæ sunt, sicut patet in motibus violentis: nam mouetur lapis pulsus per impressionem factam quando emittitur de manu: & tamen postea diu durat impressio, & mouetur nullo tangente. Sic & in spiritualibus per impressionem factam ad bonum ab angelo semel, manet homo aliquanto tempore inclinatus ad bonum. Sicut si quis concipit nunc ab aliquo agente feruorem ad deuotè orandum, durat homo aliquot diebus deuotè orans ex illo feruore: & tamen quamdiu durat impressio facta in passo, per quam ipsum mouetur dicitur agere agens, quod causauit illam impressionem: & ita angelus absens custodit hominem, quia per impressionem ab eo factam, quando erat presentis regitur homo in eius absentia. Aliter potest dici, quod angelus quando est in caelo non custodit hominem, quia nullum effectum custodia circa eum actualiter exercet: & tamen non deserit hominem quantum ad custodiam, sed solum quantum ad presentiam: nam non est deserere nihil operari, sed tunc cessare ab operatione, quando operatio est necessaria: & tamen interdum sic est, quod homo non indiget aliquo actu custodie: ideo quod tunc non custodiatur non est deserit a custode. Patet hoc, quia actus custodia angeli sunt quatuor, sub quibus ceteri includuntur, scilicet, ad bonum incitari, a peccato distrahere, impedimenta profectus spiritualis tollere, a periculis exterioribus liberare: est autem aliquod tempus, in quo homo non indiget aliquo horum, vt quando homo est in statu perfectionis ei a Deo prouisus, & exercet se quantum ad actus illius feruenter, non oportet, quod ad bonum aliquod incitetur, cum non sit ei maius bonum prouisum. Etiam quando quis dormit, aut deditus est totaliter alijs actionibus, non est tempus incitandi eum ad aliquid. De secundo magis patet: nam dissuadere a peccando non est, nisi quando homini insurgit tentatio aliqua ad malum, vel offert se opportunitas ad illud volendum: & tamen hoc non est offert omni tempore: ideo nec est necessarius iste actus angeli semper. De tertio patet, quia auferre impedimenta non est, nisi quando ponuntur impedimenta boni ab hominibus, vel a demone, sed saepe homo non impeditur ab homine, neque a demone ad bonum, sed currit sine offensa: ergo non indiget tunc actu custodia hoc. De quarto patet, quia aliquod tempus est, in quo nullum periculum homini imminet, & licet saepe pericula imminant, quæ homo non videt: tamen interdum sic est, quod ex nulla parte est periculum aliquod, etiam si homo hoc nesciat, & tunc non est necessarium, quod angelus liberet a periculis: aliquod ergo tempus est, in quo non est necessarius aliquis actus custodia angelica homini, & tunc potest angelus esse in caelo, non custodiendo hominem, neque est aliquod inconueniens, cum nulla custodia sit homini necessaria. Et si dum angelus est in caelo, accidit circa hominē aliquid, in quo sit ei necessaria custodia angelica, potest subito angelus sibi adesse & adiri, quia ipse scit per diuinam reuelationem semper quid agitur circa suum clientulū, & quid agi oporteat ex parte angeli, & tunc subito de caelo adirit in quocumque loco, vbi fuerit custoditus: & ita ille nullum detrimentum incurrit ex absentia angeli. Patet primum, nam cum Deus committat angelis executionē prouidentia: suæ circa homines, & nihil circa hominem fiat, quod non sit prouisum, oportet, quod omnia, quæ circa homines fieri debuerint, Deus reuelat angelis custodibus: quia alias non possent exequi prouisa a Deo: ergo

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

quandocumque aliquid agendum fuerit circa hominem, necesse est, quod tunc angelus eius sciat illud, aut prius sciisset futurum esse illo tempore. Secundum patet, quia angelus existens in caelo non indiget ipse ad veniendum vsque ad terram, quia cum non sit corpus, neque corpori alligatus, non mouetur per continuum: ideo neque per tempus, sed subito fit transitus eius de caelo in terram. Ad sextum dicendum, quod angeli nesciunt homines esse prefcitos, aut predestinatos, quia solus Deus hoc nouit, vt dictum est precedenti quaestione: ideo omnes custodiunt diligenter, tanquam potētes peruenire ad beatitudinem. Sed dato, quod ex reuelatione sciret angelus custos aliquem prefcitum, adhuc non cessaret a custodia eius, quia ad multa prodest custodia etiam circa tales. Sicut de Antichristo certum est, quod damnabitur: tamen angelus custos dabitur ei, vt ostensum est supra quaestione sexagesima secundā. Duo argumenta in contrarium concedi possunt, quia concluduntur non deserit custoditos ab angelis, quod verum est, quia nunquam penitus deseruntur: & tamen interdum quantum ad aliquos actus deseruntur, quos exercere possent angeli custodiendo eos. Et ad primum, cum dicitur, quod prouidentes sunt angeli ad adiuuandum, quam demones ad infestandum. Dicendum, quod satis intentum desiderium est vtrorumque, angelorum quidem ex charitate ad nos: demonum verò ex odio & iniquitate: & tamen demones saltem quantum ad desiderium nunquā cessant nos infestare, eo quod appetitus suus totaliter deprauatus nulli rationi subditur: angeli verò interdum ex proposito cessant nos adiuuare, & hoc non propter se, sed quia sic suadet regula Diuinæ Prouidentia, cuius ipsi sunt executores: & ita demones quantum ad desiderium magis nos infestant, quam angeli nos adiuuant: considerando tamen ipsam rem, quæ fit dicendū, quod plus nos adiuuant angeli custodes, quam infestant demones: nam plura mala sunt, quæ euadimus tam a demonibus, quam a malis hominibus, & alijs rebus exterioribus per custodiam angelorum, quam mala, quæ inferuntur nobis a demonibus, siue sint poenæ, siue peccata: nam nemo dubitat, quod si demon libere permitteretur agere contra nos, quod plusquam in duplo plura mala faceret, quam facit, & tamen omnia, quæ non facit euadimus per custodiam angelorum, qui eos arcent: ergo plus confert custodia angelorum, quam nocet infestatio demonum, nisi per accidens in quantum demone suadente incidit quis in peccatum, in quo moritur, & pro illo æternaliter damnatur, sed quod finiat quis in peccato per accidens est ad magnitudinem peccati. Ad secundum dicendum, quod verum est, quod angeli nunquam deserunt nos velut desperatos quamdiu uiuimus, quia hoc est totaliter deserere, sed deserunt ad tempus subtrahendo aliquem actum custodia: propter peccata nostra, aut propter regulam Diuinæ Prouidentia, sic ostendentem debere fieri.

Ad 6. ratio nem.

Ad 1. ratio nem in contrarium.

Ad 2. rationem.

An Angeli Custodes doleant de perditione custoditorum, quando damnantur.

Questio LXVIII.

**QVAERETVR**, an Angeli Custodes doleant de perditione custoditorum quando damnantur. Aliqui dicunt, quod sic: quia luctus est signum doloris exterioris: angeli tamen lugent de perditione custoditorum: Ista. 33. Angeli pacis amarè flebunt: ergo dolent de perditis. Secundo, quia amico rum est mutuo

Nonnullorum ratio nes. 1. ratio. 2. ratio.

E 3. ratio

tuo compati in necessitatibus, sed angeli feruētissima charitate nos diligunt: ergo tristantur de damnatione nostra. Tertiō, quia ad sapientem pertinet dolere de his, per quæ gaudium, aut bonum suum minuitur, sed per damnationem hominum minuitur gaudium angelorum, quod esset de hominum conuersione si non periret. Lucæ decimo quinto, gaudium est in cœlo super vno peccatore penitentiam agente: ergo tristantur de eorum perditione. Quarto, quia omne quod est repugnans volito, & contrarium fini, est contritās: quia iuxta Augustinum dolor, aut tristitia est de his, quæ nobis nolentibus accidunt, sed damnatio custoditorum est contraria saluti eorum, quam volunt angeli ex officio custodiæ: ideo dolent de eorum damnatione. Quinto, quia angeli reddituri sunt rationē, & trahentur in iudicium propter eos, quos custodiūt, vt dicit Origines super librum Numerorum, super illo verbo, quid offerunt primitiarum, & cœtera: trahuntur angeli in iudicium vtrum ex eorum negligentia, aut hominum ignauiā lapsi sunt, sed quilibet rationabiliter dolet propter illa, pro quibus in iudicium trahitur: ergo dolebunt de damnatione custoditorum.

Dicendum, quod non dolebunt de perditione custoditorum, quia in vita æterna, quæ est cœlestis Ierusalem, non est luctus, neque dolor, neque clamor: Apocalipsi vigesimo primo capitulo: angeli tamen sunt ciues illius vrbis: ergo nunquam de aliquo dolebunt. Item, quia vera beatitudo non compatitur secum miseriam, aut aliquid pertinens ad miseriam: dolor tamen & tristitia ad miseriam pertinent: ideo angeli, qui perfectè beati sunt, de nullo poterunt dolere. Considerandum tamē, quod dolor accipitur proprie, aut largè. Proprie dolor & tristitia sunt motus quidam in parte affectiua, & sunt in sensu: vbi ergo non est sensus, non est dolor, neque tristitia: angeli autem sunt incorporei: ideo tristitiam habere nō possunt: vnde neque demones isto modo tristantur, licet sint in poenis acerrimis, eo q̄ incorporei sunt. Largè accipiendo sunt actus voluntatis reagentis malum, qđ non potest fugere, & in hoc consistit poena grauis: tali modo est dolor & tristitia in damnatis & animis separatis. Sed isto modo etiam dicendum, quod nullus dolor, vel tristitia esse potest in angelis de perditione custoditorum, aut de alia re. Et ratio est, quia tunc dolerent si aliquid contra voluntatem eorum fieret: quod ipsi vt malum reputarent: sed nihil potest fieri contra voluntatem angelorum, aut beatorum, sicut neque contra voluntatem Dei, ideo non possunt dolere: vnde non dolent de peccatis hominum, neque de poenis eorum: voluntas enim beatorum totaliter in hæret ordini diuinæ iustitiæ, & ipsi diuinæ voluntati: nihil autem in mundo fit, nisi per diuinam iustitiam factum, aut permissum: ideo simpliciter loquendo, nihil fit in mundo contra voluntatem angelorum, & beatorum: & ita nihil habent, de quo doleant: sicut neque Deus de aliquo dolet, sed de omnibus gaudet, siue de poenis, siue de peccatis: non quidem in quantum talia sunt, sed in quantum diuino ordini congruunt faciendū, aut permittendū. Et si dicat quis quomodo possunt beati tam crudeles esse, vt de poenis damnatorum gaudeant, qui eorum cognati fortassis sunt.

Dicendum, quod istud est voluntarium mixtum, quod simpliciter quidem est voluntarium, secundum quid inuoluntarium. Tale autem est secundum Aristotilem tertio Ethicorum, quando aliquid consideratum in particulari respectu omnium circumstantiarum suarum, in quibus est, opus est voluntarium: si consideraretur tamen in vniuersali, non considerando circumstantias illas, non esset voluntarium, sicut projicere

merces in mare, aut abscindere membrum putridū: nam cum quis videt se in periculo credens se periturum, nisi projiciat merces, præeligit merces perdere, & hoc est tunc simpliciter voluntarium, quia confideratis istis partibus circumstantijs, id est, tempore & periculo eligimus projicere merces. Si autem consideretur in vniuersali projicere merces, id est, non considerato, qđ esset homo in periculo, nemo eligeret projicere merces, & propter hoc vocatur, non voluntarium secundum quid. Vocatur autem simpliciter voluntarium, quia de operatione ista, quæ nunc occurrit iudicatur, an sit voluntaria, vel non: operatio tamen consistit in particulari, & non in vniuersali, cum nulla operatio sit sine circumstantijs: ideo illa operatio, quæ consideratis circumstantijs in particulari vocatur voluntaria: dicitur simpliciter voluntaria, & ita est de abscissione membri putridi, per quod cetera inficerentur. Si enim consideremus poenas damnatorum, & perditionem custoditorum in vniuersali, non referendo ad quid essent inuoluntaria: considerando tamen in particulari istas poenas, & istam perditionem, vt sunt diuinæ iustitiæ, & voluntati concordantia, eligunt simpliciter illa beati, qui per omnia conformantur diuinæ voluntati, & ita erunt simpliciter voluntaria, & gaudebunt de illis.

Ad primum dicendum, quod litera illa non intelligitur de angelis custodibus secundum sensum literalem, quem intendit propheta, sed angeli vocantur nūcīi, & dicuntur angeli pacis, qui erant nūcīi ad pacem petendā, & intelligitur de nūcīis, quos misit Ezechias, vt impetraret pacem à Sennacherib rege Assyriorum, & illi auditis verbis Rablācis, quem miserat Sennacherib, & blasphemauit contra Deum, fleuerunt. De quo tangitur 4. Reg. 19. & Isa. 37. nam scissis tunc vestibus fleuerunt. Allegoricè autem Glossa exponit ibi de Apostolis, & Prædicatoribus, qui sunt Angeli pacis, annunciant nobis bonum, & illi flent propter peccata nostra. Anagogicè potest accipi de angelis custodibus, & tunc erit metaphorica locutio. Primum, quia in angelis non potest esse dolor, aut fletus proprie sumptus. Secundò, quia etiam largè sumendo fletum, vel dolorem pro aliqua repugnantiā voluntatis, non est verè in angelis, cum simpliciter voluntaria est in eis malorum damnatio, licet eos custodiant in quantum consonat illa diuinæ iustitiæ, & voluntati: sed largè possunt dici nolle illam in quantum in vniuersali consideratam damnationem aliquorum hominum, non vt resonat diuinæ iustitiæ, non acceptarent angeli, neque beati: sed ex litera illa non sumitur efficax argumentū, cum non intendat hoc auctor literæ. Ad secundum dicendum, quod compati est amicorum, qui pati possunt, qui autem impassibilis est, non potest compati: angeli autem, quia beati sunt, impassibiles sunt, ideo non possunt compati miseris nostris recipiendo verè in se aliquem dolorem, sed semper gaudent, siue bona, siue mala nobis eueniant. Ad tertium, quod non minuitur bonum aliquod angelorum, aut ceterorum beatorum per damnationem custoditorum, & hoc, quia licet quidam custodiri pereant, electorum numerus nunquam minuitur. Aliter etiam dicunt quidam, quod angeli custodes semper gaudent de bonis operibus, quæ aliquando custoditi fecerunt, licet ipsi pereant, in quantum illa opera fuerunt ad laudem Dei, vel etiam si custoditi nulla bona meritoria vniquā egerint: ipsi tñ angeli custodes fecerunt circa eos multa bona opera custodiæ, & de illis gaudent. Sed dicendū, quod hoc non satisfacit: nam dicitur Luc. 15. quod gaudium est Angelis in Cælo super vno peccatore penitentiam agente, sed istud gaudium non poterunt habere angeli circa eos, qui damnantur, & non penituerunt.

Ad 1. ratio nem. Quo intelligatur dictum Isa. 33. Lange- li pacis à mare fle- bunt.

Ad 2. ratio nem.

Ad 3. ratio nem.

Ad 4. ratio nem.

A volunt secundum conformitatem ad diuinam voluntatem, volunt voluntate consequente: quod quis vult voluntate antecedente, non vult simpliciter, id est, in particulari, sed in vniuersali: ideo est volitum secundum quid: quod volumus voluntate consequente volumus in particulari, & illud est simpliciter voluntarium: ita angeli in quantum custodiunt homines volunt saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & hoc in quantum custodia quam angeli exercent, ordinatur ad salutem hominum, & tamen si accidat illos homines in malo decedere, quia consonum est diuinæ iustitiæ illos perire, volunt etiam angeli custodes illos damnari voluntate consequente, & hoc est simpliciter volitum, & ita non est ibi tristitia aliqua, vt supra dictum est. Ad quintum dicendum, quod angeli ducuntur in iudicium pro peccatis hominum non tanquam rei, sed tanquam testes contra homines: an ignauiā illorum acciderint peccata, vel ex qua causa: & ideo nihil est dolendum angelis de damnatione hominum custoditorum, quia pro hac non punientur angeli.

Ad 5. rationem.

An quando angeli occupantur in custodia hominum retardantur, vel impediuntur à diuina visione.

Questio LIX.

Q VONIAM autem in litera dicitur, angeli eorum semper vident faciem patris mei, id est, diuinam essentiam, erat videre de visione, & cognitione angelorum: circa quod multa dubia sunt, & tamen à proposito relinquuntur: solum autem est nunc querendum, an quando angeli occupantur in custodia hominum, retardantur, vel impediuntur à diuina visione. Aliqui dicunt, quod sic, quia vt dicitur Thobie decimo secundo, angelus qui erat ministrans in custodia Tobie expleto ministerio dixit: tempus est, vt reuertar ad eum, sed angelus non reuertitur, nisi per contemplationem: nam localiter non reuertitur, cum vbiq̄ sit Deus: ergo cessauerat aliquando à contemplatione diuina propter ministerium, & tunc, quia expletum erat ministeriū, dicebat se velle reuerti ad contemplationem. Secundò, quia potentia finita non potest simul in opera multa, sicut intellectus non potest simul multa intelligere tertio Topicorū: & tamen potentia angeli est finita: ergo non potest simul contemplari Deum, & ministrare homini. Tertio, quia vt dictum est, per intellectum creati non contingit simul plura intelligi: & tamen angelus, quando ministrat custodiendo, considerat illa, quæ facit: ergo non potest simul ministrare, & contemplari Deum. Quarto, quia locus determinatus ad contemplationem est cœlum empyreum: & tamen angeli, quando custodiunt sunt hic: & quando sunt hic non sunt in cœlo empyreo, vt ait Damascenus: ergo non possunt simul custodire, & contemplari Deum.

Rationes in contrarium. 1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

Dicendum, quod angeli non retardantur à contemplatione per custodiam hominum: quod colligitur principaliter ex hac auctoritate domini in litera. Dicit enim: Angeli eorum semper vident faciem patris mei, id est, angeli deputati istis puillis ad custodiam, semper vident diuinam essentiam: & tamen aliquando ministrant cum sint angeli custodes, ergo custodia nunquam impedit contemplationem, quia aliàs cessarent aliquando videre faciem patris. Item patet hoc, quia Gregorius ait, quod angeli, sic ad exteriora procedunt, quod ab intimis nunquā recedunt: ergo semper contemplantur, quia hoc est manere semp in intimis. Item Angeli Custodes beati sūt, & beatitudo eorum non minuitur.

E 3 minuitur

Dicendum, quod verum est, & tamen non ideo minuitur aliquid de gaudio, vel bono ipsorum, neque consequenter dolent: nam qui iusti sunt in vita æterna, & non sunt virgines, non habent aureolam seruitutis virginittatis, quam habuissent seruando virginittatē: non tamen dolent, quia non habent illam, neque minuitur gaudium eorum, quia aliàs non essent beati: & tamen istud est bonum, quod ipsismet poterat aduenire. Quod autem penitirent, & conuerterentur homines, est gaudium de bono alieno, quod minus ad nos pertinet, aut ad angelos: ideo non minuitur gaudium angelorum, quia illi non conuertuntur: nam minus non est aduenire, quod aduenire poterat, quia tunc nemo esset beatus, cum potuisset esse beator, sed non aduenire, quod aduenire debebat, quia quod debitum est de bonis nostris est, & si non adueniat deficiente dicitur, & contristationem facit. Aliter etiam potest dici, quod angeli gaudent super peccatore, qui conuertitur, & gaudent super peccatore, qui damnatur. Primum ex genere rei, quia bona est. Secundum ex conformitate ad diuinam iustitiam, & voluntatem: & tamen angeli, & beati, quia omnino adhærent ordini diuino, magis est eis ratio gaudendi ipse ordo diuinus, quàm conditio rei: magis ergo gaudent de damnatione custoditorum, in quantum consonat diuinæ iustitiæ, quàm gauderent de eorum penitentia absolute accipiendo, & non in quantum concordat diuinæ iustitiæ. Considerandum etiam, quod istud voluntarium simpliciter non est in angelis, sicut in nobis: nam quando sunt ista voluntaria mixta, vt projicere merces tempore periculi, & abscindere membrum putridum: licet simpliciter voluntarium sit projicere merces, & membrum abscindere, quia ista eligimus exigentibus circumstantijs particularibus, tamen cum quodam gemitu, & anxietate projicimus merces, & abscindimus membrum: angeli autem non sic eligunt nostram damnationem, vel poenas, quia gemitus, vel anxietas tolleretur eorum beatitudinem: sed ita gaudent de his, ac si malum nullum esset. Ratio diuersitatis in hoc est, quia quando proiecit quis merces in mare, licet iudicet melius esse projicere, & viuere, quàm non projiciendo mori: & ideo projicere eligat: non potest tamen tollere, quin projicere malum sit, & fuisset melius non incidere in hanc perplexitatem, vt vel mori, vel projicere oporteat, & quia non potuit ambo bona simul consequi, quæ aliquando contingit consequi, dolet: in angelis autem, & beatis secus est: nam summum bonum eis Deus est: in quo omnis ratio boni inuenitur, & nihil extra illum inuenitur, quod conuertatur cum ipso ad hoc, quod augeat rationem boni: totum autem bonum quod beati in Deo inueniunt, est eius voluntati, & ordini firmiter adhærere: ideo extra hoc nullum bonum inuenire possunt, quod coniunctum cum hoc habeat rationem boni, vt considerentur tanquam duo bona, & ideo consequendo voluntatem Dei nullum bonum eis deficit, cum nullum bonum connumeretur illi, tanquam extra existens: ideo nihil est, quod deficere videatur beatis, quando voluntati diuinæ conformantur: & ita nihil est, de quo doleant. Secus autem in nobis, quia vitam seruare bonum quoddam est: diuitias seruare est aliud bonum separatum ab illo, & vnum deest alteri: ideo maius bonum illorum eligimus: dolemus tamē de carentia alterius minoris, quod perdimus consequendo maius, cum vnum non includatur in altero, quia neutrum est bonum: secus in vita æterna, in qua inuenitur vnum bonum plenum, extra quod nihil est quod desiderari queat, vt ait Boetius. Ad quartum dicendum, quod quidquid volunt angeli ex officio custodiæ, volunt voluntate antecedente. Quod autem

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.



minuitur ex eorū ministerio, quia tūc seruientes Deo essent deterioris conditionis: & tamen tota beatitudo consistit in cōtemplatione, quia visio est tota merces: ergo non cessant cōtemplari per ministracionem. Itud autem sic ostenditur, quia si impediretur cōtemplatio angelorum, quando ministrāt, aut hoc fieret ex cōditione loci. i. quia sunt extra locum cōtemplationis, aut ex conditione actionis. i. quia non potest vtrique, vel multis simul angelus intendere. Non obstat locus, quia non requiritur determinatio distātia, aut propinquitatis ad istam cognitionem, quia hoc fit in potētis sensitiuis. Intellectus autem non requirit determinationem loci. Etiam, quia dato, quōd requireret præsentiā loci: posset angelus semper cōtemplari, quia Deus vbiq̄ue est: & ideo vbiq̄ue cognosci potest, dum tamen potentia cognitiua sit disposita, & iussiciens ad cognoscendum. Etiam non obstat diuersitas actionis: nam si essent actiones diuerse non habentes habitudinem dependentiā, impediret vna alteram: & tamen redeunt in idem: ideo benē se compatiuntur simul: angeli namque beati non habent aliquam operationem, quā nō sit essentialis beatitudini, vel in quā non dirigantur per operationem beatitudinis: nam si est operatio intellectus, & volūtatis circa Deum, & ea, quæ Dei sunt: est ipsa operatio scēlicitatis. Si autem sit aliqua operatio, vel executio ad extra, dirigitur illa ab operatione beatitudinis, idest, a cōtemplatione, quæ est beatitudo: & ideo non potest esse in angelis operatio aliqua, quæ impediat beatitudinem. Cōtemplatio enim angelorū habet se ad ministeria, quæ exequuntur, sicut in artifice consideratio regularum artis ad executionem operis. Hoc patet, quia Deus est finis omnium operum angelorum custodiendo, & faciēdo ceteros actus Hierarchicos. A fine autem sumitur ratio, vel species operis cuiuslibet, sicut ratio cōclusionionis accipitur a principio, quia ita se habet finis ad operabilia, sicut principium ad spectabilia. 2. Phis. quia ergo beatitudo est in cōtemplatione Dei, & custodia fit propter Deum, non impedit vna operatio alteram, sed vna erit ratio, vel regula alterius: sed sic est in artifice, quōd simul considerat rationē artis, & exequitur opus, eo quōd ars est principium operis, & hæc considerari, & exequi non se impediunt, sed potius se adiuant, quia vnū est regula alterius: ita quia Deus est finis custodiē angelicę circa homines, est Deus regula custodiē, sed consideratio Dei, idest, de Deo est ipsa beatitudo: ergo executio custodiē, quæ est quasi effectus quidam Diuinę Prouidentię, non impeditur per custodiam, sed potius non potest angelus custodire, nisi respiciat regulam Diuinę Prouidentię, cum custodia sit executio Diuinę Prouidentię circa homines: & tamen respicere Diuinam Prouidentiam est actus scēlicitatis, quia est cōtemplari Deum: ergo non impeditur cōtemplatio per executionem. Impediret tamen si non penderet executio custodiē a cōtemplatione de Deo. Ad primum dicendum, quōd angeli custodes, vel ministrantes dicuntur recedere a Deo largē accipiēdo: non enim recedunt loco, quia vbiq̄ue sunt Deum ibi presentem habent, iuxta illud: **Quō ibo a spiritu tuo, & quō a facie tua fugiam.** Plal. 138. etiam non recedunt per cōtemplationem: nam si semel angeli cōtemplentur necesse est, quōd semper cōtemplentur, nisi aut efficiatur eis hoc impossibile, aut illud fastidiant. Non primum, quia potentia intellectiua angelorum semper manet æqualiter disposita cum non sit potentia materialis, vel materię alligata, vt alteretur. Fastidire autem non potest angelus cōtemplationem diuinam, quia nihil melius cogitari potest: **Quia ergo necesse est, quōd semper cōtemplentur, hoc modo ostenditur, quōd beatitudo**

fit perpetua, & fit vnus actus continuus, qui nunquam interrumpatur, vt dictum fuit supra 5. cap. quæstio. 57. & ita angeli semper cōtemplantur Deum quocunq̄ mittantur. Sic dicit Beda: angeli quocunq̄ mittantur intra Deum currunt, idest, semper eum vident, ac si corporaliter intra eum essent: non ergo recedunt a Deo per cōtemplationem, sed per aliquid nouum factum in angelis, scilicet, quia ab inuisibilitate recedunt visibiles effecti, sicut dicitur de filio, Ioannis decimo sexto: **Exiit a patre, & venit in mundū,** scilicet, visibilis apparendo, qui prius eram inuisibilis: sic etiam dicuntur angeli redire ad Deum, quando deposita specie visibili in pristinam inuisibilitatem reuertuntur. Sciendum autem, quōd licet angeli scēpe vadant ad custoditos, vt circa ipsos aliqua opera exercent, & postea finitis eis in cœlum eant: non dicuntur venire, & reuerti, sed solum quando nobis visibiles apparent: nam quando veniunt ad ministrandum inuisibiliter, quia nos non videmus, hoc iudicamus, ac si non venirent, & nulla penitus mutatio fieret: quando autem visibiliter apparent, quia ante hoc non apparebant, dicuntur venire ad nos, idest, tales efficiuntur, sicut nos capientes visibilem speciem: quando autem expleto ministerio deponunt speciem visibilem, dicuntur recedere a nobis, quia cessant a nobis videri, etiā si apud nos maneant, vel cessant esse similes nobis, quia neque corporei manent, neque speciem corpoream habentes, & dicuntur reuerti ad Deum, quia incipiunt tales esse, sicut Deus, idest, inuisibiles: vel incipiunt esse tales quales solus Deus cognoscat, idest, non nos. Vel potest accipi, quōd angeli veniunt ad nos, idest, erant prius in cœlo empyreo, in quo ordinarie manent, & tamen ad custodiendū nos deserunt cœlum, & realiter veniunt ad nos, quia nō possunt esse hic, & ibi, cum sint diffiniti, & completis ministerijs reuertuntur in cœlum, vt ibi maneant. Et vtroque modo potest dici de angelo Thobiaz, quōd reuersus est, scilicet, deposita visibili specie, quā prius semper gesserat, dum ministrabat Thobiaz, vel quia ante hoc manebat inferius, & nunc rediit in cœlum. Ad secundum dici potest vno modo, quōd non sunt plures actiones simul in angelo: nam cōtemplatio, in qua est scēlicitas cum se habeat per modum receptionis, magis est passio, quā actio: & ita bene stat cum custodia, quæ est actio: sicut enim luna simul illuminatur a sole, & receptum lumen mittit ad nos illuminando inferiora: ita angeli simul, & semel illuminantur per diuinam cōtemplationem, & illuminant nos custodiendo, & exequendo ea secundum quæ illuminantur, idest, quæ illuminatio illa suadet eis circa nos faciēda. Aliter potest dici, quōd quando sunt multæ actiones, quæ non dependent ab inuicem, non potest agens duas simul habere: & tamen quando vna est regula alterius, habēdo vnā potest haberi alia, sicut dictum fuit supra, & quia cōtemplatio Dei habet se ad custodiam, quæ est executio prouidentię, sicut regula artis ad opus: ideo considerando Deum potest angelus custodire hominem. Ad tertium dicendum, quōd aliud est multa intelligere simul, aliud multas irrellectiones habere. Dicendum, quōd simul habere multas irrellectiones est impossibile cuiuscunq̄ intellectui tam finito, quā infinito: imō intellectus infinitus magis est vnus in suo actu, quā intellectus finitus. Si dicatur aliud, idest, intelligere simul multa. Dicendum, quod aut illa multa habent vnā speciem, & est species, vel ratio multorum: vel non habent vnā speciem, sed quodlibet habet vnā suam speciem nō concordantē cū alia in ratione vna. Si secūdo modo dicēdū, quod non potest aliquis simul multa intelligere, quia tūc esset necesse multas irrellectiones hēre, cū quilibet species per

Exemplū pulchrum

H

I

Ad 1. ratio nē in contrarium.

K

Ad 2. rationem.

Ad 3. rationem.

Ad 4. rationem.

Infernus quadoque fuit paradisi.

per se moueat: non potest autem intellectus diuersis similitudinibus, vel speciebus simul estigari, sicut non potest idem corpus simul diuersis figuris figurari. Si autem primo modo, possumus simul multa intelligere, sicut per speciem hominis multos homines simul, quia eadem est species representans eos. Etiam, quia non est ratio vna multorum, sed vnū est ratio alterius, vel principium: sicut in diuina essentia cognoscit beatus omnia, quæ sunt, & præterierunt vnico intuitu: non quidem per distinctas species, quia tunc essent necessarię multæ cognitiones, neque etiam omnia habent vnā speciem, cum sint diuersarum rationum, sed quia vnū est ratio omnium illorū. i. diuina essentia: ideo illam intelligendo intelligit beatus omnia eo intuitu, quo diuinam essentiam cognoscit: ita angelus cognoscendo diuinam essentiam cognoscit omnia, quæ agenda sunt circa custodiēda, & quæcūq̄; alia intelligit in quantum diuina essentia est vna ratio oīum illorū, & illa cognita cognoscuntur omnia hæc. Ad quartum dicendum, quōd cœlum empyreum est locus cōtemplationis non secundum necessitatē. i. q̄ alibi non possit esse cōtemplatio, sed secundum congruentiam, idest, magis congruit ibi esse beatitudinē, quā alibi, quia nō est aliquid aliud locus vniuersi, vel pars eius, quæ non sit ad aliquid æsum speciale deputata de his, quæ conueniunt ad generationē, & corruptionē: & ideo ceteræ partes sunt mobiles, vel situ, vel alteratione: cœlum autem empyreum non habet aliquam operationem cognitā ad generationem, & corruptionem, sed deputatur specialiter ad requiem beatorum: ideo dicitur esse locus cōtemplationis, & tamen quantum ad veritatem, ita potest esse cōtemplatio beatorū in terra, sicut in aqua, aut igne, vel quacunq̄ parte vniuersi, aut in ipso inferno cum ibi fuerit aliquando paradisi, vt quando Christus dixit Latroni: **Hodie mecum eris in Paradiso:** Luc. 23. & tamē manifestum est, quōd illa die anima Christi apud inferos fuit: nam descēdit ad inferos post mortem, & eduxit inde patres: ergo locus ille inferni paradisi fuit, sed nullus est locus insep̄ ad beatitudinem, quā locus æternę miserię: & tamen ibi fuit aliquando paradisi: ergo poterit esse in quacunq̄ parte vniuersi: angeli ergo quando apud nos manent, licet nō sint in cœlo empyreo, nihil de scēlicitatis actu perdunt: circa visionem angelorum in qua est eorum beatitudo erāt quærenda alia. & tamē de beatitudine angelorū dictū fuit supra 5. cap. quæst. 72. & q. 73. ideo ibi videntur. **Veni autem.** In præcedentibus ostēto, quod non est proximis nocendum inferendum ex parte, hic ostenditur, quōd est ei beneficium impendēdum, & primò in affectu: secundò in effectu ibi. **Si autem percauerit.** Primum inducitur exemplo saluatoris, qui tam benignum affectum circa nos habuit, quōd venit saluare eos, qui perierant. Et dicitur: **Veni enim filius hominis.** Idest, ego qui sum filius hominis. Tali modo de se loquitur supra 9. & 11. & 12. & 16. & in multis locis. **Saluare quod perierat.** Idest, ad hoc veni de cœlo homines saluaturus, & isti perierant, quia ex peccato Adæ omnes incurrerant in peccatum originale, de quo nemo poterat seipsum saluare, nisi veniret Christus: ideo venit ad hoc. Et est sensus: si ego me humiliavi, vt de cœlo descenderem ad benefaciēdum hominib⁹, qui perierāt: a fortiori vnus debet benefacere alteri, in quo potuerit, quia nemo potest se fatum humiliare p̄ alio, quantum ego me humiliavi p̄ omnib⁹, qui veni saluare quod perierat, & ad intelligentiam huius inducit exemplum palpabile de eo, qui habet centum oves, & vnā earum perditam requirit dimittens alias, & postea gaudet de inuentione perditæ: nam ita Christus fecisse videtur pro hominibus, qui erant ovis perditæ:

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

**Quid vobis videtur.** Refertur ad finem parabole: nam hoc est querere sententias aliorum de re, de qua agitur si aliquo modo vertatur in dubium, & in principio parabole refertur casus, & non est sententia aliqua, & in fine dicitur: & si inuenerit eam, amen dico vobis, quia gaudebit magis super ea, quā super nonaginta nouem, quæ non errauerunt. Et quia hoc poterat esse dubium, quærit de hoc aliorum sententiam, dicens: quid vobis videtur: quasi dicat, nunquid non videtur vobis sic, quōd gaudebit magis super illa, quā super nonaginta nouem, quæ non errauerunt. Aliter etiā poterat introduci, quōd Christus non querat approbationem sententię suę, sed querat sententiam, quaff nulla præcesserit, intelligendo quōd ponatur parabola de eo, qui perdit vna oue de centum, & relictis nonaginta nouem iuit, vt quæreretur eam, quæ perierat, & inuenit. **Quid vobis videtur quid faciet iste,** quando illam perditam inuenerit? Et tunc quasi alijs tacentibus subdit Christus sententiā veram, quā quilibet diceret, si loqueretur inquis: **Amen dico vobis,** quia gaudebit magis super eam, quā super nonaginta nouem. **Si fuerint alicui centum oves.** Idest, si habuerit eas, & est modus antiquus locutionis non conueniens nostrę consuetudini. **Et errauerit vna ex eis.** Errare est extra viam ire, & per hoc disponitur ovis ad periclitandū iuxta illud Plal. 118. **Erraui sicut ovis, quæ perijt.** Dixit de vna ad ostendendum, quōd magnum aliquid est pro vna quærenda nonaginta nouem relinquere. **Nome relinquit.** Quasi dicat: ita faciet, quia ille non pereunt, etiam si relinquuntur, quia & si relinquuntur, non tamen deseruntur: scit enim pastor eorum, quōd errare non possunt, quia sub conuenienti custodia eas dimittit. Illa autem, quæ errauit, peribit, si non requiratur. **Nonaginta nouem.** Idest, omnes alias, quas habebat, quia quōd fuerint centum, vel mille non differunt, cum omnes propter vnā quærendam relinquuntur: sed quāto fuerit maior numerus relictarum, significatur maior amor custodis, qui cum sit ita diues, vnācam, quæ errauerat, tam diligenter inquirat, vt ceteras dimittat illam quæsiturus. **In montibus.** Scilicet, in locis, vbi custodiebantur oves: talia enim sunt loca terrę Israel in quibus custodiuntur pecora: & ita dicitur primo Regum vigesimo quinto, quōd Nabal condebat gregem suum in monte Carmeli: & Lucæ decimo quinto, dicitur, quōd reliquit eas in deserto, & idem est, quia terra deserta in terra Iudæorum est montuosa, vt colligitur Iosue decimo quinto, vbi assignantur ciuitates Iudæ, quæ erāt in desertis, & in montanis. **Et vadit querere eam, quæ errauit.** Idest, recessit a grege. **Et si contingerit, vt inueniat eam.** Loquitur secundum consuetudinem rerum, quæ quaruntur: nam interdum inueniuntur, & interdum nō: & ita contingens est inueniri, vel non inueniri: in quantum autem ad Christi applicatur, non erat contingens inueniri, sed necesse erat, quōd inueniret, quod quærebat, cū oves suas nemo possit tollere de manu eius: Io. decimo capitulo. **Amen dico vobis.** Idest, firmiter, vel in veritate, interdum est modus iurandi, vt dicitur extra de iure iurando. capitulo, & si Christus: interdum est aduerbium affirmandi, vt si dicatur: certissimè dico vobis. **Quia gaudebit magis super eam.** Ita est sententia domini, quā ipse sciebat esse communem omnibus auditoribus. **Quam super nonaginta nouem.** Quas relinquit in montibus. **Quæ non errauerunt.** Idest, quarum nulla a grege errauerat: gaudet n. pastor tūc de illa plus, quā de alijs, quia illam perdidit, & non alias. **Sic non est voluntas ante patrem vestrum.** Idest, sicut pastor non vult, quōd pereat vna ouis, sed relictis ceteris inquit eam: sic & pater vester. i. Deus non vult, quōd pereat aliquis parvulus, & dicitur, non est voluntas ante patrem vestrū. nō vult.

E 4 Est

Est enim consuetudo aliena loquendi, vel est sensus, quod non solum ipse non vult, quod non pereat pusilli: sed etiam non placet ei de illo, qui vult, quod pusilli pereant: nam voluntas illa, non est accepta ante Deum. Unde dicitur, non est voluntas ante patrem vestrum. i. non est accepta ante patrem vestrum voluntas illa, quae vult perire paruulos: & loquitur contra scandalizatores, & contemptores pusillorum: quia isti voluit, quod pusilli pereant dando eis occasionem ad hoc. *Qui in caelis est.* Ut ostendat se loqui de Deo, quoniam homines putant esse solum in caelo, tanquam in domo sua, & ex ipso loco omnia gubernare. *Ut pereat.* Scilicet, ut damnentur aeternaliter per peccatum, quia hoc est verum perire: & hoc fit per scandalum, quia datur eis occasio peccandi, quando scandalizantur passiuè. *Vnus de pusillis istis.* Loquitur de paruulis aetate, quia paruulum ante se habebat, & per hoc intelligit omnes alios paruulos fide, aut discretionem, aut reputationem hominum: nam et istos non vult perire Christus: quanto magis eos, qui magni sunt: licet tales non aberrant a grege.

*Quare Christus dixit hic, filius hominis venit, & cetera, quae sequuntur.* *Questio LXX.*

**Q**V A E R E T V R, quare Christus dixit hic: Filius hominis venit, & cetera, quae sequuntur. Dicitur vno modo secundum Nicolaum, quod supra Christus ostendit non esse pusillis nocendum: hic autem ostendit illis esse beneficiendum exemplo suo, qui venit saluare quod perierat: & ad hoc inducit exemplum de habente centum oues, quarum vna aberrat: & ita continuatum fuit supra. Aliter potest dici, & melius, quod ista est confirmatio praecedentium per vltiores rationes: nam dictum fuerat supra non esse paruulos scandalizandos, neque contemnendos: qui enim scandalizat eos, vel contemnit perdit illos, id est, dat occasionem pereundi, quia scandalizati peccant mortaliter, per quod pereunt: hoc autem non est faciendum ab his, qui sequuntur doctrinam Christi, cum sit contra intentionem eius: nam non venit ipse ad perdendum aliquem: sed potius ideo venit, ut saluaret quod perierat: & ita dicitur hic: venit filius hominis saluare quod perierat: quasi dicat: quia ad hoc ipse venit, non debet quis perdere fratrem suum scandalizando pusillos. Simile patet Luc. 9. quando Iacobus, & Ioannes volebant petere de caelo ignem super quaedam ciuitatem Samaritanorum, & Christus venit, dicens: Nescitis cuius spiritus estis: filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare: id est, nescitis, quem spiritum habere debetis, & quam doctrinam sequi: nam intentio mea, quam sequi debetis, non est perdere homines, sed saluare: & ita hic venit saluare, & consequenter non perdere per scandalum, & contemptum paruulorum. Quod autem sequitur de centum ouibus pertinet ad idem: dixerat enim, quod venit ad saluandum quod perierat: ideo posuit exemplum de illo, qui habebat centum oues, & aberrante vna reliquit nonaginta nouem, & iuit, ut saluaret errantem quaerendo illam: ita est de Christo, qui cum haberet centum oues, id est, homines, & angelos: & homines errauissent peccando, reliquit angelos in caelo veniens in terram, ut hominem perditum saluaret: & quia ille, qui inuenit vnam ouem errantem gaudet super ea plusquam super eis, quae non errauerunt: ita filius hominis, id est, Christus gaudet de saluatione hominum: & si ita est, quod plus gaudet de homine pereunte saluato, quam de angelis, qui non errauerunt, manifestum est, quod non volet, quod aliquis homo pereat: ideo quod alicui occasione pereundi, contra voluntatem Christi facit. Et ita concluditur in litera: sic non est

voluntas ante patrem vestrum, ut pereat vnus de pusillis istis. i. sicut qui habet centum oues dimittit nonaginta nouem, ut vnica errantem saluet, & hoc, quia non vult, quod aliqua pereat: ita non est voluntas Dei, quod aliquis de pusillis pereat, & ideo nemo debeat eum scandalizare, aut contemnere, quia per hoc pusillus periret incidendo in peccatum mortale: & ita apparet necessarium, quod sic debeat intelligi litera, cum in fine eius Christus applicuerit ad propositum suum, dicens: sic non est voluntas, & cetera, & iste est verus sensus.

*An ista parabola de centum ouibus sit eadem cum illa, quae ponitur Luc. 15. cap. Questio LXXI.*

**Q**V A E R E T V R, an ista parabola de centum ouibus sit eadem cum illa, quae ponitur Luc. 15. cap. Aliqui dicunt, quod sit eadem, quia hic dicitur de centum ouibus, & ibi etiam. Et dicitur de vna aberrante, & nonaginta nouem saluatis, & multa alia similia hic, & ibi. Alij dicunt, quod non sit eadem parabola, quia aliqua ponuntur hic, quae non ponuntur ibi, & e contrario: quia hic dicitur: sic non est voluntas ante patrem, & cetera, & ibi non ponitur. Etiam dicitur ibi, quod si inuenit eam imponit humeris suis: hic autem non. Etiam dicitur, quod conuocat amicos, dicens: congratulamini mihi, quia inueni ouem: & hic non dicitur. Etiam dicitur ibi, quod gaudium est in caelo super vno peccatore, & cetera, & hic non dicitur. Etiam dicitur hic, quod reliquit nonaginta nouem in montibus, & ibi dicitur, quod reliquit eas in deserto.

Dicendum, quod ad quaeritur, an sit eadem parabola, vel an sit eadem narratio hic, & ibi, dato quod parabola esset eadem. De primo dicendum, quod certum est esse eandem parabolam: nam idem factum narratur, scilicet, de centum ouibus, & vna aberrante, & reperta, & gaudio super ea. De secundo dicendum, quod non fuit eadem narratio, aut praedicatio ista & illa: sed Christus istam parabolam saepe dixit, sicut quaedam alia saepe dicebat praedicando in diuersis locis, & coram varijs auditoribus, & ita fuit in praesenti: nam quando nunc Christus dixit parabolam de centum ouibus, solum discipulis praedicabat, coram quibus statuerat paruulum, ut colligitur ex tota litera praecedenti, & maxime nunc ex fine literae, cum concluditur post parabolam centum ouium sic: non est voluntas ante patrem vestrum, ut pereat vnus de pusillis istis, & ita adhuc pusillus erat coram Christo, quem supra in medio statuerat. Id autem quod dicitur Luc. 15. fuit dictum Pharisaeis, & publicanis, ut patet ibidem, scilicet, Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illud, & murmurabant scribae, & Pharisaei dicentes: hic peccatores recipit, & manducat cum illis: & ait ad illos parabolam istam: quis ex vobis homo habet centum oues, & cetera. Secundum patet, quia non fuerat eadem narratio: nam ista parabola ad fines multos distinctos inducitur hic, & ibi, quia hic inducitur ad ostendendum, quod non debeamus scandalizare, aut contemnere paruulos, per quod pereunt, quia filius hominis venit ad saluandum quod perierat, & ideo non vult, quod aliquis paruulorum pereat: sed Luc. 15. inducitur ad ostendendum, quod bene agebat Christus communicando cum publicanis, & peccatoribus in cibo, & potu, & alloquijs, ut sic eos conuerteret ad poenitentiam, quia maius gaudium est de poenitentia peccatorum, quam de iustis, qui non indigent poenitentia: sicut gaudet inueniens ouem plus de ea, quae perijt, quam de nonaginta nouem, quae non errauerunt: & ideo necesse est diuersis temporibus dictum esse hoc, & illud: et ita est eadem parabola repetita varijs temporibus, et locis, et coram diuersis personis. *Quod*

Quod autem obijcitur, quod non esset eadem parabola: quia dicitur hic, sic non est voluntas, & cetera, dicendum, quod licet sit eadem parabola, tamen ad diuersum finem hic, & ibi inducebatur: ideo cum hic vellet concludere non esse paruulos contemnendos, per quod periret scandalizati, dixit: sic non est voluntas ante patrem, ut pereat vnus de pusillis istis: & tamen Luc. 15. non loquebatur de pusillis, sed de publicanorum conuersatione, ideo non posuit eandem conclusionem, licet esset eadem probatio. Ad secundum quod dicitur, quod ibi dicitur, quod imponitur humeris ouis inuenta, & hic non. Dicitur potest vno modo, quod vtrouque Christus hoc dixit, & tamen vnus Euangelista illud subicit, & alius expressit, sicut circa multa alia accidit, quae semel tantum acciderunt, & ita idem narrant ibi Euangelistae, & tamen vnus subicit, quod alius exprimit. Alio modo potest dici, quod vterque Euangelista plenè retulit verba Christi: quia tamen non fuit eadem narratio hic, & ibi, potuit esse, quod pluribus verbis vteretur, quando dixit parabolam coram Pharisaeis, & scribis, quam cum dixit coram Apostolis, & ita Matthaeus nihil tacuit, & etiam Lucas: hoc est satis verisimile. Causa autem quare pluribus verbis vnus fuit Christus coram Pharisaeis, & scribis, quam coram discipulis vix esse, quia volebat efficacius suadere, & quia illi, quibus loquebatur non sponte recipiebant verbum eius, & contra tales efficacioribus argumentis opus est: vtrigitor Christus ostenderet quantum Deus volebat reducere peccatores ad se per poenitentiam: ostendit diligentiam, & magnitudinem gaudij illius, qui ouem errantem inuenit, quia praegerat gaudium imponit eam humeris suis, & etiam gaudium suum solum non sustinens vocat amicos, & vicinos, & dicit eis: congratulamini mihi, id est, gaudete mecum propter ouem inuentam: non fuit autem tanta suasio circa Apostolos, qui simplici verbo Christi crederent postquam illud intelligerent.

*Quare dicitur de centum ouibus.* *Questio LXXII.*

**Q**V A E R E T V R, quare dicitur de centum ouibus. Dicendum, quod accipiendo parabolam in corde non fuit maior ratio dicendi centum, quam mille, vel ducentas: quia intentio Christi fuit ostendere magnitudinem amoris paruicis ad saluandum, quod perierat: quia quamuis esset vnica errans, reliquit plures propter illam, & tamen siue centum essent, siue ducentae vel amplius, multae relinquebantur propter vnā: Accipiendo autem quantum ad sensum intentum a Christo, dicendum, quod non ponitur centum oues propter aliquod mysterium, quod importet iste numerus potius, quam quilibet alius: sed ponitur centenarius, quia est numerus perfectus constans ex decem decadibus. Sic dicit Greg. Quia centenarius numerus perfectus est, ipse centum oues habuit cum angelorum substantiam, & hominum creauit. Et Cyrillus ait, quod centenarius numerus perfectus est ex decem decadibus constans, & tamen attendendo multi alij numeri perfecti sunt, siue in genere quadratorum, siue cuborum, id est solidorum numerorum. Et patet, quod non intendit specialiter centenarium numerum: quia Luc. 15. mox ut Christus posuit parabolam de centum ouibus, ad confirmandum idem, subdidit aliam de decem drachmis, & vna perdit, & inuenta: & concluditur ibi gaudium de inuentione drachmae perditae, sicut ouis perditae, & inuentae, & ita nihil interest dici de centum ouibus, & vna perdit, aut de decem, & vna perdit: fuit tamen conuenientius quantum ad corticem parabolae dici de centum ouibus, quam de decem. Primum, quia non est verisimile, quod quis decem tantum oues

A habens ambularet cum eis in montibus: non enim faceret eas solas greges: sed adiungeret alteri multitudi ni ne decem oues vno pastore indigerent: centum autem possunt vnum pastorem exigere. Secundum ad ostendendum pastorem amorem circa ouem perditam: nam si essent decem tantum oues, & periret vna, satis magna pars earum, id est decima peribat: ideo verisimile erat pastorem iactura rerum suarum commotum illam inquirere: quando tamen de centum vna peribat, parua pars gregis peribat: ideo non erat tunc ita verisimile pastorem ex damno rerum incitari ad quaerendam ouem: sed quia amabat ouem, & quia nihil vult perire quod conueniebat proposito: nam propter amorem descendit, ut nos saluaret, non autem propter damnum rerum suarum: nam etiam si omnes homines peccat, imò & simul oēs angeli, nullo dano efficitur: cum de bonis eius nihil desit: ipse enim est sibi totum bonum, quod autem extra ipsum est, non est bonum eius nisi aequiuocè, vel amphibologicè, scilicet bonum eius, id est bonum ab eo creatum, & possessum: non tamen bonum eius, id est, quod sit bonum ei hoc modo ipse solus sibi bonum est.

*Quare dicitur, si errauerit vna, & non ponuntur plures.* *Questio LXXIII.*

**Q**V A E R E T V R, quare dicitur: si errauerit vna, & non ponuntur plures. Dicendum, quod alię rationes sumuntur ad hoc ex cortice parabolae: alię verò ex conditione significationis. Prima est ad ostendendum amorem pastoris. Nam si essent centum oues, & erraret viginti, iam magno damno rerum suarum moueretur pastor, ut illas quaereret: cum autem de centum vna perit, quasi nullum damnum est, ut propter illud tantos labores pastor subire debeat quaerendo ouem illam per desertum, & ita potius agit ex amore, ut non pereat quidquam. Secundum, ut sit casus verisimilior: nam de centum possunt quidem violenter auferri viginti, aut plures errare tamen non possunt: quia illa ouis errat, quae non vidente pastore a grege recedit: non fiet autem circa viginti oues in grege centum otium: quia illas videbit pastor a ceteris segregari, & ita non errabunt: posuit ergo vnam errantem, ut rem verisimilem tangeret. Tertio fuit, quia ut dicitur Luc. 15. Ad ostendendum amorem pastorem imponitur ouis perdit, quae ad gregem reducit, quod in vna oue fieri potest: si autem multae errarent, non poterat inueniens eas humeris imponere, & ita non connotaret fini ad quem Christus inducit parabolam. Quarto, quia designatur magnum gaudium de inuenta oue hic, & Luca. 15. Si tamen oberrasset triginta oues de centum, non erat mirum si eis inuentis valde gauderet: quia tertiam partem quasi gregis suae perdidit, & ita non gaudet ex amore rei inuentae: sed propter lucrum vel propter euitationem damni, quod incurrerat: cum autem inuenta vnica oue tanta est eius letitia, ut plus de illa, quam de omnibus, quae non errauerant gaudet, ex amore inuentae ouis, ut non periret agere videtur, & non ex cupiditate rei. Quinto, & pertinet ad radicem significationis, fuit hoc ad significandum valorem hominum: nam per centum oues tota possessio Dei intelligitur, per errantem ouem homo perditus per peccatum accipitur, qui est quasi ceterissima pars totius possessionis Dei. Sic dicit Ambro. super Lucam. Diues pastor cuius oēs nos centesima portio sumus, ut per hoc non superbiemus quasi nos simus totum bonum, quod Deus possidet. Sexto, ut aliqui volunt, ad designandum causam perditionis: nam ideo res perit, quia imperfecta efficitur, & ob hoc tam in parabola de decem drachmis, quam in parabola de centum ouibus vna deficit, quia

quia ablata unitate ab utroque istorum numerorum tollitur perfectio eorum. Sic dicit Rabanus: Nota vero, qd vnum deest ad nouem, vt decem sint, & ad no maginta nouem, vt centum sint: variari ergo per breuitatem, & magnitudinem numeri possunt quibus vnus deest, vt perficiantur: ipsum vero vnum sine varietate in se manens cum accesserit ceteros perficit. Si autem tollerentur plures unitates, posset accidere, qd numerus maneret perfectus, vt ablatis decem, & nouem de centum manerent octoginta, & vnus: qui etiam perfectus numerus est: cum sit quadratus ex nouem confurgens: ablata autem unitate nullus numerus maneret hic perfectus. Etiam quia unitas est minimum per quod tollitur perfectio. Septimo fit ad ostendendum principale causam, s. qd Christus venerit ad nos redimendum ex solo amore, & non propter aliquam suam utilitatem: nam si nos fuissetis maior pars possessionis sue, videbatur verisimile, qd vellet venire ad nos saluandum: eramus tamen centesima portio gregis sui: ideo quasi nullum damnum rerum suarum esset, qd nos periremus. Quod igitur venerit ad nos saluandum, ex amore fecit, & sic valde ei tenemur, quia propter nos egit.

Quomodo dicitur hic, qd reliquit nonaginta nouem in montibus, cum Luc. 15. dicatur, qd reliquit eas in deserto. Quast. LXXVIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, qd reliquit nonaginta nouem in montibus, cum Luc. 15. dicatur, qd reliquit eas in deserto. Dicit potest vno modo, qd non est inconueniens: nam istae sunt duae narrationes, licet sit eadem parabola narrata, & ita potuit vnus Euangelista vt vno nomine, & alius alio. Aliter dicitur, & melius, qd nulla diuersitas est in significatione: nam deserti in montibus, & in deserto idem est, eo qd in terra Iudaeae est quaedam pars regionis, quae vocatur desertum, & vocatur montana, quia est montuosa, & ideo oues relictas in montibus in deserto relinquuntur: hoc colligitur Iosue 15. & erat ista regio, in qua habitabat Zacharias pater Ioannis Baptistae. Vnde vocatur illa aliquando desertum, & aliquando montana. De Natiuitate Ioannis apparet, quia quando natus est dicitur Luc. 1. qd divulgabatur verbum istud super omnia montana Iudaeae, & eodem cap. dicitur de virgine, quando iuit ad Elisabeth matrem Ioannis antequam pareret, qd ascendit cum festinatione in montana, & intrauit in domum Zachariae: & tamen quando Ioannes praedicabat, dicit qd erant praedicans in deserto Iudaeae circa Iordanem, supra 3. cap. & Mar. 1. & Luca 3. & tamen praedicabat in regione illa, in qua natus fuerat, & ita terra montana, & desertum idem sunt, & ita idem expressit vterq; Euangelista dicens fm conditionem terrae Iudaeorum.

Quomodo inuenta oue gaudet pastor de illa, quia plus de reliquis deberet gaudere. Quast. LXXV.

QVAERETVR, quomodo inuenta oue gaudet pastor de illa plusquam de nonaginta & nouem, quae non errauerunt: nam plus gaudere deberet de non perditis. Dicendum, quod non est intelligendum, quod gaudet plus de illa, idest magis placet sibi possidere illam, quam nonaginta & nouem, quae non errauerunt: quia tunc oporteret, qd ista sola ouis esset sibi preciosior, & vtilior, quam nonaginta noue, quae non aberrauerunt, quod falsum est, cum sit portio centesima gregis. Sed est sensus, qd habet pastor quoddam gaudium nouum de ista oue inuenta, quod non habet de nonaginta nouem: nam illa semper manserunt in

rebus eius cum non aberrauerint, ideo quia de nouo non acquirit eas, non habet aliquam causam gaudendi de eis nouiter: illam autem ouem, quae aberrauit, putauit pastor deperditam, & iam deesse illam rebus eius: nunc vero quando inuenta est, accepit eam, quasi de nouo acquisisset, & ideo de illa gaudet specialiter, & non de nonaginta nouem: sic accipitur Luc. 15. in parabola filij prodigi. Nam quando ille redijt, fecit illi pater magnum festum: & conquestus est senior, quia semper seruens patri nunquam ab eo acceperat aliquid ad gaudendum cum amicis suis: pater autem dixit: fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est: quasi dicat: ego magis diligo te quam illum, quia omnia bona mea tua sunt, & non illius: & tamen non habeo aliquam causam specialiter, & nouiter nunc gaudendi tecum, quia tu semper manes mecum, & nunquam te perdidisti, sed de fratre tuo oportuit me nunc nouiter gaudere, & epulari: quia mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est: idest habebam eum tamquam mortuum, quoniam non credebam me amplius visurum, & nunc inueni eum: ita de ouibus, quae non errauerunt nulla erat causa noua gaudendi, quia semper manserunt in bonis pastoris: ouis autem perdita putabatur: deesse bonis illius: cum igitur inuenta fuerit, gaudebitur de ea, ac si nouiter accrescat bonis eius.

De applicatione istius parabola ad intentionem Christi. Quast. LXXVI.

QVAERETVR, de applicatione istius parabola ad intentionem Christi. Dicendum, qd hic Christus intendit de redemptione generis humani pdiri: nam dicit in principio: venit filius hominis saluare, quod perierat, sed quod perierat non erat nisi genus humanum: nam licet quaedam pars angelorum perierit, non venit Christus ad saluandum illam, neque saluauit: neq; etiam intelligitur illi angeli nomine ouis perdita: quia ouis perdita reducta est ad gregem, & tamen angeli prauaricatores non reducti fuerunt ad ordines, & statum aliorum angelorum: cum ergo dicit, qd homo quidam habebat centum oues: per hominem intelligitur ibi Deus, idest tota Trinitas, quia istud nomen homo est multum commune, & transfertur ad multa in scriptura: nam interdum deum vocatur homo. supra 3. Inimicus homo supereminuit zizania, & ibi subditur in expositione, qd iste est diabolus, qui seminauit zizania: etiam Deus pater vocatur homo. Io. 8. cum Christus ait, qd in ore duorum hominum est verum testimonium, & inducit hoc ad probandum, qd opera sua vera sunt, quia ipse solus non est, sed etiam pater, qui misit eum cum eo, & subditur, quod in ore duorum hominum est testimonium verum, & ita se, & patrem vocat duos homines. Tota ergo Trinitas est homo iste: quia Trinitas Beata est vnus possessor, & dominus omnium rerum. Centum oues possunt intelligi omnia creata, quia omnia illa Deus fecit, & oia eius sunt, Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo, & tamen melius ad propositum accipiuntur centum oues pro omnibus creaturis rationalibus, quia isti sunt, qui perire possunt per actum proprium. Sic dicit Greg. super illo verbo si fuerint alicui centum oues: Hoc ad Christum creatorem hominum pertinet: quia enim centeharius perfectus est numerus: ipse centum oues habuit, cum angelorum substantiam, & hominum creauit. Et idem dicit Cyrillus. Sed quare specialiter centum vocentur oues, & non plures, neque pauciores, dictum est supra quast. 72. De his centum ouibus vnus errauit,

Hoc nomen homo in scriptura ad multa transfertur.

Quid per centum oues in parabola intelligatur.

errauit, idest genus humanum, quia vno homine peccante totum genus perijt, & ita errauit ab unitate gregis dominici, qui gloriam possidebat, aut possidere debebat. Est autem vna ouis: quia licet multi homines sunt velut multae oues, Psal. 94. Nos autem populus eius, & oues pascae eius, & Io. 19. c. Habeo alias oues, quae non sunt ex hoc ouili: tamen quia vno homine errante omnes perierunt, sunt omnes, sicut vna ouis perdita. Vel quia nos collati ad caetera, quae Deus possidet, sumus sicut vnitas ad centum. Sic dicit Ambro. Dicit pastor, cuius nos omnes portio cetesima sumus. De hoc etiam Hila. Ouis autem vna homo vnus intelligendus est, & sub homine vno vniuersitas sentienda est: ia vnus enim ad errore omne hominum genus oberrauit. Et Greg. ait, Vna ouis perijt, quando peccado homo pascualia vitae dereliquit: dicit autem pastor reliquisse nonaginta nouem, idest omnes angelos bonos, vt veniret ad quaerendum ouem, quae perierat, idest hominem: non autem reliquit verum cum ipse vbi que sit, ideo necesse est angelos, & quacunq; sunt ei praesentia fore: sed reliquit esse per nouitatem, qua fecit, secundum quam cepit esse similis nobis, & dissimilis angelis: nam ad hoc, qd Deus pastor quaereret hominem perditum induit humanam carnem, & visibilis factus est: in quo nobis similis est, & angelis dissimilis, & ita illos reliquit: sicut de Christo dicitur, qd exiit a patre, & venit in mundum, idest assumpsit carnem, per qua assumptionem est dissimilis patri, qui carnem nullam assumpsit, & per hoc exiit a patre, idest recessit ab eo per distantiam similitudinis, & non loci aut praesentiae: & venit in mundum, idest factus est similis rebus mundanis, quae corporeae sunt, & visibiles. Dicitur autem, qd reliquit oues illas in montibus, idest in locis excelsis, quia angeli boni in caelo manent, quos Christus reliquit dicit, vt veniret ad quaerendum hominem perditum. Sic dicit Greg. Dicit Euangelista eas relictas in montibus, vt significet in excelsis, quia nimirum oues, quae non perierant, in sublimibus stabant. Sed Luc. 15. dicit, qd reliquit eas in deserto, quia desertum, & mons idem sunt, vt supra dictum est: & tamen quantum ad rationem significationis angeli, qui erant nonaginta nouem, dicuntur manere in deserto, idest in caelo. Desertum enim caelum est: quia homo illud deseruit cum peccauit. Vel quia desertum significat locum deficientem bonis multis, & quia tam angelica, quam humana natura condita erat, vt caelum possideret, cum homo celum perdidit, cepit ipsum caelum deficere habitatoibus suis, & quodammodo esse desertum. Sic dicit Greg. Vadit autem quaerere eam, quae errauit, i. in assumpta carne praedicauit, & passus est, & caetera opera fecit, quae ad nostram redemptionem pertinent, per quae homo perditus quaerebatur, & redemptus est.

Quomodo dicitur, quod pastor reliquit nonaginta nouem in montibus, vel in deserto. Quast. LXXVII.

QVAERETVR, quomodo dixit, qd pastor reliquit nonaginta nouem in montibus, vel in deserto, vt vadat quaerere eam, quae errauerat. Videtur enim hoc ad imprudenciam pertinere, tot oues exponere periculo, vt vnica errans quaeratur. Aliquis dicit, qd hoc non est inconueniens: quia illam vnica plusquam caeteras diligit, cum dicatur, qd si inuenit eam, gaudet super eam plusquam super nonaginta nouem, quae non errauerunt: sed quod minus diligitur, exponitur periculo pro eo, quod magis amat. Dicendum, qd non stat, quia plus amat pastor nonaginta nouem, quam vnica: nec hoc litera asserit. Itaque quia dato, qd plus ama-

ret illam vnica, quam caeteras, tamen non exponeret periculo nonaginta nouem pro vna: quia qui quaerit ouem errantem, non est certus, qd eam inueniet: & dimittendo alias, vt errantem quaeratur, poterit esse, qd caeteras perdat: & ita etiam si magis dilecta sit illa vnica, non exponerentur pro ea caetera. Sed dicendum, qd quantum ad corticem parabola non est inconueniens: nam pastor, qui vult quaerere ouem errantem, non deserit caeteras sine custode: quia hoc dementia esset: nam errare possent omnes, aut beftiarum moribus laniari: sed dimittit eas sub custode alio, & ipse dominus vadit inquisturus errantem ouem. Quantum ad significationem etiam non est inconueniens, quia angeli dicuntur relinqui in deserto, idest in caelo non quasi subtrahita eis penitus diuina cura, & puidentia: quia non taliter dimittuntur, vt perire possint: sed dimittuntur solum in quantum cessat Christus esse eis similis quantum ad carnem assumptam: sed nihilominus ipsi firmiter manent, ita vt perire non possint: quia si possent deficere, non dimitteret illos, vt hominem quaerere, quia tunc esset crudelis ad omnes, vt miseretur vnus. Sic dicit Cyrillus: Nunquid autem seuiens in reliquis motus est pietate vnus? Nequaquam: Sunt enim illa in tuto circumsepiente illas potentissimo, sed magis misereri oportebat pereuntes, ne imperfecta videretur residua multitudo: vna enim reducta sortitur centenarius propriam speciem.

Quomodo est verum, quod magis gaudet quaerens super oue inuenta, quam super non errantibus, cum potius contrarium videatur. Quast. LXXVIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, qd magis gaudet quaerens super oue inuenta, quam super non errantibus: per quod inuuitur, qd magis gaudet Deus super peccatore vno penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis: nam magis videtur gaudendum de vno iusto, quam de vno peccatore: quanto magis de nonaginta nouem iustis. Aliqui dicunt, qd intelligitur de iustis praesumptuosus, idest, qui seipos iustos arbitrantur: quia non faciunt peccata communia, quae alij committunt, & tamen committunt alia peccata spiritualia, quae grauiora sunt, vt superbiam, praesumptionem, hypocrisim, & de talibus manifestum est, qd magis Deus gaudet in vno peccatore agente penitentiam, quam in mille, vel decem millibus iustis talium, quia illi non sunt verum iusti: nec gaudet Deus in illis, sed potius detestatur eos: sic pater Lucae 8. Vbi Christus loquitur contra Pharisaeum, qui se iustificabat dicens, qd non erat, sicut caeteri homines, & ait, qd publicanus, qui confessus fuit se peccatorem iustificatus fuit potius, quam Pharisaeus, & sic potest intelligi istud de gaudio Dei super peccatore poenitente plusquam super iustis: quia istud ponitur Lucae 15. Et ibi Christus loquebatur contra Pharisaeos, & Scribas, qui arguebant eum, qd manducaret cum publicanis, & Christus defendit se, qd faciebat hoc quaerens salutem eorum: tanquam oues perditas: & vt ostendatur, qd melius erat manducare cum illis peccatoribus, quam cum Pharisaeis, & Scribis, qui se iustos iactabant. Dicit, qd Deus magis gaudet de vno illorum peccatorum, qui per talem conuersationem faciebant poenitentiam, quam de multis falsis iustis, quales erant Pharisaei, & isti tales iusti vocantur oues relictas in deserto, quia imperfecti sunt, cum eis desit unitas. Sic dicit Augu. lib. de Questionibus Euang. illas nonaginta nouem, quas in deserto reliquit dicit superbos designans, tanquam sollicitudinem gerentes in animo dum solos se videri volunt, quibus ad perfectionem unitas desit: cum autem qui-

libet



libet à vera vnitate diuellitur superbè diuellitur: sua quippe potestatis esse cupiens, non sequitur vnum, quod Deus est: vnitati autem deputat omnes per poenitentiam reconciliatos, quæ humilitate obtinetur. Et Beda ait: Per nonagintanouem oues, quas in montibus dereliquit, superbos significat, quibus ad perfectionem vnitas deest: cum ergo inuenit peccatorem magis super eum gaudere facit, quam super iustos falsos. Sed dicendum, quod licet iste sensus sit coloratus: adhuc tamen non stat, quia Luca 15. dicitur, quod maius gaudium est in celo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonagintanouem iustis, qui non indigent poenitentia: & tamen tales iusti, quales erant Pharisei poenitentia indigebant: cum verò mali essent, & quibus non erat locus in vita æterna. supra 5. capit. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Phariseorum, & Scribarum, non intrabitis in regnum celorum. Ideo dicendum, quod intelligitur de veris iustis, qui poenitentia non indigent, quia non committunt de quibus poenitendum sit. Sed tunc dicunt quidam, quod intelligitur de veris iustis, qui tamen non proficiunt ulterius: sed solum inueniunt in statu virtutum, quas semel induerunt, & nullum illicitum committunt: qui autem commiserunt illicita, & compuncti poenitent, interdum valde nituntur ad perfectum, & tales necesse est, vt Deus magis diligat, quam iustos, qui non proficiunt in gradu meritorum, licet illicita non committant: quia illum magis Deus diligit, qui in maiori charitate est. Sic dicit Greg. Considerandum quare Deus maius gaudium esse fateatur de conuersis peccatoribus, quam de stantibus iustis: quia, scilicet, stantes plerumque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, qui valde sibi securi sunt, quod nulla commiserint mala grauiora: at contra nonnunquam hi, qui se aliqua illicitè egisse meminerunt ex ipso suo dolore compuncti inardescunt in amorem Dei, & quia se errasse à Deo considerant, damna præcedentia lucris subsequenter recompenfant: sic & dux in bello plus eum militem diligit, qui post fugam conuersus hostem fortiter premit, quam eum, qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliter fortiter fecit.

Secundò dicunt quidam, quod gaudium istud non est ipsius Dei, sed bonorum: sed dicitur esse maius gaudium, idest præstatur maior gaudij materia in conuersione peccatorum, quam in iustis manentibus. Et ita dicit Beda: Ouem dominus inuenit quando hominem restaurauit, & super eam inuentam maius gaudium est in celis, quam super nonagintanouem iustis: quia maior materia diuinæ laudis est in restoratione hominum, quam in creatione angelorum: mirabiliter enim angelos creauit, sed mirabilius homines restaurauit.

Tertiò dicendum, & melius, quod est maius gaudium super poenitentia peccatoris vnus, quam super nonagintanouem iustis: imò plusquam super nonaginta millibus, quia gaudium nominat passionem, quendam de nouo venientem, quæ anima exhilaratur: circa peccatores autem, qui conuertuntur est noua ratio gaudendi, quia ante hoc perierant: nunc verò poenitentiam ceperunt esse de grege Dei, & ita tantumquam de re nouiter habita gaudium est: De iustis autem in quantum huiusmodi nulla ratio est gaudendi de nouo: cum non superueniat in eis aliqua nouitas: sed sicut nunci iusti sunt, ita ante iusti erant, ideo non solum maius est gaudium super peccatore poenitentiam agente, quam super nonagintanouem iustis: imò nullum gaudium est de nouo super iustis. Et patet, quod iste est sensus ex cortice parabola: nam qui querit ouem errantem, & dimittit nonagintanouem in deserto, nullum gaudium de nouo habet super nona-

gintanouem, eo quod illæ non accrescunt de nouo domino suo: omnis autem errans de nouo acquiritur domino, quia cum errasset iam censebatur perdita, & si inuenitur censetur de nouo accrescere rebus eius, ideo de ea sola gaudetur, & ita maius gaudium est super illa, quam super nonagintanouem: quia de illa est gaudium magnum de nouo, & nullum gaudium est de nouo super nonagintanouem. Sic quantum ad peccatorem conuersum Christus de illo gaudet, quia conuertitur ad eum de nouo: super iustis autem, qui non recesserant ab eo, & ideo neque conuerti poterant ad eum de nouo, non est aliquod gaudium nouum, quia sicut nunc ad Christum pertinent, ita & ante hoc pertinebant. Et iste est verus sensus, sicut apparet ex comparatione ad illud, quod dicitur Luca 15. de filio prodigo redeunte ad patrem, pro quo pater lætatus solennitatem agebat, & cum de hoc indignaretur senior filius, quod nunquam ei talis solennitas exhibita fuerat, dixit pater: tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, idest non oportuit pro te nouum aliquod gaudium facere, quia tu semper mecum mansisti: frater autem tuus mortuus fuerat & reuixit, & inuentus est: ideo epulari, & gaudere nunc debebat. Iste autem sensus melius stat, quam primus horum trium: quia illo modo intelligendo necesse erat accipi de solis iustis, qui desides sunt, & non proficiunt in virtute: sed solum cauent peccatum. Etiam de peccatoribus, qui conuersi proficiunt ad magnam virtutem, & tamen multi iusti sunt, qui proficiunt semper ad maiorem gradum, & multi poenitentes, qui de peccato dolent, sed ad arduum non proficiunt, & ita nunc plus gaudebit Deus de vno iusto, quam de multis peccatoribus conuersis. Sic dicit Gregor. Sunt quidam iusti, de quibus tantum gaudium est, vt eis nullus poenitens præponi possit, qui & si non sint sibi malorum conscij: tamen etiam licita quedam respiciunt, in omnibus se humiliant. Quantum ergo gaudium est si humiliter plangat iustus: cum gaudium sit, si quod male gessit damnat iniustus, & ita non poterat absolute poni dictum istud Christi, sed limitari oportebat ad certum casum, quia aliter non esset verum, & tamen. Christus posuit istud absolute tanquam regulam, & vniuersaliter verum, ideo necesse est intelligi, sicut supra diximus: quia tunc, siue iusti proficiant, siue non, & peccatores conuersi proficiant, vel non proficiant, erit semper verum, quod magis gaudet super peccatore conuerso, quam super nonagintanouem iustis. Etiam secundus sensus supra positus non conuenit, sicut iste: quia non est verum, quod sit Deo maior materia laudis de conuersione cuiuslibet peccatoris, quam de iustis stantibus: eo quod periculum est iustos manere in sua iustitia propter varia tentamenta, quibus Deus subuenit adiunando, vt permaneant. Etiam iusti aliqui tantum proficiunt, quod magis laudatur Deus in operibus, quæ illi faciunt, quam in conuersione peccatoris, & nos etiam magis illum laudamus. Nam nos laudamus Deum in hominibus, secundum quod videmus eos bona operari, quæ scimus non potuissent nisi Deo inuadente fieri: sic dicitur supra 5. cap. Vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in celis est. Maior ergo materia diuinæ laudis præstatur ex operibus excellentibus iustorum, quam ex conuersione peccatoris, & Deus magis de illis gaudet eo modo quo Deum gaudere dicimus. Sic dicit Gregorius: vt habetur supra, quod sunt quidam iusti, de quibus est tantum gaudium, vt eis nullus poenitens præponi possit: oportet ergo accipi sensum istum vltimum.

Approbo  
tertie  
exposi  
tionis  
& cofu  
& cofu  
primæ.

Confu.  
a.  
exponis.

Si autem

Luc. 17.  
Dicit. 25. c.  
1. d. illud.  
2. Cor. 15.  
24. q. 1. c. 1  
omnibus.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus erit fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in celo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in celo.

Si autem peccauerit. Hic ostenditur, quod debeamus benefacere proximo ex parte animæ in effectu. Et hoc dupliciter. Primò defectus eius charitativè corrigendo. Secundo offensam misericorditer remittendo. *Ibi iterum dico vobis.* Circa primum dicit. *Si peccauerit.* De mortalibus intelligitur: quia circa venialia, & leuia non est necessaria ista correctio. *Inter.* Idest, contra te, vel in te, idest nesciente, vt quidam dicunt, sed infra declarabitur. *Frater tuus.* Quilibet vocatur frater: quia omnes nos fratres sumus, infra 23. *Vade, & corripe eum.* Ista correctio non fit per penam impositionem: sed per admonitionem ad bonum, & cessandum à malo. *Inter te & ipsum solum.* Idest, nullo alio præsentate, qui audire possit, aut scire quid est, de quo admonetur, ne infametur quando facilius corrigibilis est. *Si te audierit.* Idest exaudierit: nam certum est, quod audit ipsum cum loquitur ei soli: sed est dubium, an velit assentire admonenti, & hoc est exaudire. *Lucratus eris fratrem tuum.* Idest, lucraberis animam eius. Vel propius conferuabis eum ne perdat animam per peccatum, in quo erat, de quo recedere admonetur. *Si te non audierit.* Idest, si te solum monentem non exaudierit assentiendo monitis tuis. *Adhibe tecum.* Idest, adiunge. *Vnum, vel duos testes.* Vt isti videant, quod tu mones eum, & de quo mones, & sic magis erubescat. *Vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.* Alludit Christus modo loquendi legis Moyfi, Deut. 19. & Num. 35. Ad vnus dictum nemo condemnabitur: sed in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum: idest stabitur omni verbo, quod dixerint duo, vel tres, quasi verum sit: nam eo ipso, quod duo, vel tres iurati afferunt aliquid, censetur verum esse, nisi appareat in contrarium efficacior probatio. *Quod si non audierit eos.* Idest, si non exaudierit te admonentem ipsum coram eis. Vel non audierit eos, idest ipsos etiam admonentes illum tecum. *Dic ecclesiæ.* Idest, denuncia ecclesiæ, idest iudici ecclesiastico, vel ipsi multitudini, quæ est ecclesia, vel ecclesie generali in aliquo casu, quando ad ipsam vniuersalem ecclesiam recurritur. *Si autem ecclesiam non audierit.* Idest, non exaudierit cessando à delicto monitus coram ecclesia, siue per eam, vel per ipsum iudicem ecclesiasticum. *Sit tibi.* Idest, admonenti, qui eum prius corripuit. *Sicut ethnicus.* Idest, sicut Gentilis, qui colit idola, & non pertinet ad legem Christi, & cui non communicatur. *Et publicanus.* Idest, notorius peccator, scilicet per censuram Ecclesie debet separari à ceteris per excommunicationem. Vel ipse admonens debet ipsum vitare etiam si non excommunicetur per Ecclesiam.

Quomodo ista pertinent ad præcedentia.  
Quæst. LXXXIX.

Quæretur, quomodo pertinent ista ad præcedentia. Dicendum, quod licet non sit necesse continuari quæcunque dicuntur per modum dependentiæ cuiusdam, tamen continuatur sic: supra dictum fuerat de his, qui scandalizant, & contemnunt puillos, & quia illud peccatum est, & de peccato est homo corrigendus, ne in peccato pereat, subditur hic de correctione peccantium, scilicet scandalizati, & contempti, in quos peccauerunt scandalizantes, & contemnes, corrigant scandalizatores ipsos, & contemtores: vnde dicitur, si peccauerit in te, idest, contra te, scilicet tibi nocendo, scandalizando, vel contemnendo. Secundo potest continuari sic, quod Christus vult hic auferre peccatum scandalizantis, & scandalizati, & dat modum correctionis, per quam vtrumque tollitur: nam si scandalizatores, & contemtores nunquam corripentur, putarent se non peccare, vel esse sibi remittendum, & ita facilius mouerentur ad scandala faciendum. Ipsi quoque scandalizati si non corrigent scandalizatores contemnerent quod factum erat, & ita vtrique peccarent. Scandalizatores quidem per superbiam, scandalizati autem per negligentiam: datur ergo correctio ista per quam scandalizatores à peccato cessant, scandalizati verò non negligunt salutem spiritualem illorum, cum moneant eos recedere à peccatis. Sic dicit Chrysostomus, scilicet, Quia superius vehementiorem sermonem aduersus scandalizantes proposuit vndique eos terrens, ne rursus hi quibus scandala inferuntur, sic fiant resupini, vt totum contemnentem in aliud vitium incidant, negligentem, & scandalizantes per omnia sibi parci volentes in elationem incidant: hic dominus eos comprimit, & redargutionem fieri iubet, dicens: si peccauerit in te frater tuus. Tertiò potest continuari ad litteram immediate præcedentem, scilicet non est voluntas ante patrem vestrum, vt pereat vnus de puillis istis, & quia homines pereunt per peccatum nisi poenitentem ab illo recedant, ponit modum cessandi à peccato, scilicet per correctionem, vel admonitionem fraternam: vnde subditur, si peccauerit in te frater tuus. Et simile Luca 15. Quia postquam ponitur ibi de scandalis subditur. Si peccauerit in te frater tuus.

An fraterna correctio sit opus veritatis, vel charitatis.  
Quæst. LXXX.

Circa litteram istam de correctione fraterna sunt aliqua dubia. Et primum est cuius virtutis sit opus correctio fraterna, & an sit charitatis. Aliqui dicunt, quod non sit actus charitatis, sed iustitiæ: quia Glo. super isto verbo: Si peccauerit, &c. dicit: frater est arguendus ex zelo iustitiæ: sed iustitia est virtus distincta à charitate: ergo fraterna correctio non est actus charitatis, sed iustitiæ. Secundò videtur, quod pertinet ad prudentiam: quia correctio fit per secretam admonitionem, sed admonitio est consilium quoddam, quod pertinet ad prudentiam, quia prudentia est esse bene consiliatum. 6. Ethicor. Ergo fraterna correctio non est opus charitatis, sed prudentiæ. Tertiò patet, quia contrarij actus non pertinent ad eandem virtutem, & tamen supportare peccantem, & corripere eum sunt actus contrarij, & ad charitatem pertinet supportare, ad Gala. 6. Alter alterius onera portare, idest supportare, & sic adimplebitis legem Christi, quæ est lex charitatis: ergo corripere peccantem, quod est contrarium supportationi non erit actus pietatis, seu charitatis.

Dicen.

Dicendum, q̄ est actus charitatis: quia corrigere delinquentem est quædam spiritualis elemosyna, & tamen elemosyna est actus charitatis: ergo correctio fraterna. Pro quo sciendum, q̄ correctio fraterna est remedium quoddam, quod debet adhiberi contra peccatum alicuius. Dupliciter autem potest considerari peccatum alicuius. Vno modo in quantum est nocivum peccanti. Alio modo in quantum vergit in nocivum aliorum, qui ex facto peccantis læduntur, & hoc in quantum personas aliquas scandalizat, vel in quantum infert nocivum bono publico: & quoniam correctio ordinatur ad tollendum malum, quod peccatum inducit: secundum q̄ malum infertur dupliciter per peccatum: ita erit duplex correctio nis.

Duplex  
in od' cor-  
rectionis.

Vnus modus est in quantum adhibetur remediū contra peccatum in quantum peccatum est malum ipsius peccantis, & ista est propriè fraterna correctio, quæ ordinatur ad emendationem delinquentis solum: tollere autem malum alicuius, & procurare bonum eius sunt eiusdem rationis, cum removere malum sit bonum conferre: sed bonum conferre, vel procurare bonum fratris est actus charitatis, per quam bonum volumus amico, & bonum ei conferimus: erit ergo fraterna correctio actus charitatis: quia per eam repellimus malum fratris, id est peccatum: remotio autem huius mali magis pertinet ad charitatem, quàm remotio mali exterioris, vel nocimenti corporalis: in quantum istud spirituale malum opponitur maiori bono, quàm malum in rebus, vel nocivum corporale, eo q̄ spiritualia bona sunt maiora, quàm corporalia, & bonum spirituale magis concordat in similitudine naturæ cum charitate, quàm bonum corporale: ideo correctio fraterna magis est actus charitatis, quàm curatio infirmitatis corporalis, vel subventio, per quam excluditur exterior egestas, & generaliter magis, quàm quæcunq̄ elemosyna corporalis. Alia est via adhibendi remedium contra peccatum in quantum peccatum delinquentis vergit in nocivum aliorum, & potissimè boni publici, & talis correctio, vel emendatio est magis actus iustitiæ, quàm charitatis in quantum ad iustitiam pertinet observare, quod debitum est inter unum, & alterum: siue ad priuatos, siue ad bonum publicum, & ista emendatio non vocatur fraterna: sed paterna, & ita correctio fraterna actus charitatis est.

Ad 1. rōnē

Ad primam dici potest vno modo, q̄ Glo. illa loquitur de correctione peccati in quantum illud tendit in malum aliorum, & ista non est actus charitatis, sed iustitiæ, & ita fit ex zelo iustitiæ. Alio modo potest dici, q̄ accipit de correctione fraterna propriè dicta: prout intendimus adhibere remedium contra peccatum in quantum est nocivum peccanti, & tunc actus charitatis est: sed dicitur actus iustitiæ, ut iustitia est generalis virtus, & comprehendit omnem virtutem, & sic actus temperantiæ, & charitatis, & fortitudinis est actus iustitiæ, & actus fidei est actus iustitiæ: sic accipitur. Gen. 15. & ad Rom. 10. c. Corde creditur ad iustitiam, & illud: creditur Deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam, id est per hoc reputatus est iustus, & tamē credere est actus fidei: ideo actus fidei vocatur iustitiæ: & hoc modo omne peccatum vocatur iniustitia, vel iniquitas, & ita accipitur. 1. Ioan. 3. quia iniquitas est, id est contra iustitiam, quæ æqualitas existit, & tunc correctio dicitur, q̄ debet procedere ex zelo iustitiæ, id est ex charitate, & non ex odio, vel invidia, aut ira.

Ad 1. rōnē

Ad secundam dicendum, q̄ correctio fraterna nō est actus prudentiæ, & tamen eum illa cōcurrit actus prudentiæ, & hoc generale est quantum ad omnes virtutes morales, quia omnis virtus moralis est directiva. 2. Ethico. ad electionem autem præcedit consilium, & distinctio, quæ sunt actus prudentiæ. 3. & 6. Ethic. non

tamen propter hoc cōincidit prudentia cum aliqua virtute morali: sed concurrunt cum qualibet, quia ipsa sola est intellectiva inter morales, & iudicat ipsa sola quidquid cætera eligunt. Aliæ autem non concurrunt inter se: quia sunt electivæ, & ideo habent diversas materias, circa quas sunt ipsæ virtutes habitus electivi: ideo facilius est distinguere quamlibet moralem ab alia, quàm prudentiam ab aliqua: cum in quolibet actu virtutis necesse sit concurrere prudentiam cum qualibet, quia non est virtus moralis sine prudentia. 6. Ethic. Alias verò, id est morales non est possibile concurrere ad aliquem unum actum secundum rationem unam, i. q̄ a multis elicitur idem actus, licet s̄m univèrsam rationem concurrere possunt: prudentia tamen distinguitur a qualibet morali: quia prudentia solum iudicat, s̄ inquitendo, & diffiniendo: moralis verò solum eligit, & ita in correctione fraterna præcedit actus prudentiæ, s̄ consilium, quando, & quomodo sit corrigendus frater, & tunc sequitur actus charitatis, s̄ ipsa correctio, vel admonitio, & iste non est actus prudentiæ: quia non est actus rationis, sed magis electivus. Sed objicietur, q̄ hic non solum actus præcedens est actus prudentiæ: sed etiam ipse actus executionis, s̄ corrigere fratrem, quia illud corrigere est admonere, vel consolare, sed isti actus realiter sunt ipsius prudentiæ. Dicendum vno modo, q̄ verum est, q̄ correctio fraterna est admonitio quædam, vel consilium, & tamen consilium non est actus prudentiæ, nisi ut descendit de consilium: non autem, ut descendit de consolare. Nam consilium inuestigatio quædam est. 3. Ethicor. & ita per prudentiam dicuntur aliqui bene consilium, id est inveniunt bene, & facilius media ad finem. 6. Ethic. Et tale consilium non est in fraterna correctione: consilium autem ut venit de consolare significat admonitionem ad agendum aliquid, vel cessandum, & tunc consilium est actus charitatis: cum consolare sit elemosyna spiritualis, iuxta illud.

Consolare, castigare, solare, remitte, &c.

Et elemosyna est actus charitatis: & ista multa distinguuntur, quia consilium nunquam est nisi hominis in se ipso, cum sit actus rationis inuestigantis. Consolare autem nunquam est nisi ad alterum: sibi autem propriè nemo consilium: quando autem dicimus, quod correctio fraterna est admonitio fraterna, quæ est consilium, accipitur consilium, id est consolare, & non consilium: & ita correctio fraterna actus charitatis est, quia consolare est actus charitatis: Aliter potest dici, q̄ est admonitio illa sit aliquo modo actus prudentiæ, vel rationis in quantum ratio ordinat verba illa, quæ proximo dicimus: tamen non vocatur illa admonitio actus prudentiæ: quia quando cunq̄ aliquid per prudentiam, vel rationem agimus ad finem alicuius virtutis moralis, ut temperantiæ, vel fortitudinis: non dicitur ille actus prudentiæ, sed illius virtutis ad cuius finem ordinatur: quia ergo admonitio, quæ fit in correctione fraterna, fit ad tollendum peccatum alicuius, quod pertinet ad charitatem manifestum est: ille actus erit principaliter charitatis tanquam imperantis: ipsius verò prudentiæ, tanquam exequentis, & dirigentis actus: erit ipse actus minus principaliter, & tamen quando dicitur, q̄ id, quod facit prudentia ad finem alicuius virtutis, q̄ non est principaliter actus prudentiæ: sed illius virtutis moralis ad cuius finem fit: sic debet intelligi de illo actu, qui non est verè ipsius prudentiæ, id est, nō est ab ea verè elicitus, quia alias nunquam esset vltimus actus, qui esset principaliter, & propriè ipsius prudentiæ, quod falsum est. Patet primum: nam cum prudentia sit consiliativa, & distinctiva, & hoc fiat ad eligendum aliquid, quod per moralem virtutem eligimus, sequeretur, q̄ illud cōsiliari, & diffinire fuit illius virtutis

Prudentia  
cū quali-  
bet virtute  
moralis  
concurrere  
licet à qua  
liber disti-  
guatur.

Quo in  
correctio-  
ne frater-  
na sunt  
quatuor a-  
ctus, sicut  
i qualibet  
actione  
moralis cō-  
pleta.

virtutis moralis, ad quam pertinebat eligere, & non prudentiæ, & quia nunquam est consilium nisi ad eligere. 3. Ethic. Sequeretur, q̄ nunquam haberet prudentia actum aliquem, qui propriè, & principaliter esset suus. Secundum patet, q̄ hoc sit falsum: nam prudentia habitus est, vt colligitur. 6. Ethic. ergo competit ei actus aliquis determinatus, qui non competit alteri habitui: ille autem vocabitur actus prudentiæ propriè, & principaliter: etiam si ipsa agat propter alteras virtutes: nam licet prudentia consiliatur propter quilibet virtutem moralem: nulla moralis dicitur consiliari, sed sola prudentia, quæ non est moralis, sed intellectiva: intelligitur ergo dictum illud de actu prudentiæ, qui est ab ea directivè, & non elicitiuè: quia talis actus non est in potètia, in qua est prudentia, sed in alia. Et ad hoc sciendum, q̄ prudentia habet actum elicivum, & actum directivum, vel regulatum. Actus elicivus est solus prudentiæ, & principaliter eius, id est actus principalis eius: Actus regulatus à prudentia, non est à prudentia elicitiuè, sed directivè, & ideo talis dicitur esse actus virtutis moralis, & non prudentiæ. Pro quo planius videndum sciendum, q̄ circa quamlibet operationem completam moralem sunt quatuor actus. Primò, est actus elicivus prudentiæ. Secundò, est actus elicivus virtutis moralis. Tertio, est actus directus prudentiæ, siue per quem prudentia dirigit exteriorem actum. Quarto, ponitur ipsa executio, vel actus exterior, cum quo est directio prudentiæ, & hoc est verum, quando est completa actio moralis, id est pervenit ad exteriorem executionem. Patet exemplum in fortitudine, vel in liberalitate: nam primus actus est prudentiæ vtrum fieri debeat nunc aliquis actus fortitudinis, & vbi, & quomodo, & cur: & antequam præcedat istam actionem, non sequitur electio, cum non ferat voluntas in ignota, & iste actus præcedens est elicivus à prudentia, & est ipse solus: & sunt duo actus, s̄ consilium, quod est inuestigare, & diffinire: deinde sequitur actus fortitudinis, id est electio de agendo aliquid durum, quod prudentia diffiniit eo modo, quo illa diffiniit: & iste est actus virtutis moralis solus: deinde sequitur executio exterior, & ista est partim à virtute fortitudinis, quæ movet ad eam: partim verò à prudentia, quæ dirigit. Nam sicut prudentia diffiniit quid agendum esset, antequam sequeretur electio, ita postquam incipit executio dirigit prudentia modum, & tempus, & locum, & cætera in actione: quia alias non posset homo ordinatè exequi, quod ordinatè cogitavit, nisi illa virtus, quæ direxit in consiliando, & diffiniendo dirigeret in exequendo: & ita prudentia ibi dirigit, & tamen ille actus executionis cum sit volutus à virtute morali, & directus à prudentia, magis vocatur actus virtutis, quàm prudentiæ, & ita intelligi debet regula supra data. Ita dicendum est circa admonitionem, quæ est in correctione fraterna: nam ibi sunt omnes isti actus: præcedit enim actus elicivus à prudentia, s̄ consilium, & diffiniere: nam quando proximus peccavit, consilium an bonum sit corrigere eum fraternaliter, & quando, & vbi, & quomodo: cum sit necessaria magna moderatio in his, & diffinitio per prudentiam: de omnibus his sequitur actus secundus, qui est virtutis, s̄ eligere, corrigere proximum admonendo: post hunc sequitur tertius, & quartus actus simul, s̄ executio correctionis, & directio illius: nam correctio fit per admonitionem, & ista admonitio dum fit dirigitur per prudentiam dictantem, quæ verba dicantur, & quomodo: & sicut antequam voluntas dicat quam eligeret, prudentia diffiniit quid esset, & qualiter eligendum, s̄ quibus verbis admonendum, & vbi, & quo vultu, & accentu verborum: ita postquam electum hoc fuerit, & debet tradi executioni: necesse est, q̄ voluntas dirigat actum

dum sit: cum voluntas, & morales virtutes dirigere nesciant, & tamē illa admonitio, quæ est illa correctio fraterna non dicitur prudentiæ: licet sit ab ea directiva, sed est actus virtutis charitatis, qui ab ea imperatur, & ad finem eius fit, & ita est circa cæteros actus, quia actus directus à prudentia nunquam est actus eius: cum quantum ad hoc sit prudentia virtus generalis, sed actus elicivus ab ea, & quantum ad hoc est ipsa spiritualis virtus. simile inveniuntur in scientijs communibus, vt in Metaphisica, & Dialectica: nam formare syllogismum ad solam Dialecticam pertinet, quia ipsius solius est negociari circa artem formandi syllogismos, & tamen non est omnis syllogismus dialecticus: sed aliqui sunt geometrici, aliqui sunt philosophici secundum conditionem materiæ in qua formantur, & quamquam ars formandi syllogismum in quacunq̄ materia perveniat a sola Dialectica, nō dicitur actus dialecticus formatio cuiuslibet syllogismi, sed magis artis, vel facultatis ipsius, in cuius materia syllogizamus. Nam dialecticus nesciret in aliqua arte speciali syllogizare benè nisi habeat cognitionem illius artis, licet ars nuda de modo syllogizandi ad solum dialecticum pertineat: pertinetigitur fraterna correctio ad charitatem tanquam actus eius, & non ad prudentiam: licet illa dirigat actum illum, sicut virtus generalis. Ad tertium dicendum, q̄ eadem virtus non est ad opposita, & tamen correctio fraterna non opponitur supportationi infirmorum: sed magis ex ea sequitur. In tantum enim aliquis supportat peccantem, in quantum contra eum non turbatur, sed benivolentiam ad eum servat, quod ad charitatem pertinet, & eadem benivolentia movet ad corrigendum illum ne per peccatum pereat: & ita correctio fraterna actus charitatis est.

Ad 3. rōnē

Quare vocatur correctio ista fraterna.  
Quest. LXXXI.

QVAERETVR, quare vocatur correctio ista fraterna. Dicendum, q̄ vocatur primò fraterna ex causa verborum quibus Christus vltus est loquens de ista correctione. Nam ait: Si peccaverit in te frater tuus corripe eum: si autem dictum fuisset: Si peccaverit in te proximus tuus, diceretur correctio proximi. Secundò vocatur sic propter personam corrigentem: nam illa nō habet aliam habitudinem ad correctum, nisi q̄ frater illius est: nam ille non corrigit, vt iudex, sed vt persona priuata non puniens, sed admonens, & ideo vocatur fraterna, vt distinguitur contra iudicialē, id est correctio pertinet ad personas priuatas, quæ inter se fratres vocantur, & non habent aliud nomen relationis, & subiectionis, infra 23. Oēs vos fratres estis. Tertio vocatur sic propter ea, quæ in ea sunt: nam nō est ista correctio delictorum per penas impositionem, sed per admonitionem. Hoc autem est fratrum, quia frater ex amore non punit fratrem, sed admonet dulci verbo a malo recedere: in iudiciali autem correctione proceditur per penas: infligere autem penas non est fratrum, sed pertinet ad iudicem, vel ad dominum: ideo illa non dicitur fraterna, sed iudicialis: hæc autem, quæ sine pœna fit fraterna dicitur. Quarto vocatur fraterna propter finem: nam vt dictum est præcedenti quæst. correctio fit ad tollendum malum, quod inducit peccatum: ipsum autem peccatum nocet peccanti in quantum priuat eum gratia, & gloria: nocet etiam alijs, siue scandalizando, siue ledendo in rebus, aut in bonis: ideo correctio peccati potest fieri ad tollendum malum, quod inducitur in peccante ex ipso peccato: vel ad tollendum nocivum, quod alijs irrogatur. Primo modo intendimus bonum proximi, siue fratris nostri: id vocatur fraterna correctio.

Secundo

Secundo modo non intenditur bonum proximi, sed reipublica, vel aliarum personarum priuatarum: ideo non vocatur fraterna, sed publica, vel iudicialis, eo quod ad iudicium pertinet prouidere bono publico, & distribuere iustitiam hominibus. 5. Ethicorum, & 3. Politicorum.

An ista correctio intelligatur de solis mortalibus peccatis, vel de mortalibus, & venialibus. Quæst. LXXXII.

QVAERETVR, de quibus peccatis hoc intelligatur, & est dubium, an de solis mortalibus: vel de mortalibus, & venialibus. Dicendum, qd accipiendo totam istam formam correctionis, quæ hic ponit: necesse est accipi de solis mortalibus. Et pater primò, quia si non audiuit ecclesiam admonentem, iubetur haberi vt ethnicus, & publicanus, id est excommunicari & tamen pro veniali peccato Ecclesia, non infligit talem penam, sed pro mortali, in quo quis contumaciter manet: ideo mortale erit istud de quo corrigi iubetur proximus. Secundò, quia iubetur, qd primò corrigatur frater sine testibus, & hoc vt non nudentur peccata sua, ne per hoc infametur, & tamen venialia ita sunt leuia, qd nullus per ea incurrit infamiam aliquam: ergo de mortalibus intelligitur. Tertio, quia correctio ista ideo fit, vt peccans non pereat per peccatum: vt inquit August. lib. de Verbis domini, & tamen per peccatum veniale nemo perit, cum per venialia non tollatur charitas, ideo non intelligitur de his. Quarto, quia correctio fraterna est interdum sub præcepto, & qui non corrigit tunc fratrem peccat mortaliter: sed non est peccatum mortale omisso emendandi venialia: id de mortalibus intelligitur. Quintò patet, quia nemo cogitur recedere à peccato veniali, vel non peccare venialiter, cum per hæc non efficiatur alienus à Christo, & tamen cogimur recedere de illis peccatis, super quibus corrigimur fraternè: cum dicatur hic. Si te non audierit, adhibe tecum vnum, aut duos testes, & si illos non audierit dic Ecclesiæ: & ista fiunt, vt ille recedat saltem inuitus: ergo non sunt hæc peccata venialia. Sextò patet, quia dicitur, qd si te audierit lucratus eris fratrem tuum: ergo videtur, qd si ille non exaudit corrigentem, perit æternaliter: sed hoc non fit nisi pro mortali: ergo intelligitur de mortalibus. Septimò, quia dicitur, si non audit Ecclesiam, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, id est, sicut Gentilis, & peccator publicus, id est iudica illum talem, quales isti sunt: sed isti sunt in peccato mortali: ergo intelligitur hoc de peccato mortali. Dicendum tamen, qd licet observatio totius istius formæ correctionis non competit nisi in peccato mortali: tamen etiam circa peccatum veniale est utilis interdum correctio fraterna, licet non sit necessaria neq; cadat sub præcepto, vt si ex aliquo veniali disponatur homo ad mortale, vt est mendacium iocosum, & alia. Vel si illud sit causa scandali aliquibus, siue propter conditionem personæ peccantis: siue quia aliqui putant esse mortale, quod veniale est. Vel forte p illud arguunt alia deteriora latere, & sic grauius scandalizantur: sicut interdum ex hebetudine, & in deuotione, vel omissione aliquarum ceremoniarum circa cultum, vel modum colendi Deum, arguitur contra aliquem, qd non rectè de fide sentiat: etiam si ex negligentia, id est inaduerentia, & non ex contemptu ista omiserit, quod veniale est. Etiam interdum ex iocosis verbis, quæ sunt veniale peccatum, arguitur contra aliquem esse adulterum, vel incidere in alia deteriora peccata carnis: sicut contra illam virginem Deæ Vestæ arguebatur, qd viuens infoderetur humi tanquam violarè virginitatis reat: quæ dixerat: Felices nuptæ, moriari

si non nubere dulce est: vt inducit Seneca in declamationibus: & tamen contra virginem illam nulla alia suspitio erat, nisi cum dixisset felices nuptas, & dulce esse nubere, id est carnaliter copulari, arguebatur, qd ipsa experta esset complexus venereos: quasi aliter talia dicere nesciuisset: & a talibus, etiam si non sint peccatum veniale, cauendum est, cum per ea scandalum sequatur, & si quis talia dicat, vel faciat ex quibus alij scandalizantur, siue sint peccatum veniale, siue non, corrigi debet, & admoneri, vt cesset, ne aliqui scandalizent: quidquid enim scandalizans pusillus malum est, & ideo etiam si alia mala non essent talia erunt vitanda cum per scandalum efficiantur venialia, aut mortalia, quæ prius non erant etiam venialia: sicut comedere cibos consecratos idolo de se non est malum aliquod, neq; veniale, neque mortale: vt si quis nullo vidente eos comedat, etiam sine necessitate: dum tamè rectè credat nullam sanctificationem, aut execrationem, vel aliqd aliud bonum, aut malum accessisse cibis illis per consecrationem factam idolo: si quis tamen comedat tales cibos coram infirmis in fide, aut ignorantibus sciens, qd illi ex hoc poterunt scandalizari, aut verisimiliter credens, qd scandalizabuntur, peccat mortaliter si extra necessitatem illos comedit. Circa tale autem cum ià efficiatur mortale propter scandalum, necessarium erit admonere fraternè. Si tamen aliqua sint aliquales scandalo, quæ tamen adhuc maneant in genere venialium, bonum est circa talia corrigere fraternè, sed non est necesse: & si fiat correctio in talibus non tenebitur tota forma: sed solum admonebit hominum suum cauere a talibus: si tamen non exaudierit, non est necesse adhibere testes, & postea dicere Ecclesiæ: imò non est bonum dicere Ecclesiæ, quia ideo dicitur Ecclesiæ, vt illa coerceat peccantem cogens recedere a peccato, & tamen non potest quis cogi per Ecclesiam recedere a peccato veniali. Etiam quia dicitur, qd non audita Ecclesia habeatur ille tanquam ethnicus, & publicanus, id est, non communicemus illi, & tamè pro peccato veniali non debemus aliquem priuari communionem nostram: imò accipiendo totam istam formam, vt eam Christus tradidit, solum intelligitur de mortalibus.

An intelligatur de omnibus mortalibus ista correctio fraterna. Quæst. LXXXIII.

QVAERETVR, dato qd intelligatur de mortalibus, an intelligatur de omnibus mortalibus. Dicendum, qd non debet intelligi de omnibus mortalibus, sed solum de manentibus aliquo modo: peccata autem, quæ semel facta nullo modo manent, non pertinent ad hanc correctionem. Pro quo sciendum, quod peccatum postquam factum est, semper manet: nisi per poenitentiam deleatur. Manet autem dupliciter peccatum, scilicet quantum ad actum, & quantum ad reatum. Reatus dicitur manere, quando actus peccati non iteratur, & tamen manet peccatum, quia peccator non doluit de eo: vt si quis fornicatus est, neque iterat, neque etiam proponit amplius fornicari, & tamen non dolet, qd fornicatus fuerit: iste dicitur manere in peccato mortali, & in hoc transit actus, & manet reatus, id est macula peccati, & obligatio ad poenam æternam propter non deletum esse peccatum. Quantum ad actum manet peccatum dupliciter, scilicet per iterationem, & per continuationem, vel durationem eiusdem actus. De primo, vt si quis fornicetur semel, & postea sæpè iteret: nam licet transierit primus actus, continuatur per frequentationem similibus actuum. De secundo, vt si quis accipiat concubinam animo tenendi eam ad fornicandum, & semel cognoscat, & postea

Peccatum postquam factum est dupliciter manet.

postea teneat per annum non cognoscens: dum tamen non cessauerit prior intentione, dicitur iste manere actualiter in peccato mortali: quia istud tenere concubinam est actus quidam, & est peccatum mortale, & pertinet ad speciem fornicationis. Et sic etiam si quis rapuit, aut furatus est alienam rem, & non restituit, dicitur manere actualiter in peccato mortali, & non solum quantum ad reatum. Nam quod iste rapuerit rem alienam fuit actus peccati, & transit, licet maneat reatus in quantum iste non doluit de peccato, & tamen est alius actus peccati manens, scilicet detentio rei alienæ, quæ est peccatum. Et etiam pertinet ad rapinam speciem, & manet iste actus, quando iste non restituit rem ablatam: ideo manet actualiter in peccato mortali. Peccatum autem, quod transit dupliciter transit, scilicet quantum ad maculam, aut quantum ad totum reatum poenæ. Primo modo transit quodlibet peccatum per contritionem, etiam si nihil ultra sequatur: nam macula deletur, & reatus mortis æternæ manet tamen reatus alicuius poenæ. Secundo modo transit peccatum, quando dolet peccator, & satisfacit plenè non solum quantum ad iniunctam satisfactionem: sed etiam quantum ad totum debitum poenæ peccati: cum poenitentia a sacerdote iniuncta, vt communiter minor est, quàm poenitentia debita pro peccato. Facta autem tali satisfactione plenè transiit peccatum quantum ad reatum totius poenæ, & tunc non manet in homine aliquod de peccato.

Dicendum, quod de peccato mortali formaliter transeunte non est locus correctioni fraternæ: nam correctio fit de peccato: in talibus autem peccatum nullum est, ideo postquam quis voluit de peccato, & plenè satisfecit, vel saltem tantum quantum Ecclesia iudicat satisfaciendum, non debet de illo peccato admoneri, aut corrigi quantumcumque illud fuerit, & peccaret, qui corrigere vellet talem, qui se iam correxit plenè si transeat. Primo modo solum, scilicet quantum ad maculam, & non quantum ad totum reatum poenæ, aliqui putant quod in talibus possit esse, aut debeat correctio, cum videatur aliquo modo manere peccatum. Sed falsum est, quia talis non manet in peccato aliquo mortali, aut veniali: nam non satisfecisse plenè pro peccato non est peccatum: cum non dicat maculam aliquam, aut culpam, vel deformitatem: nam non est prauaricatio reatitudinis debite in esse: ergo non est de quo iste corrigatur. Secundò, quia per istam correctionem cogitur quis recedere a peccato, de quo corrigitur, & tamen non potest cogi quis ad complendum satisfactionem pro peccato in hac vita, cum non complendo eam non sit periculum: quia manet locus complendi eam in alio sæculo. Tertio apparet, quia Ecclesia circa peccatum nihil agit nisi imponere poenitentiam arbitrariam contenti: sed manifestum est, quod per talem poenitentiam non deletur reatus totius poenæ: ideo non cogit Ecclesia ad complendum satisfactionem debitam peccato hic, ergo non corrigetur quis de peccato, in quo transiit macula, & manet reatus alicuius poenæ. Si autem dicatur de peccatis manentibus, aut dicitur de manentibus reatu, & transeuntibus actu, aut de manentibus actu. Si de manentibus reatu solum: aliqui putant, qd correctio habeat ibi locum. Et tamen non est verum. Primò, quia ad hoc, quod quis alterum corrigat, oportet, quod nouerit peccatum eius, de quo eum admonet, & tamen quando manet peccatum quantum ad reatum solum, & non quantum ad actum nemo nouit nisi peccans, an in peccato maneat: quia potest esse, quod doluerit in corde de peccato, qui dolor secretus est, & subito fit: ideo non potest quis talem

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

admonere. Secundò, quia hoc de quo quis corrigitur, debet dici coram testibus, quando solitariu non audiuit, vt illi sciant, & videant peccatum, & tamen peccatum, quod solum manet quantum ad reatum, non possunt illi videre neque Ecclesia: ideo de hoc non est correctio. Tertio patet, quia dicitur, si te audierit, & si te non audierit: in quo præsupponitur, quod corrigens scire potest aperte, an peccans exaudiat monitionem, an nõ: & tamen si intelligatur de peccato manente quantum ad reatum solum, si dicat peccans, placet mihi corrigere me: etiam si de illo non doleat, nescit corrigens, an peccator se correxit, vel non: ideo oportet intelligi de aliquibus peccatis, in quibus planum sit videre, an peccator se correxit, vel non: & talia non sunt peccata manentia solum quantum ad reatum: quia hæc solum manent in animo.

Dicendum igitur, qd dictum Christi de correctione fraterna intelligitur proprie, & verè de peccatis manentibus actu. Et hoc, sine per frequentationem, siue per continuationem eiusdem actus manentis. De primo, vt si quis fornicatur sæpe, vel mentitur, aut infamat proximos, aut maledicus est: admoneri debet, vt desinat ab his. De secundo, vt si quis habet concubinam etiam si non constet, quillam cognoscit: quia tamen manet in isto actu peccati, scilicet tenere concubinam, monendus est, vt eam abiciat. Sic etiam, qui rapuit, & non restituit monendus est restituere: quia manet in actu continuo peccati, scilicet detentionis rei alienæ, & in talibus tenenda est forma, quod primò quis moneat peccatorem recedere de peccato, & si ille dixerit, quod non placet, poterit statim monere adhibitis duobus testibus, & si tunc etiam dixerit, qd non placet, potest statim dici Ecclesiæ. Si autem peccator sigillatim admonitus, dixerit quod placet emendare, & tamen corrigens viderit eum relabi in idem postea, vel manere in eodem, vt si concubinam non abijcit, vel ablatum, & detentum non restituit, debet adhibere testes, & sic quousque dicat Ecclesiæ, & tunc qui sic admonitus non se correxit, est habendus, vt ethnicus, & publicanus. Ex hoc sequitur, quod si quis semel fornicatus est, & ipsam non iterat, vel contumeliam semel dixerit, aut iniuriam intulit, siue occidit hominem, non est admonendus fraternaliter: quia non manet peccatum istud actu, sed vel nullo modo manet, vel manet solum reatu. Sed obijcietur, quod circa iniuriam illatam etiam si præterierit, fit fraterna correctio. Nam sic dicit August. libro de Verbis domini: Amando corripe: si neglexeris corrivere peior effectus es, quàm ille: ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo grani seipsum vulnere percussit. Et ita vult admoneri eam, qui intulit iniuriam, quæ iam præterijt. Sic etiam dicit Chrysost. Ideo precepit arguere ei, qui passus est iniuriam, &c. Dicendum, qd non debet fieri correctio in peccato transeunte: peccatum autem iniuriarum manet aliquo modo, & quantum ad illud habet locum correctio. Vno modo intelligendo, quod iniuriam intulit, & non cessat inferre, & tunc est peccatum manens per frequentationem. Alio modo, quod maneat iniuria, vt si iniuriando accepit rem alienam, & illam detinet, manet in peccato: ideo admonendus est. Tertio modo si non repetit peccatum, & tamen iniuriam passus peti satisfactionem iniuriam, & iniuriator dare noluit: tunc enim manet actualiter in peccato, sicut detentus rem alienam, & habet locum fraterna correctio. Si tamen nihil istorum sit, pro iniuria quæ totaliter transiit, non habet locum correctio fraterna.

Modus faciendi correctionem fraternam.

Quare.



Quare dicitur si peccauerit in te. Quasi. LXXXIIII.

QVAERETVR, quare dicitur, si peccauerit in te. Dicendum, quod (vt quidam volunt) accipitur. Peccauit in te, idest contra te. Contra aliquem verò esse, vel fieri dicitur, quod in eius damnum, vel iniuriam cedit, & ita videtur istud dictum Christi esse contra iniuriatores aliquorum: ita videntur exponere omnes antiqui Sancti doctores. Vnde August. libro de Verbis domini ait: Si neglexeris peior eo effectus es: ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui seipsum vulnerare percussit: tu vulnus fratris contemnis, peior es tacendo, quam ille conuictando, & ita de iniurijs & conuictijs accepit hoc dictum esse. Chrysof. etiam dicit. Ideo præcepit arguere ei, qui iniuriam passus est. Hieronymus etiam dicit. Sciendum, quod si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, &c. in quo voluit intelligi tam de damno, quam de iniuria. Alij exponunt si peccauerit in te, idest te sciente, & ista expositio videtur esse introducta ne putetur solum fieri correctionem debere ab eo, qui passus est iniuriam: nam tunc in alijs peccatis, quæ non sunt contra nos, non haberet locum ista correctio, quod videtur inconueniens. Istam autem expositionem videtur approbare August. libro de Verbis domini dicens: Quid est peccauit in te? tu scis, quia peccauit. Et ita solet dupliciter exponi litera, scilicet peccauit in te, idest contra te: vel in te, idest te sciente. Sed dicendum, quod ista expositio est extorta, peccauit in te, idest te sciente: quia ponitur ibi, in, pro, contra: sic accipitur Luca 15. Pater peccauit in cœlum, & coram te, idest peccauit contra cœlum, idest contra Deum, qui est in cœlo. Sic etiam accipitur primo Regum 3. capitulo. Si peccauerit vir in virum, placari poterit ei Deus: si autem peccauerit in Deum quis orabit pro eo? idest, si peccauerit contra virum, vel peccauerit contra Deum. Etiam istum modum exponendi sequuntur omnes Doctores, scilicet August. Chrysof. & Hieron. Exponentes de iniuriatore, & in iniuriam passio, & licet dixerit August. quid est, peccauit in te? tu scis, quia peccauit: non inuit per hoc, quod dicere peccauit in te, fit dicere peccauit te sciente: sed peccauit contra te: & quia contra te fuit, tu illud scis: quia non potes illud ignorare: bene dicit: Quid est in te peccauit? tu scis, quia peccauit: quia enim secretum fuit, quando in te peccauit: quare cum corrigis eum, qui peccauit, secretè non corrigis: nam si solus nosti, quia peccauit in te, &c. Et sic non accipitur peccare in te, idest te sciente: quia tunc frustra, & inordinatè diceretur, solus nosti, quia peccauit: sed solum diceretur, peccauit in te: ideo oportet accipi peccauit in te, idest contra te, & tu solus nosti hoc peccatum, quod fecit contra te. Et hoc magis apparet: quia si acciperetur, peccauit in te, idest te sciente, & non contra te, sequeretur, quod etiam si non peccasset contra te posses eum admonere arguendo, vt hic: & tamen fallum est. Dicit enim Chrysof. Ideo enim præcepit arguere ei, qui iniuriam passus est, & non alij, &c. & sic solus, qui iniuriam passus est, potest corrigere fraternaliter, & sic accipitur proprie in te, idest contra te. Sed tunc obijciatur, quod tunc haberet locum ista correctio fraterna, quando damnum, vel iniuria facta est alicui, & non in peccatis, quæ sunt contra Deum: cum in illis non inferatur nobis damnum neque iniuria, sed Deo. Etiam raro fiet ista correctio, cum non pertineat facere illam nisi ad eum, qui iniuriam passus est: cæteri verò videntes iniuriam proximo illatam, vel damnum datum, non poterunt corrigere fraternaliter, & hoc est contra positionem communem, quam tenentur, quod omnes tenentur ad hanc correctionem faciendam. Dicendum, quod ista correctio solum fit, quando aliquis peccat in nos, & solum ab illo, contra quem peccauit: & tamen hoc dato adhuc poterit fieri de quolibet mortali peccato, in quo quis manet actualiter, & per quemlibet hominem: nam peccat in nos, idest contra nos quantumcunque aliquid quod malum nobis facit, & tamen quicumque peccat coram nobis, vel nobis scientibus malum nobis infert, scilicet scandalizat nos, quantum in se est, & istud est graue malum: quia est malum spirituale, cum inducat nos ad peccandum mortaliter, quod nobis peius est, quam perdere omnia, quæ possidemus: & hoc modo illa expositio est conueniens: peccauerit in te, idest te sciente: non quidem quasi alia expositio sit peccare in te, idest contra te, & alia in te, idest te sciente, sed quod ista conuertuntur peccare contra te, & peccare te sciente: & ita accipit August. libro de Verbis domini dicens: Quid est, peccauit in te? tu scis, quia peccauit, si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis corrigere coram omnibus, non es corrector, sed proditor: peccauit ergo in te frater tuus: sed si tu solus nosti, tunc verè in te solum peccauit: nam si multis videntibus fecit iniuriam, etiam in illos peccauit, quos testes suæ iniquitatis efficit: & ita peccat contra illos, quibus scientibus peccat, scilicet, quia per hoc eos scandalizat, & ita, siue sit peccatum directè contra Deum, siue contra proximum, si sit nobis scientibus sit contra nos, cum nos scandalizet: & sic de omni peccato mortali manenti poterit esse correctio fraterna. Etiam poterit fieri à quolibet homine. Nam licet non fiat nisi ab eo, qui passus est: cum quilibet sciens peccatum alterius patiat ab eo scandalum: dicatur passus ab eo, & poterit corrigere: solus ergo ab hac correctione excluditur ille, qui nullo modo nouit peccatum proximi, scilicet neque vidit, neque audiuit per certitudinem: & verum est, quod talis non debet corrigere proximum admonendo: quia nescit de quo admoneat, & etiam iste nihil passus est, cum non viderit, aut cognouerit aliquid in proximo, de quo scandalizari possit. Sed adhuc dicitur contra: quia August. Hieronym. & Chrysof. Ponunt exemplum correctionis huius solum in iniurijs.

Dicendum, quod accipitur largè iniuria pro omni, quod contra nos fit: siue sit damnum, siue iniuria, vel quodcumque nocumentum. Sic dicit Hieronymus, scilicet. Sciendum tamen, quod si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos læserit, idest in qualibet re, & tamen qui scandalizat alium, lædit eum grauius, scilicet spiritualiter: ideo in quolibet peccato proximi, quod fit nobis scientibus, siue sit directè contra nos, siue non, dicimur iniuriam pati, & sic accipiendum est, si peccauerit in te, idest contra te, offendens te per peccatum suum.

Quid intelligatur nomine fratris. Quasi. LXXXV.

QVAERETVR, cum dicitur frater tuus, quid intelligitur nomine fratris. Dicendum, quod ex hac litera ostenditur, quod omnis homo, qui peccauerit corrigi poterit: imò debeat per hunc modum correctionis, quia dicitur frater tuus, & tamen omnis homo est frater ad alterum, infra 23. Omnes vos fratres estis: & patrem nolite vocare vobis super terram, ergo

ergo quilibet peccans poterit corrigi hac correctione. Secundò patet, ex fine huius mandati: nam hoc fit, vt peccans oblitus suæ salutis non maneat semper in peccato, & pereat, quod fieri si admonetur ab alio: & tamen quilibet homo ex fragilitate humana peccare potest, & obliuisci salutis suæ: indigebit ergo correctione fraterna, vt ad bonum reducat. Tertio patet ex conditione actus: nã correctio fraterna est actus charitatis, vt ostensum est supra: sed charitatem ad omnes extendere debemus: ergo correctio fraterna passiuè ad omnes pertinet.

An prelati debeant corrigi fraternaliter. Quasi. LXXXVI.

QVAERETVR tamen specialiter circa prelatos: quia illi sunt plurimum fratres propter grauius suum. Aliqui dicunt, quod subditus non debet corrigere prelatum fraternaliter: quia Exodi 22. dicitur: Bestia, quæ tetigerit montem lapidabitur, & Regum 3. dicitur, quod Oza percussus fuit à domitino, qui tetigit arcam: sed per montem, & arcam testamenti significatur prelatum: ergo prelatum non sunt corrigendi à subditis, quod est eos tangere. Secundò patet, quia ad Gala. 2. super illo verbo, restitit eum faciem dicit Glo. restitit quasi par, sed subditus non est par prelatò: ergo non potest eum corrigere. Tertio, quia dicit Gregorius: Sanctorum vitam nemo corrigat nisi, qui de se meliora sentit: sed nec debet meliora de se sentire, quam de prelatò suo sentiat: ergo subditus non potest corrigere prelatum.

Dicendum, quod etiam prelati corrigendi sunt correctione fraterna. Sic dicit August. Non solum vestri: sed ipsius, idest prelati miseremini, qui inter vos quato in loco superioris, tanto in peccato maiore veratur: sed correctio fraterna est opus misericordie, scilicet, conuulsè, castiga: ergo prelati corrigendi sunt à subditis fraternaliter. Sed circa hoc notandum, quod vt dictum est supra: correctio tendit ad emendationem delicti, vt tollatur malum, quod per illud inducitur, & quia inducitur malum tam peccati, quam alijs per peccatum: est interdum correctio ad tollendum nocumentum, quod facit sibi peccans, & ita vocatur correctio fraterna: interdum est ad tollendum, quod infertur alijs: & ista est correctio iudicialis, & non est actus charitatis, sed iustitiæ. Secunda correctio non potest fieri à subditis circa prelatum, quia illi non sunt prelati sui. Prima correctio cum non sit actus iudicialis, sed charitatis, potest fieri à subditis circa prelatum, sicut circa quemlibet alium: nam actus charitatis est ad omnes, ad quos charitatem habere obligamur: quia charitas non proficit proximo nisi peccatum, quem circa ipsum exercemus, & tamen charitatem habere debemus erga omnes homines, siue sint prelati, siue non: ergo actus charitatis ad omnes extendimus: sed correctio fraterna est actus charitatis circa illa, in quæ aliquid corrigendum inuenitur: ergo si peccauerit in aliquo prelati corrigendus est fraternaliter: actus enim habitus alicuius, vel potentie extendit se ad omnia, quæ comprehenduntur sub obiecto illius potentie, vel habitus, sicut visio se extendit ad omnia, quæ continentur sub obiecto visus: & tamè in correctione prelatorum debent procedere subditi multum moderatè, & prudenter, & in correctione omnium aliorum, sed potius in correctione prelatorum: correctio enim ista actus virtutis est: ideo debet esse moderatè debitis circumstantijs. Modus autem, qui adhiberi debet in correctione, qua subditus Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

corrigit prelatum est, vt non cum superbia, & duritia, sed cum humilitate, mansuetudine, & reuerentia corrigat: sic dicit Apostolus. primo Thim. 5. Seniores, ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem: & vocatur senior quilibet prelati, & ideo Dionysius in Epistola ad Hemophilum redarguit Hemophilum monachum, quia sacerdotem quendam irreuerenter correxerat, percutiens eum, & de Ecclesia eiiciens: obseruata autem debita moderatione necessaria est ista correctio circa prelatos, quando peccauerit, & magis circa eos, quam circa subditos, cum peccata eorum magis trahantur in exemplum, quam peccata minorum.

Ad primum dicendum, quod argumentum illud non procedit ex litera, sed ex mystico sensu. Et tunc dicendum, quod procedit de contactu inordinato: hoc autem est, quando prelati irreuerenter arguuntur, scilicet verbis duris, aut superbis, vel etiam quando ei detrahuntur, aut maledicuntur: nam tunc bestia tangit montem, & lapidatur, idest punitur: quando dicitur reuerenter admonetur, & non dicitur tangere bestiam montem.

Ad secundum dicendum, quod a pari, & etiam à minori potest fieri correctio fraterna. Et cum dicitur, quod facta est à pari non adiunxit argumentum: quia à pari ista correctio fuit fraterna, aut fuit iudicialis: correctio non fraterna, quia tunc non fieret publice: Paulus Petram prius admoneret eum secundum formam hierarchiam: & tamen non fuit sic, quia dicitur, quod restitit ei in faciem: scilicet antequam aliquid aliud faceret. Si autem esset iudicialis, non sufficiebat, quod esset par, sed oportebat, quod esset maior: ideo neutra videtur fuisse. Dicendum, quod illa non fuit correctio, sed fuit resistentia, & ideo non indigni aliqua forma processus, sicut indiget tam fraterna, quam iudicialis. Et patet, quia dicitur restitit ei: resistentia autem fit à pari, & ita Petrus, & Paulus erant pariter in defensione, & prædicatione fidei, & vbi agebatur de periculo fidei, restitit Paulus Petro palam: secus autem est de correctione fraterna, quæ est admonitio facta in secreto: nam istam potest facere subditus prelatò: vnde Apostolus ad Colo. 4. dicit Colossensibus, vt prelatum suum admonerent agere ea, quæ ad officium suum pertinent: quia forte circa illa erat negligens, cum ait: dicit Archippo, officium tuum imple: erat autem Archippus Episcopus Colossensium. Hoc ergo regulariter possunt subditi ad prelatum, sicut ad omnes alios homines: vbi tamen specialiter imminet periculum fidei, nisi prelati publice arguantur, possunt subditi, imò debent arguere prelatos suos. vnde Paulus etiam si esset subditus Petro (vt communiter asseritur) propter eminentis periculum scandali circa fidem arguit Petrum publice, & ita dicit Glo. August. ad Gala. secundo. Ipse Petrus exemplum maioribus præbuit, vt sibi fortè rectum tramitem reliquissent, non dedignantur etiam à posterioribus corrigi.

Ad tertium dicendum, quod prelati vocantur sancti, quia Sanctorum locum tenent, vel quia sancti esse debent, & tamen illorum vitam licet subditis corrigere, & possunt ipsi præsumere se meliores prelati. Sed in hoc dicendum, quod potest dupliciter aliquis se meliorem prelatò putare. Vno modo simpliciter: alio modo quantum ad aliquid. Primo modo nemo debet se putare meliorem prelatò suo: imò neque alio homine, quia sicut quilibet habet defectus aliquos occultos, ita & habere potest aliquas perfectiones, vel bona occulta, quibus collatis ad bonum nostrum fortè melior erit. Secundo

Quæ correctio fuit ista? Quia correctio non fraterna, quia tunc non fieret publice: Paulus Petram prius admoneret eum secundum formam hierarchiam: & tamen non fuit sic, quia dicitur, quod restitit ei in faciem: scilicet antequam aliquid aliud faceret.

Aliquis se prelatò meliorem putare potest dupliciter corrigere.

Modus quo corrigendi sunt prelati à subditis.

Secundo modo potest quis putare se esse meliorem altero, quia quaedam sunt, quae negari, aut dissimulari non possunt: sicut enim aliquis est manifeste sapientior altero, aut robustior, ita quis circa actum vnius virtutis excedit alium, ita ut negari non possit, maxime quando quis habet actum vnius virtutis, & alius caret illo: & ita subditus potest putare, & credere se esse meliorem praelato specialiter circa aliquid: ut si praelatus peccat circa aliquid, in quo subditus non peccat, est manifeste melior subditus, quam praelatus: & tunc conuenienter praesumit subditus corrigere praelatum admonendo eum charitative, & hoc non est maiorem se illo putare, sed auxilium impendere charitativum. Nam etiam si praelatus sit melior, quam subditus, indiget auxilijs subditorum: quia quanto est in loco excelsiori, tanto in maiori periculo versatur, ut supra dictum est.

An Papa a subditis fraternaliter possit corrigi. Quast. LXXXVII.

Quaeretvr specialiter circa Papam, an a subditis possit corrigi fraternaliter, & videtur aliqua ratio dubitandi de eo, quia ipse est maior quolibet homine, & nullus ei praest: sed singularijs hominibus praest aliquis homo. Dicendum, quod non est dubium quin debeat fraternaliter corrigi, & admoneri: nam dictum est praecedenti quaestione, quod praelati a subditis corriguntur fraternaliter: Papa autem praelatus est, sed in hoc differt, quod alijs maior est, cum sit vocatus in plenitudinem potestatis: ceteri autem in partem solitudinis: ideo ipse sicut ceteri corrigetur per admonitionem. Secundo, quia correctio ista est actus charitatis, ut dictum est supra: sed ad Papam debemus habere charitatem, sicut ad quemlibet alium hominem: ergo erit ad ipsum fraternaliter correctio. Tertio patet, quia correctio fraternaliter est ad eos, qui fratres sunt, & tamen frater noster est, cum sit propinquus, & dicitur infra vigesimo tertio capitulo. Omnes vos fratres estis, & patrem nolite vobis vocare super terram: ergo ad ipsum est correctio fraternaliter. Quarto patet, quia correctio iudicialis est grauior, quam fraternaliter: ideo qui potest corrigi iudicialiter, poterit fraternaliter: sed Papa potest corrigi, id est puniri iudicialiter, saltem quando deprehenditur a fide deuius 40. distin. capitulo: si Papa, ergo poterit admoneri fraternaliter. Dicendum ergo, quod non est dubium, quin ipse corrigi debeat hac correctione, sicut ceteri: imo magis ipse indiget ea, quam ceteri: nam ut dictum est praecedenti capitulo, praelati indigent correctione ista a subditis: quia quanto sunt in statu sublimiori, tanto in periculo maiori versantur, & tamen Papa versatur in maiori periculo, quam ceteri praelati: ergo magis indiget auxilijs alienis, quae sunt per admonitionem eorum, in quibus deliquerit, & ista est correctio fraternaliter. Etiam dicendum, quod haec correctio pertinet ad quemlibet hominem: quicunque enim nouerit peccatum Papae, poterit eum corrigere fraternaliter, quia in eum peccauit cum per peccatum suum eum scandalizauit. Sed dicendum, quod tantum ista correctio cum maiori moderamine, & reuerentia fieri debet: quanto is, qui corrigitur, est fortior est: quomodo autem admonito Papa, & non desistente dicitur peccatum suum Ecclesiae, & cui Ecclesiae, dicitur infra quaest. 108.

In q. 80.

Quicunque peccatum Papae conuenerit eum corrigere poterit.

Quis est iste, qui debet alium corrigere, & an pertineat ad omnes generaliter. Quast. LXXXVIII.

Quaeretvr, quia dicitur in litera, corrige eum, quis est iste, qui debet alium corrigere, & an pertineat ad omnes generaliter corrigere peccatorem, vel ad aliquos, & ad quos. Aliqui dicunt, quod ad solos praelatos pertinet corrigere fraternaliter: dicit enim Hieronymus: Sacerdotes studeant illud Euangelicum implere: si peccauerit in te frater tuus: sed nomine sacerdotum solent intelligi praelati, qui habent curam aliorum, & qui in statu supremi sunt, sicut sacerdos in ordine: ergo ad solos praelatos pertinet. Secundo patet, quia correctio fraternaliter est quaedam elemosyna spiritualis, cum ponatur primum opus misericordiae spiritualis, scilicet. Consule, castiga: sed corporalem elemosynam facere pertinet ad ditiores in bonis corporalibus: ergo fraternaliter correctio, quae est spiritualis elemosyna, pertinet ad eos, qui sunt maiores in spiritualibus: & isti sunt praelati: ergo ad eos solos pertinet. Tertio patet, quia ille, qui corrigit fraternaliter, mouet alium ad meliora: sed in rebus naturalibus inferiora mouentur per superiora: cum ergo virtutes, & prudentiae sequatur ordinem naturae, qui est rectissimus, fiet correctio fraternaliter, per quam mouetur homo ad meliora solum per superiores, id est praelatos.

Dicendum, sicut supra, quod in correctione peccantis aliquando intenditur principaliter bonum peccantis absterendo nocuum, quod ei inferebat peccatum, & ista vocatur correctio fraternaliter, quae est actus charitatis. Alia est, quae tendit principaliter ad bonum communitatis, vel aliarum personarum priuatarum tollendo nocuum, quod eis inferebatur per delictum peccantis: & ista est correctio iudicialis, & est actus iustitiae: prima fit per quemlibet: secunda autem fit per solos iudices, vel praelatos: ergo correctio fraternaliter, de qua loquimur, non pertinet ad solos praelatos, sed ad omnes. Et patet hoc primo, quia sicut omnes corriguntur hac correctione, qui fratres sunt: ut dictum est supra quaestio. 86. ita & omnes corrigunt peccatorem, qui fratres sunt: cum ob hoc vocetur fraternaliter, & tamen omnes sunt fratres, infra vigesimo tertio capitulo, ergo ad omnes pertinebit corrigere peccatorem, & non ad solos praelatos. Secundo patet, quia correctio fraternaliter est actus charitatis, ut ostensum est supra, ergo pertinebit ad omnes, ad quos charitas, & tamen habere charitatem pertinet ad omnes homines: ergo ad omnes pertinebit corrigere peccatorem. Tertio patet, quia corrigere pertinet ad passum offensam: ut dicit Chrysostomus. Et litera hoc ait, scilicet, si peccauerit in te, id est contra te, &c. & tamen contra quemlibet hominem potest peccare aliquis alius: ergo quilibet poterit corrigere fraternaliter. Quarto patet, quia Anacletus Papa ait: & habetur 24. quaestio. 3. capitulo, tam sacerdotes, quod tam sacerdotes, quam ceteri fideles omnes summam debent habere curam de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut si incorrigibiles appareant, ab Ecclesia separentur. Licet Glo. ibi contrarium teneat dicens: alij fideles, id est praelati, & subdit, quod ibi non est argumentum illud si peccauerit pertinet ad oes, & tamen non videtur recte dictum, sed potius extorsio. Nam quod ad omnes pertineat, apparet ex rationibus supra inductis, & ex testimonio Augustini infra inducend.

Correctio est actus charitatis fieri potest & debet.

Duplici iure ad praelatos corrigere poterit.

Quod autem litera illa de omnibus fidelibus intelligi debeat, & non de praelatis solis, apparet: quia si cum dicitur: quam reliqui fideles, intelligerentur soli praelati, prius poneretur de praelatis, quam de sacerdotibus: quia maior est praelatus, quam simplex sacerdos: potissimum quantum ad actum corrigendi: etiam quia videtur valde irrationabile, quod volens litera vocare praelatos, appellauit eos solum fideles non tangens dignitatem aliquam eorum, sed solum id, in quo cum omnibus communicant. Item quia tales extorsiones literae fieri solent, quando litera, ut iacet non potest saluari, & tamen accipiendo illam literam de omnibus fidelibus est vera: cum ad omnes pertineat ista correctio, ut dictum est: ergo irrationabile est, sic sensum extorque. Motiuum autem Glo. forte est, quia dicitur in litera, aut corrigantur, aut si incorrigibiles appareant ab Ecclesia separentur, & tamen separe est ad iurisdictionem, & non pertinet nisi ad iudices, siue praelatos, ideo voluit intelligere de praelatis. Sed dicendum, quod hoc non probat: quia licet ille, qui corrigit fraternaliter, non possit separe quemquam ab Ecclesia. Si tamen denunciauerit Ecclesiae, & peccans non audierit illam, ipsa Ecclesia abiecit eum faciens haberi ipsum, ut ethnicum, & publicanum: ideo debet intelligi litera illa, quod ad omnes fideles pertineat corrigere peccatorem fraternaliter. Dicendum tamen, quod licet ad omnes pertineat corrigere fratrem, pertinet tamen specialius ad praelatos, ad quos duplici iure pertinet. Sic dicit Augustinus. 1. de Ciuitate Dei: Longe autem grauiorem habent causam Ecclesiarum praepositi, qui in Ecclesijs constituti sunt, ut non parcant obiurgando peccata: neque ideo tamen ob huiusmodi culpam penitus alienus est quilibet, qui praepositus non sit: in eis tamen quibus vitae huius necessitate coniungitur, multa monenda, vel arguenda nouit.

Ad primum dicendum, quod ratio illa non probat ad solos sacerdotes pertinere, cum alios non excludat: sed ad illos, & praelatos magis, quam ad ceteros pertinere, ut dictum est per Augustinum. Et cum dicitur de praelatis intelligitur respectu suorum subditorum: nam ad alios non vocantur praelati, & licet ad illos teneantur vinculo charitatis, & ideo illos quoque fraternaliter debeant admonere: non tamen iam praelati, sed priuati vocabuntur: cum autem subditos suos corrigunt dicuntur praelati, & istos magis tenentur corrigere fraternaliter, quam ceteros ultra correctionem iudicalem, quae ad eos solos pertinet. Et patet, quia sicut temporalia bonorum debet aliquis exhibere illis quorum curam temporalem gerit, quam alijs: ita & spiritualia bona potius ministrabit illis quorum gerit curam spirituales, & tamen praelati curam habent spirituales de subditis: ergo specialiter tenentur eos corrigere etiam fraternaliter. Dicitur autem Hieronymi non significat solos sacerdotes teneri ad correctionem fraternaliter, sed illos specialiter teneri.

Ad secundum dicendum, quod in elemosynis corporalibus non tenentur soli diuites, sed etiam qui non sunt diuites: dum tamen habeant unde dent: ita in spiritualibus, licet non sit quis excellens iuxta gradum bonorum gratuitorum: tenebitur operari ad edificationem proximorum: & ita non soli praelati, sed etiam quicunque tenebitur. Aliter potest dici, quod elemosyna corporalis datur a solis diuitibus, ita & spiritualis: sed corporaliter diues vocatur, qui habet aliquid unde det: nam licet simpliciter non vocetur diues, tamen quantum ad illud diues vocari potest. Ita in spiritualibus quicunque habet sanum iudicium rationis, per quod delictum alterius potest corrigere, Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Quantum ad hoc diues est, & superior illo habendus est, & competet ad eum corrigere fratrem.

Ad tertium dicendum, quod in naturalibus est duplex modus agentium, vel habitudo: vno modo agunt superiora in inferiora, scilicet coelestia in elementata, & iste ordo nunquam conuertitur, eo quod elementata, vel elementata nunquam agunt in corpora coelestia, & ista habitudo similitur correctioni iudiciali, quam exercent praelati, id est superiores in subditos, & subditi nunquam illam exercent in praelatos. Secunda habitudo est omnium elementorum inter se, secundum quam vnus patitur ab alio, & rursus agit in illud: ista autem habitudo conuertitur, quia nihil est, quod agat, quod interdum non patitur, & nihil est, quod patitur, quod interdum agere non contingat. Et ratio huius est, quia quodlibet istorum est aliquo modo superius, vel maius ad aliud, in quantum quodlibet est in potentia ad alterum: & ita quodlibet est aliquo modo in actu, & aliquo modo in potentia: in quantum enim res est in potentia est minor quacunque re, quae est in actu: in quantum vero est in actu est maior quacunque re existente in potentia, & quia inter elementa & elementata nihil est, quod non sit in actu aliquo modo, & aliquo modo in potentia: nihil est, quod non sit superius aliquo modo ad alterum, & aliquo modo inferius: & cum agens sit semper maius patiente, necesse est, quod cum quodlibet ad alterum sit aliquo modo maior, siue superius, & aliquo modo minus, vel inferius: quia quodlibet potest aliquando agere in alterum, & aliquando pati ab illo: ita inter homines ille, qui habet sanum iudicium rationis, est velut in actu respectu eius, qui non habet sanum iudicium: & quia quilibet est natus aliquando & quantum ad aliqua habere rectum iudicium, & aliquando & quantum ad alia declinare a rectitudine: quilibet erit maior alio, & minor eo, scilicet tunc quando rectum iudicium habet, & in his, in quibus habet illud est maior omnibus non habentibus rectum iudicium, & tamen quilibet potest hoc interdum habere, & interdum per passionem, vel alias ab illo deflectere: ideo quilibet est aliquando maior alio, & aliquando minor eo, & ideo correctio fraternaliter est huiusmodi, quae semper fit a maioribus in minores, & tamen potest fieri a quolibet homine in alterum: eo quod ista maiestas, & minoritas vicissitudinem habet.

An corrigere delinquentem fraternaliter pertineat ad peccatorem.

Quast. LXXXIX.

Quaeretvr, an corrigere delinquentem fraternaliter pertineat ad peccatorem. Aliqui dicunt, quod sic: quia nullus excusatur ab obseruatione praepcepti propter peccatum, quod commissum: quia tunc esset melior conditio peccatorum, quam iustorum cum iusti obligentur ad seruandam legem, & non peccatores. Etiam quia non posset aliquis committere nisi vnum peccatum mortale antequam rediret ad virtutem: nam peccatum non est nisi dictum, factum, aut concupitum contra legem domini: ut ait Augustinus. si ergo peccando aboluissetur a lege, aboluisset per primum peccatum, & ita quidquid postea ageret non esset peccatum, cum non esset contra legem Dei: quia fieret ab illo, qui esset abolutus a lege: ergo per peccatum non abluissetur quis ab obligatione legis, sed lex posita est de correctione fraternaliter: ergo etiam peccatores tenebuntur ad illam.

Ofis res in quantum est in actu est maior quacunque res est in potentia.

Quid sit peccatum.

Secundo patet, quia elemosyna spiritualis est magis necessaria, quam corporalis, & est maior, & tamen existenti in peccato mortali non est licitum abstinere ab elemosynarum largitione: sed tenetur interdum ad elemosynam: ergo a fortiori in spirituali: talis autem est correctio fraterna: ergo licebit peccatori corrigere delinquentem: imò & aliquando tenebitur ad hoc. Tertio, quia si propter peccatum non liceret homini corrigere delinquentem: nulli liceret corrigere illum, neque haberet vnquam locum istud præceptum, cum omnes sint peccatores. primo Ioan. primo: si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus: & tamen hoc est falsum, quia Christus posuit præceptum istud, vt illud exqueremur: ergo etiam peccatori licet corrigere fratrem. Quarto patet, quia esset contra Christi regulam excludere peccatorem: nam dicitur si peccauerit in te frater tuus, id est contra te, & tamen contingit interdum, quòd peccator peccet contra alium peccatorem: ergo licebit peccatori corripere delinquentem. Quinto, quia ista vocatur correctio fraterna, & fita fratre in fratrem: sed omnes sumus fratres: infra vigesimo tertio capitulo, & per peccatum mortale non desinimus esse fratres: ergo semper pertinet correctio fraterna ad peccatorem. Patet hoc, quia si per peccatum mortale desineret fraternitas: nemo deberet corrigere peccantem, eo quòd iam ille desijt esse frater, & consequenter ista correctio non esset fraterna.

Aliqui dicunt, quòd non liceat hoc peccatori, quia fraterna correctio est actus charitatis, vt ostensum est supra, & tamen qui est in peccato mortali non habet charitatem, ergo non potest corrigere fraternaliter. Secundo, quia dicit Isidorus libro de Summo bono: non debet vitia aliorum corrigere, qui est vitij subiectus: sed peccator est subiectus alicui vitio: ergo non potest corrigere delinquentem. Tertio, quia dicitur ad Rom. fecundo: In quo alium iudicas te ipsum condemnas: eadem enim agis, quæ indicas. & tamen nemo debet se condemnare: ergo non debet peccator corrigere delinquentem ne per hoc se condemnet.

Dicendum, quòd ad peccatorem pertinet in aliquo casu corrigere delinquentem, & tamen regulariter non pertinet, sed efficitur correctio sua indebita.

Primum patet, quia correctio peccantis pertinet ad illum, in quo est reatum iudicium rationis, ita vt cognoscat quid malum sit, & corrigendum, & moueatur ad corrigendum illud, quia quantum ad hoc est superior quolibet non habente istud iudicium, & tamen per peccatum quodlibet mortale non extinguitur in homine tota recta existimatio de agibili: sed solum circa illam materiam, in qua peccat, & tunc quando peccat, vt colligitur 6. & 3. Ethicorum, & experimur illud in nobis, qui sæpè incidimus in mortalia, & tamen manet nobis adhuc iudicium rectum rationis circa multa agibilia, & etiam manet quidam zelus rectitudinis, quo detestamur aliorum peccata, licet nos ipsi peccemus: ideo poterimus manentes in peccato mortali corrigere aliquando delinquentem, id est non aufertur nobis id, per quod potentes sumus corrigere illos. Secundum patet, scilicet, quòd non pertinet regulariter correctio: ista ad peccatores, & quòd efficiatur in eis indebita quia per peccatum præcedens ipsorum affertur impedimentum huic correctioni in tribus. Primo quidem, quia ex peccato præcedenti indignus redditur, vt alium corrigat, & præcipue si commisit peccatum grauius, non est dignus corrigere alium de peccato minori, & leuiori: vnde super illo verbo: quid vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem, quæ in oculo tuo est non consideras? supra se-

Peccator in aliquo casu peccatorem corrigere potest.

Per peccatum peccatorum affertur impedimentum fraternæ correctionis in tribus.

primo capitulo, dicit Hieronymus: de his loquitur, qui cum mortali crimine detineantur obnoxij, peccata minora fratribus non concedunt. Secunda est indebita correctio propter scandalum, quod ex ea sequitur, si peccatum corrigentis sit manifestum: quia videntis, quòd ille, qui corrigit non corrigit ex charitate: nam tunc potius sibi miseretur, sed ex ostentatione: vnde supra septimo capitulo, super illo verbo, quid dicis fratri tuo, sine vt eijciam, &c. Dicit Chrysost. in quo proposito puta ex charitate, vt salues proximum tuum: non quia te ipsum ante saluares: vis ergo non alios sanare: sed per bonam doctrinam malos actus celare, & scientiæ laudem ab hominibus querere. Tertio modo propter superbiam, corripientis, in quantum aliquis propria peccata parui pendens seipsum proximo suo præfert in corde suo, peccata eius austerius seueritate dijudicans, ac si ipse esset iustus. Vnde August. libro de Sermo. domini in monte dicit: Accusare vitia officium est bonorum, quod cum mali faciunt alienas partes agunt. Et tamen dicendum, quòd mali possunt interdum corrigere delinquentes, non incidendo in maiorem damnationem: vt si cum humilitate agant, & cum dolore peccatorum, quæ ipsi commiserunt. Sic dicit Aug. vbi supra: cogitemus cum aliquem reprehendere nos necessitas coegerit, vt tunc tale sit vitium, quod nunquam habuimus, & tunc cogitemus nos homines esse, & habere potuisse: vel tale, quod habuimus, & iam non habemus, & tunc tangat memoriam communis fragilitatis, vt illam correctionem non odium, sed misericordia præcedat. Si autem inuenimus nos in eodem vitio esse, non obiurgemus: sed conemiscamus, & ad equaliter curandum inuitemus: & ita siue quis sit sibi conscius peccati, quod ab alijs ignoratur: siue quod ab alijs scitur: dum tamen doleat de illo, per quod iam non est in eo, non est danabilis si corrigat delinquentem. Si autem quis in manifesto peccato existens, & non dolens de peccato arguat alium peccantem, vt communiter peccat: quia non ex charitate, sed ad ostentationem facit: & tamen potest quis in peccato existens interdum moueri ad corrigendum alium bono desiderio nondum dolens de peccato suo, & tunc non est necesse, quòd mortaliter peccet. De quo dictum est supra septimo capitulo, quæstione 6. & ibi vide de hoc.

Accusare vitia offm est bonorum.

Ad primum dicendum, quòd peccatores non absoluantur ab obligatione alicuius præcepti: etiam si fuerint interdum inepti ad executionem quorundam præceptorum: quia illa in exsequentibus requirunt certam formam. Et tamen dicendum, quòd in quibusdam etiam peccator tenetur corrigere fraternaliter, vt si videat imminere periculum fidei, si non corrigat. Aliter potest dici, quòd supposito, quòd non possit corrigere proximum, qui est in peccato, non absolueretur ab isto præcepto, qui est in peccato: cum ille teneatur esse in charitate, ita vt aptus sit corrigere fratrem.

Ad secundum dicendum vno modo, quòd licet elemosyna spiritualis sit melior, quam corporalis, tamen magis necessaria est corporalis: nam existente aliquo in necessitate extrema, si non detur ei elemosyna, oportet quòd pereat corporaliter, & tamen si quis est in peccato mortali, non est necesse, quòd pereat etiam si non corrigatur fraternaliter: nam aut accipitur perire, id est cadere a gratia, aut perdere gloriam. Primo modo iam perijt, qui in peccato mortali est. Si secundo modo, nondum perijt: neque ideo necesse est perire, licet maneat in peccato mortali aliquanto tempore: quia nemo sic perijt vsque ad mortem. Etiam quòd plus est, quia si quis est in extrema necessitate, & si ei datur elemosyna, certum est, quòd non peribit.

Accusare vitia offm est bonorum.

Nulli sunt cunq; peccati mo deneganda est iustitia.

Si

Si autem est in peccato mortali, & corrigitur ab aliquo, non est certum, quòd emendabitur: imò magis est necessaria elemosyna corporalis in casu, quam spiritualis, & ideo licet teneatur peccator ad illam non tenebitur indistinctè ad spirituale. Aliter potest dici, quòd etiam si spiritualis esset magis necessaria, quam corporalis: tamen non teneretur peccator ita ad spirituale, sicut ad corporalem, quia corporalis elemosyna solum consideratur ex parte rei: datur enim elemosyna propter bonum eius cui confertur: bonum autem illius consistit ex re data, & non ex persona dantis: vnde circa elemosynam corporalem, ita prodest pauperi elemosyna peccatoris, sicut viri sancti, si æquales in re sint: elemosyna autem spiritualis consideratur ex parte personæ facientis, & non parte rei factæ, & tamen peccator, qui est in peccato manifesto nulli auctoritatis est: ideo correctio ex ore eius contemptibilis est, & ita non recipitur: sed magis facit vilipendi verbum bonum, quod profertur, de quo Deus conqueritur Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? ideo non obligatur ita ad correctionem fraternam, sicut ad elemosynam corporalem, & tamen si interdum putet peccator, quòd sequatur periculum fidei, aut magnum scandalum si ipse non corrigat admonendo delinquentem, cum forte nemo alius sit, qui hoc facit: non solum licet ei corrigere, imò etiam tenetur ad hoc.

Ad tertium dicendum, quòd etiam si non liceret peccatori corrigere fratrem: esset tamen qui corrigeret: quia multi sunt, qui actualiter non manent in peccato, & quod dicitur prima Ioan. intelligitur de peccato veniali: nam sine mortali multi sunt: peccatum tamen, quod indignum reddit hominem ad corrigendum fratrem est peccatum mortale, & ita multi possunt hoc præceptum exequi.

Ad quartum dicendum, quòd non excluditur peccator quin possit petere aliquid à fratre peccante in ipsum, regulariter tamen non potest eum corrigere. Et quando dicitur, quòd vnus peccator delinquit interdum in alium peccatorem. Dicendum, quòd aut delinquit inferendo ei realiter damnum, vel iniuriam: aut solum scandalizando eum per peccata sua. Si primo modo, aut vult iste offensus, siue damnum passus petere restitutionem in quantum vult tollere proprium nocuum. Et tunc dicendum, quòd potest: nam nulli quantumcunque pessimo denegatur iustitia: & debitum omnibus soluendum est: sed hoc magis pertinet ad iudiciale contumtionem, quam ad fraternaliter correctionem, & dato quòd nolit petere coram iudice, sed tacite ab ipso, qui damnum dedit, aut iniuriam intulit, non est correctio fraterna, quia in correctione fraterna intenditur principaliter bonum eius, qui corrigitur: iste tamen non intendit bonum peccantis, id est, vt a peccato cesset, sed proprium bonum, id est non pati damna rerum suarum. Si autem peccator non admonet delinquentem, vt ipse consequatur ablata: sed principaliter, vt consulat salutem raptoris, vel damnum, aut iniuriam dantis, pertinet hoc ad correctionem fraternam, & tamen indignus est peccator talem correctionem facere: quia cum non sit proprie salutis memor: non est verisimile, quòd hac intentione alium arguat. Si autem secundo modo. Dicendum, quòd iste est valde indignus corrigere alium: nam non debet scandalizari de peccatis alienis, qui talia committit, vt ceteri de eis iuste scandalizari possint, & ita proprie peccatori non competit regulariter corrigere fratrem.

Ad quintum dicendum, quòd ista correctio vocatur fraterna, non quidem quia competit omni fratri. Tost, super Euang. Matth. Pars V.

tri: sed quia nulli competit nisi fratri: ad corrigendum, tamen necesse est aliquid plus esse, quam fratrem, scilicet talem esse, cuius sermo debeat acceptari, & in quo non perierit tota rectitudo iudicij: quidam enim sunt adeo peccatis dediti, quòd in eis tota rectitudo rationis extincta est, vel quasi, & in talibus non est solum indignum, quòd alios corrigant: sed etiam non possunt corrigere, quia deficit in illo per quod corrigere possunt alios.

Argumenta autem in contrarium aliquo modo concedenda sunt, & tamen non in totum, & tamen aliquo modo, licet peccatoribus corrigere proximos delinquentes, vt dictum est supra.

Dicendum ergo, quòd correctio fraterna est actus charitatis, & tamen potest fieri ab eo, qui non est in actu charitatis: nam sicut in moralibus tales sunt actus, per quos quis efficitur iustus, quales illi, quos iustus existens facit, & ita circa omnes habitus sunt actus præcedentes habitum, tales quales illi, qui sequuntur quantum ad charitatem: ergo erit sic, quòd non habens charitatem potest talia facere, qualia existens in charitate facit, & ex eodem desiderio, licet non ex eodem habitu: ita igitur erit de correctione fraterna, quòd est actus charitatis ab ea imperatus: & tamen non habens charitatem poterit corrigere fratrem, licet non habeat habitum charitatis, nec est inconueniens, quia potentia operatiua sufficit ad elicendum istos actus, non existente habitu, licet non merito: sicut existente habitu.

Ad secundum dicendum, quòd ex dicto Isidori probatur non pertinere debite correctionem ad peccatores: maxime quando sunt in eisdem peccatis de quibus alios arguunt, & tamen non tollitur quin interdum licita sit eis, imò necessaria, vt ostensum est.

Ad tertium dicendum, quòd si quis existens in peccato arguat alium de eodem peccato condemnat seipsum, id est, condemnatum, vel condemnabilem ostendit: non tamen sequitur, quòd maiorem condemnationem, id est vltiorem incurrat condemnando, & arguendo delinquentem, si bono animo, vel blande hoc faciat gemendo potius, quam obiurgando, & tunc licet condemnet se, id est condemnatum, vel condemnabilem ostendat ex actu præterito, id est ex peccato, quod ante commisit: non tamen condemnat seipsum in actu, quem nunc facit, scilicet corrigendo fratrem.

Aliter potest dici, quòd litera Apostoli intelligitur de illis, quorum manifesta sunt peccata, & non erubescerent ipsi de peccatis suis, quasi nulla, aut praua sint redarguant alios de eisdem, vel minoribus: nam isti peccant alios arguendo: quia ad ostentationem faciunt, vel ex superbia.

An corrigere fratres pertinet ad infideles. Quæst. XC.

QVAERETVR, an corrigere fratres pertinet ad infideles. Aliqui dicunt, quòd sic: quia præcepta Christi ad omnes pertinent, & omnes obligant: Mar. decimo sexto, & infra vigesimo octauo. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Et illud: Docete omnes gentes. Secundo, quia actus charitatis habere pertinet ad omnes, ad quos pertinet habere charitatem, & tamen omnes obligantur ad charitatem, cum sine illa non possit esse salus: ergo etiam obligantur omnes ad actu in charitatis: correctio autem fraterna est actus charitatis: ergo omnes obligantur ad illam etiam infideles.

Ad primam rationem in contrariis.

Correctio fraterna licet sit actus charitatis: potest tamen fieri ab eo, qui non est in actu charitatis.

E

F 4 Dicen-



Dicendum tamen, quod non est verum: non enim obligantur infideles ex hoc precepto ad correctionem fraternam; neque peccant quando omittunt corrigere: nam istud preceptum est legis Christi: & ideo non extenditur nisi ad eos, qui sunt sub lege Christi, sub qua non sunt infideles: unde peccant infideles adulterando, furando, homicidia committendo: non tamen peccant omittendo correctionem fraternam: nam sub lege naturalis sunt, ad quam pertinent illa precepta: non autem sunt sub lege Christi, ad quam pertinet preceptum de correctione fraterna: & licet verum sit, quod infideles sint in peccato mortali continuo, quia non accipiunt legem Christi: non tamen peccant mortaliter quando cunque agunt contra aliquod de preceptis legis Christi: sicut nos peccamus (nisi illud sit preceptum legis naturalis) nam tunc non peccat quasi agens contra legem Christi, sed contra legem naturalem. Secundò patet, quia si peccauerit in te frater tuus, corripue eum, & tamen nos non sumus fratres infidelium, qui non ducunt idem iugum nobiscum. Sic patet 1. Corinthio. 7. Vbi Apostolus vocat fratres, & sorores ipsos fideles solum dicens, quod si infidelis discedit discedat: non est enim seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi: id est fidelis habens uxorem infidelem non est obligatus manere sine coniuge, si illa non vult cohabitare: quia fideles non sunt subiecti seruituti infidelium: ergo non tenentur infideles corrigere nos, & ipsi mutuo non tenentur se corrigere: quia neque sunt fratres ad nos neque ad seipsos. Tertio patet, quia qui corrigit debet dicere Ecclesie, quando admonitus non vult assentire, & tamen infideles nihil dicentur Ecclesie, cum ipsi non credant eam alicuius virtutis: ergo non pertinet ad eos hoc. Quarto patet, quia dicit, quod si non audit Ecclesiam admonitus debet eum admonitor habere tanquam ethnicum, & publicanum, & tamen infidelis non potest aliquem habere tanquam ethnicum, cum ipse sit ethnicus, ergo non loquitur Christus ad infideles, neque potest eis conuenire: sed sed solis fidelibus. Quintò patet, quia Anacletus 24. quæstio. 3. cap. Tam sacerdotes dicit, quod tam sacerdotes, quam reliqui fideles omnes summam debent habere curam de his, qui pereunt: quatenus eorum redargutione corrigantur: ergo non pertinet ad infideles. Sextò, quia etiam nullo modo facere possunt, dato quod vellent: quia correctio fraterna est quantum ad omnia peccata mortalia, in quibus quid manet, actualiter, ut ostensum est supra, & tamen quando cunque egit quis contra legem Christi, peccat mortaliter. Infidelis autem non credit esse peccatum agere contra legem Christi: ideo non potest ipse corrigere quemquam: quia nescit de quo est corrigendus, cum quædam detestetur, quæ bona sunt, & quædam approbet, quæ mala sunt. Ideo dicendum, quod ad correctionem fraternam, eo modo quo illam Christus ponit, non obligantur infideles, neque peccant omittendo illam: tenentur tamen de iure naturæ proximis consulere in eo, quod bonum, & necessarium est. Et si quis aliquem consilio indigentem, & peccantem viderit contra aliquid, quod est de iure naturæ, quantum in ipso est tenetur illum reducere admonendo: quia unicuique mandauit Deus de proximo suo: Ecclesiastici 17. Sed in tali correctione non est aliqua forma determinata.

Ad primum dicendum, quod precepta Christi obligant omnes, id est obligantur, ut se subdant legi eius, in qua sunt precepta illa, ut per illa postea regantur: & tamen antequam illam suscipiant, non peccant in omissione, aut transgressione cuiuslibet, id est non committunt tot peccata, quot omissiones, & transgressiones faciunt: sed vnicuique peccatum eorum est

contra legem Christi, scilicet, quia illam suscipere nolunt: quia non obligat per se quodlibet preceptum, quia non sunt aliquid per se: sed omnia sunt partes eiusdem legislationis: & ideo directè est obligatio ad suscipiendum illam vnicuique, & consequenter ommissio impletionis huius obligationis est vnicuique: & ita est vnicuique peccatum mortale, quod ipsi committunt contra legem Christi, scilicet, nolle illam suscipere, & non committunt vnum peccatum in omissione cuiuslibet precepti, aut in commissione contra quodlibet.

Ad secundum dicendum, quod habere charitatem pertinet ad omnes, id est omnes obligantur habere illam ad hoc, quod saluentur, & tamen impossibile est infidelibus habere charitatem: quando enim infideles sunt, fidem non habent: sed sine fide non potest haberi charitas: quia tunc potest aliquis placere Deo sine fide: nam per charitatem placet homo Deo, & amicus eius est, & tamen ad Hebræos 11. dicitur: Sine fide impossibile est placere Deo: ideo sicut infidelis non potest habere charitatem, ita neque poterit habere hunc actum charitatis, qui est correctio fraterna quando manserit infidelis: sed obligatur infidelis non esse infidelem, per quod possit habere charitatem, & correctionem fraternam.

*An infideles debeamus hac correctione corrigere.*

*Quæst. XC.*

**Q**UÆRETUR, an infideles debeamus hac correctione corrigere: dato enim quod infideles non possint actuè corrigere fraternaliter delinquentes: poterit esse, quod fidelis debeat infidelem corrigere: nam per infidelem non sanctificatur aliquando fidelis, & tamen per fidelem sanctificatur infidelis, scilicet per virum fidelem mulier infidelis, & per mulierem fidelem vir infidelis. 1. Cor. 7. Ita ergo, licet non possit corrigi, forte debet corrigi. Alii dicunt, quod extendatur ad infideles. Et primò, quia correctio fraterna est actus charitatis, & ad omnes, ad quos extenditur charitas debet extendi actus charitatis: sed etiam infideles debemus diligere ex charitate: ergo eos debemus corrigere fraternaliter. Secundò, quia infidelibus prædicamus, & erudimus eos circa fidem, ut ad illam conuertantur, quod est eis salubre, & facimus hoc optantes salutem animarum suarum: & tamen corrigere fraternaliter est admonere ad bonum: ergo etiam debemus eos admonere, sicut debemus eis prædicare.

Dicendum, quod non debemus corrigere infideles fraternaliter. Primò patet, quia dicitur hic, si peccauerit in te frater tuus, & ita ille, qui peccat, & corrigendus est, debet esse frater: sed infidelis non est frater, sed soli fideles, ut dictum est præcedenti quæstione: ergo non sunt illi admonendi. Secundò patet, quia ad hoc quod aliquis corripiatur, debet posse cognoscere se peccare: infideles tamen quando manent infideles, non possunt cognoscere ea, in quibus peccant: quia facere contra Christi legem peccatum est: hoc tamen ipsi ignorant: ergo non possunt corrigi.

Tertio patet, quia contra intentionem precepti huius esse videtur, quod infideles includantur in eo: nam dicitur: Corripue eum inter te & ipsum solum, & postea dicitur, quod adhibeat vnum, vel duos testes. In quo innuitur, quod ista correctio est quantum ad illa peccata, quæ communiter non sunt nota, & ideo solus manens admonetur, ne apud alios infametur: esse tamen aliquos infideles est manifestum, cum pro talibus historiè gerant: ideo non intelligitur de hoc. Quarto patet, quia dicitur: Dic Ecclesie, quod si illam non audierit,

dicitur &c. in quo innuitur, quod isti, qui sic corriguntur obediunt Ecclesie, & verisimile est etiam potius, quod obediunt, quam quod non obediunt: quia aliàs non diceretur si manifestum esset, quod non obediunt: essent ei, & tamen manifestum est, quod infideles non curant, quod peccata eorum dicantur Ecclesie, cum non sint subditi ei: ideo non intelligitur de infidelibus. Quintò patet, quia dicitur, quod si Ecclesia non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus: ergo ille, qui corrigitur, præsupponitur quod ante hoc non erat ethnicus, sed quod nunc habendus sit, ut ethnicus: & tamen infideles ethnici sunt. Ergo non dicitur de eis, sed solè de fidelibus, quod possunt haberi sicut ethnici, quando non audierint Ecclesiam prædicando eos à comunione fidelium, sicut ethnici, non pertinent ad comunione fidelium saltem in spiritualibus: non ergo extenditur correctio ista ad infideles secundum totam formam, quæ hic traditur. Possimus tamen corrigere infideles admonendo eos recedere ab infidelitate, & alijs vitijs, in quibus manent: potissimè quando illa sunt contra legem naturæ, in quibus etiam non stante lege Christi peccant.

Ad primum dicendum, quod verum est, quod ad quem cunque charitas extenditur, debet extendi actus charitatis. scilicet, & iste est diligere ex charitate operando eis vitam æternam: & tamen non est necesse, quod extendatur actus imperatus à charitate, quia actus charitatis imperati sunt actus aliarum virtutum subditarum charitati, & actus aliquarum illarum non pertinet ad infideles. i. non possunt ad illos extendi tales actus: sicut ex charitate damus alicui sacramenta, per quæ est salus: & tamen istum actum charitatis non exercemus ad infideles, quibus nulla sacramenta damus: ita correctio fraterna est actus imperatus à charitate: ideo non est inconueniens, quod non extendatur ad infideles: maxime secundum formam à Christo datam.

Ad secundum dicendum, quod conuenienter prædicamus infidelibus, & tamen non corrigimus eos fraternaliter, quia prædicatio est, ut conuertantur, & non prædicamus eis quasi fratribus, sed ut fratres fiant: correctio autem fraterna non potest fieri, nisi in fratribus existentibus, cum præsupponatur, quod sint subditi Ecclesie, & legi, contra quam peccant, & secundum quam corriguntur: ideo non possunt infideles corrigi hac forma correctionis.

*Quare dicitur hic: Vade & corripue eum, & non dixit: Dimitte illi peccatum.*

*Quæst. XCII.*

**Q**UÆRETUR, quare dicitur hic: Vade & corripue eum. Nam videtur, quod non debet corrigere, sed potius remittere peccatum: sic enim ipse iussit, si quis percussit in vna maxilla adhibeamus ei alteram. supra quinto: corrigere autem reddere est retributionem: ideo non debet esse correctio aliqua fraterna. Secundò patet, quia dato quod deberet esse correctio, non deberet ire qui passus est iniuriam ad delinquentem, sed potius delinquens deberet venire petens remitti sibi. Tertio, quia videtur hoc repugnare alteri dicto Christi supra quinto capitulo, quia si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid contra te, vade & reconciliare ei: & ita ibi, qui offendit vadit ad offensum: hic autem fit è contrario.

Dicendum, quod offensus debet ire ad offendentem, quia hic Christus imponit actum virtutis ipsi offensus, qui est corrigere: ipse enim, qui peccauit non corrigit, sed corrigitur, & ideo ire non pertinet ad eum, sed ad

offensum: repugnat enim correctioni fraternæ, quod offendens veniat ad offensum: nam si venit iam cognoscit delictum suum, & petere vult veniam: sed in talibus non est necessaria, neque possibilis fraterna correctio, cum illa sit admonitio quædam ad recedendum de peccato: ille, tamen recedit de peccato nullo admonente, sed à seipso motus: ergo non est necessaria circa eum monitio, sed solè remissio, quæ ille petit. Ad hoc ergo quod sit fraterna correctio, præsupponitur quod delinquens maneat in vitio, non intendens dimittere illud: & quia cum tali proposito nunquam ipse veniret ad offensum, necesse est, ut offensus vadat ad eum, & admoneat derelinquere peccatum: ideo dicitur, vade, & corripue. i. vade ad illum, quia ille ad te venturus non est. Pro quo sciendum, quod Christus, ut daret perfectam viam liberationis à peccato, dedit tres modos circa peccata, quæ homines in alterum committunt. Vnus est, ut qui offensus est remittat offensum ex toto corde, ut patet infra in litera. Secundus est, ut offensus petat remissionem, & reconcilietur offensus supra quinto: Si offers munus tuum ad altare, &c. Tertius est, ut offensus corrigat offendentem fraternaliter. De his tribus dicit Chrysostomus. Considerandum autem, quod quandoque dominus eum, qui contristauit, ad eum qui contristatus est ducit, sicut cum dicit: si recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersus te, vade & reconciliare fratri tuo: quandoque autem eum, qui iniusta passus est, iubet dimittere proximo, sicut ibi: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hic autem alium excogitat modum: eum enim, qui contristatus est ducit ad eum, qui contristatus dicit: Si peccauerit in te frater tuus vade & corripue. Intelligendum tamen, quod isti non sunt modi diuersi se habendi, quorum si vnus eligatur, sufficiat ad perfectam remissionem peccati, sed omnes tres necessarii sunt simul ad hoc, quod tam offendens, quam offensus euitet peccatum: offendens enim ante omnia, etiam non requiritur, tenetur dimittere rancorem offensus. i. non habere voluntatem nocendi, & non solum debet dimittere, sed tenetur nunquam habere rancorem: nam si aliquando habuit, iam peccauit mortaliter, & de hoc intelligitur illud supra sexto. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & infra in litera. Sic faciet vobis pater meus coelestis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Secundus modus est necessarius ex parte offendentis: nam ipse tenetur per se, aut per alium petere reconciliationem ab offensus, & offerre, vel polliceri congruam, aut possibilem satisfactionem, & si hoc non facit habita opportunitate peccat mortaliter. Quod autem dicitur supra quinto. Si offers munus tuum ad altare, non dicitur ad hoc, quod satisfaciamus proximo, sicut tenemur ex necessitate, sed ad hoc, quod opera nostra interim facta sint accepta Deo, quia aliàs non erunt accepta, & ideo illud est consilium, ut offensum est supra capitulo 5. quæstio. 161. & ideo omittendo non peccamus mortaliter, sed perdimus fructum operum nostrorum, quæ aliàs essent fructuosa. Tertius modus est necessarius ex parte offensus: nam non solum tenetur remittere rancorem, quod est auferre de seipso peccatum, vel non dare ei locum, sed etiam tenetur quantum potest providere, ne proximus peccet, aut quod in peccato non pereat. Et quia quidam postquam peccauerunt, non intendunt auertere à peccato, & nunquam auerterentur nisi ab alijs traherentur tenentur proximi agere quantum est in eis, ut illos auertant: & ad hoc datur hoc preceptum de correctione fraterna, scilicet, si peccauerit, &c.

Ad primum dicendum, quod preceptum de remittendo

Quid debet primo facere, qui ab aliquo offenditur

mittendo non obuiat praecepto de correctione fraterna: imò adiuuat se, quia vtrumque est tam propter offensum, quam propter offendentem: nam praeceptum de remittendo est propter offensum, vt ipse nō peccet mortaliter referuando rancorem. Est etiam propter offendentem, vt non noceat ei offensus retribuendo malum pro malo. Praeceptum autem de correctione fraterna est etiam propter offendentem, vt liberetur à peccato: nam aliqui manent semper in peccato, nisi ab alijs ad contrarium impellerentur. Et ad hoc prodest correctio fraterna, vt admoneatur, & compellatur exire de peccato, qui in illo libenter dormiret. Est etiam propter offensum: nam tenetur ipse curare de salute proximi quantum potuerit. Si ergo vult ille manere in peccato ipse tenetur admonere, vt exeat de illo, quod si non faceret ommitteret necessaria, & peccaret: ideo ad hoc est correctio fraterna, per quam fratrem admonemus peccata dimittere. Sic dicit August. lib. de verbis Domini: Si neglexeris fratrem tuū corrigere, peior eo effectus es: ille iniuriam fecit, & faciēdo graui se vulnere percussit: tu vulnus fratris cōtemnis, peior factus es tacendo, quam ille conuitiādo. Non est ergo concedendum, quod correctio fraterna sit retributio quaedam siue vindicta, quia non fit ppter offensam siue vindictam, aut propter bonum offendentis, & etiā offēsi.

Correctio fraterna ē bonum offendentis, & etiā offēsi.

Correctio fraterna est retributio quaedam siue vindicta, quia non fit ppter offensam siue vindictam, aut propter bonum offendentis, & etiā offēsi. Sic dicit August. vbi supra: Debemus amando corripere non nocendi cupiditate, sed studio corrigendi, & non solum nō petitur vindicta, sed neque aliqua retributio, quia tunc esset correctio iudicialis, & non fraterna. Ad secundum dicendum, quod non vadit offendēs ad offensum, sed ē contrario, quia si offendens iret ad offensum, iam non esset correctio fraterna, quia ille iret petens indulgeri sibi quod peccauerat, & sic non indigeret admonitione ad exēdum de peccato, cum ipse se ipsum moneret: & tamen correctio fraterna est admonitio quaedam facta delinquenti, vt exeat de peccato: ergo necesse est, quod peccans non intendat exire de peccato, vel saltē sic putetur, vt tunc necesse credatur, quod offensus eat ad offendentem. Sic dicit Chryso. Rememora sibi peccatum: ipse enim ira & verecundia detinetur ebrius factus quali graui somno: vnde oportet te, qui sanus es, ad illū, qui agrotat abire. Secundō, quia offendens verecundatur ire ad offēsum: ideo debet offensus ad illum ire. Sic dicit Chryso. quia enim ille, qui iniusta fecit, non facile veniret ad excusationem verecundatus hunc, qui passus est, ad illum trahit, vt corrigat quod factum est: & tamen prima causa est praecipua. Tum quia secunda solum loquitur in iniuria illata, & damno dato specialiter alicui: & tamē correctio fraterna in omnibus peccatis habet locum. Tum quia qui propter verecundiam cessat petere remissionem, iam non manet in peccato: & tamen qui corrigitur fraternē, manet in peccato, & admonetur exire de eo: ideo prima ratio est melior.

Ad tertium dicendum, quod hoc non repugnat illi praecepto, sed potius istud datum est in supplementum illius. Christus enim dedit perfectam viam liberationis à peccato, & quia in peccato secuto ex iniuria illata, aut damno dato potest esse peccatum tam ex parte passi, quam ex parte agentis, prouidit pro vtroque: ex parte passi si rancorem teneat, aut si proximum peccatē quantum potest à peccato non auertit: ex parte offendentis si ab offēsa, vel peccato non cesset: ideo ex parte offēsi dedit duo praecepta, & vnum ex parte offendentis. Ex parte offēsi primum est, quod rancorem remittat, vel non teneat: secundum est, quod offensum à peccato cessare admoneat. Ex parte of-

fendentis, vt remissionem & reconciliationem petat, & ordo istorum praeceptorum est, quod ante omnia offensus tenetur remittere rancorem, vel non tenere illum, deinde offendens tenetur cessando ab offēsa petere remissionem, & reconciliationem oblata satisfactione congrua, & si non facit, peccat: & tamen si non fecerit tenetur tunc offensus corrigere eum fraternaliter admonendo à peccato recedere. Si autem offendens mox remissionem petat cessans à peccato, non est necessaria correctio fraterna, & ita praeceptum de correctione est in supplementum praecepti illius: si offers munus, &c. Nam si vnus dimittat facere id ad quod tenetur, vult Christus, quod alius non omitat.

An ad eum solum pertineat correctio, qui passus est offensam. *Questio XCIII.*

QVAERETVR, cum dicatur corripe eum, & loquatur Christus ad eum, qui passus est offensam: an ad ipsum solum pertineat correctio, vel possit alius fraternaliter corrigere. Dicendum, quod non pertinet correctio nisi ad eū, qui passus est offensam: cum Christus dicat, corripe eum, & conuenienter nō est correctio, nisi praecesserit offēsa homini facta: & tamen non est ob hoc putandum, quod in peccatis factis contra Deum non possit esse correctio, quasi illa peccata non sint contra nos, & quod non possint omnes circa quodlibet peccatum corrigere delinquentē: nam tam in peccatis, quae fiunt contra Deum, quam in illis, quae contra hominem fiunt est necessaria correctio ista: & tantomagis necessaria est in peccatis, quae fiunt contra Deum, quanto illa grauiora sunt, quam peccata, quae fiunt contra hominē. Etiam circa quodlibet peccatum potest quilibet corrigere delinquentem. De primō patet, quia in peccatis nostris magis possumus remittere illa, quam in peccatis Dei: ideo siue quantum ad penam inferendam, siue quantum ad correctionem faciendam, magis obligamur in peccatis factis cōtra Deum, quam in peccatis factis contra hominem. Sic dicit Hiero. Sciendum, quod si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos laeserit, dimittendi habemus potestatem, imò necessitatem qua praecipitur, vt debitoribus nostris debita remittamus. Si autem in Deum quis peccauerit, non est nostri arbitrij: nos autem ē contrario in Dei iniurijs benigni sumus, in nostris contumelijs exercemus odia. Secundum patet, quia ista differentia est inter iudicalem, & fraternam correctionem, quia iudicalem non potest facere nisi index: fraternā verō facere potest quilibet, qui charitatem habet, aut habere tenetur cuius est frater ipse delinquens, & hoc est generale ad omnes fideles, sicut dicit Anacletus 24. quēst. 3. cap. tam sacerdotes, quam reliqui fideles omnes curā habeant de his, qui pereunt, vt eorum redargutione corrigantur: ergo ad quemlibet pertinet correctionem fratrum facere. Sed quomodo ista stent dicendum, quod quodcumque aliquis peccat, siue in Deū, siue in aliquem hominem, peccat in quemcumque hominem: ideo quilibet potest corrigere delinquentem, tanquam in eum peccauerit: iuxta dictum Christi: si peccauerit in te. Et patet: peccans mortaliter in quemcumque peccet, offendit omnes videntes, & audientes eum peccasse, quia vel illi realiter scandalizantur, vel saltem iste agit talia, de quibus illi possent rationabiliter scandalizari, licet non scandalizentur. Hoc autem est peccare in aliquem, & quia quanto maius est peccatum, tanto maius scandalum inde sequitur: tanto grauius peccat delinquens in omnes scientes peccatum eius, & quia peccata facta in Deum, cōteris paribus, sunt maiora, indiget acriori correctione delinquentis.

Correctio iudicialis, & fraterna inter se differunt.

si ex offēsa facta maneat quis actualiter in peccato, de quo fraternaliter corrigi possit, quod licet per quemlibet corrigi possit, quod melius corrigitur per eum, qui iniuriam ipsam, vel damnum passus est propter causas, quas allegat Chryso. scilicet quia mansuetius sustinebit offendens ipsum offensum corrigenstem, & magis mouebitur, quando viderit, quod ille, qui vindictā expetere debebat, quaerit salutem offendentis.

An pena aliqua sit infligenda in correctione fraterna, & quae pena. *Questio XCIII.*

QVAERETVR, qualiter, & per quid exercenda sit ista correctio, id est, an pena aliqua sit infligenda, & quae. Dicendum, quod non est infligenda aliqua pena, sed solis verbis agendum est. Sic dicit Chryso. non autem dicit accusa eum, neque increpa, neque vindictas expete, sed argue. i. rememora sibi peccatum: dicei, quae ab eo passus es. Item ex litera patet hoc, quia dicitur: corripe eū inter te & ipsum solum, quod si te non audierit adhibe tecum vnum, vel duos testes, quod si necillos audierit, dic Ecclesia: & tamen si pena infligeretur à corrigente in hac correctione, posset coercere corrigens ipsum delinquentem ad cessandum à peccato, & tamen non potest cogere, cum adhibeat postea secum testes, & postea dicat Ecclesia: ergo nulla pena fuit, sed solum admonitio verbalis. Tertiō patet, quia dicitur, quod si Ecclesia non audierit, sit tibi quasi ethnicus, & publicanus, & illa est poena: ergo videtur, quod ante hoc nulla pena ponebatur, cum in fine adiciatur poena. Quarto patet, quia dicitur, corripe eū inter te & ipsum, & sequitur, quod si te non audierit. Et adhibitis testibus etiam dicitur, quod si illos non audierit, & sic videtur, quod nihil est in correctione illa nisi audire, vel non audire: & tamen si poena imponeretur, vel infligeretur à corrigente diceretur, quod si punitus non assenserit, fac hoc, vel illud: & tamen dicitur semper, quod si non audierit: ergo videtur, quod non est aliquid in correctione fraterna nisi, q̄ audiuntur, vel non audiuntur cū nō obediunt eis. Quinto patet, quia corrigere fraternaliter circa quodlibet peccatum competit cuiusque homini, vt ostensum est praecedenti quaestione: & tamē imponere poenas alteri non pertinet ad quemcumque, cum non sit hoc, nisi habentis iurisdictionem: ergo correctio fraterna non imponit poenam. Sexto patet, quia correctio fraterna, & iudicialis distinguuntur, cū fraterna pertineat ad quemcumque hominem, iudicialis autem ad solum iudicem. Etiam iudicialis, quia est contentiosa poenam imponit, cum non fiat principaliter propter bonum delinquentis, sed propter bonum eorum, quos per suum delictum offendit: fraterna autem sit principaliter propter bonum ei, qui corrigitur, & non corrigentis, vt dicit August. lib. de verbis Domini: ideo non debet fieri per impositionem poenarum, sed per dulcem admonitionem.

Sed obiicietur, quod non debeat fieri correctio ista sine poena, quia tunc manerēt delicta impunita, quod est inconueniens, & derogat bono publico. Secundō, quia tunc facilitas veniae daret incentiuum malorum, quod faciendum non est, quia nemo debet praestare proximo suo occasionem mali: ergo non fiet correctio ista sine poena.

Dicendum, quod correctio fraterna sine poena sit sola admonitione, vt dictum est: quia hoc pertinet ad rationem suam, cum ipsa sit distincta à iudiciali correctione.

Dicendum ad primum, quod si circa delicta non esset aliqua correctio nisi fraterna: manerent delicta impunita, & tamen restat correctio iudicialis, per quam

Ille solus à fraterna correctio-ne excluditur, qui peccatum proximi ignorat.

& est magis necessaria, vt ab illo peccato recedat delinquens, & istud peccatum est contra omnes scientes, quia omnes de eo scandalizantur, aut rationabiliter scandalizari possunt. Si autem sit peccatum contra aliquam personam, id est, damnum ei datum, vel illata iniuria, est peccatum contra illum in quantum ille dānificatur, vel iniuriā patitur, & est contra omnes scientes illud peccatum in quantum omnes scandalizantur: de quolibet ergo illorum poterit dici, quod peccauerit in eum frater ei, & ita cuiuslibet competet correctio fraterna circa quodlibet peccatum, quasi contra se factum: solus ergo à correctione fraterna excluditur, qui peccatum alicuius penitus ignorat. i. neque fieri vidit, neque aliquo modo ad notitiam eius peruenit: nam non peccatur contra istum, eo quod non potest iste scandalizari de eo, quod ignorat, & consequenter non competit ei correctio, quia in eum nō peccatum est: imò etiam si vellet corrigere non posset, quia correctio est admonitio facta delinquenti, vt à peccato cesset: sed qui peccatum alterius ignorat, non habet de quo admoneat: ideo non potest corrigere fraternaliter: ad omnes autem, qui aliquo modo peccatum sciunt, pertinet correctio fraterna. Sed obiicietur, quod correctio fraterna solum pertinet ad eum, qui realiter passus est iniuriam, & non ad alium. Sic vult Chryso. causam huius ostendens, cum ait: Ideo autem praecipit arguere ei, qui passus est iniuriam & non alij, quia ille, qui fecit iniuriam ab eo mansuetius sustinet, maxime cum solus eum corripit, cum enim, qui vindictā expetere debebat, hic salutis eius videt diligentiam habere, maxime hoc eum potest propitium facere. Dicendum, quod si solum fieret correctio fraterna de iniuria illata, vel damno dato alicui, poterat hoc aliquo modo fieri: & tamen de quolibet peccato mortali manente sit correctio, vt ostensum est supra: ideo non pertinet ad solum passum offensam. Et tamen adhuc dicendum, quod circa iniuriam alicui illatam non solum pertinet correctio fraterna ad passum, sed etiā ad quemlibet alium. Sed tamen sciendum, quod ad offēdēdem cessant facere iniuriam, aut non. Si non cessauit, quia est peccatum manens, pertinet ad quemlibet corrigere delinquentem. Si autem cessat iniuria, aut manet aliquod damnum datum, ad cuius aestimationem teneatur irrogans, aut non. Si primo modo, quia est peccatum manens quousque satisfaciatur pertinet correctio ad quemlibet. Si secundo modo non est proprie correctio fraterna, nisi petat laesus satisfactionem aliquā: hanc autem petere nō pertinet ad laesum, quia ei soli facienda est, & tamen istam petendo non est correctio fraterna, sed magis pertinet ad iudiciale, cum non prosequatur bonum delinquentis, sed proprium: nam qui iniuriam personalem intulit, etiam si non satisfaciatur in pena corporis, aut pecunia, non est in peccato mortali, cum doluerit de peccato. Qui autē damnum intulit, vel aliena abstulit, est in peccato mortali quousque restituerit: etiam si non petatur ab eo restitutio: ideo qui admonet detentatorem restituere rem detentatam, potest prosequi principaliter bonum detentatoris, cum ille non possit saluari quamdiu fuerit detentator. Qui autem admonet satisfacere de iniuria personali in pena corporali, vel in pecunia, principaliter quaerit bonum proprium: ideo non est correctio fraterna. Sic dicit August. lib. de verbis Domini: Quare proximum corripis? quia tu dolēs, quia peccauit in te? absit: si amore tui id facis, nil facis: si amore illius facis, optime facis. Loquendo ergo proprie de correctione fraterna ad quemlibet pertinet illam facere pro quolibet peccato, cuius notitia ad eum peruenit: & tamen verum est, quod per quosdam personas aptius sit, quam per alias: & ita est in presenti, quod

de omnibus delictis conueniens vindicta sumi potest, sed illud non pertinet ad correctionem: & tamen cū Christus imposuit præceptum de correctione fraterna, non vetuit correctionem iudicalem, sed indicauit singulis quid debeant agere: ad iudicem enim pertinet peccata puniendo corrigere: ad proximum autem admonendo à malo distrahere: & ita circa idem factum constituit Christus diuersos modos procedendi diuersis personis: sic enim circa iniurias iubet passo remittere, & admonere offendentem eundo ad illum, & ipsi offendenti iubet ire ad petendū remissionē, & reconciliationem ab offenso, supra quinto, & sexto, & infra in littera: & hoc, ut quilibet agat, quod ad eū pertinet. Ad secundum dicendum, quod istud non militat contra præceptum de correctione fraterna, sed contra præceptum de remittendo peccanti: quia si facilius dimittitur, efficitur pronus ad delictum peccans: correctio autem fraterna non est ad remittendum peccatum, sed ad incitandum peccatorem exire de peccato, & in ista correctione non præsupponitur, quod remittatur poena, quia poterit esse, quod postquam admonitus quis desisterit à peccato, petatur satisfactio pro peccato, & ita non erit facilis remissio. Aliter potest dici, quod sicut ad correctionem fraternam pertinet fieri sine poenarum inflictione, & ad iudicantem cum rigore poenarum: ita pertinet ad corrigentem fraternaliter remittere facilius, ad corrigentem autem iudicialiter non remittere sine poena, & ita non erit simplex facilitas veniæ, cum sit quidam motus procedendi, in quo non est venia facilis, sed cum poenarum rigore peccatum remittitur.

An correctio cadat supra præcepto.

Quæstio XC.

**Q**VAERETVR, an correctio fraterna cadat sub præcepto. Aliqui dicunt, quod non, quia nihil impossibile cadit sub præcepto: iuxta illud Hieronymi: Maledictus est, qui dicit Deum aliquid impossibile præcepisse: sed Ecclesiastici septimo, dicitur: Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit: ergo fraterna correctio non est sub præcepto. Secundo, quia omnia præcepta legis diuine reducuntur ad præcepta decalogi, cum illa sint quidam cardo omnium præceptorum: sed correctio fraterna non cadit sub aliquo præcepto decalogi, neque potest directe reduci ad aliquod illorum, ut patet dicentibus singulari: ergo non cadit sub præcepto. Tercio, quia ommissio præcepti diuini est peccatum mortale, quod in viris sanctis non inuenitur, sed in viris sanctis inuenitur interdum ommissio fraternalis correctionis: Sic dicit Augustinus primo de Ciuitate Dei, quod non solum inferiores verum etiam hi, qui superiorem gradum vitæ tenent, ab aliorum reprehensione se abstinent propter quædam cupiditatis vincula non propter officia charitatis: ergo correctio fraterna non est in præcepto. Quarto, quia illud quod cadit sub præcepto habet rationem debiti. Si ergo fraterna correctio caderet sub præcepto, hoc fratribus deberemus, quod eos corrigeremus, sed qui tenentur alicui ad debitum corporale, puta ad pecuniam, non debet esse contentus, quod ei occurrat creditor, sed debet eum querere, ut debitum reddat: oportet ergo, quod quisque quereret indigentes ad hoc, quod eos corrigeret, si esset debitor correctionis fraternalis, quod est inconueniens. Tum quia multitudo peccantium est, ad quorum correctionem nemo sufficit, cum etiam multi simul non sufficiant. Tum quia etiam oportet, quod religiosi exirent de claustris ad querendum quos corrigerent,

quod est inconueniens. Quinto, quia vniuersalior est correctio fraterna, quam punitio iudicialis: & tamen iudex non omittit corrigere delinquentem, licet non emendetur: imò etiam si sciat, quod non emendabitur, vel licet ex poena fieri dererior: ergo si sub præcepto esset correctio fraterna, non deberet quis ommittere correctionem, licet sciret, quod correctus contemneret, vel scandalizaretur: & tamen hoc est falsum, quia in tali casu cessandum est à correctione: ergo non cadit sub præcepto. Sexto, quia correctio delinquentium est impossibilis, ergo non cadit sub præcepto. Est autem impossibilis propter duo. Primo, quia infiniti sunt delinquentes. Ecclesiastes primo. Stultorum infinitus est numerus. & infinitum nunquam pertransitur. Secundo, quia quilibet delinquens in se habet difficultatem quandam ad correctionem. Ecclesiastes primo. Stulti difficile corriguntur: ergo non cadit sub præcepto. Septimo, quia omittens, vel transgrediens præceptum, mortaliter peccat, licet non agatur immediatè contra charitatem, sicut dicit Bernardus, quod in Petro negare Christum, non fuit charitas extincta. Si ergo esset correctio fraterna sub præcepto, omittens peccaret, licet non ageret ex contemptu, quod esset directè agere contra charitatem, cum ageret contra præceptum: & tamen hoc videtur inconueniens: ergo non cadit sub præcepto. Octauo, quia ea, quæ cadunt sub præcepto Dei, sunt efficacia ad consequendum finem, quia aliàs essent vana, & inutilia, cum vanum sit, quod non attingit ad finem: & tamen præcepta Dei non sunt inutilia: ergo attingunt finem: correctio autem fraterna est ad emendationem delinquentis, sed non sufficit ad hunc finem, cum illa fiat per solam admonitionem, & sermo non est efficax ad emendationem peccatorum decimo Ethicorum, & illud Ecclesiastes primo. Stulti difficile corriguntur: ergo non est correctio sub præcepto. Nono, quia nemo se debet intrinsece de his, quæ non sunt arbitrii eius, & tamen, ut ait Hieronymus super Matthæum: Si peccauerit homo in Deum, non est nostri arbitrii: ergo nemo debet corrigere eum, qui peccauerit contra Deum: & ita saltem correctio quantum ad ista, quæ contra Deum fiunt non habet locum. Decimo, quia nemo acquirit damnationem ex præcepto Dei: & tamen quidam corrigendo fratres acquirit damnationem, ut si ipsi sint in peccato: ad Rom. secundo. In quo alium iudicas, teipsum condemnas: eadem enim iudicas, quæ agis: ergo non est sub præcepto. Undecimo, quia non excusatur quis ab obliuione præcepti diuini propter peccatum, sed peccator non debet alium corrigere, ut ait Hieronymus de summo bono. Non debet vitia aliorum corrigere, qui vitiosus est subiectus: ergo non est sub præcepto, cum excusatur ab eo peccator. Duodecimo, quia si sub præcepto esset correctio, cum sit actus charitatis, pertineret ad omnes: sed falsum est, quia nemo debet vti quæ quod est alieni officij, vel potestatis. secundæ Corinthio, decimo capitulo, non in immentium gloriamur, sed secundum regulam mensuræ, qua mensus est nobis Deus, sed corr. pere videtur officium superiorum, quia est mouere ad bonum, sed in naturalibus mouentur inferiora per superiora: ergo in correctione fraterna erit sic, quod soli superiores, id est, prelati corrigendi officium habeant, & ita non erit sub præcepto. Tertiodecimo, quia quod ex debito charitatis, vel præcepti est impendendum omnibus est, cum charitas ad omnes debeat haberi: & tamen non debent omnes delinquentes corrigi, sed superiores, vel prelati, aut seniores, prima Timothæi quinto. Seniores ne increpaueris: & dicit ibi Glossa. Ratio est, ne indigne ferens se à minori corpi exasperetur. Et ita Dionysius

Correctio fraterna cadit sub præcepto. Quid sit opus amicorum.

Triplex est opus boni & triplex etiam malum.

in Epistola ad Demophilum increpat Demophilum monachum, quia sacerdotem redarguit, qui maior erat monachis: ergo non cadit sub præcepto. Decimo quarto, quia præcepta Dei ordinantur ad pacem, & charitatem. primæ Timothæi primo: finis præcepti est charitas. sed per fraternali correctionem turbatur interdum pax, & amittitur charitas, ergo non cadit sub præcepto. Dicendum, quod correctio fraterna cadit sub præcepto. Sic dicit Augustinus libro verbis Domini: Admonet dominus noster non negligere inuicem peccata nostra: non querendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas: debemus enim amando corrigere non nocendi auiditate, sed studio corrigendi: si neglexeris peior eo factus es: ille iniuriam facit, & iniuriam faciendo seipsum graui vulnere percussit: tu vulnus illius contemnis, peior es tacendo, quam ille vitando. Item super illo verbo. Si peccauerit: dicit Glossa: ita peccat, qui videns fratrem suum peccare tacet, sicut si peccanti non indulget: sed qui non indulget peccanti, peccat mortaliter: ergo etiam, qui non corrigit: & consequenter est sub præcepto. Item, quia debemus conformari Deo imitando præcepta. Ephesio quinto: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: Deus tamen castigat quos diligit: Prouerborum tertio, & Hebræorum decimo secundo: Omnem filium, quem suscipit, castigat: nos tamen tehemur diligere ex præcepto: ergo tenemur corrigere fraternaliter ex præcepto. Circa hoc tamen considerandum, quod correctio fraterna cadit sub præcepto. Ratio autem huius est, quia ex præcepto tenemur ad dilectionem proximi: dilectio autem in se includit, ut homo velit ei bonum, quem diligit: hoc est enim amare, velle alicui bonum, quod dicitur secundo Metaphisicæ, & quia carere malo habet rationem boni, quanto Ethicorum, inde est, quod ad rationem dilectionis pertinet, ne velimus mala dilectis nostris inesse: voluntas autem efficax non est, neque vera si opere non impletur. Vnde etiam ad rationem dilectionis pertinet, ut ad amicos bona operentur, & mala eorum impediamus, ut dicitur nono Ethicorum, & primæ Ioannis tertio dicitur: Non diligamus verbo, & lingua, sed opere, & veritate, id est, dilectio, quæ est in solo verbo, & lingua, & non sequitur aliquod opus, non est vera dilectio: opus autem amicorum est bona ipsis facere, & mala eorum impedire. Triplex autem est homini bonum, & triplex malum ei oppositum: est enim quoddam hominis bonum in exterioribus consistens, quæ est minimum bonum: & in hoc tenetur homo homini subuenire per eleemosynam corporalem, quæ multis modis fit. primæ Ioannis tertio: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo est charitas Dei in illo? Et sicut tenetur bonum facere circa istud primum genus boni: ita tenetur impedire mala opposita, scilicet, mala, quæ eueniunt in rebus: sic dicitur Marci vigesimo tertio: Si videris bouem aut ouem fratris tui errantem, non præterbis, sed reduces fratri tuo. Secundum genus bonorum est in corpore, & solent vocari delectabilia: vel naturalia, ut alij vocant, scilicet, incolumitas, & cætera bona, quæ ad bonam habitudinem corporis pertinent: & in hoc etiam debet homo hominem adiuuare, ut hoc bonum consequatur, ut possideat si tenet: & adiuuare contra impediencia, siue sint naturalia, ut in aegritudine, siue violenta, ut in incarceratione, & qualibet alia iniusta captione, aut detentione: sic dicitur Prouerborum vigesimo quarto: Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum libera ne cesses.

Tertium genus boni humani est virtus, cui opponitur malum peccati. Ad hoc autem bonum consequendum, aut possidendum, & ad eius oppositum vitandum, tantomagis tenetur homo ex charitate proximis auxiliū præstare, quantomagis pertinet ad rationem, quare aliquis ex charitate diligitur. Vnde Aristoteles nono Ethicorum dicit, quod tanto magis debet homo ferre auxiliū amicis ad vitanda vitia, quam ad vitandum damnum pecunie, quanto virtus affiniore est amicitia, quam pecunia. Et ideo tenetur homo ex præcepto dilectionis, ut proximo auxiliū ferat ad virtutem consequendam dando ei auxiliū, & consiliū ad bene agendum. Iste trigesimo quinto: Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis, confortamini, & nolite timere. Propter hoc etiam ex præcepto dilectionis tenetur homo fratrem in peccato existentem à peccato retrahere corrigendo, iuxta illud primo Thessalonic. ultimo: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes. Et hinc est verbum Christi hic: Si peccauerit in te frater tuus corripe eum: & ita est sub præcepto. Sed considerandum, quod per præcepta affirmatiua legis præcipiuntur actus virtutum, per præcepta negatiua vetantur actus vitiorum. Illud autem quod est secundum se malum, & peccatum, qualitercunque fiat est malum, quia malum non accidit ei ex congregatione multorum simul, sed ex defectibus singularibus: & tamen quando cunctus sit, accidit ei aliquis defectus: ideo semper est ibi malum, sed malum nunquam licet facere: ideo quod est malum, nullo fine, & nullo tempore, nullo loco, & nullo modo fieri licet, & qualitercunque talia fiant mala sunt: eo quod mox nominata malitia sunt conuoluta. secundo Ethicorum: ideo præcepta negatiua obligant semper, & ad semper: actus autem virtutum non quolibet modo fieri debent, sed obseruatis debitis circumstantijs. Nam licet malum proueniat ex defectibus singularibus, id est, ex defectu cuiuslibet circumstantiæ debita: in esse, ut ait Dionysius quarto capitulo de Diuinis nominibus, non efficitur bonum ex assistentia cuiuslibet bonæ circumstantiæ, sed bonum requirit totam, & integram causam. eodem capitulo: & ideo bonum non efficitur quolibet modo bonum, sed determinato modo bonum: sic est de honore parentum, qui cadit sub præcepto affirmatiuo, aut est exhibendus quolibet loco, aut quolibet tempore, aut quolibet modo, sed obseruatis debitis circumstantijs. Ita correctio fraterna cadit sub præcepto: non quidem quolibet loco, modo, & tempore, sed cum debitis circumstantijs concurrentibus. Quando autem omnes illæ concurrerint, est sub præcepto corrigere fratrem: Deficiente autem aliqua earum, non est sub præcepto, sed quæ sint illæ, non est possibile eas diffinire sermone dando regulam generalem, sed earum iudicium consistit in singularibus, & pertinet ad prudentiam experimento, & tempore queritam, vel magis ad insusam. primæ Ioannis secundo: vñctio, quam habetis docet vos de omnibus. Sed considerandum, quod licet ad bonum requiratur concursus omnium circumstantiarum: non tamen oportet statim dicere opus malum propter qualemcunque defectum in eo inuentum: dum tamen maneat potissima circumstantiarum, quæ est finis: nam omnis operatio moralis est ad finem boni. primo Ethicorum. dispositio autem eorum, quæ ad finem, attenditur per rationem finis in circumstantijs actus virtuosif. Vnde præcipue attendenda est ratio finis, quæ est bonum virtutis. Si ergo sit aliqua talis ommissio, alicuius circumstantiæ circa virtuosum actum, quæ totaliter tollat bonum virtutis, hoc ceterariatur præcepto.



Si autem sit defectus alicuius circumstantia, quae non totaliter tollat virtutis bonum, licet non perfecte contingat ad bonum virtutis, non est contra praecipuum. Vnde dicit Philosophus secundo Ethicorum, quod si parum disceditur a medio, non est contra virtutem: si autem multum, corrumpitur virtus in suo actu: correctio autem fraterna ordinatur ad emendationem fratris delinquentis: & ideo hoc modo cadit sub praecipuo, secundum quod est necessaria ad istum finem, & putatur manifeste, quod erit utilis: non autem, quod quolibet loco, & tempore teneamur delinquentem corrigere, qui occurrit nobis corrigendus.

Ad primum dicendum, quod correctio delinquentis eo modo quo cadit sub praecipuo, scilicet, cum certis circumstantiis non est impossibilis, sed satis possibilis. Cum autem dicitur, quod nemo potest corrigere quem Deus despexit. Dicendum, quod licet Deo deferente hominem, non ideo cogatur homo ad malum simpliciter, cum non tollatur ei libertas, quae naturalis est: tamen quia secundum se, id est, secundum ea, quae homini insunt ex parte sensitiva inclinatur ad malum. Genesis octavo: Omnis aetas ab adolescentia sua prona est ad malum. In quantum homo est ex se potens deficere cum sit ex nihilo: certissime operabitur malum, licet non necessario: & si in malo fuerit, nunquam recedit ab eo, & tunc correctio humana est inutilis. Nam ad emendationem requiritur actus rationis iudicantis malum esse quod agit, & bonum esse recedere ab illo, & actus voluntatis detestantis statum, & actum suum, & eligentis oppositum: & ita anima debet moveri: & tamen sermo noster non pertingit ad animam alicuius: ideo de se non est efficax: solus autem Deus est, qui movet animam hominis quando a malo in bonum, vel ab uno desiderio in alterum tendit. Prouerbiorum vigesimo primo: Sicut diuisio aquarum: ita cor regis in manu Domini, & quocumque voluerit verteret illud. & Prouerbiorum decimo quinto: Infernus: & perditio in manu Domini: quantomagis corda filiorum hominum. Et hoc modo mouet Deus quando vult hominem a malo in bonum, vel ab uno bono in aliud maius bonum. Et dicitur sic erudire eum solum tangendo cor eius, & nihil loquendo, ut patet Job trigesimo tertio capitulo: Per somnium & in visione nocturna quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures viro- rum, & erudiens eos instruit disciplina, ut aueritat hominem ab his, quae fecit, & liberet eum a superbis: eruens animam eius a corruptione, & vitam illius, ut non transeat in gladium. Et propter hoc immutatio a Deo est efficax, quae aliquando vocatur verbum eius, vel sermo, quia secrete loquitur ad cor nostrum. Sic dicitur ad Hebraeos quarto: Viuus est enim sermo Dei, & efficax: & penetrabilior omni gladio: accipitur: & pertingens usque ad diuisionem animae, atque spiritus, copagum & medullarum. Si igitur Deus cessauerit mouere cor hominis ad bonum, nunquam admonitio nostra erit efficax ad mouendum ipsum ad bonum: & tunc nemo potest corrigere quem Deus despexit: id est, quem deseruerit non mouendo cor eius ad bonum; non quod sit impossibile illum moueri ad bonum, aut necesse sit manere in malo: sed quia non potest homo sufficienter mouere cor alterius: eo quod, iste motus sit pertingendo ad ipsum spiritum eo modo, quo tangitur, vel pertingitur ad eum: sed hoc non potest homo facere, sed Deus potest facere: ideo verum est, quod nemo potest corrigere, quem ille despexit: non tamen ideo sequitur, quod circa alium quem hominem, quantumcumque malus sit, cessan-

si sit a correctione fraterna, quia neminem Deus totaliter deserit nisi eos, quos praeficit vocatis, qui non deseruntur, quia praeficit sunt, sed quia ex operibus suis deseruntur: istos tamen nos non cognoscimus: ideo circa omnes debemus conari, ut corrigamus eos concurrentibus debitis circumstantiis. Maxime, quia cuiuslibet viuendi liberum est ad hanc habere vitam aeternam. Sic dicit Augustinus libro de correctione & gratia: Nescientes quis pertineat ad praedestinationum numerum, & quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus saluos fieri: & ideo debemus omnibus fraternae correctionis debitum impendere sub spe diuini auxiliij, quod mouebit cor illorum ad deserendum peccata.

Ad secundum dicendum, quod correctio fraterna reducitur ad aliquod praecipuum decalogi, scilicet, ad praecipuum de honorando parentes: quia honor non importat solum exhibere reuerentiam in assurgendo eis: sed omnia beneficia, quae parentibus exhibere tenemur: & ideo per haec intelliguntur omnia beneficia, quae tenentur impendere quibuscumque: expressit tamen Deus solum de honore parentum, quia hoc apparet statutum cuique magis habere rationem debiti, quod in ceteris non apparet: & tamen in decalogo per Deum dato solum ipse ponitur voluit, in quibus manifeste apparebat ratio debiti ad hanc seruanda, ut declaratum est. Exo. 20. cap. circa beneficia alij impendenda, non apparet tam manifeste ratio debiti: ideo illa non expressa sunt.

Ad tertium dicendum, quod correctio fraterna sub praecipuo cadit: & ideo omittio culpabilis est. Et tamen tripliciter potest omitteri ista correctio. Uno modo propter bonum delinquentis, ut si putetur, quod alio tempore opportunius corrigetur, vel quod in tempore non recipiet. Secundo modo propter affectum carnis, scilicet, timorem rerum ne pereant, aut rumpatur familiaritas, quam ad aliquem habemus, & potius tunc volumus, quod frater maneat in peccato, etiam si possit per nostram admonitionem liberari, quam quod nos incurramus in hoc mala. Tertio modo omittitur non omittimus penitus correctionem fraternam, sed amor rerum istarum facit nos tardiores ad exequendum, quod non faceremus, si non essent nobis ista terrenarum rerum vincula. Primo modo omittitur meritorie correctio, quia cum finis correctionis sit emendatio fratris, quantomagis ad illam oculum habebimus, tantomagis meremur: ideo sicut meremur corrigendo quando oportet, ita meremur differendo correctionem quando corrigi non expedit, ut alio tempore opportunius fiat. Secundo modo est peccatum propter amorem rerum caducarum. Tertio modo peccatur venialiter: nam non totaliter omittitur praecipuum, sed tardiores efficiuntur in eius impletionem. De primo dicit Augustinus libro primo de Civitate Dei:

Si autem propterea quisque obiurgandis, & corrigendis male agentibus parcat, quia opportunius tempus inquiritur, vel eisdem ipsis meruit, ne deteriores efficiantur, vel ad bonam vitam, & pacem erudiendos impediunt alios infirmos, & premant, atque auertant a fide, non videtur cupiditatis esse occasio, sed consilium charitatis. De secundo dicit Augustinus, ibidem, scilicet, plerumque enim a malis cogitandis admonendis, aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis male dissimulatur, vel cum laboris peger, vel cum eorum inimicitias deuimus, ne impediatur, & nocent in istis temporalibus rebus, siue quas adipisci nostra ad huc cupiditas appetit, siue quas amittere formidat infirmitas: & dicit, quod male dissimulatur, id est, cum peccato

Quotiens aliquid tardius agit quam agere debeamus veniale est.

peccato mortali, sicut alibi dicit male dissimulari, quando formidatur humanus dies, aut vulgi iudicium, vel carnis excretionis siue peremptio. Ista autem ommissio licet in praetatis, quibus competit ex officio correctio fraterna, sit grauius peccatum: tamen etiam in alijs prauis est peccatum mortale. Sic dicit Augustinus, vbi supra. Longe autem habent grauiorem causam Ecclesiarum praepositi, qui in Ecclesijs constituti sunt, ut non parcant obiurgando peccata: nec tamen ideo ab huiusmodi culpa penitus alienus est, qui licet praepositus non sit in eis, tamen quibus vitae huius necessitate coniungitur multa monenda, & arguenda nouit, & negligit, & deuitans eorum defensionem, quibus in hac vita, non indebitè vitur, sed plusquam debuit delectatur. De tertio idem Augustinus super Epistolam ad Corinth. & in Decretis 25. distinct. cap. vnum. §. alias eadem, vbi ponuntur peccata venialia dicitur, quod quotiens aliquid tardius agimus, quam agere deberemus, veniale est: ideo qui non cessat a correctione fraterna penitus, sed tardius, & remissius agit propter humanarum rerum amorem, venialiter peccat, & tamen isti non omittunt correctionem penitus propter amorem, vel timorem rerum pereuntium, quia si constaret eis, quod proximus ex eorum admonitione liberaretur a peccato, ipsi tamè paterentur in bonis, quae amant: potius pati eligerent, quam a correctione cessare, cum charitatem fraternam praeponeant rebus, quas possident: & tali modo viri sancti interdum remissius agunt circa fraternam correctionem, & tamen non ideo omittunt eam omnino, & sic peccant venialiter, quod satis stat in viris perfectis, sed non mortaliter.

Ad quartum dicendum, quod in correctione fraterna, quamquam ex debito charitatis sumus obligati, non tenemur inquirere quos corrigamus, sed expectare, quod ipsi nobis occurrant. Dicendum autem, quod quando est aliquod debitum, quod est debitum certae personae, & certo modo, siue sit temporale, siue spirituale, tenetur debitor querere creditorem, siue cuius est debitor, ut soluat: & de hoc debet habere sollicitudinem. De temporali debito, ut in debitor, cui pecunia credita est patet: nam si tempus statutum fuerit ad soluendum, non expectat debitor creditorem, ut pecuniam petat, sed ipse diligenter illum inquit, quia dies statuta interpellat pro homine. De spiritali debito patet, ut si cui incumbat spiritalis cura alicuius personae, vel personarum determinatarum, ut erudiat illas in fide & moribus, vel corrigat de peccatis, non debet expectare, quod illae petant correctionem, vel eruditionem istam, sed ipse tenetur eas querere ad impendendum debitum officij sui, etiam si ipse se subtrahant correctioni subterfugientes. Et hoc verum est, nisi in debito quod efficitur debitum petendo: nam licet sit debitum certae personae, non tenetur debitor querere eum, cui debet offerendo debitum: sic est in debito coniugali: nam certae personae est debitum, scilicet, soli coniugi: & tamen non tenetur vnus coniugum offerre alteri, sed exactus reddere: & hoc, quia in hoc debito est aliquid speciale, scilicet, quod petendo efficitur debitum, & non aliter: ideo non obligatur debitor offerre alicui, sed expectare petitionem, quia ante illam non est debitor determinatus. Beneficia autem, quae sunt debita certis personis, siue sint spiritalia, siue temporalia, non sunt impendenda quousque occurrat nobis ille, cui debentur, licet non petat. De corporali debito, ut in elemosyna corporali, quae debita est omnibus pauperibus. Dicendum, quod non oportet, quod illos quaramus ad dandum elemosynam, sed quod demus occurrentibus nobis. De spiritali debito, ut de correctione fraterna, quam tene-

Vnus coniugum non tenetur alteri debiti offerre, sed exactus reddere debet.

A mur impendere omnibus fratribus peccantibus: non enim oportet, quod inquiramus quos corrigamus, sed hi, qui nobis occurrerint, corrigendi sunt: dicuntur autem nobis occurrere illi, quibus viuendi sorte coniungimur. Sic dicit Augustinus libro de Civitate Dei. Non est tamè ab huiusmodi culpa alienus, qui licet praepositus non sit in eis: tamen quibus vitae huius necessitate coniungitur, multa monenda, & arguenda nouit, & negligit deuitans eorum defensiones, quibus in hac vita non indebitè vitur, sed plusquam debuit delectatur. In hoc autem tenendus est modus, scilicet, ut non simus tam solliciti, quod quaramus quos arguamus, & inquiramus crimina, quae non nouimus: neque rursus tam negligentibus sumus, ut nemini impedamus correctionem nisi petenti. De primo patet, quia dicit Augustinus libro de verbis Domini: Admonet nos dominus noster non negligere inuicem peccata nostra, non quarendo quid reprehendas, sed videndo quid corrigas: id est, non oportet, quod nos inquiramus, an frater noster habeat peccata, de quibus eum corrigamus, sed quando viderimus peccata eius, tunc corrigamus: aliis enim oporteret nos fieri inquisitores vitae alienae, quod est inconueniens, & contra illud Prouerbiorum vigesimo quarto. Ne queras impietatem in domo iusti, & non vales requiem eius: & ita non sequitur, quod dicebatur, quod oporteret religiosi exire de claustris ad querendum quos corrigerent, sed si qui intra claustra eorum occurrerint eis corrigendi, illos corrigent. Secundum patet, quia expectaret quis delinquentem, ut ipse peteret correctionem, quia iam non indigeret correctione, sed ipse se correxisset: potest enim quis veniam petere ab eo, quem offendit: correctionem autem petere non est possibile, quia correctio non est aliud, quam emendatio, sed emendatio non pertinet ad illum, qui de peccato dolet, & cessat ab eo: hoc autem per se ipsum quis facit, & non recipit ab alio: ideo nemo ab alio petit correctionem, sed modus est, ut quos viderit quis correctione egentem corrigat: etiam si ipsi correctionem non petant: imò & si illam detraherent aliquantulum. Sed obijciatur, quod non debeat quis corrigere aliquem nisi petat, quia correctio fraterna est quoddam debitum spirituale incertae personae, sicut elemosyna corporalis: sed non tenetur quis dare, nisi pauperibus petentibus, ergo neque corrigere nisi petentes. Dicendum, quod correctio fraterna non petenti debet impendi: ita enim necesse est: nam peti non potest, ut dictum est. Cum autem dicitur de elemosyna corporali. Dicendum vno modo, quod non est verum, quia etiam non petenti tenemur dare, quia saepe quis tanta tenetur verecundia, quod potius mala sustinebit, quam cum rubore petat. Alij sunt, qui egent, & tamen in tali loco forte constituti sunt, quod petere non possunt, ut qui in carceribus detinentur. Aliter potest dici, quod etiam si in paupere petitio communiter attendatur ad dandum elemosynam: hoc tamen fit, quia per petitionem innofescit nobis eius paupertas, cum aliquis sit, qui ex habitu pauper putatur, qui non est, & alius, qui non indicatur ex habitu, in veritate tamen pauper est, & ideo in istis expectatur petitio, quae est manifestatiua indigentiae: constituto autem in indigentia non est opus petitione. In correctione autem fraterna indigentia est permansio in peccato, ideo postquam constat nobis, quod aliquis manet in peccato, non est nobis opus amplius, ut petat correctionem. Tertio, & praecipue, quia cum paupertate corporali stat petitio. Nam etiam si pauper petat, non tollitur paupertas, & tamen cum petitione correctionis non stat indigentia correctionis: qui enim corre-

Quis modus tenendus est in querendo quos corrigamus.

Elemosyna facienda est non petentibus.

correctionem petit, iam correctione non indiget, cum recesserit a peccato, ut ostensum est supra: & ideo correctio non potest dari petenti, sed necesse est, quod corrigens se offerat delinquenti: & ita dixit Christus: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: & ita corripens ire tenetur. In eleemosyna autem corporali non dicitur, quod eat, quia satis est dare petenti, vel ei, quem viderimus manifeste indigentem.

Ad quintum dicendum, quod correctio cadit sub precepto: & tamen non fit, quando sequitur scandalum: correctio autem iudicialis non omittitur propter scandalum. Ratio differentia est, quia iudicialis correctio fit ad bonum publicum, & ideo etiam si ille, qui corrigitur, efficiatur deterior, cum vtile sit communitati illum puniri punietur: correctio autem fraternalis fit propter bonum fratris, scilicet, ut a peccato emendantur, & intantum est sub precepto in quantum per eam creditur, quod emendabitur frater. Quando autem creditur, quod non emendabitur, non est sub precepto: imo si scandalum creditur secuturum, & deterior futurus, qui corrigitur, potius est sub precepto, quod non corrigamus talem, quia per hoc laederemus charitatem, quam nos conseruare quantum possumus in proximo tenemur.

Ad sextum dicendum, quod non est verum, quod stulti sint infiniti, quia omnes homines simul non sunt infiniti: ergo a fortiori mali non sunt infiniti, sed vocantur infiniti, id est multi. Et cum dicitur, quod stulti difficile corriguntur. Dicendum, quod verum est, quantum ad illos, qui in peccatis obstinati sunt, & potissime illi, quos Deus despexerit, ut dictum est supra in solutione primi argumenti: tales autem magis per iudicalem censuram, quam per fraternam correctionem emendantur. Accipiendo tamen de alijs, qui non difficiliter corriguntur, etiam si non sint infiniti. Dicendum, quod correctio omnium illorum non pertinet ad vnum aliquem, quia nemo est ubique, & non obligatur discurrere ad quaerendum quos corrigat, sed eos, qui sibi occurrerint, quos viderit corrigendos debet corrigere, illi vero dicuntur nobis occurrere, qui forte viuendi nobis coniuncti sunt, ut ait Augustinus libro de Verbis Domini: & hoc modo facilis est, aut saltem possibilis correctio delinquentium.

Ad septimum dicendum, quod sub precepto est correctio, & omittens peccat mortaliter, & interdum licet non agat ex contemptu. Nam tribus modis committitur correctio, & secundus eorum est peccatum mortale, ut dictum est supra in solutione tertij argumenti: & tamen ibi non fit ex contemptu, sed ex cupiditate, amore, vel timore circa ista caduca. Et dicendum, quod quicumque peccat mortaliter, agit contra charitatem immediate, cum peccando faciat id, quod est contrarium charitati: & tamen loquendo proprie non semper peccans mortaliter, agit directe contra charitatem, sed tunc solum, quando intendit contra charitatem agere, ut contingit in his, qui peccant ex malitia, & sic qui ex contemptu agit, agit immediate contra charitatem, & directe contra illam, qui vero ex passione aliqua, vel ex ignorantia, quae tamen non excusat, peccat, agit immediate contra charitatem, non tamen directe contra illam, cum non peccet ex malitia.

Ad octauum dicendum vno modo, quod correctio fraternalis, quae fit per sola verba est efficax circa illos, pro quibus est, datur quippe pro illis, qui non sunt duri: tales enim bene suadentur sermone, qui vero duri sunt, non verbo ducuntur, sed verbere coercendi sunt, & contra tales est conueniens correctio iudicialis, quae etiam sine Dei auxilio non sufficit vitia extirpare.

Iudicialis correctio propter scandalum non dimittit debet.

Non semper peccans mortaliter agit contra charitatem.

Aliter potest dici, quod precepta Dei sunt sufficientia ad deducendum ad finem intentum: & tamen non oportet, quod per quodlibet preceptum sufficienter deducatur finis intentus. Nam si esset vnicum preceptum Dei, oporteret per illud deduci ad finem intentum, aliis esset superuacuum: & tamen sunt multa precepta: ideo licet non deducatur finis per quodlibet, dum tamen deducatur per omnia, singulis sufficientes est: ita in proposito ad emendationem delicti sunt duae correctiones, scilicet, fraternalis, & iudicialis: si enim sola fraternalis esset, & non sufficeret tollere vitia, esset inconuenienter factum, est tamen ultra eam iudicialis correctio, & quae non corrigitur fraternali correctione, cogentur emendari iudiciali punitione: & ita ambae simul sufficientes, licet vna tantum non sufficiat. Aliter potest dici, & adhuc conuenientius, quod quodlibet preceptum Dei est sufficienter ad deducendum ad finem intentum: & tamen, quod non deducatur, non est defectus in eo, sed in nobis. Nam precepta dantur nobis secundum conditionem nostram, id est, seruando libertatem arbitrij, non enim ponit Deus necessitatem absolutam ad hoc, quod boni simus, sed ponit regulas, per quas boni efficiamur, quae non cogunt nos bonos fieri: non tamen vocatur lex insufficientis, quia non cogit hominem bonum fieri, sed quia non tradit sufficientem viam, & doctrinam, per quam homo regulatus bonus efficiatur. Precepta autem Christi, ita sunt ordinata, & complete tradita, quod volenti viuere per ea, nihil perfectionis deerit: & tamen nolentem non cogunt: & ita est de correctione fraternali, quia si sequi vellet eam delinquentes, erat sufficienter remedium ad tollenda omnia vitia. Si autem sequi nolunt, non prodest eis, & ita possunt mali totam legem inutiliter facere, quia eos inuitos non facit bonos.

Ad nonum dicendum, quod correctio fraternalis est sub precepto quantum ad omnia peccata, siue quantum ad ea, quae sunt contra nos, siue contra Deum: imo tanto magis corrigere debemus delinquentem contra Deum, quam contra nos, quanto maius peccatum est contra Deum, quam contra hominem, & magis laeditur charitas, & salus delinquentis in illo. Ad auctoritatem Hieronymi, dicendum, quod non sunt peccata contra Deum nostri arbitrij ad dimittendum ea peccantibus, sed hoc pertinet ad Deum, contra quem facta sunt: dimittere autem peccata, quae contra nos facta sunt, est nostri arbitrij, id est, potestatis, sed arbitrij nostri est corrigere fratrem de peccato, quod facit contra Deum, & punire si fuerimus iudices. Sic intelligit Hieronymus, ut patet ex verbis eius, scilicet: Sciendum, quod si peccauerit in nos frater noster, & in qualibet causa nos laeserit, dimittendi habemus potestatem, imo necessitatem, qua praecipitur, ut debitoribus nostris debita dimittamus. Si autem quis in Deum peccauerit, non est nostri arbitrij, id est, non habemus potestatem dimittendi, & sequitur: Nos autem e contrario in Dei iniurijs benigni sumus, in nostris contumelijs exercemus odia. Sed obijciatur, quod ad peccata facta contra Deum, non se extendat correctio fraternalis, quia dicitur: Si peccauerit in te frater tuus: & tamen quando peccat in Deum, non peccat in nos, cum sint distincta peccata, quae sunt contra Deum, & contra homines. Dicendum, quod peccata secundum se distincta sunt: & tamen si quis peccat in Deum vidente alio, scandalizat eum, & quia scandalum est offensio quadam: ad Romanos decimo quarto: Vbi scandalum & offensio ponuntur pro eodem: ideo, qui sic peccat in Deum sciente proximo, iam peccat in proximum, cum eum offenderit, & ita illud est peccatum contra Deum, & contra hominem: contra Deum quidem in quantum est contra

homo-

honorem eius: contra hominem vero in quantum offendit eum: & ideo circa talia peccata competit correctio fraternalis: si quis vero ita peccauerit in Deum, quod nemo noverit, non est ibi fraternalis correctio, quia contra neminem peccat, cum nemo illud noverit.

Ad decimum dicendum, quod qui corrigit alium existens in peccato mortali semper quodammodo condemnat seipsum, id est semper condemnationem suam pronunciat: non tamen semper damnationem accumulatur, id est qui in peccato existens corrigit alterum: corrigendo ostendit semper se peccasse, de quo meretur quandam damnationem: non tamen semper peccat corrigendo. Et est verum, quod non peccat corrigendo, si ipse est in minori peccato, & corrigit delinquentem de maiori: vel cum est in peccato occulto, & arguit de peccato publico delinquentem: vel cum est etiam ipse in peccato publico, sicut alius, vel in peccato aequali: & arguendo alium non contemnit eum: neque etiam peccata propria contemnit quasi nulla sint: & peccata aliena arguit quasi magna: sed congemiscit inuitando se, & illum ad idem genus satisfactionis, & talis correctio est sine peccato: quia ut dicit Greg. 5. Mora. quod cum homo teneatur diligere proximum sicut seipsum, ita tenetur peccata illius corrigere sicut propria. Si autem existens in peccato aequali, vel in publico arguat cum superbia quasi contemnens peccata propria, & arguens aliena: tunc acquirit damnationem, id est peccat mortaliter, quia ex odio agit aut ad ostentationem: sic dicitur supra septimo cap. Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quae in oculo tuo est, non vides: hypocrita eice primum trabem de oculo tuo: & ita dannatur ibi de hypocritis, qui talia facit: & tamen agere ex hypocrisis est ut saepe peccatum mortale: ideo iste acquirit condemnationem, etiam quando quis est in peccato manifesto, & alium vult corrigere: & credit, quod sequetur scandalum corrigendo: si corrigit acquirit damnationem propter scandalum actuum.

Ad undecimum dicendum, quod peccatum mortale non absoluit quemquam a debito obseruationis precepti Dei: sed in quantum corrigere est aliquid honoris, redditur indignus ad alium corrigendum, qui seipsum non corrigit: non tamen est ibi proplexitas, quasi sit aliquis obligatus ad faciendum aliquid quod faciendo peccet mortaliter, quia qui est in peccato mortali obligatur corrigere fratrem, quia obligatur deponere peccatum mortale: & tunc poterit digne corrigere fratrem, iuxta illud, supra septimo capitulo. Eice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucam, quae est in oculo fratris tui.

Ad duodecimum dicendum, quod argumentum non tenet, scilicet, si sub precepto est, ad omnes pertinet, quia aliqua sunt precepta Dei, quae pertinent ad solum vnum statum hominum: sicut tam in noua, quam in veteri lege dantur quaedam precepta sacerdotibus, & Episcopis, quae non obligant alios homines: & quaedam seruis, alia dominis, alia filiis, alia parentibus, ut ad Ephes. sexto cap. & quae sunt ad quosdam non sunt ad alios: ita poterat esse de correctione fraternali, quod pertineret ad quandam statum hominum, & non ad omnes. Et tamen dicendum quod correctio pertinet ad omnes. Et cum dicitur, quod ad solos prelatos pertinet: dicendum, quod correctio iudicialis pertinet ad solos prelatos, id est ad eos, qui praesunt alijs, quales sunt omnes iudices: correctio autem fraternalis ad oes pertinet: & tamen magis ad prelatos quam ad ceteros, ut dicit Augustinus libro de Ciuitate Dei: Et cum dicitur, quod in natura Alph. T. ost. super Euang. Matth. Pars V.

inferiora mouentur per superiora. Dicendum, quod ita etiam est in moralibus: & tamen quilibet homo est quodam modo maior alio, & quodam modo minor: nam qui non est in peccato, est maior eo, qui est in peccato: & ita nemo est, qui interdum corrigi non possit: & nemo cui interdum corrigere alterum non competat.

Ad tertium decimum dicendum, quod omnibus impendendum est debitum correctionis, quos scieuerimus delinquentes, & putauerimus per nostram admonitionem posse emendari: & ita subditi corrigunt prelatos. Et cum dicitur: seniore non increpaueris: non prohibetur correctio fraternalis circa prelatos: sed dicitur quod non fiat cum duricie aut superbia vel oburgatione, quod est increpare: sed fiat reuerenter & cum mansuetudine, quod apostolus dicit faciendum, scilicet, seniore non increpaueris, sed obsecra tanquam patrem: & tunc qui superior est non poterit exasperari, quia non tractatur irreuerenter. Demophilus autem monachus increpatur a Dionysio, quia dure corripuit sacerdotem percussit eum, & de ecclesia eiciens.

Ad quartum decimum dicendum, quod ex correctione fraternali non sequitur pacis turbatio: sed sicut ordinatur ad charitatem, ita procuratur charitas fratris perdita per correctionem: & pax nullo modo turbatur, si correctio fiat obseruatis debitis circumstantiis: & tunc solum est actus virtutis: & consequenter sub precepto: quando autem non concurrunt debita circumstantiae, non est actus virtutis: ideo tunc non est sub precepto: sed magis contra preceptum cum sciamus ex tali actu mala secutura.

An sit cessandum a correctione propter timorem.

Quaest. XCVI.

QVAERETVR, an cessandum sit a correctione propter timorem ne correctus efficiatur deterior, aut propter timorem scandali alicuius.

Aliqui dicunt quod non, quia peccatum est quaedam infirmitas vel languor animarum: ut Boetius ait, & illud Psal. 6. Miserere mei dñe, quoniam infirmus sum in infirmitate peccati: & tamen in corporali ageritudine ille, cui imminet cura de egri curatione, non debet cessare a correctione eius, licet ille contradicat, quia tunc est factus maius periculum: sicut in furiosis, qui curari non volunt: ergo a fortiori in peccato non debet cessari a correctione delinquentis: licet ille ex hoc exasperetur. Secundò, quia ut ait Hiero. & etiam Grego. vitium scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur: tamen obseruatio preceptorum Dei pertinet ad veritatem vitae: ideo non est dimittenda executio propter scandalum in illis: sed correctio fraternalis cadit sub precepto, ut dictum est precedenti quaest. ergo non est cessandum ab ea propter scandalum. Tertio, quia, ut ait apostolus ad Romanos tertio, non sunt faciendae mala, ut veniant bona: ita non sunt dimittendae bona, ne veniant mala: sed correctio fraternalis bonum quoddam est, ergo non est dimittenda propter timorem, ne veniant mala, id est ne castigatus efficiatur deterior. Quarto, quia debemus imitari Deum in operibus nostris, ad Ephesios quinto. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi: & tamen Deus non cessat infundere animam corpori, licet ex coniunctione eorum sequatur infectio damnabilis: ergo nec nos debemus cessare a correctione fraternali, licet correctus efficiatur deterior. Quintò, quia Ezechie. tertio dicitur: Si

G annu-

annunciaveris impio, & non fuerit conuersus, in iniquitate sua morietur: tu autem animam tuam libera: ergo vt nos liberemus animas nostras, non est cessandum à correctione fraterna, etiam si correctus deterior efficiatur, & moriatur in iniquitate sua. Sextò, quia vniuersalior est correctio fraterna quam iudicialis: & tamen à correctione iudiciali non cessat iudex, etiam si correctus efficiatur deterior: ergo neq; cessandum est à correctione fraterna, licet efficiatur deterior correctus.

Dicendum, quòd correctio fraterna dimittenda est si malum ex ea sequitur. Pro quo sciendum, quòd duplex ex correctio, vna iudicialis pertinens ad praelatos, & iudices: alia autem fraterna pertinens ad omnes: finis primæ correctionis est bonum commune: finis autem secundæ est bonum delinquentis. Prima etiam habet vim coactiuam: & ista non est omittenda propter turbationem eius, qui corripitur. Primò, quia aliquis punitur, vt non peccet, & licet quis habens animum seruilem vitiiis deditum non emendetur sponte, emendabitur per penas, si per eas cogetur dimittere peccatum: quia maius malum erit ei tristitia illata per poenam, quam sit delectatio consequens ex actu peccati: & ideo non est cessandum, cum ille possit effici bonus. Secundò, quia dato, qd sit incorrigibilis etiam per penas: prouidetur tamen bono publico, cum seruetur ordo iustitiæ in isto retribuendo ei penam pro peccato. Etiam, quia exemplo istius publicè puniti deterrentur alij ne peccent. & insuper ille qui est incorrigibilis precipitur de republica, vel per mortem, vel per exilium, vel per perpetuam incarcerationem: et iam nemini nocere potest: quod est vtile reipublicæ: ideo iudex non dimittit ferre sententiam condemnationis in peccantem propter timorem turbationis eius, vel amicorum ipsius. Correctio autem fraterna non habet vim coactiuam, sed solis verbis admonitorij vtitur. Et hoc propter duo. Primò, quia pertinet ad quemlibet corrigere fraternaliter: & tamen potestas puniendi non est cuiuslibet tribuenda, quia hoc esset turbare omnia: quod non esset faciendum. Secundò, quia correctio fraterna fit solum propter bonum delinquentis, & non propter bonum publicum: & tamen dare vim coactiuam non proficeret ad utilitatem delinquentis. Nam pena non est via ad virtutem, ideo pena non est in correctione fraterna: & tamen præcedens ratio melior est: ideo cum sola causa correctionis fraternæ sit emendatio delinquentis, si probabiliter credetur, quòd aliquis ex correctione scandalizaretur, & deterior efficeretur, cessandum esset ab admonitione, et correctione, cum tunc cesset causa admonitionis: imò esset contra præceptum admonere tunc; nam recuperatio charitatis est causa correctionis, ergo si magis legitur ex correctione, obligamur ex præcepto nõ correre.

Ad primum dicendum, si quis in furiam versus curari nolit, vel timens dolores curationis eligat non curari: medicus vtitur contra hunc violentia quadam, quia constat illum mala velle: & ista coactio assimilatur correctioni iudiciali, quæ habet vim coactiuam, & non correctioni fraternæ, quæ neminem coerces. Sed dicitur, quare non apponitur violentia in curatione spiritali sicut in corporali, cum sit magis necessaria spiritalis curatio.

Dicendum quòd ratio est, quia in curatione corporali potest quis inuitus curari, & sanabitur inuitus: in spiritali autem curatione non accidit. Nam nemo inuitus potest esse bonus: cum bonitas proueniat ex principio electiuo, quòd liberum est a correctione: ideo si quis conetur aliquem inuitum facere bo-

num, poterit eum facere deteriorem, sed non faciet bonum: ideo non est coactio apponenda in his. Si autem inuitus possit quis effici bonus, maior coactio apponeretur quam circa curationem corporalem. Sed tunc dicitur: si nemo potest effici bonus inuitus, cur infliguntur penæ peccantibus?

Dicendum, quòd magis infliguntur in ordine ad bonum publicum quam ad bonum peccantis, scilicet quia licet pena non det bonitatem neque auferat iniquitatem animæ: cogit tamen cessare per timorem ab actibus malis exterioribus: & hoc prodest reipublicæ: licet nõ reddat bonum ipsum cessantem à malo exteriori.

Ad secundum dicendum, quòd correctio fraterna cadit sub præcepto, & pertinet ad veritatem vitæ secundum quòd est actus virtutis: sed hoc non accidit nisi cum debitis circumstantiis, secundum quas concordat fini, propter quem fit, scilicet ad emendationem fratris: cum autem non concurrunt istæ circumstantiæ, neque concordat fini, sed magis ipsa correctio est impeditiuæ finis, non est actus virtutis, sed magis contra virtutem: ideo non cadit sub præcepto, sed est contra præceptum tunc corrigere: & ideo quandiu correctio fraterna est sub præcepto, non cessatur ab ea propter scandalum: sicut neque ab actuali alicuius præcepti: sed quia si scandalum sequatur, iam non est emendatio, sed potius deterioratio eius, qui scandalizatur: & ita cessat causa, propter quam correctio fraterna precipitur: & consequenter illa cessat esse sub præcepto: & ideo cessamus nos ab illa quando fit cum scandalo, non quia fit sic cum scandalo, sed quia non est sub præcepto, sed potius contra præceptum.

Ad tertium dici potest vno modo, quòd non est simile de malo & de bono: nam malum semper habet rationem mali, ideo nunquam est faciendum siue sequatur inde bonum siue non, quia cauere malum est de necessitate salutis: ideo pro nulla re debet fieri malum, imò neque consentire malo, vt Augustinus ait, quia melius est omnia mala pati, quam malo consentire. & Aristot. tertio Ethicorum, Ad quadam autem fortassis non est cogi, sed magis mori patientem durissima. De bono secus est, quia facere bonum non cadit sub necessitate, sicut cauere malum; nam omne peccatum euitare obligamur, & tamen non obligamur ad omnem actum virtutis: ideo quædam bona omittimus non peccando, etiam si pro nulla causa omittamus; nisi quia agere nolimus sicut sunt opera consiliorum. Secundò potest dici, quòd etiam circa bona, quæ sunt aliis necessaria, est cessandum ab illis, si malum inde sequatur directè. Nam qui directè dat causam mali, ipse videtur facere malum: et tamen malum cauendum est omnibus modis; ideo non est faciendum illis bonum, ex quo directè sequitur malum. Tertio dicendum, & magis in particulari, qd circa correctionem fraternam si sequatur scandalum, vel deterioratio eius qui corrigitur, si cessamus ab ea, non cessamus à bono, sed magis à malo, quia correctio cum deterioratione nõ habet rationem alicuius boni: cum directè sit hoc contra finem correctionis, qui est emendatio fratris: & ideo non solum est licitum cessare tunc à correctione, sed est necessarium: secus autem est de quibusdam aliis rebus, quæ bona sunt: licet indirectè, vel per accidens sequatur malum ex illis: quia tunc bonum faciendum, malum sequitur: sed hic non sequitur malum ex bono, sed ex malo, quia iam patet correctionem illam esse malam: cum repugnet fratri suo, à quo bonitatem accipere debebat.

Ad quartum dicendum, quòd imitari debemus

mus Deum in quantum possumus: & ipse imitari nobis eum iussit. Et cum dicitur de infusione animæ. Dicendum, quòd nõ debemus nos in moralibus imitari Deum agentem circa naturalia, quia naturalia, & moralia non sunt eiusdem generis: ideo non est inter illa similitudo omnimoda: moralia enim præsupponuntur naturalia, sicut esse præsupponitur ad operari: ideo naturalia nunquam sunt omittenda propter malum, quòd sequitur in moralibus, quæ posteriora sunt: licet vnum morale omittendum sit propter aliud: sicut nemo debet subtrahere sibi cibum ad abbreviandum vitam, ne incidat in peccata, quæ incidere timet diu viuendo. Non est enim vita, quæ est aliquid naturale, auferenda propter quodcumque malum morale quod in ea timeatur: & tamen in moralibus vnum bonum omittitur, vt non sequatur malum. Infusio autem animæ est aliquid naturale, quia est principium totius esse naturalis humani: ideo licet sequatur inde malum morale, id est infectio damnabilis: non cessat Deus ab illa infusione. Correctio est bonum aliud quod morale: ideo si timetur inde malum aliud morale euenturum, rationabiliter cessari potest, & debet à correctione.

Ad quintum dicendum, quòd illud intelligitur de prædicatione, & non de correctione fraterna. Est autem prædicatione necessaria, quia est officium prælatorum. & dato quòd ipsi sciant, qd populus non proficiat ex doctrina eorum: nihilominus tenetur prædicare, vt ipse agat officium suum: & etiam vt non tollatur profectus, qui sequi poterat prædicando: quia licet quidam non proficiant, alij tamen proficiant. Etiam quia prædicatione in prælato est spirituale debitum determinatum: ideo reddendum est, etiam si non videatur profectus ex illo: maxime quia non dicitur Ezechiel, quòd annunciandum sit: imò etiam in casu, in quo ex annunciatione deterior efficiatur: nam aliud est, qd non proficiat: aliud qd deterior efficiatur. Nam si probabiliter quis sciret, quòd ex prædicatione sua deteriores fierent alij: cessandum erat à prædicatione nisi forte esset scandalum phariseorum; scilicet quia videntes bona opera alicuius inuiderent, & per hoc peccarent mortaliter: nam tale scandalum contemnendum est. De correctione autem non dicitur, quòd cesset quis ab ea, quando videt, quòd non proficit, sed quando non solum non proficit, sed etiam efficitur deterior correctus: nam aliàs cum non efficitur deterior neque exasperatur: etiam si nondum proficiat spes est de profectu, & non est tunc cessandum à correctione.

Ad sextum dicendum, quòd vniuersalior est correctio fraterna quam iudicialis, & tamen iudicialis magis determinatè cadit sub præcepto quam fraterna: & hoc quia iudicialis fit propter bonum publicum: fraterna autem propter bonum delinquentis. Contingit autem sepe ex correctione sequi malum in correcto: ideo tunc non debet esse fraterna. Ex iudiciali autem correctione nunquam, vt communiter, sequitur malum publicum, sed potius ex omisione eius: ideo etiam si turbetur, qui corrigitur, non est cessandum à correctione. Accidit tamen interdum, quòd ex punitione iudiciali alicuius peccati sequitur scandalum, & malum in republica: & tunc qui præest reipublicæ cessare debet à correctione: licet forte bonum esset ipsi delinquenti qd puniretur, quia qui præest non attendit bonum, vel malum delinquentis, sed reipublicæ.

Alph. Tost. super Euang. Matt. Pars V.

An ordo correctionis cadat sub præcepto, scilicet fratrem secretè corripere. Quæst. XC VII.

QVAERETVR, nunc circa ordinem, qui tenetur in correctione. nam dicitur corripe eum inter te, & ipsum solum: quòd significat secretam admonitionem: & est dubium an cadat sub præcepto tenere istum ordinem in correctione: sicut cadit sub præcepto corrigere delinquentem: & potissimè, quia dicitur, quòd corrigatur secretè per secretam admonitionem præcedentem. Aliqui dicunt, quòd non cadit sub præcepto iste ordo: in operibus enim virtutum præcipue in charitate imitari debemus Deum. Ad Ephes. quinto, imitatores Dei estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Sed Deus interdum punit hominem pro peccato, non præcedente secreta admonitione ad denunciationem: ergo ita licet nobis facere. Secundò, quia dicitur primo ad Timo. quinto. Peccantem coram omnibus argueris: ergo non debet præcedere admonitio in secreto. Sed dicunt alij, quòd hoc est, quia prius debet admoneri: deinde denunciari, & argui coram omnibus. Hoc tamen videtur non stare, quia si dicimus in secreto, quia peccatum occultum est, videtur quòd etiam si non corrigatur debeat taceri delictum, quia aliàs magis esset iste peccatoris proditor quam corrector, quòd Augustinus damnat: ergo si Ecclesiæ aliquid dicendum est, videtur saltem quòd non fit hoc in peccatis occultis: & ita iste ordo correctionis non habet locum in peccatis occultis. Tertio, quia dicit Augustinus lib. Contra mendacium, quòd ex gestis sanctorum potest intelligi qualiter sint præcepta sacræ scripturæ intelligenda, sed in gestis sanctorum inuenitur facta publica denunciatio sine aliqua secreta admonitione præcedente, ergo nobis licebit sic facere. Patet hoc de Petro, qui Act. quinto publicauit peccatum Ananiæ & Saphiræ, qui occulte fraudauerant de precio agri, dicens illud coram omnibus nulla secreta admonitione præcedente: ergo non est de necessitate præcepti præcedere admonitionem. Quarto, quia omnis actio Christi est instructio nostra. Ioan. decimo tertio, Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis: sed Christus non legitur admonuisse Iudam secretè antequam peccatum eius publicè denunciaret: ergo neque nos obligabimur præmittere secretam admonitionem. Quintò, quia Ioseph fuit vir sanctus, ipse tamen peccatum fratrum suorum publicauit denunciatis patri: & non legimus præcessisse admonitionem secretam: vt patet Gene. trigésimo septimo: ergo & nobis idem facere licebit. Sextò, quia accusatio est grauior quam denunciatio, quæ fit iudici, vel Ecclesiæ: & tamen ad accusationem non oportet, qd præcedat aliqua admonitio secreta, sed solum præcedere debet inscriptio. extra de iudic. capit. qualiter, & quando: ergo denunciatio fieri poterit sine secreta admonitione. Septimò, quia quodlibet prætere in omni casu non cadit sub præcepto, & tamen in quolibet casu videtur, quòd liceat homini omittere secretam admonitionem, quia in quolibet peccato potest quis iurare commune bonum, & sic procedere ad accusationem sine præcedente denunciatione, ergo non cadit sub præcepto præcedere secretam admonitionem. Octauò, quia non videtur probabile, quòd id, quòd habet communis consuetudo religionum, sit peccatum, sed talis est communis in omnibus religionibus, quòd in capitulis proclamant aliqui culpas aliorum non præcedente admonitione secreta, ergo non videtur esse de necessitate præcedere illam.

Nonò



Non dicitur quia, ut dicit Augustinus quarto, de Doctrina Christiana: eadem rotunditas est in paruo disco, et in magno disco: ita eadem ratio est iustitiae in magnis rebus, & in paruis rebus. Si igitur, ut aliqui volunt, non requireretur in paruis peccatis admonitio praecedens: ergo neque in magnis, vel in omnibus requireretur: & tamen in paruis non requiritur, ut habet consuetudo religionum: ergo in nullis peccatis requiritur praecedere admonitionem secretam. Decimo, quia si deberet secreta admonitio praecedere ad denunciationem: oporteret, quod intercederet aliqua mora inter utrumque: sed interdum talis mora est ita periculosa, quod non potest postea sufficiens remedium adhiberi: ut si quis tractauerit de perditione ciuitatis cum hostibus, vel si sit aliquis haereticus in grege domini seducens alios a fide, ergo videtur quod non debeat praecedere secreta admonitio. Undecimo, quia triplex est agens, scilicet naturale, artificiale, & per gratiam siue per charitatem: agens autem naturale agit meliori modo quo potest, similiter & artificiale: ideo sic etiam facit agens ex charitate; sic est corripuens fratrem, ergo facit melius quod potest: sed melius est, quod faciat publice, quia magis proderit sic multitudini, eo quod exemplo illius castigati alij corripientur: bonum aut publicum est magis, & diuinius quam priuatum, primo Ethicorum: ergo melius est quod statim arguatur quis, ut peccauerit, & hoc publice denunciando, quam praemittere admonitionem secretam. Duodecimo, quia ita est peccator in Ecclesia, sicut membrum putridum in corpore: & tamen non refert qualiter medicus praedicat putridum membrum: dum tamen praedicat illud ne sequatur corruptio in corpore: ergo dum corripitur peccans ne alios inficiat non refert, an publice vel occulte fiat. Tertio decimo, quia subditi tenentur obedire suis praesulis: maxime illi, qui expresse obediendam vouerunt, sicut religiosi, & tamen praesuli sui dicunt eis interdum in communi, vel alicui in speciali, quod dicant sibi peccata aliquorum, vel si quid sciunt corrigendum circa illos, ergo tenebantur dicere, & ibi praecederet denunciatio ad secretam admonitionem, quia nulla praescribit: ita ergo nobis licebit. Quarto decimo, quia Glossa super illo verbo, corripe eum, & caetera dicit, quod arguendus est quis zelo iustitiae, id est sicut iustitiae conuenit: & tamen iustitia est virtus praeclearissima tanquam lucifer aut hesperus. quinto Ethicorum: ergo clarissime, & non in secreto proximus arguendus est. Quinto decimo, quia ad iustitiam pertinet retribuere pro meritis, & tamen qui peccauit factus est ex hoc ipso inglorius apud Deum, ergo meretur quod ei auferatur gloria, id est fama coram hominibus, quod fit per publicam denunciationem delicti eius sine alia admonitione. Sexto decimo, quia praecipuum Christi non contrariatur alicui alteri praecipuo eius, vel consilio: & tamen Luc. 6. dicitur: Qui auferit quae tua sunt, ne repetas: & tamen interdum non potest fieri correctio, et admonitio sine repetitione: ut cum quis rapuit alteri bona sua, & detinet, illa, & qui passus est damnum admonet raptorem: ergo non debet semper praecedere monitio, quia alias repugnaret illi praecipuo. Decimo septimo, quia omni tpe licet reddere bonum pro malo, & omni loco, & omni modo: & tamen corripere delinquentes, est reddere eis bonum pro malo, ut dicit Augustinus lib. tertio de Libero Arbitrio: Cum corripuntur inquieti, redditur eis bonum pro malo. ergo licebit illos corrigere omni modo, id est siue praecedente admonitione secreta, siue non. Decimo octavo, quia leges fiunt ad ea, quae saepe accidunt: non ad ea, quae ut raro. ff. de legibus. nam ad ea. & tamen raro accidit, quod propter

hoc quod alicui auferatur fama detegendo peccatum illius, efficiatur deterior: sed ut communiter efficitur melior, qui infamatur, ut auferat maculam infamiae: ergo non est sub praecipuo, quod praecedat admonitio. Decimo nono, quia dicit Hieronymus, quod si peccauerit quis in Deum, non est nostri arbitri, ergo saltem quantum ad peccata, quae sunt in Deum, non tenebitur ista forma correctionis, Vice simo, quia Christus dixit: si te audierit lucratus eris fratrem tuum. sed non est adhuc corrigens lucratus delinquentem, si solum audiat, id est exaudiatur peccans corrigentem recedendo a peccato, si multa grauiora peccata commiserat: sed multa alia requiruntur ad hoc quod peccans perueniat ad salutem, quod est lucratum esse fratrem; ergo non sufficit iste ordo circa grauiora peccata: & ita tenebitur alius ordo. Vice simo primo, quia dicitur Eccl. decimo nono, Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quod te non dirumpet: non est ergo peccatum alicuius denunciandum aliis: & ita non tenebitur ordo, qui tenebitur hic. Dicendum, quod ordo correctionis fraternae accidit sub praecipuo in casu, in quo ipsa correctio est sub praecipuo: nam ut dictum est, scilicet quae 9. interdum correctio fraterna cadit sub praecipuo, & interdum non: imo magis est contra praecipuum corrigere fratrem, ut cum efficitur deterior: & quando non est corrigendus nullus ordo manet, cum ille ordo sit conditio actus, qui actus nunc non est. Quando autem est correctio sub praecipuo, est etiam sub praecipuo obseruare ordinem traditum hic a Christo: & maxime quantum ad secretam admonitionem praecedentem. Dicit enim August. lib. de Verbis Domini. exponens illud, corripe eum inter te, & ipsum solum, ait: studes, scilicet correctioni, parcens pudori: forte enim preter recundiam incipiet defendere peccatum suum, & quae vis facere meliorem, facies peiorem. Et tamen tenemur ad hoc ex praecipuo charitatis, ut caueamus quantum est in nobis, ne proximus efficiatur deterior: ergo ordo correctionis huius cadit sub praecipuo. Item quia Glossa super illo verbo, si peccauerit, dicit: hoc ordine scandala vitare debemus: & tamen vitare scandala cadit sub praecipuo, supra in littera, & ad Rom. 14. ergo tenemur sub praecipuo ad hunc ordinem correctionis. Sed quia dubium est hoc principaliter: an debeat praecedere secreta monitio ad publicam denunciationem. Dicendum, quod aut peccata sunt publica, aut occulta. Si sint publica, non est solum curandum de bono delinquentis: sed magis est adhibendum remedium aliis in quorum notitiam deuenit peccatum, ut non scandalizentur: & ideo talia peccata sunt publice arguenda, iuxta illud primae Timot. quinto. Peccantem coram omnibus argue, id est si quis peccauerit coram omnibus, est arguendus coram omnibus. Et sequitur: ut ceteri timorem habeant, id est ut non audeant exemplo illius peccantis committere similia. Et hoc est prouidere scandalo multitudinis: nam quando peccatum publice fit, & non punitur, scandalizantur quidam, id est offenduntur, vel indignantur. Alij autem ad peccandum incitantur putantes sibi idam impunitatem: alij qui pauca sapiunt putant esse licitum talia facere, cum non coercentur peccantes, & ideo talibus conuenienter prouidetur per publicam redargutionem: sed hanc facere non pertinet ad quelibet, sed ad praesulatum: quia arguere coram omnibus est inferre penam: & tamen penam imponere non pertinet ad priuatos, sed ad solum iudicem. Si autem sint peccata occulta, tunc videtur habere locum regula data a Christo: si peccauerit in te frater tuus: et tunc offerat

Peccans coram omnibus est arguendus coram omnibus

Bona fama est necessaria quantum ad se pp. duo.

dit te, id est solum te, quia tu solus offenderis: cum forte tu solus noueris peccatum, et sic tu solus scilicet alizaris. Si autem te offendit coram aliis iam non solum te offendit: sed etiam alios coram quibus te offendit, & ideo in omnes illos peccat. Quia tamen in occultis peccatis potest interdum parari offensa proximis: est distinguendum, quia quaedam peccata occulta sunt, quae sunt in nocumentum proximorum corporale, vel spirituale: ut si quis tractet cum hostibus de prodicione urbis, vel si hereticus aliquis est, qui priuatum homines seducit auertens eos a fide: iste non solum peccat in te, qui nosti haec: sed et in oes alios, quos auertit a fide, & in alios quos auertere potest: ideo hic statim procedendum est ad denunciationem faciendam illi, qui possit ista mala impedire non praemissa occultae siue secretae admonitione. Quaedam vero peccata sunt, in quibus solum laeditur peccans, & ille, in quem peccatur, id est cui damnum seu iniuria inferitur, & ille qui nouit peccatum istud & scandalizatur de eo: & in talibus solum curandum est, ut subueniatur fratri peccanti: & hic proprie locum habet correctio fraterna: & ideo voluit Christus hoc ordine fieri correctionem fraternam, scilicet quod congruit ad emendationem, & salutem fratris, quem volumus liberare a peccato. Duplex autem periculum imminet ex peccato, scilicet circa conscientiam, & circa famam: haec autem duo, id est conscientia, & fama sic se habent, quod conscientia est praeferenda famae: quia testimonium conscientiae est in conspectu Dei: sed testimonium famae pertinet ad intuitum humanum: differunt tamen, quia fama est homini necessaria propter se, & propter proximos: bona autem conscientia est necessaria propter seipsum. Est enim fama bona homini necessaria quantum ad se propter duo. Primo, quia fama bona est praecipuum inter omnia bona exteriora, iuxta illud Prouerbiorum 22. Melius est nomen bonum quam diuitiae multa: & hoc ideo, quia bonitas famae reddit hominem idoneum ad exequendum officia humana, quae sunt in conuersatione humana: ideo dicitur Eccl. 4. curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quam thesauri multi, magni, & praeciosi. Sicut ergo peccaret, qui absque necessitate ingereret alicui dispendium diuitiarum multarum: ita a fortiori peccat, qui absque necessitate ingerit alicui dispendium famae suae. Secundo, quia homo propter obseruationem famae frequenter abstinet a peccatis: & ideo quando aliquis videt se iam famam perdidisse, pro nihilo habet peccata, iuxta illud Hierem. 3. Frons meretricis facta est tibi, & noluit erubescere. Vnde Hieronymus super Mattheum super illo verbo, inter te: & ipsum solum ait: corripendus est frater seorsum, ne si semel pudorem amiserit, aut verecundiam permaneat in peccato. Est enim homini fama necessaria propter alios dupliciter: Primo, quia homines audientes peccatum alicuius scandalizantur, & contemnunt non solum peccantem, sed etiam multos alios innocentes. Vnde Augustinus in Epistola ad plebem Hipponensem ait, quod cum de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur aliquid criminis, vel falsi sonuerit, vel veripauerit, instanter fatagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur. Secundo, quia ex peccato vnus publicato multi prouocantur ad peccandum, iuxta illud primae Cor. quinto. Modicum fermenti totam massam corrumpit. Est enim fama necessaria: & tamen rectitudo conscientiae est magis necessaria. Hoc ergo ordine voluit Christus fieri correctionem fratris: ut primo quidem si possibile est, ita prouideatur conscientiae, quod in nullo fama laedatur. & hoc est per secretam admonitionem. Deinde, quia conscientia est fame praeferenda Alph. Toist. super Euang. Matt. Pars V.

da, si emendatio aliter fieri non potest quam cum dispendio famae, ordinauit Christus, quod finaliter hoc publice denunciatur, ut obiurgatio, quae fit a pluribus sit efficacius remedium ad salutem. Si autem statim procederetur ad publicam denunciationem, pateretur frater dispendium famae suae, quod vitandum est: cum fama sit valde bona, ut dictum est: & tamen ex debito praecipui obligamur non ledere proximum in aliquo: ergo sub praecipuo cadit non procedere statim ad denunciationem, quia alias damnarem famam proximi, quando possemus illam conseruare sine eius animae detrimento. Et hoc verum est, quando proprie est correctio fraterna: ita quod solum vel principaliter intenditur bonum peccantis: secus in aliis casibus, ut supra dictum est. Ad primum dicendum, quod nos debemus imitari Deum: & tamen in iudicio non possumus omnino: nam regula eadem iudicandi est apud nos, & apud Deum, scilicet quia Deus non admonet circa ea, quae nota sunt sibi, sicut & in iudicio humano in notoriis non seruatur ordo iuris: & in talibus non est admonitio secreta necessaria, neque etiam in aliis manifestis, aut publicis, quae notoria de iure non dicuntur: in rebus tamen, de quibus iudicatur, non est idem modus vel habitudo in iudicio humano, & diuino, quia in iudicio diuino omnia nota sunt, quia omnia nuda sunt, & aperta oculis eius, neque est ei inuisibilis vlla creatura. ad Hebraeos quarto, & ideo non requiritur, quod in iudicio suo praecedat aliqua admonitio: ideo neque fit aliqua denunciatio publica: sed solum executioni traditur sententia, cum Deo nota sint omnia, & non oportet, quod quis aliquid denunciet, neque ipse alteri. In humano autem iudicio quaedam sunt manifesta, & quaedam occulta: ideo locum habet secreta admonitio circa illa, quae sunt occulta. Dicendum tamen, quod ad superabundantiam ut magis prouideatur salutis nostrae, Deus secretam admonitionem praemittit, & illa est, quae fit per interiore inspirationem, & per remorsum conscientiae, & hoc tam in dormiendo, quam vigilando, iuxta illud Iob 33. Per somnum in visione nocturna quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina, ut auertat hominem ab his, quae fecit, & vitam eius ne transeat in gladium. Ad secundum dicendum, quod illud dictum Apostoli intelligitur de peccatis manifestis, et illa redargutio fit a praesulo, ut dictum est supra. Quod autem dicitur quod non habeat locum in occultis. Dicendum, quod imo in occultis habet locum ita forma correctionis. Et cum dicitur, quod non sunt secreta publicanda. Dicendum, quod quantum potest sperari de emendatione fratris per secretam admonitionem, non est procedendum ad publicandum: cum autem non speratur, oportet procedi ad denunciationem publicam, quia magis est standum conscientiae quam famae: & curandum de salute anime quam famae. Ad tertium dicendum, quod Petrus publicauit peccatum Ananias, et Saphirae sine secreta admonitione, quia non cognouit illud peccatum modo humano, sed diuino reuelante Spiritu sancto, et quia in iudicio Dei non procedit secreta admonitio, non praemissit illam Petrus. Et patet, quia Petrus agnouit factum istud, quod secreta tractauerant solus Ananias, & Saphira de retinendo partem praecij. Etiam quia praedixit eis statim penam futuram, scilicet quod statim inibit morerentur, quod et factum est. Actu. quinto. Etiam quia dixit Petrus Ananias, G 3 Cur

Conscientia est fama praeferenda

Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto? non enim mentitus es homini, sed Deo. Et ideo Petrus tamquam propheta inspiratus a Deo circa occultum peccatum Ananiae, & Saphire publicauit illud impellente ad hoc Spiritu sancto: sicut impulit ad prænunciandum mortem, de qua apparet, quod non poterat prænunciare nisi inspirante Deo: ideo non est trahendum illud ad consequentiam quantum ad peccata occulta proximorum, quæ nos humano modo cognoscimus.

Ad quartum dicendum vno modo, quod Christus non nouerat peccatum Iudæ modo humano: sed in quantum Deus videns quomodo Satanas mouebat cor Iudæ: & ideo poterat procedere statim ad publicationem. Aliter potest dici, quod etiam si diuino modo nouerit non processit ad publicandum, neque publicauit: sed obsecris verbis peccatum contra se factum denunciavit: ita ut Apostoli non potuerint intelligere, an de Iudæ loqueretur, ut colligitur Ioan. 13. Imò ista fuit quædam cauta admonitio: nam Iudæ potuit intelligere de se esse dictum, & poterat dolere, & conuerti si uellet: & non totum eum Satan possideret: & ceteri non in telligerent, de quo loqueretur, ut patet ibidem. Quod autem Christus Iudam in secreto admoneret non fuit conueniens: quia non proderat ad salutem eius, sed ad maiorem subuersionem. Causæ tanguntur Ioan. 13. ubi de hoc tractabitur. Aliqui dicunt, quod Christus non erat obligatus huic legi, cum ipse eam dedisset, & id licet ipse non seruaret eam, tenemur nos seruare. Dicendum, quod verum est, quod Christus cum esset uerus Deus, non poterat esse obligatus ad aliquid: quia id quod obligat, maius est eo, qui obligatur: & tamen licet Christus non obligaretur ad aliquam legem, obseruauit omnem legem quam dedit: potissimè eas quæ erant de iure naturali; talis autem est ordo correctionis fraternæ quantum ad secretam admonitionem præcedentem: quia pender ex debito charitatis, quo tenemur non nocere proximo lædendo famam eius: maximè, quia ipse præbuit se nobis imitabilem in operationibus. Ioan. 13. Quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ideo dicendum, quod omnes leges seruabat ad uinguem: & ex operibus suis trahenda est consequentia ad opera nostra: nisi quatenus processit ut Deus, sicut in operatione miraculorum, vel in ieiunio quadraginta dierum, quia in his non possumus eum imitari.

Ad quintum putant quidam, quod fuit necessaria admonitio in facto Ioseph, quia ipse non denunciavit, sed accusauit: quia Gene. 37. dicitur, quod accusauit fratres suos: & tamen in accusatione non procedit admonitio, sed solum in scripto, ideo non debuit admonere. Dicendum, quod non stat. Primum, quia non accipitur ibi proprie accusatio: quia non agebat ad penam criminis infligendam, quæ erat capitalis, cum esset crimen pessimum Gene. 37. Item quia Iacob pater eorum non erat index competens, coram quo criminaliter accusari possent filij eius. Aliter ergo dicendum, quod accipitur accusatio pro simplici denunciatione: sed uocatur accusatio, quia talia denunciauit, de quibus illi accusari possent, & capitaliter puniri. Sed dicendum, quod non peccauit Ioseph. Vno modo, quia licet non scriptum sit, quod admonuerit secretè: tamen admonuerat, & non receperat eius admonitionem. Secundo modo, quod non erat necessaria admonitio secreta, quia istud peccatum erat notum apud omnes fratres Ioseph: cum omnes ipse accusauerit: cum dicatur, quod accusauit fratres suos de crimine pessimo: & ita tanquam in manifesto non erat necessaria admonitio, sed denunciatio. Tertio potest dici, quod forte cessauit Ioseph hoc dicere fratribus suis, ne mala ei inferrent: quæ

molestè ferrent se ab isto puero corrigi: sicut ac eidem circa alia, pro quibus eum exosum habentes occidere uoluerunt: & tandem uendiderunt. Gen. 37. & ob hoc non dixit fratribus, sed denunciavit patri: & ista est causa multum rationalis. Quartò, quia Ioseph non publicauit peccatum fratrum suorum multis: imò non dixit alicui, apud quem infamarentur: sed dixit patri, qui famam filiorum amabat sicut propriam: & ita dixit ei, qui multum poterat prodesse, & nihil poterat nocere: & sic consultè fecit. Credidit enim Ioseph, quod reuelato crimine filiorum patri, si ipse obiurgaret eos, uel exhortaretur, cessarent à delicto: & ita si quis sciat peccatum alicuius, & credat, quod si ipse admoneat eum non proderit, si uero alius admonuerit credit uel similitè quod emendabitur, potest secretè dicere illi, ut ipse secretè admoneat delinquentem, quia hoc non est agere contra formam à Christo datam: quia non publicatur peccatum fratris: & tamen quando quis dubitat an per eius admonitionem corrigetur peccans, non debet dicere alteri ad hoc, quod ille admoneat; licet credat uerisimilitè, quod per admonitionem illius emendabitur delinquens. Etiam si sciat, quod non emendabitur per admonitionem suam, & dubitet an emendabitur per admonitionem alterius, non debet illi reuelare ad hoc, quod admoneat peccantem quousque ipse admonuerit, & non auditus fuerit, quia tunc potest adiungere unum uel duos testes.

Ad sextum dicendum, quod non est eadem ratio in accusatione, & denunciatione, quia accusatio fit ad bonum publicum, scilicet ut delinquens puniatur, in quo est bonum communitatis, quia seruatur ordo iustitiæ, & quia alij arcentur à criminibus tali pena; & ad consequendum istud bonum publicum non est necessaria admonitio, cum sine illa habeatur in denunciatione intenditur bonum delinquentis: id taliter debet fieri, ut ei profit, & quia magis prodest delinquenti admoneri in secreto ante denunciationem, ut si fieri potest, quod sine detrimento famæ emendetur, tenetur denunciare primò admonere.

Ad septimum dicendum, quod non potest omitti admonitio in omni casu, quia neque licet circa quodlibet peccatum procedere ad accusationem secundum legem Christi; sed solum secundum illa peccata, in quibus in promptu est, ut ueniat periculum multitudini, nisi statim denuncientur; & ibi statim denunciari possunt, quia utilitas publica præfert ibi priuata.

Ad octauum dicendum, quod in capitulis religionum non est consuetudo proclamari magnas culpas, sed paruas, quæ sunt peccata uenialia, sicut sunt quedam negligentia, uel omissiones, aut paruæ transgressiones, de quibus nulla infamia sequitur: culpæ autem magnæ mortales ibi non proclamantur. Et dicendum, quod hoc non est contra ordinem datum à Christo: nam in capitulis illis debet quilibet religiosus dicere culpas suas leues, & si aliquas omittit ex ignorantia alij proclamant eas: non quidè quasi accusantes eos de illis, uel denunciantes, sed reducentes eos ad memoriam culparum suarum, quas ipse dicere tenetur: ideo non est contra charitatem, sed magis est adiutorium ad charitatem: in magnis autem culpis secus est, quia non licet alicui illas ibi proclamare. Nam peccaret mortaliter faciendo hoc, quia contra præceptum Christi faceret, neque prælati ad talia cogunt.

Ad nonum dicendum, quod eadem ratio iustitiæ est in magnis, & in parujs, id est iustitia, quæ est ratio, id est regula ad diffiniendum, & dirigendum in magnis: ipsa eadem est regula ad dirigendum in parujs: & tamen non est sensus quod idem, quod secundum iustitiam disponitur circa magna, sit constitutum, uel obseruandum

Eadem ratio iustitiæ est in magnis & parujs.

seruandum circa parua. & est similis modus loquendi Deuterono primo, ita magnum iudicabis, ut paruus: quia domini iudicium est: & tamen non est sensus, quod eodem delicto iura non constituunt eandem penam hominibus diuersi status, & dignitatis, & professionis: sed est sensus, ita magnum iudicabis, ut paruus, id est sicut nihil debes facere contra iustitiam intuitu pauperis, uel paruus: quia pauper uel paruus est, Exod. vigesimo tertio dicitur: Pauperis quoque non misereberis in negotio, id est in iudicio: ita nihil debes facere contra iustitiam in fauore magna personæ. Et patet, quod iste sit sensus: quia dicitur: Ita magnum iudicabis ut paruus: neque accipies cuiusquam personam: id est nihil facies per accipiendum personarum; & tamen non accipiendo personam damus diuersas penas, & præmia magno, & paruo pro eodem opere: quia ita iure cautum est. Sic ergo circa correctionem fraternam, licet tam circa magna, quam circa parua debeat seruari iustitia: tamen in magnis præmittere admonitionem secretam est iustitia, & necessitas: in parujs autem non. Ratio diuersitatis est, quia ex publicatione paruorum peccatorum: sicut sunt uenalia nulla infamia oritur. ex publicatione autem magnorum peccatorum oritur infamia: Christus autem uoluit, quod seruaretur illa fama: nostra in quantum posset, ideo uoluit fieri secretam admonitionem in peccatis illis, quibus publicatis sequeretur infamia: in illis uero, ex quibus non sequitur infamia, frustra fieret admonitio, ideo non oportet ibi præcedere admonitionem.

Ad decimum dicendum, quod in illis, in quibus periculum est in mora, non debet expectari admonitio: sed statim procedendum est ad denunciationem: nec est hoc contra præceptum istud propter duo. Primum, quia hic dicitur: si peccauerit in te. Istud autem peccatum non est solum contra te, id est contra solum scientem, sed contra totam urbem: ideo potest denunciari statim ei, cui est cura de prouidendo urbi. & ita non uideretur includi sub hac lege. Secundò, & præcipue, quia dominus non loquitur de culpa futura cauenda, quæ nunquam fuit, sed futura est: sed de emendatione culpæ præteritæ, in qua adhuc delinquens manet. & id in futura culpa non est necesse admoneri: quia non cadit sub hoc præcepto: præcipue ubi est periculum in monendo propter moram.

Ad undecimum dicendum, quod non est bonum ciuitati quodlibet peccatum publicari, quia per publicationem infamatur peccans: & fama est homini necessaria propter se, & alios, ut dictum est supra: ideo malum est etiam alijs infamari hominem. uilius autem est communitati, quod manente fama integra emendetur peccans, quam postquàm fuerit infamatus. Nam sic cõtingeret infamari omnes de ciuitate, cum nemo sit, qui non peccet. Regum. 8. & infamatis omnibus esset ipsa ciuitas uilior effecta: ideo tam ad bonum peccantis quam publicum pertinet, quod correctio fiat præcedente admonitione secreta.

Ad duodecimum dicendum, quod licet medicus debet magis intendere salutem totius corporis, quam conseruationem unius membri: non tamen debet statim ut membrum uiderit corruptum, abscondere illud: & ita licet debeat secare illud si opus est: tamen multum differt taliter aut taliter, uel tali aut tali tempore secare. Nam si statim ut uidet membrum morbidum secaret illud, contingeret quod abscondere, et aliquid membrum quod seruari potuisset: ideo si medicus sapiens fuerit, à leuioribus remedijs incipiet, & quando apparuerit membrum esse insanabile: tunc præcidet illud, & ita in correctione fraternam est faciendum, quod in

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

tendet corrigens ad emendationem peccantis, & si potuerit emendare illum saluata fama, debet eam conseruare, quod est corrigere per admonitionem fratrem secretam, & cum uiderit, quod non potest sic corrigere: debet procedere ad denunciandum.

Ad decimum tertium dicendum, quod prælato nemo tenetur obedire contra præceptum Dei, cum potestas prælati depèdeat à Deo, quia omnis potestas à Deo est, ad Rom. 13. & ideo habet prælatus potestatem in his, quæ sunt à Deo, uel saltem non contra Deum: in illis uero, quæ contra Deum sunt, non habet potestatem: sic dicitur 2. Cor. 13. quod data est eis potestas in constructionem, & non in destructionem: est autem in destructionem quando præcipiunt contra ea, quæ Deus præcepit: ideo tunc obediendum est Deo, & non prælato. Actus 5. obedire oportet Deo magis quam hominibus: ideo quando prælatus præcipit alicui specialiter, uel omnibus de communitate, quod dicant sibi quicquid sciunt corrigendum esse circa omnes personas communitatis, uel specialiter circa aliquam: intelligendum est dictum suum sanè. Deo in modo quo potest stare non agendo contra præceptum Christi de correctione fraternam; & ideo obediendum est sibi, si tamè expresse præciperet aliquid prælatus contra præceptum istud, ipse peccaret præcipiendo; & non teneretur ei aliquis obedire, & qui obediret peccaret: ut si prælatus quæreret ab aliquo subdito præcipiens circa alium subditum de quo nulla alia infamia etiam parua præcesserat, ut diceret ei, si ille commiserat adulterium uel furtum: nam tunc non debet respondere subditus: quia peccaret contra formam correctionis fraternæ: non est enim prælatus iudex occultorum, sed solus Deus, ideo super occultis nihil potest precipere, neque inquirere: nisi in quantum per aliqua indicia manifestatur, ut puta per infamiam, uel per suspensiones aliquas. Nam tunc potest prælatus precipere religioso, ut sibi dicat ueritatem: & est generale, quod in omni casu, in quo iudex secularis, uel Ecclesiasticus in foro contentioso potest per iuramentum cogere aliquos ad dicendam ueritatem, siue per uiam inquisitionis siue denunciationis, siue accusationis: potest prælatus mandare religioso, quod dicat sibi ueritatem circa ea, quæ petunt: quia ille non est minoris potestatis circa subditos.

Ad decimum quartum dicendum, quod iustitia est uirtus clarissima non propter manifestationem in lucem, quia nulla uirtus habet talem claritatem: cum hoc ad corpora pertineat, sed est clarissima propter nitorem, & decorem sui ordinis: & tamen ad istum ordinem pertinet hæc recitudo, scilicet quod peccans prius secretè admonetur, quam peccatum eius publicetur.

Ad quintum decimum dicendum, quod qui peccat occultè, meretur famam perdere: & tamen non licet cui libet auferre ei famam: sicut qui furatur meretur suspendi, & tamen non licet cui libet suspendere illum, sed habenti iurisdictionem; & tamen nobis non est data potestas priuandi peccatorem fama nisi determinato modo, scilicet quando secretè admonitus non se correxerit: ideo non licet nobis aliter auferre famam. Et ratio est, quia etiam si quis peccet; et tamen non infamatur de peccato nisi manifestato peccato: sed peccati occultum non est nobis manifestum: ideo licet alicui constet, non potest de iure infamare illum: sed solum illi licet, qui est iudex occultorum, scilicet Deus. nos autem sumus iudices manifestorum, et non possumus licite pro occultis infamare. 1. Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare: quoad ueniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.

G 4 Ad

In quibus Christum imitari debemus.

Ad decimum sextum dicendum, q non repetere ablata est pceptum; intelligendo sm preparatione animi, vt exponit Aug. tenetur enim homo paratus esse nō repetere sua in casu, in quo hoc exigat necessitas fidei, aut debitum charitatis, in quo casu etiam sua, qui possidet tenetur dare de nouo: sed extra hunc casum non repetere ablata est consilium, & pertinet ad superabundantem charitatem: sicut etiam dare sua extra tempus necessitatis seruatis debitis circūstantiis est consilium. Et dicendum, q correctio fraterna nō repugnat huic pcepto, aut consilio. Primò, quia admonendo secretè potest petere ablata, & non reputat illi consilio: cum licitum sit repetere, imò interdum sit malum non repetere: vt si ex non repetitione putetur verisimiliter, quòd iste assumit audaciam ad magis rapiendum. Secundò, quia etiam admones eum, qui sua rapiuit potest eum admonere, vt recedat de peccato non repetendo ablata: vt si dicat ei, quòd peniteat de peccato, & sit paratus satisfacere, & p hoc non perit: quia fortè iste habet intentionem remittendi & remittet, si viderit expedire: & tamen dato, q ha beat istam intentionem, debet admonere illum, q ha beat intentionem satisfaciendi, quia ista intentio necessaria est ad salutem. Nam etiam quando quis actualiter remittit raptori ablata: necessè est, q ille habeat intentionem satisfaciendi, si ei non remitteretur: vnde si raptor petit sibi remitti ablata, & remittuntur ei: & tamen habet intentionem, q si nō remitterentur, q non restitueret, manet in peccato mortali: etiam post remissionem factam: & ita qui raptorem suorum fecerò admonet, debet admonere eū, quòd habeat intentionem restituendi, & animum suum paret ad hoc: dato q ipse velit remittere illi statim ablata.

Ad decimum septimum, q omni tempore, & modo, & loco licitum est reddere bonum pro malo: & ita corrigere aliquem obseruato ordine debito, et aliis circūstantiis, cum sit licitum, erit omni tempore, & loco: & tamen corrigere pratermissis debitis circūstantiis est malum: ideo in nullo loco aut tempore licet hoc facere, quia esset reddere malum pro malo.

Ad decimum octauum dicendum, q pluries videtur accidere, q publicato peccato alicuius abstineat ipse à malis, quā quòd abundantius peccet, & tamen interdum accidit, quòd peccet effrenatius, qui semel infamatus est: nos autem debemus cauere omnia mala: ideo non debemus publicare peccatum alicuius, sine necessitate: etiam si accidere possit ex hoc illum fieri meliorem.

Ad decimum nonum dicendū, q non est nostri arbitrij, sed ad remittendum peccata, quæ contra Deum sūt, sicut in peccatis commissis contra nos, in quibus possumus remittere iniuriam factam nobis, & damnum: & tamē arbitrij nostri est ad corrigendum, imò sub necessitate cadit talia delicta corrigere, & ideo qn correxerimus in eis delinquentes fraternaliter, tenere cogimur ordinem positum hic à Christo.

Ad vicesimum dicendum, quòd si peccans audierit corrigentem, quantumcunque graua delicta commiserit, lucratus erit fratrem suum: & tamen non dicit peccans audire corrigentem, quando cessat ab opere peccati: & facit alia, quæ facienda sunt pro salute, s. confitendo, & satisfaciendo secundum quòd ei iniungitur: nam ad vitam æternam non requiruntur plura.

Ad vigesimum primum dicendum, quòd verbum, quod aduersus fratrem audimus, debet commori in nobis: ita q non procedat vnquam in damnum eius: & tamen dicere illud ad utilitatem eius non est vetitum, imò est interdum necessarium.

*An si quis sciat peccatum proximi, & statim referat praelato non admonens proximum peccet mortaliter.*  
*Quæst. XCIII.*

**Q**VAERETVR, circa præcedentium declarationem, si quis sciat peccatum proximi, & statim referat praelato non admonens proximum an peccet mortaliter. Aliqui dicunt, quòd semper peccat, eo q agit contra pceptum Christi datum hic de ordine corrigendi: & tamen istud pceptum obligat. Alij dicunt, quòd non peccat: quia multi religiosi & viri boni hoc faciunt, de quibus non est dicendū, quòd peccent.

Dicendum q in hoc non potest dari aliqua certa regula: sed pendet cognitio huius ex cognitione particularium circūstantiarum. s. praelati, cui crimen reuelatur: & subditi cuius peccatum denunciatur. Et pro hoc dicendum, q cum ego cognouerit peccatū alterius, & volo denunciare praelato: aut volo illi denunciare sicut praelato, & habenti potestatem puniendi ordinariè: aut vt priuatæ personæ, quæ fortè potest prodesse. Si primo modo, dicendum quòd aut est peccatum veniale, aut mortale. Si veniale non pertinet ad correctionem fraternam, vt ostensum est supra: & cum ex denunciatione aut publicatione talium non sequatur infamia, non peccabit mortaliter, qui illud denunciauerit praelato: nam & in capitulis religiosorum proclamant quidam culpas veniales aliorū, sed non mortales, vt dictum est præcedenti quæstione.

& hoc verum est nisi hoc malo animo faceret: quia tunc etiam denunciando veniale peccaret mortaliter: vt si ex odio ageret. Si autem mortale velit denunciare, dicendum, q quacunque intentione denunciatur, dum tamen denunciatur praelato vt iudici potenti punire pro delicto, peccat mortaliter, quia agit manifestè cōtra ordinem datum hic à Christo. nam dicere praelato est dicere Ecclesiæ: & tamen non debet dici Ecclesiæ quouisque præcesserit admonitio secreta, & deinde fuerint testes adhibiti. Si autem velit dicere praelato vt priuatæ personæ, quæ potest proficere, & non nocere. Dicendum, quòd aut ego credo verisimiliter, q frater meus poterit per me corrigi, aut non: si credo non debeo denunciare praelato: quia quando potest peccatum alicuius emendari conseruata totaliter fama, debet seruari: & tamen cuiusque nescienti dicere est partim infamare delinquentem, scilicet apud illum saltem, cui reuelatur. Si autem credo, q nullo modo per me poterit corrigi: vt fortè, quia per me expertus sum, vel p alias causas: aut credo, q poterit corrigi per secretā admonitionē plari aut non: si credo q nō poterit non debeo ei statim reuelare, sed prius ego admonebo, vt postea possim procedere ad denunciandum praelato. & hoc quando credidero, q licet non corrigatur, non deteriorabitur: nam si credo verisimiliter, quòd deteriorabitur, non habet locum correctio fraterna, sed totaliter tacendum est, nisi fortè sit peccatum, quòd vergeret in peccatum aliorum: quia tunc poterit denunciari praelato etiam non præmissa secreta admonitione, vt dictum est supra præcedenti quæstione. Si autem credo, quòd per praelatum poterit in secreto admonitus corrigi: dicendū quod si praelatus est prudens, & vir spiritalis, & est præsens, & talis, qui non habet odium ad subditum, & cuius verba subditus audiet non valde molestè, potest statim dici praelato, vt ille cautius, & vilius in secreto admoneat: quia tamen interdum subditus ita confunditur audire verba praelati sui, quòd vellet potius penam grauem tolerare quàm peccatum eius cognosci à praelato, & fortè non recepit bene verba illius: non est dicendum tunc praelato.

In qst. 82.

Ad octauum.

Et quia propter varias conditiones praelatorum & subditorum non est idem modus se habendi, non potest dari certa regula, quando liceat dici statim praelato & quando non: quia omnia hec propter charitatem fiunt, debet esse charitas regula horum: & ideo si prudens iudicauerit melius ad salutem proximi esse denūciare statim peccatum eius praelato, licebit denunciare: cum verò è contrario, agerè è contrario: vbi fuerit dubium potius debet cessare denunciare praelato formando se ordini tradito à Christo descretè admonendo: & in his omnibus debet intelligi quòd dicens praelato peccatum alterius, dicat bono animo. Nam si ex malitia dicat, vt proximus confundatur, & erubescat in conspectu praelati, etiam si ex hoc credatur futura magna utilitas peccat mortaliter, qui sic denunciat praelato peccatum alterius.

Ad primum dicendum, quòd non agitur semper contra ordinem traditum hic à Christo dicendo praelato statim: cum sæpe hoc proficit ad salutem fratris, & ea intentione dicatur. Ad secundum dicendum q boni viri sæpe hoc faciunt, scilicet quando credunt quòd peccans vtiliter corrigeatur per secretam admonitionem praelati, qui alius non posset corrigi: & tamē non faciunt hoc in omni casu.

*An peccet mortaliter ille, qui peccatum vnus dicit alteri non seruando istum ordinem à Christo traditum.*  
*Quæst. XCIX.*

**Q**VAERETVR, an peccet mortaliter ille, q peccatum vnus dicit alteri non seruando istum ordinem. Dicendum quòd aut dicit, quando cogitur dicere, aut quando non cogitur. Si primo modo, dico quòd est duplex necessitas vel coactio, vna iuris, alia facti. Necessitas iuris est, vt si cogatur testis à iudice dicere, quæ nouit in casu illo, i quo potest de iure cogi: nam tunc dicit præter ordinem istum, sed non peccat: vel quando quis scit peccatum alicuius, quod vergit in graue dispendium multorum sicut in proditore vbis, & in hæretico occultè seducente. Nam statim sine admonitione aliqua tenetur dicere ista praelato, qui nouit: vt possit prouidere: nisi forte putauerit verisimiliter, q secretè admonitus statim cessabit. Si autem credit quòd non cessabit, vel dubitat, non debet admonere secretè, sed dicere statim praelato, vel ei qui possit huic dispedio obuiare. Coactio de facto est, vt si verberibus vel damnorum datione cogatur quis ad dicendum damnum, vel peccatum alterius: & in hoc non potest dari certa regula propter varietatem peccatorum, quæ occultantur, & personarum, quæ commiserunt illa: & propter varietatem malorum, quæ cogitur sustinere, qui reuelare non vult. Nam interdum ex reuelatione peccati alicuius sequi poterat destructio alicuius vbis, vel multorum, vel damnū fidei: & quia talia tenetur quilibet defendere etiam patiendū durissima, melius est pati quacunque quàm reuelare peccatum, vel peccatorem. Interdum autē paruum in malum sequitur ex reuelatione peccati, & magna mala cogetur sustinere, si tacere voluerit: & tunc non oportet, quòd dicamus reuelantem peccare in aliquo: sed circa hæc prudens iudicium necessarium est. Si autem sponte quis dicat: aut dicit praelato aut aliis. Si dicit praelato, aut dicit intentione correctionis fratrenæ, vt ille corrigat secretò delinquentem: vel uti tanquam praelatus puniat: & tunc dicendum est sicut diximus præcedenti quæst. Si autem dicatur praelato non illa intentione, idem erit de plato, & de quocunque alio homine. Si alteri homini dicatur, dicendū quòd aut refertur peccatum quod est notorium: & ita ille, cui dicitur scit illud: vel etiam si nesciat, vt.

quia est insipiens: est tamen factum notorium, aut non est notorium, neque valde manifestum. Si primo modo: aut est peccatum mortuorum, qui à longissimis temporibus mortui sunt: vel non. Si primo modo dicendum, quòd non est peccatum: sicut referre peccata Aegyptiorum, vel Sodomorum, vel aliarum gentium quarum peccata descripta sunt in sacra scriptura vel in historia gentium: aut quæ manent in memoria sine scriptis: nam in talibus nulla infamia est referre, cum de nouo nullam infamiam acquirant aut incurrant. Etiam contra tales non mouetur malo animo, quia cum non nouerimus eos, neque boni aut mali quicquam ab eis recepimus, non seruamus illis odium: sed potius relatio peccati illorum est nobis doctrinalis ad aliquid. Nam propter hoc in sacra scriptura fuerunt hæc scripta. Sic dicitur ad Roma. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ergo bonū est, & meritorium talia referre in quantum referens concordat intentioni sacra scripturæ, scilicet, quia ex relatione horum erudiuntur homines ad bonum. Si autem sint peccata viuentium, vel eorum qui à paucis temporibus mortui sunt. Dicendum quòd aut illi, quorum peccata referimus, sunt aliquo modo cogniti à nobis, siue ab illis quibus referimus peccata, aut non: si non sunt villo modo noti, non est peccatum referre peccata illorum: vt si referat quis peccatum alicuius hominis, qui moratur in regione longinqua à nobis, & non cognoscimus eum determinatè ex visu aut ex nomine: ita quòd quando nominamus nescimus esse distinctam personam ab omnibus aliis, nec scimus, quæ illa sit. Et tunc dico, q referre peccata talium ignotorum siue viuant, siue mortui sint, non est peccatum: quia causa peccandi referendo peccatum proximi omisso ordine euangelico est, quia ex tali relatione infamatur ille, cuius referuntur peccata: & tamen qui ignoti sunt, infamari non possunt: ideo peccatum non est referre peccata talium, sicut factò delicto in aliqua ciuitate, de quo constet: & tamen non constet de persona agente, nemo infamatur, quia non cognoscitur agens: ita quando dicitur delictum de persona determinata, q nos non nouimus determinatè, non est infamata apud nos persona illa: & non dicitur persona esse nota, licet sciatur nomen eius, vt si dicatur, quidam Petr⁹ de tali vrbe commisit tale delictum: nam per hoc non est nobis persona nota: quia nescimus eam per hoc distinguere à ceteris. Neque tamen requiritur cognitio per visum: quia sine hoc poterit esse nota persona, vt si dicatur, rex Angliæ, qui nunc est, commisit tale crimen: nam tunc qui est apud Italiam & nunquam vidit regem Angliæ cognoscit iam determinatè personam peccantis, quia rex Angliæ vnicus est. Si autem persona, cuius peccatum refertur, nota sit siue apud referentem siue apud eos, quibus refert: dicendum, quòd aut viuuit, aut decessit. Si decessit regulariter dicendum est, quòd delicta taliū taceri debent omnino: quia ex relatione criminum viuentis potest bonum inde sequi, scilicet ipsi peccantis, si agatur ad correctionem fraternam, & referatur alicui, qui possit commode admonere in secreto: vel refertur testibus adhibitis, præmissa secreta admonitione: vel bonum communitatis: vt si publice peccatum per viam accusationis, vel denunciationis iudicis: ideo peccata viuentium referre interdum est vtile: peccata autem mortuorum non prosunt ad hoc: nam non potest corrigi fraternaliter mortuus, quia non manet nobiscum, neque etiam iudicialiter emendabitur, quia non potest de illo sumi pena. Etiam similiter secundum iura crimina mortui extinguuntur quantum ad ipsam personam peccantis: referre autē potest

Referre peccata mortuorum aut viuentium, qui nō sūt nobis noti peccatum nullum est

Peccata mortuorum qui nobis noti sūt referri nō debent.

Et



potest obesse in quantum mortui possunt infamari: nam mortui habet esse quoddam licet leue in opinio ne nostra, vt dicitur primo Ethic. cap. l. pronepotum aurem fortunat. Et secundum esse quod habent, potest ei bonum honoris, vel malum infamiae accidere. Etiam quia infamato defuncto perit quidam honor eis, de quorum est familia & progenie: & ita ex reuelatione criminis defunctorum malum euenit & non bonum: sed ex precepto charitatis tenentur cauere ea, que proximis obfunt, & nunquam profunt: ideo tenemur taliter cauere relationem criminum defunctorum: illorum defunctorum dico, qui nobis noti fuerint, vel eis, quibus crimina eorum referimus: nam de mortuis omnino ignotis secus est, cum nulla infamia inde sequatur alicui: potest tamen accidere, quod interdum referamus crimen alicuius mortui taliter, vt eum non infamemus, neque familiam aut progeniem eius, & sit vtile alicui hoc referre: & tunc pertinet ad charitatem: & tunc non est illicitum: sed quando hoc erit non potest determinari sermone, sed prudens colliget ex particularibus circumstantiis. Si autem sint viuentes, quorum crimina referimus, & sunt non: siue sint in longinquis regionibus a nobis, siue nobiscum conuersentur, regulariter non licet crimina eorum alijs dicere: quia ex hoc infamia sequitur, aut sequi potest. Et tamen dicendum quod aut iste qui refert, dicit hoc ex odio persone cuius crimina refert, quia vult quod confundatur eius opinio & fama: & peccat mortaliter quomodocumque dicat aut cuiusque. Aut non ex odio, sed alia intentione. Tunc aut dirigitur intentio referentis ad correctionem fraternali, aut non. Si dirigitur, vt pote, quia vellet sciens peccatum alterius, quod ille corrigeretur: & quia credit, quod per ipsum non poterit corrigi, & confidit quod poterit per alterum corrigi: & ideo refert illi peccatum fratris: & tunc non peccat, quia ex charitate agit, & ad correctionem fraternali pertinet. Si autem non propter correctionem, aut intendit aliquem bonum finem aut non: vt pote si referendo istud crimen intendit prodesse ei, cui refert, non intendendo nocere ei cuius crimen est, & tunc non est necesse, quod ponatur iste peccate mortaliter, nisi forte verisimiliter ex tali relatione criminis sequi posset malum siue peccanti, siue alteri. Si autem quis incaute dixit crimen alterius, scilicet non respiciens quid diceret: & lapsu lingue incidit in relationem criminis alterius, aliqua culpa est: sed non mortalis: vel non oportet poni semper talem esse mortalem. Si vero quis non incaute, sed ex intentione dixit: non tamen voluntate nocendi, sed solatiandi: quia solent homines gaudere referendo aliena facta, magis est propinqua peccato mortali. & tamen non oportet poni semper esse peccatum mortale: sed secundum conditionem eius referatur, & iudicabitur mortale, aut veniale. Vnde p omnibus precedentibus considerandum est, quod peccatum, quod refertur, aut est manifestum aut non: si est manifestum omnibus, aut saltem illis omnibus quibus refertur, lenior culpa est: & ideo si hoc fiat referens esse illis manifestum, dum tamen non intendat infamare magis peccantem referendo peccatum, non est necesse, quod peccet mortaliter: neque tamen excusatur semper a mortali. Si autem sit occultum, & hoc putet referens: videtur esse peccatum mortale illud referre ex intentione: etiam solum causa delectationis: secus si lapsu lingue & incaute: quia tunc non semper oportet poni esse peccatum mortale.

Accidere potest quique, quod referre peccata mortuorum, quod nobis notis sunt charitatis sit actus.

Ex solatio aliena peccata referre non semper est peccatum mortale.

Ad sit maius peccatum denunciare peccata viuentium, quam mortuorum. *Questio. C.*

**S**ED CVM denudando peccata occulta proximorum delinquamus: est dubium an maius sit denudare peccata viuentium quam mortuorum. Dicendum quod aut comparatur in eodem delicto, aut in diuersis. Si in diuersis non potest esse comparatio certa, cum interdum vnum sit maius alio. Si in eodem, dicendum quod aliquid est quod facit videri maius esse delictum denudare peccata mortuorum. Primum quia quanto magis aliquis caret defensione, tanto minus est eum impugnare, & ideo grauius est offendere pupillos, orphanos, aduenas, & viduas quam ceteros homines: Exo. 22. eo quod isti magis sunt destituti subsidio quam ceteri: mortui tamen magis caret defensione quam quicumque homines quantumque miserabiles, ideo grauius est infamare eos denudando eorum delicta occulta. Secundum quia leges humane dicunt crimina morte extingui: & contra defunctos nullam fieri de criminibus mentionem: contra viuentes autem pertinet preponi crimina, & agi aduersus eos: ideo indicant peius esse mortuorum delicta quam viuorum denudari. In contrarium videtur, quia denudatio criminis magis nocet viuenti quam mortuo, ideo peius est denudare peccata viuentium quam mortuorum. Dicendum quod licet diuersis considerationibus videatur peius esse nudare peccata mortuorum, & alio respectu sit peius nudare peccata viuentium: tamen simpliciter loquendo respectu eiusdem peccati & personarum equalium peius est reuelare peccata viuentium quam mortuorum. Et dico eiusdem peccati, vt si sit in vtroque fornicatio, vel furtum, & huiusmodi. Et dico personarum equalium: quia si mortuus erat persona magni status, cuius fama adhuc post mortem prodest ad aliquid, vt in eis, qui viuentes fecerunt aliqua bona, que adhuc manent, & incitant viuentes ad bonum: siue in opere doctrine, siue in alijs bonis: si aliqua peccata istorum nudarentur post mortem, que fuerant occulta dum viuerent, minueretur auctoritas bonorum factorum ab eis, & consequenter minus mouebunt viuentes ad bonum: quod valde derogat auctoritati, & charitati, & adificationi proximorum: ideo circa tales poterit accidere quod deterius sit reuelare peccatum vnius mortuorum quam reuelare idem peccatum in decem viuentibus, aut pluribus, qui nullius auctoritatis aut status sunt: sed personis existentibus equalibus deterius est reuelare peccata viuentium. Et primum patet, quia malum est denudare peccata alicuius, in quantum per hoc ei nocemus: & tamen maius nocementum inferimus viuenti. Nam mortui non habent esse, nisi debile secundum quod manent in opinione nostra: & ideo non potest magnum malum eis euenire quia malum destruit bonum: bonum autem est in esse. vbi autem modicum est de esse, modicum est de bono: & consequenter paucum bonum potest ibi perdi: & ita parum nocementum inferri poterit. Viuentes autem habent verum esse & integrum iuxta conditionem speciei: ideo potest inferri eis maius nocementum. Secundum, quia reuelare peccata non est malum, nisi in quantum sequitur inde infamia: & ista est sola causa quare Christus iussit in fraterna correctione fieri admonitionem secretam, scilicet vt quadiu potest emendari sine infamia emendet, vt ait Hieronymus, & Augustinus: tamen ex reuelatione peccati maior infamia consequitur viuentem quam mortuum. ideo peius est reuelare peccata viuentium. Patet hoc primum, quia infamati de crimine erubescunt, & ista est grauis pena mortui

mortui autem erubescere non possunt, quia nobiscum non manent: ideo deterius est infamari in viuentibus. Secundum quia fama est homini bona propter se vt efficiatur aptus ad tractandum humana negocia, que sunt in conuersatione ad alterum, & qui infamatur ineptus fit ad hoc: mortui autem non possunt tractare aliquid humanum, quia non conuersantur nobiscum: & ideo non nocet eis infamia ex hac parte, sed nocet viuentibus, qui possunt tractare humana. Tertio quia fama est bona, eo quod homines desiderio eius, & vt eam seruent, operantur interdum virtuosum, quod alias non essent facturi: & perdita fama quidam pro nihilo ducunt peccare, sed in omnia peccata effrenate labuntur: hoc autem non accidit mortuis, quia iam peccare non possunt: ideo neque fama adiuuat eos ad bene agendum, neque infamia facit ad malum procliuem: in viuis autem vtrunque accidit: ideo fama est magis necessaria viuentibus: & infamia magis eis nocet. Quarto quia propter famam bonam eueniunt homini bona multa huius seculi tam honoris quam lucri quam iucunditatis, eo quod de homine bona fama multi confidunt, nemo eum molestat: & eo ipso iudicatur dignus multis bonis: qui autem infamatur, omnia habet ex opposito: ideo infamari magnum damnum est homini: quia per hoc caret omnibus bonis, que accident ei ab alijs: mortuis autem nullum bonum istorum conuenit, quia neque incrementum, neque honor, neque quietas conuersatio est eis possibilis: cum non conuersentur nobiscum: ideo infamia minus eis nocet. Quinto quia publicato peccato vnius multum in eorum peccatum conuenit, & ita infamia facit contra charitatem: & tamen magis incitant ad peccandum peccata viuentium, quam mortuorum: nam si mortui peccauerunt, videntur iam pro peccato puniti in quantum ablati sunt de terra, & peccatum quando confidetur cum pena, non mouet ad imitationem, sed magis nos distrahit metus pena: peccata autem viuentium, quia non habent penam adiunctam magis mouent ad prosequendum, quasi donata impunitate: ideo infamia peior est in viuentibus quam in mortuis: & ita, ceteris paribus, magis delinquant reuelantes peccata viuorum quam mortuorum. Et ex hoc etiam patet, quod ceteris paribus grauius est reuelare peccata eorum, qui sunt magis noti, quam eorum, qui minus noti, vel ad quos minor conuersatio est: vt si quis reuelat peccatum alterius manentis in eadem vrbe vel collegio, etiam si ille notus sit apud illos, quibus reuelatur peccatum eius. Et hoc quia omnia mala, que sequuntur ex infamia, grauius consequuntur ei, qui manet inter eos, inter quos infamatus est: quia si maneat inter alios, apud quos non est laesa eius opinio: pauca enim damna consequuntur absentem infamatum apud illos, apud quos non est conuersaturus. Ad primam rationem factam pro parte mortuorum dicendum, quod non habere defensionem est aliquid aggrauans peccatum: & ceteris paribus deterius est nocere destituto subsidio, quam habenti: & tamen non ideo est simpliciter maius, sicut si quis auferat pupillo vnum denarium, & auferat diuiti, & potenti decem millia: nam magis peccat auferendo a diuite, quia res est maior. Si tamen vnum denarium tollat a diuite, & alium a paupere magis peccat auferendo a paupere: ita est circa reuelationem peccatorum: nam si equalis malum prouenerit mortuis, & viuentibus ex reuelatione peccatorum: peius esset reuelare peccata mortuorum, quia illi essent auxiliari: & tamen valde maius malum infamia sequitur reuelando peccata viuorum quam mortuorum: ergo peius est reuelare peccata viuorum. Ad secundum quod crimina morte extinguuntur quam

tum ad hoc quod agatur de delicto contra mortuum, eo quod ille pertinet ad alium forum, scilicet ad diuinum. Etiam quia non potest suscipere penam legis pro delicto: viuentes autem puniri possunt, & emendari: ideo agitur de delicto contra eos: hoc autem est de reuelatione ordinaria & iuridica peccati, scilicet quando peccatum alicuius reuelatur per iudicalem accusationem: hic autem agitur de reuelatione non iuridica, scilicet quando aliquis non corrigendo fraternaliter, neque denunciando iudici, neque accusando reuelat peccatum proximi aliquibus, apud quos reuelatum nocere potest, & nocet realiter propter infamiam insurgentem: & non potest prodesse nisi per accidens: & quantum ad hoc grauius sit reuelando peccata viuentium quam mortuorum.

Ad quid Christus iussit vnum, vel duos testes adhiberi, quando singulariter admonitus non corrigitur. *Questio. CI.*

**Q**VAERETVR, cum Christus iubeat adhiberi vnum vel duos testes, quando singulariter admonitus non corrigitur, ad quid hoc iussit. Dicendum quod quidam volunt hoc fieri, vt illi sint testes, quod frater admonens fecit quantum in se erat. Et ita dicit Chrysostomus, & intelligitur sic, scilicet quod primus admonens adhibitis testibus coram delinquente dicat, ego te sepe admonui solus, vt a peccato cessares, & noluit: nunc dico tibi coram his: & ita per hoc cum delinquens tacuerit vel non repugnauerit, verbo corrigentis apparebit eum dixisse vera, scilicet quod admonuerit iam secrete. Secundum debent quidam testes adhiberi ad conuincendum de actu iterato ipsum peccatorem si peccatum iteretur. & hoc tenet Augustinus in regula, & intelligitur sic: si postquam admonitus coram testibus peccauerit, rursum: & ob hoc denunciatur ecclesie: poterit probari, quod iste iam iterum hoc commiserit, si neget, cum coram eis pro crimine ante hoc commissio fuerit admonitus: & si tunc destitisset non denunciaretur nunc ecclesie. Sed dicendum quod primus sensus non multum conuenit, quia si deberet corrigens habere testes, quia fecit quod in se erat: ita aut hoc esset conueniens pro defensione sua coram Deo: aut coram ecclesia: non coram Deo, quia testibus non indiget, cum omnia sine teste nouerit. imo ipse est iudex & testis. Iere. 39. non etiam coram ecclesia: quia non exigit a nobis rationem ecclesia, an egerimus circa correctionem proximorum quidquid poteramus vel non: cum istam rationem solus Deus exigit. Secundus est sensus non multum stat, primum quia non est necesse conuinci peccatorem de actu iterato: nam hoc esset, si ecclesia inferret penam directe pro peccato commissio: & tunc ad penam imponendam oportebat probari delictum sicut fit in denunciationibus iudicialibus, in quibus iudex ex officio suo procedit contra eum, de quo est denunciatum crimen, quod testibus conuincitur: & tunc imponit iudex penam delinquenti, licet non talem qualem si procederetur contra eum per viam accusationis: & tamen in denunciatione, que est in fraterna correctione non intenditur pena aliqua, sed solum, vt cesset delinquens a peccato. Quod patet, quia dicitur si non audit ecclesiam, debet esse sicut ethnicus, & publicanus: & tamen si audit ecclesiam cessando a peccato non dicitur, quod ecclesia non inferat aliquam penam: & tamen si in hac denunciatione, que fit ecclesie intenditur, quod ecclesia corrigeret puniendo delinquentem; semper imponeret penam, siue audiret ecclesiam, siue non, & tamen non imponitur pena, nisi qua-

si quando non audit: ideo non intenditur pena aliqua delinquentis in denunciatione, quæ fit Ecclesiæ: & sic non erunt testes necessarij ad probandum delicti. Secundò patet, quia dato quòd vellet probari crimen, vt constaret coram ecclesiâ, non adhibentur testes sic: sed sufficebat, q postquam admonuisset quis delinquentem secretè, & non correctus iteraret peccatum, vocaret corrigens aliquos, qui viderent quomodo ille committebat peccatum, & ita probaretur quando denunciaretur ecclesiâ: & non oportet adhiberi illos, vt loquerentur peccanti: & tamen adhibentur sic, quia dicitur adhibere vnum vel duos testes. & sequitur, q si illos non audierit. Et ita isti loquuntur ei, & tamen facilius erat aliter fieri, si solum testimonium, & probatio criminis intendetur. Tertio & efficacius, quia imò iste modus non conuenit huic fini: nã ad sciendum an delinquens peccet, non debent testes eis loqui, quia quando ipsi loquuntur ei, non peccat ille, sed in absentia eorum: & tamen iubetur quòd adhibeantur testes, & loquantur: ergo non sunt ad hunc finem sed ad alium.

Dicendum ergo tertio, & melius q isti testes non adhibentur ad probandum delictum, sed ad quandam verecundiam ingerendam peccanti: nam à principio solus corrigens loquitur, vt si potest sine dispendio famæ emendari emendetur; si autem non emendetur sic, debet peccatum eius aliquibus publicari licet cum eius infamia, vt quando à multis peccatum eius fuerit cognitum magis peccator erubescat: vult tñ Christus q iste infametur quanto minus infamari poterit, & ideo iubet adhiberi paucos, quibus peccatum reuelatur, & ipsi increpent delinquentem de peccato. Et hoc patet, quia dicitur, adhibere tecum vnum vel duos: & postea sequitur, quòd si illos non audierit, in quo significatur q ille debet admoneri per testes adhibitos, & si cessat peccare, audit testes: si autem non cessat non audit eos. Et causa vera, quare adhibentur est, quia peccans erubescet peccare, cum multi eum increpauerint. Et istum etiam sensum ponit Hieronymus dicens, quòd admonitione, & pudore corrigatur.

Quarto potest dici, quòd testes accipiantur ad probandum quòd delictum sit illud, quòd frater agit, vt si quis peccat, & ab alio secretè correctus dicit non esse peccatum id, quòd agit: debent adhiberi testes ad hoc, quòd asserant peccatum esse illud, quòd agit: & iste sensus etiam valde conuenit: nam vocantur propriè testes isti, quia ad testificandum an sit peccatum id, quòd agit, adhibentur: tunc etiam conuenit alia litera, scilicet, quòd si illos non audierit: quia non audire est non credere, quòd illi asserunt, scilicet esse peccatum, qd facit. Et istud tenet Glo. dicens: si dixerit non esse peccatum, vt probent illud non esse peccatū. & iste sensus est conueniens: & tamen iste solus non sufficit, quia tunc sequeretur, quòd si peccans confiteretur se peccare secretè admonitus: & tamen non se emendaret: siue quia promittit, & non facit: siue quia non vult corrigi, nò deberet iste adhibere testes, sed procedere ad denunciandum ecclesiâ: cum non esset ibi opportunum adhiberi testes ad probandum esse peccatum, quia delinquens hoc confiteretur: & tñ semper debent adhiberi testes antequam denunciatur ecclesiâ: ideo oportet accipi istos testes interdum ad conuincendum peccatorem q peccet: interdum ad admonendum eum vt magis erubescat quã si singulariter admonetur.

An isti testes sint simul adhibendi, vel primò vnus, deinde alius. Quæst. CII.

QVAERETVR de modo adhibendi istos testes, scilicet an sint simul adhibendi, vel primò vnus, deinde alius. Aliqui dicunt quòd successiuè: & hoc quia Christus dedit istum ordinem ad hoc q peccans infamaretur min⁹ quàm infamari poterit: nã propter hoc primò admonetur secretè: & tamen si ad moneatur corã vno, & deinde corã alio, minus infamatur, q si coram duobus, vel tribus simul admoneatur, ideo debet teneri iste ordo.

Sed dicendum, quòd non stat: primò quia non excusatur sic infamia neque extenuatur: nam infamia ex hoc prouenit quòd multi sciant delictum alicuius. Quòd ergo tres sciant delictum alicuius, siue simul sciant, siue successiuè, non est differentia vlla: & ita nò sequitur magis de intento hac via q alia via. Secundò, quia minus prodest admonitio sic facta q aliter: nam si quis adhibeat secum tres simul qui admoneant aliquem de peccato suo: magis erubescet quàm si adhibeat vnum, & postea alium, & deinde alium: & tñ intentio Christi est, quòd iste erubescat, vt Hieronym⁹ dicit: ideo non venient testes successiuè.

Dicendum ergo quòd manent duo modi. Vnus est q testes adhibeantur simul: siue sit vnus, siue duo. Alius modus est quòd adhibeat corrigens prius vnū testem secum: & si illum audierit, bene quidem, & si non, adhibeat duos simul: siue duos de nouo: siue illum, quem adhibuit, & alium de nouo: & iste modus magis conuenit intentioni Christi: quia sic minus infamabitur peccans: quia poterit esse quòd adhibito primo teste statim corrigatur, & non sit necesse adhiberi alterum. Si autem simul adhiberentur in prima vice, magis infamaretur. Item sic magis erubescet admonitus, eo quòd pluries admonetur: cum semel admonetur coram vno, & postea coram duobus. Etiam quia tot sunt hic simul sicut ibi: quia in secunda admonitione sunt tres simul, scilicet duo testes adhibiti: & ipse principalis admonens. Et istum modum tenet Hieronymus dicens: si te audire noluerit, adhibeat vnum fratrem tantum: quòd si neque illum audierit adhibeatur & tertius. Dicendum tamen quòd hoc nò cadit sub necessitate ordinis: vnde statim vt quis secreto admonitus non vult emendari: potest corrigens adhibere simul duos testes: & tamen si vult tenere præcedentem modum ille est conuenientior.

An corrigens possit adhibere plures quam duos testes. Quæst. CIII.

QVAERETVR, an possit corrigens adhibere plures quàm duos testes. Dicendum quòd nò licet plures adhibere: primò quia si liceret multos adhibere, quot vellet ipse corrigens: nihil differret adhiberi testes, & dici ecclesiâ: cum dici ecclesiâ secundum vnam expositionem sit dici multitudini: & tamẽ distinxit istos modos, ideo differre debent: & sic non debet multis testibus dici. Secundò quia nos obligamur seruare famam fratris, in quantum possumus seruata rectitudine cõscientiæ eius, & tamẽ possumus admonere eum & facere cessare à peccato admonendo coram duobus, ergo contra charitatem facimus, si eum coram pluribus admoneamus. Tertio & principaliter, quia Christus designauit certum numerum, scilicet adhibere duos testes: ergo non licet adhiberi plures. Quarto quia apparet, quòd intentio Christi erat reuelari peccatum paucioribus quàm reuelari poterat: cum dixerit adhibere vnum vel duos testes quasi dicat, si videris q vnus testis sufficit, corã quo admoneas, non

nò adhibeas duos, si nò sufficit adhibere duos: & tñ duo sufficientiunt. Quintò quia Christus non solū designauit numerum testium, sed etiam dedit causam quare tot essent dicens, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum: ergo noluit plures esse, & ita non licet plures adhiberi.

Quare dicitur: Vt in ore duorum vel trium stet omne verbum.

Quæst. CIII.

QVAERETVR quare dicitur. In ore duorum vel trium stet omne verbum. Nam non videtur conuenire expositioni datæ de testibus, scilicet q illi adhibentur ad hoc, quòd peccans magis erubescat admonitus coram duobus quàm secretè.

Dicendum q necesse est accipi hic testes propriè, qui aliquid asserunt vel testificantur, & ita trahitur illud quòd dicitur Deuter. 19. quòd in ore duorum, vel trium stabit omne verbum, id est quodcunque verbū testificati fuerint duo, vel tres, reputatum esse verū: sunt autem isti adhibiti testes, non quidem ad testificandum quòd peccans egerit tale, vel tale: cum non sit probandum delictum coram aliquo iudice, vt dictū est supra quæst. 100. sed ad asserendum ipsi peccanti, quòd illud, quòd ipse agit sit peccatum, & ita testificantur de iure, & non de facto: & est sensus, in ore duorum vel trium stet omne verbum, id est quicquid iudicabit non esse peccatum, debet haberi vt non peccatum.

Quomodo dicitur, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: quia non debent adhiberi nisi duo.

Quæst. CV.

SED QVAERETVR, quomodo dicitur: Vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. Aliqui dicunt q possent adhiberi duo vel tres testes, & ita in ore duorum, vel trium stabit verbum. Et cū dicitur, adhibere vnum vel duos testes, dicitur per hoc nò negari, qui possint plures adhiberi, & ita tres saltem poterint adhiberi.

Sed dicendum quòd non stat: primò quia non cõcordat litera: quia satis apparet intentio Christi q pauciores, qui sufficerent adhibeantur: cum non dixerit adhibere duos, sed vnum vel duos, quasi dicat adhibere vnū, & ad plus duos, ergo non licet extendere ad tres. Secundò & efficacius, quia dato quòd liceret adhiberi tres, aut multo plures: tamen hic non poterat dici in ore duorum, vel trium testium. Et ratio est, quia istud ponitur vt causa præcedentis dicti. Et patet, quia dicitur: Vt in ore & vt, ponitur pro, Quia, & est redditium causæ. & tamen supra ponitur: adhibere tecum vnum vel duos: ergo non potest intelligi hoc nisi de vno aut duobus adhibitis.

Dicendum q verum est, quòd potest adhiberi nisi vnus aut duo ad plus: & tamen adhibitis eis verum est quòd verbum stat in ore duorum vel trium quia ille q admonet est vnus, & ipse simul cum testibus adhibitis admonent peccantem quòd emendetur, & asserunt peccatum esse quòd facit: vnde si corrigens adhibeat vnum testem, stat tunc verbum in ore duorum, scilicet corrigentis, & testis adhibiti. Si autem adhibeat duos stat verbum in ore trium, scilicet corrigentis & duorum testium adhibitorum; & ita stat litera, scilicet, adhibere tecum vnum, vel duos: vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, id est in ore tuo, & ipso- rum adhibitorum. Et tunc est verum istud redditium causæ: nam pro ytraque parte causam reddit, scilicet adhibere vnum, & tunc in ore duorum stat verbum, vel

Docto- ris respon- ad quæst- tum.

adhibere duos, & tunc in ore triū stat verbum. Ex hoc etiam apparet id, quòd dictum est supra, scilicet quòd non licet adhiberi plures quàm duos testes: quia tam in dicto quàm in redditio causa: solū expressit de duobus adhibitis. Sed dicit aliquis, quòd non stat, quia hoc posset stare si diceretur in ore duorum, vel trium stat oẽ verbum, & non adderetur testiu: & tñ dicit testiu: ergo oportet accipi de adhibitis: quia illi sunt testes: & non ille, qui eos adhibet. Dicendum q tã adhibens quàm adhibiti sunt testes: nam si esset causa fori contentiosi, ille, qui adhiberet testes non esset testis: sed est correctio fraterna, quæ fit sine rigore: ideo omnes quotquot accesserint vocantur testes: & maximè quia hic non accipiuntur testes de facto, scilicet an delinquens commiserit tale vel tale: sed an id, quòd facit sit peccatum vel non: & in hoc ita potest asserere ille, qui admonet sicut illi, quos adhibet: & ita omnes sunt testes, & iste est verus sensus.

An necessario debeant adhiberi testes ante denunciationem quæ fit ecclesiæ. Quæstio. CVI.

QVAERETVR circa testes, qui adhibentur, an necessariò debeat hoc fieri ante denunciationem, quæ fit ecclesiæ. Aliqui dicunt quòd non, imò quòd non deberent testes induci: peccata enim occulta non sunt aliis manifestanda: quia sic homo magis esset proditor criminis quàm corrector fratris, vt dicit Aug. sed qui inducit testes, manifestat peccatum fratris, quòd erat absconditum; ergo non debent induci testes in correctione peccati occulti. Secundò quia homo debet diligere proximum suum sicut seipsum: sed nullus ad manifestandum peccatum suum occultum, vel ad emendandum illud inducit testes: ergo neque debet illos inducere ad manifestandum vel corrigendum peccatum fratris. Tertio quia videtur, q frustra inducantur hic testes, quia testes sunt ad probandum aliquid: & tamen in occultis non potest fieri probatio per testes, quia sunt peccata, in quibus fit correctio fratris: ergo non sunt adhibendi testes. Quarto quia dato quòd debeant adhiberi, videtur quòd non adhibeantur antequam denunciatur ecclesiæ sed post: quia dicit Aug. in regula quòd peccatum fratris prius debet ostendi præposito quàm testibus, & tamen dicere prælo suo præposito est dicere ecclesiæ: ergo prius ecclesiæ denunciatio fiet quàm adhibeantur testes. Quintò patet, quia in denunciationibus ita fit: quia prius denunciatur crimen iudici: & postea adhibentur testes ad probandum crimina denunciata, & tamẽ dicere ecclesiæ est denunciare crimen: ergo prius dicitur ecclesiæ, & postea adhibebuntur testes.

Dicendum quòd ordo correctionis fraternel est ille, qui à Christo assignat⁹ est: in quo Christus voluit saluari tam conscientiam, quàm famam fratris delinquentis: si vtrunque saluari potest: & si non potest, quia maius est bonum conscientie quàm fame, debet saluari bonum conscientie: ideo à principio debet correctio fratris esse occulta admonendo in secreto: & si secretò admonitus noluerit corrigi, non est publicandum peccatum: si autem non poterit debet publicari: & tamen quia ista sunt extrema, scilicet sciri ab vno tantum, & sciri ab omnibus, quod est dicere ecclesiæ: potuit Christus medium, scilicet adhiberi vnum, vel duos testes, nam principium correctionis occultum est, id est ab vno congi: finis autem est omnino publicus, scilicet dici ecclesiæ, siue accipitur pro iudice siue pro multitudine: medium autem est dici paucis, quia minus infamabitur delinquens reuelato delicto suo paucis, & isti sunt vnus, vel duo testes: quia non debent plures adhiberi, vt dictum est supra quæ- sitione

Dehem inquam possumus famam fratrum conseruare.

stione 103. & adhibentur ad seruandam famam fratris... quoadiu potest seruari: nam si coipso quod quis non vult emendari secretè admonitus deberet dici ecclesie peccatum eius, infamaretur ille: qui fortè poterat sine hac infamia emendari: nam licet non emendatus fuerit per secretam admonitionem: fortè erubesceret admonitus coram duobus, vel tribus, & emendabitur referuata adhuc sibi fama. Et quia debem' in quantumcò possumus seruare famam fratrum, debuit poni adhibito vnus vel duorum testium post secretam admonitionem ante denunciationem ecclesie: & isti testes simul cum ipso adhibente debent affirmare coram delinquente quòd illud quod facit sit peccatum, & hortari vt desinat.

Ordo correctionis fraternæ secundum quosdam.

Ad primum dicendum, quod in occultis peccatis habet locum iste ordo correctionis. Pro quo sciendum, quòd aliqui dixerunt, quòd ordo correctionis fraternæ est, quòd primò peccans in occulto admonetur: si emendauerit bene quidem: si autem peccatum sit omnino occultum, idest quòd non veniat in notitiam aliorum, sed solum ipsius corrigentis, deberet cessare corrigens à corectione permittendo delinquentem arbitrio suo, vel diuino iudicio. Si autem peccatum erat manifestum, vel incipiebat venire in cognitionem aliorum aliquibus iudiciis, debebat tenere ordinem positum in litera. Sed dicendum quòd non est verum: dicit enim Aug. in regula: Si frater tu' vulnus habet in corpore, quod vult occultari, dum timet fecari: nonne à te crudeliter fileretur, & misericorditer indicaretur: quanto ergo magis non debet occultari peccatum, ne deterius putreficat vulnus in corde: ideo etiam si sit valde occultum, postquam quis totiens admonuerit delinquentè, & non fuerit correctus, quòd desperet de emendatione per singularem corectionem: debet procedere ad testium adhibitionem, & postea ad denunciandum ecclesie: & hoc nisi quis tantam videat peccantis pertinaciam, quòd admonitus coram testibus, & postea coram ecclesia putetur verisimiliter non emendandus, sed potius quòd efficiatur deterior: quia tunc non est procedendum vterius: cum hoc sit contra intentionem corectionis fraternæ, quæ sit propter emendationem peccantis: ergo non est procedendum vterius quòd presumitur quòd fieret deterior is qui corrigitur, quia contra charitatem esset hoc.

Ad secundum dicendum, quòd in peccato proprio emendando nemò indiget testibus: imò non potest illos ducere ad se emendandum: quia aut quis vult emendari de peccato aut non: si vult emendari, eo ipso emendatus est, quia non indiget actione aliena ad emendationem: sed per hoc quod vult à peccato cessare cessat: & hoc est emendatum esse. Si non vult emendari non inducet testes: quia implicat quòd quis nolit emendari, & velit quòd aliquis eum emendet. In delicto alieno secus est, quia licet quis non desideret emendari, alius sciens peccatum eius poterit eum secretè admonere, vt emendetur: & si noluerit, poterit adhibere alios, vt magis erubescat, & sic emendetur, & ita ad peccatum fratris emendandum bene conuenit interdum adhibere testes.

Ad tertium dicendum, quòd testes inducuntur ad duo, vt dictum est supra, scilicet ad admonendum delinquentem, vt emendetur, & ipse erubescens emendetur, & ad afferendum, et testificandum ipsi delinquenti, quòd id quod facit est peccatum, si de hoc dubitauerit, & hoc fieri poterit in occultis: ideo prodest ibi testium adhibito, secus autem si acciperentur isti ad probandum delictum coram iudice, quia tunc non possent probare, si esset occultum.

Ad quartum dicendum, quòd Aug. vult prius dici

prelato quam testibus in quantum prelatus est quædam persona priuata, quæ potest prodesse & non obesse: non autem vt est persona publica: & tamen platus non dicitur ecclesia nisi in quantum est persona publica sedens in loco iudicij. Et hoc modo non debet dici prelato prius quam testibus, ideo verum est, quòd prius dicitur testibus quam ecclesie.

Ad quintum dicendum, quòd in iudiciali denunciatione adhibentur testes post denunciatum crimen iudici: eo quòd ibi intenditur puniitio delicti faciendâ à iudice: & tamen in corectione fraternâ quando denunciatur ecclesie non intenditur, quòd iudex puniat pro peccato præterito: sed quod admonet, & iubeat de cætero cauere, & si delinquens obedierit, non imponitur pena aliqua. Si autem non obedierit, excommunicatur: & ideo non sunt hic testes necessarij ad probationem criminis: cum non intendatur pœna, & consequenter non adhibebuntur testes post denunciationem factam, sed prius: & non quidem ad probandum delictum factum esse, sed ad monendum recedere de peccato, & ad conuincendum esse delictum id, quod facit delinquens: ideo isti sunt adhibendi, antequam fiat denunciatio ecclesie, vt minus infametur, quam si statim omnibus publicetur, quod sit denunciatio ecclesie.

An ordo iste procedendi sit conueniens in fraterna corectione.

Quæst. CVII.

QVAERETVR, an iste ordo procedendi sit conueniens in fraterna corectione. Aliqui dicunt quòd non, quia innuitur quòd postquam quis secreto admonitus non obedierit, sit denunciatum peccatum eius coram testibus, & deinde ecclesie: sed hoc non videtur conueniens: quia mitius se debet quis habere circa hominem fratrem delinquentè in alijs criminibus quam in heresi: eo quòd heresis est grauius crimen: & potissimè quia est periculosum, cum sit infectiuum cæterorum: & tamen circa heresim admonetur aliquis saltem bis, ad Titum 3. Hereticum hominem post vnam & alteram admonitionem deuita: ergo à fortiori circa alia peccata.

Dicendum quòd in corectione fraterna Christus voluit teneri istum ordinem, vt primò secretè admoneretur, & postea coram testibus, & deinde coram tota ecclesia, vt non infamaretur delinquens, vt si cù leuioribus remedijs ex quibus non insurgit infamia, possit emendari, non procederetur ad maiora, quæ infamant: ex quo sequitur, quòd imposuit nobis onus, quòd quanto possemus euitare infamiam fratris euitaremus: & ideo non solum debemus conari euitare eam procedendo per istam viâ assignatam à Christo: sed etiam in quolibet remedio leuiori insistendo quantum poterimus, vt non procedamus ad aliud quòd est grauius: & ita quando quis secretè admonet, non dicitur statim post primam admonitionem procedere ad testes, sed totiens admonere quoadiu putauerit per talem admonitionem secretam posse corrigi: cum autem putauerit verisimiliter quòd non poterit emendari delinquens per talem modum, potest procedere ad testes adhibendos: & tamen quotiens debet dicere in secreto non est determinatum: sed quotiens viderit expedire: & ita adhibitis testibus duobus si non audierit illos, non statim debet procedere ad denunciandum ecclesie, neque etiam adhibebit plures: cù non sit licitum adhiberi vltra duos, vt ostensum est supra: sed illos eosdem adhibebit sæpe quousq; verisimiliter putet corrigens, quòd etiam per admonitionem testium non corrigitur: tunc enim dicit ecclesia nisi

si ve-

Ecclesia multimodè luminatur.

Ecclesiasticus quid importat.

si verisimiliter puter, quòd dicendo ecclesie etiam non corrigitur, sed deteriorabitur: quia tunc magis cessandum est à corectione: quia iam incipit militare contra charitatem.

Ad argumentum dicendum, quòd ex maiori rigore proceditur contra hereticos quam contra alios propter cõionè periculosam: & id dicendum, quod magis proceditur admonitio in alijs criminibus quam in heresi: nam in heresi solum bis admonetur quis, scilicet post vnam & alteram admonitionem deuita. In alijs vero necesse est saltem ter admoneri, quia primò admonetur secretè: deinde coram testibus: tertio coram ecclesia, vel potius ab ipsa ecclesia admonetur: ideo etiam si quælibet istarum admonitionum esset sola, essent tres. Aliter etiam dicendum, quòd qualibet istarum est multiplex: nam qui secretè admonet, sæpe admonere debet quousque videat non esse corrigibilem peccatorem per istam viam: & postea coram testibus sæpe admonetur ecclesia quoque, sæpe admonet, quia ad excommunicationem trina præmittitur admonitio: & tamen excommunicatio videtur esse pœna, quæ hic infligitur: ideo plus admonetur in alijs criminibus quàm in heresi antequam à communione alienum habeam' ipsum peccatorem: & ita conueniens ordo est corectionis iste, qui ponitur hic.

Quæ sit ecclesia ista de qua hic dicitur, quòd dicatur ecclesia.

Quæstio. CVIII.

QVAERETVR, quæ sit ecclesia ista, de qua hic dicitur, quòd dicatur ecclesia. Dicendum, quòd ecclesia multipliciter accipitur, vno modo per quilibet multitudinem, vel congregationem ad aliquid. Sic dicit Aristot. 2. Politicorum cap. de politia Calcedoniorum, quòd Calcedoniæ ecclesiam non faciunt, idest non faciunt congregationem siue consilium ad determinandum de factis cõsibus. Et inde dicitur ecclesiastes, idest cõcionator vel ad multitudinem loquens: & sic liber vnus Salomonis ecclesiastes, idest concionator dicitur, vt ait Hieronymus: quia ad ecclesiam, idest ad multitudinem loquitur: & inde etiam ecclesiasticus liber dicitur ille sapientialis liber, qui ordinat mores multitudinis: & ab isto modo deriuantur alij modi accipiendi ecclesiam. Secundum modo accipitur pro prelato spirituali. Et ita dicitur extra de sententia excommunicationis in cap. à nobis. quòd ecclesia fallit & fallitur, idest prelatus ecclesie. Nam ibi agitur de sententia excommunicationis lata contra aliquem pro causâ non vera, quam putat prelatus esse veram: & illa sententia non fertur ab ecclesia, quæ est multitudo: sed à iudice, qui est prelatus. Tertio modo accipitur pro aliqua spirituali multitudine vel congregatione, quæ tamen est particularis: & vocamus eam ecclesiam particularem. Sic dicimus ecclesiam Toletanam, vel Salamantinam: sic accipitur primæ Corin. 1. & 2. Corinth. 1. scilicet Paulus, & Sosthenes ecclesie Dei, quæ est Corinthi sanctificatus in Christo Iesu vocatus sanctus. Et sic non potest accipi ibi pro domo aliqua, cù dicatur ibi sanctificatus: & ecclesia, & sanctificatus, idem sunt: vt patet ibi ex litera. Etiam non potest accipi pro prelato: cum dicatur sanctificatus, & vocatus sanctus. & ita necesse est, quòd multi sint illi, ad quos loquitur, & quos vocat ecclesiam. Etiam non potest accipi pro quacunque multitudine prophana, vel seculari: sed pro multitudine congregata ad aliquid sanctum, scilicet in nomine Iesu: cum dicatur, sanctificatus in Christo Iesu. Etiam non potest accipi pro omni multitudine, idest vniuersitate hominum, cum dica-

tur ecclesie Dei, quæ est Corinthi. & ita accipitur ibi ecclesia pro congregatione particulari aliquorum hominum congregatorum in nomine Christi & cultu eius. Quarto accipitur pro loco vel domo, vbi conuenit talis multitudo, & sic accipimus ecclesias sancti Petri, & Ioannis, & aliorum sanctorum, idest domus orationis fabricatas in honorem istorum, & sub inuocatione eorum. Sic accipitur primæ Corin. vnde dicitur: Nunquid domos non habetis, quia ecclesiam Dei contemnitis? Et loquitur contra Corinthios, quia quando die carnæ domini vel alio tempore communitati erant corpore & sanguine, ferebant omnes cibos suos in ecclesiam: & postquam abundanter comedisent sumebant corpus domini: quod vituperat apostolus, dicens quòd hoc fieret quasi non haberent domos, in quibus manducarent: vel quia contemnebant ecclesiam Dei, idest domum orationis, putantes eam nullo honore dignam. Quinto accipitur ecclesia pro tota multitudine omnium hominum in Christo credentium, quam vocamus nos ecclesiam vniuersalem: sic accipitur ad Ephes. cum dicit apostolus: Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. Et necesse est accipi ibi pro vniuersali: quia non dilexit specialiter Christus ecclesiam Toletanâ, aut Hispanam, aut Corinthiorum, sed omnes homines ad ipsam conuersos, & qui conuertendi erant: & ita apparet eodem ca. cum de matrimonio loquitur, dicens illud esse magnum sacramentum, & subdidit ego autem dico in Christo & ecclesia: & tamen non est matrimonium inter Christum, & aliquam particularem ecclesiam, quia tunc homines aliarum ecclesiarum non redemisset, neque pertinerent ad eum: & tamen omnes redemit: ideo accipitur necesse pro ecclesia vniuersali, idest tota vniuersitate credentium, quæ dicitur sponsa Christi. & sic accipitur Actu. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus regere ecclesiam Christi, quam acquisiuit sanguine suo: vnde non dixit ecclesiam Ephesiorum, vel Macedonum, aut Romanorum, sed Christi, vt nullam specialem designaret.

Dicendum autem quòd omnes isti modi accipiendi ecclesiam descendunt à primo: quia ecclesia secūdum suam originem designat multitudinem congregatam ad aliquid quacunque illa sit. Et inde descendit secundus modus, scilicet quòd prelatus vocetur ecclesia, non quòd ipse sit ecclesia, idest multitudo, sed quia præest multitudini. Et inde etiam est tertius modus pro multitudine particulari congregata in Christi nomine, & sic magis propriè vocatur ecclesia, quia est verè multitudo congregata. Inde est etiam quartus modus: nam domus orationis vocatur ecclesia, idest quia illuc conuenit, vel congregatur ibi ecclesia, idest multitudo: nam domus non est multitudo. Etiam quintus modus inde descendit, quia est ibi congregatio multorum, idest omnium credentium. Nunc vero dicendum, quòd accipi potest hic in omnibus modis istis præterquam in quarto: quia nihil potest dici ecclesie, idest domui orationis: in omnibus autem alijs potest aliquid dici ecclesie. Sed solum communitè exponi: dic ecclesie, idest prelato, qui præest ecclesie, quia illi facile est dici: & ille potest corrigere delinquentem: & bene stat: & tamen etiam alijs modis potest accipi. Vnde pro qualibet multitudine poterit accipi, scilicet crimen dicitur singulariter ab vno: & quando delinquens non corrigitur sic dicitur coram testibus, vt magis erubescat, & illi firmitus sibi asserere possint, quòd sit peccatum id, quod ille agit. Si autem non emendatur per hoc, dicitur ecclesie, idest multitudini siue multis simul: vel omnibus,



nibus, quotquot cōuenire voluerint, vt sic erubescat omnino. Sic accipit Hieronymus dicens: porro si neque illos, idest testes adhibitos audire voluerit: tunc multis dicendam est, vt detestationi eum habeant, vt qui nō potuit pudore saluari, saluetur vel opprobriis. Secundò modo, scilicet pro prelato solet accipi communiter, & ita et accipit Chryso. dicens, dic ecclesia. i. his, qui ecclesie præsunt. Tertiò etiam modo potest accipi: quia ecclesia sic est multitudo, coram qua denunciatur confunditur, & erubescit. Etiam quia illa habet auctoritatem diffiniendi quid sit bonum, vel malum: & tamen propter hoc remittitur delinquens vltimò ad ecclesiam: vt si quando vnus admonet non credit, & etiam duobus testibus adhibitis non credit: postea tota multitudine alicuius ecclesie asserente, ne cessariò credere debeat, quia post talum assertionem nihil dubitandum est, & sic accipit Glos. dicens: dic toti ecclesie, vt maiorem erubescantiam patiat: & post hæc omnia sequatur excommunicatio, quæ fieri debet per os ecclesie, idest per sacerdotem, quo excommunicatur tota ecclesia cum eo operatur. Quartò etiam modo potest accipi dic ecclesie, idest ecclesie vniuersali: nam quedam sunt, quæ non possunt dici sufficienter alicui particulari ecclesie: quia determinatio ecclesie illius nō sufficit: vt circa fidem: dato enim quòd aliqua particularis ecclesia diffiniat aliquid esse credendum, potest errare: sicut interdum legimus aliquas errasse: vt aliquando tota ecclesia græcorum errauit, & nunc multe ecclesie particulares in ecclesia orientali, quæ olim fuerant orthodoxæ: errant, vt Iacobini Armeni, & alij, inter quos sunt hæretici Nestoriani, & multa genera hæreticorum. Etiam, quia quedam persone sunt, quarum delicta non sufficit denunciari alicui ecclesie particulari, sicut sunt delicta Papæ: nam ille est maior qualibet ecclesia particulari: ideo nulla particularis ecclesia potest iudicare de eo, etiam quantum ad hæresim: sed necesse est recurri ad ecclesiam vniuersalem, cuius Papa est filius, licet sit præcipuus filiorum: nam in ea regnat, & in sacramentis, quæ intra ipsam sunt iustificatur & proficit. Et tamen quia ecclesia vniuersalis dicit ipsam congregationem omnium fidelium, quæ nunquam fit, neque fieri potest opere humano: nullus actus competit ecclesie vniuersali, neque aliquid potest ei dici ad hoc, quòd ipsa admoneat aliquem: sed accipitur ecclesia vniuersalis per representationem: & ista est ipsum Concilium generale. Vnde quodlibet Cōcilium generale vocat se representatiuum ecclesie vniuersalis: cum ait: Sacrosancta synodus talis vel talis in Spūs sancto legitime congregata, vniuersalem ecclesiam representans. & ad istam ecclesiam deseritur per denunciationem crimen Papæ, si admonitus secretè, & deinde coram testibus se emendare noluerit. Et si illa synodo eum admonente non se emendauerit, habetur tanquam ethnicus, & publicanus: & maxime in crimine, quod est maxime periculosum in pontifice summo: nam pro illo deponitur de Papatu. 4o. distinctio capit. si Papa. & tamen nemo est, qui hoc facere possit nisi Cōcilium generale, quod vicem habet totius ecclesie: & non solum in crimine heresis, sed etiam in spectantibus ad mores denunciatur crimen Papæ concilio generali tanquam ecclesie vniuersali: & admonet Papam cessare à peccato. De his late dixim⁹ in nostro libello defensorio trium conclusionum per sex capitula. Quod enim circa Papam locum habeat fraterna correctio nemini, dubium esse debet: cum fiat ad bonum peccantis, & tamen debemus ex charitate velle & procurare salutem spiritualem illius, sicut & ceterorum, imò magis

Conciliū vniuersale representat ecclesiam vniuersalem.

quàm aliorum, in quantum illo malè se habente, multum se malè habebunt.

Quid sit dicere: Sit tibi quasi ethnicus, & publicanus.

Quæst. CIX.

**Q**VAERETVR, quid sit dicere: Sit tibi quasi ethnicus, & publicanus. Dicendum, quod Christus voluit fratrem corrigi a nobis per admonitiones quandiu potest emendari: quando autem putatur inemendabilis, iubetur eum deferre Deo curandum: & quia ex eius conuersatione infectio criminis ad alios transire posset: & iam non solus ille periret, sed etiam alij: iussit Christus abstinentium esse à conuersatione: & hoc est fieri sicut ethnicus, & publicanus. Ethnicus enim gentilis est: publicanus autem publicus peccator, & trahitur hoc à publicanis, qui negotiationes publicas exercent quærentes lucra vnde cunq; quia tales solent grauiter peccare. Sic dicit Hieronymus: Quod autem dicit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quàm hi qui aperte gentiles sunt: publicani enim vocantur, qui solum lucra sectantur, & exigunt vestigalia per negotiationes, & per fraudes atque furta, scelera, atque penuria: & est sensus, sicut ethnicos, & publicanos iudicamus manifeste peccatores, ita debemus istos iudicare.

Quid p ethnicum publicanū intelligat.

Et sic aliqui intelligunt: sed hoc non sufficit, quia etiam antequam dicatur Ecclesie peccatum alicuius, si admonitus in secreto non se corrigit, iudicandus est peccator. Ideo dicendum, quòd habetur vt ethnicus, & publicanus, idest euitamus eum a communicatione nostra sicut ethnicum, & publicanum: quia his non communicamus, quasi peccatoribus: quia licet in aliquo communicemus eis, non recipimus tamen eos ad omnem communicationem, sicut facimus ad infideles, & ita intelligitur communiter, quòd qui sic admonitus ab Ecclesia non desistit à peccato excommunicandus est, ita enim consuevit facere ecclesia, quia quemlibet contumacem excommunicat, quia ter admonitus non assentit. Sic dicit Glos. Die toti ecclesie, vt maiorem erubescantiam patiat: & post hæc omnia solet sequi excommunicatio, quæ fieri debet per os ecclesie, idest per sacerdotem.

Quare ei, qui admonitus ab ecclesia si non cessat à peccato non imponitur pena.

Quæst. CX.

**S**ED QVAERETVR, quare ei, qui admonitus ab ecclesia, si non cessat à peccato non imponitur pena, quia sic poterit quilibet manere in peccatis suis impunitis delictis.

Dici potest vno modo, quòd iste est processus fraternæ correctionis, & non tendit ad penam: sed solum ad emendationem delinquentis: ideo etiam si non obediat non imponitur ei pena: sicut admonens in secreto nullam penam imponit delinquenti non obedienti. Et patet, quòd hoc intendat, quia tunc si intenderet penam quando constat ecclesie de delicto alicuius per denunciationem, etiā si cessaret à peccato, deberet ei imponi pena: et tamen si audit ecclesiam nulla pena ponitur huic, nec aliquid, quod videatur simile poenæ.

Secun-

Secundò potest dici, quòd ponitur pena. Excommunicatio in quantum dicitur, quòd sit sicut ethnicus, & publicanus, & tamē excommunicatio pena est. Inter homines viuere, & eorum carere consortio. Tertiò potest dici, quòd Ecclesia imponit criminum poenas: & ideo peccatibus, siue cessent, siue non, imponit pro delictis poenas: sed Christus non diffiniuit, quæ poenæ imponerentur pro singulis criminibus, imò circa nullum crimen: quia non ordinauit foralia in nouo testamento, sicut in veteri, sed omnia dimisit disponenda per eos, qui Ecclesie præsunt: & ita hic nullam poenā posuit: & tamen prelatus Ecclesie potest punire delinquentem, quando constat sibi de delicto per denunciationem etiam secundum formam correctionis fraternæ: & maxime quando peccans non vult cessare à peccato, sed Christus de hoc: nihil dixit. Quod verò dicitur, sit sicut ethnicus, & publicanus, non est pena, quæ imponitur à iudice, quamuis possit intelligi excommunicatio, quam iudices imponunt in poenam: & tamen Christus non intellexit de pena imposta à iudice, quia dicit sit tibi sicut ethnicus: si enim dixisset: sit sicut ethnicus, posset intelligi, quòd hoc fieret per iudicem: & tamē dicitur sit tibi: ideo intelligitur de illo, qui admonet: qui tamen est persona priuata, & est sensus postquam tu aliquem admonueris secretè, & per testes, & postea coram Ecclesia, & nō cessauerit à peccato: etiam si Ecclesia non puniat illud: tu tamen habeas illum sicut ethnicum. ita caueas conuersationem illius, sicut ethnici, & publicani: & hoc facit quilibet auctoritate propria, sine sententijs iudicis: & ita intelligitur illud ad Titum. 3. Hæreticum hominem post vnam, & alteram admonitionem deuota. i. tu quis scis illum Hæreticum & bis admonuisti, neque cessauit, deuota illum, & nō est opus, quòd iudex illum excommunicet, quia antequam excommunicet, poteris illum propria auctoritate deuotare. Sed obijcietur, quia penam imponere iurisdictionis est, & non pertinet ad aliquem priuatum: & tamē priuare communionem est imponere penam: ideo nemo poterit hoc facere sine iudicis auctoritate. Dici potest vno modo, quòd vitæ quantum ad communicationem non est poena, sed cautela: nam si quis imponeret sententiam priuationis à communionem contra aliquem, esset eum punire: quòd tamen quis cesset à communionem alicuius, non est eum punire, quia nō subtrahit ei aliquid quod esset illi alijs debitum, sed ad cautelam pertinet, quia putat forte iste bonum sibi esse cauere à communionem illius: primum facit solus iudex, secundum facit quilibet priuatus. Secundò potest dici, quòd dato quòd esset pena ista priuationem cōicationis singularis personæ, qui se subtrahit à cōicationem peccatis, tñ potest inferre eam, quia non agit auctoritate priuata, sed auctoritate legis diuinæ, quæ hoc iubet: & tamen primum est verius. quòd non est directè pena, sed indirectè.

Christus nullam penam ordinauit in nouo testamento.

Ad quid iubetur, quòd ille, qui admonitus ab Ecclesia non se correxerit, habeatur vt Ethnicus, & Publicanus.

Quæstio CXI.

**Q**VAERETVR, ad quid iubetur, quòd ille, qui admonitus ab Ecclesia, non se correxerit, habeatur, vt ethnicus, & publicanus. Dici potest vno modo, quòd iubetur hoc in penam, vt sic ille se corrigit per poenam, qui per admonitionem non se correxit: & ita est de excommunicationem, quia contumax excommunicatur, vt tadio affectus veniat responsurus: ita ille, qui viderit, quòd priuatur communionem hominum propter peccatum, per poenam emendabitur, & quia Christus volebat istos emendari penam imposuit, per quam emendentur. Secundò potest dici, & melius, Alph. Toft. super Euang. Matt. Pars V.

quòd sit hoc, vt consulatur non peccantibus: Christus enim voluit, quòd nos ex charitate succurrerem⁹ peccantibus reducendo eos ad bonum, & quia non possumus hoc facere, nisi communicando cum eis, oportet, quòd cū eis conuerseremur, & suadeamus eis emendari, & tandem hoc faciamus quādiu putauerimus eos posse corrigi. Cū autem viderimus non posse per nos corrigi, cessandum est: & tamen nemo debet desperare de emendationem alicuius, quamdiu manet aliquis modus prouidendi, ideo posuit Christus omnes modos cōuenientes. s. primò, vt secretè admoneatur: secundò, vt coram testibus: tertiò, vt coram Ecclesia. Cū autem quis non obediierit Ecclesie, non est aliquid, per quod eum inducamus ad bonum: ideo tunc cessandum est ab admonitionem: quia licet quantum ad Dei operationem ille possit corrigi, si Deus mouerit cor eius, tamen quantum ad hominum operationem, non est per quid emendetur, ideo cessatur: & quia tales non solum non corriguntur, sed etiam ad suam nequitiam alios trahere possunt, cū illis prouidere iam nō possimus, vt boni fiant, prouidere debemus nobis, ne mali efficiamur, & hoc est cessando à conuersationem illorum, quia conuersatio trahit ad delicta. 1. Corin. 5. Corumpunt bonos mores eloquia mala: & quia licet ex bona intentionem conuersetur quis cū aliquo malo, vt eum conuertat, potest ipse subverti ab eo, ad Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo peccato, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, prouidens ne & tu teateris. s. volendo alterū instruere. Ab his ergo cessandum est, quā corrigi nolunt, ne alios inficiant. Sed obijcietur, quòd non sit cessandū ab eis, quia de nullo desperandum est quādiu viuunt, quia Deus potest illustrare cor ei⁹, cū sit cor hominis in manu Domini, & quocunq; voluerit vertet illud. Prouer. 21. Et tamen cessare ab eo est desperare de salute illius: ideo non est cessandum. Dicendum, quòd licet aliquis nolit corrigi admonitus coram Ecclesia, nondum desperamus de salute illius, scientes, quòd Deus poterit eum ad se conuertere: & tamen desperamus eū posse conuerti per hominem, quia modo humano non est aliquid maius, quàm Ecclesia, quam ille non audit: & ideo modo humano cessamus ab eo, scilicet, non communicando ei, neque admonendo ei de coetere, & tamen quantum possumus orare debemus, vt Deus illustret mentem illius, & conuertat illum ad se, & ex charitate illum diligemus. Sic dicit Augustinus libro de Verbis Domini: Sit tibi quasi ethnicus, & publicanus, idest, noli illum iam deputare in numero fratrum tuorum: nec sic tamen salus eius negligenda est: nam & ipsos ethnicos, idest, Gentiles, & Paganos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem semper inquirimus.

Conuersatio trahit ad delicta.

Amen dico. Posita superius sententia Christi circa correctionem fraternam, ponitur hic cōfirmatio eius respondendo ad dubium, quod posset occultè suboriri de potestate prelatorum imponentium poenas, vel indicantium aliquid esse bonum, vel malum, agendū, vel vitandum, & dicitur. Amen dico vobis. Idest, certè, vel fideliter, vt Aquila interpretatur, aut in veritate, & est modus affirmandi: interdum autem est modus iurandi. Quæcunq; alligaueritis super terram, idest, quidquid ligaueritis vos manentes super terram. Erunt ligata, & in celo. Idest, ego qui in celo sum approbo ea, & iudico esse ligata. Et quæcunq; solueritis super terram, idest, vos manentes super terram solueritis. Erunt soluta, & in celo. Idest, ego qui in celo sum laudo, & approbo solutionem per vos factam, tanquam vera sit.

H Ad

Ad quid dixit hic Christus quocumque ligaueritis, &c. *Quaestio CXII.*

QVAERETVR, ad quid dixit hoc hic Christus. Dicendum, quod ad tria. Primum ad tollendum dubium: nam per hoc, quod dixit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, diceret quis, ego non curo: in-terdum enim Ecclesia cōdemnat aliquem pro aliqua re afferens peccatum esse, & delinquens ait: non est peccatum, ideo sententia, quam fers me condemnando, & priuando communionem, nihil ualet, quia sicut tu condemnas me, ita ego condēno te: & si tu habes me vt ethnicum, ego etiam te vt ethnicum, quia non uideo unde hoc possis facere: Christus autem respōdit, huic dubio, ostendens potestatem Ecclesiae, qua praelati Ecclesiae possunt aliquos condēnare, & absoluerē, & quod illa potestas est à Deo, cūm ait: Quocumque solueritis erunt soluta, & quocumque ligaueritis erunt ligata. Sic dicit Hieronymus. f. Quia dixerat, si Ecclesia non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & poterit contemptoris fratris hęc esse responsio, vel tacita cogitatio: si me despicias, & ego te despicio: si me condemnas, & mea sententia condemnaberis, potestatem tribuit Apostolis, vt sciant, quia qui à talibus condemnantur per humanam sententiam diuina sententia corroborari, vnde ait: Amen dico vobis, quocumque alligaueritis, & cœtera. Secundò fuit hoc ad ostendendum magnitudinem poenae, nē contemnatur: nam diceret, peccans nolo corrigi: nam quod habeat tanquam ethnicus, & publicanus, nihil nocet, quia neque corpus tangit, neque substantiam temporalem diminuit: ideo Christus ostendit, quod poena posita hic ab Ecclesia magna sit, cūm etiam ad aliam vitam pertineat, & Deus dicatur illum ponere. Nam in caelo ligantur, & soluantur. Tertiò, & praecipue fit ad ostendendum potestatem ad imponendum poenam extraordinariam, cūm enim Christus non ordinauerit aliquid circa foralia, reliquit potestatem praelati esse ordinandi de illis: & ideo circa singula crimina possunt imponere poenas, siue dando de hoc leges, siue particulariter puniendo, sicut viderint pro quolibet: & ita quando aliquis delinquens admonitus per Ecclesiam non cessaret, & ultra hoc, quod haberetur tanquam ethnicus, imponeret ei praelatus aliam poenam, quam vellet, diceret delinquens, tu non potes imponere hanc poenam, quia Christus non statuit talem poenam, sed solum, quod habeatur delinquens tanquam ethnicus: ideo Christus ostendit hic, quod dat potestatem ad imponendum quascumque poenas, etiam quas non expressit hic, & ita quocumque poena imponatur peccanti à praelato Ecclesiae, non poterit dicere peccans, quod non potest praelatus hoc agere, cūm Christus hic concedat praelatis absoluerē, & ligare, id est, imponere quamcumque poenam, & ab imposita liberare. Et iste sensus est valde conueniens: nam quantum ad primum sensum, nō erat magnum dubium, quia si Ecclesia iudicet aliquem, tanquam ethnicum, & publicanum, quia non vult admonitus cessare à peccato, non habet ille causam dubitandi quantum ad hanc sententiam, vel poenam, cūm Christus eam imposuerit, sed si aliquam imponat iudex Ecclesiae, quam Christus non expressit, erat ibi ratio dubitandi & de hac dicitur, quod quocumque soluerint, vel ligauerint, erunt ligata, vel soluta: ideo considerenter possunt praelati imponere peccantibus quamcumque poenam viderint imponendam, & ipsi quibus imponitur debent illam putare, tanquam à Deo positam, & non tanquam ab homine: & ita non est contemnenda poena à praelato imposita. Et huic sententiae consonat Chrysothomus super isto verbo, dicens:

F Vide autem qualiter incorrigibilem duplicibus colligauit necessitatibus, scilicet, poena, quae est hic, & proiectione ab Ecclesia: & ita hic dicitur, de aliqua poena ultra illam, quae supra posita fuerat, scilicet, sit tibi sicut Ethnicus.

Cum Christus dicit hic, quocumque ligaueritis, quid concedit. *Quaestio CXIII.*

QVAERETVR, cūm Christus dicit hic: Quocumque ligaueritis, & cœtera, quid concedit. Dicendum videtur, quod hic concedit Christus Ecclesiae totam potestatem quam habet in ministris suis, quia non inuenitur alibi expressius ab ipso dictum de aliqua potestate tradita Ecclesiae, quam dicitur hic: quia tamen potestas habet actum, vel exercitium, nominauit hic Christus exercitium istius potestatis: & est duplex, scilicet, soluerē, & ligare: isti autem sunt actus clauium. Nam dicitur supra decimo sexto. Tibi dabo clauēs regni caelorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in caelis, & quodcumque ligaueris erit ligatum: & ita exercitium clauis dicitur, ibi esse soluerē, & ligare: ideo cūm hic dederit potestatem ligandi, & soluendi: apparet, quod dedit hic potestatem clauium: & ita tenendum est, quia quamcumque potestatem traderet, necesse erat, quod diceremus, quod dabat potestatem clauium, quia in Ecclesia nulla potestas est, quae non sit potestas clauium quia clauis materialis: habet exercitium claudendi, & aperiendi: cui assimilatur ligare, & soluerē: quia soluerē est quoddam aperire, ligare est quoddam claudere, ideo per metaphoram vocauit Christus potestatem istam clauēs, de quo magis dictum est supra decimo sexto capitulo, quaestione septuagesima sexta. Et istam potestatem videtur hic tradidisse. Et tamen, vt magis videatur quid tradiderit, dicendum, quod potestas clauis est duplex, scilicet, ordinis, & iurisdictionis. Clauis ordinis est potestas per sacramentum ordinis sacerdotalis collata, indelebili caractere insignita ad conficiendum corpus Christi verum, cui annexa est potestas ligandi, atque soluendi corpus Christi mysticum. Clauis autem iurisdictionis est potestas data alicui secundum quam respicit corpus Christi mysticum modo non sacramentali, de quibus magis supra decimo secundo capitulo dictum est. De potestate iurisdictionis manifeste apparet, quod fuit hic data, aut declaratur iam fuisse data, cūm hic dicitur de ligando, & soluendo, & maxime, quia istud ligare, & soluerē de quo hic dicitur, est principaliter extra forum poenitentialem, cūm dicitur supra de eo, qui admonitus per Ecclesiam cessare à peccato, & nō cessat, quod habeatur vt ethnicus, & illi poena imponitur, de qua Christus hic loquitur. Et tamen manifestum est, quod tam denuntiatio, quae fit Ecclesiae de crimine illius, quam admonitio Ecclesiae, quam poenae impositio sunt extra forum poenitentialem, quia in manifesto sunt, ideo pertinent hęc ad clauem iurisdictionis. Et de ista satis potest dici, quod data fuerit hic. De clauē autem ordinis dicendum, quod sub his verbis includitur, quia licet clauis ordinis, & caractere sacerdotalis sint idem in substantia, vt dictum est supra decimo secundo capitulo: tamen in quantum est potestas conficiendi: vocatur caractere, & nō clauis quia caractere dicit configurationem, & secundum illam potestatem cōfiguratur Christo, quia est potestas ad conficiendum corpus Christi verum. Clauis autem ex ratione sua dicit exercitium aperiendi, & claudendi, quale exercitium non habemus ad corpus Christi verum: ideo potestas illa, secundum quod ad corpus Christi verum se habet quis, vocatur caractere, & non clauis. Potestas

Actus clauium est soluerē, & ligare.

Clauis ordinis, & clauis iurisdictionis quid sit.

In. q. 78.

Quo differant caractere, & clauis, & quo sint idem.

Potestas autem, secundum quam se habet ad corpus mysticum vocatur clauis, & non caractere, quia secundum illam potestatem non cōfiguratur quis Christo, sed magis ipsi populo, ad quem est: & tamen secundum illam potestatem habet exercitium soluendi, & ligandi super populum: ideo clauis, & non caractere dicitur. Et sic licet eadem potestas secundum essentiam, & rem sit potestas conficiendi, & potestas ligandi, & soluendi in foro poenitentialem sacramentaliter: tamen in quantum est potestas ad conficiendum vocatur caractere, & non clauis, & in quantum est ad soluendum, & ligandum sacramentaliter vocatur clauis, & nō caractere: quoniam ergo ad clauem ordinis pertinet soluerē, & ligare sacramentaliter: & hic ponuntur isti duo actus, satis poterat dici, quod tradita fuerit hic clauis ordinis. Sed obijciatur, quia clauis sacramentalis non datur, nisi in collatione ordinis sacerdotalis, cūm sit ipse caractere sacerdotalis, quantum ad substantiam, vt patet ex dictis: & tamen Apostoli, & illi, ad quos Christus loquebatur nunc, non fuerunt nunc promoti ab eo in sacerdotes, ideo non fuit eis data nunc clauis sacramentalis, siue clauis ordinis, ordo quippe sacerdotalis collatus fuit eis die cœnæ, quando dedit eis potestatem conficiendi corpus suum. infra vigesimo sexto, & Lucae vigesimo secundo: ideo tunc data fuit clauis sacramentalis, siue ordinis. Dicendum, quod verum est, quod non fuerit nunc data clauis ordinis, sed solum clauis iurisdictionis potuit dari: ideo dicendum est, quod per ista verba, aut Christus innuit solum clauem iurisdictionis, de qua magis litera consonat, aut ipsam clauem ordinis non dedit nunc, sed promisit, vel ostendit se daturum, vt innueret quid illa clauis esset: & hoc oportet accipi, quia ponitur hic ligare, & soluerē, qui sunt proprie actus clauis sacramentalis: & ita vult accipi Hilarius super isto verbo, dicens: Per hoc tamen ad terrorem maximi metus, quoad praesens omnes continentur immobile Apostolicae seueritatis iudicium demonstrauit, vt quos in terris ligauerint, id est, peccatorum nodis innexos reliquerint, & quos soluerint, concessionem scilicet veniae acceperint in salutem: hi in caelis ligati sunt, vel soluti: & tamen ligare in peccatis, & cōcedere veniam in eis pertinet ad clauem sacramentalem: ideo intellexit hoc Hilarius de clauē sacramentali, quae hic promittitur: licet non detur, sed designatur qualis sit, quae an data fuisset quando hoc dictum est, vel danda adhuc esset, dicitur infra quaest. 115.

Quibus dedit Christus potestatem istam, quae habetur hic. *Quaestio CXIII.*

QVAERETVR, quibus dedit Christus potestatem istam, quae habetur hic. Aliqui dicunt, quod omnibus credentibus. Et patet primò, quia doctrina Christi est generalis, & intelligitur quantum ad omnes: cūm ergo non ponatur hic, quod loqueretur Christus specialiter ad aliquem: erit intelligendum quantum ad omnes. Secundò istud est reddituum causa superioris dicti: & tamen supra dicebatur, quod sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & hoc ad quemlibet pertinet, cūm quilibet possit corrigere fratrem suum: ergo ostenditur hic potestas data cui-libet ad condemnandum delinquentem, qui non vult emendari. Tertiò patet, quia apparet ex praecedentibus, quod ista dicantur ad Ecclesiam: nam dicitur supra: dic Ecclesiae, quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: & sequitur confirmatio hic, scilicet: Amen dico vobis, quocumque alligaueritis super terram, & cœtera: ergo ad quemlibet de Ecclesia pertinebit, cūm dicitur, ligaueritis, nam Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

non pertinet ad Ecclesiam, vt vniuersitatem, sed ad Ecclesiam, vt singulos, vel multos. Quartò patet, quia dicitur immediate, iterum dico vobis, quia si duo ex vobis conseruerint super terram, de omni re, quacumque petierint fiet illis à patre meo, & ibi dirigitur sermo ad eosdem, ad quos dirigitur hic, cūm dicitur, iterum dico vobis, & cœtera: & tamen certum est, quod istud intelligitur quantum ad quoscumque homines, qui orant, & conueniunt in nomine Christi, siue sint sacerdotes, siue non, ergo istud. Amen dico vobis ad omnes dirigitur, & cuiuslibet erunt data ista clauēs. Dicendum, quod hic conceditur potestas ligandi, & soluendi: ista autem potest largè accipi, aut proprie. Accipiendo proprie, siue sit potestas clauis iurisdictionis, siue ordinis, non data est omnibus à Christo, sed aliquibus: & ita nunc, non habent eam omnes, qui sunt in Ecclesia. Accipiendo largè, vocatur potestas ligandi, id est, potestas habendi aliquem vt ethnicum, & publicanum subtrahendo ei cōmunionem: potestas soluendi est potestas recipiendi aliquem ad cōmunionem, qua fuerat priuatus: vt si quis Ecclesiam non audierit, efficitur vt ethnicus, & publicanus. Si autem postea rediens ad cor, doleat de peccato suo, & cesset, debet reduci ad communionem, & illi, qui eum vt ethnicum habuerunt, recipient eum, & tunc dicuntur illum absoluerē, & ita accipit Augustinus libro de Verbis Domini, dicens: Cœpisti fratrem tuum habere tanquam publicanum: ligas eum in terra, sed vt iuste alliges, vide: cūm autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluis illum in terra, cūm solueris in caelo. Hoc modo accipiendo soluerē, & ligare, dico quod omnibus competit de Ecclesia, siue clericis, siue laicis, cūm omnibus competit corrigere fratrem delinquentem. Accipiendo proprie clauēs, vt communiter exponitur litera ista à Sanctis Doctoribus, dicendum, quod non data fuerunt istae clauēs Ecclesiae hic non pro seipsa, sed pro membris suis ministerialibus, per quae exercet actus virtutis suae: & ita omnibus Apostolis, qui erant membra ministerialia, & praecipua Ecclesiae datae fuerunt hic clauēs, & per eos descendunt in omnia alia membra ministerialia Ecclesiae, clauēs quidem ordinis in solos sacerdotes, clauēs verò iurisdictionis in multos etiam alios non sacerdotes, dum tamen sint clerici. Quod autem in presenti non locutus fuerit Christus ad omnes sed ad apostolos, patet ex assertione communi doctorum. Sic dicit Hieronymus: quia dixerat, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & poterat contemptoris fratris hęc esse responsio, vel tacita cogitatio: si me despicias, & ego te despicio, si me condemnas, & mea sententia cōdemnaberis, potestatem tribuit Apostolis, vt sciant, qui à talibus condemnantur humanam sententiam diuina sententia corroborari. Sic etiam dicit Hilarius, ibid. f. Per hęc ad terrorem maximi metus, quoad praesens oēs continentur immobile seueritatis Apostolicae iudicium demonstrauit, vt quos ligauerint sint ligati. Et idem dicit Chrysothomus, ibid. ideo dicendum, quod Christus loquitur hic ad Apostolos, & successores eorum, & omnes ministros ab eis, & eorum successoribus, ordinatos tam in ordinatione, quam in iurisdictione, & non ad singulos de Ecclesia.

Ad primū dicendum, quod doctrina Christi generalis est, ideo vbicumque agitur de instructione in moribus, ad omnes pertinet, quia illud est doctrina: vbi autem agitur de collatione potestatis, non pertinet ad omnes, quia illud nō est docere, sed Ecclesiam per membra, & partes potestatem haberes, & subiectas diuidere, & ordinare: vnde sicut nō fecit omnes Apostolos, sed duodecim solos quos ex omnibus elegit: Luc 6. & cūm discipulos ordinaret, quos mitteret binos ante faciem suam, non

Quae potestas ligandi, atque soluendi omnibus datur.

non omnes, sed solos septuaginta duos instituit Luca decimo: ita & nunc tradens potestate m clauium, non omnibus eam dedit, sed illis, quibus dictum est supra.

Ad secundum dicendum, quod potest intelligi sic vno modo, vt Augustinus exponit libro de verbis Domini, & supra positum est: & tamen tunc ligare, & soluere no sunt actus clauis iurisdictionis, vel ordinis, sed solum subtrahere communicationem, & recipere ad communicationem iam subtractam: & tamen expositio communior est, quod ligare, & soluere fit hic actus clauis ordinis, vel iurisdictionis, & tunc non loquitur Christus ad quoslibet, sed ad Apostolos, vt dictum est, & verum est, quod ad Apostolos loquebatur Christus ista, & non ad turbas.

Ad tertium dicendum, quod ad Ecclesiam ista dicuntur, & clauis in Ecclesia sunt, in quantum extra Ecclesiam nemo habet actum clauium, scilicet, postquam ab ea recedit: & ipsa Ecclesia habet clauis, habet tamen eas in suis ministerialibus partibus, & per illas exercet actum clauium, sed singuli, qui sunt in Ecclesia, non sunt partes ministeriales, sed illi soli, quibus committitur aliqui actus, ideo non competunt clauis istae omnibus de Ecclesia: ipsi etiam Ecclesiae per seipsam competunt clauis, quarum actus per seipsam exercet: hoc tamen non est quantum ad clauem ordinis, quae est clauis sacramentalis, sed quantum ad clauem iurisdictionis. Et patet, quia Concilia generalia excommunicant, absoluunt, suspendunt, interdiciunt, deponunt, causas audiunt, diffiniunt, indulgentias concedunt, quae omnia pertinent ad clauem iurisdictionis, & haec omnia faciunt ipsa Concilia per se, quia quodlibet generale Concilium reputatur Ecclesia vniuersalis, & non sunt ista per aliquos, qui sint in ipsis Concilijs, quasi per potestatem, quam ipsi habeat, cum multi faciant ibi haec ex nomine Concilij, quorum nulli habent alias per seipsos auctoritatem aliquam: & ita Concilium facit ista. Et licet prolationes sententiarum, & ceteri actus sint aliquid reale, quod non potest esse nisi in particularibus: Concilium autem non est aliqua persona naturae, sed iuris: ideo proferre sententias, quod est agere quoddam quod est ens naturale, non potest esse nisi in persona naturae, id est, in aliquo homine, & ita per particulares homines ista traduntur executioni: potestas tamen faciendi, quae non est accidens naturae, sed iuris, non est in individuo naturae, id est, homine aliquo, sed in ipso Concilio, quod est individuum iuris, siue corpus. De clauis ordinis certum est, quod non est in Ecclesia, vel Concilio realiter, quia ista clauis secundum essentiam est ipse character sacerdotalis, vt dictum est praecedenti quaestione: ideo non potest esse, nisi in eo, cui confertur ordo, sed non potest ordinari, nisi homo: ideo concilium quod non est homo, aut ipsa Ecclesia, non habet clauem sacramentalem, & consequenter non potest Concilium absolute aliquem in foro penitentiali, potest dare tamen indulgentias plenarias, & committere alicui, qui alias sit sacerdos absoluendi potestatem quamcumque in foro penitentiali.

Ad quartum dicendum, quod illud intelligitur de oratione, & impetratione: non autem de potestate faciendi aliquid: orare autem, & impetrare ad quemlibet pertinet, qui cum fide petit, & in nomine Christi: ideo de omnibus intelligitur: hic autem agitur de potestatis traditione, & sic non extenditur ad omnes. Si autem intelligatur illud de potestate agendi aliquid, non intelligitur de potestate ordinis, sed iurisdictionis, & non de potestate data singulis, sed Ecclesiae, quam ipsi faciunt per hoc, quod conueniunt, vt ibi dicitur.

Qui sunt actus clauis iurisdictionis.

Concilium non est aliqua persona particularis naturae sed iuris.

Clauis ordinis realiter non est in concilio, vel Ecclesia, sed est in eo cui confertur ordo.

Quomodo Christus tradidit hic clauis cum supra videatur eas tradidisse. Quae. CXV.

QVAERETVR, quomodo Christus tradidit hic clauis: nam supra eas tradiderat 16. capitulo. Aliqui dicunt, quod ibi non fuerunt datae clauis, sed solum promissae: nam dixit Christus Petro: Tibi dabo clauis regni caelorum: hic autem dicitur, quae cumque alligaueritis, &c. in quo ponitur actus clauium, & ita videntur datae. Alij dicunt, quod ibi dedit clauis, & hic etiam dedit: & tamen ibi dedit soli Petro, cum dicitur: tibi dabo clauis regni caelorum: hic autem dedit alijs Apostolis, cum pluraliter dicitur quaecumque ligaueritis. Alij dicunt, quod non sunt eadem clauis, quae dantur hic, & ibi: vnde quidam dicunt, perfectiores esse clauis, quae ibi datae fuerunt Petro, quam quae dantur hic, eo quod ibi vocabantur clauis regni caelorum, & hic non. Etiam, quia ibi dicitur, quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis: hic autem dicitur, singulariter erit solutum & in caelo. Alij dicunt, quod clauis, quae traduntur hic sunt meliores, quam quae traduntur ibi, quia ibi dicitur, singulariter quodcumque solueris: hic autem dicitur, pluraliter quaecumque solueritis, & quaecumque ligaueritis.

Dicendum, quod tam hic, quam supra decimo sexto capitulo agitur de clauibus. Est autem duplex clauis, scilicet, ordinis, & iurisdictionis, & ab origine vtraque fuit data a Deo Ecclesiae in membris suis ministerialibus, & quia non dependet vna clauis ab altera, sed saepe inueniuntur disiunctae, potuit dari vna vno tempore, & alia alio. Clauis autem iurisdictionis cum deo sine ordine, potest dari omni tempore: & ideo potuit dari discipulis nunc, vel ante hoc, vel post resurrectionem Christi. De clauis ordinis dicendum, quod cum illa sit essentialis ipse character sacerdotalis, & non datur character nisi in ordinatione sacerdotali, non data fuit nunc Apostolis clauis ordinis, sed tunc quando in caena fecit eos Christus sacerdotes, tradens potestatem conficiendi, & tunc omnibus Apostolis dedit simul clauem ordinis. De prima opinione dicendum, quod non est vera. Primum, quia licet dicatur ibi, tibi dabo, non sequitur, quod non dederit tunc, sed dicitur, tibi dabo, quia licet clauem quantum ad substantiam reciperent Petrus, & ceteri: tamen executionem tunc non receperunt, quia clauis iurisdictionis est, quae tunc potuit dari, & actus huius exerciturus erat Petrus, & ceteri Apostoli post mortem Christi inchoante nouo testamento, & quando iam Christo mortuo, & in caelis ablato manebat illis totum Ecclesiae regimen, & quia tunc videtur aliquis habere potestatem, quando in actum illius exit, cum prius nihil sit, per quod cognoscatur, videbatur quod Petrus non haberet clauem, quam diu Christus vivebat: eo quod tunc non exercebat actum illius, quia Christus omnia faciebat, & non erant ipsi tunc, vt principes Ecclesiae: ideo melius dicitur, quod danda erat clauis, quam quod data, licet tunc daretur. Secundum, quia ista ratio non tenet: nam si ob hoc, quod de futuro dicitur, dabo, putaretur, quod ibi non fuerit data clauis, etiam diceretur, quod non data fuerit hic, cum dicitur, quaecumque solueritis, quod eriam est de futuro. Tertium, quia etiam videretur, quod non fuerit nunc data clauis, sed post Christi mortem, quia dicitur Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata, remissa erunt: & sic videtur, quod tunc data fuit realiter, cum dicitur, accipite: & ita non fuit data hic: & ideo tam hic, quam ibi dari potuit clauis iurisdictionis, & non est inconueniens quocumque tempore dicamus eam dari. Nam

Clauis iurisdictionis omni tempore dari potest.

Christo uiuente Apostoli vnum clauium non habuerunt.

Nam non est necesse, quod quodcumque fit mentio a Christo de clauibus, quod tunc data fuerint, quia tunc cum supra decimo sexto, & hic, & Ioannis vigesimo, de clauibus dicitur: oporteret dici, quod ter clauis data esset, & tamen clauis eadem non potest nisi semel dari, nisi ablata fuerit. Et ideo dicendum, quod in aliqua vice harum data fuerit clauis, & non in omnibus, aut forte non data fuit in aliqua vice harum, sed tunc quando nulla de hoc mentio fit, sicut apparet manifeste de clauis ordinis, quia certum est, quod illa data fuit in promotione ad sacerdotium, scilicet, in caena vltima, & tunc nulla fit mentio de clauis, aut de actu eius, & post resurrectionem quando Christus apparuit Apostolis, dixit: Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata remissa erunt, &c. & isti sunt actus clauis ordinis: & tamen tunc non dedit eis clauem ordinis, cum iam data esset. Sed tunc dicitur, ad quid ergo totiens ponitur de clauibus, cum non tradantur totiens? Dicendum, quod hoc fit ad notificandum ipsam potestatem quid sit, & vt sciant Apostoli se habere illam: & ideo tunc Christus de clauis loquitur, quando ea, de quibus agitur, suadent hoc dici: de clauis enim ordinis sic factum est: nam data fuit in caena Christi, & nihil de ea aperte tunc dicitur: ideo postea Christus, dixit: Accipite Spiritum Sanctum, & quorum remiseritis peccata remissa erunt, & quorum retinueritis retenta erunt: nam in hoc indicauit quis esset actus clauis. Etiam fuit conueniens tempus ad dicendum tunc, quia iam incipiebat opportunitas vtendi clauis sacramentali, cum Christus ascendens in caelum committeret Ecclesiam regendam Apostolis, & alijs ministris: dum autem ipse maneret inter homines, non erat usus clauium in Apostolis, licet haberent ipsam potestatem: ideo non fuit tanta opportunitas dicendi hoc. De clauis iurisdictionis, quae magis aperte designatur per illud dictum Petro supra 16. dicendum, quod potuit dari tunc, vel hic, aut alio tempore: & tamen his duobus temporibus fuit conueniens dici. De prima vice quod dictum est Petro: Tibi dabo clauis, fuit conueniens tunc dici propter Petri confessionem, & alia, de quibus dictum est supra decimo sexto capitulo, quae 62. vbi Christus de tota potestate Ecclesiae locutus est, scilicet, iurisdictionis, & ordinis: conueniens tamen, quod tunc non fuerit data potestas, vel clauis ordinis, vt dictum est, sed potuit tradi potestas iurisdictionis: & ita intelligendum est quodcumque dicitur, quod tunc dedit Christus Petro clauis. De secunda vice quantum ad hoc quod hic dicitur. Dicendum, quod superiora coegerunt hoc dici: nam dicebatur supra de peccante, qui non vult corrigi, & quia tali imponit praelatus Ecclesiae poenam, quam hic Christus non expressit, & ille dicere posset, quod non poterat sibi imponi talis poena, de qua Christus, nihil dixisset: subditur hic potestas generalis ad imponendas quascumque poenas, & absoluendum ab eis, scilicet, quaecumque alligaueritis, &c. & sic nulla poena est, quae sub hac potestate non cadat, quae poena non sit aliis contra legem Christi, vel statuta ipsius Ecclesiae vtentis hac potestate. Sed tunc dicitur, ad quid repetitur hic ista potestas? nam supra posita fuerat decimo sexto capitulo. Dicendum, quod fuit primum, quia licet Christus ibi potestatem, aut dederit, aut dandam inuenerit omnibus Apostolis, & ministris Ecclesiae: litera tamen de solo Petro loquitur, & ita aliqui putarent solo Petro datam: hic autem ostendit consequenter communiter omnibus datam, cum dicat, quaecumque alligaueritis, & hoc fuit valde conueniens, vt videatur, quod clauis fuit in Ecclesia, & non in Petro solo, & supra decimo sexto, quando ad solum Petrum locutus est, non dedit ei soli clauis, sed vt ostendit

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

deret, quod usus clauium ab illis recte tenetur, quod intra Ecclesiam unitatem manent, vni. Petro locutus est, vt ad Ecclesiam unitatem loqui intelligeretur. Secundum, quia voluit apertius ostendere potestatem iudicium ad imponendum poenas peccantibus: nam licet tibi data fuerit potestas generaliter, dubitare aliqui, an extenderetur ad hunc casum, & vigore illius potestatis posset praelatus imponere quamcumque poenam peccanti: ideo hic specialiter posuit, dicens: Quaecumque alligaueritis, &c. De secunda opinione dicendum, quod falsum est, quia non fuit data potestas illa clauium soli Petro ibi, sed omnibus data est: & tamen locutus fuit Christus specialiter ad Petrum propter causas expressas supra 16. ca. & maxime ad ostendam unitatem Ecclesiae: & ideo quod hic dicitur, non solum dictum est ad alios, sed etiam ad Petrum. Et etiam Ioannis 20. quando Christus dixit: Accipite Spiritum Sanctum, non solum dixit ad alios, sed & ad Petrum. Et apparet, quod non fuerit tunc data Petro clauis, quasi ei soli datae fuerint tunc, & non alijs, quia tunc inueneretur, quod tunc Christus ei dedit clauis, quae designantur verbis illis. Tibi dabo clauis regni caelorum, & postea nihil ei dedit, sed falsum est: nam in verbis illis designatur ta clauis ordinis, quae iurisdictionis, quia ponitur ibi soluere, & ligare, & tamen est, quod non fuerit tunc data Petro clauis ordinis, cum non fuerit tunc factus sacerdos, sed postea in die caenae: ideo non possunt sic distinguere ista literae, quasi illa designet clauis, quae datae fuerint Petro, & ista clauis, quae fuerint datae ceteris, sed vtrouique designatur potestas, quae omnibus datur: ibi tamen dictum est ad solum Petrum ad significandum unitatem Ecclesiae: hic autem dicitur ad omnes, vt inuatur, quod quilibet praelatus Ecclesiae possit imponere poenam delinquenti non se emendanti. De tertia opinione dicendum, quod praesupponit falsum, & etiam dicit falsum: nam praesupponit alias esse clauis Petri, & alias ceterorum. Sed falsum est, primum, quia clauis in Ecclesia militante est duplex, scilicet, ordinis, & iurisdictionis, vtramque habuit Petrus, & etiam quilibet Apostolorum. Etiam potestas, vel clauis ordinis non est maior in vno, quam in alio: potestas autem iurisdictionis licet forte esset maior in aliquo Apostolo, quam in alio, de quo nunc nihil asseritur, tamen non erat alia & alia. Secundum, quia verba posita hic, & ibi ostendunt esse eandem potestatem: nam potestas est ad actum, & cognoscitur per actum, & tamen idem actus ponitur hic, & ibi, cum ibi dicatur, quodcumque solueris, & quodcumque ligaueris: & hic etiam ponatur ligare, & soluere: ideo eadem potestas est hic, & ibi. Item praesupponitur, quod ibi datae fuerint clauis Petro, & nunc datae fuerint ceteris Apostolis. Sed hoc falsum est, vt ostensum est supra. Quod autem dicitur esse perfectiores clauis Petri, falsum est: nam etiam si non datae essent clauis Petro quando alijs, non essent perfectiores clauis Petri, quam aliorum: quia si perfectiores essent, hoc deberet constare ex litera: & tamen non apparet, quia quod dicitur ibi, erit solutum in caelis, & hic, solutum in caelo, non est alia, & alia sententia, quia per hoc nihil importatur, nisi sententia, quae datur hic a praelato Ecclesiae, approbatur a Deo, qui in caelo est: & ideo sine in caelo, siue in caelis dicatur, nihil omnino differt, quia cuiuscumque ree vtentis clauis Deus sententiam approbat. Habet autem ortum iste error ex quodam dicto Origenis super locum istum: ait enim. Non dixit in caelis, sicut Petrus, sed in caelo vno, quia non sunt tanta perfectio, sicut Petrus. Potest autem sane accipi verbum Origenis, quod alij, scilicet, Apostoli non sunt ita perfecti, sicut Petrus in vita: & tamen in clauibus non differunt.

Quaest. 62.

Clauis ordinis non est maior in vno, quam in alio de clauis iurisdictionis hic nihil asseritur ex iure diuino, sed vide in suo lib. de dir. & Origine iurisdictionis.

Origo erroris, 3. opinio.

Expositio verbi Origenis.



Vel potest dici, quod in clauē iurisdictionis Petrus in quantum summus Pontifex excefferit alios, licet de hoc non contendamus nunc: & tamen etiam si hoc esset, non est iste sensus literæ, quia certum est, quod hic Christus locutus est tam ad Petrum, quam ad alios: nam aliis non haberet Petrus potestatem puniendi delinquentes, quod apertius hic ostenditur, quam alibi. Quod autem dicitur, quod clauē datæ Petro vocantur clauē regni cœlorum, & non istæ. Dicendum, quod cum eadem clauē sint istæ, & illæ, si illæ sunt clauē regni cœlorum: nam esse clauē regni cœlorum est esse ad claudendum, & aperire illud est ligare, & soluere. Vnde ibi non ponuntur alij actus, nisi ligare & soluere: & tamen hic ponuntur idem actus, ideo sunt istæ clauē regni cœlorum. Sed dicendum, quod ibi vocantur regni cœlorum, quia exprimitur clauē; & quia putaret quis esse aliquid materiale, vel mundanum, dixit, quod erant clauē regni cœlorum, id est, vitæ æternæ. Vel regni cœlorum, id est, Ecclesiæ militantis, quæ regnum cœlorum vocatur, vt ait Gregorius. Hic autem ponitur actus clauium, scilicet, soluere, & ligare: non exprimitur tamen nomen clauium: ideo non potuit dici, quod essent regni cœlorum, vel cuius essent: si tamen nomen clauium exprimeretur: etiam diceretur, quod essent regni cœlorum. De quarta opinione dicendum, quod etiam falsum supponit, scilicet, quod fuerint aliæ clauē datæ hic, & aliæ supra decimo sexto: nam eadem sunt, vt supra ostensum est. Quod autem dicitur, quod istæ sunt perfectiores. Dicendum, quod etiam si essent aliæ clauē, quæ dantur ibi, & aliæ, quæ dantur hic: non sequeretur, quod istæ essent perfectiores, quia quod dicitur hic quæcunque soluueritis pluraliter, & ibi quodcunque non differt: nam qui soluit quodcunque, nihil est quod non soluat, & ita soluit quæcunque, vnde idem significant omnino, sed solum differt in modo locutionis, sicut supra dicebatur, quod idem erat dicere, soluta erunt in cœlo, vel in cœlis. Sunt ergo eadem clauē Petri & aliorum, & eodem tempore omnibus datæ, siue datæ fuerint nunc, siue prius, siue post: & eadem sunt clauē, de quibus agitur hic, & supra decimo sexto capitulo, & etiam Ioannis vigesimo, licet ibi magis ad clauē sacramentales referatur: licet possit extendi etiam ad clauē iurisdictionis.

Quare dicitur hic: Quæcunque alligaueritis, vel quodcunque ligaueritis, & non dicitur determinate, quid sacerdos ligare debeat.

Questio CXVI.

**Q**VAERETVR, quare dicitur hic quæcunque alligaueritis, vel quodcunque ligaueritis supra decimo sexto capitulo, & non determinatur quid sacerdos ligare debeat. Dicendum, quod fuit primò ad dandum regulam generalem: nam necesse erat, quod aut Christus traderet particulariter doctrinas circa quodlibet peccatum, pro quo deberet sacerdos ligare peccatorem, & qua poena eum astringeret, & deinde à quo deberet absolueri: hoc autem non decuit. Primò, quia oportebat infinitam tradi doctrinam circa omnes casus. Secundò, quia nulla scriptura posset sufficere. Nam licet Christus, qui Deus erat, sciret omnia, quæ accidere possunt, & quo remedio circa quodlibet vti decet: tamen quia infinitis modis variantur ista, non erat possibile,

quod nos tantam doctrinam suscipere, quia supra humanam conditionem hoc esset: nam si ista scriberentur, arbitror mundum capere non posse eos, qui scribendi essent libros, vt dicit Ioan. vigesimo primo. Et tanta nemo posset portare, iuxta illud Ioannis 16. Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis modo portare, id est, non potestis illa accipere, etiam si vobis dicere vellem sine infusione spiritus, qui non est pro quolibet homine: & ideo etiam si talia possent scribi, cum nemo ea capere posset, fieret doctrina inutilis. Tertiò, quia dato, quod scribi possent omnia, & mente teneri à nobis, vt si essent pauca: tamen non expediebat dari à Christo talem doctrinam: nam doctrina, quæ à Christo daretur non esset mutabilis, neque dispensabilis, sed teneri deberet ad vnguem, sicut traderetur: & tamen non conueniebat omnibus gentibus idem modus puniendi peccata: quia quædam gentes maioribus poenis castigantur, quam aliæ, & aliqui bene tolerant iugum: aliæ autem non: & ita non debuit tradi regula eadem pro omnibus. Et ista fuit causa vna, & de potissimis, quare Deus in nouo testamento non dedit leges particulares, siue circa ceremonialia, siue circa foralia, sicut tradidit in veteri testamento. Et fuit causa, quia in veteri testamento dabatur lex vni soli genti, quæ parua erat, quæ eisdem moribus vtebatur: ideo sicut nunc vni regioni conueniunt eadem leges forales propter similitudinem conuersionis incolarum: ita & populo Iudæorum conueniebant eadem leges iudiciales, & idem ritus ceremoniarum: lex autem Christi data fuit toti mundo infra 18. & Mar. 16. in quibus diuersi modi gentium, quasi in nullo cum alijs communicantium, & quod his est bonum, non est bonum alijs: ideo circa particularia non dedit leges. Quartò non debuit dari particularis doctrina de soluendo, & ligando, quia tunc oporteret, quod Christus scriberet omnes species peccatorum posibles, & istud esset nobis occasio ruinæ, quia multa sunt, in quibus quidam non peccant, quia illa nesciunt, quæ si scirent sibi esse vitia, Satan infligaret eos ad peccatum in illis, & peccarent. Propter hoc ergo, & multa alia non debuit dare Christus particulares doctrinas de soluendo, & ligando, ideo oportuit, quod daret generalem regulam: & ita dixit, quodcunque, vel quæcunque ligaueritis, id est, poteris ligare in quibuscunque, & soluere in quibuscunque. Secundò quantum ad principale questum dico, quod fuit hoc actum ad magis certificandum ipsum vtentem clauē, quia cum iste actus non subijciatur oculis, neque etiam effectus deducatur ex exercitio clauis, sed est aliquid spirituale, & inuisibile, nesciret sacerdos, an verè ligaret, aut absolueret: dato enim quod Christus dixisset, quodcunque poteris ligare, & soluere, posset dubitare sacerdos, an accidisset aliquis error ei in absoluendo, & ligando, propter quem non sequeretur effectus clauium: ideo ad certificandum eum, quod quodcunque ille ligat, aut soluit, sequitur effectus clauium: non dixit, poteris ligare quodcunque & soluere, sed quodcunque ligaueris erit ligatum in cœlo, & quæcunque solueris erunt soluta in cœlo: id est, certus sis, quod quodcunque tu ligas, ego qui in cœlis sum tecum ligo: & quodcunque tu soluis: ego etiam soluo. De hoc dicit Chrysostomus. Notandum quod non dixit primati Ecclesiæ, ligat talè, vel talè, sed si ligaueris indisolubilia erunt ligamina, quasi hoc eius iudicio dimittens: & ideo Christus non soluit per hæc tradidit potestatem ligandi, & soluendi, sed et potestatem condendi leges, secundum quas iudicaret quis esset ligandus, & quis soluendus, & pro qua causa.

An

An quidquid sacerdos ligat, & soluit sit ligatum, & solutum in cœlo. Quest. CXVII.

**S**ED quæretur, nunquid quando sacerdos ligat, & soluit, sit ligatum, & solutum. Dicendum, quod Christus vniuersalem potestatem dedit, & promisit certitudinem actus, scilicet, quod quodcunque ligarent sacerdotes, vel soluerent, ipse ligaret, & solueret: & tamen hoc non obstante potest ligans, & soluens errare, & tunc nihil faciet. Primò si excedat super facultatem sibi datam. Secundò si exerceat actum super non materiam. De primo licet dicatur generaliter, quæcunque solueritis, & ligaueritis: intelligitur tamen, quod non faciat contra legem committentis hanc potestatem, quia in promissione tali intelligitur excepta persona loquens, & id quod ad eam pertinet: vt si quis promittat, aut iuret adiuuare alterum contra quemcunque hominem, non tenetur adiuuare eum contra seipsum, licet ex modo locutionis comprehendatur, vt patet extra de iure iurando. capitulo petitio: vbi ille, qui promisit nunquam esse contra alium, potest esse contra eum in causis proprijs, & Ecclesiæ suæ: & ita Christus dedit potestatem generalem soluendi, & ligandi quodcunque: non tamen, quod ligaret, & solueret contra legem ab eo datam: & ita Apostolus dicit. 2. Corinth. 10. & 13. datam esse sibi potestatem non in destructionem, sed in constructionem: id est, potestas data Prælati Ecclesiæ, non extenditur ad faciendum contra ea, quæ Christus statuit, quod esset destruere constructa, sed ad constructionem, id est, ad adiuuandum, quod statuta à Christo ponantur in executione, & ita nos sumus adiutores Christi. Sic enim dicit Apostolus. 2. Corinth. 3. Dei enim adiutores sumus. Et ita minister Ecclesiæ potest soluere, & ligare in omnibus, quæ Christi lege non vetantur: & ideo quilibet sacerdos posset vti clauē ordinis ligando, & soluendo quantum ad omnes homines, & in omni peccato, cum lex Christi non vetaret hoc: & tamen ipsa Ecclesiæ immutauit potestatem istam tam quantum ad subditos, quam ad ea, in quibus est ligare & absolueri: ideo non extenditur clauis ad plures, vel ad maiora, quam ad ea, quæ per Ecclesiam diffiniuntur: & hoc potuit facere Ecclesiæ, quia sicut tradidit Christus Ecclesiæ potestatem soluendi, & ligandi, ita dedit potestatem diffiniendi, in quibus deberet soluere, & ligare: quia aliis cum Christus non expresserit, in quo ligarent, & soluerent, & quomodo: nesciret hoc Ecclesiæ. Et ita nesciret quando ligat, & soluit, an esset ligatum, & solutum, & dabitaret de quolibet actu: quod est inconueniens: & ideo Ecclesiæ potuit quibusdam dare maiorem potestatem, alijs minorem, vel quibusdam magis arctare potestatem, alijs verò minus. Secundum erat materia, & si quis velit operari super non materiam, non sequitur operatio, quia materia determinat sibi quodlibet agens. Et materia in vsu clauium est duplex, scilicet id, de quo absoluitur quis, vel in quo ligatur, & ille, qui absoluitur, & ligatur: neutrum autem determinauit Christus, sed dixit, quodcunque solueris erit solutum, & quodcunque ligaueris erit ligatum, id est, de quocunque peccato absolueris aliquem tenebit absolutio, & ad quamcunque poenam ligaueris aliquem tenebitur astrictus, etiam quemcunque ligaueris erit ligatus, & quemcunque solueris erit solutus. Ecclesiæ autem determinauit vtrumque dando inferioribus prælati certos subditos, & certos casus, in quibus absoluant: solus autem Papa est indeterminatæ potestatis, quia potest absolueri quemlibet, & in quolibet casu: & ideo ipse solus dicitur vocatus in plenitudinem potestatis: ceteri verò in partem solitudinis potestatis: Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Papa est indeterminatæ potestatis, & potest ab-

nis. Et hoc verum in vita, quando articulus necessitatis non subest: quia tunc quilibet sacerdos est summus: nam sicut Christus non arctauit clauem alicuius: ita Ecclesiæ reliquit illam tunc illimitatam: & quia ipsa de se non determinatur ad certos homines, neque ad certa peccata, sed ad quæcunque: manet potestas sacerdoti super omnes, & quantum ad omnes casus: stantibus autem his, quod sacerdos non transcendat facultatem sibi traditam, neque transeat ad materiam alienam, quidquid ligat est ligatum: quia tunc clauis non errat: & tamen clauis semper habet effectum, nisi erret.

solue... quemlibet in quolibet calu.

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quæcunque petierint: fiet illis à patre meo, qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Iterum dico vobis. Ostendit supra, quod debemus fratrem corrigere: hic ostendit, quod debemus etiam offensam dimittere. Et diuiditur in duo, quia primò facit quod dictum est. Secundò ostendit quomodo offensam dimittenda sit, ibi. Tunc accedens. Circa primò dicitur. Iterum dico vobis. Id est, iterum etiam dico, quia non ponitur hic iterum, vt significans replicationem, cum sententiam istam non posuisset supra, & sollet ponit iste modus loquendi à Christo, vbi posuit aliquam sententiam, & subdit alias pertinentes ad eandem materiam, licet non sint eadem rationes: sic patet supra decimo tertio, vbi posuit aliquas comparationes de regno cœlorum, & postea subdit. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori. Et iterum simile est regnum cœlorum sigenæ missæ in mare. Quia si duo ex vobis consenserint. Nicolaus exponit hoc solum de oratione iuxta continuationem litteræ positam, scilicet, si consenserint remittendo sibi iniuriam, aut rancorem. Super terram. Id est, quando viuunt. De omni re quam petierint, fiet illis. Id est, concedetur eis à Deo quidquid petierint si remiserint rancorem, quia oratio non exauditur quando orans est in rancore proximi. A patre meo. Id est, à Deo. Vbi enim duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo. Id est, in charitate orantes. In medio eorum sum. Id est, ad concedendum quæ petunt promptis.

Dicendum autem, quod licet de oratione posset exponi: tamen sensus principalis litteræ non est de oratione, sed de potestate faciendi aliquid. Et apparet primò, quia accipiendo de oratione non concordat litteræ præcedenti, quia ibi agebatur de poena imponenda peccatori, qui non se emendat admonitus ab Ecclesiæ, & secutum est de potestate ad imponendum poenam, scilicet: Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis, & cetera: ideo oportet, quod etiam ista littera de potestate ad imponendum poenam, vel absoluendum intelligatur. Secundò, quia littera manifestè ostendit, quod pertinet ad sententiam superiorem, cum dicatur: iterum dico vobis, id est, etiam dico: illa tamen non est de oratione, sed de potestate aliquid faciendi. Tertiò patet, quia si intelligeretur de oratione, frustra diceretur, si duo ex vobis consenserint. Nam ad hoc, quod orans impetret, non oportet, quod multi consentiant inter se, quia quilibet per seipsum potest exaudiri, & verè exaudietur si dispositus est. Et si dicas, quod dicitur consenserint propter remissionem rancoris, non stat, quia non est necesse, quod duo

H 4 consen-

consentiant ad dimissionem rancoris, cum ego possum in corde meo remittere alteri rancorem: etiam si in nullo consentiant, neque loquantur sibi unquam. Nisi forte intelligere debeas, quod mutuo debeant sibi remittere rancorem, ut Nicolaus exponit: & tamen hoc non est necessarium, quia satis est mihi, quod ego remittam rancorem alteri ad hoc, quod ego sum in charitate. Quarto patet, quia non est vera expositio: nam etiam si aliqui inuicem sibi remittant offensas, non ideo exaudiuntur, cum possit extra charitatem esse, qui offensam remittit. Et multa alia exiguntur ad hoc, quod quis exaudiatur oras ultra remissionem offensarum. Quinto patet, quia postea cum redditur causa dicti prece dentis, sequitur: Vbi duo, vel tres fuerint: & ita Christus vult, quod actus iste, de quo hic agitur, non pertineat ad unum, sed ad multos congregatos non est tamen huiusmodi oratio. Est ergo dicendum, quod litera intelligitur de potestate ad imponendum penas delinquenti, qui se non corrigat, vel ad absolvendum eum a pena imposta: & licet ista pena, vel relaxatio pena possit fieri per Ecclesiam Prelatum: tamen dicitur de multis consentientibus, quia supra dictum fuerat in correctione fraterna, quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi quasi ethnicus & publicanus: hoc autem erat penam quandam imponere, & prater istam poterit imponi alia pena per Ecclesiam ipsam, quae Ecclesia est multitudo. Unde dicitur supra, quaecumque alligaueritis super terram, quod ad multos dirigitur. Hic autem subdidit, dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint, si aliqui agant, ut Ecclesia, quae non representatur nisi in multis, quod fiet a Deo quidquid illi fieri voluerit, & hoc est quod dicebatur supra. Quaeque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo, quia quod in caelo ligatur, vel absoluitur, a patre ligatur, vel absoluitur, & secundum hoc potest exponi litera, scilicet: *Iterum dico vobis.* Id est, etiam dico vobis quod sequitur ad magis ostendendum potestatem Ecclesiae, de qua supra loquebatur. *Quod si duo ex vobis.* Id est, aliquot homines, etiam si non sint nisi duo, vel tres. *Consenserint.* I. concordantes fuerint ponendo penam, vel absolvendo, & in quantum dicitur consenserint significatur unitas, & quod isti non agunt ut personae singulares, sed ut Ecclesia, cui dicitur peccatum delinquentis. Et ita exponit Glossa, dicens: Non solum autem de excommunicatione fiet, sed de omni petitione, quae fit a consentientibus in unitate Ecclesiae, dat confirmationem cum subdit: si duo ex vobis, & in hoc continuat Glossa, istud ad precedentia, quia dictum fuerat supra, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, quod est excommunicare: & hic dicit ostendi, quod non solum excommunicationem imponere possunt: sed etiam quamcunque penam, quia a Deo conceditur quidquid Ecclesia in hoc facere vult. *Super terram.* Id est, quoad vivit: nam post mortem, neque peccat quis, neque admonitione opus est. *De omni re.* Id est, quidquid facere voluerint, siue imponendo penam, siue impositam relaxando, si peccator peniteat. Et hoc est quod supra dicitur, quaecumque alligaueritis, & quaecumque solueritis, quod hic dicitur de omni re. Et ita exponit Glo. dicens: Si duo ex vobis consenserint, vel penitentem recipiendo, vel superbum abijciendo, vel de alia re, quae non est contraria Ecclesiae unitati. *Fiet illis a patre meo.* Id est, Deus cooperabitur illis sententiam, quam ipsi posuerint, siue condemnationis, siue absolutionis approbabit pater meus, & hoc est quod supra dicitur, erit soluta in caelo, & erunt ligata in caelo. *Vbi enim sunt duo, vel tres.* Confirmat hic dictum precedens ostendens causam eius, & dicit: Duo vel tres, id est, etiam si non sint plures. *Congregati in nomine meo.* Id est, in unitate Ecclesiae, & tanquam Ecclesia, & intendentes uti potestate data a Christo Ecclesiae. *Ibi sum in medio eorum.* Id est, non miretur quis, quod opera, quae fiunt

F a vobis fiant a me, quia si in nomine meo congregati eritis, non sum longe a vobis, sed inter vos: & ideo ita- tum facio quod vos vultis.

An ista precedens expositio sit conveniens. Quasi. CXVIII.

QVAERETVR, an expositio ista precedens sit conveniens. Aliqui dicunt, quod non: sed quod sit necesse exponi de oratione. Primum, quia dicitur in litera, de omni re quamcunque petierint: & tamen petere orare est: uti autem potestate non est orare. Secundum, quia dicitur, fiet illis a patre meo, quod ad orationem pertinet, in qua exaudimur quando Deus facit, quod nos oramus: imponere autem penam, vel absolvere est aliquid quod fit a nobis: ideo non intelligitur nisi de oratione. Dicendum, quod potest intelligi ista litera per adaptionem ad orationem, & tamen principalis sensus est de potestate puniendi, & absolvendi delinquentes, ut supra ostensum est. Et istum sensum tenet Cyprianus, & Glo. & iste convenit omnino literae, ut dictum est in applicatione.

Ad primum argumentum dicendum vno modo, quod dicitur de omni re quam petierint: eo quod licet impositio pena, aut absolutio sit usus potestatis: tamen fit per modum orationis, & ponuntur aliqua verba orationis ad Deum in talibus, quod manifestum est in absolutione sacramentali. Nam est ille usus clauium, & actus potestatis: & tamen ponuntur ibi verba orationis, quia dicimus: Misereatur tui omnipotens Deus, &c. ita ergo hic imponendo penam, & absolvendo potest simile fieri: ideo dicitur aliquid peti a Deo. Secundum, quia benedicere, & maledicere est actus potestatis, & iurisdictionis, quia subditus benedicitur a prelato, & minor a maiore: ad Hebraeos octavo: & tamen benedictio fit per verba imprecationis boni, & fit inuocando nomen Dei. Numeri sexto, cum Deus dixit sacerdotibus, sic benedicetis filiis Israel: Benedicat tibi Dominus, & misereatur tui: ostendit tibi vultum suum, &c. ita nunc licet impositio pena, & absolutio sit actus potestatis, interdum fit per verba imprecatoria: & sic dicitur peti a Deo.

Ad secundum dicendum, quod dicitur ista fieri a Deo, non sicut in concessione rei, quam orando petimus, quia in illa nihil nos efficiamus, neque principaliter, neque ministerialiter, sed fiunt ab eo, tanquam a principale agente: sicut est in actibus omnium sacramentorum, quae requirunt certum ministrum, ut in Poenitentia & Eucharistia: nam remissio peccatorum, & etiam penarum, siue Inferni, siue Purgatorij a Deo verè fit, tanquam ab efficienti principali: sacerdos autem solum est minister applicans usum clauium. Sic & in consecratione solus Deus est, qui vinum, & panem in corpus suum, & sanguinem vertit: & tamen sacerdos aliquid agit, ut minister proferens verba. Ita in impositione pena delinquenti, vel in absolutione Deus agit principaliter, quia effectus, qui ibi intenditur est spiritualis, quem homines non possunt per se immediate inducere: ideo a Deo inducitur, & homines sunt ministri: & hoc est a Deo fieri: & ideo rectè dicitur, quod fiet illis a patre meo. Secundum, quia potest accipi fieri per approbationem, scilicet, quidquid vos feceritis imponendo penam, vel absolvendo, approbat Deus: & hoc est quod dicitur supra, quaecumque ligaueritis in terra, ligata erunt in caelo, id est, Deus in caelo existens ligat, quos vos ligatis, id est, approbat, & habet eos tanquam verè ligatos.

Ad

Ad quid positum fuit istud, scilicet si duo ex vobis, &c. quia videtur superfluum. Quasi. CXIX.

A-Quomodo verum sit, quod de quacunque consenserint duo, fiet illis a Deo. Quasi. CXX.

QVAERETVR, ad quid positum fuit istud hic exponendo isto modo: quia tunc est eadem sententia ista cum precedenti, scilicet de traditione potestatis ad absolvendum, & imponendum penas. Dicendum, quod fuit conveniens dici. Primum ad magis manifestandum: & ratio est, quia in rebus occultis, quas non est facile videre, egerimus magna confirmatione, & instructione: tale autem est hic, quia operationes nostrae sunt aliquid apparens: potestas autem, secundum quam operari debemus, est aliquid spirituale, & effectus ipse, quem desideramus inducere est aliquid spirituale: ideo ut appareat quomodo talis potestas sit in nobis, & sequatur effectus, quem volumus: egerimus aperta manu ductione: ideo circa talia magis Christus immoratur ostendens multa, quae faciunt rem verisimilem. Secundum, quia hic declarantur aliqua, quae supra non tanguntur: nam dicebatur, quaecumque ligaueritis, &c. quod tam ad singulares personas, quae habent administrationem, aut ordinem in Ecclesia, quam ad ipsam Ecclesiam pertinet: hic autem manifestè ostenditur de ipsa Ecclesia, ut videatur consonare literae superiori, scilicet Ecclesiae, & quia Ecclesia est multitudo. Dicitur hic de duobus, vel tribus, & non singulariter de duobus, vel tribus: sed consentientibus, vel congregatis, quod est nominare unitatem Ecclesiae in quantum dicitur in nomine meo, & ista litera tollit hoc dubium, an cum peccatum delinquentis dicitur Ecclesiae, quae est multitudo: an pena imposita delinquenti per illam multitudinem teneat, & sic, quia Deus facit, quod illi volunt. Tertium, quia tolleretur dubium: diceret enim aliquis quomodo cum Ecclesia imponit alicui penam, vel absolutionem facit, quae tendit ad spiritum, valet aliquid quod fit: cum ipsa operatio fiat per homines, quorum operatio non pertingit ad spiritum, & ad hoc responderetur cum dicitur: Fiet illis a patre meo, id est non est mirum, quod sequantur effectus spirituales per operationem Ecclesiae: quia pater meus facit hoc concurrente cum Ecclesia, si ille facit interius, quod illa exterius facere videtur. Quarto, & principaliter est ad tollendum dubium: nam interdum postquam delinquens admonitus coram testibus non vult emendare se, dicitur peccatum Ecclesiae. Et non quidem prelato, sed ipsi multitudini congregatae in nomine Christi, in qua sunt pauci, vel septem, vel octo soli, & illi condemnant delinquentem habendo eum ut ethnicum, & publicanum, & postea si penitent, reconciliant eum reducentes ad communicationem: est dubium an isti pauci, quorum nemo prelatus est possint hoc facere, & teneat factum: & ad hoc responderetur in litera, quod etiam si pauciores sint, id est solum duo, vel tres: si tamen consentiant, id est conveniant, & sint concordantes in condemnando, vel absolvendo, valet quod faciunt, quia congregati sunt in nomine Christi in unitate Ecclesiae. Quinto, ponitur ad ostendendum facilitatem faciendi hoc: quia statim ut Ecclesia absoluit aliquem, est absolutus, & statim ut condemnat, est condemnatus. Diceretur ergo, quomodo fit hoc ita faciliter? Responderetur ex litera, scilicet: quia Deus est in medio istorum, qui conveniunt in nomine eius ad aliquid faciendum, ideo non est diu expectandum ad hoc, quod Deus approbet factum illorum, sed statim approbat, ut illi faciunt.

QVAERETVR, quomodo verum sit, quod de quacunque re consenserint duo, fiet illis a Deo: nam non videtur esse verum. Aliqui dicunt, quod accipitur de oratione, scilicet quod quando aliqui in charitate, & concordia fraternitatis manentes orant aliquid, quod exaudiuntur a Deo, & recipiunt quod petunt. Sed dicendum, quod etiam istud non est verum, ut dicitur sequenti quaestione, & tamen etiam si verum esset, non est ad propositum: quia ut expositum fuit supra, ista litera intelligitur de actu potestatis imponendo penam delinquenti condemnando eum, vel absolvendo. Dicendum igitur, quod isti duo, vel tres, siue pauci, aut sunt Ecclesia, aut non, & dico Ecclesiam non quidem particularem aliquam Ecclesiam, sed uniuersalem: nam particularis Ecclesia, licet multa possit, non tamen potest omnia: cum qualibet particularis Ecclesia subijciatur alicui superiori, qui potest facta illius approbare, & reprobare: & multa sunt, quae non potest Ecclesia particularis: ut non potest facere articulum aliquem fidei, neque declarare, neque indulgentiam plenariam dare, & alia multa, quae ad solum Papam spectant, vel ad Concilium generale: si fit Ecclesia uniuersalis non quidem verè, sed per representationem, quia ipsa uniuersalis nunquam potest congregari, & concurrere in aliquem unum actum, & est illa concilium generale. Dicendum, quod omnia potest, quia ibi est supremum tribunal, quod Christus posuit: ista ergo Ecclesia, quae est tota Ecclesia per representationem, potest omnia siue fidei, siue operationis: quia potest circa fidem diffinire faciendos articulos, & declarando, & damnando de haeresi, vel absolvendo. Potest etiam circa operationes dare quaecumque regulas, & tollere illas, & omnia alia, quae non sunt contra legem Christi, & ibi licet sint duo, vel tres, id est valde pauci, dum tamen consentiant, id est concorditer inter se agant, velut unum corpus, & Ecclesia, fit illis a Deo: quia ipse approbat omnia facta per illam congregationem: & de his etiam rectè dicitur, quod in medio eorum est Christus tanquam cooperans eis: quia ita illa congregatio proficitur, scilicet Sacrosancta Synodus talis, vel talis in Spiritu Sancto legitime congregata: & etiam Spiritum Sanctum assistentem habent, & ex nomine illius proferunt diffinitiones: sicut factum est in illo magno Concilio Apostolorum Act. 15. Vbi erat Concilium generale, & in diffinitione Synodi dicitur, placuit Spiritui Sancto, & nobis congregatis in unum. eodem cap. De hac Ecclesia certum est, quod omnia potest etiam si pauci in ea conueniant, dum tamen verum Concilium generale, sit legitime congregatum, & continuatum. Si autem non sit Ecclesia, sed persona alicui, dicunt quidam, quod aut isti sunt prelati, aut non: si prelati, dicunt, quod possunt facere omnia: quia vnus prelatus potest facere opera iurisdictionis: quanto magis duo, vel tres? Et ita dicunt quidam intelligendum hoc, quia isti, ad quos loquebatur erant prelati, scilicet Apostoli. Sed dicendum, quod non stat. Primum, quia non est verum, quod prelati possint omnia, quia omnes illi sunt vocati in partem sollicitudinis prater summum eorum, qui assumptus est in plenitudinem potestatis. Secundum, quia tunc superuacuum est dici, si fuerint duo, vel tres: vel si duo consenserint: quia si prelati aequales sunt, tantum potest vnus, sicut tres, vel multi: ideo non diceretur de congregatione, & tamen tota sententia ista fundatur super consensu, id est concordia, & super congregationem. Alij dicunt, quod de Apostolis totis intelligitur, quia ad illos loquebatur Christus, & quilibet illorum poterat omnia: cum Christus commisisset illis plenam potestatem.

potestatem. Dicendum, quod licet quando ista lo-  
 quebatur Christus forte soli Apostoli erant presentes:  
 tamen non intelliguntur verba ad illos solos dicta,  
 cum omnes sacri Doctores trahant ea ad nos.  
 Secundò, quia dicitur: Vbi fuerint duo, vel tres con-  
 gregati in nomine meo: & non dixit, vbi duo, vel tres  
 ex vobis: ideo intelligitur de omnibus. Si ergo præ-  
 lati sunt, non possunt facere omnia: sed possunt facere  
 multa secundum conditionem graduum suorum.  
 Si autem non sunt prælati, sed priuata persona: aut  
 conueniunt, vt Ecclesia, vel multitudo in Christi no-  
 mine congregata: aut vt singuli, & personæ priuata.  
 Si secundo modo nihil possunt efficiendo, sed solum  
 orando. Si primo modo: possunt aliqua, scilicet ad-  
 monere delinquentem, & imponere poenam excom-  
 municationis, scilicet, subtrahendo communicatio-  
 nem, vel imprecando maledictionem: aut absoluedo  
 eum a malo, quod imposuerant, si de peccato penitent  
 reconciliando cum, & reddendo illi communionem,  
 quam subtraxerant. Alia autem, quæ sunt, aut ordi-  
 nis, aut iurisdictionis non possunt, cum nec sint Eccle-  
 sia neque ministri Ecclesiarum, qui præsent alicui mi-  
 nistrati. Et iste est sensus verus literæ: nam Chris-  
 tus supra egerat de imponendo poenam delinquenti,  
 qui non se emendat admonitus, & quia id cui vltimo  
 dicitur peccatum delinquentis est Ecclesia, & Ecclesia  
 accipitur interdum pro aliqui multitudine fidelium  
 conuenientium in nomine Christi: potest illa Ecclesia  
 subtrahere communionem, & reddere si opus sit, &  
 quamcunque aliam poenam imponere, vt maledictio-  
 nis, vel imprecationis aliquorum malorum, & quid-  
 quid isti imprecati fuerint eueniet: & si peccatore pe-  
 nitente, isti vt Ecclesia, id est multitudo congregata in  
 Christi nomine, petierint auferri mala, quæ impre-  
 cati fuerant, auferentur. Sed obijcietur, quia dicitur  
 in litera, de omni re quam petierint fiet illis: ergo ad  
 omnia erit potestas illorum, de quibus hic dicitur.  
 Dicendum, quod ista signa Omnis, Quilibet, non  
 semper distribuunt in Sacra Scriptura, sicut apud dia-  
 lecticos: sed ponitur Omnis, id est multus: sicut sæpè  
 alibi inuenitur, vt illud: Omnes prouincia veniebant  
 in Aegyptum. Gen. 41. & tamen pauca veniebant.  
 Et illud: Omnis caro ad te veniet, & tamen falsum est,  
 quia loquitur de reditu in Ierusalem, & non venerunt  
 illuc omnes homines. Aliter potest dici, quod tenetur  
 distribuitur: sed non pro omnibus simpliciter, sed pro  
 omnibus, de quibus est sermo: nam sermo erat de im-  
 ponendo poenam delinquenti, & de absoluedo eum:  
 & tunc est sensus, quod de omni re, quam super hoc pe-  
 tuerint, fiet eis, id est quamcunque poenam imponere  
 voluerint, poterunt, & à quacunque absoluedo volue-  
 rint, poterunt, quia Deus concurrat. Et patet hoc, quia  
 sic intelligendo consonat literæ superiori, scilicet, quæ  
 cunque alligaueritis, & quæcunque solueritis, &c. &  
 ita exponit Glo. dicens: Non solum autem de excom-  
 municatione, sed & de omni petitione, quæ fit a con-  
 sentientibus in vnitatem Ecclesie. Vnde subdit: si duo  
 ex vobis confenserint super terram, de omni re: siue  
 poenitentem recipiendo, vel superbum abijciendo, &  
 hoc satis est, quod de omni re, quæ ad propositum est ac-  
 cipiant potestatem.

*Quomodo, si intelligitur hoc de oratione, est verum, quod quando  
 duo confenserint obtinebunt, cum sæpè non obtineant.*  
*Quæst. CXXI.*

**Q**VAERETVR, si intelligatur hoc de oratio-  
 ne, quomodo est verum, quod quando confenserint  
 duo obtinebunt: cum sæpè videamus, quod non obtineat.

Dicunt, quod hoc intelligitur quando consentiunt duo,  
 id est quando corpus, & anima concordant, obtine-  
 mus, quæ petimus: quia si concordat corpus animæ,  
 petimus sola spiritualia, & illa Deus semper concedit.  
 Sic dicit Hieronymus: vbi corpus anima, & spiritus in-  
 tra se consenserint, & non habuerint bellum diuersa-  
 rum voluntatum, de omni re, quam petierint, impe-  
 trabunt a patre: nulli enim dubium est, quin bonorū  
 rerum postulatio sit vbi corpus vult habere ea, quæ  
 spiritus. Sed dicendum, quod iste sensus non est literalis:  
 sed spiritualis, vt ipse Hieronymus dicit. Item quia  
 tunc solum diceretur de consensu duorum, id est cor-  
 poris, & animæ: Christus tamen dicit de duobus, vel  
 tribus: ideo oportet accipi de hominibus. Item quia  
 dicitur: si duo ex vobis, & ideo intelligitur de illis ho-  
 minibus, ad quos loquebatur: si enim de corpore, &  
 anima intelligendum foret: diceretur: si duo consense-  
 rint, & non diceretur ex vobis.  
 Dicendum ergo, quod de hominibus intelligitur,  
 & verum est, quod quando cunque duo concordant inter  
 se, & petunt aliquid a Deo, quod Deus concedit ea, quæ  
 petuntur; si alia conditiones ad hoc requisitæ affue-  
 rint: multa enim impediunt hominem exaudiri, scilicet,  
 quia indignus est, vel quia non remittit debitoribus,  
 quod est concordare illis, vel quia petit pro illis,  
 qui indigni sunt. Sic dicit Chrysostomus. Quomodo non  
 vbiq; consentientes consequuntur, quod petunt.  
 Et respondit, si primò quidem, quia non expedientia  
 petunt. Secundò, quia indigni sunt exaudiri, qui pe-  
 tunt: nec quidquam boni a seipsis offerunt. Vnde  
 dicitur, si duo ex vobis, si qui conuersationem Euan-  
 gelicam ostendunt consenserint. Tertiò, quia aduer-  
 sus eos, qui sibi dolorem intulerunt, orant, vindictam  
 quærentes. Quartò, quia petunt misericordiam pec-  
 cantibus, qui non poenituerunt. Sic etiam dicit Ori-  
 genes, quod non exaudimur orantes: quia non consenti-  
 mus doctrina, & conuersatione, cum ait: non exaudi-  
 mur orantes, quia non consentimus nobis per omnia  
 super terram: neque dogmate, neque conuersatione,  
 sicut enim in multis nisi fuerit conuenientia vocum,  
 non delectat audientem: sic in Ecclesia nisi fuerit con-  
 sensus non delectatur Deus in ea: neque audit voces  
 eorum. Sed dicendum, quod in oratione non differt ad  
 hoc, quod exaudiatur, quod sit vnus, vel multorum, nisi quod  
 facilius Deus exaudiet multos simul orantes, quam  
 vnum: ad hoc autem, quod vnus orando exaudiatur, oportet,  
 quod ore pietè, & pro, & persueueranter: cum his. n.  
 conditionibus semper exaudiat oratio, vt ostensum  
 est supra 7. capit. quæst. 17. & 18. & 19. Si autem multi  
 orent, oportet quod habeant eadem conditiones, & in-  
 super quod concordent, quia in vno non est concordia, &  
 non est sensus, quod nunquam exaudiatur oratio sine illis  
 tribus: quia interdum exauditur, vbi illa non interue-  
 niunt, vt si quis oret pro alio, & exaudiatur: sicut sæpè  
 fit etiam interdum ad primam vocem exauditur quis,  
 & tamen ibi non est persueuerantia, sed est sensus,  
 quod quando illa tria venerint infallibiliter quis  
 auditur.

*Quomodo dicuntur aliqui congregati in nomine Christi.*  
*Quæst. CXXII.*

**Q**VAERETVR, quomodo dicuntur aliqui  
 congregati in nomine Christi. Dicendum,  
 quod vno modo dicuntur congregati in nomine  
 Christi, quando illi actus, ad quem aliqui congregan-  
 tur, expectantur a Christo, & ita dicitur de quolibet  
 Concilio generali, quod congregatur in nomine Chri-  
 sti: vt dicitur in superscriptionibus, s. Sacra Synodus ta-  
 lis,

*Hom. 62.  
 i. Matth. 18.*

*Quibus  
 conditionibus  
 exoratur  
 dicitur.*

lis, vel talis in Spiritu Sancto legitime congregata, &  
 hoc, quia actus, qui ibi geruntur dicuntur principaliter  
 dirigia Spiritu Sancto, & loquuntur ex nomine Spiritu-  
 Sancti, vt patet in Concilio Apostolorum Act. 15.  
 Placuit Spiritui sancto, & nobis congregatis in vnum.  
 & illo modo, qui congregantur ad conferendum, vel  
 recipiendum sacramentum aliquod, dicuntur congre-  
 gari in nomine Christi: quia effectus sacramenti non  
 fit ab homine, sed à Christo principaliter, & effectiue.  
 Secundò dicuntur congregari in nomine Christi,  
 quando in operatione, quæ fieri debet, inuocatur no-  
 men Christi tanquam in auxilium operantium, & ita  
 est sensus, quod aliqua operatio incipiat in nomine  
 Christi, id est cum adiutorio eius, quem inuocamus: &  
 ita inuocandus est Christus in exordijs operum no-  
 strorum, & tunc illa sunt in gloriam Dei: vt dicitur  
 primè Corin. 10. Tertiò dicitur congregatio aliqua  
 in nomine Christi, quando congregati sunt aliqui ad  
 faciendum aliquid quod ad Christum pertinet: omne  
 autem bonum ad Christum pertinet, sicut & omne  
 verum: ideo quando cunque congregantur aliqui ad  
 faciendum aliquid bonum, & bono animo, dicuntur  
 congregati in nomine Christi: etiam si actualiter eum  
 non innocant. Soli autem illi dicuntur non con-  
 gregari in nomine Christi, qui aut in ipsum non cre-  
 dunt, aut ad malum faciendum adueniunt: etiam si  
 Christum in adiutorium malæ voluntatis suæ inuo-  
 carent: cum ipse non sit volens iniquitatem. Psalmo  
 quinto.

*Quomodo Christus sit in medio eorum, qui congregantur in  
 nomine eius. Quæst. CXXIII.*

**Q**VAERETVR, quomodo Christus sit in  
 medio eorum, qui congregantur in nomine eius.  
 Dicendum, quod secundum veritatem Deus vbiq; est:  
 ideo non solum inter inuocantes eum, sed etiam inter  
 blasphemantes est: quia in omni loco oculi domini  
 contemplantur bonos, & malos. Proterbio. 15. Et  
 non solum est in medio hominum, imò intra quem-  
 libet hominem, & quantum ad istum modum non  
 loquitur Christus hic: quia non est differentia inter  
 bonos, & malos homines, & lapides, & pecora: quia  
 in omnibus Deus est, cum omnia participent perfe-  
 ctionem aliquam eius, & conseruentur ab eo, sed eo  
 modo dicitur Deus esse in medio nostri, vel iuxta nos,  
 in quantum propitium eum habemus ad complen-  
 dum desideria nostra ad benefaciendum nobis: etiam  
 nobis non potentibus, & tunc quando Deus non  
 exaudit nos, est longè à nobis, & quando benefacit est  
 propè, & quia malos non exaudit. Ioan. 9. scilicet. Sci-  
 mus, quod Deus peccatores non exaudit: dicitur longè  
 esse a malis: Psalmo 118. Longè a peccatoribus salus,  
 id est Deus, qui est salus nostra, & quia bonos exaudit,  
 dicitur esse iuxta eos. Psalmo 114. Propè est dominus  
 omnibus innocantibus eum in veritate: & inde est, quod  
 quando Deus est promptus ad aliquid faciendum, si-  
 ue bonum, siue poenale: dicitur eis esse propè, quibus  
 illud facit: sicut dicitur Psalmo 33. Iuxta est dominus  
 his, qui tribulato sunt corde. & Ierem. 12. Propè es tu  
 ori eorum, & longè a renibus eorum: id est dās ei ci-  
 bum, & ad hoc es promptus, & non percūtis eos vir-  
 ga, aut flagello in dorso: Ita hic cum Christus vellet  
 ostendere, quod ipse erat valde promptus ad faciendum  
 omnia, quæ petunt, qui congregantur in nomine eius  
 dixit se esse in medio, & noluit dicere, quod erat propè,  
 sed quod erat in medio eorum: quia non poterat esse ma-  
 ior promptitudo, quam esse in medio, scilicet, statim  
 vt petierint exaudiantur. Et si aliquid fecerint sta-

tim concurret cum eis, & tunc consonat ista sententia  
 precedenti, quia dictum fuerat supra, scilicet, de omni  
 re, quam petieritis fiet vobis à patre meo: hic autem  
 ostenditur quomodo fiet hoc, & dicit quod fit, quia ipse  
 præsens est eis, & ideo poterit statim concurrere cum  
 eis. Vel potest intelligi, in medio eorum sim, scilicet  
 incitando eos ad faciendum: quia non solum Deus  
 cooperatur nobis adiuuando nos ad operandum, sed  
 etiam ipse incitat ad operandum, quia sine eius incita-  
 tione non possumus aliquid facere: Ioan. 15. Sine me  
 nihil poteris facere, si nihil boni ad quod ego non vos  
 incitauerim.

**T**unc accedens Petrus ad eum dixit: *Lucæ 17.  
 de Pen. di.  
 3. septies*  
 Dominus quoties peccabit in me frater  
 meus, & dimittam ei? Vsq; septies?  
 Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsq; se-  
 pties, sed vsq; septuagies septies.

Hic ponitur secundum, scilicet quoties sit remit-  
 tendum, & diuiditur in duo, quia primò ostenditur,  
 quod dictum est. secundò confirmatur per exemplū  
 ibi. *Ideo assimilatur.* Circa primum dicitur. *Tunc.*  
 Scilicet, quando Christus dicebat, omnia præcedentia  
 discipulis. *Accedens ad eum Petrus.* Dicitur accessisse  
 ad interrogandum. *Dixit Domine.* *Tota ista litera*  
*debet legi cum interrogatione vsq; ad illum locum:*  
*Non dico tibi. Quoties peccabit.* Id est, nunquid quo-  
 ties peccauerit dimittam ei vsq; septies? *In me.*  
 Id est, contra me, & non accipitur in me, id est, me vi-  
 dente, vel sciente: sicut accipitur supra, scilicet si pec-  
 cauerit in te frater tuus: quia ibi non solum, quando  
 contra me, id est faciendo mihi iniuriam, vel damnū  
 inferendo peccat: sed etiam quando me sciente pec-  
 cat, dicitur peccare in me, & habet locum correctio  
 fraterna, de qua dicitur. Hic autem accipitur strictius,  
 quia si quis peccauit me sciente, licet per hoc peccauit  
 contra me: in quantum per actum suum me scandaliz-  
 auit, vel scandalizare potuit: tamen non est necesse  
 peti à me remissionē offensæ: quia nō fuit facta offen-  
 sa specialiter contra me: & tamen hic dicitur de pecca-  
 to, in quo est necessaria remissio: ideo oportet intelli-  
 gi, quod peccauerit contra me, id est in inferendo in-  
 iuriam, vel damnū. *Frater meus.* Omnes proximi  
 vocantur fratres, & maximè qui in Christum crede-  
 bant. infra 23. Omnes vos fratres estis, & patrem nolite  
 vocare vobis super terram. *Dimittam ei?* Id est, nun-  
 quid dimittam ei? *Vsq; septies.* Hic finitur interro-  
 gatio, id est nunquid vsq; ad septimam vicem dimit-  
 tam? Et ita videtur, quod Petrus dubitabat, an vsq; ad  
 septimam vicem remittere teneretur offensam. Nam  
 post septimam vicem non dubitabat, quod non esset re-  
 mittendum. *Dixit ei Iesus.* Respondit increpando  
 Petrum in eo, quod falsum præsupponebat, scilicet. *Non  
 dico tibi septies.* Id est, tu quæris, an vsq; ad septimam  
 vicem sit remittendum qualibet vice: in quò præsup-  
 ponis, quod post septimam vicem non sit dimitten-  
 dum: & hoc videtur imputare doctrinam meam, & ideo  
 erras: quia ego non dico, quod solum vsq; ad septies sit  
 dimittendum. *Sed vsq; septuagies septies.* Id est, toties  
 quoties peccauerit dimittendum est, quod designauit  
 per istum numerum determinatum: licet non sit ali-  
 quis numerus determinatus vsq; ad quem debeat  
 solum remissio.

*Nunquid*



Nunquid istud sit continuatum ad precedentia, & quare ponatur hic. Quasi. CXXIII.

QVAERETVR, an istud sit continuatum ad precedentia, & quare ponatur hic. Dicendum ad primum, q̄ ordo continuus est: quia dicitur hic, tunc accedens, & ita videtur, q̄ cum fierent precedentia factum fuit hoc, quod dicitur hic de Petro. Ad secundum dicendum, q̄ ponitur hic. Primum, quia ordo postebat vt poneretur, cum eodem tempore factum fuerit, quo cetera, quae hic ponuntur. Secundum, quia istud pertinet ad doctrinam, scilicet de remissione peccantium, quod est valde necessarium, ideo fuit conueniens scribi. Tertium, quia faciebat ad propositum precedentium de corripendo fratrem peccantem.

Quare dixit nunc Petrus Christo ista, quae habentur hic. Quasi. CXXV.

QVAERETVR, quare dixit nunc Petrus Christo ista, quae habentur hic. Dicendum, q̄ quia faciebat ad propositum precedentium: nam dictum fuerat supra de fratre peccante in nos, scilicet, si peccauerit in te frater tuus, & quod peccanti remittendum, quae sunt nunc Petrus quotiens remittendum esset. Sed dicitur, q̄ non faciebat ad propositum quae ista, quia ibi non dictum est de remittendo fratri peccanti de corrigendo eum, ideo non erat occasio querendi nunc de hoc. Aliqui dicunt, q̄ occasio querendi non suborta est ex solo hoc, quod dicitur: si peccauerit in te frater tuus, sed ex ipso simul cum eo, quod dicitur: si duo ex vobis consenserint: nam accipiunt ibi consentire, id est mutuo sibi offensas remittere, & ideo Petrus voluit querere de remissione offensarum. Sic dicit Hieronymus continuando istam litteram ad precedentem, scilicet supra dixerat dominus: videte ne contemnatis vnum de pusillis istis, & adiecit: si peccauerit in te frater tuus, &c. & praemium repromiserat dicens: si duo ex vobis consenserint, &c. vnde prouocatus Apostolus Petrus interrogat dicens: domine quotiens peccauerit in me, &c. Dicendum, q̄ licet littera precedens posset aliquo modo exponi de concordia fratrum remittendo offensas, & de consensu, aut congregatione eorum ad orandum: tamen non est ille sensus, quem principaliter intendit littera, vt ibi declaratum est: ideo tenendum sensum, qui litterae conuenit, dicitur, q̄ ibi non agebatur de remissione offensarum, sed de vltimo potestatis, vt fuit ibi declaratum, & tamen Petrus accepit sufficientem occasionem ad querendum hoc ex eo, q̄ supra dictum fuerat: si peccauerit in te frater tuus: nam fratri peccanti in nos sciebat Petrus remittendum esse ex doctrina Christi, supra 6. scilicet. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. & ideo tanquam praesupposita veritate doctrinae illius: non manebat sibi dubium nisi de quotiens erat parcendum peccanti. Et quia intercidit supra sermo de fratre peccante in nos, scilicet, si peccauerit in te frater tuus: fuit sufficiens occasio Petro ad querendum de eo, quod dubitabat, scilicet quotiens remittendum esset. Cum autem obijcitur, q̄ ibi, scilicet, si peccauerit, magis agitur de puniendo, quam de remittendo, cum dicatur, corripere eum. Dicendum, q̄ non facit in contrarium, imo valde ad propositum. Nam correctio fraterna non exercetur per poenas aliquas, sed per admonitiones, vt patet supra. Etiam in admonitionibus, & correctione illa non intendit offensus vindictam, aut satisfactionem ullam: sed solum bonum ipsius peccantis, scilicet, vt emendetur, & ita cum ex amore illius moueantur corrigentes ad corrigendum, ex eodem mouebuntur ad remittendum ei offensam, &

Rf. ad obiectione.

F hoc ad bonum peccantis est, siue spiritualiter, siue temporaliter: correctio enim, quae ibi fit, non est impositio poenae, vel prosecutio rancoris, aut vindictae, quae ibi remittitur, & ideo ista bene consonant inter se. Siquis tamen vellet tenere, q̄ littera precedens intelligatur de oratione, & consensu, qui est remittendo inuicem offensas: sicut aliqui exponunt, dicere debet, q̄ supra dixerat Christus, q̄ qui inter se consentiunt remittendo offensas, & congregantur ad orandum, quidquid petierint super terram, exauditur a Deo, & c. cōceditur. Desiderans Petrus tantum bonum, quod est exaudiri semper orationem suam, voluit circa hoc plenè informari, scilicet, si remittendum est peccanti quoties remittendum sit.

Quare Petrus dicitur nunc ad Christum accessisse. Quasi. CXXVI.

QVAERETVR, quare Petrus dicitur nunc accessisse ad Christum. Aliqui dicunt, q̄ voluit querere ab eo in secreto, & ideo accessit ad eum: sic enim interdum in secreto querebatur aliquid a Christo, & querentes dicebantur tunc ad eum accedere, vt supra 17. cap. scilicet. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum in secreto, & dixerunt: quare nos non potuimus, &c. Sed dicendum, q̄ non est hoc satis verisimile. Primum, quia littera dicit, q̄ accessit, & non dicit, q̄ secreto, & tamē si secreto accederet exprimeret hoc littera, sicut exprimit supra 17. capit. in verbo allegato. Secundum, quia non videbatur nunc esse aliqua causa querendi in secreto, quia istud est, quando queritur de aliqua re occulta, quam non est honestum ab omnibus audiri, vel quae non pertinet ad omnes: sed solum quarentem, & tamen non erat ita nunc, quia res illa non erat aliquid tacendum. Etiam non pertinebat ad solum Petrum, sed doctrina in ea erat valde necessaria omnibus discipulis. Tertium, quia Petrus querebat in secreto, si forte essent aliqui extranei, qui non essent de collegio Apostolorum, quos latere vellet quaestionem suam, & tamen nunc erant soli Apostoli, vel illi soli, qui erant de familia Christi, & istis nihil erat occultandum, imo si quis eorum velle aliquid in secreto petere a Christo, ceteri aliquo modo scandalizarentur: & istud est valde rationabile: nam supra 17. vbi dicitur, q̄ discipuli accesserunt secreto ad Christum fuit hoc, quia Christus erat ibi coram turbis, & increpauerat eos coram turbis, vt patet ex littera, scilicet. O generatione incredula, & peruersa, &c. Vt ergo non erubescerent accesserunt in secreto ad Christum non coram turbis: & tamen quando soli discipuli erant, nemo in secreto interrogabat, hic autem erant soli, ideo Petrus non accessit, vt querebat in secreto. Quarto, quia ex circumstantia litterae colligitur, q̄ Petrus coram alijs hoc quaesuit: nam si Petrus querebat in secreto, responderet ei Christus in secreto, vel littera exprimeret, q̄ aduocauerit alios ad respondendum coram eis, & tamen in littera nihil istorum ostenditur: sed mox vt Petrus quaesuit subiungitur responsio Christi: ex quo apparet, q̄ totaliter facta fuit Christi responsio, qualiter Petri quaesitio, s. vtraque in secreto, vel vtraque in publico, & tamen constat, quod responsio ad quaestionem Petri fuit facta a Christo coram omnibus discipulis, cum in fine istius parabolae, quam posuit ad respondendum, concludatur: sic faciet pater meus caelestis vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo. Ergo ad multos loquebatur, & consequenter quaesitio Petri coram multis facta fuerat, & ita non accessit ad querendum in secreto.

Dicendum ergo, quod accedere ad Christum nihil aliud fuit, quam interrogare, & ideo sufficiebat dici tunc

runc Petrus dixit, & tamen Euangelista cautè locutus est, ante hoc enim de Petro nulla fiebat mentio vbi esset, vel quantum distaret a Christo localiter: nunc autem introducit querens ab eo, & quia non potest querere nisi, quia alteri loco coniunctus est: dixit quod tunc accessit Petrus. Vnde etiam si Petrus non moueretur localiter ad interrogandum Christum, sed maneret in eodem loco, in quo erat antequam interrogaret, conuenienter debuit dicere Euangelista, q̄ accessit Petrus, vt videamus quomodo potuerit interrogare: & istud pertinet ad artificium locutionis, vt tacite reddatur ratio de singulari, quae possent queri ab eo, qui legit historiam: & iste est verus sensus: vnde inuenitur hoc quasi semper, q̄ quando cunq̄ dicitur de aliquo, q̄ quaesierit aliquid a Christo, semper praemittit, q̄ accesserit ad eum: nisi in narratione ipsa iam appareat, q̄ ille erat simul cum Christo: quia tunc non oportet dici, q̄ accessit, quia accedere non potest, qui coniunctus est: sic patet supra 13. cap. l. Tunc dimissis turbis venit in domum, & accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, edisserere nobis parabolam, & supra 15. dicitur, tunc accedentes discipuli eius dixerunt: scis quae Pharisei scandalizati sunt: sic etiam praecedenti capite. Accesserunt ad eum secreto querentes, cur non potuissent eijcere daemoneum, & supra in littera dicitur: in illa hora accesserunt discipuli eius ad Iesum dicentes, &c. & ita generaliter quando cunq̄ querunt: dicitur q̄ accedunt, vt sciatur quomodo potuerunt querere, & ita fuit hic.

Quare Petrus quaesuit, an remitteret fratri peccanti vsq; septies. Quasi. CXXVII.

QVAERETVR, quare Petrus quaesuit, an remitteret fratri peccanti vsque septies. Dicendum, quod Petrus credebat, q̄ remittenda erat offensa peccati quia ita Christus docuerat in forma orandi, supra 6. dimitte nobis debita nostra: siquidem & nos dimittimus debitoribus nostris, & tamen quoties dimittendum esset nesciebat: putauit tamen, q̄ vltra septies non esset semper remittendum, & hoc quaesuit. Et tunc sunt duo dubia. Primum quare Petrus credit, q̄ vltra septies non obligaretur remittere. Secundum quare dubitauit, an vsque ad septies esset remittendum potius, quam ad alium numerum. Ad primum dicendum, q̄ putauit potius aliquid magnum esse remittere vsque septies, ideo vltimus non esse remittendum. Sic dicit Chryost. Putauit quidem Petrus se aliquid magni dicere: sed quid amator hominum Iesus responderit subditur, Non dico tibi vsque septies. Sed dicendum, q̄ istud est causa, sed in generali, & non magis cur vltra septies, quam vltra alium numerum. Ideo dicendum, q̄ Petrus putauit de septenario potius, quam de alio numero, quia putabat, q̄ Deus est magis promptus ad remittendum peccata contra se facta, quam sit homo ad remittendum alteri homini, & tamē putauit, q̄ Deus vltra septenarium non remittit offensam, & hoc credit, quia peccata remittuntur nobis per expiationes, quae sunt de peccatis, cum expiatio, & propitiatio pro eodem accipiant, & propitiatio est remissio, & tamen expiationes pro quolibet peccato fiebant septies: nam sanguis dabatur pro peccato animae: Leuit. 17. Deuter. 12. Et quando cunq̄ offerebatur sacrificium pro peccato aliquo, siue esset totius populi, siue summi sacerdotis, siue principis terrae, siue personae priuatae aspergebatur septies de sanguine contra dominum Leuit. 4. & etiā in emundatione, quae fiebat pro peccatis totius populi in die propitiationis, septies aspergebatur de sanguine

De numero septenarii.

A contra dominum Leuit. 16. & in expiationibus omnibus per aquas lustrationis etiam septies expiatur: quia de sanguine vitulae ruffae aspergebatur septies contra templum. Numeri 19. & sicut erat in remissione culpae, quae fiebat per septenarium: ita in punitione pro culpis non remissis dabatur poena per septenarium. Sic dicitur Leuit. 26. capit. Si autem non obideritis mihi addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra. Et iterum, si ambulaueritis ex aduerso mihi, addam plagas vestras in septuplum. Et saepe repetit idem ibidem. Etiam peccatum videtur remissibile vsque septies, & non amplius: quia vltra non videtur Deus liberare hominem de peccato neque de periculo Prouerbiorum 24. Septies cadet iustus, & resurget. Ex quo videtur, q̄ vltra septies non resurgit, & tamen quando peccatum remittitur dicitur resurgere, qui peccauit: ideo videtur, q̄ vltra septies peccatum non dimittitur, & ita Petrus putauit, q̄ vltra septies non esset remittendum fratri peccanti, cum Deus amplius non remittat: ista motiua aliqua erant saltem pro peccato: licet ex his non concludatur necessario, cum verum non sit: sed septenarius in omnibus illis propter aliam causam ponitur, vt in locis suis declaratum est. Ad secundum dicendum, quod dubitauit Petrus cum vsq; ad septenarium pueniendum esset remittendo: quia cum Deus vsque ad septenarium putetur remittere peccata, id est septies idem peccatum commissum contra hominem, & homo non sit tam misericors, sicut Deus: credebat q̄ non teneretur homo vsque ad septies remittere, & de hoc dubitabat.

Quare dixit, quoties in me peccauerit frater meus dimittam ei? Quasi. CXXVIII.

QVAERETVR, quare dixit quoties in me peccauerit frater meus dimittam ei? id est nunquid dimittam? nam videtur, q̄ sufficiebat dicere si peccauerit in me frater meus, nunquid dimittam ei vsque septies? Dicendum, quod quaesitio Petri poterat intelligi tripliciter. Vno modo, an computatis omnibus offensis quas commisit contra alterum, si perueniatur vsque ad septem, si est remittendum, ita quod si omnes offensae simul computatae peruenierint ad septem non sit iam remittendum. Secundo modo, non computentur omnes offensae, sed sola illae, quae sunt circa idem genus peccati: ita q̄ etiam si vigesies offenderit, dum tamen in eodem genere delicti non peruenierit ad septies, q̄ sit remittendum. Tertio modo, q̄ non respiciatur ad offensas circa idem genus delicti: ita q̄ etiam si plusquam septies in eodem delicto offenderit: dum tamen non eodem tempore, q̄ remitti possit: sed dubium sit, siue de offensis circa idem genus delicti, siue circa diuersa: dum tamen in eodem tempore, quasi continuo offendere non cesset, an taliter offendendo perueniendum sit ad remittendum vsq; septies. Isti tres modi sunt, quantum ad sensum, qui potest capi ex dicto Petri: non autem quantum ad sensum, quem ipsa verba faciunt: nam cum dicatur, quoties peccauerit, &c. esset sensus, an in quacunque vice peccaret, esset remittendum vsque septies, & tunc locutio ista implicat: quia in vna vice non potest peccari, nisi vna vice, & ideo non septies. Vnde dicendum, q̄ si non poneretur ista dictio quoties posset stare primus modus, scilicet, q̄ intelligeretur de omnibus offensis simul computatis si peruenirent vsque septem, an remittendum tunc esset: stante tamen dictione ista, vel si aliquid operatur, non potest stare primus sensus, sed solus secundus, vel tertius, s. quoties peccauerit, in quocunque genere delicti peccauerit, an in illo sit remittendum.

mittendum vsque septies. Vel quoties, idest in quacunque continuatione, vel actu continuato iniuriandi peccauerit, an vsque septies sit remittendum. & huic sensui consonat, quod dicitur Luca 17. Si peccauerit in te frater tuus increpa illum, & si poenitentiam egerit, dimitte illi, & si septies in die peccauerit, & septies conuersus fuerit dicens, poenitet me, dimitte illi, quia tamen in eodem die fiunt quasi continuato actu fiunt, & ita potest intelligi quaestio Petri.

Quare potius quaesuit hoc Petrus, quam alius de Apostolis. Quasi. CXXIX.

QVAERETVR, quare potius quaesuit hoc Petrus, quam alius de Apostolis. Aliqui dicunt, quod ipse solus erat solitus quaerere aliquid a Christo: ita quod vel omnes quaerebant, vel ipso solus. Sed dicendum, quod non stat: quia interdum inueniuntur alij quaerentes, & loquentes ad Christum: nam Ioannes loquitur ad Christum Luca 9. & Mar. 9. scilicet. Praeceptor vidimus quendam eijcientem demonia in nomine tuo, &c. & Iacobus, & Ioannes simul loquuntur ad Christum, quando volebant petere ignem de caelo, Luca 9. Philippus quoque ad Christum loquitur de panibus ducentorum denariorum. Io. 6. & ipse etiam petiuit a Christo ostendi sibi patrem Ioan. 14. Andreas quoque de panibus locutus est, Ioan. 6. Non ergo solus Petrus. Dicendum ergo, quod hoc factum est, Primo, quia forte non occurrit alteri istud dubium de numero remissionum: ideo ipse solus quaesuit: Ita occurrebant alia alijs discipulis, quae ipsi quaerebant a Christo, quando Petrus nihil quaerebat, sicut quando Philippus petiuit ostendi patrem, & ita de alijs, ut supra dictum est. Secundo, quia Petrus cum esset ceteris feruentior, & ubique praecipuus, & os totius collegij, audacior erat in inquirendo, ut dicit Chrysostomus. Sciendum autem, quod discipuli omnes inueniuntur quaerere saepe aliquid a Christo, aut respondere aliquid ei: vnus autem particulariter raro quaerit, aut respondit, & quoniam vnus loquitur pluries Petrus loquitur, quam alij. Primum apparet, si quis quaerat seriem Euangeliorum, quia dicuntur quae fuisse discipuli, & respondisse discipuli, & causa huius est, quia siue vnus quaereret, aut responderet, siue omnes, aut multi hoc facerent: dum causa esset communis, idest, non esset aliquid, quod specialiter pertineret ad vnum eorum, vel de quo dubitaret vnus solus: dicitur, quod quaesierunt discipuli, vel responderunt discipuli, & quia id de quo quaerebatur, aut respondebatur, ut communiter pertinebat ad omnes, dicitur, quod discipuli dixerunt Christo, quod omnes loquerentur, sed vnus loquebatur pro omnibus, vel id, quod vnus quaerebat pertinebat ad omnes etiam si ceteri non iussissent illud quaeri, & quia raro pertinebat causa ad vnum solum, raro loquitur vnus, idest, dicitur vnus loqui particulariter, quod est secundum. Tertium patet, quia quando vnus loquitur pluries loquitur Petrus, quam quilibet aliorum, quia feruentior, & audacior ceteris, ut dicit Chrysostomus.

Quare dicitur, non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies. Quasi. CXXX.

QVAERETVR, quare dicitur: non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies. Dicendum, quod Petrus praesupponebat, quod ultra septies peccatum non erat dimittendum: sed an vsque ad septies deberet dimitti dubitabat: Christus autem voluit auferre falsam Petri opinionem, dicens: Non dico tibi septies, idest non assero ego, quod ultra septies non sit dimittendum,

sicut tu putas: sed vsque septuagies septies. Et tunc dicunt alij, quod dixit tot, quia voluit criminum remissionem esse in septuagies septies, & non ultra: nam dixit vsque septuagies septies. Sed hoc non stat: quia tunc si quis offenderet alium septuagies octies, iam non teneretur remittere, sed posset retinere rancorem, & vindictam appetere: hoc tamen est contra charitatem: nam ubi est odium est rancor, & ubi est odium non est charitas, & sic liceret nobis aliquando manere sine charitate, & odio habere inimicos, quod falsum est: quia inimicos diligere tenemur. supra 5. capitu. & qui non diligit in morte manet, idest in peccato mortali. 1. Ioan. 3. & qui odit fratrem suum homicida est. 1. Ioan. eodem capitulo. Ideo quoties peccauerit quis in nos etiam si decies millies, tenemur ei remittere, i. non reseruare rancorem neque appetitum vindictae.

Dicendum igitur, quod ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato: sicut est in modo loquendi, ut si quis dicat alteri quoties ibo ad quaerendum talem rem: & dicat dominus vade millefies, idest toties: & tandiu vade quousque inuenias illam: ita hic vsque septuagies septies, idest toties quoties peccauerit proximus in te, & talis etiam est modus scripturae, ut illud Numeri 14. Tentauerunt me per decem vices: idest saepe. ita dicit August. libro de Verbis domini: Audeo dicere, & si septuagies octies peccauerit ignoscas, & si centies, & omnino quoties peccauerit ignosce. Si enim Christus millia peccatorum inuenit, & tamen omnia donauit, noli subducere misericordiam: ait Apostolus: Donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet quaerelam, sicut donauit vobis. Sic etiam ait Chrysostomus, cum dicit septuagies septies, non numerum determinatum ponit, ut numero concludat remissionem: sed quod continet, & semper est significauit, idest significauit, quod semper remittere debeamus. Aliqui tamen dicunt, quod dicitur septuagies septies, quod vtrumque per septem est: quia septem significat quietem: sex autem significat laborem, & operationem, & est sensus, quod remissio peccatorum fieri poterit, quamdiu sumus circa septem, sicut in hac vita: cum autem transitur ad aliam, in qua est tempus quietis, nulli dimittitur peccatum. Sic dicit Origenes: Numerus sex videtur esse operis, & laboris: septimus remunerationis, dicit remissionem fieri oportere fratribus in hoc mundo degentibus, & secundum res huius mundi peccantibus. Siquis autem ultra ea peccauerit, iam non habebit remissionem. Sed dicendum, quod iste sensus non est literalis, sed mysticus, & ideo oportet alterum sensum haberi. Secundum patet, quia Christus volebat hic tradere doctrinam quamdiu potest peccatum homini remitti, sed quamdiu teneretur vnus alteri remittere: superuacuum autem esset dici, quod post hanc vitam non remitteremus offensas, sed in hac vita. Tertio, & praecipue, quia si sensus acciperetur ex significatione numeri (septenarij, & septenarij, ut accipit Origenes: non redargueret Christus Petrum, quia cum per septem significetur requies, verum esset, quod post septies non remitteretur peccatum, quia illud esset remitti post hanc vitam, & tamen Christus increpuit Petrum dicentem, vel praesupponentem ultra septies, dicens: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies: ergo non est iste sensus literae: sed ille, qui supra positus est. Sciendum autem, quod septuagies septies potest dupliciter intelligi. Vno modo, idest septuaginta septem vicibus. Alio modo pro septies septuaginta, quae sunt quadringenta, & nonaginta, & tunc est maior numerus, & vtroque modo ponitur numerus determinatus pro indeterminato: & tamen accipiendo secundo modo est sensus: quia toties debem? remittere, quoties ille peccauerit, & ponitur iste magnus

magnus numerus, quia non est verisimile, quod aliquis toties alium offendat: ut si diceretur, remittendum est peccanti vsque decies millies: nam non est credibile, quod quis toties alterum offendere possit, idest pl? tu debes esse paratus remittere, quam ille possit offendere. Sic dicit Hieronymus: intelligendum est septuagies septies, idest quadringentis nonaginta vicibus, ut toties peccanti fratri dimitteret, quoties ille peccare non posset.

Quare Christus potius dixit septuagies septies, quam alium numerum. Quasi. CXXXI.

Nonnulli r? ratio ad q?stum q?mionis.

Quid per decem ac vni decem significatur.

QVAERETVR, dato quod ponatur hic numerus determinatus pro indeterminato: quare Christus potius dixit septuagies septies, quam alium numerum. Dicunt quidam, quod Christus voluit per istum numerum significari remissionem omnium peccatorum, idest quoties quis offenderit alterum, toties esse remittendum: & congruit iste numerus, quia omne peccatum est contra legem Dei: cum peccatum sit dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei: lex autem per decem significatur, eo quod decalogus in decem praecipis continetur, ad quae vniuersitas praecceptorum reducitur: peccatum autem significatur per vndecim, eo quod vndecim est primus numerus transgrediens denarium, & peccatum est transgressio legis Dei, quae per denarium praecceptorum innuitur: septem autem vniuersitatem notat, & ita est sensus, quod cum septuagies septies sit numerus ductus ex vndecim in septem, quod significetur remissio vniuersitatis peccatorum, vel offensarum. Sic dicit August. lib. de Verbis domini: Non sine causa dominus septuagies septies dixit. Nam lex in decem praecipis commendatur: lex enim per decem, peccatum vero per vndecim significatur: quia transgressio denarij est: septem autem solet pro toto computari: quia septem diebus voluitur tempus. duae autem septies vndecim sunt septuagies septies: omnia ergo peccata dimitti voluit: quia ea septuagiesimo septimo numero designauit. Dicendum, quod ista adaptatio satis est artificiosa, & tamen non videtur ista fuisse de intentione Christi: quia Christus loquebatur eo modo, quo intelligi posset: nisi ubi aperte parabolas vellet ponere: hic autem ad Apostolos loquebatur, coram quibus non crebatur parabolis, sed palam loquebatur ei: & tamen verbum est, quod Apostoli non nouerant proportionem numerorum, & mysticas eorum significationes, ut ex hoc acciperent istum sensum: ideo non fuit ista causa ponendi hunc numerum. Secundum patet, quia si per significationes numerorum hoc vellet innuere, bene dixisset Petrus, quod fieret vsque septies, & non ultra: cum per septem designetur vniuersitas, & remitti vsque septies sit dimitti omnia peccata: & tamen Christus dixit, quod non dicit vsque septies, sed vsque septuagies septies: ergo non est ista causa determinata, quare posuerit hunc numerum. Est ergo dicendum, quod quicunq; numerus hic poneretur a Christo, necesse erat, quod poneretur pro indeterminato: nam nullus numerus est vsque ad quem solum debeat fieri remissio, ut dictum est praecedenti quaest. Et rursum si solum vellet ponere Christum aliquem numerum determinatum, per quem designetur indeterminatus, non differret, ponit magnum, vel paruum: sicut ponitur Leuit. 26. septem pro numero indeterminato, scilicet addam septuplum, super correptiones, vel plagas vestras, idest saepe punia vos. Et decem ponitur pro indeterminato Num. 14. scilicet. Tentauerunt me per decem vices, idest frequenter. Et quatuor ponitur pro indeterminato Amos 1. Super tribus sceleribus, & super quarto non uertam eum. Hic tamen noluit Christus ponere paruum numerum pro indeterminato: quia tunc suffe-

differt poni septem, qui solet poni pro indeterminato: Leuit. 26. & maxime, quia designat vniuersitatem, & conueniret remissioni peccatorum: & tamen Christus noluit poni hunc numerum: quia cum dixisset Petrus, vsque septies: dixit Christus, non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Voluit ergo ponere numerum magnum pro indeterminato: cum dixerit, sed vsque septuagies septies. Et ratio est: quia voluit innuere, quod semper esset remittenda offensa, quamdiu fieret: imo quod offensam passus esset magis paratus ad remittendum, quam offendens ad offendendum: & ideo posuit tantum numerum, in quo non sit verisimile, quod aliquis offendat alium, & ita est de septuagies septies: quis non est verisimile, quod aliquis toties offendat alium: quia illud non esset humanum, sed plus quam diabolicum. Et ita tenet Hieronymus dicens: intelligendum est septuagies septies, idest quadringentis, & nonaginta vicibus, ut toties peccatum fratri dimitteret, quoties ille peccare non posset: & ista est vera causa.

Sed tunc dicitur, cum etiam sint alij numeri magni cur non posuit aliquem aliorum, ut si diceret, remittendum esse vsque centies nonagesies: sed accepit specialiter septuagies septies. Aliqui allegant adaptationem illam Augustini, quae ponitur supra. Sed illa non consonat intentioni Christi. Dicit ergo potest vno modo, quod Christus intendebat hic duo, scilicet ponere numerum determinatum pro indeterminato, & quod ille esset magnus, & quicunq; numero competere, hoc posset ille conuenienter nominari: sunt autem multi huiusmodi: ideo non differt quis illorum nominaretur, & vnus est septuagies septies: ideo nominare illum conueniens fuit: sed eadem ratione potuisset nominare centies, vel ducenties: & tamen quia vnicum nominaturus erat, nominauit hunc: non quod iste numerus magis, quam ceteri conueniret ad propositum, sed quia satis iste conueniebat, & istud accidit specialiter in praefixione terminorum, & in quacunq; assignatione numerorum: quia vt communiter non potest dari causa sufficiens, sed solum per adaptationem, aut est pure voluntaria. Secundum potest dici, quod posuit hunc numerum, ut responderet numero quem Petrus posuerat: ipse enim dixerat vsque septies, & quia erat numerus paruum: posuit Christus maiorem, qui constaret totus ex septem, dicens: Septuagies septies. Et sic solemus nos interdum facere indignates assignationem paruum numeri ab alijs factam, ut si quis dicat domino suo, faciam hoc tibi vicibus: & ille indignatus cum pluries fieri velit dicat, imo centum, & tribus vicibus: licet determinate non intendat toties fieri: sed voluit numero illius alludere. Simile potuit esse hic: quia Christus vsque quasi indignatus: quia Petrus charitatem tantum arctaret dicens, vsque septies solum remittendum. vnde per septem respondit dicens: vsque septuagies septies. Tertio potest dici, & valde melius, quod Christus specialiter posuit istum numerum, quia erat vsitatus modus loquendi inter Iudaeos, & in sacra scriptura, ut quoniam poneretur septies subderetur septuagies septies: sic patet Gen. 4. ubi Lamech loquitur ad uxores suas de vindicta, quae daretur de Lamech, & de Cain, scilicet Audite me uxores Lamech, septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech autem septuagies septies, & voluit significare, quod daretur vindicta maior de Lamech, quam de Cain, & ad hoc super septem ad augendum dixit septuagies septies, & ita Christus hic, cum iudicaret paruum esse numerum assignatum a Petro, qui septem dixerat: volens dicere pluries esse remittendum, cum etiam non vellet ponere numerum determinatum, secutus modum loquendi Hebraicum dixit: non solum vsque septies, sed etiam vsque septuagies septies: & ista est vera causa dicti huius, & non aliqua alia.

Quomodo

Quomodo potest stare ista litera: quia id quod habetur  
Luca 17. videtur repugnare huic litera.  
Quaest. CXXXII.

**Q**VAERETVR, quomodo potest stare ista litera: quia id quod habetur Luca 17. videtur repugnare huic litera. Nam hic Petrus quaesuit, an vsq; septies esset remittendū, & praesupposuit nō esse vltra remittendum, & ob hoc a Christo redarguitur, s. non dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagies septies: & tñ Luca 17. ipse Christus ponit vsq; septies remittendū, nō ponēs maiorem numerum, s. si peccauerit in te frater tuus increpa illum, & si penitentiam egerit dimitte illi, & si septies in die peccauerit, & septies in die conuersus fuerit ad te, & dixerit, penitet me, dimitte illi. Aliqui dicunt, q̄ illud Luca 17. intelligitur de peccantibus, qui penitent, & veniam petunt: cūm dicatur, & conuersus fuerit. Istud autem intelligitur de illis, qui non penitent: cūm nō exprimat de penitentia, & ita non est inconueniens. Sed non stat. Prīmō, quia tunc esset melioris conditionis non penitens, & obstinatus in peccato, quā penitens: cūm penitenti solum debeat remitti vsq; septies: non penitenti autem vsq; septuagies septies, quod est absurdum. Secundō, quia vtraq; pars praesupponit determinatū numerum, vsq; ad quem fiat remissio, s. in vno vsq; septies, & in alio vsq; septuagies septies, & tñ non potest poni terminus aliquis vsq; ad quem solum fiet remissio: quia tunc vltra illum liceret patienti iniuriam retinere rancorem, & manere extra charitatē, quod falsum est: ergo neq; stat in septies, neq; in septuagies septies. Tertiō, quia hoc vř esse contra intentionem Christi, Luca 17. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si penitentiam egerit, dimitte illi. Et sic innuitur, q̄ si non egerit penitentiam, non remittatur ei villo modo: ergo neq; vsq; septies. Alij dicunt, q̄ intelligitur per septem requies, quae est post hanc vitam, per omnes praecedentes numeros significatur quidquid in hac vita est, in qua remissio offensarum locum habet: post mortem autē peccata nō remittuntur. Sic dicit Ambrosius super Lucā: Quia septima die requieuit dominus ab operationib⁹ post hebdomadā istius mundi requies nobis diuturna promittitur, vt quemadmodum istius mūdi opera cessabunt: ita etiam vindicta seueritas compescat. Sed dicendum, q̄ iste est sensus mysticus: ideo debet dari ali⁹ sensus, qui sit verē literalis. Secundō, quia manifestē apparet, q̄ non conueniat literē: quia tunc septenarius signaret diem, & septies dimittere non esset vsq; ad finem diei offensas semper remittere, & tñ Christus accepit septies pro qualibet die: cūm dicat, & si septies in die conuersus fuerit ad te, &c. ergo non est ille sensus litera. Dicendum ergo, q̄ tam per septies, quod ponit Luca 17. quā per septuagies septies, quod hic ponitur, nō intelligitur aliquis numerus determinatus vsq; ad quem solum debeat remitti peccanti, siue penitenti, siue non: sed vterque ponitur pro indeterminato: & ponitur per Lucam septies, quia per septem designat vniuersitas peccatorum, vel omne tempus, in quo remitti debeat, id est, q̄ semper debeat remitti peccatū. Sic dicit Beda super Lucam, s. Septenario numero nō veniā danda terminus ponitur: sed vel omnia peccata dimittenda, vel semper penitenti dimittendum praecipitur: solet enim saepe per septem vniuersiusq; rei, aut temporis vniuersitas designari. Sed dicitur, q̄ adhuc manet difficultas, quia per septies, quae dixit Petrus, poterat ita vniuersitas peccatorum, vel omne tempus ad remittendum signare, & tñ hic Christus increpuit Petrum dicentem vsq; septies, & ipse dixit Luca 17. remittendum vsq; septies. Dicendum, q̄ Petrus non increpatur, quasi assenserit remittendum vsq; septies, sed

**F** quia praesupposuit nō esse remittendum vltra septies. Dicit autem potest, q̄ est remittendum vsq; septies verum est, quia si est remittendū vsq; septuagies septies, ergo est remittendum vsq; septies: dicit autem, q̄ non est remittendum vltra septies error est, & ideo Christus increpuit Petrum dicens: Non dico tibi septies, i. vsq; ad septies solum, sicut tu putas. Christus autem cū dixit Luca 17. remittendum esse septies: non dixit, q̄ vltra septies non esset remittendum, & ideo illud stat conuenienter, quia nō ponitur ibi numerus aliquis certus remissionum. Secundō dicit potest, & etiam magis ad propositum, q̄ Christus non voluit ponere numerum determinatum remissionum, quia null⁹ est: sed posuit numerum determinatum pro indeterminato, & hūc non quemcūq;, sed talem, ad quem non esset verisimile, q̄ quis perueniret offendendo alterum: & quia hic non nominauit tempus offensionis, vel durationē, sed offensionem absolutē: dixit remittendū esse vsq; septuagies septies: quia non est verisimile, q̄ in eodem genere delicti quis offendat alium vsq; septuagies septies, vel in eodem actu, aut cōtinuatione offendendi, & fortē in tota vita: maximē accipiendo septuagies septies, id est septuaginta septies, quae sunt quadringenta & nonaginta, & toties non est verisimile, q̄ quis offendet alterum etiam in tota vita. Sic dicit Hieronymus, s. Infligendum est septuagies septies, id est quadringentis nonaginta vicibus, vt toties peccanti frater dimitteret quoties ille peccare nō posset. Sed Luca 17. ponitur tempus determinatum ad remittendum, s. dies, s. si septies in die peccauerit, & septies in die conuersus fuerit ad te, & dixerit penitet me, dimitte illi: & tamen in eodem die nō erat verisimile, q̄ quis septies peccaret, & septies peteret veniam: quia qui penitet non intendit vltra offendere, & consequenter non redibit ita cito ad offendendum, & ita satis erat dici septies pro eodem die: ideo quia Christus volebat ponere quod penitus erat superfluum, non dixit nisi septies, s. & si septies in die peccauerit, id est etiam si septies, quasi dicat: non est verisimile, q̄ toties in eodem die quis offenderet, & veniam peteret, & tamen si conungeret remittendum esset.

**I**deo assimilatum est regnum caelorum homini: qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cū cepisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta. Cū autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quae habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille: inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios. Et tenens suffocabat eum, dicens: Redde, quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem,

De iure iuran. c. quē admodū.

rem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius, quae fiebant, contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia, quae facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam omne, debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus caelestis faciet vobis, si non miseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

**I**deo assimilatum. Hic ponitur secundum, in quo manifestatur res per exemplum. Et dicitur. Ideo assimilatum est. Scilicet, quia in Ecclesia, & sub lege Christi oportet remitti offensam peccanti. Regnum caelorum. Id est, status Ecclesiae militantis, scilicet, talis est status Ecclesiae militantis, qualis fuit rex, de quo subditur, q̄ ille non remisit debitum suo debitori, sed repetuit debitum, quod iam miserat offendentibus: sic non remittit ei Deus, & hoc est, quia obligator homo remittere offendenti, vt dictum est supra: ideo verum est, q̄ regnum caelorum, id est status Ecclesiae militantis, scilicet, modus viuendi in hac Ecclesia, est similis homini regi, & sequitur ista consequentia ex praecedentibus, scilicet, quia ibi iustum est remitti debitori. Homini regi. Id est, cuidam homini, qui erat rex, vel cuidam regi. Licet accipiant aliqui hominem regem, id est Christum, qui est rex: tamen non esset verum, q̄ regnum caelorum, id est, Ecclesia assimilaretur ei: quia assimilatio fit ad distincta: cūm idem non sit sibi simile, & tamen Christus non est aliquid separatum ab Ecclesia, quia est caput illius, ad Ephe. 4. & 1. Corin. 12. Ideo non accipitur pro eo secundum literam: sed pro aliquo rege cui praedicta acciderint, vel accidere poterint. Qui voluit rationem ponere. Id est, de facto illam posuit: nam si non fuisset posita ratio: non inuenisset aliquem esse debitorem: nam per redditionem rationum innueretur quis sit debitor, & in quanto: & vocatur ratio calculus ipse, sed dicitur ratio, quia calculando redditur ratio de singularis administrationis, & ideo istae calculationes vocantur de iure ratiocinia, id est actiones rationum: sic dicitur, q̄ obligati ad ratiocinia ordinari non debent: & ita dicitur. 4. Ethicorum, capitulo. De magnificentia, q̄ diligentia ratiocinij paruitur, id est ponere rationem exactissimam cum administratoribus proprię facultatis nō pertinet ad magnificum, imō valde derogat ei: sed pertinet ad paruificum, qui opponitur magnifico, eodem capitulo. Cum seruis. Id est, cūm seruitoribus administratoribus facultatis suae, quos Christus vocat villicos Luca 15. vbi loquitur de villico iniquitatis. Apostolus vocat eos dispensatores, prima Corin. 4. hic iam quaritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur: & non dicuntur serui, qui emptij sunt, & non sunt liberi, sed seruitores, & iste est modus loquendi scripturae. Et cū cepisset rationem ponere. Id est, recipere rationem de administratione. Oblatus est ei vnus. Dicitur oblatus, scilicet ab alijs tractus, vel venire compulsus: quia cū sciret se debitorem, & condemnandum, recusabat subire ratiocinia: ideo non dicitur, q̄ venit, sed q̄ oblatus est, Alph. Tost. super Euang. Matt. Pars V.

**A** scilicet ab alijs ministris regis. Qui debebat decem millia talenta. Non constabat, q̄ debebat ista talenta antequam offerret ad reddendam rationem: quia si hoc constitisset prius, non oporteret poni rationem aliquā cum eo: & tamen oblatus est, vt rationem redderet: ergo per positionem rationum constitit de quantitate debiti. De talento quantum pondus sit non constat: quia apud quosdam gētes est maius, quā apud alias: potissimē, quia apud eandem genrem tempore variatur pondus, & mensura. Cū autem non haberet. Id est, quia non habebat, & ponitur cūm causaliter. Vnde redderet. Dissipauerat enim facultates domini sui luxuriose viuendo, sicut dicitur de filio prodigo Luca 15. vel comedendo, & inebriando, nunquam putans a se rationem exigendam: sicut dicitur de illo dispensatore Luca 12. & ita nunc non habebat vnde solueret. Iussit eum dominus venundari. Prius enim erat recursus ad bona, & ideo illa fecit rex vendi, vel iubebat hoc fieri: sed quia illa non sufficiebant iussit etiam eum vendi. Et vxorem eius, & filios. Quia erat magnum debitum, & ipse venditus non sufficiebat ad satisfactionem. Et omnia, quae habebat. Scilicet, bona mobilia, & immobilia. Et reddi. Id est, precium omnium istorum reddi sibi pro decem millibus talentorum, quae ille debebat. Procidens autem. Vidit, q̄ non erat alia via liberationis: ideo petiuit misericordiam, & ad hoc procidit, id est, seipsum prostrauit: quia talis habitudo mouet ad misericordiam. Seruus ille. Id est, debitor decem millium talentorum. Rogabat eum. Id est regem: quia ex iustitia cōtendere non poterat humiliter supplicabat. Patientiam habe in me. Id est, erga me habe patientiam, scilicet, noli exequi contra me quidquid mali mereor, sed patienter expecta. Ad expectationem enim patientia requiritur. ad Rom. 8. Per patientiam expectamus. Et omnia reddam tibi. Id est, non perdes aliquid si expectaueris: quia ego potero interim aliunde habere, vnde soluam totum debitum. Fuit autem conueniens modus petendi: quia non petiuit remissionem debiti. Nam fortē ad hoc difficulter moueretur rex, & fortē non concederet petiuit autem solum expectationem, & tunc rex flexus ad remittendum totum debitum. Misertus autem dominus. Scilicet rex, quia nobilis erat, potuit cito misereri. Serui illius. Quem viderat humi iacentem. Dimisit eum. Id est, soluit a vinculis: nam praesupponendum est, q̄ cūm inuentus est iste per ratiocinia debitor decem millium talentorum, & non habebat vnde solueret, quia timebatur de fuga eius, fecit eum dominus teneri in vinculis donec sententia traderetur executioni, q̄ venderetur ipse, & vxor eius, & filij, & omnia eius. Et debitum dimisit ei. Scilicet, totum debitum decem millium talentorum: licet ille obrulerat se omnia redditurum. Vnde rex nobilis plus remisit, quā ille petijt. Egressus autem seruus ille. Scilicet, a facie domini de loco illo in quo rationem reddiderat de administratione sua. Inuenit vnum de conseruis suis. Id est, de ministris regis. Dicuntur. n. conserui, quia ambo erant serui eiusdem domini, quia fortē ille administrabat regalem substantiā, quia in domibus regum sunt diuersi dispensatores, & quia solent ab inuicem recipere pecuniam, potuit iste debere aliquid alteri. Et inuenit, q̄ primus esset de maximis dispensatoribus: non. n. poterat esse debitor decem millium talentorum in mala administratione, nisi magnarum rerum administratio cōmissa fuisset: alius autem seruus eius erat de paruis dispensatoribus: vnde paruus erat debitum eius, s. centum denariorū: etiam quia ille tenens istum suffocabat eum, & posuit in carcere, & ita valde minor eo erat, quem ita indecenter, & iniuriose tractare debebat. Qui debebat. Scilicet, ei tanquam maiori dispensatori. Centum denarios. Ex



Denarius vnde dicitur.

ex consuetudine nostra denarius accipitur pro qualibet moneta, & tamen secundum suam originem significat monetam aliquanti valoris, quæ sub se habebat decem minuta æra, quibus æquales, & a decem denarius dicitur: quanti tamen sit valoris ignoratur, cum nesciatur, quod genus numismatis sit. Et tenens. Scilicet violenter apprehendens ne fugeret. Suffocabat eum. Ex iniquitate hoc faciebat. Indignationem. n. quandam conceperat, quod rex iussisset vendi eum, & filios, & uxorem: licet remississet penam, & debitum: iste quia peruersi cordis erat, non solutus fuit ab indignatione: sed nunc vindictam exposcebat puniens istum: quia si quis iratus sit contra aliquem, & puniat alium, cessat, vel mitigatur per hoc ira, & iste est vnus de modis cessationis iræ, vt dicitur 2. Retho. Aristo. & ostensum est supra 5. cap. quæst. 150. Dicens redde, quod debes. Cum iniuria repetebat debitum, & magis erat animus vindictæ, quam petitionis debiti. Et prociens conseruus eius. Fortè iste sciebat quomodo rex remisisset totum debitum prociendi, & dicenti verba hæc: ideo ipse voluit eadem facere, putans quod sibi similiter ille remitteret. Vel fortè nesciebat quod gestum fuerat, & tamen prociat, & petiuit sic: quia non fuit alius modus ei promptior ad euadendum. Maxime, quia ille non solum petebat debitum, sed etiam inferebat iniuriam stringens guttura, & ideo etiam si ille esset statim solutus: quia tamen non erat paratus cum sacco, oportebat, quod permitteret eum ire in domum suam, vt solueret, & sic necesse fuit, quod prociat non quidem petens remissionem debiti, sed cessationem ab hac molestia. Rogabat eum. Exponatur sicut supra. Ille autem noluit. Id est, noluit habere patientiam, dilationem concedendo, & a molestia cessando. Et in hoc dissimilis fuit regi, qui non solum expectationem petitam: sed etiam debiti remissionem concessit: iste verò neutrum. Sed abijt. Scilicet, de loco, in quo inuenit conseruum. Et misit eum in carcere. Donec solueret, ne fugeret. Donec redderet vniuersum debitum. Id est, centum denarios. Videntes autem conserui eius. Scilicet, conserui vtriusque, qui erant etiam seruitores regis, & fortè administratores domus eius, sicut isti duo. Quæ fiebant. Scilicet, quomodo tenens suffocabat illum, & prociende eo, non miseris est: sed posuit eum in carcere. Contristati sunt valde. Scilicet, quia videbant iniustè, & crudeliter tractari debitorem: etiam quia videbant magnam ingratitude, & iniquitatem eius, cum decem millia talentorum remissa fuerant, & ipse saltem expectationem non concessit ei, qui solos centum denarios debebat. Et venerunt. Scilicet, in domum regis: quia hæc extra domum regis acciderant, cum dicitur supra, egressus autem seruus ille. Et narrauerunt domino suo. Scilicet, regi, & hoc, vt puniret illum, qui tam ingratus fuerat. Omnia, quæ facta fuerant. Id est, quomodo iste tenens suffocabat illum, & misereri noluit, sed in carcerem misit. Tunc. Scilicet, auditis his. Vocauit eum. Scilicet dispensatorem, cui remissa fuerant decem millia talentorum: vocauit autem eum ad puniendum pro hac ingratitude, quam commiserat. Et ait illi. Licet intenderet rex illum punire, quia non poterat habere aliquam iustam excusationem in hoc facto: tamen vt ille videret, quam iustè eum condemnaret, voluit eum prius obiurgari. Etiam quia ista obiurgatio erat pars pœnæ: quia erat ad magnam confusionem eius, quod publicè de crimine argueretur. Serue nequam. Id est pessimè, nequam dicitur, quia ex iniquitate cordis agebat, cum in eadem hora tam abundantem in seipso misericordiam recepisset, tam detestabilem crudelitatem committebat: neque potuisset talia committere nisi ille, in quo nihil boni inueniretur. Omne debitum. Id est, non solum expe-

ctationem, quam tu petebas, sed etiam totum debitum dimisi. Quia rogasti me. Id est, non ob aliam causam, scilicet, nullam aliam recipiens recompensationem: quasi dicat, ita tu debuisses roganti acquiescere. Nonne ergo. Benè ponitur, vt consequentia: quasi dicat, cum ego miseris fuisses tibi in magna re, sequèbatur, quod tu misereri debuisses saltem in parua re. Oportuit & te. Id est, necessarium fuit necessitate bonitatis. Dicitur, & te, id est etiam te: quasi dicat, sicut ego ita & tu facere debuisti. Misereri conserui tui. Scilicet, concedendo saltem expectationem. Sicut ego miseris sum tui. Scilicet, totum debitum remittendo, & ista dictio, sicut, non dicit hic omnimodam similitudinem: quia noluit rex seruum obligare ad tantæ bonitatis opus, sicut ipse egerat: sed ad aliquid, scilicet saltem ad concedendum expectationem. Et iratus dominus eius. Iustè iratus est inuenta tanta iniquitate. Tradidit eum tortoribus. Scilicet, custodibus carcerum, vel tortoribus, id est tormenta infligentibus, qui aliquod genus tormenti inferrent ei, donec solueret debitum. Quosque redderet vniuersum debitum. Id est, decem millia talentorum: prius enim omnia remisserat, nunc autem non solum debitum non remittit: sed et expectationem non concedit, cum iubeat eum tradi tortoribus. Sic & pater meus celestis. Hic applicat exemplum, vt ostendatur quomodo simile sit regnum celorum homini regi, vt dicitur supra, vocatur pater celestis Deus, quia dicimus: Pater noster, qui es in celis, supra 6. c. & vocauit patrem suum celestem, vt non putetur aliquem terrenum habere, qui hæc faceret. Vel saltem, vt illi, qui putabant eum patrem habere hominem, id est Ioseph, Luca 3. Vt putabatur filius Ioseph, crederent, quod non de Ioseph loqueretur: quia ille nihil talè poterat, cum purus homo esset. Faciet vobis. Scilicet, non remittendo peccata vestra, si vos non remittitis proximis, & etiam ea, quæ dimisit repetet, & etiã puniet in vobis. Si non remiseritis. Scilicet, offensas vnusquisque: ad omnes homines extenditur ista lex. Fratris suo. Id est, cuiuslibet proximi. De cordibus suis. Id est, vere non solo ore: quia solo ore remittere retinendo rancorem in animo nihil prodest: quia Deus intuetur cor, & non, quæ foris patent. 1. Reg. 16. cap. & ita dicitur. 1. Ioan. 6. Non diligamus verbo, & lingua: sed opere, & veritate.

Quare Christus posuit nunc istam parabolam. Quæst. CXXXIII.

Quare Christus posuit nunc istam parabolam. Dicitur, quod ista non est proprie parabola: sed est exemplum: nam parabolæ sunt illæ, quæ ponuntur supra 13. & multum differunt ab exemplo, quia in parabolis nunquam est idem sensus, quem foris verba faciunt, vt pater in omnibus, quæ habentur supra 3. & infra 25. De fatuis virginibus. In exemplis autem idem est sensus, qui in verbis apparet, sicut hic: quia ira intelligenda sunt ista verba, sicut sonant, & ita Christus ea intelligi voluit. Secundò differunt, quia parabolæ habent sensum per se, qui non adducitur in confirmationem, vel concordiam alterius, vt patet supra 13. in omnibus parabolis ibi positis: exempla autem non habent sensum per se, sed semper trahuntur in concordationem, & confirmationem alterius sententiæ, quæ intenditur: & ita fit hic in fine, scilicet, sic faciet vobis pater meus celestis: & ideo non est parabola, sed exemplum: licet interdum accipiatur vnum pro alio, & ita accipit hic Hieronymus vocans istam comparationem parabolam.

Parabola & exèplū quomodo differunt.

An istud exemplum, & similia sint vera.

Quæst. CXXXIII.

Quare et verum, an istud exemplum, & similia sint vera, id est, quod ita realiter acciderit, sicut in eis narratur. Dicitur, quod cum ista exempla non inducantur tanquam partes per se in sententiâ in narratione: siue sint vera, siue non, non differunt: quia etiam si non acciderit sic, sicut in eis refertur: non erit aliquod falsum in scriptura: secus tamen si essent tanquam partes per se in sententiâ in scriptura, in qua etiam minima mendacia officiosa non sunt concedenda esse, vt dicit Augustinus in Epistola ad Hieronymum, & in decretis dist. 9. c. Si ad sacras inducantur autem in confirmationem, ideo necesse est, quod saltè fuerint verisimilia: cum ex eis iudicetur de alijs ad quorum propositum inducuntur, an benè, vel male se habeant, & ideo cum necesse sit ista esse verisimilia, & non constet ea esse falsa, rationabiliter est concedi, quod sunt vera, & ita quod firemur, quod verum est, quod aliquis rex tales ministros haberet, quales dicitur hic. Sic etiam de cœna magna, quam fecit rex, infra 22. & de multis huiusmodi.

Ad quid voluit Christus istud exemplum hic nunc ponere.

Quæst. CXXXV.

Quare et verum, ad quid voluit Christus istud exemplum hic nunc ponere. Dicitur, quod propter multa. Primò, quia per hoc ostendebat ea, quæ dixit: nam ex præcedentibus significabatur, quod remittere debemus offensas, & quod si non dimitteremus Deus non dimitteret nobis supra 6. & quia aliqui videretur hoc durum, confirmat illud Christus exemplo humano de rege, & seruis suis. Sic dicit Chryostomus: Ne aliquis existimaret magnum quid, & graue dominum iniunxisset, cum dixit dimittendum vsque septuagies septies, & seruis suis. Sic dicit Hieronymus: Familiare. n. est Syris, & maxime Palæsthis ad omnem sermonem suum parabolam iungere, vt quod per simplex præceptum ab auditoribus retineri non potest, per similitudinem exemplique teneatur. Tertio fuit ad magis hoc manifestandum, & valde insignendum memoria: volebat enim Christus præceptum istud de remittendo offendentibus valde imprimere desiderio nostro, tam ingerendo nobis amorem implendi illud, quam perfectam intelligentiam de eo tribuendo: fortassis autem per verbum simplex hoc non haberetur: ideo adiecit exemplum, quod cum applicatum fuerit ad propositum intentum, magis intelligitur id, ad quod dicebatur, quam quod eadem res bis dicitur: etiam quia apertius dicitur in exemplo, quam in simplici verbo, vel præcepto, & propter hoc in via doctrinæ semper ponimus exempla eorum, quæ dicimus: quia exempla reddunt manifestum id, de quo dicitur. Quarto, & præcipue fuit ad ostendendum penam non remittentium: nam ex præcedenti verbo Christi apparebat dimittendum offendentem, & quod vsque septuagies septies, id est semper esset dimittendum: quæ tamen pena infligeretur, non remittentibus nondum expressum fuerat, & quia poenæ mouent magis animos imperfectorum, quam præcepta, ponitur exemplum, in quo poena ponitur, scilicet, quod rex ille totum debitum, quod sponte remisit Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Familiare est Syris & Palæsthis cum parabolis loqui.

A ferat, durè repetiuit tradendo seruum nequam tortoribus: & ita concludit Christus futurum esse omnibus non remittentibus, scilicet, quia non solum non remittet eis Deus, quæ nondum dimissa sunt, sed quod etiam ea, quæ iam dimiserat, repetet vsque ad minuta.

Circa applicationem istius parabolæ talentorum, an rectè, & quomodo applicetur.

Quæst. CXXXVI.

Quare et verum, circa applicationem exempli istius. Dicitur, quod exemplum debet intelligi, ita vt iacet, & ita Christus voluit intelligi: quia tamen Christus inducit exemplum in confirmationem eorum, quæ intendit: necesse est applicari exemplum his, de quibus intenditur, cum ipse hoc incipiat facere dicens, ideo assimilatum est regnum celorum. Volunt autem aliqui accipere pro vita æterna, quæ in cœlo ducitur, vbi cum Christo regnant sancti: Apoc. 20. Facit enim nos hic agnus Deo nostro sacerdotes, & regnum. Apoc. 5. Et tamen non potest sic accipi ibi, quia in cœlo non erit locus remittendi offensas: quia nulla ibi fieri poterunt, quæ remittantur, & si aliqua manserunt non remissæ ex hoc sæculo, manent ibi semper non remissæ, cum de malis damnatis in æternum poena exigatur pro omni commisso prauo. Etiam quia in cœlo nemo traditur tortoribus: ideo accipiendum est pro Ecclesia militanti, sicut dicit Gregorius, quod sæpe in facta scriptura regnum celorum præsentis temporis Ecclesia dicitur. Et vocatur regnum celorum: quia per statum Ecclesiæ huius peruenitur ad cœlum: neque aliquis potest illic peruenire, qui in Ecclesia non fuerit: quia extra Ecclesiã nemo saluatur. extra de summa Trinita. cap. Firmiter. Vel dicitur regnum celorum, quia in ea nihil nisi virtutes regnare debent, & quæ in ea sunt portare debent imaginem celestem, & non terrestrem: quia conuersatio nostra in cœlis est. ad Philip. 3. Et ita dicit Origenes: Regnum quidem non alicuius eorum, quæ sunt deorum: sed omnium, quæ sunt sursum: in quorum sensibus iustitiæ, & ceteræ virtutes regnant, qui facti sunt cœli per hoc, quod portant cœlestis imaginem. Hoc ergo est regnum celorum: Sic etiam dicit Remigius: Regnum celorum congrue Sancta Ecclesia intelligitur, in qua dominus operatur, quod in ista parabola loquitur. Homo rex vocatur hic Christus solus, vt aliqui volunt: eo quod ipse solus est homo de omnibus personis diuinis. Sed dicendum, quod falsum est, quia licet secundum veritatem solus filius sit homo: tamen scriptura vocat homines alios, qui non sunt homines: diabolus enim vocatur homo supra 13. Inimicus homo supereminatit zizaniam, id est diabolus. Etiam Deus pater vocatur aliquando homo: Ioan. 8. Et si ego iudico iudicium meum verum esse: quia non sum solus, sed ego, & qui misit me pater, & in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verum est: ego sum, qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me pater. Erit se, & patrem suum vocat duos homines: ergo poterit hic vocari homo rex ipse pater, vel tota Trinitas: quia est vt quidam homo rex, licet verè rex dicatur, quia omnia regit. Sic dicit Remigius: Nomen autem hominis aliquando designatur pater, sicut sibi: Simile est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: aliquando autem designatur filius. Hic autem vtrumque accipi potest, & pater, & filius, qui sunt vnus Deus. Dicitur autem rex, quia cuncta, quæ creauit, regit gubernando. Serui autem.

Extra Ecclesiã nemo saluatur.

Per celestia quæ in scriptura homo vocatur.

An

autem regis huius, qui administrant bona eius, cum quibus ratio ponenda est (vt quidam volunt) sunt soli predicatorum verbi Dei: quia hi ministrant bona Dei. Sic dicit Origenes: Serui autem hi soli sunt quantum ad has parabolas, qui dispensatores verbi sunt, & quibus hoc est commissum, vt negocietur, & fenerent. Sed dicendum, qd non accipitur de illis, sed de omnibus hominibus. Et patet, quia istud exemptum inducitur ad ostendendum, qd remittendum est peccantibus, & tamen istud pertinet ad omnes cum quilibet reneatur seruare charitatem ad proximum: ergo omnes homines hic intelliguntur. Item patet, quia dicit in fine litera: sic faciet vobis pater meus coelestis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo. Ergo ad omnes se extendit, & omnes dicuntur recte dispensatores: quia quilibet habet aliquod bonum tam naturale, quam gratuitum, & fortune, & quia omnia bona sunt a Deo, quilibet est dispensator Dei: ideo omnes reddituri sunt ei aliquando rationem. Sic dicit Remigius: Per seruos huius regis designantur omnes homines, quos ad laudandum se creauit, quia quibusque natura legem dedit. Rationem autem ponere est iudicare de singulis hominibus, qualiter expenderint bona eis a Deo concessa, quia ipse vult seruari bona, que tribuit, & insuper augeri, quia vsuram petit de bonis concessis. Sic patet infra 25. distribuens seruis suis talenta, petiuit ab eis vsuras: vnde qui vnum talentum accepit, & illud sine vsuris reddidit arguitur a domino, infra 25. c. & ita hic. Dicitur autem incipere ponere rationem, quando post mortem redditur ratio de omnibus gestis: quia ibi consummata est administratio, & ideo siue in morte, siue in generali iudicio ratio redditur, & tamen in iudicio generali sententia totaliter executioni traditur: quia ibi in corpore, & anima recipimus, quod viuentes gessimus. Sic dicit Remigius: Cum seruis rationem ponit, quando vitam, & mors, & actus singulorum dicitur, vt vnusquisque pro quod gessit tribuat. Origenes etiam dicit: Omnis autem vite nostrae ratio ponenda est a rege: quando omnes nos presentari oportet ante tribunal Christi. Dicitur autem, qd oblatus est vnus, quia non venit sponte, sed adductus est: nam qui sibi conscius est malae administrationis, recusat rationem reddere: sed cogitur reddere, ideo offertur, & non venit ipse, & ita terribile erit damnatis venire ad iudicium, & in omnes cogentur. De, qui debebat decem millia talentorum, id est, qui commiserat multa peccata. Aliquando enim talentum significat ipsum donum datum ad administrandum: sic accipitur infra 25. ca. cum vni dedit dominus quinque, alij duo, alij vnum, alij non accipitur pro iniquitate: sic patet Zach. 5. Vbi super mulierem, quae vocatur iniquitas, ponitur talentum plumbi. Hic autem potest stare pro peccatis, s. quia multa peccata commisit, & erat debitor illorum, id est, pro illis tenebatur ad poenam. Vel pro dono accipitur, & tunc magis consonat litera, vt dicatur debitorem decem millium talentorum, qui tot bona sibi concessa, siue naturalia, siue fortuita, aut gratuita consummauit inutiliter, & eis abusus est, vel in vsu bonorum sibi concessorum decies millies, vel saepe prauaricatus est. Sic dicit Origenes: Oblatus est debitor talentorum, qui, si multa fecerat damna, & magna quidem ei erant iniuria, & nullum attulit lucrum, & ideo talentorum multorum factus est debitor, quoniam forte secutus est mulierem super talentum plumbi sedentem, cuius nomen est iniquitas. Sed quomodo iste dicitur debitor decem millium talentorum, non potest dari ratio in particulari: sed ponitur numerus determinatus pro indeterminate, sicut ponitur supra, cum dicitur remittendum vsque septuagies septies, & ponitur magnus numerus ad significandum totam vniuersitatem pec-

torum. Dicunt autem quidam, qd decem millia dicuntur: quia decem significat legem, quae decem preceptis continetur, & quodcumque peccatum est transgressio legis. Sic dicit Augustinus lib. de Verbis domini, s. ideo dicendum est, quia lex in decem preceptis commendatur, ille debebat decem millia talentorum, per quae, omnia peccata significantur: quia omnia sunt contra legem Dei. Aliqui autem dicunt, qd iste seruus, qui debebat decem millia talentorum est diabolus, quem Deus vendi iussit, & filios eius, & vxorem, id est insipientiam, & prauas cogitationes. Et tamen non stat, quia de isto seruo dicitur, qd rex ei dimiserit, quia procidens misericordiam implorauit, quae diabolo nunquam competunt: quia neque ille misericordiam unquam petit, neque Deus ei quidquam remittit. Sic dicit Hieronymus: Scio quosdam illum, qui debebat decem millia talenta diabolus interpretari, cuius vxorem, & filios vendendos perseverante illo in malitia, insipientia, & malas cogitationes intelligi volunt: sicut enim vxor iusti sapientia, sicut etiam iniusti, & peccatoris insipientia: sed quomodo dimittat illi Deus decem millia talentorum, & ille nobis conseruis suis centum denarios non dimiserit, neque Ecclesiasticae interpretationis est, neque prudentibus viris recipienda. Dicitur autem cum non haberet vnde solueret, quia qui est debitor in reddenda ratione est, qui peccator inuenitur, cuius peccata hic dimissa non fuerant, & non habet vnde soluat, quia non habet per quod se liberet: potest enim homo pro seipsum cadere: sed nemo per se ipsum potest a peccatis resurgere, sed gratia indiget suscitante. Sic dicit Remigius: Sua sponte peccans suo conatu nullo modo surgere valet, & non habet vnde reddat: quia nihil per se, & in se inuenit per quod se a peccatis absoluat, iussit autem vendi dominus seruum non habentem vnde solueret, & vxorem, & filios: quia quando peccator in Dei iudicio de peccatis condemnatur, non in se habet per quod se a peccatis liberet, iubetur pati poenas pro illis, quod est cum vendi: nam sicut, qui venditur efficitur iuris alieni: ita qui poenis aeternis adiudicabitur, punietur aliter, quam ipse voluerit. Vxor autem peccatorum est insipientia: vt ait Hieronymus, vel ipsa cupiditas, & voluptas carnalis: quas peccator sibi matrimonialiter, & indissolubiliter copulauit, cum in peccatis semper maneat. Filij dicuntur prauae cogitationes, quae ex stultitia, quasi quidam filij ex vxore procreantur. Vel dicuntur filij, & vxor omnia peccata, quae sic vocantur: quia peccator diligit peccata, vt vxorem, & filios. Dicuntur autem vendi vxor, & filij, & quando peccator pro peccatis cruciandus adiudicatur inferno: quia tunc precium accipit eorum, quae commisit. Sic dicit Remigius: Vxor quidem stulti est stultitia, & carnis voluptas, & cupiditas. Et Augustinus libro de Quaestionibus Euangelicis ait: Per hoc significatur transgressorem decalogi pro cupiditate, & prauis operationibus tanquam vxore, & filijs poenas soluere debuisset, quod est precium eius: precium enim venditi est supplicium damnati. Dicitur autem, quod procidit seruus condemnatus: quia peccator videns se pro peccatis obligatum ad mortem aeternam, quam per se euadere non valet, procidit coram domino per humilianonem cordis contriti. Psal. 50. Cor contritum, & humiliatum non despicies. Dicit autem, patientiam habe in me, in quantum consistemur peccata nostra postea in ore, & petimus a Deo, qd expectationem nobis concedat, in qua efficiamur meliores. Et omnia reddam tibi, scilicet diu viuendo dona a Deo concessa in bono expendam, & tibi vsuram de illis reddam, & per bona opera sequentia recompenso damna praeteriti temporis. Sic dicit Remigius:

Homo se pro seipsum in peccata cadere: nemo per se ipsum a peccatis resurgere potest.

Vxor serui quid significat.

Quid notat seruum coram rege procidisse.

Quid per rationem ponere in isto exemplo intelligatur.

Quid talentum significat in scriptura.

Qd dicit miseris est dñs serui illi, & oē debitū dimisit.

Quid significat serui egressus.


Qd dicit debitor centum denariorum.

His verbis humiliatio, & satisfactio peccatoris demonstratur dum dicitur, procidens. In hoc verò, quod dicitur, patientiam habe in me, vox exprimitur peccatoris poscentis tempus viuendi, & spacium corrigendi. Dicitur autem, qd miseris est dominus serui illius, & omne debitum dimisit, id est absoluit ab omnibus peccatis: Deus enim nunquam dat dimidiam veniam, sed totum remittit, aut nihil: & hoc fecit ex misericordia, quia seruus nihil domino dedit aequiuale in toto, aut in parte, sed totaliter ex benignitate processit. Sic dicit Chrysostomus: Vide autem domini amorem superabundantem: petit seruus solus temporis dilationem, ipse autem maius eo, quod petijt, dedit concessionem, & dimissionem totius mutui: volebat autem, & a principio dare: sed nolebat solum esse suum donum, sed & supplicationis illius, vt non incoronatus abscedat, ideo antequam rationem poneret, debitum non dimisit: quia docere voluit a quantis debitis eum liberat, vel saltem ira ad conseruos mansuetior fieret. Quod autem dicitur, egressus seruus ille, scilicet egressus est, id est cessauit ab eis, quae prius faciebat: nam prius constabat, peccatum cognoscebat, veniam petebat, emendationem spondebat: nunc verò egressus est, quia ab omnibus his cessauit rediens ad vomitum, vt alia grauiora peccata committeret. Sic dicit Chrysostomus, & quidem vsque ad haec, quae praemissa sunt acceptabilis fuit: etenim confessus est, & promisit se reddere debitum, & procidens rogauit, & debiti magnitudinem recognouit, sed quae postea fecit indigna fuere prioribus: dicitur enim, egressus autem, &c. Quod autem alium conseruum suum inuenit, est conseruationem ad alium habere: omnes enim conserui sumus, scilicet Dei serui, sicut dixit Angelus ad Ioannem conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum: Apoc. 19. & 22. Iste autem debebat alteri aliquid, id est commiserat offensam in eum, vel damnauerat: quia debitor nemo vocatur nisi pro peccato. Dicitur autem debitor centum denariorum, quia peccata, quae committit homo in hominem centum denarij vocantur, & hoc quia contra legem sunt, quae per decem significantur. Centum autem ex decem surgit, & ita idem est dicere de decem millia talentorum, & centum denarios, quia in vtroque significatur prauaricatio facta contra legem, quae per denarium intelligitur. Sic dicit Augustinus libro de Verbis domini, scilicet. Quod autem dicitur, quod debebat ei centum denarios, ab eodem numero, scilicet decem sumitur, qui est numerus legis: nam & centum centies sunt decem millia, & decies deni sunt centum, & illa decem millia talentorum, & illi decies deni a legitimo numero non recedunt: in quo vtroque inuenies peccata: vtrique est debitor, vtrique veniae precator: omnis enim homo debitor est Dei, & debitorum habet fratrem suum. Dicendum tamen, qd licet per vtrumque numerum significetur peccata, vnus tamen ponitur magnus, id est decem millia talentorum: vt per hunc significetur ille, qui magna crimina commisit: alius autem paruus, id est centum denariorum, vt per hunc significetur minora peccata. Sic dicit Remigius: Sic ergo per debitorem decem millium talentorum designatur ille, qui maiora crimina committit: per debitorem autem centum denariorum, qui minora committit: vocantur autem peccata maiora, quae committuntur in Deum: minora verò quae committuntur in proximum: vnde ille, qui erat debitor domini, debebat decem millia talentorum: qui verò debitor conserui centum denarios: sunt autem maiora peccata in Deum, quam in proximum, quia ille maior est, & quia maior est ingratitude, & quae plura in Deum committimus. Sic dicit Chrysostomus,

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Tanta autem est differentia peccatorum, quae committuntur in hominem, & quae committuntur in Deum quanta est differentia decem millia talentorum, & centum denariorum: magis autem, & multo plus. Quod patet ex differentia personarum, & paucitate peccantium: homine enim vidente desistimus, & pigrescere peccare. Deo autem vidente secundum vnumquemque diem non desistimus: sed agimus in formidabiliter omnia, & loquimur. Non hinc autem solum grauiora apparent peccata in Deum: sed etiam a beneficio, quo sumus potiti ab ipso: fecit nos enim esse, & omnia propter nos operatus est: animam rationalem nobis inspirauit, filium suum misit, coelum nobis aperuit, & nos filios suos fecit: nunquam ergo si vnaquaque die moreremur pro eo, retribuere ei aliquid dignum, nequaquam: sed haec rursus ad vtilitatem nostram pertinent: nos autem e contrario in legibus eius offendimus. Dicitur, qui tenens eum suffocabat, id est acriter insistebat, vt vindictam ab eo exigeret, vt dicit Remigius: Et hoc est quando cum pro paruo peccato contra se commisso crudeliter mouetur quis contra proximum. Procidens autem conseruus dicitur, quando pro peccato commisso contra proximum humiliter veniam petit. Dicitur autem, patientiam habe in me, &c. quando satisfactionem pollicetur, vel se emendaturum ait, vbi satisfactionem alteri non est locus. Sed conseruus noluit, quia ingratus existens illa verba contempsit, per quae saluatus est: vt ait Chrysostomus. Vel nolle est retinere in animo rancorem, id est vindictae desiderium. Sic ait Augustinus libro de Quaestio. Euang. Noluit: id est tenuit contra eum hunc argumentum, vt supplicia illi vellent. Mitti in carcerem, donec soluat debitum, est remittere nolle rancorem, sed tandiu seruare odium, & vindictae desiderium, quousque realiter punierint offendentes: & licet impotentes sint ad nocendum potentioribus proximis, eos tamen in carcere tenere dicuntur, quando diu seruant eis iram ad aliquam diu puniendum, quando facultas fuerit: tales enim sunt difficiles, & amari, qui sunt duae species iracundorum. 4. Ethicorum, capitulo, De mansuetudine, qui difficulter soluuntur ab ira, vel non soluuntur: quousque retribuunt: in quo magna ingratitude serui huius ostenditur, vt dicit Chrysostomus, scilicet, Vide domini charitatem, & serui crudelitatem: hic pro decem millibus talentis, hic autem pro centum denarijs: hic conseruum, hic autem dominum rogabat: hic autem totalem abolutionem accepit, ille autem solum dilationem petebat, neque tamen hic dedit. Dicitur autem, quod videntes conserui eius, scilicet vtriusque ea, quae facta sunt tristati sunt. Conserui possunt vocari ceteri homines, vel angeli: quia omnes sumus conserui, cum sumus simul serui Christi. Tristati autem boni cum vident tantam iniquitatem: nam charitas non gaudet super iniquitate, sed potius tristatur. prima Corin. decimo tertio, & etiam sancti angeli tristantur eo modo, quo tristati dicuntur, vel tristitia est de perditione huius serui: nam per hanc ingratitude, quam committit, redit in priora debita, & aeternaliter perit. Sic dicit Remigius: Conserui forte angeli sunt intelligendi, aut praedicatorum Sanctae Ecclesiae, vel alij fideles, qui videntes aliquem fratrem peccatorum remissionem adeptum non velle misereri conserui sui, contristantur de eius perditione. Vel vt ait Augustinus: per conseruos intelligitur Ecclesia, quae illum ligat, & soluit: nam cum haec absoluerit aliquem a peccatis: postea per hoc, qd crudeliter se habet ad fratrem suum, videt eum incidere in maiorem damnationem: dolet de eius perditione. Dicuntur isti conserui venire, & narrare

I 3 domi-



domino: non quidem quod corpore veniant: quia ad Deum: nemo vadit, cum ipse vbiq; sit: sed cordis affectu: narramus autem quæ sunt, quando de malis, quæ proximi patiuntur condolemus, & petimus talia non manere inulta: sicut clamant sancti: quare non vindicas sanguinem nostrum? Apoc. 6. quod petere non licet ex odio, ut mala proximo cupiamus, sed ut Dei iustitiam ad honorem eius, & releuationem patientium exoptemus. Sic dicit Remigius: Veniunt quidem non corpore, sed corde. Domino autem narrare, est dolere, & contritiones cordis in suo affectu demonstrare. Quod autem dicitur, quod dominus vocauit tunc seruum. De vocatione mortis intelligitur: quia cum is cui tanta remissa fuerant, in sua iniquitate perseverat, & circa proximos crudelis exactor efficitur, adducit Deus terminum vitæ illius, & sic muliarum iniquitatum reum ad iudicium adducit. Sic dicit Remigius: Vocauit quidem dominus suus eum: vocauit enim per sententiam mortis, & ab hoc seculo migrare iussit: dominus autem ponens rationem cum seruo impio in morte, vocat eum seruum nequam, non quidem quod Deus aliquid realiter improperet: sed quia iniquitates suæ eum nequam seruum esse ostendit: in quo ostenditur grauitas peccati eius: cui cum remissa peccata à Deo clementer extiterint: erga proximos crudelis efficitur. Sic dicit Chrysostomus, & quando quidem decem millia talenta debebat non vocauit eum nequam conuictus ei: sed miseratus est. Quando autem contra seruum ingratus est effectus, tunc dicitur ei: Serue nequam. Sed sciendum, quod iste seruus, licet increpetur a domino, nihil nunc respondet excusando neque misericordiam petit, ut prius petierat: quia hic locus misericordiæ, & conuersionis est: post mortem verò tempus iusti iudicij. Etiam qui tam ingratus extiterat, velamen iniquitatis non habet, accusante eum cogitatione, & testimonium reddente conscientiam: quod fiet in die, qua iudicabit dominus ad Roma. 2. Sic dicit Remigius: Sciendum, quod seruus iste nullum responsum legitur domino dedisse, in quo demonstratur, quod in die iudicij, & statim post hominis vitam omne argumentum excusationis cessabit. Iubet autem dominus tradi seruum istum tortoribus, quia cum peccator in morte damnatus fuerit, demonibus traditur, qui tortores sunt, & gaudent in pœnis damnatorum. Sic dicit Chrysostomus: Non autem simpliciter dixit tradidit, sed iratus, quod non posuit, quod iussit eum vendi: non enim hoc erat ira, sed magis amoris ad correctionem: nunc autem hæc est sententia iudicij, & pœnæ. Sic etiam dicit Remigius: Tunc enim dicitur irasci, quando aduersus peccatores vindicat. Tortores autem dicuntur demones: quia semper ad hoc parati sunt, ut perditas animas suscipiant, & in pœna æternæ damnationis eas torqueant. Quod autem dicitur tradi tortoribus quousque soluat vniuersum debitum ad historiam exempli refertur: quia licet seruo illi nequam nihil dominus remitteret: poterat tamen aliquando solvere: ideo non adiudicauit eum dominus carceri perpetuo, sed quousque solueret: quia pro debito principaliter, & non pro crimine incarcerabatur, licet si non incurrisset ingratitude iam debitum remissum maneret: peccatores autem, qui in morte a domino iudicantur, tortoribus quidem traduntur, sed non est eis vlla expectatio neque terminus ponitur liberationis: neque aliquid est per quod euadant manus tortorum. Dicitur tamen, donec soluant vniuersum debitum, id est æternaliter, quia iste est modus circumlocutionis: sicut dicitur supra, quod remittenda est offensã usque septuagesies septies, id est semper, vel usque in æternum. Alio modo dicitur.

Quæ dicitur iudicari autem dominus tradi seruum istum tortoribus.

donec soluat: quia verum est, quod peccatores detruuntur in inferno, quia debitores sunt, & donec soluant, ibi manent, & tamen quia nunquam soluent, manebunt ibi in æternum: & non solum nunquam persoluent totum debitum: sed etiam nunquam incipient soluere minimam partem debiti. Et apparet, primò, quia si aliquantam partem soluere possent peccator in inferno de debito peccatorum suorum: necesse erat, quod in longo tempore tota res solueretur: quia in eadem proportione, in qua se habet parua pars peccati ad aliquam pœnam, vel ad aliquod tempus: in eadem se habet residuum de peccatis ad aliam pœnam, & tempus, & ita in aliquo tempore finito finiretur tota pœna damnatorum, & omnes damnati liberarentur de inferno, quod falsum est: ideo dicitur, quod sicut pro toto debito nunquam soluent: ita neque pro aliqua parte, & consequenter nunquam incipient soluere: sed semper manet debitum integrum. Secundò, quia soluere debitum peccatorum est satisfacere Deo, in quem peccauimus, & ad satisfaciendum Deo oportet, quod illi acceptet ea, quæ offeruntur, sed Deus non acceptat aliquid factum, vel toleratum a peccatore, quia extra charitatem est: ergo nunquam poterit satisfacere, neque incipere satisfacere: sed manebit semper debitum integrum, & pœna erit æterna. Sic dicit Remigius: Nunquid autem postquam aliquis demersus fuerit in æternam damnationem, poterit inuenire aditum, & spacium se corrigendi, aut aditum exeundi? Et respondet, non: sed quousque ponitur pro infinito, & est sensus semper soluet, & nunquam persoluet, sed semper pœnam luet. Sic etiam dicit Chrysostomus: Per hoc, quod dicitur quousque, ostenditur, quod continue, id est æternaliter punietur, & non reddet aliquando. Cum autem dicit: Sic faciet vobis pater meus cœlestis, ostendit ad quid posuerit exemplum, scilicet, ut nos remittamus debitoribus, quia aliter reuocabuntur debita, quæ nobis Deus dimiserat. Dixit autem de cordibus vestris, quod intelligitur vno modo, id est, ut non fidei remittamus reseruantem rancorem in corde. Sic dicit Augustinus libro de Verbis domini: melius est enim, ut clames ore, & dimittas in corde: quam ut sis blãdus in ore, & crudelis in corde. Secundò potest intelligi remissio in corde, id est, ut licet pœnam aliquam imponamus, non fit illa ex odio, sed ex charitate: ut interdum aliquibus offendentibus dimittimus, quos aliquo puniri volumus, ut meliores fiant, & talibus ex corde remittimus potius, quam si eis totam pœnam dimittamus: cum per hoc bonum eorum procuremus. Sic dicit Augustinus, vbi supra: Ideo enim dominus subdidit, ex cordibus vestris, ut si per charitatem imponimus disciplinam, de corde lenitas non recedat: quid enim tam pius, sicut medicus ferens ferramentum? sanuit in vulnus, ut homo sanetur: quia si vulnus palpatur, homo perditur, & tamen communior est sensus primus. Sic dicit Hieronymus: ideo etiam dominus addidit de cordibus vestris, ut omnem simulationem fictæ pœnæ auerteret. Tota autem intentio Christi in exemplo isto est inducere nos ad remittendum offensas proximis, & hoc per duo. Primò exemplo sui, quia ipse nobis maiora dimittit, quia quilibet homo se habet ad ipsum, sicut debitor decem millium talentorum ad regem: homo autem ad proximum offendentem, sicut conseruus ad debitorem centum denariorum. Secundò per comminationem pœnarum. De primo dicit Hieronymus: Præcepit dominus Petro, sub comparatione regis domini, & serui, qui debitor decem millium talentorum a domino rogans veniam impetrauerat, ut ipse quoque dimittat conseruis suis

Peccatores nunquam soluent partem debiti in inferno.

minora

minora peccantibus. Sic etiam Origenes ait: Vult docere nos faciles esse ad indulgendum eis, qui nocuerunt nobis: maxime si satisfaciunt, & deprecantur sibi veniam dari. De secundo patet in litera, scilicet, sic faciet pater meus cœlestis vobis: & quia magis mouentur communiter homines terrore, quam amore, & ratione: ideo hoc magis Christus expressit: & iste licet sit sensus tropologicus ad hanc literam, tamen per applicationem efficitur principalis, & quasi literalis. Potest tamen exponi allegoricè de populo Iudaico, & Gentilibus ad Christum conuersis. Sic dicit Rabbanus allegoricè: Seruus iste, qui decem millia talenta debuit, populus Iudaicus est decalogo legis ascriptus, cui dominus sæpe dimisit debita, quando in angustijs constituti illius misericordiam deprecabantur: sed liberati omnes debitores atrociter repetebant, & à Gentili populo, quasi sibi obnoxio circuncisionem, & ceremonias legis expectant, & prophetas, & Apostolos crudeliter trucidarunt: unde tradidit eos dominus in manus Romanorum, vel malignorum spirituum, qui in æternum cruciatibus eos punient.

An erat licitum uxorem debitoris, & filios, & ipsum debitorem venundari. Quæst. CXXXVII.

QVAERITVR, cum dicatur in litera, quod dominus iussit venundari uxorem debitoris, & filios, & ipsum debitorem. Nam videtur hoc esse iniustum, quia homo pro debito non venditur, maxime illi, qui non contraxerunt debitum. Aliqui dicunt, quod licitum erat homines vendi pro debito, & non solum ipsum debitorem, sed etiam eos, in quos transit successio, scilicet filios, & hoc maxime secundum consuetudinem, quæ erat inter Iudæos: sic patet 4. Regum 4. de muliere, quæ clamauit ad Elifæum, cuius vir mortuus obligatus erat creditoribus pro mutuo, & soluere non poterat, pro quo filios suos timebat vendendos esse: unde ait, ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad seruendum sibi: ergo illi serui effici debebant pro debito contracto a patre. Dicendum, quod inter Iudæos non erat talis consuetudo. Hoc enim speciale erat inter Iudæos, quod nunc non est, quod vir sui iuris posset seipsum vendere alteri Iudæo, & licet se simpliciter venderet, non durabat seruitus, nisi vsque ad annum remissionis, qui erat annus septimus. Exod. 21. & Leuit. 25. & Deuter. 15. Anno autem illo liberabatur: nisi pro certa causa eligeret manere seruus semper, & permitteret sibi aurem perforari, quia tunc non liberabatur vsque ad Iubilæum: Exod. 21. & Leuit. 25. inuitus tamen nemo vendebatur pro debito: nisi forte debitum descendebat ex delicto, ut si quis furabatur, tenebatur ad restitutionem in forma certa, & si non haberet unde soluere, venundari debebat, Exod. 22. quando tamen descendit ex mutuo, vel aliâ non ex delicto, non venundabatur debitor: & tamen debitum prophetæ mortui erat ex mutuo, cum dicitur 4. Regum 4. Ecce creditor venit, id est, qui pecuniam mutuauit: ergo pro illo debito non erat quis vendendus: maxime, quia etiam si quis vendendus esset pro debito, erat verum quantum ad ipsum debitorem, non autem quantum ad successores, qui non contraxerunt debitum, & sic nullum delictum in eis est: ideo non poterant tolli filij prophetæ, ut venderentur. Sed dicendum, quod tollebat ad seruendum non quidem, ut serui essent, sed ut seruirent, id est operas suas præstarent creditori vsque ad satisfactionem pro debito, & ita est de iure humano, quod debitor, qui non habet unde soluat, cogatur præstare operas suas creditori, & tempore, quo præstantur operæ potest

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

teneri debitor: ut habent iura quarundam gentium: ita ergo illi duo filij prophetæ poterant tolli ad seruendum: non ergo poterat iste dispensator regis secundum consuetudinem Iudæorum vendi. Primò, quia pro debito nemo venditur nisi descendat ex crimine: hic autem non apparet crimen. Secundò, quia etiam si aliquid crimen esset, solum esset quantum ad ipsum dispensatorem regis, ideo ipse solus deberet vendi, & non filij, & tamen filij iubentur vendi. Tertio, quia iubetur etiam vendi vxor, & istud est magis exorbitans: nam pro debito, vel crimine patris, quod filius aliquid patitur, vel vendatur habet aliquem colorem: eo quod filius est aliquid, quod est patris. 5. Ethicorum, & 8. vxor autem non est aliquid mariti nisi quantum ad actum coniugalem, in quo pares sunt: cum vir non habeat potestatem sui corporis, sed mulier, & è contrario. prima. Corin. 7. Ideo, quod ista pro debito, aut delicto mariti vendatur absurdum est: unde 4. Regum 4. capitulo. Timebat mater, quod tollerentur filij eius pro debitis patris eorum: non tamen timuit, quod ipsa tolleretur ad seruendum. Nam dixit, ecce creditor venit, ut tollat duos filios meos ad seruendum sibi: non ergo poterat fieri venditio ista ex consuetudine Iudæorum. Alij dicunt, quod poterat fieri venditio, quia non fiebat pro debito, sed pro crimine. Dicendum, quod non stat, primò, quia non apparet hic crimen aliquod, sed solum, quod iste inuentus est debitor domini sui: nisi forte quis dicat, quod dilacerauerat facultates domini, & pro hoc infligitur pœna. Sed non stat, quia hic non apparet dilaceratio expressè, sed fortè acceptit dispensator pecuniam domini sui ad conuertendum in lucra sua, ut aliquando redderet domino, & accidit, quod perderet omnia negociando, sicut interdum accidit. Etiam quia dato quod dilacerasset bona domini abutendo, non erat crimen, pro quo deberet puniri si soluendo esset: & ideo non est crimen, pro quo infligatur pœna. Secundò, quia dato quod esset crimen aliquod, satis apparet, quod dominus non procedebat in his ad punitionem criminis, sed ad recuperationem debiti, cum iussit venundari seruum hunc, & vxorem, & filios, & reddi sibi debitum: ut patet in litera. Tertio, quia dato quod esset crimen aliquod hic, & pro illo deberet venundari seruus iste non habens unde soluere. Exod. 21. tamen non deberet vendi vxor, & filij, & tamen iubentur isti vendi: ideo non erat pro hoc licita venditio. Alij dicunt, quod vendi poterant isti, quia erant serui: erat enim seruus administrator ille, & vxor eius, & filij erant etiam serui, ideo poterat eos iuste rex vendere. Dicendum, quod non stat, quia si serui essent, poterat illos vendere etiam non existente debito, aut crimine, quia seruus est pecunia domini sui, Exod. 21. vel possessio domini, siue organum eius. 8. Ethicorum, & primo Politicorum, & tamen hic iussit vendi pro crimine, vel debito, ut patet ex litera, ergo non erant serui. Secundò, quia etiam non prodesset hoc domino: quia pro illis daretur quantum illi valerent, & tamen habendo eos habebat quantum valebant, ideo non esset aliqua utilitas vendere eos pro debito: quia nihil acquireret, vendendo illos. Tertio, quia innuitur ex litera, quod ex pecunia illa soluere debitor: nam dicitur, quod iussit vendi, & reddi: & tamen ex illa pecunia nihil poterat solui domino: quia illa pecunia erat domini, cum ipse seruus sit domini pecunia, Exo. 21. ergo non erant serui. Quarto patet, quia dicitur, cum non haberet unde soluere, in quo innuitur, quod habere poterat, licet de facto non habebat: & tamen seruus habere non potest aliquid, cum ipse non sit sui iuris, sed quidquid acquirat, domino acquirat, ergo non stat.

I 4 Quinto,



Quintò, quia dicitur, quod iussit vendi omnia, quæ habebat, & sic non erat seruus cum aliquid haberet proprium. Sextò, quia ille dixit, patientiam habere in me, & omnia reddam tibi, id est solvam. & tamen seruus non potest aliquid solvere cum nihil possit habere. Septimò, quia ille habebat ad magnam poenam, quod venderetur, & tamen si esset verè seruus non esset hoc poenale: nam per venditionem non transit in vltiorem seruitutem. Octauò, quia ad vltimum dominus iussit eum tradi tortoribus quousque redderet vniuersum debitum, & sic non erat seruus, qui soluere aliquid poterat, & sic non stat hoc. Alij dicunt quod non erat iustum hoc fieri, sed erat aliqua parua barbarorum in qua ipsum iniustum, & absurdum pro iusto accipitur, quales dicit Arist. leges esse eorum, qui saluati sunt ex corruptione, qui vxores pro ferro vendi concedebant. 2. Politicorū. Sed dicendum, quod non stat, quia Christus inducit istud tanquam exemplum, & concludit: sic faciet vobis pater meus cœlestis: & tamen Deus non facit aliquid iniustum: ergo non erat malum, aut iniustum, quod hic dicitur de venditione filiorum, & vxoris.

Dicendum, quod vendi iustum debitorem, & vxorem, & filios pro debito non erat iustum, neque rex hoc facturus erat etiam si debitor non rogasset eum, sed dixit hoc ad incutiendum ei timorem: erat enim benignus rex, & videns debitum, & impotentiam illius ad soluendum remittere voluit, & tamen noluit remittere sic simpliciter, sed voluit, quod debitor hoc rogaret, vt haberet causam hoc faciendi: & vt debitor magis impelleretur ad rogandum, ei inculsit timorem, quod vellet eum, & vxorem, & filios vendi, vt sic ille necessitate coactus procederet rogans dominum, & ille remitteret. Sic dicit Chrysost. Vide diuini amoris superabundantiam, petit seruus solus temporis dilationem: ipse autem maius cœcessit, totius, & mutui dimissionem: volebat autem & a principio dare, sed nolebat solum esse suum donum, sed supplicationis illius, vt non incoronatus abscedat: ideo antequam rationem ponat, debitum non dimisit, quia docere voluit a quantis debitis eum liberat. Et super illo verbo: Iussit vendi vxorem eius, & filios dicit. At hoc non ex crudelitate iussit, sed ex ineffabili affectione: voluit enim eum terrene per has minas, vt supplicet, & non vt vendatur, quod & factum ostenditur.

*Quare posuit hic Christus de venundatione debitoris vxoris, & filiorum: cum hac iniusta videantur.*

*Quæst. CXXXVIIII.*

**Q**VAERETVR, cum non esset iustum vendi debitorem, & filios, & vxorem pro debito: quare posuit illud Christus hic, cum non ponat nisi ea, quæ bona, & iusta sunt: maxime, quia videtur esse inconueniens, quia in fine dicitur: sic faciet pater meus cœlestis, & tamen Deus non agit iniustum. Dicendum, quod illud sic non refertur ad omnia narrata in exemplo: sed solum ad ea, quæ ponuntur in fine de incarceratione vsque ad solutionem debiti. Et patet hoc, quia dicitur: sic faciet vobis pater meus cœlestis, id est sic faciet, sicut fecit rex seruo suo, & tamen non vendidit vxorē eius, & filios, & ipsum, sed solum incarcerationem eum, donec redderet vniuersum debitum. Hoc ergo est, quod Deus faciet, & ad hoc inducitur similitudo exempli, & illud iustum est. Sed dicitur, si hoc neque erat iustum, neque ponitur imitabile, quare ponitur, & recitatur à Christo in exemplo isto? Dicendum, quod primò fuit, quia fortè pertinebat ad integritatem historie: nam istud de dispensatore, & domino fortassis sic realiter accidit, & pars illius fuit, quod dominus dixerit di-

spensatori, quod eum faceret vendi, & filios, & vxorem: ideo etiam si non faceret ad propositum ista particula enarrata est, quia ad integritatem historie pertinebat: sic saepe facimus in doctrina, & in communi locutione: quia inducimus aliquas integras historias ad confirmationem dictorum istorum, & illarum breues solæ particule faciunt ad propositum nostrum, & tamē integras referimus: quia si solas illas particulas velimus referre, fiet res non intelligibilis. Secundò, & principalis, quia Christus voluit rem verisimilem reddere: nam ad artificiosum eloquium pertinet, quod ex ipsa narratione colligantur causa narrationis, & appareat res, quæ refertur verisimilis auditoribus. Si enim inuento, quod dispensator ille debebat decem millia talentorum, non tubderetur, quod dominus fecisset ei aliquas comminationes, sed solum simplici verbo peteret reddi sibi debitum: non esset verisimile, quod debitor procederet ad pedes eius dicens, patientiam habere in me, & omnia reddam tibi: quia nihil esset pro quo hoc faceret, & sic vel deberet subteritari, quod sequitur in historia, & habet originem ex eo, quod ille procedens petiuit debiti soluendi expectationem dari, quam dominus concessit, vel si poneretur non esset res verisimilis sublati comminationibus istis: ideo cum Christus vellet enarrare istud exemplum ad concludendum illud, sic faciet vobis pater meus, &c. debuit ponere comminationes aliquas quas fecerit rex, pro quibus seruus timere procedit ad pedes, & quia ille erat de vendendo vxorem, & filios, & ipsum, voluit potius illas ponere, quæ rem fictam adiungere.

*Quare rex non fecit debitorem, & eius vxorem, & filios vendi post ingratitude, quam in conuersum commisit.*

*Quæst. CXXXIX.*

**Q**VAERETVR, cum seruus iste nequam per ingratitude, quam commisit meruerit incidere in omnes poenas, quas dominus ei remiserat, cum nunc esset deterior, quam cum inuentus fuit debitor decem millium talentorum, & tamen tunc iussit eum vendi, & vxorem, & filios: quare ergo nunc non fecit illos vendi? Dicitur potest vno modo, quod dominus intendebat recuperare debitum sibi, & quia tenendò illum in vinculis credebatur se posse habere solutionem, iussit solum incarcerationem eum, dicens, quod traderetur tortoribus, id est custodibus carceris, qui solent homines torquere, quousque solueret vniuersum debitum: & tamen si putaret, quod non posset sic recuperare debitum, non diceret, quoad vsque reddat vniuersum debitum: sed diceret, quod traderetur tortoribus mansurus in carcere in perpetuum. Et hoc etiam apparet ex dictis serui, quando iubebat eum dominus vendi: nam dixit. Omnia reddam tibi, patientiam habere, id est da mihi aliquantam expectationem, & solvam totum debitum: & tamen si ille non crederet hoc posse facere, & rem esse verisimilem alijs, scilicet, quod ipse soluere posset: non diceret omnia reddam tibi. Secundò, vt aliqui volunt, fuit quia dominus intendens recuperare debitum, & putans non posse illum soluere dixerat, quod venderetur ille, & vxor, & filij: postea ille dixit, patientiam habere in me, & omnia reddam tibi, id est si aliquantulam expectationem dederis, etiam si non vendas me, & filios, & vxorem potero tibi vniuersa reddere, & tunc dominus inueniens, quod posset soluere debitum, noluit eum vendere, licet fuerit ingratus, sed incarcerationi iussit quousque omnia soluere. Istud satis est verisimile, scilicet, quod præsupponitur, quod dominus à principio verè intenderet vendere seruam.

& filios, & vxorem eius ad recuperandum debitum: & tamen fallum est, quia non hoc intendebat, sed solum erat comminatio, vt ostensum est supra quæst. 37. & ideo magis stat præcedens dictum. Tertio & melius adhuc dici potest, quod dominus nunquam intenderat vendere dispensatorem, & filios, & vxorem, siue soluere posset, siue non, sed hoc dixit comminando, vt dictum est supra quæst. 127. & ideo quando deuentum est ad executionem non vendidit illum, & vxorem, & filios, quia comminatio erat, sed solum incarcerationem cum vsque ad debiti solutionem.

*An peccata semel dimissa redeant.*

*Quæst. CXL.*

**Q**VAERETVR, circa ea, quæ dicuntur hic, est dubium: nam dicitur, sic faciet vobis pater meus cœlestis, si non remiseritis, scilicet, sicut fecit dominus dispensatori: & tamen peccata, & debita dimissa repetuntur: ergo Deus repeter in nobis peccata præterita, & faciet illa redire, si postquam ipse remiserit nobis, nos noluerimus remittere proximis: est ergo dubium, an peccata semel dimissa redeant. Aliqui dicunt, quod sic, quia ex litera ista manifestè colligi videtur. Nam aliter non faceret nobis Deus, sicut rex dispensatori: sed debita iam illi dimissa redierunt, quia non dimisit conferuo suo, ergo peccata nostra, quæ sunt debita nostra, redibunt si non remiserimus proximis. Secundò patet, quia dicit Leo Papa: Quæ Diuina Misericordia solidauit, in ea reuoluit prurigo: quoniam iterata iniquitas misericordiam concessam exinanivit. i. euacuauit: ergo videtur, quod redeant peccata priora in eo, qui post remissionem illorum peccat. Tertio, quia amoto operimento manet nudum, & patens quod operiebatur, sed charitas operit multitudinem peccatorum. primæ Petri quarto: ergo amota charitate manebunt nuda, & apparentia peccata, quæ operiebantur, sed per omne peccatum mortale tollitur charitas: ergo per omne mortale redibunt omnia mortalia præterita, quia aliis non apparent, cum apparere sit illa imputari ad poenam: regi autem sit illa remitti. Psal. 31. Beati quorū remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: sic pro eodem accepit remitti, & regi. Quarto, quia Ezech. 18. dicitur: Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitias quas fecerit non recordabuntur: ergo in eodem statu est, vt si nullam iustitiam fecisset, sed si non fecisset iustitiam penitentiam non essent ei peccata dimissa: ergo dimissio illa peccatorum annihilatur, quia hoc est non esse in memoria Dei. ad bonum, vel ad malum non imputari, & sic peccata dimissa redibunt, quia erunt, sicut quando nondum de illis peccator penituerat. Quintò, quia magis peccat, qui offendit Deum, quam qui hominem, quia longè grauius est æternam, quam temporalem lædere maiestatem: extra de Hæreticis capitulo Vergentis. Sic seruus, qui ab aliquo domino manumissus est, si offendat eum, redicitur iterum in seruitutem: ergo à fortiori si quis per Diuinam gratiam liberatur à seruitute peccatorum, si rursus peccet, redibit in pristinam seruitutem peccatorum, & ita peccata dimissa redeunt. Sextò patet, quia si quis post contritionem de peccatis præteritis cadat in aliud, & moriatur statim, constat quod descendit in infernum, & ibi punietur pro peccatis dimissis per contritionem, cum non fuerit dimissa tota poena illorum, & quia in inferno nulla poena est, nisi æterna, punietur æternaliter pro peccatis dimissis: & tamen non plus punietur, si peccata ista nunquam fuissent dimissa: ergo per reciduationem in peccatum redeunt omnia dimissa, & redeunt: qualiter, sicut prius. Septimò,

A quia sicut per poenitentiam remittuntur peccata, ita per actuale peccatum mortificantur merita præterita: sed per poenitentiam, quia peccatum destruit, reuiuiscunt priora merita iam mortificata: ergo per peccatum, quod poenitentiam destruit, per quam dimittebatur peccatum, reuiuiscunt peccata præterita, & hoc est illa redire ergo redeunt. Octauò patet, quia August. libro de Verbis Domini ait: Dominus dicit, dimittite, & dimittetur vobis: si ergo prior dimissi: dimittite: vel postea: nam si non dimiseris reuocabo te, & quidquid tibi remiseram replicabo tibi: non enim fallit, aut fallitur, Christus, qui ait, sic faciet vobis pater meus cœlestis, si non remiseritis peccata: ergo redeunt peccata.

Dicendum, quod accipiendum proprie peccatum, id est, quod quantum ad seipsum redeat, fallum est, quia peccatum, quod semel dimissum est, si rediret, aut rediret quantum ad actum, aut quantum ad culpam, aut quantum ad maculam, aut quantum ad reatum, aut quantum ad poenam. Nam in peccato non sunt plura, & quæcunque alia ponuntur reducuntur ad hæc, vt tenebra, & offensa: & tamen quantum ad aliquid illorum non redit peccatum, ergo nullo modo redit. De actu patet, quia non potest redire actus, nisi reperatur, & tamen non reperitur actus per hoc, quod quis incidat in alia peccata de nouo, quia non committit eundem actum numero: eundem enim actum numero redire postquam omnino deserit esse, est impossibile, quia illius substantia, esse totaliter perijt. De culpa eodem modo patet: nam culpa non est nisi priuatio debite rectitudinis in actu, quando caret debitis circumstantijs: priuatio autem fundatur in actu illo, sed actus redire potest, & non potest redire: ergo includit contradictionem redire, sicut quod destructis oculis maneat cecitas. i. pereire homine, qui habebat oculos sine potentia visiva. De macula patet, quia macula est deformitas animæ in quantum est imago Dei, quæ debet habere pulchritudinem, vel ornamentum debitum, & istud est gratia, & cum caret illa, est deformata per caritatem: illa autem macula non redit, quia deleta est per penitentiam: nam quando dolo peccator de peccato, datur gratia, per quam tollitur macula, quæ erat priuatio gratiæ: & ideo non potest iam esse seu manere priuatio gratiæ: & ideo non potest iam esse seu manere priuatio cū habitu, sicut non potest manere cecitas cū potentia visiva, sed alia macula postea sequitur, quado de nouo incidit in peccatum mortale, quæ non potest esse eadem macula, cū non inducatur per idem peccatum. Etiam, quia illa prior macula penitus desijt esse, cum esset priuatio, & quod omnino annihilatur non redit. De reatu etiam dicendum est, quod non redeat, quia ille reatus perijt: incurrit enim peccator per peccatum in reatum mortis æternæ, à quo per contritionem liberatur: manet autem tunc reatus ad poenam temporalem, vel purgatoriam, & illa potest per satisfactionem deleri hic, & ita desinit esse totus reatus: hinc autem redire cū esse desierit est impossibile, sed reatus nouus ad poenam æternam causatur per nouum peccatum. De pena dicendum, quod illa non redit, quia aut accipitur pena pro seipsa, aut pro obligatione ad illam. Si primo modo, manifestum est, quod pena non redit, quia non potest redire quod nunquam fuit, & tamen per hoc, quod quis peccat non incidit in aliquam penam actualem, sed solum in obligationem ad illam, vt toleret illam post mortem, siue in inferno, siue in purgatorio: ergo pena sic nunquam redit. Si accipitur pro reatu penitentium est, quod non redit reatus præcedens, vt supra dictum est, sed de nouo causatur reatus: ideo non redit peccatum. Quantum ad aliquid verò hoc idem probatur, quia dicit August. in lib. de responsionibus Prosperi, Qui recedit à Christo, & alienatus à gra viuuit hanc vitam, quod nisi in perditionem vadit, sed

sed non in id, quod est dimissum redit, neque originali peccato damnabitur: ergo non redeunt peccata dimissa, quia tunc ita rediret originale, sicut cetera peccata. Item, quia committendo peccatum æquale, non fit vnus homo deterior alio, quia aliàs non poneretur peccatum in eis esse æquale, sed contingit innocentē, qui nunquam peccauit, & poenitentem, qui nunc est in gratia peccare, & tamen ante hoc potuit committere idem peccatum: ergo per illud non fit deterior poenitens, quàm innocens: & tamen si peccata priora redirent, efficeretur deterior poenitens, quia redirent omnia, quæ prius commiserat: ergo non redeunt. Est tamen dicendum, quod licet non propriè redeant peccata iam dimissa, vt ostensum est supra: non potest tamen omnino negari illa redire, cum auctoritates tã Sacræ Scripturæ, quàm Sanctorum hoc videantur sonare. Et tamen qualiter redeant est inquirendum.

Aliqui dicunt, quod peccatum redit quatum ad penam, quia pena, quæ aliàs erat debita pro peccato, & poenitenti remissa, redit postea. Et quando obijciunt contra istos, quod tunc pro eodem peccato bis aliquis puniretur. Dicunt, quod non punitur, quia non egit satisfactionem integram, cum non perseverauerit: debuit enim iugem peccati habere memoriam, non ad faciendum, sed ad cauendum. Debuit enim cogitare omnes retributiones Dei, quæ tot sunt, quor sunt remissiones peccatorum: tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot peccata sua, ac pro illis vsque in finem gratias agere: vt dicit Magister 4. Sentent. dist. 22. Sed dicendum, quod non stat, quia pro quolibet peccato respondit poena quædam determinatè, pro qua potest fieri remissio sub conditione, quia faciendū sic sub conditione, aut verè remittuntur peccata, aut non. Si verè remittantur, non stat vlla conditio: quia tunc expectaretur euentus conditionis, & illa conditio semper pender vsque ad mortem: quia etiam quis caueat illa peccata, quia tamen quamdiu viuunt adhuc semper potest incidere in illa, manebit vsque ad mortem, quod non sint remissa, vel si ante remittuntur non stat conditio. Si autem non remittantur, sed expectetur conditio, oportet manere omnia peccata sine remissione vsque ad mortem, cum vsque ad mortem possit quis peccare in illis quatuor, & tunc, aut manent peccata non remissa quantum ad maculam, vel reatum poenæ æternæ, aut quantum ad reatum poenæ temporalis. Primo modo non constat, quia cui manet macula, vel reatus poenæ æternæ, manet priuatio gratiæ: & est sine charitate: quod est absurdum, scilicet, quod contrarietur quis verè de peccato, & non sit in charitate, neque restituatur sibi per hoc. Si quantum ad reatum poenæ temporalis est inconueniens, quia omnis talis poena potest tolli per satisfactionem temporalem, cum sit finita: ideo si illam hic homo egerit, erit remissa poena illa, & non manebunt peccata sine remissione, & ita non potest dici, quod fiat remissio cū conditione. Nisi forte diceretur, quod peccata totaliter remittuntur: & tamen si incidit peccator in aliquod istorum quatuor vult Deus omnem penam debitam pro peccatis præteritis rursus infligere, sed hoc non est inconueniens cum satisfactio perfecta à Deo accepta præcesserit, & quod semel solutum est, amplius non repetitur. Secundò, quia causa sufficiens statim inducit effectum suum, & non expectatur in futurum: causa tamen remissionis peccatorum est ipsa gratia, & Christi passio à qua accipiunt omnia sacramenta efficaciam, & sunt ista sufficientia ad delendum omne peccatum, ideo statim illud delent, & non expectatur effectus sub conditione. Tertio, quia non est aliqua causa, dato quod posset fieri remissio sub conditione vitandi ista, quare potius fieret, quàm sub conditione vitandi alia, cum

tur homo semper consequi gratiam propter illum, quousque poeniteret, & ita poenitentia abstulit sibi istam vim, sed ista vis semel perdit non restituitur, nisi ipsemet actus reiteretur, quod est impossibile: ideo non habet vim impediendi gratiæ consecutionem peccatum, quod per poenitentiam delatum est, licet incidamus in alia.

Alij ideo dicunt, quod peccata dimissa non redeunt, nisi per commissionem quatuor peccatorum, scilicet, odij fratrum, apostasiæ, contemptus poenitentia, & huius quæ est dolere, quod de peccato poenitentiam egerimus: in ceteris autem per culpam sequentem dicunt non redire peccata præterita: vnde versus.

*Fratres odit, apostata fit, spernitq, fateri.  
Poenituisse piget, pristina culpa redit.*

Sed dicendum, quod ista positio est irrationabilis. Primò, quia dicunt peccata redire, & non assignant modum redeundi, id est, quantum ad quid redeunt, cum de hoc sit tota difficultas. Secundò, quia ponunt speciale esse in his quatuor peccatis, & tamen non est, cum alia reperiantur æqualia, & maiora: nam deberent tunc peccata præterita redire per omnia peccata commissã in Spiritum Sanctum, & tamen non ponuntur omnia hic. Sed mouentur isti quibusdam auctoritatibus peruersè intellectis, & quibusdam friuolis rationibus: est enim fundamentum eorum, quod peccata remittuntur homini sub conditione euitandi ista quatuor peccata, & ita si in aliquod istorum quatuor quis incidat, quod redeant omnia præterita: eo quod non erant dimissa. Sed non stat: primò, quia non potest fieri remissio sub conditione, quia faciendū sic sub conditione, aut verè remittuntur peccata, aut non. Si verè remittantur, non stat vlla conditio: quia tunc expectaretur euentus conditionis, & illa conditio semper pender vsque ad mortem: quia etiam quis caueat illa peccata, quia tamen quamdiu viuunt adhuc semper potest incidere in illa, manebit vsque ad mortem, quod non sint remissa, vel si ante remittuntur non stat conditio. Si autem non remittantur, sed expectetur conditio, oportet manere omnia peccata sine remissione vsque ad mortem, cum vsque ad mortem possit quis

peccare in illis quatuor, & tunc, aut manent peccata non remissa quantum ad maculam, vel reatum poenæ æternæ, aut quantum ad reatum poenæ temporalis. Primo modo non constat, quia cui manet macula, vel reatus poenæ æternæ, manet priuatio gratiæ: & est sine charitate: quod est absurdum, scilicet, quod contrarietur quis verè de peccato, & non sit in charitate, neque restituatur sibi per hoc. Si quantum ad reatum poenæ temporalis est inconueniens, quia omnis talis poena potest tolli per satisfactionem temporalem, cum sit finita: ideo si illam hic homo egerit, erit remissa poena illa, & non manebunt peccata sine remissione, & ita non potest dici, quod fiat remissio cū conditione. Nisi forte diceretur, quod peccata totaliter remittuntur: & tamen si incidit peccator in aliquod istorum quatuor vult Deus omnem penam debitam pro peccatis præteritis rursus infligere, sed hoc non est inconueniens cum satisfactio perfecta à Deo accepta præcesserit, & quod semel solutum est, amplius non repetitur. Secundò, quia causa sufficiens statim inducit effectum suum, & non expectatur in futurum: causa tamen remissionis peccatorum est ipsa gratia, & Christi passio à qua accipiunt omnia sacramenta efficaciam, & sunt ista sufficientia ad delendum omne peccatum, ideo statim illud delent, & non expectatur effectus sub conditione. Tertio, quia non est aliqua causa, dato quod posset fieri remissio sub conditione vitandi ista, quare potius fieret, quàm sub conditione vitandi alia, cum

Alij autem dicunt, quod peccata dimissa non redeunt quantum ad maculam, neque reatum, neque penam, sed redeunt quantum ad impediendū à consecutione gratiæ, sicut enim postquam quis peccauit, antequam poeniteret per illa peccata impediēbatur habere gratiam: ita postquam rursus incidit in peccatum post poenitentiam de peccatis præteritis, incipiunt illa impedire ad recipiendum gratiam, sicut prius impediēbant. Sed dicendum, quod non stat, quia poni impedimentum ad recipiendum gratiam est, sicut poni impedimentum ad non recipiendum lucem, quod est causare tenebras, & ad hoc sufficit alterum duorum per se, scilicet, indispositio ex parte recipientis, & interpositio obstaculi: & tamen ad amouendum tenebras, oportet vtrumque amoueri, scilicet, indispositionem tolli, & obstaculum remoueri. Et ita cum poenitentia tollerent tenebras peccatorum, non solum tollebat indispositionem ex parte animæ ad recipiendum gratiam, sed etiam obstaculum præcedentis peccati: non quidem faciendo, quod actus ille non præcesserit, & non impediērit aliquando, quia hoc, cū præteritum sit, non potest non esse præteritum, nec etiam quantum ad hoc, quod fecerit actum non esse, quia actus per seipsum esse desijt, etiam si nulla esset poenitentia, sed quantum ad hoc quod facit, quod actus ille iam nõ retineat vim impediendi consecutionem gratiæ, sicut prius impediēbat. Nam licet actus peccati transisset, impediēba-

tur homo semper consequi gratiam propter illum, quousque poeniteret, & ita poenitentia abstulit sibi istam vim, sed ista vis semel perdit non restituitur, nisi ipsemet actus reiteretur, quod est impossibile: ideo non habet vim impediendi gratiæ consecutionem peccatum, quod per poenitentiam delatum est, licet incidamus in alia.

cum omne peccatum repugnet gratiæ, per quam fit remissio peccatorum: & ideo in nullo peccato fit remissio sub conditione, & ita peccata non possunt sic redire.

Dicendum igitur, quod peccata redire dicuntur: non quidem quantum ad se, quod est redire quantum ad actum, culpam, maculam, reatum, aut penam, quia omnia ista sunt aliquid in peccato: sed redeunt peccata dimissa quantum ad effectum suum, quia ex peccatis commissis relinquitur aliquid in sequentibus peccatis etiã postquam illa remissa fuerint: ex eo enim, quod homo per peccatum offendit Deum, postquam remissionem præcedētium peccatorum accepit, actus sequens peccati incurrit quandam deformitatem ingratitudinis, quia grauius reputatur peccatum quod quis facit, postquam accepit remissionem, quã prius: sicut grauius peccat, qui offendit illum, à quo beneficia suscepit, quàm si offendat eum, à quo nulla vnquã beneficia suscepit, & quia remissio peccatorum est beneficium quoddam, quod à Deo recepimus ultra cetera beneficia, magis ingratus est, qui post remissionem peccatorum peccat, quàm prius. Et ista deformitas ingratitudinis addit aliquam magnitudinem peccato, & quantum ad hoc redeunt peccata dimissa, quia nisi illa præcessissent, non esset ista magnitudo peccati.

Ad primum dici potest vno modo, quod ex ista litera non significatur, quod peccata redeant, quia dicitur: Sic faciet vobis pater meus cœlestis, si non remiseritis, & cetera, id est, sicut rex tradidit dispensatorem tortoribus, donec solueret vniuersum debitum: ita Deus tradet vos in poenas æternas, si non remiseritis: & tamen non sequitur inde, quod peccata redeant, cum hoc Christus non exprimat. Et si dicas, quod in dispensatore istud fuit, quia debita dimissa redierunt. Dicendum, quod non oportet applicari omnes partes illius exempli: quia tunc oportet dici, quod filij, & vxor peccatoris vendantur, quod non est necessarium, cum etiam in ipso dispensatore hoc non factum fuerit. Item, quia si applicaretur exemplum omnino, sicut iacet, cum debita remissa dispensatori totaliter redierint, ac si nunquam ei fuissent remissa: oportet, quod peccata remissa per culpam sequentem redirent, ac si nunquam fuissent dimissa, vel saltem tota poena debita pro eis rediret, quod nemo verum putat: ideo satis est applicari aliquam partem, scilicet, quantum ad poenam æternam, quæ dabitur non remittentibus offensas: non autem quantum ad reatum peccatorum remissorum. Aliter potest dici, quod verum est, quod peccata voluit Christus redire, sicut redierunt debita dispensatoris: non tamen quod redeant in seipsis, sed quantum ad deformitatem ingratitudinis, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quod misericordia Dei exinanitur in peccante rursus quantum ad aliquid: Misericordia enim Dei per quam dimittuntur peccata, ad duo facit. Primum est ipsa remissio peccatorum, quam non ex debito, sed ex Dei misericordia consequimur. Secundum est vita æterna, qua effici-mur digni per gratiam nobis à Deo datam. Quantum ad primum non exinanitur misericordia, quia remissio semel facta semper manet. Sed quantum ad secundum exinanitur, quia cum incidit quis in peccata de nouo, ita est indispositus ad habendum vitam æternam, sicut si nunquam habuisset remissionem de peccatis præteritis.

Ad tertium dicendum, quod peccata dicuntur operata, non quidem respectu Dei, quia ipse omnia videt: & ideo siue peccata remittantur, siue non, semper videt illa, scilicet, quod sint, vel quod fuerint, &

iam non sint, sed sunt remissa: & ideo charitas non operit peccata Deo, sed destruit illa, non quidem faciens, quod nunc non sint, quia de se cessauerunt esse, neque quod non fuerint, quia hoc non est possibile, quia cum semel fuerint neceffe est fuisse: sed faciens, quod non habeant aliquam vim impediendi gratiæ consecutionem, sicut impediēbant ante aduentum charitatis: dicuntur ergo operiri per charitatem, id est, destrui. Vel si accipiat proprie operiri, debet dici, quod non operiuntur quantum ad Deum, qui omnia videt, neque etiam quantum ad homines: quia si ante aduentum charitatis homines nouerant peccata alicuius, propter superuenientem charitatem, non cessat cognitio eorum: sed est sensus, quod sicut peccata, quæ operata sunt in conspectu hominum, iudicantur ab eis non esse, & non insurgit ex eis aliqua infamia, ita si charitas superueniat post peccata, non reputantur illa in conspectu Dei, ac si nunquam fuissent, quia non infert penam pro illis.

Ad quartum dicendum, quod iustitiæ eius, qui decessit in peccato mortali, non rememorabuntur quantum ad effectum habendi determinatum gradum gloriæ pro eis in vita æterna, quia ad illum statum non perueniet: & ita etiam poenitentia iustificatio, quæ per peccata sequentia mortificata est, non faciet peruenire ad regnum: rememorabitur tamen quantum ad hoc, quod est facere præteritas culpas esse delatas, & penas aliquas peccatorum. Vnde aliter iudicabitur in die iudicij de peccatore, qui per poenitentiam priora peccata abluit, & postea in vno decessit, quàm de illo, qui peccans in multis nunquam poenituit.

Ad quintum dicendum, quod manu missus, qui propter ingratitudinem reuocatur in seruitutem, non redit in eandem seruitutem numero, sed in aliam poenitus sibi æqualem: nam prima seruitus interrupta est per quod esse eius cessauit: & ideo eandem redire est impossibile, & obligatio extincta non reuiuiscit eadē: ita peccata eadem redire est impossibile. Si autem accipiat largè esse eandem seruitutem, quia iste est seruus nunc, sicut prius. Dicendum, quod non est seruus ex eadem causa, ex qua prius, quia prius erat seruus ex iure gentium, scilicet, quia in bello captus est, vel quia emprus est: nunc verò est seruus ex iure ciuili, scilicet, quia rex reducit eum in seruitutem: non quia captus fuit in bello, sed quia ingratus extitit patrono suo: ita qui peccat post remissionem peccatorum, redit in seruitutem peccati, in qua prius erat, non tamen redit ex eadem causa, id est, nõ ex actibus peccatorum, quæ prius fecerat, sed ex nouo peccato, & ingratitudine, & ita non redeunt peccata dimissa.

Ad sextum dicunt quidam, quod pro illa parte poenæ, quæ mansit hic explenda, punietur peccator in inferno æternaliter: non quidem ratione ipsius poenæ, quia ipsa non est in se æterna, sed ratione fori, in quo punietur, cum in inferno non sit poena aliqua, nisi æterna: se nõ debetur poena æterna, neque locus inferni, sed tamen si quis in venialibus, & mortalibus simul decedat, punietur in inferno tam pro venialibus, quàm mortalibus: & etiam poena ipsorum venialium erit æterna, & hoc per accidens. Sed dicendum, quod non stat, nam pro veniali benè datur poena æterna in inferno, eo quod moriens in veniali, & mortali, nunquam habet remissionem alicuius peccati, cum venialia nunquam tollantur sine mortalibus: & ita manent semper venialia in inferno, & tamen quamdiu peccatum manet, semper competit poena pro illo, ideo pro peccato veniali dabitur poena æterna. De poena autem residua hic secus est, quia poena non habet secum culpam aliquam: ideo eo quod soluitur, expiatur

Peccato veniali em tur poena æterna, neque locus inferni, sed p accidēs.

expiatur tolerando eam finitur, & non habet causam manendi semper. Et ideo d. cendum, quod pro pena cuius est aliquid debitor post poenitentiam inceptam, & non finitam remissio iam peccato, non puniatur peccator aeternaliter in inferno, sed temporaliter: & non sequitur aliquid inconueniens, quia non est ideo redemptio: nam licet illa poena finitur, non finitur vnquam poena debita pro mortali, in quo quis decessit: etiam non est inconueniens, quod finita poena illa minuat poena alicuius damnati, scilicet, prius tolerabat poenam pro peccatis, in quibus decessit, & pro poena inexplata hic. Cum autem poena hic non expleta fuerit ibi finita, manebit solum poena pro peccatis, in quibus decessit peccator: sed non est inconueniens, saltem vsque ad diem iudicij, quia vsque illuc contingit augeri, & minui.

Ad septimum dicendum, quod peccatum mortale sequens, non mortificabat merita praecedentia, quin in se essent uia: unde in gloriam electorum cedebat, sed mortificabantur solum quantum ad illum, cuius erant, qui impediatur a consecutione effectus ipsorum: & ideo remoto impedimento manent in sua efficacia, etiam quantum ad istum. De peccato autem quod per poenitentiam mortificatur secus est, quia non solum mortificatur, sed etiam moritur: bona opera autem per peccatum sequens non moriuntur, sed mortificantur: nam si morerentur, nunquam reuiuiscerent: peccatum autem quod per poenitentiam moritur, non solum mortificatur quantum ad peccantem, sed etiam in seipso, & ita nullo modo manet: & sic magis potens est poenitentia in destruendo omnia peccata, quam peccata in mortificando bona opera praecedentia, & in impediendo gratiam. Ratio diuersitatis est, quia remissio peccatorum est principaliter opus Dei: mortificatio autem meritorum praecedentium est opus hominis: homo autem sua actione non potest euacuare totaliter opus Dei, quamuis possit facere, ut sibi non proficit impediendo: & ideo homo per peccatum sequens non potest annihilare remissionem peccatorum praecedentem: potest autem per suam actionem euacuare aliquid, quod per ipsum factum est: & ideo potest mortificationem meritorum suorum praecedentium, quae ab ipso facta sunt, per merita sequentia annihillare, & hoc maximè, quia merita sequentia, non sunt poenitus humanum opus, sed maximè diuinum.

Ad octauum dicendum, quod Augustinus dicit: Deum reuocare priora peccata, & replicare illa: non quidem faciendo, quod illa in seipsis redeant, quod est impossibile, ut supra ostensum est. Neque etiam, quod tota poena, quae prius erat pro eis debita, & remissa, detur nunc, quia est absurdum, sed redeunt quantum ad deformitatem ingratitudinis in peccatis sequentibus, ut declaratum fuit. Et hoc modo potest responderi ad omnes auctoritates, quae de ista replicatione, & reditu loquuntur. Sic dicit Ambrosius super Epistolam ad Ephesios. Donate inuicem si alter in alterum peccet, alioquin Deus repetit remissa: si enim in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam, per quam misericordiam dederat, sicut in Euangelio de Seruo nequa legitur dicitur, repetere remissa, non quidem debitam poenam pro remissis, si illa fuerat remissa, vel soluta, sed in quantum pro remissis sequitur aliqua grauitas in peccato sequente, quae non esset, si Deus non remississet peccata, & pro illa grauitate peccati, respondebit quaedam poena, & quantum ad illa repetuntur dimissa, & reuocatur sententia. Alia est auctoritas Rabani, scilicet, neque seruum tradidit dominus tortoribus, quousque red-

deret vniversum debitum, quia non solum peccata, quae homo post Baptismum egit, reputabuntur ei ad poenam, sed etiam peccata originalia. Quod enim de alijs peccatis dicitur reputari ad poenam, est intelligendum, ut supra, quod si aliqua poena manebat inexplata per poenitentiam, illa etiam manet: & tamen illa non dicitur redire: quia semper mansit: si autem tota expleta est, non redibit nunc aliqua, sed imputatur poena quantum ad deformitatem ingratitudinis, ut dictum est. Quod uero de originalibus dicitur, non est intelligendum, quod eiusdem hominis sint multa originalia, quae redeant, quia cum originale non fiat per actum, sed contrahatur per originem, cum cuiuslibet sit vnica origo, erit vnicum originale, sed uocantur originalia respectu multorum hominum, quia quilibet vnus contraxit. Quod uero dicitur, quod replicantur, vel redeunt: est intelligendum non quantum ad maculam, vel reatum poenae damni, quae debetur pro originali, sed reat originale quantum ad deformitatem ingratitudinis: nam remitti nobis originale peccatum fuit quoddam diuinum beneficium, & post illud peccare ad ingratitudinem pertinet, & tamen in quantum originale est minus quam actuale, & debetur ei minor poena, erit eius remissio minus beneficium, & peccare post remissionem talem erit minor ingratitudo, quam peccare post remissionem actuale. Alia est auctoritas Beati Gregorij, scilicet: Ex dictis Euangelicis constat, quod si non ex corde dimittimus, quod in nos delinquitur, hoc rursus exigitur, quod dimissum nobis per poenitentiam gaudebamus. Dicendum, quod non exigitur quantum ad hoc, quod poena, quae soluta est rursus soluatur, sed quantum ad grauitatem, quae fit in sequentibus peccatis ex ingratitudine remissionis praeteritae. Alia est auctoritas Augustini in quadam Homilia. Qui diuini officij oblitus suas uult vindicare iniurias, non solum de futuris penis veniam non merebitur: sed etiam praeterita, quae iam sibi dimissa credebat, ad uindictam replicabuntur. Et dicendum, quod uere peccata dimissa sunt, si quis poenitentiam sufficientem hic expleuerit, & non replicantur ad uindictam peccata praeterita, id est, quod poena pro illis tolleretur, sed in quantum omnis poena peccati uindicta uocatur, & quia quaedam grauitas est in peccatis sequentibus propter praeterita dimissa, & quia pro illa grauitate, respondet illud augmentum in poena, quod non esset, nisi esset illa grauitas, & nisi essent peccata praeterita remissa: ideo illud augmentum poenae quodammodo datur pro peccatis praeteritis: & ita quodammodo peccata praeterita redeunt, & aliae multae sunt similes auctoritates, quae praedicto modo intelligendae sunt.

Quomodo se habeat ista ingratitudo, & an sit peccatum speciale.

Questio CXXI.

QVAERETVR, cum dictum fuerit redire peccatum quantum ad ingratitudinem, quomodo se habeat ista ingratitudo: & an sit speciale peccatum. Aliqui dicunt, quod non, quia quod inuenitur in omni peccato, non est speciale peccatum, sed ingratitudinem incurrit homo per quodlibet peccatum: quia Deum, qui est maximè beneficus nobis, offendimus in quolibet peccato, ergo ingratitudo non est speciale vitium. Item omne peccatum speciale opponitur alicui uirtuti speciali: sed non est assignare aliquam uirtutem specialem, cui opponatur ingratitudo.

gratitudo, cum sit contra omnes uirtutes, quia omnes a Deo ex gratia conferuntur: ergo non est speciale peccatum.

Dicendum, quod ingratitudo aliquando accipitur, ut peccatum speciale. Aliquando autem, ut deformitas annexa omni peccato. Pro quo sciendum, quod ingratitudo, id est, non gratitudo dicitur priuationem actionis gratiarum, id est, quod gratias debitas non soluit: actio uero gratiarum respicit rationem, quia non sunt gratiae, nisi danti: est autem datio duplex, quae respicit debitum, alia non. Et prima dupliciter, quia prima respicit debitum existens, sicut cum quis offert alteri, quod ei debet. Secunda respicit debitum futurum, scilicet, quia quis dat aliquid, ut faciat aliquam rem esse sibi debitam, quae non erit prius debita, sicut in emptione dat emptor precium, ut res empta fiat sibi debita, utraque autem datio pertinet ad iustitiam, siue commutatiuam, siue distributiua. Alia est datio, quae non respicit debitum aliquo modo: & haec dicitur donatio, eo quod liberalitatem respicit, & quia ad hanc dationem nihil inclinat, nisi uoluntas dandi: ideo gratuita dicitur, & talis dationis proprie competit gratiarum actio: & hoc est, ut quilibet pro gratia sibi facta retributionem faciat secundum suum modum, & quia ista gratiarum actio est debita, ubi praecessit gratuita donatio: si cesset quis a gratiarum actione, est ibi priuatio actionis gratiarum: & talem uocamus ingratitudinem, & ingratum: eum, qui cessat a gratiarum actione: & quia contingit magis, & minus teneri ad gratiarum actiones, & ab illis magis, & minus discedere: quantum magis discesserit quis ab ista gratiarum actione, est magis ingratus.

In ingratitudine quae non est peccatum, sed est deformitas gratiarum.

Vnde in ipsa ingratitudine assignantur gradus. Primus est, quando quis in effectu attribuere aliquid pro susceptis beneficijs negligit, licet beneficia agnoscat, & aestimet esse beneficia. Secundus est, quando quis beneficia in affectu contemnit. Tertius est, quando beneficia obliuiscitur. Quartus, & ultimus est, ut contra beneficentem aliquid operetur indebitè. Habent se isti gradus per ordinem, quia sequens praesupponit praecedentem, & est grauior illo: nam contemnere beneficia est grauius, quam nihil retribuere, quia aliqui sunt, qui nihil retribuunt fortè ex auaritia, aut ut non cogantur laborare in hoc, & tamen aestimant beneficia collata sibi magna esse, in quo honorem quandam exhibent donatori, qui uero contemnit in animo, non retribuit quidquam, & insuper quodammodo negat data beneficia, vel partem eorum, cum minuat aestimationem illorum contemnendo ea. Tertius modus est grauior, scilicet, cum quis obliuiscitur: nam obliuisci magis est, quam contemnere, quia qui contemnit, tenet beneficia in aliqua reputatione, licet in pauca, qui obliuiscitur in nulla tenet, & consequenter, neque retribuere quidquam potest pro eo quod esse nescit. Quartus est omnibus deterior, quia tres primi cessant a gratiarum actione, quartus uero non solum cessat, sed etiam malum inferat. Dicendum autem, quod ingratitudo quantum ad primos tres modos est semper peccatum speciale, sed quantum ad quartum est deformitas annexa peccato. Primò patet, quia primi tres modi sunt tres modi cessationis a gratiarum actione: nam quidam cessant non retribuendo: alij non retribuendo, & contemnendo, alij obliuiscendo: & ista tria opponuntur gratiarum actioni, cum gratiarum actio circa beneficium dicat recordari illius, & magnipendere illud: & iuxta possibilitatem pro illo aliquid retribuere, cessare ab aliquo istorum est incurere in aliquo istorum trium modorum dictionum cessationis a gratiarum actione, & quia actio gratiarum est actus iustitiae: non

in quantum communicamus legaliter, sed moraliter: ingratitudo opponitur iustitiae in quantum cessamus a solutione eius, quod moraliter, & naturaliter debitum erat: & isti tres modi sunt eiusdem uitij, & opponuntur eidem uirtuti iustitiae. Secundum patet, quia ingratitudo sic est facere aliquid indebitum contra beneficentem: in quantum enim ponitur fieri aliquid indebitè ponitur esse peccatum, quia omne peccatum dicitur indebitum: & ista est ratio communis peccati, & non tangitur aliquid speciale: in quantum uero dicitur contra beneficentem, additur circumstantia aggrauans, & quantum ad hoc dicitur ingratitudo, scilicet, quia est contra beneficentem, & concordat aequaliter cum alijs modis ingratitudinis, necesse est autem istam ingratitudinem esse in quolibet peccato, quia quodlibet peccatum est contra Deum, licet quaedam sint solum contra Deum, alia contra Deum, & proximum: & quia quodlibet peccatum est malum: facimus aliquid malum contra Deum in quolibet peccato: & quia Deum est maximè beneficentem nobis, necesse est, quod in quolibet peccato offendamus nostrum beneficentem, & ita in quolibet peccato est ingratitudo, ut circumstantia consequens istum, & aggrauans: & isto etiam modo quodlibet peccatum post remissionem praecedentium peccatorum ingratitudinem habet annexam: & ita ingratitudo illa, secundum quam dicuntur redire peccata, non est speciale peccatum, quia pertinet ad quartum modum, scilicet, quia qui peccat post remissionem peccatorum facit malum contra Deum, qui benefecit ei remittendo priora peccata: & ita est ibi ingratitudo secundum quam aggrauatur peccatum. Sed obijcietur, quod ista ingratitudo secundum quam peccata redire dicuntur, non solum est quando quis peccat post remissionem peccatorum, sed etiam in primo peccato: nam ille, qui peccat, ante hoc receperat a Deo beneficia multa: licet non remissionem peccatorum, & peccando facit malum contra ipsum, qui sibi benefecerat, & ita incidit in ingratitudinem: ergo non magis diceretur redire peccata post remissionem, quam prius, cum etiam in primo peccato sit ingratitudo. Dicendum, quod ubique est ingratitudo, & tamen ante remissionem peccatorum nullum peccatum redire potest, quia redire peccatum est, quod prius fuerit, & esse cessauerit, & deinde sit: & tamen siue quis committat vnicum peccatum, siue plurima ante remissionem peccatorum non redeunt, quia adhuc omnia manent, neque esse desierunt: postquam autem remissa sunt, cum cessauerint tunc esse, poterit dici, quod iterum redeant, si aliquo modo incipiant imputari, & tamen imputantur quantum ad grauitatem deformitatis ingratitudinis, ut dictum est praecedenti quaestione: ideo peccata praeterita redeunt per sequentem culpam in eo cui remissa sunt: non autem in eo cui non fuerant remissa.

Ratio, quod ingratitudo non sit peccatum speciale.

Quodlibet peccatum est contra Deum.

Deus est nobis maximè beneficentis.

Ad primum dicendum, quod ingratitudo non est peccatum generale, sed speciale quantum ad tres modos. Quantum uero ad quartum modum, etiam dicitur rationem specialem priuationis actionis gratiarum, & tamen est circumstantia consequens omne peccatum: sed non sub ratione communi, sed sub ratione speciali priuationis gratiarum actionis, & tamen istam circumstantiam esse contingit in omni peccato. Cum uero dicitur, quod sit generale peccatum, quia inuenitur in omni peccato. Dicendum, quod non sufficit, quia ad esse generale peccatum non solum requiritur, quod inueniatur in omni peccato, sed etiam quod nunquam inueniatur sine illis per se: nam si aliquando inuenitur per se: tunc

Ad ratio nem opia in principio positae.



tunc oportet, quod habeat rationem specialem, & tunc licet inueniatur in alijs, non erit aliquid commune, sed inuenietur in illis secundum rationem particularem, quam accidit inueniri in multis: & ita est de ingratitude. Nam per accidens inuenitur in quolibet peccato: non est enim ingratitude in quolibet peccato secundum rationem peccati, sed secundum accidens, id est, in quantum peccamus contra Deum, quem accidit esse beneficium nobis quantum ad hoc, quod est peccare in ipsam. In quantum autem peccatum est contra hominem, interdum inuenitur in illo ista circumstantia ingratitude, & interdum non.

Ad secundum dicendum, quod ingratitude est speciale vitium, & opponitur speciali virtuti: nam quantum ad tres modos primos ingratitude inuenitur per se semper ingratitude, & non est circumstantia annexa alicui alteri vitio: vt autem est quartus modus, dicitur etiam rationem specialem vitij, & tamen accidit inueniri in quolibet vitio, vt illud est contra Deum. Et dicendum, quod speciali virtuti, id est, iustitie opponitur, quia ingratitude, vt dictum est, tollit gratiarum actionem, qui est actus iustitie: quia ille, qui prius donauit, constituit sibi debitorem illum, qui retribuit, quamuis debitum istud caritate non intenderet, quia alias non esset gratuita donatio, quae primo fuit. Cum autem dicitur, quod opponitur ingratitude omnibus virtutibus, quae ex gratia Dei donantur. Dicendum, quod ex hac radice, non solum non opponitur omnibus, in id nulli opponi potest, quia virtutes non accipiuntur tunc, vt habitus, sed vt res donatae: res autem donatae sunt materia virtutis liberalitatis, vel magnificentiae: materia autem virtutis non opponitur aliquis habitus bonus, aut malus, sed circa illam est: sed habitus opponitur habitu, & actus actui, & ita ingratitude, non opponitur virtutibus gratis datis, quia tunc etiam opponeretur denarijs, vel pulchritudini gratis datis, quod ridiculum est: sed opponitur gratitudini, id est, iustitie per quam redditur sumus gratiarum actiones secundum quod obligamur.

An magis ingratus sit innocens peccando, vel penitens, cui aliquando peccata remissa sunt.

Quaestio CXLII.

QVAERETVR, cum in quolibet peccato sit annexa circumstantia ingratitude, vt dictum est praecedenti quaestione, quis sit magis ingratus, an innocens peccando, an penitens, cui aliquando peccata dimissa sunt. Aliqui dicunt, quod sit magis ingratus innocens: ille enim sit magis ingratus per offensam, qui tenetur ad maiores gratiarum actiones, sed innocens magis tenetur, quam penitens in quantum nobilius donum accepit a Deo: ergo magis ingratus est peccando. Secundum videtur, quod saltem non sit minus ingratus, quia sicut homo per Dei gratiam releuatur a casu, ita per gratiam tenetur, ne cadat, sed ingratitude importat contemptum gratiae: ergo non minus erit ingratus innocens contemnendo gratiam sustentantem, quam penitens contemnendo gratiam releuantem. Alij dicunt, quod magis est ingratus penitens, quam innocens, quia qui magis tenetur ad gratiarum actiones, si peccat, est magis ingratus, sed ille ad plura tenetur, cui plura dimissa sunt, sicut dixit Christus Lucae septimo: approbando sententiam Simonis, quod plus diligit, id est, plus diligere obligatur ille, cui plura dimissa sunt, sed plura dimissa sunt penitenti, quam innocenti, ergo penitens

si postea peccat magis ingratus est, quam innocens. Dicendum autem, quod tam innocenti, quam penitenti aliquid remissum est: nam non est innocens, nisi qui in nullo peccato est: & tamen omnis talis fuit aliquando in peccato, scilicet, originali, quod remissum est ad hoc, quod innocens fieret, & ideo quilibet tam penitens, quam innocens habuit iam aliquam remissionem peccati, sed innocentem vocamus eum, qui nullum peccatum fecit, licet aliquod contraxerit: penitentem autem eum, qui aliqua peccata fecit, quae ei dimissa sunt per actum penitentiae. Et tunc stat dubium, & dicendum, quod solutio pendet ex hoc, quod sciatur quis magis tenetur Deo: nam qui magis tenetur, si contemnat, est magis ingratus: & quia homo tenetur Deo pro bonis susceptis ab eo, est videndum, quae sunt maiora dona, an innocens, vel penitens. Et dicendum, quod aut comparantur absolute innocens, & penitens quantum ad omnia dona, quae habent, vel receperunt, vel solum quantum ad donum, quod est esse innocentem, & donum, quod est esse penitentem. Accipiendo primo modo non potest dari aliqua certa regula, quia interdum sunt plura dona innocens, & aliquando penitens. De primo, vt Domina nostra fuit innocens: & tamen dona ei collata erant maiora, quam dona data decem millibus penitentibus. De secundo, Petrus fuit penitens, & Magdalena: maiora tamen fuerunt donata eis data, quam decem millibus puerorum manentium in innocentia: & tali modo nulla comparatio certa haberi potest. Accipiendo secundo modo, est certa comparatio, quia consideratur solum hoc donum, quod est esse innocentem, quod a Deo est, & hoc donum quod est penitere de peccatis. Est enim donum innocentiae, quod conseruatus fuerit homo, ne in peccata incidat quod per se non poterat: donum autem penitentiae est, quod de peccatis refurgat. Accipiendo igitur hoc modo, dicendum, quod quantum ad aliquid est maius donum innocens, quam penitens, & quantum ad aliquid est e contrario: ipsa enim gratiarum actio respicit donum, non solum quantum ad quantitatem eius in se, sed etiam quantum ad modum gratuarum donationis, & ex ambobus accipit magnitudinem, vt dicatur vnum donum maius, vel minus alio, & ita tam maiori dono in se, quam magis gratis dato debetur maior gratiarum actio: considerando ergo quantitatem doni in se maius est donum innocens, quam penitentiae, quia est honorabilius, quia maius iudicatur, quod quis non permittat alium cadere, qui alias necessario casurus esset, quam quod eum, quem tenere poterat, non curet tenere: sed postquam corruerit, eleuet eum, qui se alias eleuare non posset. Considerando tamen modum

gratuarum donationis, magis tenetur penitens, quam innocens: nam quanto quis est magis elongatus a debito recipiendi: tanto donatio ei facta magis gratis fit, saltem ex parte eius, qui recipit: licet ipse dans aequali liberalitate se omnibus communicet: magis autem elongatus est penitens a debito recipiendi remissionem peccatorum, quam innocens a debito recipiendi conseruationem innocentiae: quia licet Deus nulli teneatur, cum nemo sibi prius aliquid dederit, quam reciperet ab eo, vt Deus teneretur retribuere. Illa quadragesimo: tamen magis elongatus est, qui ex parte sua maiorem indispositionem ad recipiendum habet: penitens enim quando recipit a Deo donum penitentiae, est in peccato, & ita ex se est indispositus ad bonum, cum potius mereatur malum: innocens autem recipit donum conseruationis postquam innocens est, & postquam innocens manet: nam quando sit innocens, id est, liberatur de peccato originali, non

Donum innocens quid sit quod ve donum penitentiae.

Quo magis Deo penitens, qui innocens teneatur.

recipit

recipit conseruationem innocentie, sed innocentiam, vel remissionem peccati originalis: non ergo recipit conseruationem innocentiae, nisi postquam effectus est innocens: & quamdiu manet innocens: & tamen tunc non est aliqua indispositio ex parte eius, quia bonus est, ideo magis elongatus est peccator a debito recipiendi remissionem peccatorum, & donum penitentiae, quam innocentia a debito recipiendi conseruationem innocentiae: & ideo ex parte doni in se maius est donum innocentiae conseruatae: sed ex parte gratuarum donationis maius est donum penitentiae: & ideo aliquo modo tenetur magis innocens, & aliquo modo tenetur magis penitens: & consequenter aliquo modo erit magis ingratus innocens, & aliquo modo penitens: & tamen si absolute comparatur, quid sit maius simpliciter donum conseruatae innocentiae, vel remissio peccatorum, siue gratia penitentiae, videtur maius esse donum conseruatae innocentiae, & ita potest ad vtraque responderi.

Ad primum dicendum, quod nobilius donum est innocens, quam penitens: & tamen non sequitur, quod sit maius, quia donum non accipit magnitudinem ex sola quantitate rei donatae, sed etiam ex grata donatione: & quia licet res donata innocenti sit in se maior: res tamen donata penitenti est magis gratuita: potest vocari vtrumque maius altero diuersa ratione, cu vtrumque det magnitudinem dono.

Ad secundum dicendum, quod vterque contemnit gratiam, & ideo vterque est ingratus: & tamen ex hoc non apparet quis magis contemnit quousque appareat, cui maius donatum est, vt supra apparet.

Ad argumentum alterius partis dicendum, quod magis tenetur diligere ille, cui plura remissa sunt: quando vtrique aliquid remissum est: quia hic Christus loquitur de duobus debitoribus, quorum vnus debebat quinquaginta, & alius quingentos, & vtrique remissum est totum debitum, & concluditur, quod magis tenetur diligere ille, cui plura remissa sunt: & tamen quando alicui remissum est debitum, & alter nihil est remissum, sed aliquid est donatum, non potest esse ista comparatio inter eos, sed est quasi comparatio aequiuoca, quae tamen potest reduci ad vniuocum: vt fiat remissio debitori decem, & alteri, nihil debenti donauit tria: maius est beneficium remissionis, quam donationis: si tamen donauit duodecim, maius est beneficium donationis, quam remissionis: ita est inter innocentem, & penitentem, quia innocenti nihil dimittitur conseruando eius innocentiam, sed donatur: penitenti autem remittitur debitum peccatorum: & ideo licet multa remittantur penitenti, & nihil remittatur innocenti: poterit esse maior obligatio, & maius beneficium innocentis. Sed dicitur, quod etiam innocenti remittitur peccatum: quia nemo est innocens, qui prius de lege communi non fuerit in originali, & illud dimittitur ei, antequam efficiatur innocens. Dicendum, quod verum est: & tamen non est illud, in quo comparantur innocens, & penitens: sed innocens comparatur penitenti in dono conseruatae innocentiae, quae non est remittere peccatum, sed conseruare, ne cadat in peccatum postquam factus est innocens. Si autem velimus accipere innocentem, vt remittitur sibi peccatum. Dicendum, quod tunc non est innocens, sed sit innocens: & quando datur ei donum, non datur innocenti, sed peccatori, vt fiat innocens, & tamen non vocatur adhuc penitens, quia licet remittatur ei peccatum, non concurrat ibi proprius actus, qui est necessarius in penitente, vt dicatur penitens, ideo innocenti, nihil remittitur, sed penitenti.

An ingratitude faciat tantum reatum poenae quantum omnia peccata dimissa antequam dimitterentur.

Quaestio CXLIII.

QVAERETVR, cum peccata remissa dicantur redire per ingratitude, vt dictum est supra quaest. 140. an illa ingratitude faciat tantum reatum poenae quantum omnia peccata dimissa, antequam dimitterentur. Aliqui dicunt, quod sic: quia quantum est beneficium praestitum, tanta est ingratitude contemnens. Sed quantum est peccatum commissum, tantum est beneficium remissionis: ergo tanta est ingratitude quantum fuit peccatum praecedens, & ita tantus erit reatus poenae eius, qui reciduat in peccatum, quantum fuit antequam remitteretur peccata. Secundum patet, quia non possunt aliqua commensurari, nisi secundum quantitatem quam habent, sed reatus reciduantis in peccatum mensuratur secundum quantitatem peccatorum dimissorum, quia quanto plura, & maiora peccata sunt alicui dimissa, tanto efficitur magis ingratus contemnendo: ergo reatus totus peccatorum praecedentium redit per reciduationem. Dicendum, quod aliqui voluerunt, quod per peccatum reciduantis rediret tantus reatus poenae quantum erat omnium peccatorum praecedentium remissorum, id est, tantam poenam toleraturus sit pro hoc peccato, quantum pro omnibus, quae commiserat prius, & dimissa erant. Sed dicendum, quod non stat, quia quantitas reatus sequitur quantitatem poenae: est enim reatus obligatio ad poenam: & quia poena directe datur pro peccato, quantum est peccatum, tanta est obligatio ad poenam: quantitas autem peccati, per quod quis reciduat, est valde minor, quam omnium peccatorum remissorum, & hoc interdum ex genere suo, vt si commiserit quis multa peccata: quorum quodlibet sit magnum ex genere, vt homicidium, vel adulterium: & ista remissa sint, & postea committat vnum, quod sit minus ex genere quolibet illorum. Interdum autem peccatum sequens est minus, quam praecedens, ex magnitudine aggregationis: & quia licet peccatum vt sequens sit interdum maius ex genere quolibet peccato de remissis: tamen si illa erant multa valde, necesse est, quod illis simul correspondeat maior poena, quam illi vni, quod est maius ex genere: & ita cum peccatum sequens, non sit aequale peccatis remissis, non erit reatus consurgens aequalis reatui poenae omnium peccatorum remissorum. Nisi forte dicatur, quod circumstantia ingratitude addita peccato isti faciat illud maius omnibus praecedentibus. Sed hoc non stat: quia ingratitude ista in peccato isto est ex hoc, quod iste facit aliquid indebite contra Deum, qui est beneficis huic homini: erit ergo mensura ingratitude secundum mensuram indebiti: nam si fieret debite, etiam si contra Deum fieret, non esset peccatum, si stare posset, quod aliquid faceremus contra Deum, & non fieret indebite: mensura autem indebiti in opere accipitur ex genere operis, cum ex genere suo accipiat esse indebitum: ideo quantitas peccati, quam habet actus ex suo genere dat quantitatem ingratitude, vnde quantitas ingratitude non potest esse maior, quam sit quantitas ipsius peccati per se: non quidem, quod quantitas ingratitude, nihil addat ad quantitatem peccati per se, sed quod illa ingratitude addita peccato, non facit maiorem quantitatem mali, vel indebiti, quam sit quantitas peccati in se, non accipiendo ingratitude, ita quod cum ingratitude comparatum non est duplum ad seipsum assumptum sine

sine ingratitude. Dicendum ergo, quod reatus peccati hominis recidiantis, non surgit tantus secundum quantitatem absolutam, quantus erat reatus peccatorum remissorum: sed redit æqualis secundum proportionem, scilicet, quod quanto fuerunt maiora peccata, quæ dimissa fuerunt: tanto fuit beneficium remissionis maius: & quanto fuit beneficium maius, tanto fuit ingratitude maior, & sic aliquo modo quantitas peccatorum remissorum manet in ingratitude recidui, sed non secundum quantitatem absolutam: ita quod tantus sit reatus istius peccati, per quod quis nunc reciduat, quantum fuit omnium peccatorum remissorum simul sumptorum. Et hoc patet, quia etiam peccatum, & beneficium remissionis, non sunt æqualia in quantitate absoluta: quia maius est beneficium remissionis, quam fuerit peccatum: quia spiritualia facilius construuntur, quam destruantur: facere autem peccatum est destruere quoddam malum, remittere autem est destruere illud: & ita maius est remittere, quam peccare: & ideo non est eadem quantitas beneficii remissionis, & peccati remissi: & ita etiam ingratitude non est æqualis peccato remisso secundum quantitatem absolutam: unde non potest inferri, quod reatus insurgens ex peccato sequenti, sit tantus, quantum reatus omnium peccatorum remissorum: cum tamen dicitur, quod proportionaliter secundum magnitudinem peccatorum est magnitudo reatus peccati sequentis post remissionem, non est verum quantum ad totum reatum peccati: sed solum quantum ad magnitudinem, quam facit in reatu circumstantia ingratitude. Nam si duobus dimissa sunt peccata omnino æqualia, non est necesse, quod peccatum, quod eorum uterque fecerit, sit æqualis reatus: quia si peccata aliis in se sunt inæqualia ex genere suo, reatus inde surgentes erunt inæquales. Et eodem modo si cui dimissa fuerint plura peccata, quam alteri, non est necesse, quod peccatum illius post remissionem sit maioris reatus, quam peccatum alterius, cuius pauciora, & minora peccata dimissa sunt: cum possit esse e contrario: ut si ille, cui pauciora dimissa sunt, committat nunc homicidium, vel apostasiam à fide, & ille cui dimissa sunt maiora, committat solum peccatum iræ leuis, vel mendacij parum perniciosi: nam certum est, quod totus reatus insurgens ex peccato isto apostasie, vel homicidij, cui est annexa pauca ingratitude est maior, quam totus reatus iræ, vel mendacij cum circumstantia magnæ ingratitude, cum ista ingratitude non sit quanta fuerunt peccata remissa, neque etiam tanta quantum est ipsum peccatum, cuius est circumstantia, ut ostensum est: sed existentibus æqualibus ex genere, & aliis peccatis, quæ committunt duo homines, necesse est, quod illud habeat maiorem reatum penæ, quod commissum est post remissionem plurium, aut maiorum peccatorum: quia ibi est maior ingratitude, quæ aggravat, & addit in reatu penæ peccati. Sciendum etiam, quod peccata remissa dicuntur redire, non solum quando quis peccat in primo peccato post remissionem peccatorum: sed etiam omnibus alijs vicibus possunt dici redire largè: quia iste reatus non est, nisi quantum ad circumstantiam ingratitude, ut ostensum est supra quæst. 140. & tamen non solum in primo peccato post remissionem committit ingratitude, qui peccat: sed etiam in omnibus alijs: ideo possent in quolibet peccato dici redire, quia tanta ingratitude est in secundo peccato post remissionem, quanta in primo: & ita de alijs. Et ideo id propter quod dicuntur peccata redire, ita in secundo, & ter-

tio; & sequentibus peccatis, sicut in primo peccato: & tamen non dicimus propriè tunc redire peccata, sed solum in prima vice: quia ad hoc, quod peccata redeant, oportet quod aliquando fuerint, & desinant esse, scilicet, recedendo: & tamen postquam quis peccat post remissionem peccatorum redeunt peccata prius dimissa: & iam non recedunt quousque remittantur: ideo in secundo, & tertio, & sequentibus peccatis, quæ sunt non interueniente remissione, non diceretur redire peccata dimissa: licet in quolibet eorum committatur de nouo talis ingratitude, qualis commissa est in primo peccato post remissionem peccatorum, & si postea interueniant aliæ remissiones peccatorum, & post illas sequatur peccatum: non solum redibunt peccata, quæ immediatè ante hoc facta fuerant: sed etiam omnia peccata, quæ facta sunt à principio vitæ, etiam si millesies fuerint remissa: sed quotiens de nouo peccatur, totiens peccata prius remissa per totam vitam redeunt.

Ad primum dicendum, quod falsum est: quia non est tanta ingratitude secundum quantitatem absolutam, quanta fuit remissio, neque quantum fuit peccatum remissum: sed solum secundum proportionem, ut declaratum est: ideo confurgit tantus reatus proportionaliter, sed non secundum quantitatem absolutam.

Ad secundum dicendum, quod reatus peccati hominis recidiantis quantum ad ipsum peccatum, consideratur ex genere peccati, quantum verò ad circumstantiam ingratitude pro qua respondit aliquid in pena, commensuratur secundum peccatorum dimissorum quantitatem: non tamen secundum quantitatem absolutam eorum, quod esset fieri illis æqualem, sed secundum quantitatem proportionis: id est, quod quanto plura, aut maiora fuerint peccata remissa: tanto est maior reatus peccati sequentis quantum ad gravitatem ingratitude.

An peccata venialia redeant sicut mortalia.  
Quæstio CXLIII.

QVAERETVR, an peccata venialia redeant sicut mortalia. Aliqui dicunt, quod non: quia peccata mortalia redire dicuntur: quia non solum ipsa redeunt, sed etiam alia redire faciunt: & tamen venialia non faciunt redire alia, quia tunc omni die redirent peccata, cum omni die peccemus venialiter: ergo neque ipsa venialia redibunt. Secundò, quia peccatum dicitur redire per ingratitude, in quantum maiorem ingratitude facit: & tamen venialia nullam ingratitude faciunt: ergo non redeunt. Primum patet, quia peccata dimissa dicuntur redire per aliquod peccatum, quod de nouo facimus post remissionem peccatorum, & illud peccatum in se importat aliquam ingratitude: etiam si non præcessisset remissio aliorum peccatorum, cum alia multa beneficia recepimus etiam præter remissionem peccatorum, & ultra istam ingratitude propriam peccati addit aliquid de ingratitude remissio peccatorum præteritorum, & quantum ad illud redire dicuntur. Nam si nihil adderent de ingratitude, nihil esset per quod redire dicerentur. Secundum patet, scilicet, quod venialia non addunt ingratitude: nam peccatum grauius est, quando non est remissum, quam postquam est remissum, & dicitur redire: & tamen veniale quando fit non causat aliquam ingratitude, quia non tollit charitatem: & tamen ingratitude tollit charitatem: ergo à fortiori post remissionem redeundo, non faceret ingratitude, & consequenter non dicitur redire.

Dicen-

Dicendum, quod venialia peccata redeunt, sicut & A mortalia, quia reatus peccati est solum per ingratitude in quantum contemnitur beneficium remissionis, & facimus contra illum, qui nobis benefecit: & tamen certum est, quod beneficium quoddam est remissio peccati venialis, sicut & mortalis: licet non sit æquale beneficium: ideo redibunt peccata venialia: sed non quantum ad tantam ingratitude. Etiam, quia peccata venialia inter debita computantur in oratione, cum illa specialiter valeat contra venialia, & tamen ab eo, qui peccat exigitur vniuersum debitum, ut innuitur in litera, & auctoritates sanctorum hoc dicunt, ideo etiam venialia redeunt. Sed est tunc dubium, an venialia redeant solum quando committuntur alia venialia, vel quando committitur tam venialia, quam mortalia. Dicendum, quod quando committuntur mortalia, redeunt omnia peccata dimissa tam mortalia, quam venialia: quando tamen committuntur sola venialia non veniunt venialia, neque mortalia. Et ratio est, quia peccatum veniale tollitur per gratiam superuenientem: non tamen potest ipsum tollere gratiam: & ita veniale non causat ingratitude: mortale autem tollitur per gratiam superuenientem: & etiam ipsum superueniens ad gratiam tollit illam, & ita peccatum mortale causat ingratitude: sed peccata dicuntur redire quantum ad ingratitude, ideo solum illud peccatum quod causat ingratitude facit alia redire, ideo peccatum mortale facit alia redire, & etiam ipsum redit. Veniale autem non causat ingratitude, ideo non potest facere, quod peccata aliqua redeant, & ideo neque facit redire venialia, neque mortalia: & tamen ipsum redit, quia redire est incidere in ingratitude pro remissione peccatorum: & tamen venialia dimissa fuerunt sicut & mortalia, & dimissio illorum fuit beneficii: ideo ingratitude pro contemptu illius beneficii redit: & ita peccatum veniale redit quando committitur mortale post remissionem venialium, vel mortaliu. Unde si quis commiserit venialia, & remissionem illorum acceperit, cum nulla adhuc mortalia commisisset, & committat primum mortale redeunt tunc sola venialia, quia mortale nullum habet quod redire possit.

Ad primum dicendum, quod peccata non redeunt omni die, sed solum quando committimus mortale aliquod. Et dicendum, quod licet venialia non faciant redire alia peccata: tamen ipsa redeunt: ratio differentie assignata fuit supra.

Ad secundum dicendum, quod veniale non tollit gratiam, ideo non causat ingratitude, ut quis simpliciter vocetur ingratus, id est gratia carens, sed est aliquo modo ingratus in quantum cessat aliquo modo à gratiarum actione, quia si homo aduerteret ad Dei beneficia, nunquam eum offenderet venialiter, neque mortaliter. Aliter potest dici, quod est ingratus peccans venialiter: non quod gratiam per peccatum istud tollat: sed quod ad tollendum istud peccatum indigeat beneficio gratia: nam venialia sine gratia non tolluntur: & in quantum gratia indigent pro remissione dicitur ingratitude addere veniale super mortalia, quia magis contemnitur, qui post remissa mortalia, & venialia peccat, quam ille, qui post remissionem mortaliu solum, quia contemnit gratiam remissionis mortaliu, & venialiu: & ita verum est, quod addit ingratitude quando redit, licet quod committitur non facit ingratitude.

Venialia peccata sine gratia non tolluntur.

An peccatum originale redeat, sicut cetera peccata.  
Quæst. CXLV.

QVAERETVR, an peccatum originale redeat, sicut cetera peccata. Aliqui dicunt, quod non, quia si morbus redit debet redire medela: quia aliis esset morbus insanabilis: medicina tamen contra originale est baptismus, sed baptismus non potest iterari, ideo neque redibit originale. Secundò, quia peccatum, quod incurrimus per actum est actuale, & tamen originale non est actuale: ergo per peccata nostra actualia nunquam diceretur redire originale.

Dicendum, quod sicut confitemur redire alia peccata, ita oportet dici, quod redeat originale. Sic dicit Rabbanus: Nequam seruum tradit dominus tortoribus quoadusque redderet vniuersum debitum, quia non solum peccata, quæ homo egit post baptismum reputabuntur ei ad penam, sed etiam peccata originalia, quæ in baptismo sunt dimissa, & istud non habet aliquod dubium, quia ut ostensum fuit supra quæst. 140. non redeunt peccata in seipsis, sed in aliquo effectu, scilicet ingratitude, & ista ingratitude est in quantum contemnitur Dei beneficium, id est gratia remissionis: sed certum est, quod peccatum originale ita dimissum est per gratiam, sicut cetera peccata, ideo quando cunque quis peccauerit, non solum erit ingratus pro remissione aliorum peccatorum, sed etiam pro peccato originali, ideo peccatum originale ita redibit, sicut cetera.

Ad primum dicendum, quod baptismus est specialiter medela contra originale, ut ipsum est contractum sine actu nostro, & ita per sacramentum sine actu nostro saluamur, & ideo si originale rediret quantum ad seipsum, id est quantum ad maculam quam faciebat in anima, & carentiam charitatis, quam quis habet quandiu manet in originale, repeteretur baptismus: & tamen non redit originale quantum ad seipsum, neque etiam aliquod peccatum hoc modo redit, sed redit eo modo originale, quo actualia, scilicet quantum ad ingratitude: ideo non oportet, quod repeteretur specialis medicina eius, scilicet baptismus, sed quod remittatur illa gravitas ingratitude eo modo, quo remittitur ingratitude quam incurrimus pro remissione actualium: imò non incurrimus in diuersas ingratitude in eodem peccato: licet committendo illud faciamus contra omnes remissiones nobis factas: contemnendo illas, quæ plures fuerunt: quia tamen contemuntur omnes, in eodem actu non erunt ingratitude multæ, sed vna, quæ est circumstantia annexa illi actu, & aggravans illum: est enim illa ingratitude tanto maior quanto plures, & maiores contemuntur remissiones.

Ad secundum dicendum, quod si peccando in vno post remissionem incidemus in peccata præterita, non possemus incidere nisi in illa, quæ per actum nostrum committuntur, & etiam in illa incidere non possumus, quia per vnum actum nemo potest incurere nisi in vnum peccatum, & ideo sic accipiendo, neque incurrimus in actualia mortalia neque in originale, & tamen dato quod possemus incurere in actualia non incurreremus in originale, & tamen peccata non redeunt quasi ipsa veniant per se, sicut quando sunt in seipsis, sed solum quantum ad ingratitude, quantum ad quam ita potest redire originale, sicut cetera: imò redire necesse est, ideo originale redit per culpam sequentem.

K

An per illa quatuor peccata, de quibus communiter dicitur, potius redeant peccata remissa quam per alia.

Quaest. CXLVI.

QVAERETVR, an per illa peccata quatuor, de quibus communiter dicitur, redeant potius peccata remissa quam per alia. scilicet apostasiam a fide, odium fratrum, contemptum confessionis siue penitentiae, doloremque quod de peccato penituerit. Alii dicunt, quod non magis redeunt peccata dimissa per ista quatuor quam per alia: quia aliquis est Deo ingratus per hoc, quod contra Deum facit: & tamen sicut per ista quatuor peccata facimus contra Deum, ita etiam per alia: ergo etiam in aliis incidimus per ingratitudinem: sed per ingratitudinem redeunt peccata: ergo tam per alia quam per ista redeunt peccata. Secundum, quia peccatum in Spiritum sanctum est grauius ceteris peccatis, quia illud dicitur ad mortem: ergo potius debet dici, quod per illud redeunt peccata quam quod nominantur specialiter ista quatuor: & ita non redeunt peccata specialiter per ista quatuor.

Dicendum, quod per quodlibet peccatum mortale commissum post remissionem peccatorum redeunt omnia dimissa: ex eo quod in commissione cuiuslibet est ingratitudo omnium remissionum factarum, & tamen peccata quaedam sunt, per quae directius redeunt peccata remissa quam alia: non quidem quasi ceteris maiora sint, sed quia magis repugnant remedio remissionis, sicut dicitur de peccato in Spiritum sanctum, quod est irremissibile: non quidem quod non possit remitti, sed quia magis repugnat principio remissionis quam cetera peccata, licet quaedam alia sint grauiora quibusdam peccatis in Spiritum sanctum, & illa non dicuntur irremissibilia, quia non repugnant ita directe principio remissionis, ut ostensum est supra 12. ca. ubi de peccato in Spiritum sanctum actum est: ita nunc licet omnia peccata sint contra Deum, qui est remittens illa: quaedam tamen sunt, quae non solum sunt contra remittentem, sed etiam contra remedium per quod fit remissio: & hoc non est in omnibus. Remissio enim peccatorum attribuitur primo fidei: quia qui non credit iam iudicatus est, & non potest placere Deo, & hoc quia ipsum est principium iustificationis, scilicet, creditur Deo Abraham, & reparatum est ei ad iustitiam. Gen. decimo quinto, & ad Rom. decimo. Secundum attribuitur charitati, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Tertio attribuitur penitentiae, quae est immediatum remedium ad remissionem peccatorum, ideo peccata, quae sunt contra ista remedia, dicuntur specialiter facere redire alia in quantum tollunt viam remittendi. Contra fidem autem est apostasia a fide, ideo ista ponitur prima. Contra charitatem est odium fratrum. Contra penitentiam sunt alia duo, scilicet contemptus penitentiae faciendae, & dolere, quod penitentiam fecerimus aliquando; & sic ista quatuor videntur habere specialem rationem, ut per ipsa redeant peccata, licet non redeant per ipsa sola, sed per omnia mortalia, & etiam non faciunt ista grauius redire peccata praeterita, quam quaecunque alia. Pro quo sciendum quod aliud est committere maiorem ingratitudinem: aliud est redire magis aut grauius peccata quantum ad ingratitudinem. Primum contingit ex duobus, scilicet ex magnitudine beneficiorum praeteritorum, & ex magnitudine peccati, per quod incidimus in istam ingratitudinem. Vnde interdum duobus peccantibus contra benefactorem peccat magis ille, qui pauca beneficia recepit, & grauem offensam committit: ut mutilando vel vulnerando, quam ille, qui valde multa recepit & paruum offensam committit: interdum a con-

trario, ut si ille, qui multa beneficia recepit incussit malo ligno animo benefactori vnum vulnus, qui vero vnicum beneficium, & paruum recepit, intulit duo vulnera aequalia, manifestum est, quod magis ingratus est, qui minus laesit, & maiora beneficia receperat: & in hoc non potest dari certa regula quando sit maior ingratitudo ex vna parte, & quando ex alia: sed indicium est in particulari per prudentiam. Secundum vero, scilicet, redire magis, aut grauius peccata dimissa contingit, quando fuerint peccata remissa maiora: nam illud secundum quod redire dicuntur peccata, non est, nisi ingratitudo ex contemptu dimissionis praeteritorum, & tamen quanto plura, aut maiora dimissa fuerint, tanto maius beneficium contemnitur, & consequenter maior ingratitudo est ex contemptu. Ita ergo quanto plura, aut maiora fuerint dimissa, tanto maius, & grauius dicuntur redire dimissa, siue illud, per quod redeunt magnum sit, siue paruum. Ita tamen quatuor dicuntur facere specialiter redire peccata propter causam dictam, & ita sunt auctoritates sanctorum communius de istis quatuor peccatis, quam de alijs, & ita dicitur in versu.

Fratres odit, apostata sit, contemnitque, fateri. Penituisse piget, pristina culpa redit.

Ad primum dicendum, quod in commissione cuiuslibet peccati mortalis est homo Deo ingratus, & per quodlibet peccatum mortale redire dicuntur omnia peccata remissa: & tamen specialius dicuntur redire per ista quatuor, quam per alia: quia magis directe repugnant remedio, per quod peccata remittuntur, ut declaratum est.

Ad secundum, quod ad grauitatem non solum peccatum in Spiritum sanctum, sed etiam quaedam alia dicuntur grauiora istis, aut aliquo istorum quatuor: & tamen non repugnant illa ita directe remedio, per quod peccata remittuntur, sicut ista quatuor, sicut de peccatis in Spiritum sanctum dicitur, quod sunt irremissibilia, & tamen aliqua sunt peccata, quae non sunt in Spiritum sanctum, quae sunt grauiora, quibusdam peccatis in Spiritum sanctum, sed illa non dicuntur irremissibilia, sicut peccata in Spiritum sanctum, eo quod illa specialiter repugnant principio remissionis: quod non fit in alijs peccatis, quantumcumque grauius.

An teneatur recidians confiteri peccata, de quibus iam confessus fuerat, qua recidians redeunt.

Quaestio CXLVII.

QVAERETVR, cum peccata in eo, qui reciduat redeant, an teneatur recidians confiteri peccata, de quibus iam confessus fuerat, quae recidians redeunt. Alii dicunt, quod teneatur confiteri rursus, quia quodlibet peccatum mortale, de quo quis memoriam habet, tenetur specialiter confiteri: ingratitudo est peccatum grauius, cum faciat redire omnia peccata dimissa: ergo tenetur illud confiteri peccator, sed non potest illud confiteri, nisi confiteatur omnia peccata dimissa: ex quorum remissione factus est nunc ingratus recidians: ergo tenetur omnia illa confiteri. Secundum, quia per confessionem debet manifestari sacerdoti quantitas culpa: & tamen quantitas peccatorum omnium dimissionem quodammodo manet in peccato nunc commissio, ut dictum est supra quaest. 143. & quantitas istius peccati accipitur ex quantitate peccatorum dimissionum, ut ibi dictum est: ergo tenetur confiteri omnia dimissa ad hoc, quod innotescat quantitas istius commissi.

Tertio,

Tertio, quia secundum Gregorium, vnum peccatum disponit ad aliud, & de vno peccato est causa alterius: ideo morbo non potest suffragari remedium nisi causa cognita morbi, confessio tamen ad hoc fit, ut detur remedium peccanti: ergo videtur, quod recidians teneatur confiteri omnia peccata iam dimissa, quae nunc redeunt, & fuerint causa huius morbi, & peccati per quod redierunt. Quarto, quia contingit aliquem post confessionem peccatorum ante peractam penitentiam incidere in aliud peccatum: constat autem quod postquam de reciduo egerit penitentiam tenetur satisfacere de praeteritis iam dimissis: ergo videtur quod saltem in hoc casu teneatur confiteri peccata dimissa, quae redeunt.

Alii dicunt, quod non teneatur de illis repetere confessionem, quia non iudicat Deus bis in idipsum. Nam 1. ca. & tamen si teneretur peccator confiteri peccata post reciduum, iudicaretur bis de eisdem peccatis, imò saepius, ergo non tenetur. Secundum, quia dicitur de peccatis diff. 1. c. in secunda: non est necesse, ut qui semel sacerdotibus confessus sumus, denuo confiteamur, sed lingua cordis, & non carnis apud verum iudicem ea confiteri debemus: ergo de remissis non tenebimur post reciduum confiteri, quia illa iam confessi fueramus.

Dicendum, quod determinatio huius dubij pendet ex modo redditus peccatorum: omnes enim dicunt peccata dimissa per sequentem mortalem culpam redire, sed in modo redditus non concordant. Quidam enim dicebant, quod redibant peccata verè: & secundum istam opinionem necesse erat dici, quod deberemus denuo confiteri: nam prius tenemur confiteri peccata mortalia, quia manent in nobis quantum ad maculam, & reatum mortis aeternae, quae duo non delentur, aut tolluntur, nisi per actus penitentiae: ergo si saepe peccata taliter redeant, tenebimur ea confiteri, quandoque taliter redierint. Sed ista positio falsa est, ut ostensum fuit supra q. 130. Sed dicendum, quod peccata non redeunt per sequentem culpam, nisi quantum ad ingratitudinem, & hoc stante est duplex opinio. Quidam dicunt, quod si recidians confitetur eidem sacerdoti, cui prius fuerat confessus, & sacerdos teneat plenam memoriam omnium peccatorum, quae recidians fuerat sibi confessus, non tenetur nunc repetere ei priora peccata nisi in generali, ut se accuset de ingratitudine recidui dicens, ego peccaueram ante hoc in multis, quae remissa credebam: & per peccatum quod de nouo commisi incidi in ingratitudinem beneficij remissionis mihi gratis concei. Et dicunt hoc esse verum, si antequam recidians satisfecerat plenè de peccatis prioribus iuxta penitentiam impositam: alioquin dicunt quod tenetur omnia repetere in confessione, ut nunc pro illis satisfactionis certam formam a sacerdote accipiat. Si autem sacerdos oblitus fuerit peccatorum in confessione dictorum, vel si confiteatur nunc alteri sacerdoti quam prius, dicunt quod tenetur in speciali confiteri omnia peccata siue satisfactionem plenam, quae imposita fuerat, egerit, siue non, saltem ut confessor agnoscat vultum peccatoris sui, quod non potest facere nisi mores peccatoris huiusmodi ipsi sacerdoti innotescerent per eius confessionem. Sed dicendum, quod ista positio non est rationabilis: quia ex quo peccata priora simpliciter sunt dimissa, & non redeunt in seipsis: non est necesse illa confiteri adducendo illa in iudicio sacerdotis: nam ideo facimus, quod sacerdos iudicet de peccatis nostris proponendo illa ei, ut Deus non iudicet de illis in morte, vel in iudicio generali, & tamen de talibus peccatis Deus non iudicat: ergo neque est necesse, quod deducamus ea in iudicium sacerdotis. nam si quis post confessionem, & remissionem peccatorum suorum incidat in

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

aliud, & moriatur inconfessus, non damnatur, nisi pro illo vno, & hoc siue satisfecerit plenè pro alijs, siue non. Nam si satisfecerit non adiudicabitur ad poenas aeternas nisi pro vno. Et etiam non tolerabit ibi nisi poenam illius: quia de reliquis nihil manebat tolerandum, cum praesupponatur fuisse expletum dum viuere. Si autem non erat penitentia, siue satisfactio debita expleta: non condemnabitur moriens ad poenam inferni, nisi pro illo vno peccato quod de nouo commisit, quia ad poenam aeternam nemo damnatur nisi pro culpa: & tamen hic nulla culpa est nisi vna, neque macula succedens culpa: pro satisfactione autem in expleta peccatorum priorum non damnabitur: quia poena finita debebatur pro illis, quae poterant tolerari in purgatorio a moriente. Etiam quia debitum poenae non constituit aliquem extra charitatem, & tamen non damnatur quis nisi qui extra charitatem manet, ideo pro satisfactione in expleta non damnatur, sed solum pro illo vno peccato de nouo commisso: & tamen pro satisfactione illa punietur in inferno: licet pro ea non adiudicetur illuc, & non punietur in aeternum pro ea, quia non est ipsa poena aeterna, ut ostensum est supra q. 140. Etiam si recidians non satisfecerat ante reciduum de prioribus, non videtur de prioribus quod debeat confiteri in speciali, quia per reciduum non est mutatus status illorum peccatorum: sicut enim si quis nunquam recidians, manifestum est, quod nunquam teneretur repetere confessionem cum peccata dimissa essent: ita cum per reciduum non redeat reatus praecedentium peccatorum, non est aliqua causa quare iterum ea debeat confiteri: & si maneant satisfactio in expleta post reciduum, tenetur peccator confiteri peccatum quod nouiter egit, & facere satisfactionem, quam omiserat: sed non tenetur ad aliquam maiorem satisfactionem, cum per reciduum non crescat reatus praecedentium peccatorum, qui deletus est, sed solum fiat maior reatus istius noui peccati, quam alijs fieret si non praesensset aliqua remissio peccatorum praecedentium. Ratio autem, quae solet allegari pro ista positione non tenet, scilicet quod confiteatur denuo, ut cognoscatur quantitas ingratitudinis, nam non oportet quod illam ingratitudinem ita aperiamus, quod teneamur referre omnia peccata praeterita: quia cum non solum sit homo ingratus Deo peccando contra ipsum, quia contemnit beneficium remissionis praeterita: sed etiam quia contemnit omnia alia beneficia ab eo praestita, siue communia, siue specialia, siue naturalia, siue gratuita, siue fortuita: teneretur etiam referre omnia beneficia collata a Deo, quod est falsum. Etiam nemo posset omnia referre, quia infinita sunt miserationes super nos omni hora. Alia ratio similiter non tenet, scilicet quod debeat repetere omnia peccata commissa, ut cognoscat sacerdos mores, & sitatum confidentis, quia non est necesse: satis enim est quod agnoscat vultum peccatoris sui quantum ad ea, de quibus ab eo iudicandus est: alijs non solum teneretur quis confiteri peccata, sed etiam alia praeter peccata. Vnde si nuncius, qui in nullo mortali peccauit confiteretur, teneretur non solum confiteri venialia, quae solum habet ad satisfaciendum ecclesiae, sed etiam omnes pronitates, quae habet ad peccandum: cum status peccatoris magis consistat ex pronitatibus ad peccandum quam ex peccatis: & ita quilibet quando confitetur teneretur omnes istas dispositiones exprimere: quod falsum est: cum nemo hoc asserat neque faciat, cum materia confessionis solum sit peccatum, & non pronitas ad peccandum. Alii dicunt, quod recidians non tenetur confiteri peccata dimissa, neque in generali, neque in speciali: quia ingratitudo, ratione cuius peccata redire dicuntur, est quaedam peccati circumstantia, quae aliquoties agit.

K 2 grauat.



grauat: neque tamen trahit in aliud genus peccati, citantantias tamen, que non mutant speciem no tenentur (vt communiter dicitur) ex necessitate confiteri: ideo neque tenebimur confiteri peccata dimissa, quæ redeunt tantum ad ingratitudinem.

Sed dicendum, quod ista opinio tenet verum de rigore, quod recidians non teneatur confiteri peccata priora, & tamen hoc modo no relinquatur via, qua remedium adhibeatur morbo recidians: multa enim sunt necessaria ad salutem spiritualem recidians, quæ non sunt necessaria innocenti, vel semel tantum peccanti, scilicet vt circa eum maior cautela adhibeatur. Ideo distinguendum est, quod in confessione aliquid dicatur dupliciter. Vno modo directe, & sic dicitur illud in confessione cuius abolitio per confessionem queritur: & sic peccata dimissa non tenentur recidians confiteri: quia non queritur nuc eorum abolitio: cum fuerint plenè abolita per contritionem, & confessionem: & iam illorum reatus non redeat: & tamen peccatum, cuius abolitio queritur aliquo modo in se manet: sed dimissa non manent licet dicantur redire: ideo non queritur illorum remissio: & consequenter neque est necessaria confessio: siue fuerit expleta satisfactio pro illis siue non. Nam dato opposito sequeretur, quod quicumque confiteretur, teneretur qualibet vice confiteri omnia peccata, que tota vita egit: cum per recidians non redeant omnia peccata dimissa. Alio modo exponitur in confessione aliquid indirectè: & illud est sine quo sciri non potest debitum satisfaciendi: satisfactio tamen in proposito est de necessitate salutis: nam per contritionem tolluntur peccata, vt contritio includit votum confitendi, & satisfaciendi: ideo cum satisfactio sit necessaria, tenetur confitens exponere sacerdoti omnia illa, per que ille scire possit modum imponendæ satisfactionis congruæ. Sicut interdum peccator confitetur se esse corpore infirmum, vt sacerdos non imponat ei ieiunium: & per hunc modum tenetur peccator confiteri peccata iam dimissa: vt per hoc sciatur quis modus satisfactionis ei congruit, quia tamen non confitetur illa, vt habeat remissionem de illis, cum iam habuerit, sed solum, vt sciatur modus imponendi satisfactionem: non oportet quod confiteatur omnia, sed tot, & talia, per que sciri possit conueniens modus satisfactionis sue: vt si quis lapsus est secundum carnem: & hoc confiteatur semel se fecisse, & tamen alias sepe incidere aut incidere solitus erat: quod alteri sacerdoti confessus fuerat: est autem conueniens quod non solum dicat peccator nuc sacerdoti semel se lapsum: quod fuit post dimissionem præcedentem: sed etiam dicat se alias sepe lapsum & confuetum esse ad cadendum in hoc vitium, quia alius modus satisfactionis conueniet ei, qui sepe labitur, quam ei, qui solum semel.

Etiam quia notificando se lapsum sepe sciet sacerdos, unde proueniat hoc perquiredo illud à peccatore, abscondere poterit occasionem huius lapsus per satisfactionem, quam imponet: quod non faciet si non confiteatur peccata dimissa, & ita est de aliis peccatis, ad que quis assuetus est, sicut de lapsu carnis: ideo conueniens est illa rursus confiteri: sed in quibusdam sufficit confiteri in generali, id est dicere se peccasse sepe per iram, aut inuidiam, aut huiusmodi: in quibusdam verò conueniens erit descendere ad particularia, vt sic accipiatur iudicium de imponenda satisfactione: & tamen quando aut quantum ad particularia descendit oportet, no est possibile determinari sermone vniuersali, sed sicut videbitur opportunè confitendi: & ideo non cadit sub præcepto repetere peccata iam dimissa in recidians: sed solum expedit ad salutem confitentis, quam ipse tenetur procurare.

Ad primum dicendum, quod quodlibet peccatum tenetur confiteri: & tamen circumstantias non tenetur confiteri, nisi quando tales sunt, quæ mutant speciem: ingratitude autem, quæ hic accipitur non est per se peccatum: quia non dicit per se actum aliquem, aut omissionem: sed est circumstantia peccati, & non est de illis, quæ mutant speciem, quia cum accidat omni peccato, non potest mutare speciem: quia tunc nullum peccatum maneret in sua specie, quæ intelligi non potest: ideo consequenter non oportet confiteri omnia peccata, per quæ sciri possent magnitudo huius ingratitude: imò neque oportet confiteri se fuisse Deo ingratum per hoc, quod ipso iure constat, quod ingratus est quicumque peccat cum agat in debite contra beneficentem.

Ad secundum dicendum, quod quantitas culpæ, quæ est peccatum ex genere suo, vel specie, debet exponi sacerdoti: & hoc est nominare ipsum peccatum, & circumstantiam per quam transit ad aliam speciem, si qua est; quantitatem tamen culpæ, quæ accidit sibi ex aliis circumstantiis non oportet exponi, quia infinitæ sunt, & nemo posset explicare: & ita peccata dimissa faciunt ad quantitatem, quæ accidit culpæ ex circumstantiis, & non quæ prouenit ex specie, ideo non tenetur ad confessionem peccatorum dimissorum peccator.

Ad tertium dici potest vno modo, quod vnū peccatum est dispositio ad aliud, non quidem quod dicitur vnum peccatum sequatur ex alio, sed quia cum homo magis perseverauerit in malo, fit pigrior ad bonum, & ad malum prouidet: unde ipse Greg. dicit, quod peccatum, quod per penitentiam no deletur, mox suo pondere ad aliud trahit tales: autem dispositiones sunt multum per accidens, & non oportet eas confiteri. Aliter potest dici, quod etiam causas vel occasiones peccatorum siue consistant in interiori pronitate, siue in exteriori conuersatione, non oportet confiteri de necessitate confessionis: quia materia confessionis non est nisi peccatum, ista autem non sunt peccatum: ideo non oportet ea confiteri nisi in quantum aliqua eorum faciunt ad hoc, quod sacerdos sciat quæ modum satisfactionis imponere debeat confitenti.

Ad quartum dicendum, quod etiam neque in casu illo tenetur quis peccata iam dimissa repetere: sed satis est, quod post confessionem sequentem expleat satisfactionem sibi iniunctam, vt in charitate agat, & non confitebitur peccata, quæ prius confessus fuerat. Ad duas rationes in contrarium dicendum, quod verum concludunt, quod de necessitate confessionis non est repetere confessionem factam, sed ad sciendum congruum modum satisfactionis imponendæ est conueniens repetere confessionem, vel saltem aliqua de peccatis aliis factis, vt supra dictum est.

Homo perseveras in malo pigri or fit ad bonum.

CAPITVLVM XIX.



Factum est, cum consummasset Iesus sermones istos, migravit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & securæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes. Si licet

Mar. 10.

licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non sepat.

Et factum. Posita fuit in præcedentibus doctrinalis instructio: hic ponitur doctrina confirmatio, quæ fit per miracula. Et diuiditur in duo, quia primò quæ dictum est ponitur: secundo doctrina alia subiungitur, ibi. Et accesserunt.

An ista sint continuata ad præcedentia.

Quæst. I.

Quæretur, an hic sit ordo continuatus ad præcedentia. Dicendum, quod non potest hic assignari aliqua anticipatio, vel recapitulatio, cum litera ostendat fuisse continuatum ordinem, cum dicitur: & factum est cum consummasset Iesus sermones, migravit à Galilæa, & statim post præcedentia, secuti sunt hoc: imò ista non sunt proprie continuata, si accipiatur litera ista, quæ est in principio cap. quia non est continuata: cum non narretur hic factum aliquod, aut dubium, de quo sit dubium an sit continuatum ad præcedentia: sed potius est ista litera continuatio præcedentium, & sequentium. Unde dicendum, quod ab illo loco infra in litera, vbi dicitur: & venit in fines Galilææ, ea quæ narrantur, sunt continuata literæ præcedentis cap. ea verò, quæ ponuntur hic in principio sunt continuatio istorum, & illorum. Circa primum dicitur. Et factum est. Consuetudo Hebraica loquendi est: ponitur enim pro postquam, id est postquam fuerunt præcedentia, fuit quod sequitur: iuxta illud Threno: primo, & factum est postquam in captiuitatem ductus est Israel. & secundo Regum vnde dicitur, factum est eo tempore, quo solent reges ad bella procedere. Et consummasset Iesus sermones istos. Id est statim vt compleuit eos. Migravit à Galilæa. Id est recessit: iuxta illud Threno: primo, Migravit Iuda propter afflictionem suam, id est recessit de terra sua. Et dicitur à Galilæa, quia erat Christus in Galilæa quando loquebatur ista. Et venit in fines Iudææ. Id est ad terminos Iudææ, & Galilææ. Accipitur Iudæa quadrupliciter: vno modo pro tota terra, in qua Hebræi habitant. & sic accipitur Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Ponitur enim Iudæa, & Israel pro eodem: & est replicatio sententiæ sicut fit in carminibus, iuxta illud: Quæ nobis pars in David: & quæ hæreditas in filio Isai: tertio Regum secundo, & tamen David & filius Isai: & pars & hæreditas idem sunt. Secundo modo accipitur pro terra, in qua habitabant subditi regum Iuda, & ita distinguantur reges Iuda, & Israel, & omnes, qui habitabant in terra (subditi regibus Iuda, dicebantur habitare in Iudæa, & quia duæ tribus, scilicet Iuda, & Benjamin subditæ erant regibus Iuda tertio Regum vnde dicitur, & duodecimo, terra istarum duarum tribuum vocabatur Iudæa: & distinguitur tunc Iudæa contra terram Israel, vel decem tribuum. Tertio modo accipitur Iudæa pro terra, in qua habitabat sola tribus Iuda, & ista est propria acceptio, quia Iudæa à Iuda dicitur, & ita tota illa terra, quæ describitur Iosue decimo quinto, est Iudæa, quia est fors Iuda: quæ erat paucas ciuitates, quæ ablatae sunt de ipsa sorte, quæ erat magna, & tradite fuerunt tribui Simeon: Iosue decimo nono. Et ista acceptio licet sit sola propria, tamè non inuenitur in scriptura sicut aliq. Quarto modo accipitur Iudæa magis strictè, vt est prouincia distincta contra alias prouincias terræ Iudeorum. & sic distinguitur contra Galilæam, & Abilinam, & Trachonitidem: istæ enim quatuor regiones distinctæ fuerunt in tota terra, in qua manebant Iudæi tempore Christi, & paulo ante: sic enim distinguuntur ista tetrarchiæ, & quatuor principes harum prouinciarum, quos tetrarchas vocamus. Luc. tertio, & isto modo accipitur Galilæa quandoque euangelistæ de ea loquuntur. Aliqui autem volunt istum modum coincidere cum secundo, ita quod terra tota in qua Iuda, & Benjamin solebant habitare, vocetur nunc Iudæa. Et tamen hoc non constat: si tamen quis hoc tenere velit non resistimus.

Trans Iordanem. Id est citra Iordanem, scilicet ad partem occidentalem Iordanis. Accipitur enim equiuoce aliquando pro vltra Iordanem, & aliquando pro citra. Hic autem accipitur pro citra, id est parte occidentali: nam ad partem orientalem eius erat Christus ante hoc, & venit ad occidentalem, quæ veniebat versus Ierusalem: & illa est magis occidentalis quam Iordanis. Sed obiicietur, quod sit terra ista, de qua est sermo ad orientalem partem Iordanis, scilicet vltra Iordanem. Et patet, quia Mar. 10. vbi expresse dicitur: & inde exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem.

Dicendum, quod non erat ad orientalem partem Iordanis, sed ad occidentalem, quia ista erat terra Iudeæ: & tamen non extenditur fors Iuda vltra Iordanem, sed terminus fortis istius ab oriente est Iordanis: Iosue decimo quinto, et terminus fortis Benjamin, quæ etiam vocatur Iudæa est Iordanis: Iosue decimo octauo: dicitur tamen vltra Iordanem, quia vltra, et citra variè accipiuntur: nam qui est ad orientem, et respicit occidentem dicitur occidentalia esse vltra se, et qui est ad occidentem dicit ea, quæ sunt ad orientem esse vltra. Et ita Marcus accepit vltra Iordanem ea, quæ ad occidentalem partem eius erant: sed de hoc dicitur infra questione quinta, vbi ponitur veritas. Et secuta sunt cum turbæ multæ, quæ veniebant cum eo de Galilæa in Iudæam, & curauit eos ibi. Scilicet, in finibus Iudææ circa Iordanem.

Quomodo dicitur, quod cum consummasset Christus sermones istos migravit à Galilæa, & venit in fines Iudææ.

Quæst. II.

Quæretur, quomodo dicitur, quod cum consummasset Christus sermones istos, migravit à Galilæa, et venit in fines Iudææ. Dicendum, quod in hoc innuitur, quod quando fiebant præcedentia, Christus erat in Galilæa, et non in Iudæa: nunc autem voluit venire in Iudæam. Pro quo præsupponenda est distinctio de Iudæa, quæ habita est supra, et accipitur hic Iudæa quarto modo, vt ibi dictum est, licet possit accipi secundo modo: quia vt aliqui volunt secundus et quartus sunt idem: et licet hoc non constet, tamen potest teneri. Sic tenet Remigius, scilicet: Sciendum est autem, quod omnis illa Israelitarum prouincia generaliter Iudæa dicebatur ad comparationem aliarum gentium. Veruntamen meridiana eius plaga, in qua habitabat sola tribus Iuda, & ista est propria acceptio, quia Iudæa à Iuda dicitur, & ita tota illa terra, quæ describitur Iosue decimo quinto, est Iudæa, quia est fors Iuda: quæ erat paucas ciuitates, quæ ablatae sunt de ipsa sorte, quæ erat magna, & tradite fuerunt tribui Simeon: Iosue decimo nono. Et ista acceptio licet sit sola propria, tamè non inuenitur in scriptura sicut aliq. Quarto modo accipitur Iudæa magis strictè, vt est prouincia distincta contra alias prouincias terræ Iudeorum. & sic distinguitur contra Galilæam, & Abilinam, & Trachonitidem: istæ enim quatuor regiones distinctæ fuerunt in tota terra, in qua manebant Iudæi tempore Christi, & paulo ante: sic enim distinguuntur ista tetrarchiæ, & quatuor principes harum prouinciarum, quos tetrarchas vocamus. Luc. tertio, & isto modo accipitur Galilæa quandoque euangelistæ de ea loquuntur. Aliqui autem volunt istum modum coincidere cum secundo, ita quod terra tota in qua Iuda, & Benjamin solebant habitare, vocetur nunc Iudæa. Et tamen hoc non constat: si tamen quis hoc tenere velit non resistimus.

K 3 habet.

habitat tribus Iuda, et tribus Benjamin specialiter dicebatur Iudæa ad distinctionem aliarum regionum, quæ in ipsa provincia continebantur, idest Samaria, Galilæa, & decapolis, & reliquæ aliæ, & hoc satis tenendum est. Et idem dicit Beda. Ponitur ergo hic Iudæa, ut distinguitur à Galilæa, & sic dicitur, quod venit de Galilæa in fines Iudæe. Sciendum autem, quod de Galilæa nunc venit, quia omnia præcedentia à principio prædicationis Christi usque nunc facta sunt in Galilæa: in Iudæa autem nihil adhuc prædicauerat, sed nunc venit ad illam. Et patet hoc, quia prædicatio Christi cepit in Galilæa in finibus Zabulón, & Nephtali in vrbe Capharnaum, supra quarto cap. nam statim ut Iesus descendit de monte post ieriniuum, cepit prædicare per synagogas Galilæe. Luc. quarto cap. & postea nunquam venit in terram Iuda, ut patet ex toto discursu euangelii, quia nulla eius leguntur gesta, quæ fecerit in Iudæa: nunc verò incipiunt gesta sua in Iudæa. Sic dicit Beda: Hucusque narravit Matthæus ea, quæ dominus in Galilæa fecit & docuit: hic autem incipit enarrare ea, quæ in Iudæa fecit, docuit, et passus est. Et idem dicit Rabanus: et sciedum quod ea, quæ nunc proximè facta sunt, fuerunt in vrbe Capharnaum, quæ est in Galilæa. Et patet, quia supra decimo septimo capi. dicitur, conuersantibus illis in Galilæa &c. et immediatè sequitur, & cum venissent Capharnaum, accesserunt qui petebant didrachma: & postea continuantur omnes doctrine positæ præcedenti capi. nulla interpositione facta. Et sic videtur quod omnia, quæ habentur præcedenti capi. dicta fuerint in Capharnaum. Et idè colligitur capit. nono, et decimo cap. est autem Capharnaum in Galilæa, quia est metropolis Galilæe: ideo nunc cum dictis præcedentibus veniret de Capharnaum in terram Iuda, dicebatur venire de Galilæa in Iudæam.

Quare Christus venit nunc de Galilæa in Iudæam.

Questio III.

QVAERETVR, quare Christus venit nunc de Galilæa in Iudæam. Dicendum, quod Christus venerat in mundum ad nos docendum, & deinde ad moriendum pro salute nostra: mors autem sua certo loco furura erat, scilicet in Ierusalem, et non alibi: sic ipse dixit Luc. decimo tertio capi. Non capit prophetam perire extra Ierusalem. et quia tempus passionis suæ appropinquabat, oportebat, quod ipse veniret in Ierusalem, et quia Ierusalem est in Iudæa, venit nunc in Iudæam. dicit Chry. Dominus prius Iudæam relinquens propter illorum emulationem, nunc ibidem iam immoratur, quia passio in proximo futura erat ei. Idè dicit Theophi. Sed dicitur, quomodo dicit Chrysofomus, dominus prius Iudæam relinquens: ex quo innuitur, quod prius fuerit in Iudæa, et deinde ierit in Galilæam: et nunc redeat in Iudæam: et tamen præcedenti qst. dictum est, quod in Iudæa nihil adhuc prædicauerat, sed omnia facta sua fuerant in Galilæa.

Dicendum, quod vtrunque verum est, nam verum est, quod dominus reliquit Iudæam propter emulationem Iudæorum, et specialiter Phariseorum: nam Ioan. 4. dicitur quod cum audiret Iesus, quod Pharisei dicebant, quod ipse plures discipulos faciebat quàm Ioannes, et plures baptizabat, reliquit Iudæam, et venit in Galilæam. Et hoc dicit Chrysofomus. Etiam verum est, quod tota prædicatio Christi usque nunc fuerat in Galilæa: et omnia gesta, quæ habentur supra: nam in toto isto libro Matthei usque nunc nihil scribitur quod in Iudæa factum fuerat, nisi Christi natiuitas, et adoratio Magorum, quæ fuerunt in Bethlehem, supra 2. ca.

Et tamen aliquo tempore stetit Christus in Iudæa, scilicet quando venit semel ad Pacha. Ioan. 2. et mansit ibi aliquandiu, sed non prædicabat publicè, neque baptizabat quemq: sed discipuli eius baptizabant multos. Io. 3. & 4. & tunc facta est amulatio Phariseorum contra Christum: & ipse cedens illis recessit de Iudæa in Galilæam. Io. quarto, & in Galilæa facta est tota prædicatio sua, quæ fuit usque nunc, & ita vtrunque est verum. Sed dicitur, quare non venit ante hoc Christus in Iudæam? Dicendum, quod omnia ab eo ordinatissime facta sunt, voluit enim mori determinato tempore, & prædicare certo tempore, & quia si cepisset prædicare Christus in Iudæa, & ibi perseuerasset, Legis periti, & Pharisei, qui erat in Ierusalem cepissent illum statim persequi, & non posset tanto tempore prædicare, nisi se diuinitus conseruaret, quod facere non intendebat, voluit prædicare in Galilæa, in qua securus erat, quia ibi nemo eum persequeretur, & inde perueniret fama sua in Ierusalem, & cum postea esset tempus moriendi ipse veniret in Ierusalem: interim autem se auferret ab oculis: sic enim cum Herodes querebat eum occidere, fugit in Aegyptum, supra secundo capitu. in Galilæa autem erat securus, quia cum nemo persequeretur: & dato quod aliquis persequeretur eum, quando ibi maneret, non poterat mala pati, quia non erat ille locus, neque tempus, in quo Deus traderet Christum hominem in manus impiorum. sic patet Luc. 13. vbi cum dixissent Pharisei sibi, exi, & vade hinc, quia Herodes vult occidere te, & dixit: ite & dicite vulpili: ecce eiicio demonia, & sanitates perficio hodie & cras & sequenti die oportet me ambulare, quia non capit prophetam perire extra Ierusalem. In quo innuit, quod etiam si in Galilæa vbi erat Herodes prædicaret, & vellet eum occidere Herodes, non posset, quia non capit, idest non est possibile prophetam, idest Messiam, qui est maximus prophetarum perire extra Ierusalem, idest occidi. A principio ergo in Galilæa prædicauit: nunc verò appropinquante tempore passionis venit ad locum: nam si ipse non veniret, non potuissent eum Iudæi alibi tenere, & tamen non venit statim, vel subito in Ierusalem, sed paulatim: & postea non mansit semper usque ad mortem in Iudæa, cum aliquanto tempore prædicasset, incipientibus eum persequi Iudæis fugit de Iudæa: non enim audebat ibi palam ambulare. Io. septimo cap. sed recessit in regionem propinquam deserto, scilicet in vrbem Ephrem. Ioan. vndecimo, & postea tempore passionis rediit in Ierusalem ad Pacha, & prædicta vera sunt, quod usque nunc semper mansit in Galilæa: & nunquam veniebat in Iudæam nisi in festiuitatibus, in quibus Iudæi soliti erant ascendere ad templum in Ierusalem, & maxime in festo Azymorum, et tunc prædicabat, et faciebat miracula aliqua, de quibus nihil ponit hic Matthæus, sed tangitur Ioan. 2. et 3. et 5.

Quare dicitur, quod venit Christus in fines Iudææ.

Questio. IIII.

SED QVAERETVR, quare dicitur, quod venit Christus in fines Iudææ. Aliqui dicunt, quod fuit, quia ita accidit: nam ad hoc quod veniret in Iudæam necesse erat, quod primò veniret in fines Iudæe. Sed dicendum, quod non est ista causa, quia tunc eadem ratione ponerentur omnes partes itineris, per quas venit: sed falsum est. Dicendum ergo quod hoc fuit, quia scriptura solet ut communiter, quando enarrat facta, aut dicta Christi, designare loca, in quibus illa acciderint: et quia ipse veniente de Galilæa, ut intraret in Iudæam, iuxta ipsos fines Iudæe acciderunt ipsa, quæ sequuntur, de questione Phariseorum cum Christo.

Christo circa libellum repudij: patet in litera, et Mar. 10. Alij autem dicunt, quod hoc fuit, quia Christus non veniebat velociter in Ierusalem, sed paulatim, ideo morabatur in medio itineris manendo in singulis locis: nam mansit in finibus, & mansit circa Iericho: & ita circa alia loca: ut patet ex discursu istius cap. & sequentis: nam hic agitur de accessu ad fines Iudææ, & infra 21. in principio dicitur de introitu Christi in Ierusalem. Et dicunt, quod hoc faciebat Christus ut erudiret gentes illas, quæ bono aïo erant, & doctrinam eius deuote suscipiebant: nam illi, qui erant in medio, bono aïo audiebant, qui verò in Ierusalem persequebantur eum, & ideo non statim illuc iuit, sed morabatur in itinere. Sic dicit Theophilus: visitat nunc regionem Iudæorum, quæ sæpe propter emulationem reliquerat, quia passio erat: non tamen ascendit tunc Iesus Ierusalem, sed Iudæe conuina, ut turbæ non malitiosæ proficeret: Ierolyma enim erat operatrix omnis nequitie propter malitiam Iudæorum. Et idem dicit Chrysofomus. Dicendum tamen, quod aut queritur quare Christus venit in fines Iudææ, aut quare hoc exprimitur, licet fuerit, aut quare morabatur veniendo. Si primum dicendum, quod erat necessarium: nam si Christus intraturus erat in Iudæam, necesse erat, quod veniret in fines Iudææ antequam intraret in illam, ideo ista quaestio nulla est. Si queritur secundum, dicendum, quod expressum fuit de finibus Iudææ: quia in illis accidit quod infra dicitur. I. quod accesserunt Pharisei ad Christum querentes de libello repudij: sicut infra in litera fit mētio de Iericho, quia circa illam illuminatus est cæcus. Si autem in finibus Iudææ nihil à Christo factum specia liter accidisset, non exprimeretur, quia venit Christus in fines Iudæe: licet in illos verè venerit: sicut & omnia alia loca, per quæ Christus transibat subintelliguntur: in illis Christus nihil agebat, expressis illis solis, in quibus aliquid notabile factum, aut prædicatum est. Si queritur tertium, dicendum quod ideo morabatur, ut prædicaret, & curaret, & ad inquisita responderet: hæc enim tria Christus faciebat semper: & quia in itinere omnia ista opportunè facere potuit: ideo fecit illa, ut patet ex principio huius vsque ad 21. cap. vbi habetur de introitu in Ierusalem.

Ad quam partem Iordanis erat Christus.

Quest. V.

QVAERETVR, de istis finibus Iudæe, qui erant, & est dubium, quia dicitur in fines Iudæe trans Iordanem, ad quam partem Iordanis erat. Aliqui dicunt, quod erat ad Occidentalem partem Iordanis, quorum opinio posita est supra in expositione literæ. Dicendum tamen, quod hoc non potest plenè patere: sed potius videtur, quod fuerit ad Orientalem partem Iordanis: hoc enim magis conuenit sacre scripturæ, scilicet Mar. 10. cum dicitur, venit in fines Iudæe ultra Iordanem: sed ultra est pars Orientalis. Item expresse dicunt illud doctores: nam Rabanus dicit. Hic incipit narrare, quæ in Iudæa fecit, & docuit & passus est: & primò quidem trans Iordanem ad Orientem, deinde citra Iordanem, quando venit Iericho, Bethphogæ, & Ierolymam: & idem dicit Beda. Cum autem obierit, quia dicitur, quod venit in fines Iudææ, et tamen Iudæa non extenditur ultra Iordanem ad orientem, sed Iordanis est Orientalis terminus eius. Iosue 1. & ideo ad occidentem Iordanis esse dicendum, quod fines limitantur per indiuisibile: quia terminus rei diuisibilis non potest esse aliquid nisi indiuisibile, & ideo in finibus nemo est proprie, quia nihil capitur indiuisibile, sed dicuntur esse in finibus, quæ sunt circa fines. Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

& ideo quod est ex vtraque parte est in finibus: sicut Hispania, & Gallia copulantur ad terminum comunem: & ille terminus est Hispania, & est Gallia: & ideo qui est iuxta terminum illum: siue sit ex parte Gallia: siue ex parte Hispania, dicitur esse in terminis Hispania, vel in terminis Gallia. neque potest dici ibi esse in termino Gallia: quia dicitur esse in termino Hispania, & è contrario: quia idem omnino est terminus vtriusque. Ita erat hic idem terminus Galilææ, & Iudæe, scilicet Iordanis fluius, ad cuius occidentem erat Iudæa: ad orientem verò Galilæa. Quod ergo erat iuxta Iordanem, poterat dici esse in finibus Iudæe, & in finibus Galilææ: quia idem erat terminus, scilicet Iordanis, & ideo siue esset ex parte occidentali Iordanis, siue orientali: dum tamen iuxta Iordanem esset, poterat dici esse in finibus Iudææ, & etiam in finibus Galilææ: & sic intelligeretur de parte orientali, idest nondum transierat Iordanem, quando acciderunt, quæ dicuntur hic. Si tamen quis vellet tenere, quod fuit ad occidentalem partem Iordanis, non est inconueniens, & non obstat quod dicitur Marc. decimo cap. quod erat ultra Iordanem, quia, ultra, ita notat Occidentem sicut Orientem, ut ibi dictum est: quia tamen Rabanus, & Beda expresse dicunt, quod fuerit ad Orientem Iordanis, magis est hoc tenendum.

Quare dicitur hic, quod secuta sunt eum turbæ:

quæ quare sequebantur eum.

Quest. VI.

QVAERETVR, quare dicitur hic, quod secuta sunt eum turbæ, & quare sequebantur eum. Dicunt aliqui, quod hoc exprimitur, quia ita erat: nam turbæ semper eum sequebantur. Dicendum, quod non est verum. Primò, quia non est verum, quod turbæ ante hoc essent cum Christo, sed nunc nouiter aduenerunt. Sic patet Mar. 10. vbi istud ponitur, scilicet, egressus inde venit in fines Iudæe ultra Iordanem: & conuenerunt ad eum iterum turbæ. Ex quo patet quod turbæ ante hoc non erant, cum eo, sed nunc de nouo conuenerunt: et loco huius dixit Matthæus, secuta sunt eum turbæ, idest nunc secuta sunt, et immediatè ante hoc non sequebantur. Secundò patet, quia dato, quod ita fuisset, quod turbæ eum sequerentur: non exprimeretur hoc nisi aliqua noua causa subefferet exprimendi: sicut multa alia Christus faciebat, quæ subintelliguntur. Est ergo verum, quod turbæ ante hoc non erant cum Christo, sed nunc ad eum conuenerunt. Et patet hoc, quia totus iste sermo continuus, qui habetur præcedenti cap. fuit factus ad discipulos in Capharnaum, dum essent in domo: ut innuitur supra decimo septimo, et Marc. nono: et tunc non stabat præsens turba extraneorum: sed egressus est inde Iesus, ut veniret in Iudæam. Et tunc conuenit ad eum turba multa, scilicet quia omnibus se manifestum tuac exhibuit: quod non faciebat cum maneret in domo, et istam congregationem vocat Marcus iteratam, scilicet conuenerunt ad eum turbæ iterum: quia hoc refert ad aliam congregationem turbam, quæ habetur supra decimo septimo, & Marc. nono, quando descendit Christus de monte, in quo transfiguratus fuit, quia post illam non apparet alia ex litera. Modus autem conueniendi erat, quia turbæ veniebant ad Christum, ut audirent eum, & non poterant manere cum eo continue sicut discipuli sui, sed manebant per duos, vel tres dies: et tunc reuertebantur, supra decimo quinto, Misereor super turbam, quia triduo me sustinent, & non habent quid manducet, & interim veniebant

K 4 alij.

alij. & ita Christus vel semper habebat turbas, vel raro erat sine illis. Et hoc ad paucum tempus: & quando ipse volebat fugere turbas, sicut interdum faciebat propter recreationem corporalem suam, & discipulorum: quia tot erant, quæ ibant & redibant, quod neque spacium comedendi habebant. Mar. 6. vnde sic fiebat, quod interdum pauci erant cum Christo: interdum autem subito congregabantur multi, & ita factum est nunc: & sic dicitur quod secute sunt eum turbæ, id est nunc conueniunt ad eum: vt dixit Marcus. Cui autem queritur quare exprimitur, quod requirerent eum, vel congregate fuerint.

Dicendum quod fuit propter tria. Primum ad faciendam rem verisimilem, quæ hic traditur, scilicet quod accesserunt Pharisei ad querendum de libello repudij: & quia diceret aliquis, quomodo accedebant Pharisei? respondetur, quod turbæ multæ conueniunt, & ita inter illas Pharisei venire possent, & hoc est precipuum. Secundum ad dandum testes huius rei: nam Pharisei quærebant à Christo de libello repudij: & vt innuatur qui erant testes doctorum, dicit euangelista quod multæ turbæ sequebantur eum: & ita omnes ille essent testes huius rei. Tertio vt ostendatur differentia inter animos turbarum & Phariseorum ad Christum: nam Pharisei nitebantur turbare Christum & persequi saltem cauillationibus: turbæ autem audiebant libenter quæ ille dicebat. Sic dicit Beda. Notanda est mentium distantia in turbis & Phariseis hæc conueniunt vt doceantur, & vt sui sanentur infirmi: illi accedunt vt saluatorem tentando decipiant. Cum vero queritur, ad quid sequebantur turbæ Christum? Dicendum quod principaliter propter sanitatem recipiendam. sic dicitur Io. 6. quod conuenit ad Christum multitudinem copiosam, quia videbant signa quæ faciebat super his, qui infirmabatur: & ista fuit causa hic: nam dicitur quod sanauit eos ibi: etiam conueniebant ad audiendam doctrinam eius; quæ dulcis erat, sicut dixit Petrus Io. 6. Domine ad quæ bibimus? verba. n. vite eterne habes. Etiam erant aliæ causæ: nam sex vel septem causæ erant, propter quas sequebantur turbæ Christum: vt declaratum est supra 4. cap. quæst. vltima.

Quomodo dicitur hic quod secuta sunt turbæ Christum, & curauit eos: quia etiam videtur contrarietas in euangelistis. Quæst. VII.

Quæretur quomodo dicitur hic, quod secute sunt turbæ Christum, & curauit eos ibi: nam Mar. 10. cap. dicitur: & docebat eas sicut consueuerat. Aliqui dicunt, quod non sit idem factum, quod narratur hic; & ita hic fuit curatio; & ibi prædicatio.

Dicendum, quod non stat, quia necesse est esse idem, scilicet aduentus Christi in fines Iudææ iuxta Iordanem & cætera, quæ sequuntur hic, de quæstione Phariseorum ad Christum cum his, quæ ponuntur ibi: ideo non potest dici esse aliud factum.

Sed dicendum quod est idem factum, & non est aduersitas: vtrunque enim Christus fecit, scilicet docere turbas, & curare eas, quia ista erant duo opa, quæ Christus ita solitus erat facere, sicut comedere, & bibere: euangelista aut scribit multam cautè, & breui: & quia Mattheus tetigit hic solum de curatione, & tacuit de prædicatione expressit Marcus solum prædicationem, quam tacuit Mattheus, & tacuit curationem, quæ expressit Mattheus. Et ita ex ambobus colligitur vna perfecta narratio, sicut solent sepe facere euangelistæ. Mattheus autem tacuit hic de prædicatione exprimendo solum curationem: Primum, quia turbæ magis intendebant curationem quam prædicationem: sic ponitur ista sola cum Ioan. secundo conueniunt turbæ ad Christum,

scilicet, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur: quasi vel ista esset sola causa, vel præcipua veniendi ad ipsum. Secundum, quia subiecit id quod notum esse videbatur: nam conuenientibus turbis ad Christum certum est, quod doceret eas, quia istud erat officium eius: & si istud non faceret, nihil faceret. Et ita innuitur Mar. 10. Accesserunt turbæ iterum ad eum, & docebat eas, sicut consueuerat. De curatione secus erat: nam interdum conueniebant aliqui ad Christum, qui non curabantur, vt quia infirmus nemo ibi erat, & tamen nunquam conueniebant aliqui ad Christum, quin docerent. Etiam quia doctrinam Christus faciebat propter se tantquam id, ad quod ipse venerat: curationem autem non faciebat nisi propter indigentiam humanam. scilicet quando accedebat aliqui, qui curatione indigerent. Etiam erat curatio, & tota miraculorum operatio ad confirmationem doctrinæ, & non è contratio, ideo potius debuit subiecere prædicationem quam curationem; Marcus autem illam expressit, vt nihil ambiguum relinqueret. De his dicit Chryl. Considerandum, quod neque doctrinæ verborum, neque operationi continuè dominus insistit. Sed nunc quidem hoc, nunc quidem illud facit, vt à signis creditibus appareret in his, quæ dicebat, & sermonum utilitas, quæ erat in signis ostenderetur.

Quare Christus in finibus Iudææ & Galilææ iuxta Iordanem curauit nunc turbas, & eis prædicauit. Quæstio VII.

Quæretur, quare Christus in finibus Iudææ, & Galilææ iuxta Iordanem curauit nunc turbas, & prædicauit eis. Aliqui dicunt, quod fuit hoc iuxta Iordanem, quia in Iordane fuit inchoatus baptismus, in quo omnia peccata tolluntur, ideo apud Iordanem turbas curari decuit. Sic dicit Origenes: Sanauit autè dominus turbas trans Iordanem, vbi baptismus dabatur: verè enim omnes à spiritualibus infirmitatibus sanantur in baptismo. Dicit autem, quod fuit in finibus Iudææ, & Galilææ, quia per Galilæam significantur gentiles: per Iudæam significantur ipsi Iudæi: vt innuatur quod salus, quæ ventura erat ex Iudæis, vt dicit Christus Io. 4. transitura esset ad gentiles. Sic dicit Raba. curat etiam Galilæos in Iudææ finibus, vt peccata gentium in eam veniam quæ Iudææ parabatur admitteret.

Sed dicendum, quod iste fuit causæ mysticæ, & non literales, cum accipiuntur ex significatione terminorum. Causa autem vera est, quia Christus prædicabat turbis vbicunq; & quodcunq; conuenirent ad eum: vnde etiam si tempore importuno, & loco venirent prædicabat & curabat, ita vt aliquando venirent tempore, quo ipse sedere vellet ad mensam, & surgebat relictis cibis, & ibat, & prædicabat eis. Mar. 3. vnde ob hoc die quadam cum sic ageret, surrexerunt discipuli tenere eum dicentes, quoniam in furorem versus est: eo. c. & quia nunc accidit turbas venire ad Christum iuxta terminos Iudææ, & Galilææ, non moratus est ultra, sed ibi eis prædicauit: quia sic consueuerat. Mar. 10. Conueniunt ad eum iterum turbæ, & docebat eos sicut consueuerat, id est, quia consuetus erat docere eas, quodcunq; ad eum conuenirent: curabat autem omnes, qui curatione indigebant. & hoc semper faciebat, etiam quando deducebantur ad eum languentes, vt patet in vtraque saturatione turbarum, supra 14. & 15. & ibi etiam sicut hic docebat, & postea sanabat languidos. Sed Mattheus etiam ibi subiecit prædicationem: exprimens solum curationem, supra 14. Marcus autem expressit solum prædicationem: subiciens curationem. Marci sexto. & ita fecerunt hic ambo cum Mattheus ponat solum curationem. & Marcus solum doctrinam.

Ad Christum nulli conueniebant quin doceretur

Si autem in alio loco conuenissent turbæ, & non iuxta Iordanem in finibus Iudææ, alibi eas doceret, & curaret: & ita locus non confert causam ad eam, quæ Christus faciebat: sed solum concursus turbarum.

Et accesserunt. Hic ponitur secundum, scilicet alia doctrina, & ponuntur hic virtutes contemplatiuorum siue religiosorum. Et diuiditur in tres partes, quia primum ponitur continentia: secundum obedientia ibi. Tunc oblati sunt ei. Tertio paupertas voluntaria, ibi. Et ecce vnus. In istis enim consistit tota perfectio religiosorum: & istæ tres ponuntur in voto expresse. Prima in duas, quia primum ostendit Christus, quæ continentia sit necessitatis, scilicet continentia coniugalium. Secundum ostendit continentiam, quæ est perfectionis, scilicet continentia virginialis, vel quæ est totaliter abstinere à venereis, postquam quis sumperit propositum abstinendi, ibi. Dicunt ei discipuli. Prima in duas, quia primum circa hoc ponitur Phariseorum dolosa interrogatio. Secundum Christi vera responsio ibi. Qui respondens. Circa primum dicitur. Et accesserunt ad eum. Quia isti interrogare volebant: Pharisei isti nitebantur euertere Christi doctrinam confundendo eum. Tentantes eum. In quæstione ista tentabant eum, quia intendebant deducere ad aliquod inconueniens, vt infra dicitur. Et dicentes, si licet. Id est nuncquid licitum est. Homini dimittere uxorem suam. Id est dare libellum repudij, quod erat dimittere uxorem: cum ipsa transiret ad alias nuptias, & ille pariter. Quacunque ex causa. In hoc statutorum dubium quæstionis: nam an dimittere liceret certum est: cum consensus fuerit libellus repudij Iudæis. Deutero. 24. sed an ex quacunque causa quantumcunque voluntaria licet rem dimittere uxorem, vel solum ex aliqua determinata, vt pote causa fornicationis, erat dubium.

Quomodo nunc Pharisei venerunt ad Christum. Quæstio. IX.

Quæretur, quomodo nunc Pharisei venerunt ad Christum. Dicendum, quod satis verisimile erat conuenire Phariseos aliquos nunc ad Christum: conuenerat enim turba copiosa ad ipsum, & inter turbas erant isti Pharisei: sepe enim solebat Pharisei, & doctores legis venire ad audiendum Christum. Luc. quinto. Factum est in vna dierum & ipse sedebat docens, & erant Pharisei sedentes & legis doctores, qui venerant ex omni castello Iudææ, & Galilææ. Aliqui autem Phariseorum veniebant ad Christum bono animo, sed pauci erant: nam Nicodemus erat Phariseus, imò de principibus Phariseorum. Io. 3. & ille veniebat ad Christum bono animo ad audiendum doctrinam eius: vnde per noctem venit ad eum. Ioan. 3. & de baptismo cum eo Christus locutus est, & iste fouebat partem Christi: nam ceteri Pharisei dixerunt ei, cum temel defenderet partem Christi, nunquid & tu Galilæus es? Ioan. 7. Sic etiam Gamaliel erat quidam princeps Phariseorum honorabilis valde: Act. 5. & ille sauebat valde discipulis Christi. eo. cap. Rari tamen istorum erant: ceteri enim vt communiter oderant Christum, & nitebantur eum confundere: vnde veniebant ad audiendum doctrinam eius, vt caperent eum in sermone. Ita. n. aliqui quoniam cauillosas faciebant, vt caperent eum in sermone, sic dicitur infra 22. cap. Tunc Pharisei consilium iniuerunt, vt caperent eum in sermone: & quæsierunt de tributo, an esset reddendum Cæsari. Etiam quando miracula faciebat, aduertebant si quid esset, de quo eum possent accusare: sic dicitur Luc. 6. & supra 12. cap. obseruabant scribæ, & Pharisei an sabbatho curaret, vt iniuerent vnde accusarent eum. Et quando aliquid dice-

Nicodemus fuit de principibus Phariseorum.

bat interpretabantur in malum, & dicebant, quod blasphemabat: sicut supra nono, & Luc. quinto, quando dixit, dimittantur tibi peccata tua: & dixerunt scribæ, & Pharisei hic blasphemant. Et ita nunc malo animo accesserunt, scilicet tentando eum, quia dicitur accesserunt tentantes.

Ad quid Pharisei accesserunt ad Christum. Quæst. X.

Quæretur, dato quod Pharisei venerint, ad quid dicitur, quod accesserunt ad eum. Aliqui dicunt, quia hoc fecerunt, quia honorem desiderabant: sic enim dixit Christus infra 23. quod Pharisei volunt primos accubitus in cenis, & primas cathedras in synagogis, & vocari ab omnibus Rabbi: & quia Christus erat in magno honore apud turbas, si quis ei loco proximus esset, magne dignitatis videretur: ideo vt ipsi honorabiles reputarentur à turbis, accesserunt ad Iesum, vt loco proximi existerent: Alij dicunt, quod fecerunt ex superbia, vt viderentur equales Christo: nam Christus erat magister, & ipsi etiam doctores legis vocabantur, & cupiebant vocari Rabbi ab omnibus. infra 23. ideo voluerunt esse iuxta Christum, vt pares in honore ei viderentur.

Sed dicendum, quod hæc non sunt verisimilia, quæ sic dicitur de Apostolis, quod accedebat ad Iesum, infra 13. & 17. & de Petro dicitur precedenti cap. quod accesserat Iesum. & tamen nihil horum intendebat: sic dicitur de eis, quod accesserunt ad ostendendum, quod interrogare potuerint: nam oportebat eos presentes esse ad hoc, quod aliquis interrogaret: & tamè ante hoc non fit mentio, quod Pharisei presentes essent. Ideo debuit dici, quod accesserunt, quia alias non appareret quomodo interrogare possent: nam ex ordine narrationis non constaret hoc. Et ita dicitur sepe de discipulis, & quibuscunque quærentibus aliquid à Christo, quod accedunt ad eum, vt dicitur sequenti cap. accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. Et quodcumque aliqui nouiter loquuntur ad Christum, de quibus ex serie literæ non constat, quod ante hoc loquebantur, vel erant presentes: dicit Euangelista, quod accesserunt ad Christum: sic fuit declaratum precedenti cap. quæst. 126.

Quomodo tentauerunt Pharisei Christum, & quare tentabant. Quæst. XI.

Quæretur, quomodo tentauerunt Pharisei Christum, & quare tentabant. Dicendum primum, quod tentare est experimentum de re capere: & ita Pharisei per istas interrogationes volebant habere experimentum de Christo, an possent eum superare argumentis, vel an aliquando obliuiscerentur dictorum tuorum, & diceret contraria, vt sic eum tenerent in contradictione: & hoc erat velle capere eum in sermone, vt dicitur infra 22. et hoc tandiu durauit quodcumque Pharisei viderunt, quod semper superabantur à Christo, et non ausi sunt ultra interrogare eum, sicut dicitur infra 21. Neque ausus fuit ex illa die quisquam eum amplius interrogare. Nunc autem nondum tantam experientiam de ipso acceperant: ideo adhuc tentabant eum.

Ad secundum dicendum, quod tentabant vt eum confunderent, et auerterent populum ab eo, si aliquo modo possent ostendere eum falsa dicere; aut in aliquo errare: et ideo tam dictis quam miraculis eius insidiabantur: et quando ratione eum superare non poterunt, non passi sunt eum viuere dicentes: quid facimur quia



quia homo iste multa signa facit: si dimittimus eum sic, totus mundus crederet in eum. Io. 11.

Qualiter tentabant Christum Pharisaei dicentes, si licet homini dimittere uxorem. Questio. XII.

QVAERETVR, qualiter tentabant illum dicentes, scilicet homini dimittere uxorem. Dicendum quod hoc erat, quia videbatur esse dubia responsio, & quidquid responderet videretur inconueniens: nam si diceret dimittendam esse uxorem ex quaquamque causa, dabat locum libidini: neque videretur differre matrimonium a concubinato aut meretricio. Si autem diceret non esse dimittendam villo modo, vel saltem non ex omni causa: videretur dicere contra Moysen, qui dixit: si acceperit homo uxorem, & non inuenerit gratiam in oculis eius propter aliquam feiditatem, scriberet ei libellum repudij. Sic dicit Hiero. Sic arguunt, vt quasi cornuto eum teneant syllogismo: & quodcumque respondeat, pateat captio: si dixerit dimittendam uxorem qualibet ex causa, & ducendum aliam, pudicitia: praedicator sibi videbitur, contraria dicere: si autem responderit, non omnem ob causam debere dimitti, quasi sacrilegij reus tenebitur; & aduersus doctrinam Moysi & Dei facere

Quare potius tentauerunt Christum dicentes hoc quam aliquid aliud. Questio. XIII.

QVAERETVR, quare potius tentauerunt eum dicentes hoc quam aliquid aliud. Dicitur potest vno modo; quod istud dixerunt, quia puauerunt istam quaestionem difficile solubilem: tales enim quaestiones solebant a Christo querere, vt non videretur ei manere locus respondendi: cum qualibet pars habeat inconueniens: sic patet infra 22. cum quaesierunt an liceret dari centum Caesari: & ipse etiam ad eludendum eorum cauillationes similes interdum quaestiones faciebat, vt cum quaesuit an baptismus Ioannis esset de celo, vel ab hominibus, & illi non aui sunt respondere: quia vtraque pars contradictionis erat inconueniens infra 21. ita erat ista, quia erat vt syllogismus cornutus, vt dictum est praecedente: si istam inuenerunt. Alij dicunt quod Christus de hac materia nunc praedicauerat, licet euangelista istud non exprimat, & ideo fuit occasio querendi istud. Sed istud non consonat: quia in materia illa, quam ipse praedicaret, crederent eum praedidisse multa, & ita non possent eum faciliter in illa capere: ideo potius quaerent in alia, quam nunc non tractaret. Et hoc consonat dicto Christo. Intuere enim ex modo interrogationis malitiam: dominus enim supra de lege hac disputauerat: ipsi aut quasi iam nullo dicto interrogant, scilicet: & opinantes quod oblitus esset eorum, quae dixerat: & ita inuicem quod nunc non dixerat de libello repudij, sed multo ante hoc, scilicet supra 5. cap. ita quod putabant eum iam oblitum potuisse dictorum suorum. Alij autem dicunt quod de hoc querebant, quia non poterant negare ea, quae erant in cordibus suis: ex abundantia enim cordis os loquitur. supra 12. & Lu. 6. & gaerant luxuriosi isti Pharisaei: & caro maxime gaudeat assiduis mutationibus, quarebant de repudiatione vxorum. Sic dicit Chry. Sicut autem si vides hominem assidue amicitias medicorum colentem: intelligis quod assidue infirmus est: sic cum videas virum suae mulierem de dimittendis vxoribus aut viris interrogantes, agnosce, quia vir ille laicius est: mulier illa meretricia est.

Sed dicendum quod hoc non multum stat, primo,

quia non est verisimile quod hoc animo Pharisaei quererent: nam ipsi erant valde religiosi in habitu & quantum ad exteriora ostendebant omnem sanctitatem: & tamen nihil est, quod magis exteriori sanctitati obuiare videatur quam effrenata, & patens libido: ideo non quererent ipsi aliquid in quo talis appareret intentio. Secundo, quia non videretur hoc esse vitium Pharisaeorum: multa enim vitia Pharisaeorum & Scribarum Christus improperat eis infra vigesimo tertio, & tamen inter illa nihil de petulantia, aut luxuria tetigit. Tertio, quia hoc videretur repugnare literae: nam stante isto sensu, ideo quaererent, quia animus eorum libidini deditus eos talia loqui nesciebat: & tunc non dicerent ad alium finem nisi ex inclinatione: & tamen dicitur in litera, quod dixerunt hoc tentantes eum, ergo causa dicendi hoc fuit specialiter ad eum tentandum: & sic ideo istam quaestionem fecerunt: quia perplexa eis videbatur, & putabant tenere Christum velut cornuto syllogismo, vt in principio dictum est.

Quare dixerunt, an liceat dimittere uxorem ex causa? Questio. XIII.

QVAERETVR, quare dixerunt, an liceat dimittere uxorem ex causa. Dicendum quod in hoc erat totum dubium: nam quod dimittere liceret ex aliqua causa, apparebat ex lege Moysi, cui Christus non contradiceret: & tamen an esset causa determinata secundum quam liceret, vel ex quacumque, non erat manifestum: ideo hoc quaerunt: & dato quod Pharisaei putarent esse vnam aut paucas causas determinatas propter quas solas liceret dari repudium, non luerunt illas aperire, vt magis illis maneret locus arguendi contra Christum: & etiam vt quaestio efficeretur magis ambigua. Et etiam quia si illi vellent exprimere causas, forte in positione quaestiois aliquid praesupponerent, in quo Christus eos posset redarguere, & vt hoc enitarent, noluerunt descendere ad particularia, sed dixerunt, an liceret ex quacumque causa dimittere. Sic dicit Chryso. Sciebant autem, quoniam nullam causam idoneam habebant circa dimittendas uxores praeter solam turpitudinem, & alias atque alias sibi iniungebant: timerunt autem interrogare ex quibus causis, ne se ipsos in fra angustias certarum causarum astringerent: sed in interrogatione uerunt si ex omnibus causis liceret dimittere: scientes quod modum nescit neque infra terminos vnus coniugij capitur libido: sed quanto magis exercetur magis accenditur.

Qui respondens. Hic ponitur Christi responsio, & diuiditur in duo: quia primo ponitur dicta responsio: secundo remouetur quaedam sibi facta obiectio ibi: Dicunt illi. Circa primum dicitur. Qui respondens. Licet putarent Pharisaei insolubilem esse quaestionem, nisi incidendo inconueniens: Christus tamen faciliter respondit. Non legis. Modus increpationis est, quasi dicat, non deberis in hoc dubitare, quia si legis, & intelligeris scripturam, soluta esset vobis ista quaestio. Quia qui fecit. Scilicet Deus qui omnia creauit. Ab initio. Id est in principio saeculi in creatione rerum. Mascululum & feminam fecit eos. Id est non fecit solum feminam aut solum virum, sed mascululum & feminam fecit eos. Gen. 1. in quo inuicem, quod ad adiunctionem fecit eos commixtionis sexuum, quae ad matrimonium pertinet: & est decurrata locutio: quia necesse est deficere vnum accusatiuum: nam si dicitur. sic putuando: Qui fecit ab initio mascululum, & feminam: sequitur postea: Fecit eos, & non est aliqua sententia. Si vero dicatur mascululum & feminam fecit eos: est sententia perfecta: sed prima est imperfecta, scilicet qui

qui fecit a principio: ideo debet suppleri vnus accusatiuus: scilicet: Qui fecit hominem ab initio, fecit eos mascululum & feminam: talis sententia ponitur Gen. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, mascululum & feminam creauit eos. Et est sensus quod sicut eos creauit simul, ita voluit consortium eorum manere. Et dixit. Scilicet Deus. Propter hoc. Id est propter opus propagationis: dicitur enim Gen. 2. propter hanc, id est quod vir dimitteret patrem & matrem propter hanc, id est propter mulierem, vt cohabitaret ei, & vacent proli. Et ita idem sensus est: nam non dimittur pater, & mater propter uxorem nisi in quantum vxor est ad hoc, id est ad propagationem. Dimitte homo. Accipitur communis generis pro masculo, & femina: quia de vtroque intelligitur quod dimitteret patrem & matrem: nam sicut masculus dimittit patrem & matrem, vt adhaereat vxori suae: ita femina dimittit patrem & matrem, vt adhaereat viro suo. Patrem & matrem. Scilicet quantum ad cohabitationem: nam ante coniugium manent filij in potestate parentum, & in eadem domo: post matrimonium autem cessant filij habitare cum parentibus, vt maneat cum vxoribus suis. Et adhaerebit vxori suae. Scilicet per cohabitationem vel per copulam carnalem. Et erunt duo in carne vna. Id est duo erunt vna caro. Alij exponunt, quod erunt duo in carne vna, id est ad vnam carnem perducendam: sicut communiter exponitur. Et nos etiam tenentes viam communem ita solemus exponere: & tamen melior est sensus praecedens, vt infra dicitur. Itaque iam non sunt duo. Id est non sunt vt duae personae sed vt vna persona: & ideo sicut vna persona non diuiditur: ita neque vir & vxor debent separari. Sed vna caro. Et vnum corpus, vel vna persona. Vnde ergo Deus coniunxit. Aliqui dicunt, quos, & tamen euangelista dicit, quod: & ita etiam dicitur Mar. 10. & eadem sententia est. Et dicitur, quod, id est matrimonium, vel coniunctio, scilicet matrimonium quod Deus fecit cauendo coniunctionem inter virum & mulierem, non debet aliquis separare. Homo non separet. Id est non debet separare neque potest, quia quod fit a superiori, non potest reuocari per inferioriorem. Et est sensus Deus dat vires matrimonio: ergo non potest per hominem fieri diuortium: & tamen qui dat libellum repudij, separat de facto, vel rumpit vinculum, quod Deus fecit, ideo male facit: & ideo non licet repudiare uxorem.

Quare Christus voluit Pharisaeis respondere cum malo animo querentes. Questio. XV.

QVAERETVR, cum Pharisaei malo animo quaerent tentantes eum: quare respondere voluit, erant enim indigni responsione. Dicendum quod fecit primo propter seipsum, vt non viderentur praualere Pharisaei, hoc enim est, quod volebant Pharisaei, scilicet vt aliquo modo confunderent Christum, vel appareret quod eum confunderent in conspectu plebis. Si autem Christus nihil vellet respondere, videretur non potuisse propter difficultatem quaestiois: ideo ne videretur Pharisaei superasse eum debuit respondere. Secundo debuit respondere propter turbam astantem, vt appareret Christi excellentia, scilicet quando in ea quaestione, quam putabant Pharisaei insolubilem, ipse statim faciliter, & sine inconuenienti responderet: vnde cum ipsi Pharisaei praebuerunt materiam laudis Christo offerendo et difficilem quaestionem, debuit respondere, vt ex hoc magis confunderet illos, & extolleret nomen eius a populo gaudente de doctrina eius. Sic fuit Luc. 13. vbi cum Christus sanasset mulierem sabbatho, increpuit eum archi

synagogus indirecte dicens: Sex dies sunt, in quibus oportet operari in his ergo venite & curamini, & non in die sabbathi: Christus autem ostendit ibi sufficienter, quod licitum erat, imo laudabile sanare infirmos die sabbathi: & cum nesciret respondere archisynagogus, sequitur: Cum haec diceret, erubescerant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quae gloriose fiebant ab eo: ideo debuit nunc respondere ad confundendum Pharisaeos, & extollendum nomen suum coram plebe. Tertio propter utilitatem doctrinae: nam hic Christus ostendit non esse repudiandam uxorem, & ista doctrina erat noua & necessaria ad mores, & Christus introducturus erat eam etiam nullo querente, ideo cum acciderit nunc Pharisaeos de hoc querere, debuit respondere ad aperendum veritatem. Quarto, quia si Pharisaei bono animo quaererent, erat iustum, quod eis responderet: & tamen quod malo animo quaerent, non erat diminuens aliquid de debito responsonis Christi: ideo debuit respondere, siue illi essent digni siue indigni: nam qui indignus est, promeretur, vt ea, quae ad ipsum pertinent, non dentur ei: quae tamen non sunt ad eius utilitatem, non sunt propter eum subrahenda: ita erat hic, quia Pharisaei non quaerebant istud propter utilitatem aliquam, quam capere vellent ex responsonis vera ad quaestionem: sed solum vt confunderent Christum: ideo non debuit cessare Christus respondere propter eorum indignitatem: imo neque indigni esse poterant ad id quod propter eos non fiebat, neque cedebat in eorum utilitatem: vnde non solum responsonem subrahere non debuit, sed potius etiam ipsis nolentibus respondere, postquam semel quaesiuissent, sicut Deus ipsis indignis, & signa nolentibus, signa dat inuitis: quia ad laudem Dei illa dare pertinet. sic patet Esa. 7. vbi Deus dixit ad Achaz quod peteret sibi signum: & ille noluit dicens, non petam, & non tentabo dominum: & tunc Isaias dixit: Propter hoc dabit ipse dominus vobis signum, id est quia vos non petitis imo non vultis: ipse Dominus, id est ipse a se ipso nemine petente dabit signum. Ita ergo hic debuit ipse respondere, licet ipsi Pharisaei non desiderarent responsonem, postquam semel quaesiuissent.

Quare Christus respondit Pharisaeis, cum posset non respondendo euadere. Questio. XVI.

SED QVAERETVR, cum Pharisaei essent indigni responsione, & Christus posset non respondendo euadere, quare respondit: Ita, n. aliquando faciebat interdum non respondendo directe: vt quando dixerunt: quousque tollis animas nostras? si tu es Christus, dic nobis palam: Ioan. 8. & ille noluit dicere palam: sed dixit: opera, quae ego facio, testimonium perhibent de me. Et aliquando nihil respondebat, sed cogebat cessare querentes a responsonis. Sicut infra 21. & Marc. 11. quando dixerunt Iudej Christo, in qua potestate facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? Et ille ait: interrogo & ego vos aliam quaestionem: baptismus Ioannis de celo erat, an ex hominibus? & illi videntes se perplexos dixerunt: nescimus. Tunc Christus ait: neque ego dico vobis, in qua potestate hoc facio: ita potuisset nunc similem quaestionem facere, vt ipsi cogerentur cessare consulti a sua petitione, & non responderet eis. Dicendum quod quando Christus interrogabatur, siue essent quaestiones bono animo siue tentatiuo factae: & siue essent digni, siue indigni, qui quaerebant, semper respondebat directe, nisi ex aperture veritatis sequeretur malum. De quaestioibus bono animo factis apparet, vt de quaestioibus discipulorum: quia semper

semper respondebat eis: & tamen quando quesierunt Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? Actus. noluit respondere dicens: non est vestrum nosse tempora & momenta, quae pater posuit in sua potestate. Etiam quando infra 24. & Mar. 13. quesierunt dicentes: Quando haec erunt? & quod est signum aduentus tui? Noluit plenè respondere, sed ait: De die illa & hora nemo scit neque angeli caelorum, nisi pater solus: quasi dicat, neque vobis reuelandum est. De quaestionibus, quae fiebant tentatoriè velut syllogismo cornuto vtrando etiam patet: quia quando quesierunt Pharisei an liceret dari cœsum Caesari tentatoriè fiebat: & ad vtramque partem concludere videbatur inconueniens: & tamen respondit, vt patet infra 22. Etiam quando adduxerunt ad eum mulierem deprehensam in adulterio quærentes, an deberet lapidari: quidquid responderet videbatur inconueniens, & tamen respondit: Io. 8. solum quando sequebatur inconueniens ex responsione non respondebat: & ita quando discipuli quaesierunt: Domine an in tempore hoc restitues regnum Israel? sequebatur inconueniens si tēpora determinata, in quibus aliquid Deo diffiniuit facere, scirentur ab hominibus: ideo non respondit, sed dixit, quod erat eorum hoc scire. sic enim quando Iudaei quaesierunt in qua potestate hoc facis, & quis tibi dedit hanc potestatem: non erat conueniens, quod Christus responderet. Nam oportebat quod exprimeret se esse Deum. Si enim ex eis, quae ipsi videbant, non informabantur de potestate Christi, oportebat quod apertè diceret se esse Deum. & tunc erat inconueniens, quia cum erant maliuoli, qui hoc querebant dicerent eum blasphemasse, & peterent illum ad mortem: sicut in passione quando ipse dixit: a modo videbitis filium hominis & cetera. nam dixerunt, auditis blasphemiam infra 26. & Mar. 14. Non ergo debuit respondere: & ob hoc quaesivit viam euadendi: nunc autem nullum inconueniens erat respondere, cum esset bona doctrina, & sine scandalo, quam nunc dedit: ideo non debuit tacere, sed respondere. Secundò, quia non solum non sequebatur inconueniens respondendo, sed potius erat bonum: nam ex responsione resultat bona doctrina, & necessaria: & ideo si Pharisei non quaesissent de hoc, ipse aliquando hoc diceret: melius tamen erat dicere istud respondendo quam simpliciter docendo: nam si simpliciter doceret, non diceret nisi veritatem rei: quia non verteretur tunc res in contentionem, & loqueretur ad auditores credulos: nunc vero res deducta fuit in contentionem: ideo oportebat eam magis discutere, & ita factum est: quia Christus non solum veritatem asseruit: sed etiam confirmationes apposuit, & insuper ad obiectiones sibi factas respondit: quando autem docendo sine interrogatione dixit pauca, vel aperuit, vt patet supra quinto: ergo conueniens fuit quod Christus responderet ad quaestionem Phariseorum.

Quare ponitur hic de libello repudii, cum supra hoc positum fuerit. Quæstio. XVII.

Quare ponitur hic de libello repudii, quia de hoc Christus docuerat supra. 3. cap. Dicunt quidam quod Christus dixit hoc bis, iō Matthæus bis scripsit. Sed non stat, quia tunc aliquid esset quod decies aut pluries scriberetur: cum aliqua sint quae Christus predicando saepe dixerit: sed hoc absurdum est. Etiam quia euangelista non scripserunt omnia quae Christus dixit & fecit. Ioan. 20. à fortiori ergo non scriberent eandem rem toties quoties ille diceret.

Dicendum autem quod istud ponitur hic, & non sit repetitio, quia supra 5. ponitur doctrina à Christo data: hic autem ponitur quaestio & responsio facta circa eandem materiam. Sed adhuc dicendum quod si nihil hic adderetur supra id quod ponitur supra quinto, non repeteretur: quia tamen multa adduntur, quae ad doctrinam pertinent, fuit conueniens repeteri hic. Sed dicitur, dato quod Matthæus vellet istud ponere propter doctrinam, quae hic de nouo superadditur, non debuisset ponere id, quod habetur supra 5. cum ibi nihil dicitur de repudiatio vxorē, quod non dicitur hic: & ita istud debuisset exprimi, & illud subtrahi.

Dicendum quod vtrunque fuit conueniens ponere istud quidem quia additur hic doctrina, quae valde utilis est: illud verò ad complendum tractatum inceptum: nam ibi Christus voluit ostendere differentias inter antiquam legem secundum quod intelligebatur à Iudeis, & legem suam, quam nunc ponebat: & posuit ibi multa: vnum autem de illis erat quantum ad libellum repudii, ideo dixit ibi de hoc: & quia omnia illa tradebat doctrinaliter, & non disputatiuè, & loquebatur ad turbas credulas, non posuit confirmationes & confirmationes, sed nudam veritatem asseruit.

Quomodo ratio, quae ponitur hic a Christo facies ad propositum Christi. Quæst. XVIIII.

Quare ponitur hic de ista ratione tota Christi, quae ponit litera: quomodo facit ad propositum suum.

Dicendum quod Christus intendit hic dicere quod repudiare vxorem sit malum & non liceat: et quia res ista vertebatur in contentionem, voluit adducere ad hoc probationes. Pharisei enim quaerebant de hoc, & non credebant illi Christo nisi quatenus probaret: ideo testimonijs vti debuit efficacibus. Sic dicit Hiero. Sic autem responsionem temperat, vt decipulam transeat, scripturam sanctam adducens in testimonium. Secundò quia voluit vitare scandalum Phariseorum: nam Christus volebat dicere, quod nullo modo licebat repudiare vxorem. Si autem hoc in primo verbo responderet Christus Phariseis, scandalizarentur, & non possent patienter audire: ideo proposuit probationes, per quas paulisper deducerentur ad assentiendum, vel saltem ad non reclamandum. Sic dicit Chryso. Vide sapientiam doctoris: interrogatus enim si licet vxorem dimittere, non confestim dixit non licet, vt non turbarentur, sed per probationes hoc constituit. Ad hoc ergo visus est probatio naturalis siue ex conditione creationis & probatione ex lege. Sic dicit Hieronymus: Sic responsionem temperat, vt decipulam transeat, scripturam sanctam adducens in testimonium, & naturalem legem, primamque Dei sententiam. Sic etiam dicit Chryso. Non solum ex modo creationis, sed ex modo legislationis monstrauit, quoniam vnum oportet vni coniungi, & nunquam rescindi. Intelligi potest vno modo quod totaliter sit vna probatio tantum: & tunc principium literae non est nisi narratio gestorum ad inducendum inde conclusionem, scilicet Deus fecit à principio masculum & feminam: & tunc dixit, quod pp feminam, vel pp copulam carnalem, quae est maris & feminae, dimitteret homo patrem & matrem, et adhereret vt vxori suae, et essent duo in carne vna, id est ambo essent vna caro. hoc totum ponitur pro antecedente: et inde sequitur conclusio, scilicet itaque non sunt duo, sed vna caro, id est quia Deus iussit, quod adhereret vir vxori, et essent duo in carne vna: voluit quod essent vna caro: et ita non

non sunt separandi, quia Deus coniunxit illos faciendo eos vnam carnem. Alio modo potest accipi quod sint hic duae probationes, & istud magis consonat dictis sanctorum: nam dicit Hiero. supra, quod scripturam sanctam adducit in testimonium & naturalem legem. Et Chryso. dicit, quod non solum ex modo legislationis, sed ex modo etiam creationis monstrat, quod oportet vnum vni coniungi, & nunquam rescindi. Et hoc modo quidam assument tres probationes ex litera. Vna est illud, scilicet, non legistis, quia qui fecit ab initio masculum & feminam fecit eos, & est sensus quod ex modo creationis ostenditur matrimonium: quia qui fecit hominem non fecit solum masculum aut feminam, sed masculum & feminam simul, vt ex modo creationis ostenderetur, quod deberent esse simul: & consequenter, non deberent separari, quod facit libellus repudii. Secunda est in litera sequens, scilicet, & dixit: Propter hoc dimitteret homo patrem & matrem, id est dicendo hoc ostendit quod deberet esse matrimonium coniunctio maris & feminae: propter quam coniunctionem dimitteret homo patrem & matrem, id est cessaret cohabitare eis, & essent duo in carne vna, scilicet quia adhereret vxori, & per hoc efficerentur vna caro. Et tunc sequitur conclusio literae: itaque iam non sunt duo, sed vna caro, scilicet quia Deus coniunxit illos, non sunt duo, sed vna caro, id est vna persona, id est vna persona. Tertium est ibi. Quos Deus coniungit homo non separet, id est Deus iussit coniungi marem, & feminam: ideo nemo debet separatos sic separare, sed qui dat libellum repudii separati sic coniunctos: ergo male facit. Alij ponunt solum duas probationes: & istud est melius dictum. Primò, quia consonat dictis sanctorum, cum dicit Hiero. hic inducit legem naturalem, & diuinam. & Chryso. dicit ex modo creationis, & etiam ex modo legislationis probari. Secundò, quia tertia probatio inducta in precedentibus non potest dici quod sit aliqua probatio per se, sed est conclusio praecedentium duarum probationum. Et apparet ex modo verborum: nam dicitur, quos ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et sic ponitur ibi, ergo, quod est signum illationis. Etiam quia certum est, quia ista sunt verba Christi: ipse tamen non poterat assumere probationem ex dictis suis, quia ei non crederent Pharisei: sicut dicitur Io. 8. Tu de te ipso testimonium perhibes: & testimonium tuum non est verum: ideo assumit testimonium ex factis, & dictis Dei, cum ait: non legistis & c. sed ista sunt verba Christi, scilicet, quod ergo Deus coniunxit: non est ergo per se probatio distincta à praecedentibus, sed est conclusio duarum probationum praecedentium, & debet cum qualibet resumari. Prima igitur probatio est illa: non legistis, quia qui fecit hominem ab initio masculum & feminam fecit eos, id est Deus qui creauit hominem, non creauit tantum masculum, sed simul masculum & feminam. Ex quo manifeste apparet, quod voluit fieri commixtionem sexuum: nam alias solus masculus crearetur: & ita etiam si Deus nihil dixisset, per modum istum creationis coniungebat masculum & feminam: & tunc sumatur conclusio, quae ponitur in fine, scilicet, quod Deus coniungit, homo non separet, id est quia Deus intentionem suam ostendit creando quod volebat eos esse simul: ergo non licet alicui separare quod Deus coniunxit: & ita non debet esse diuortium, vel repudium: Et ista est prima probatio, quam vocat Hierony. legem naturalem, & Chryso. vocat modum creationis, quod idem est: sed apertius dicit Chryso. quod Hieron. potest tñ vocari probatio ex lege naturali, id est ex inclinatione data masculo, & feminae per creationem, in quantum Deus creauit eos vnū ad alterum.

Secunda probatio est ex lege Dei, id est ex verbis eius, quae vocantur lex in quantum obligant sicut lex: & ita est, quia dicitur, & dixit, pp hoc, pp matrimonium vel coniunctionem maris & feminae, dimitteret homo patrem & matrem, exponendo sicut supra. & sequitur: itaque iam non sunt duo, sed vna caro, id est quia Deus coniunxit illos creando, & coniunxit iubendo expresse: sed per coniunctionem efficiuntur vnū, id est non sunt iā duo, id est duae personae, sed vna caro, id est vna persona: & tunc sequitur conclusio, quod Deus coniunxit, homo non separet, id est non est iustum, quod separet: imò neque separare potest de iure, licet de facto nitatur facere. Et iste est verus sensus, Sic innuit Chryso. dicens: vltimò induxit Deum dicens, quod Deus coniunxit, homo non separet. Demonstrans, quod & praeter naturam, & praeter legem est vxorem dimittere: praeter naturam quidem, quia vna caro diuiditur: praeter legem autem, quia Deo copulante & iubente non diuidi, vxor dimittitur.

Quare dicitur, non legistis. Quæstio. XIX.

Quare dicitur, non legistis. Dicendum quod non accipitur affirmatiuè, quia non esset litera vera: certum est enim quod Iudaei saepe hoc legerant, cum sit principium Gen. imò si nunquam legissent, non allegaret Christus contra eos auctoritatem: quia probatio debet procedere ex notis respondententi, vel quae ille habet tanquam nota: sed legendum est interrogatiuè, id est nunquid non legistis? & non solum est interrogatio, sed etiam admiratio, id est mirum est quomodo vos de hac re interrogatis, quia notum vobis esse debuisset, cum sapius legistis, aut legere potuistis scripturam, ex qua habetur determinatio quaestionis huius. Et tali modo solet Christus mordere Phariseos, quando quaerunt aut arguunt contra ipsum: eo quod ipsi procedunt iniquo animo, & ad confundendum Christum: ideo iniustum est, vt ex verbis suis ab ipso confundantur. Sic patet supra 9. Euntes discite, quid est: Misericordiam volo & non sacrificium, id est eatis ad addiscendum quid est: Misericordiam volo & c. quasi dicat non intelligistis, ideo addiscatis: & tunc poteritis arguere vel increpare. & supra. 12. ca. dixit eis: Si autem sciretis quid est, misericordiam volo & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes, quasi dicat, si intelligeretis scripturam, non faceretis hoc: sed quia nihil intelligistis, condemnatis insipienter innocentes. Et maxime Christus mordet eos circa intellectum scripturae: & hoc propter quatuor. Primò quia volebat eis auferre occasionem gloriandi, & punire eos propter malitiam suam, ideo volebat in eos illos confundere, in quo ipsi gloriabantur: & tamen ipsi gloriabantur se esse doctores scripturae, cum dicitur infra 23. cap. quod super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisei: nulla aut maior confusio est doctori quam ignorare ea, in quibus doctorem se profiteretur: ideo ostendebat Christus eos non intelligere scripturas. Secundò quia Pharisei iactabant se de maiori zelo legis, & de strictiori obseruatione eius, et quia qui legem non intelligit non potest eam obseruare: ostendit eos non intelligere legem, vt sic appareat quod neque vere legem zelabant, aut obseruabant: sed solum traditiones datas à seipsum, & senioribus suis: sic improperauit eis Christus supra. 15. Irritum fecistis verbum Dei propter traditiones vestras. Tertio, et precipue quantum ad praesens: quia Pharisei assuebant nunc contra Christum argumentum ex lege: nam dicitur infra: Dicunt illi, quid ergo Moyses mandauit libellum repudii? ostendit ergo Christus eos non intelligere legem, vt sic appareat quod

quod omnia argumenta eorum precedunt ex errore. Quotidie videtur, dat se mirabile esse. Sciebant enim Iudei, quod Christus nunquam didicerat: ut dicitur Io. 7. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? cum autem non solum scripturam allegaret: sed etiam eos, qui doctores scripturæ erant, scilicet Phariseos infra 23. ostēderet non intelligere scripturam: apparebat ipsam diuinitus habere intellectum scripture: sic ipse dixit Io. 7. quando Iudei dixerunt quomodo literas scit, doctri- na mea non est mea, sed eius, qui misit me: & ita conueniens erat, quod confunderet Phariseos ostendendo, quod non intelligebant scripturam.

An ista probatio sit conueniens, scilicet qui fecit ab initio masculinum, &c. Quæst. XX.

QVÆRETUR, an ista probatio sit conueniens, scilicet, qui fecit ab initio masculinum & cetera. nam ibi nihil exprimitur quod Deus dixerit aut voluerit. Aliqui dicunt, quod non videtur sufficiens propter causam dictam. Secundò, quia dato quod prodesset, non probaretur ex ea non debere dari libellum, sed solum quod esset matrimonium: & tamen Christus de libello repudij nunc agit.

Dicendum, quod est conueniens probatio, cum sit argumentum Christi, quod est insolubile, & demonstratiuum. Et dicendum ad primum, quod ex factis Dei ita sumitur argumentum efficax sicut ex dictis: sicut solemus dicere de Christo, quod non solum prebuit se nobis imitabilem in dictis, sed etiam in factis: & sunt facta sua nobis quedam regulæ: sicut ipse dixit Ioan. 13. Exemplum enim dedi vobis: ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Sic in factis Dei: nam verba Dei non sunt nobis lex nisi in quantum per ea constat nobis de diuina voluntate, cui nos tenemur obedire. Si ergo per facta potest nobis constare de diuina voluntate: ita stabitur factis sicut dictis: nam sicut si aliquid Deus vult fieri, fit illud: ita si scimus Deum velle aliquid fieri per nos, obligamur illud agere: & tunc per facta constat interdum de voluntate Dei: ideo sumitur rursus argumentum efficax ex factis eius sicut ex dictis, ita est nunc: nam creauit hominem & non creauit solum masculinum: sed masculinum & feminam. In quo apparet, quod voluit esse commixtionem sexuum inter illos: nam sexuum distinctio ad nihil aliud est, nisi ad commixtionem: nam si commixtionem esse nolisset: solum masculinum creasset, ut omnes feminae essent masculini, cum perfectior sit masculinus quam femina: & tamen fecit simul masculinum & feminam: ergo voluit commixtionem. Ideo sicut si dixisset, sit commixtio, apparebat homines obligatos ad commixtionem: ita cum fecit masculinum & feminam, quorum distinctio ad nihil prodest: apparet quod voluerit commixtionem, & ita est conueniens argumentum et nihil exprimendo. Ad secundum dicendum, quod non solum probatur quod debeat esse matrimonium ex modo creationis, sed etiam quod non sit repudiandum: nam ex hac ratione constat, quod Deus coniunxit masculinum & feminam ex modo creationis, & ita apparet quod coniunctos eos esse voluerit, & tunc sequitur verbum Christi, scilicet quod Deus coniunxit: homo non sepat. inon est iustus, quod illud, quod coniunxit Deus, dissoluat homo, quia necque facere poterit: ipse tamen coniunxit masculinum & feminam in matrimonio: ergo non est matrimonium dissolubile nisi per Deum. Qui tamen dat libellum repudij dissoluit illud de facto: ergo non licet alicui dare libellum repudij, & ita totum apparet ex hac probatione. Itaque quia si obiceretur contra istam probationem, etiam obiceretur contra sequentem: nam etiam in illa non constat expresse de inseparabilitate: cum non dicatur

Masculus femina perfectior est.

nisi quod adherbit homo uxori sue, & erunt duo in carne una: & tamen contra illam probationem non obicitur, quod insufficientes sit, ergo etiam non est obiciendum contra istam, sed cum vtraque resumitur illud dictum Christi, scilicet, quod Deus coniunxit &c. & ita fit plenum argumentum.

Quomodo dicitur hic quod Deus dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem, quia Adam hoc dixit, & non Deus. Quæst. XXI.

QVÆRETUR, quomodo dicitur hic quod Deus dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem &c. nam non dixit hoc Deus, sed Adam: ut patet Gen. 2. Dicunt aliqui quod dicta fuerunt illa verba saepe: & aliquando dixit illa Deus: & aliquando Adam: & ita vtrunque stat. Sed non stat, primò, quia si aliquando Deus loquitur ista per se, idest per angelum suum: ipse diceret illa prius quam Adam: & ita scriberetur, quod dixerit illa Deus, & non Adam. Secundò quia etiam si Adam illa dixisset prius quam Deus, scriberetur: & tamen solum scribitur de Adam quod protulerit ea: ergo non est istud verum. Tertio, quia ex forma verborum videtur quod non dixerit illa Deus sed Adam: quia dicitur, hæc nunc caro ex carne mea, & os de ossibus meis: quod ad Adam refertur: ipse ergo solus dixit hoc. Quarto, quia dato quod Deus aliquando hoc dixisset, & etiam Adam: cum scriptura solum scripserit, quado dixit illud Adā, non allegaret illud Christus, quod non est scriptum: tacens quod scripsum est: & tamen dixit Deum dixisse hoc, & non Adam, ergo non stat illa solutio.

Dicendum ergo aliter, scilicet, quod dicta fuerunt illa verba semel tantum cum non esset aliqua causa saepe dicendi: & tunc dicta sunt per Adā, ut dictū fuit, & apparet ex litera: & tamen dicente ea Adā, dicit Deus dixisse: & idō alligantur quasi verba Dei, ac si eadem prolacione dixerit ea Deus & Adam. & tunc dicendum quod dicitur dixisse Deus ista verba, quia inspirauit ad Adā ut ea diceret: & illa sunt præcipue Dei quod dicitur: sicut verba prophetarum inspiratorum à Deo dicuntur esse verba Dei potius quam ipsorum. Sic dicit Aug. Hæc tamen verba cum primi homines tantum scriptura fuisse testetur: dominus declarat hæc Adā dixisse: ut hinc intelligamus propter istamque præcesserit in Adam hæc diuinitus tanquam prophetam dicere potuisse. Sed tunc est dubium, in quo posset esse propheta Adam dicendo hæc verba. Dicunt aliqui: quod hoc fuit, quia in opere ostendit ei Deus, ad quem vsu facta fuerit mulier: & ad ostendendum vsu illum locutus est Adā præcedentia. Sic dicit magister. 4. Senten. dist. 26. in principio. Sed non satis stat, quia ad intelligendum, ad quem vsu facta erat mulier, non oportebat eum prophetice inspirari, sed naturaliter hoc sciret: peccora quidem nullo docente sciunt ad quem vsu sit femella ipse dei ipsorum: ergo homo à fortiori sciret. Item ipsa natura docet & experientia: vnde etiam si quis nunquam videtit feminam, et de nouo videat, si est potentis gratia nouit vsu, cum intra se habeat quod eum ad illum vsu inclinat: imò quodammodo cogit.

Sed dicendum, quod ista verba dixit Adam inspiratus, quia in eis expressit de formatione mulieris quod esset de carne eius, id est hæc nunc caro de carne mea, et os de ossibus meis. Et tamen Adam non viderat formari Heuam, quia sopor immixtus fuerat ei diuinitus: in quo nihil sensit passionis ablata cocta de qua formata est Heua, et postquam euigilauit non inuenit in se aliquem defectum vel signum, per quod cognosceret in se factam mutationem, & sumptam feminam de carne sua: & tamen

men dixit illud. Ideo dicendum quod Deo inspirante dixit, quia aliter scire non poterat, neque dicere, & dixit: hæc nunc caro &c. idest non potuit nulla femella de adductis ad me erant mihi conueniens, quia non erat mihi similis in conditione speciei: & tamen nunc, idest ista vice hæcquam presentasti mihi, est caro de carne mea, idest est mihi similis in speciei: idō hanc accipiam: & per hanc dimittet homo patrem & matrem: nam Gen. 2. dicitur quod omnia animalia creata Deus adduxit ante Adā, ut videret quid vocaret ea: Adā autem non inueniebatur adiutorium simile sibi, idest non potuit eligere aliquam femellam de sibi oblati: quia non erant sibi similes: vnde impositis nominibus dimittebat ea: cum vero adducta fuit Heua dixit: hæc nunc, idest ista vice adduxisti rem mihi similem: & hoc expressit, quia non solum dixit hanc esse de speciei sua: sed etiam dixit quod erat pars corporis eius, scilicet caro de carne mea, & os de ossibus meis.

Quare Christus dixit ista verba potius fuisse dicta à Deo quam ab Adam. Quæst. XXII.

QVÆRETUR, cum ista verba dixerit Adā & non Deus proferendo illa, & scriptura ita asserat: dato quod posset dici ea dicta esse ab Adam & à Deo ut declaratum est præced. quæst. quare potius Christus dixit dicta esse à Deo quam ab Adam.

Dicendum quod primò fuit, quia maioris auctoritatis erat Deus: ideo cum à Deo, & Adam possint esse dicta, conueniens est dici ea a Deo fuisse dicta. Secundò & principaliter, quia hoc uenit proposito suo: nam dici illa esse dicta ab Adam nihil proderat: quia Christus volebat ex his verbis ostendere quod Deus voluerit manere societatem maris & foeminae. Si tamen dicerentur esse ista verba Adā: non sunt sufficientis auctoritatis ad nos ligandum: ideo debuit dici quod erant Dei: ut ita appareat expressum Dei præceptum de matrimonij firmitate, quam intendebat probare contra libellum repudij.

Quare dicitur propter hanc vel propter hoc dimittet homo patrem vel matrem. Quæst. XXIII.

QVÆRETUR, quare dicitur propter hanc vel propter hoc dimittet homo patrem vel matrem. Dicendum quod in hoc voluit Deus designare coniunctionem matrimonialē, in qua non solum debet esse coniunctio corporum, sed etiam cohabitatio: in omnibus autem animalibus natura prouidet: ut sicut ingenerat coitum ad generationem: ita dat modum nutriendi factum genitum, non manent masculus & femella aliquāto tempore, neque est vlla societas inter eos, sed solum conueniunt tempore coitus: sicut est in plurimis animalibus, ut in boue, asino, arietem, capra, cane, & similibus: in quibus autem non sufficit cura famellæ nutriendis natis, dedit natura quandam societatem inter marem & feminam non solum tempore coitus, sed et tpe toto, quo vtriusque cura est necessaria, sicut in pluribus auibus apparet: et etiam in aliquibus bestis: nutritis autem natis nullorum animalium societas manet. In hominibus autem secus est: quia sicut ad generationem oportet marem & feminam aliquādo conuenire: ita oportet manere per totam vitam: quia educatio natorum hoc expõicit, quæ est magis necessaria, & de intentione nature quam ipse coitus: & ideo sicut est naturale quod vir & femina carnaliter miscantur ad simile tertium derelinquere: ita est naturale quod cohabitent sibi per totam vitam, ut infra magis ostendetur: ideo sicut exprimendo conditionem

matrimonij vel coniunctionis ipsorum debet ostendi quod carnaliter conueniant: ita debet exprimi, quod commanent, vel cohabitent: & quia cohabitare est aliquorum, quod communicant sibi opera. id est, quod facit vnus est pro se & pro altero: & quod facit alius est pro alio vicissim, necesse est illos solos cohabitare, quorum opera communicantur inter se: & quia ista cohabitatio fit propter educationem natorum communium, in qua non potest communicare pater filio, aut filie neque mater illis, sed solum communicat vir uxori, & vxor viro, solum est cohabitatio viri & uxoris cessante alia cohabitatione. Et hoc exprimitur hic, propter hanc dimittet homo patrem & matrem, idest cessabit homo cohabitare patri & matri. Ante enim quod vir accipiat uxorem, cohabitabit patri & matri: quia est ibi cohabitatio operum. quia ea, quæ faciunt pater & mater sunt pro filiis: & quæ filii acquirunt sunt pro patribus, eo quod nihil aliud est, pro quo acquirere debeant. postquam autem vir accipit uxorem, intendit ad generationem filiorum, quos educare oportet, & ideo tunc solum vir & vxor cohabitabunt sibi opera: quia soli tenentur ad educationem cum soli generent, sed non est cohabitatio nisi eorum, quorum est cohabitatio operum: ergo postquam vir accipit uxorem, non cohabitabit patri & matri, sed vxori: & hanc cohabitationem tanquam necessariam in matrimonio expressit Deus per os Adā. propter hæc dimittet homo patrem & matrem. id est cessabit vir cohabitare patri et matri, ut cohabitabit vxori, & vxor cessabit cohabitare patri, & matri, ut cohabitabit viro. Et intelligitur hoc dupliciter. vno modo quod antequam vir accipiat uxorem manet vir et femina sub potestate parentum, et cohabitans illis: postquam verò matrimonialiter conueniunt, debet cessare vir cohabitare parentibus, ut cohabitabit vxori, et è contrario. Alio modo intelligitur, quod postquam vir accipit uxorem, nulli debet cohabitare nisi vxori, ipsi enim soli communicabunt sibi inuicem opera. Et apparet, quia si vir alicui præter uxorem cohabitare posset, potius esset pater aut mater quam aliquis alius: sed his non debet cohabitare: sed vxori, cum dicatur propter hanc dimittet homo patrem & matrem: ergo à fortiori nulli alteri cohabitabit.

Aliqui dicunt, quod hic designat materia conueniens matrimonij, quæ sunt personæ legitime: & quia quedam personæ sunt, quæ non sunt legitime, scilicet pater & filia, mater & filius, exclusit illas, cum dicit: dimittet homo patrem, & matrem. homo est commune generis, & accipitur pro mare, & femina, & referuntur singula singularis, scilicet homo. id est, vir dimittet matrem. id est non accipiet eam in uxorem. & homo. id est femina dimittet patrem. id est non accipiet eum in maritum, sed alium. sic exponit Nic Sed dicendum, quod non conuenit iste sensus literæ. Primò, quia ista verba Christi secundum quod ipse dicit, sunt verba Dei, quæ habent Gen. 2. ibi autem dicitur per hanc dimittet homo, idest propter feminam. Et sic non potest accipi de mare, & femina simul, sed solum de mare, & ita non designatur materia conueniens matrimonij, sed solum cessatio cohabitationis ad parentes, & cohabitatio viri ad uxorem. Secundò, quia dicitur dimittet homo, vel relinquet: quod autem dimittitur, vel relinquitur aliquādo habitum fuit: & tamen nunquam filius habuit matrem in uxorem aut pater filiam: ergo non dimittit aut relinquit: sed deberet dici: per hanc non accipiet homo patrem, & matrem: ergo refertur ad cohabitationem: quia antequam vir accipiat uxorem cohabitabit paribus: & accipiendo uxorem cessat cohabitare paribus, ut cohabitabit vxori: & ita dimittit vel relinquit patrem, vel matrem. Tertio, quia si de copula matrimoniali acciperetur: non diceretur dimittet patrem & matrem, & adherbit vxori, sed adherbit alteri. Nam ut vult Nicolaus est sensus, quod excluduntur hic pater



pater, & mater respectu filiorum tanquam illegitimae...

Quare Christus dixit hic: Propter hoc dimittet...

QVAERETVR, cu Christus alleget hic verba scripturae...

Quare dicitur: Et adhaerebit uxori sua.

QVAERETVR, quare dicitur et adhaerebit uxori suae...

la erat cum parentibus, sub quorum potestate manemus...

Quare Deus non facit nunc de eodem vtero ac conceptu...

ALIQUI quaerunt, cum dominus a principio creauit...

Quare dicitur: Et erunt duo in carne vna. Quae...

Quare

Quare dicitur: Et erunt duo in carne vna. Quae...

QVAERETVR, quare dicitur: Et erunt duo in carne vna...

Quid nupiaru p... pium sit.

Scriptura quae solet patre p... do sumere.

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V,

vel vnus spiritus: ita quando efficiuntur vnus per ar...

An matrimonium sit de lege naturali.

Quaest. XXVIII.

CIRCA praedicta manent aliqua dubia iuxta ma...

L. pella-

pellamus: ergo est de iure naturali. Etiam quia id, quod fit a principio naturali est naturale. & in homo contra hit matrimonium natura inclinante: ergo est naturale. Pater hoc, quia Aristoteles octavo Ethicorum dicit, quod homo est naturaliter magis animal conjugale quam politicum: & tamen homo est naturaliter animal politicum, ut ipse dicit ibidem: ergo est naturaliter animal conjugale: ergo uti vel manere in coniugio, scilicet in matrimonio, est sibi naturale, & ita erit matrimonium ipsum naturale, id est de iure natura. Circa hoc tamen considerandum, quod aliquid dicitur naturale dupliciter. Vno modo sicut ex principiis natura ex necessitate causatum: ut moueri deorsum est naturale lapidi: & hoc modo matrimonium non est naturale, neque aliquid eorum, quae ex libero arbitrio procedunt, vel per ipsum consumantur. Secundum modo dicitur naturale id, ad quod natura inclinatur, & tamen mediante libero arbitrio completur: & ita virtutes dicuntur homini naturaliter inesse: non quidem quod inueniantur in nobis aliqui habitus perfecti per naturam, sed insunt nobis sit scipere illas: perfectis vero per operationem, ut dicitur secundo Ethicorum capit. primo, id est inclinari ad eas innatum est homini: & tamen habere eas perfectas genitas non competit alicui homini naturali: sed per assuetudinem ad operationes. Ita est de matrimonio. Est enim naturale siue de iure naturali quantum ad inclinationem: non tamen inuenitur in nobis tanquam aliquid complete productum a natura: sed per rationem, & voluntatem consumatur. Sed ex sola inclinatione ad illud vocatur naturale. Accipitur autem ista inclinatio respectu finis matrimonij: sunt autem multi fines eius, ut ostenditur quarto Sententiarum distinctione 2: & tamen duo sunt precipui fines: vnus est propagatio & continuatio speciei: alius est mutuum obsequium, vel communicatio operum. Ex parte primi finis oportet esse matrimonium inter homines, & natura inclinatur ad illud: non enim vocamus matrimonium ipsam sexuum commixtionem, quia haec reperitur etiam in pecoribus: sed habitudo certa, quae est necessaria inter eos, qui conueniunt qualiter, vocatur matrimonium: non enim quocunque modo conueniendum esse carnaliter inter homines: sed certo modo tam secundum naturae designationem quam secundum rationis iudicium: non enim debet esse commixtio nisi maris ad feminae, quod & natura docet: quia finis commixtionis est generatio, quae non inuenitur, nisi fuerit sexus diuersitas. Secundum non debet esse commixtio ad multas feminas, sed ad vnam solam, quod partim natura docet, & partim ratio: ut infra dicitur questione 30. Tertium non debet esse commixtio ad quamlibet mulierem: sed aliqui debent excludi a commixtione, quos natura reuerentia & rationis respectus non patitur commisceri. Et hoc specialiter est in hominibus, qui debita personarum sciunt: pecora autem, quae ignorant attentias, et rationem debiti personae ad personam, non excludunt aliquam femellam a commixtione: & tamen aliqua pecora, in quibus reseruat cognitiua parentum adhuc abstinent a commixtione eorum. Quarto non debet esse habitudo viri, & feminae solum tempore conuentus carnalis, sed tempore educationis fetus, quia natura magis intendit educationem, & perfectionem genitorum quam generationem: ideo sicut inclinatur marem & feminae ad commixtionem propter sibi simile gignere: ita inclinatur eos ad certo modo se habendum ad hoc, quod natos possint educare. Habitudo ergo maris & feminae carnaliter conuenientium secundum quam conseruantur, aut conseruari de-

bent hoc vocatur matrimonium. Vnde solet matrimonium definiiri, quod sit coniunctio maris & feminae inter legitimas personas iudicium vitae consuetudinem retinens. Dicitur enim coniunctio, quae non significat commixtionem, nam ipse actus matrimonium non est, sed actus matrimonij, quia cum commixtio transeat, & desinat esse, transeat & desinet esse matrimonium, quod falsum est. Etiam, quia cum actus ille iteretur inter easdem personas, iteratur matrimonium, sed falsum est, quia earundem personarum vn cum est matrimonium: sed vocatur coniunctio ipsu vinculum vel habitudo, secundum quam vir & femina referuntur, quae habitudo includit mutua iura, id est quod vir habeat potestatem feminae ad commixtionem, & femina habeat potestatem in corpore viri. Dicitur maris & feminae, quia & si contingat esse sedam commixtionem viri ad non feminam, non vocatur matrimonium, sed potius natura deturpatio. Dicitur autem inter legitimas personas, quia legitime personae vocantur, quibus ratio & iura contrahere permittunt. Illae vero dicuntur illegitimae, quibus hoc vetium est: cum non liceat indifferenter cui libet commisceri: etiam si sit vna tantum, & si ad talem sit commixtio, non vocamus matrimonium, sed incestum. Dicitur autem, iudicium vitae consuetudinem retinens, id est quod sit inter eos cohabitatio, quam consuetudinem vocamus, & vita indiuidua, id est indiuisibilis, scilicet quod non duret habitudo illa paucio tempore, sed longo, siue ad totam vitam: sed ut dicitur infra, inclinari autem ad talem habitudinem maris et feminae est inclinari ad matrimonium. Vnde si natura inclinatur ad talem habitudinem, dicitur, quod matrimonium est de iure naturali, id est naturali inclinatione. Et hoc verum est, quia quantum ad duos fines precipuos matrimonij inclinatur natura ad matrimonium. Primus est bonum prolis. Et non vocatur hic bonum prolis ipsa commixtio, per quam habetur proles: neque etiam ipsa proles, sed educatio eius: non enim solum intendit natura generationem prolis, sed etiam educationem eius, & promotionem vsque ad perfectum statum hominis: in quantum homo est, qui est status virtutis: sic enim dicitur octavo Ethicorum, quod tria a parentibus recipimus, scilicet esse, nutrimentum, et doctrinam. Filius autem non posset educari a parentibus nisi haberet determinatos parentes: femina enim non sufficit ad educationem filiorum, sed requiritur etiam diligentia patris: & ideo oportet esse parentes determinatos: & ob hoc sequitur, quod de inclinatione naturali est, quod matrimonium sit vnus ad vnam, & non vnus ad omnes: sicut in politica Socratica, et Platonica, ut patet secundo Politicorum in principio. Etiam requiritur, quod isti determinati parentes habeant obligationem aliquam, per quam conuenienter efficiatur educatio prolis: et illa obligatio, vel habitudo dicitur matrimonium: ideo matrimonium ex parte educationis fetus est aliquid naturale. Secundus finis matrimonij est mutuum obsequium a coniugibus sibi inuicem in rebus domesticis impendendum: sicut enim naturalis ratio inclinatur, ut homines cohabitent: quia nemo sibi sufficit in omnibus, quae sunt ad vitam: ita enim hominem animal politicum naturaliter vocamus, quia adiacet vniqueque particulae boni alterius, ut dicitur tertio Politicorum. Sic enim in operibus, quae pertinent ad conseruationem vitae, quaedam sunt opera, quae conuenienter fiunt per viros, quaedam per mulieres: ideo associatio ipsorum etiam quantum ad mutuum impensionem operum est de inclinatione naturali, et tamen sociatio viri ad mulierem est matrimonium: ideo matrimonium ex

Matrimonio-  
nij diffini-  
tio ac sigil-  
laum par-  
tium diffi-  
nitionis e-  
nodatio.

Natura non  
solum in-  
tendit ge-  
nerationem  
sed etiam  
prolis edu-  
cationem.

Nemo sibi  
sufficit in  
omnibus,  
quae sunt  
ad vitam  
necessaria

Naturale  
aliquid du-  
pliciter di-  
citur.

Duo sunt  
scipui fi-  
nes ipsius  
matrimo-  
nij.

Quid pro-  
prie matri-  
monij sit.

Ex his duabus causis est de inclinatione naturali: & ita Aristotele. ponit 8. Ethicorum istas duas causas, scilicet procreationem, & communicationem operum: ad hoc, quod vir & femina associantur, quod matrimonium vocamus. Ad primum dicendum, quod matrimonium est de iure naturali, cum sit de naturali inclinatione: non tamen docuit natura istud in omnibus animalibus, quia non accipitur ius commune prout consequitur omnem naturam animalis, sed solum naturam humanam. Pro quo sciendum, quod natura hominis inclinatur ad aliquid dupliciter. Vno modo, quia est conueniens naturae generis: & hoc est commune omnibus animalibus: Alio modo quod est conueniens naturae differentiae, quia species humana abundat a genere: & sic est naturale homini actu prudentiae, vel temperantiae habere in quantum est animal commune, & sicut est sibi naturalis esse rationale, ita est naturale habere actum rationis, quod ad prudentiam, & virtutes pertinet: & sicut natura generis quamuis sit vna in omnibus animalibus, tamen non est in omnibus, scilicet, eodem modo, sed secundum quod vnique competit: ita inclinatur ad propagationem est commune omnibus animalibus perfectis, quae per propagationem gignuntur: modus tamen propagandi, ad quem inclinatur natura, non est omnibus animalibus idem, sed vnique secundum suam speciem: & quia humana species viget ratione, competit sibi propagatio secundum rationem: hoc autem est, ut taliter iungantur qualiter ad conuenientem educationem prolis, & ipsorum conuenientium bonum statum competat, & quia ad hoc requiritur vnitas viri, & vxoris, & personae legitima, & commanentes longo tempore secundum aliquam obligationem ad commanendum, debet esse talis modus conuenientis maris & feminae: sed talem conuenientiam vocamus matrimonium: ideo est matrimonium de inclinatione naturali consequenti naturam humanam, & non naturam communem animalium: & hoc est loquendo de totali inclinatione ad matrimonium, & tamen ad aliquid matrimoniale est inclinatio ex natura communi generis: & hoc quantum ad primum finem matrimonij, scilicet, procreationem D liberorum, cum in omnibus perfectis animalibus sit ista inclinatio. Sed educatio non reperitur eadem in omnibus, cum in quibusdam sufficiat sola forma: in alijs filij nati statim possunt cibum quaerere: & ita non indigent aliqua educatione parentum. Alia sunt, in quibus & si masculorum cura sit aliquantum necessaria, in paucio tempore: in hominibus autem est necessaria cura vtriusque parentis educando, & longo tempore: ideo est maior determinatio necessaria ad commanendum. Et ista cohabitatio non solum competit homini ex parte differentiae in quantum est rationale vtentis, sed etiam ex natura generis, cum sit commune omnibus animalibus, quod tamdiu commaneant, quamdiu est necessaria ad educationem eorum commoratio: & ita quantum ad aliquid est matrimonium de inclinatione naturali consequente omnem animal: complete tamen est de inclinatione humana quantum est ex ratione differentiae. Ad secundum dicendum, quod in statu omni fuit matrimonium inter homines. Nam primi fuerunt Adam & Eva, inter quos fuit matrimonium, & Christus inducit hic in litera: & postea in tota posteritate similiter matrimonium continuatum est. Ad verbum Tulij potest dici, quod ipsi & alij sapientes Gentilium errauerunt circa praeterita saecula propter non habere historiam temporum praeteritorum. Nam ante Ninum regem Babylonis historia gentium Alph. Toft. super Euang. Matt. Pars V.

nihil referunt, ut dicit Augustinus, & Paulus Orosius: & quia videbant paulatim mores humanos extolli, qui prius erant valde rudes: prauauerunt, quod aliquod tempus fuerit, in quo homines nullo matrimonio vtebantur, & tamen non fuit sic. Aliter potest dici, quod verum fuerit verbum Tulij, non quidem quantum ad omnes homines, sed specialiter circa aliquas gentes Barbaras, sicut & nunc aliqui Barbari sunt, qui in multis agunt contra naturalem inclinationem: & hoc, quia principia naturalis educationis non deducuntur in eis ad effectum: eo quod ratio ipsorum est offuscata, siue propter indispositionem naturae, siue propter prauam consuetudinem. Ad tertium dicendum, quod natura humana non est immobilis, sicut diuina, ut dicitur septimo Ethicorum, & ideo ea, quae sunt secundum rationem naturalem, non reperiuntur omnino eadem apud omnes saltem quantum ad conclusiones particulares: secus autem quantum ad principia multum vniuersalia. Vnde non est inconueniens, quod secundum diuersos status, & conditiones gentium varietur matrimonium, non solum quantum ad caeremonialia, sicut dicitur extra de spoli. cap. de Francia: sed etiam quantum ad substantialia, ut quod aliqua gens ponat in matrimonio pluralitatem, & alia vnitatem, & quidam ponant indissolubilitatem: alij vero concedant repudium. Ad quartum dicendum, quod in matrimonio non intenditur solum proles: sed etiam educatio, & perductio ad perfectionem, ut dictum est. Ex coitu autem fornicario bene potest sequi proles: sed non potest dari ibi conueniens modus educationis, cum inter parentes non sit aliqua obligatio ad commanendum, & communicandam opera, ut sic prouideant natis educando, & erudiendo: ideo matrimonium, quod omnia ista dicit, est de inclinatione naturae.

An contractus matrimonij sit de necessitate, & obliget omnes.

Quaest. XXXIX.

QVAERETVR, an contractus matrimonij sit de necessitate, & obliget omnes. Aliqui dicunt, quod sic, quia ea, quae sunt naturalia obligant omnes: matrimonium autem est de iure naturali, ut dictum est praecedenti quaestione: ergo omnes obligantur ad matrimonium. Secundum, quia praecipuum semper obligat quamdiu non reuocatur: sed Deus dedit praecipuum de actu matrimoniali, Genesis primo: Crescite, & multiplicamini, & replete terram: ergo semper remanet praecipuum: & ita omnes obligabuntur. Tertium, quia bonum speciei melius est, quam bonum indiuidui: quia diuinius est, & melius quod genti, & ciuitatibus, quam quod vni homini: primo Ethicorum: sed praecipuum datum homini de comedendo ad conseruationem indiuidui semper manet: ergo praecipuum datum de actu procreandi, per quem conseruatur species, magis manebit. Et dato, quod nullum esset praecipuum, certum est, quod obligatur quilibet sumere cibum, & agere quod potest ad conseruationem indiuidui: ergo obligabitur a fortiori ad conseruandum speciem per actum matrimonij. Quarto patet, quia vbi manet eadem ratio obligationis, ibi manet eadem obligatio: & tamen in exordio saeculi obligabantur omnes ad dandam operam proli, ne cessaret multiplicatio generis humani: sed nunc cessat.

L. 2. sacra

faret multiplicatio si nunc liberum esset cuilibet, abstinere a coitu: ergo obligantur omnes ad actum matrimonialem.

Dicendum, q non obligatur nunc aliquis ad contrahendum matrimonium, cum non obligetur quis cessare a maiori bono, vt teneat minus, & tamen maius bonum est virginitas, quam cōiugalis actus. 1. Cor. 7. Qui tradit virginem suam nuptui bene facit: quia tamen non iungit matrimonio virginem suam melius facit: ergo non est matrimonium sub præcepto: idem ostendit Christus infra in litera: cum Petrus dixit, si sic est causa hominis cum vxore sua, non expedit homini nubere: & Christus dixit, non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est à Deo: & ita innuitur melius esse manere in virginitate, quam nubere: sed non possunt oēs continere, quia est donum Dei speciale, vt dicit Sapi. 8.

Castitas donū Dei est spālē.

Natura aliqd dupliciter inclinatur.

Item nulli debetur præmiū pro transgressione præcepti: virginibus tñ debetur speciale præmiū, quod aureola dicitur: ergo non est sub præcepto nubere. Vnde dicendum, q vacare proli nunquam fuit necessarium alicui homini ex lege nature: siue quando erant pauci homines, siue quando multi, nisi præscriptum aliquod specialiter datum fuisset de nubendo. Et ratio huius est, quia natura inclinatur ad aliquid dupliciter. Vno modo, sicut ad id, quod est necessarium ad perfectionem vnus per se, & in seipso, & non in ordine ad alios, & talis inclinatio obligat omnes, quia naturales perfectiones omnibus sunt communes, & ita quilibet obligatur vacare conseruationi suipsius, siue per cibum, & potum, siue abstinendo à nociuis, quia cōseruatio est ad bonum, quod est eius particulariter velut vnus. Alio modo inclinatur natura ad aliquid, quod est necessarium ad perfectionem multitudinis, & in talibus nemo obligatur determinate. Et ratio est, quia ad id obligatur quis determinare, qd si ipse nō egerit, sequitur malum aliquod: & tamen si vnus homo non egerit illud, poterit suppleri per alterum, ita q malum nullum sequatur, ideo non obligatur ille determinate, & consequenter neque aliquis: sicut colere terram est necessarium ad conseruationē ciuitatis, & esse alios cōmiffices, alios cerdones, alios pistores, & ita de ceteris, & tamen nemo est in ciuitate, qui obligetur ad aliquid istorum.

Secundo, quia bona communia, ad quæ natura inclinatur, sunt multa, & mutuo se impediunt, vt patet in dictis: nam omnia illa sunt necessaria, & tamen si quis velit vacare vni, non poterit vacare alteri, & tamen nemo obligatur ad impossibilia, vel ad ea, quæ se impediunt: ergo nemo ad ista obligatur. Ita est de actu matrimoniali, quia ille non est necessarius ad bonum indiuidui, sed ad bonum multitudinis, vt non desit continuatio speciei, & status politia: ideo non ordinatur quilibet ad hoc, neque aliquis determinate: cum etiam ipsa natura inclinatur ad aliquid bonum commune, quod impeditur per actum matrimonialem. Nam bonum communitatis est habere viros sapientes, qui literis vacent. Sed vacatio literarum impeditur maxime per veneriorum vsum. Vnde Theophrastus Philosophus probauit, q sapienti non expedit nubere: ergo non obligatur quis ad actum matrimonialem: sed quia multitudo per aliquem regitur, ad illum pertinet ordinare, qui debeant quibus officia vacare: nam sicut dicitur primo Ethicorum capitu. 3. Ad politicam, id est ad scientiam legislatiuam pertinet ordinare, quæ scientia, vel artes legantur in ciuitate, & quanto tempore, & qui debeant vacare eis: ita & circa mechanicas artes, quæ sunt necessaria conseruationi ciuitatis, ipse legislator, vel rector vrbis debet definire, quæ artes sint, & quot exerceant illas: & tunc obligantur illi, quos rector per præceptū suum obligauerit: cōmuniter tñ rectores non obligant aliquos

Sapientia non expedit nubere.

ad exercenda determinata officia, eo quod homines amore lucri moti sponte subeunt istas administrationes mechanicas: si quando tamen deficient ministri, vel non sint tales, quales habere expedit ciuitati, ipse rector debet eligere, quos viderit expedire, & illis iniungit administrationes harum artium: sic est de vacatione ad prolem: quia est multum necessaria reipublicæ: rector tamen non obligat aliquos ad hoc, quia sponte homines proli vacant nullo iubente: si tamen interdum tantus esset defectus ciuium paris voluntibus vacare proli: certum est ad rectoram verbis pertinere, quod inducat homines ad hoc agendum: sic enī aliquando, tantus defectus virorum fuit, Roma propter ciades bellicas, quod decreto publico proletrij designati sunt. Et vocantur proletrij, quibus officia vacandi proli assignata erant de publico decreto. Nunc vero fortassis non recte figeret: nam si esset magnus defectus ciuium, siue bello, siue peste proueniens, & vellet rector cogere aliquos ad vacandum proli, qui aliis volebant pro amore Christi abstinere à venereis, non posset rector tales cogere, quia præcipua cura esse debet de anima, & nullum mandatum hominis valet, quod militet contra charitatem.

Homines amore lucri moti sponte mechanicas administrationes subeunt.

Quid sibi velit proletrij.

Ad primum dicendum, sicut supra, quod præceptum de iure nature obligat omnes si concernit bonum alicuius, vt vnus, quæ verò bonum multitudinis non obligat quemlibet determinate: imò neminem, nisi eum, quem rector communitatis obligauerit illum designando, & quia inclinatio ad vacandum proli est huiusmodi: nemo obligatur ad hoc, nisi determinetur per rectorem multitudinis: & ob hoc ab exordio seculi ipse Deus, qui erat rector totius creaturæ iussit hominibus, quod vacarent proli dicens eis: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, Genesis primo, & nono: Et quia nunc non imponuntur talia præcepta à rectoribus, nemo obligatur ad hoc. Aliter potest dici, quod matrimonium est de iure naturali, id est, matrimonium esse tale quale est de iure naturali, quod tamen homines matrimoniali actui vacent, non est de iure naturali: & ideo non obligantur. Sed dicendum, quod prima solutio est verior.

Ad secundum dicendum, quod præceptum illud non est à Deo reuocatum, quia intelligeretur tunc, quod Deus verbat omnem commixtionem sexuum: & tamen non ob hoc obligat illud præceptum nunc: nam secundum naturam non obligatur aliquis vacare proli: illud autem præceptum solum datum est ad suppleendum paucitatem, & ideo erat quasi temporale præceptum, scilicet, quod tam diu durauit quam diu paucitas hominum erat, scilicet, quod non vacantibus omnibus proli: putaretur nunquam multiplicandum humanum genus, vel cito desitutum: quando erat iam multiplicatio aliquanta, ita vt etiam si quilibet non vacaret proli, non cessaret genus humanum, vel nec desineret esse multiplicatum, cessauit obligare præceptum. Quanta autem esset illa multitudo hominum, vt que ad quam habendam obligaret præceptum, non potest dici, neque à Deo fuit definitum. Et ratio est, quia sciebat, q contra istud præceptū nemo peccaret, cum interior impulsus, sine aliquo præcepto sufficienter moueret: & apparent prædicta vera esse, quia his dedit Deus istud præceptum. 1. Gen. 1. & 9. Ex quo apparent duo. Primum, quia istud præceptum non datur, neque obligabat, nisi quando erat magna paucitas hominum. Nam prima vice dictum est, quando erant soli Adam, & Eva: & tunc erat opus vacare proli: secunda vice dictum est, quando erant soli quatuor viri, & quatuor feminae: iste enim solæ animæ saluare fuerant per aquā. 2. Pet. 2. & his egrediens de arca dixit dominus, crescite, & multiplicamini. Gen. nono.

Præceptū hoc, si vacare proli ad quid datur est.

Præceptū de vacando proli non obligat, nisi quando magna erat paucitas hominum.

Secundum est, quod istud præceptum cessabat aliquando obligare: nam si postquam datum est Adæ & Eua durasset semper in prima ætate, oportuisset, quod Deus denuo illud daret post diluuium, sicut quilibet lex postquam semel data est obligat semper quousque tollatur, ergo cessauit aliquando in prima ætate, scilicet, postquam homines multiplicati fuerunt: & quia in principio secundæ ætatis fuit etiam notabilis paucitas hominum, scilicet, quatuor viri, & totidem feminae, repetita est lex de vacando proli: nunc verò si aliquando talis defectus accideret, vt quinq; vel sex soli viri, & totidem feminae relinquerentur in vniuerso, adhuc non obligaremur vacare proli. Et ratio est, primò, quia ad prolem procreandum nemo obligatur de lege nature, vt dictum est supra: sed solum quando Deus iubet vacare: & tamen mandatum de vacando proli iam expirauit: nam est temporale, & solum obligat vsquequo perueniatur ad aliquantam multiplicationem: sed ad illam iam peruentum fuit, sicut & nunc est: ideo expirauit præceptum illud, & nunquam reincipiet obligare, licet deueniatur ad magnam paucitatem, nisi repetatur præceptum: & tamen non repetitur, ideo nemo obligatur ad vacandum proli. Secundo, quia non est nunc eadem causa, quæ à principio: nam intantum est multiplicatum genus humanum per totum orbem, quod non posset venire ad tantam paucitatem, nisi Deus vellet facere consummationem, & tunc non oporteret succurrere pereunti seculo, cum illud Deus claudere intenderet: secus autem in principio prima, & secundæ ætatis, quia tunc Deus volebat continuare genus humanum vsque ad consummationem numeri electorum, ideo cum tunc appareret, quod non vellet facere consummationem, vacandum erat proli ad continuationem speciei.

Si nicoes hoies more obirent vt quinq; vel sex solum relinquerent & totidem feminae adhuc non obligarentur vacare.

Ad tertium dicendum, quod licet maius, & melius sit bonum commune, quam priuatum in quantum ad multos pertinet: tamen non obligatur quilibet ad bonum commune, sicut ad priuatum: nam si ad commune obligaretur quilibet, cum sint multa bona communia, quæ se impediunt: obligaretur eadem ratione ad omnia, & tamen hoc esset impossibile: ideo non obligatur quilibet ad bonum commune, licet sit maius, quam particulare, & istud est quam diu bonum commune manet vt commune: & est obligatio ad illud solum ex inclinatione naturali. Si autem aliqua persona ex lege, aut ex speciali commissione sibi facta, vel promissione, aut iuramento facto per eam constituatur debens respicere ad bonum commune, secus est: quia poterit esse, quod tunc aliqui magis teneantur prouidere bono publico, quam priuato, eo quod bonum commune est proprium ipsorum in quantum tales sunt, scilicet, quia constituti sunt rectores, aut principes communium, vel etiam si non sint præcipui, & rectores debentur eis aliquis modus administrationis boni publici, quia etiam istorum est bonum commune, tanquam priuatum bonum: vel si nullam determinatè habent administrationem, sed sunt partes communitatis, vel collegij: & ex lege communitatis, vel iuramento specialiter præfinito, aut promissione tenentur certo modo respicere ad bonum commune: poterit esse, quod tales interdum magis teneantur ad commune, quam ad priuatum: ex inclinatione tamen nature nemo tenetur determinate ad bonum commune obligatus: sed quando debeat quis magis curare, vel præponere commune priuato, vel priuatum communi bono non est nunc diffiniendum per singula, quia quod ad propositum attinet dictum est.

Rectores ciuitatum habent pro bono proprio bonum commune.

Alph. Iost. super Euang. Matt. Pars V.

Ad quartum dicendum, quod si omnes homines vellet vacare castitati, nunc cessaret successio generis humani: & tamen neque cessabit sic successio, neque obligatur quis ad vacandum proli: eo quod sine aliqua obligatione homines sponte subeunt vacationem istam: & hoc est, quia natura humana ad diuersos actus, & officia inclinatur in communi, vltimum dictum est: sed quia illa inuenitur diuersimodè in diuersis hominibus, secundum quod variè in illis indiuiduatur: inclinatur magis vnum hominem ad vnum illorum actuum, vel officiorum, quam alium: & ex hac diuersitate inclinationis simul cum Diuina Prouidentia, quæ vniuersi curam gerit, & facit continuari successionem hominum quam diu voluerit: contingit, quod ad omnia sufficiens prouisio datur, cum quidam eligat vnum officium, & alius aliud: ita quod nihil maneat de inclinatione naturali, quod per aliquos non expleatur: & ita aliqui vacant proli quantum sufficiens est, etiam si nemo illos obliget, & sic non sequitur aliquod periculum.

Aliter potest dici, quod non manet eadem ratio obligationis nunc, & à principio seculi ad vacandum proli, quia tunc obligabantur homines ad hoc ex præcepto dato, scilicet, crescite, & multiplicamini. Istud autem præceptum iam cessauit obligare, vt supra dictum est: ideo nunc non obligat, nisi Deus illud repeteret, sicut in diluuiū repetiuit, cum prius illud dedisset in creatione orbis. Secundo, quia etiam si non fuisset datum præceptum illud, crescite, & multiplicamini tunc, neque nunc magis obligarentur homines tunc, quam nunc ad vacandum proli: eo quod tunc mundus erat incipiens, & apparebat, quod Deus volebat illum perducere ad maiora per continuationem successionum: nunc autem diu est, quod scriptura dicit esse vltimos dies, & horam nouissimam, & quod in nos fines sæculorum deueniunt: & ideo non expedit nunc ipsi mundo continuatio sicut, & tunc: & consequenter nos minus obligemur ad dandum operam procreationi, quam priores: etiam si sæculum ad tantum defectum hominum deduceretur, quod non manerent plures, quam fuerunt in diluuiū saluati, vt dictum fuit supra.

An in matrimonio necesse sit de iure natura esse vnicam, & vnicam simul: ita quod natura repugnet habere plures vxores simul. Quæstio XXX.

QVAERETVR circa præcedentia, an in matrimonio necesse sit de iure nature esse vnicam, & vnicam simul: ita quod repugnet nature bigamia simultanea. Aliqui dicunt, quod habere multas vxores simul non est contra ius naturale: conseruatio enī non tollit legem nature, neque præiudicat illi: & tamen habere multas vxores quando consuetudo erat, peccatum non erat, vt dicit Augustinus: ideo non est contra legem nature. Secundo, quia quicumque facit contra legem nature, facit contra aliquod præceptum: eo quod lex nature præcepta habet, sicut lex scripta: & tamen habere plures vxores, vt Augustinus ait, non erat contra præceptum: quia nulla lege vetitum erat: ergo habere multas vxores non erat contra ius naturale. Tertio, quia matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem, & tamen pluralitas vxorum non impedit procreationem prolis, sed potius ad eam adiuuat: ergo non est contra legem nature, cum possit vnus homo ex pluribus mulieribus filios gignere. Etiam, quia interdum vna sterilis est, ex qua non potest gignere: & habendo multas gignet ex aliqua earum.

L 3 Quarto



Quarto, quia ius naturale est, quod natura omnia ani-

Alij dicunt, quod sit contra legem naturae, quia contra legem naturae est, quod homo se obliget ad impossibile, & quod id, quod vni in solidum datum est, detur alteri in solidum: & tamen homo contrahens cum vna tradit ei potestatem sui corporis, ita quod necesse sit reddere debitum, quando illa perierit: ergo contra legem naturae est, quod potestatem corporis sui alteri tradat: quia non posset facere ad quod se obligat, scilicet, reddere vtrique debitum si ambae peterent pro eodem tempore. Secundo, quia de lege naturae est, quod tibi non vis, alteri ne feceris, & tamen vir nollet, quod mulier alium virum haberet: ergo non debet ipse alias vxores accipere. Tertio, quia quidquid est contra naturale desiderium, est contra legem naturae, sed zelus viri ad vxorem, & vxoris ad virum naturalis est, quia in omnibus inuenitur: cum ergo zelus sit amor priuatus nolens habere consortium in amato, videtur, quod contra legem naturae sit habere multas vxores.

Dicendum, quod habere multas vxores aliquo modo est contra ius naturale, & aliquo modo non: licet accipiendo esse contra naturam, vel contra ius naturale, vt communiter accipimus, non est contra ius naturale. Pro quo sciendum, quomodo accipitur naturale, siue lex naturalis: & dicendum quod omnibus rebus naturaliter insunt quadam principia, quibus non solum operationes proprias efficere possunt: sed etiam quibus eas fini suo conuenientes facere possunt: quia natura, cum sit optime instituta, vt dicitur decimo secundo Metaphysica in fine, non solum prouidet rebus, vt agant: sed etiam, vt conuenienter agant: & quidquid a natura datur naturale est: & dicitur, quod principia in quibuslibet rebus ad reddendum operationes suas conuenientes suo fini sunt naturalia, & reddere opera conuenientia suo fini sit eis naturale. Et hoc est generaliter, siue quantum ad actiones, quae consequuntur rem aliquam ex natura sui generis, siue quantum ad eas, quae consequuntur ex natura speciei: sicut magneti competit ferri deorsum ex natura sui generis, scilicet, in quantum est lapis, & consequenter grauius, & competit ei attrahere ferrum ex natura suae speciei, & ad vtramque actionem est principium aliquod naturale. Sicut autem in rebus agentibus ex necessitate naturae sunt principia actionum ipsae formae a quibus operationes propriae prodeunt conuenientes fini, ita in his, quae cognitionem participant principia agendi sunt cognitio, & appetitus: & quia naturale est rei habenti cognitionem agere ex his principijs: necesse est dici ista duo esse ei principia naturalia, & consequenter necesse est dari, quod ista naturaliter agant: vnde non solum poneretur vis cognitua, & appetitua esse naturaliter in cognoscente, sed etiam in eis aliquos actus naturales: & ita in vi cognoscentia necesse erit poni naturalem conceptionem: & in vi appetitua naturalem inclinationem, quia hoc est in appetitu inclinari, quod in vi cognitua cognoscere, & per istos actus poterit reddi ope-

ratio conueniens fini rei cognoscentis, siue sit operatio, quae conuenit cognoscenti ex conditione generis, siue ex natura speciei suae: in hoc tamen est differentia inter hominem, & coetera agentia per cognitionem: nam licet omnium illorum sit aliquis determinatus, & proprius finis, & contingat consequi illum finem: tamen non cognoscunt rationem finis, neque proportionem operis ad finem, id est, habent finem, quem aliquando consequuntur, & illum consequuntur per operationem propriam conuenientem speciei, vel generi ipsorum: & tamen nesciunt esse finem suum eum, quem consequuntur. Etiam nesciunt quis sit modus veniendi in finem, vel deriuandi: quod est non cognoscere rationem finis, & proportionem operis ad finem, licet ipsum finem cognoscant: homo autem, quia ratione vtitur, habet hoc specialiter, quod cognoscit finem, sicut coetera cognitiua, & insuper cognoscit rationem finis, & proportionem operis ad finem, & ideo licet tam in eo, quam in omnibus animantibus sit naturalis conceptio, & inclinatio: tamen conceptio naturalis indita homini, qua dirigitur ad operandum conuenienter in finem, dicitur lex naturalis, vel ius naturale: in brutis autem illa naturalis conceptio vocatur naturalis existimatio. Ratio differentiae est, quia lex nominat regulam ad aliquid agendum: & non competit nisi illis, quae ad regulam aspicere possunt, & secundum eam componere actiones: hoc autem solum est eorum, quae actionum suarum libertatem habent, & dominium: bruta autem non habent dominium actionum suarum, sed ex vi insita naturae mouentur magis ad conuenienter exercendum actio- nes, quasi impulsu, quam reguntur quasi agentia ex proprio arbitrio: ideo conceptio naturalis, quae impelluntur ad appetendum aliquid, non vocatur in eis lex naturalis, vel ius naturale, sed existimatio naturalis: in hominibus autem solis est ius naturale, vel lex naturalis, quae nihil aliud est, quam conceptio quadam naturaliter homini indita, qua dirigitur ad agendum in actionibus proprijs, siue competat ei ex natura generis, vt comedere, & gignere, siue ex conditione speciei, vt rationari, & similia. Ex quo sequitur, quod cum lex naturalis sit, qua dirigitur homo in operatione propria, quae est ad finem, quod omne illud, quod reddit actionem non conuenientem fini, quem natura intendit in aliquo opere est contra legem naturae. Potest autem actio non esse conueniens fini, vel principali, vel secundario, & vtroque modo contingit hoc fieri dupliciter. Vno modo propter aliquid, quod omnino impedit finem, vt nimia superfluitas, aut notabilis defectus cibi impedit salutem, quae est finis principalis cibationis, & etiam impedit bonam habitudinem in negocijs exercendis, qui est finis secundarius. Bona habitudo ad negocia est secundum conditionem exercitij: nam in quibusdam exigitur robor, vt in agricolis, & bellatoribus: in alijs communis leuitas, vt in cursoribus: in alijs alia, & alia dispositio: quae omnes inducuntur ex modo cibandi hominem, & cum circa illum modum accidit notabilis excessus, aut defectus tollitur bona habitudo ad exercenda negocia, quam etiam tanquam finem ex cibo intendebamus. Alio modo redditur actio non conueniens fini per aliquid, quod non tollit finem: sed facit difficilem, aut minus decentem peruentionem ad illum, siue ad principale, siue ad secundarium, sicut inordinata cibatio quantum ad tempus sumendi cibum: nam si sit inordinata quantum ad quantitatem tollit sanitatem, & bonam habitudinem. Si autem sit inordinata quantum ad tempus, non tollit

Quid dicitur de feminis sit iter hominum, & coetera agentia per cognitionem.

Bruta non habent dominium suarum actionum.

Actio potest esse conueniens dupliciter.

sanitatem omnino, sed non ita peruenitur faciliter, vel non conseruatur per eam ita faciliter sanitas, & bono habitu gerendarum rerum. Est ergo regula in actionibus humanis, quod si aliquid sit quod impediatur finem principale actionis poenitus illum tollendo, est directe contra legem naturae, & omnes tales actiones sunt de iure naturali prohibita per prima praecipula legis naturae, quae sunt respectu operabilium, sicut quadam communes conceptiones in speculatiuis. Alia regula est, quod omnis operatio faciens peruentionem ad finem, quem intendit natura in operatione difficilem, aut minus decentem, & contra legem naturae, etiam prohibetur praecipulis secundarijs legis naturae, & non primis: quae secundaria praecipula deriuantur ex primis, sicut conclusiones in speculatiuis accipiunt fidem ex principijs per se notis. Et hoc est quando finis principalis non tollitur omnino, sed aliquo modo impeditur faciendo difficilem peruentionem ad ipsum. Tertia regula est, quod quando- cunque tollit operatio omnino, vel impedit finem secundarium faciendo difficilem, vel indecentem peruentionem ad ipsum, est illa contra legem naturae, & prohibetur per secudaria praecipula, de quibus dictum est. Et ista sunt documenta generalia quantum ad omnem materiam, in qua dicitur aliquid agi contra legem naturalem. Applicando ad propositum dicendum, quod matrimonium habet pro fine principali procreationem prolis, & educationem, qui quidem finis competit homini ex conditione sui generis, cum omnibus animalibus perfectis competat procreare, & filios educare eo tempore, quo educatione parentum indigent: & ideo Aristoteles octauo Ethicorum istam causam affociationis maris & foeminae assignat omnibus animalibus communem: & quantum ad hoc ponitur primum bonum matrimonij, quod est proles. Finis secundarius matrimonij, vt dicitur octauo Ethicorum, est communicatio operum maris & foeminae, quae sunt necessaria ad sustentationem vitae, & quantum ad hoc ponitur secundum bonum matrimonij, quod est fides. Debent enim sibi inuicem fidem, cum omnia opera communicent. Habet autem alium finem, & tertium ipsum matrimonium quantum ad solos fideles, scilicet, significationem habitudinis Christi ad Ecclesiam, & ad naturam assumptam, & quantum ad hoc competit matrimonio tertium bonum, quod dicitur sacramentum. Vnde primum finis respondet matrimonio hominis in quantum est animal, secundum in quantum est homo, tertium in quantum est fidelis. De pluralitate autem vxorum nunc dicendum est, quod non tolleretur in totum primum finem matrimonij, id est, prolem, quia ex pluribus vxoribus potest vnus vir prolem gignere. Etiam non impedit, quia habere multas vxores, non impedit procreationem, imo adiuuat aliquo modo, quia postquam vir secundauerit vnam, potest impregnare aliam, & non expenditur coitus inutiliter ad eam, quae praegnans est. Etiam, quia accidit esse vnam sterilem, & ex alia poterit gignere, vnde experimento didicimus gentem illam valde pullulare, in qua licet viro multas habere vxores, sicut faciunt Mahometitae. Etiam non impedit finem hunc quantum ad educationem, quia vnus vir potest educare filios susceptos ex multis mulieribus. De secundo sine dicendum, quod non omnino tollitur per pluralitatem vxorum, quia potest vir communicare opera cum omnibus illis: & tamen impedit aliquo modo, vel facit difficilem, aut indecentem peruentionem ad finem, quia non facile potest esse pax in familia, vbi eidem viro multae foeminae iunguntur propter zelum ipsarum, quae se pellices reputant. Etiam, quia idem vir non potest sus-

Omne quod impedit principale inueniunt in humanis actionibus est directe contra legem naturae.

Prolis procreatio, ac educatio a matrimonio p fine principali habentur.

Quid dicitur de vxoribus pluralitate.

A ficere multis vxoribus in redditione debiti non solum ad votum, sed etiam in redditione competentis: & ex hoc est magnus dolor. Etiam difficile est pacem esse inter communicantes in eodem officio, & ita similitudo est eis causa litis, sicut figuli ad figulum, vt dicitur octauo Ethicorum in principio: & potissimum quado communicatio multum impedit, sicut in vno viro respectu multarum vxorum: quia quidquid omnes habent, vni subtrahitur: quia ei reddi poterat si sola esset. Tertium autem finem matrimonij totaliter tollit pluralitas vxorum: quia sicut Christus est vnus, ita Ecclesia vna, & natura humana assumpta vna, quam vnitatem non potest representare pluralitas vxorum. Ex hoc apparet, an pluralitas vxorum sit contra naturam, & quantum sit contra legem naturae, vnde dicendum, quod parum est contra legem naturae: & accipiendo stricte legem naturae, sicut communiter accipimus, non est contra illam, siue contra ius naturale.

Difficile est pacem inter communicantes in eodem officio.

Ad primum dicendum, quod peccatum non erat plures vxores habere quando mos erat, & ista consuetudo tantum operabatur, quod redderet licitum id, quod alias esset illicitum. Cum autem dicitur, quod consuetudo non praedicit iuri naturali. Dicendum, quod verum est, quantum ad prima praecipula eius, sed bene quantum ad secunda: distinguimus enim prima, & secunda praecipula iuris naturalis eo modo, quo distinguimus in speculatiuis principia prima, siue primas animi conceptiones, & conclusiones ex eis deductas, quae conclusiones non habent aliquam certitudinem, aut notorietatem, nisi in quantum deducuntur ex primis principijs. Ita in lege naturali, quae dicitur naturale conceptionem, qua dirigitur in agendis, sunt quadam primae nota, quae ex seipsis habent notorietatem, quod bona, & aequa sint: & ita ab omnibus aestimatur, vel aestimari potest: & ista vocamus prima praecipula iuris naturalis. Alia sunt, quae recta iudicantur secundum illam naturalem conceptionem: quorum tamen rectitudo, vel bonitas non apparet per seipsam, sed in quantum deducuntur ex illis primis notis in lege, vel aestimatione naturali: & illas vocamus secundas regulas, vel praecipula. Quantum ad prima praecipula istorum, dicendum quod non tolluntur per consuetudinem, neque potest contra illa praescribi, vt innuitur extra de consuetudinibus capitulo vltimo, & in Decretis, in prima distinctione nona: Et ita iurata, & nos in communi locutione, quando loquimur de lege, vel de iure naturali accipimus quantum ad prima praecipula, quae per consuetudinem non tolluntur. Et si contra illa fiat longo tempore, non excusatur peccatum, sed potius augmentatur, vt dicitur extra de consuetudinibus capitulo, cum tanto, scilicet. Cum tanto grauiora sint peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, nemo sanae mentis intelligit iuri naturali, cuius transgressio animae periculum inducit quacun- que consuetudine, quae verius dicitur esse corruptela, posse aliquatenus derogari. Sed quantum ad secunda praecipula iuris naturalis, dicendum quod consuetudo magnas vires habet, & per eam potest aliquid addi, & aliquid subtrahi, vt dicit Tullius secundo Rhetoricorum: & ita est pluralitas vxorum: quia non est contra prima praecipula, sed contra secunda, cum per pluralitatem istam non tollatur, neque impediatur finis primus matrimonij. Et secundarius etiam non tollitur, sed solum impeditur aliquatenus, vt ostensum est supra: ideo, potest consuetudo praedicta huic praecipulo, & facere licitam esse pluralitatem vxorum.

Quae sunt prima praecipula iuris naturalis.

Consuetudo non tollit praecipula iuris naturalis.

Ad secundum dici potest vno modo, quod pluralitas vxorum erat contra præceptum, quia erat contra vnum de secundarijs præceptis naturæ, vt dictum est, ideo contra legem naturæ erat: sed dicitur, quod non erat contra præceptum aliquod expressum posituum legis diuinæ, aut humanæ. Alio modo potest dici, quod pluralitas vxorum, licet esset contra legem naturæ, non vetabatur, quia ea, quæ sunt de lege naturali quantum ad prima præcepta, etiam sine aliqua lege positua diuina, aut humana confirmante illa seruantur: quæ autem pertinent ad secunda præcepta, non habent vim coactiuam, neque aliquis iudex cogit hominem ad seruandum illa, nisi lege humana, aut diuina confirmata fuerint. Sic enim dicit Tullius secundo Rhetoricorū: Res à natura profectas, & à consuetudine approbatas, legum virtus, & religio sanxit, id est, firmavit: sed à natura non dicuntur esse aliqua profecta, nisi quæ aliquo modo sunt de iure naturali: ergo apparet, quod aliqua sunt de iure naturali, quæ indigent consuetudine, & lege approbati ad hoc, quod vires habeant obligandi, quod est sancita esse, id est, firma: & ita est dicendum, quod ea, quæ sunt de iure naturali secundo modo, non obligant hominem, neque peccat mortaliter contra faciens, nisi talia lege diuina, aut humana, aut consuetudine firmata fuerint. Et istud faciebat, quod non peccaret, qui multas vxores habebant à principio, quia licet non esset contra præceptum iuris naturalis, erat contra præceptum de secundis, & illud non erat firmatum lege aliqua diuina, aut humana. Et ita dicit Augustinus, quod non peccabant, & quod non faciebant contra præceptum aliquod, scilicet, quod necesse erat aliquod præceptum esse ad hoc, quod illi obligaretur cauere multitudinem vxorum, & illud non erat: ideo non erat tunc peccatum. Nunc autem præceptum ad hoc est.

Ad tertium dicendum, quod non est pluralitas vxorum contra legem naturæ in matrimonio, tanquam tollens, vel impediens primum finem matrimonij, sed tanquam faciens difficilem peruentionem ad finem secundarium, & tali modo non dicitur absolute esse contra legem naturæ, quia non est contra prima præcepta iuris naturalis.

Ad quartum dicendum, quod vnitas vxoris in matrimonio est de iure naturæ, sed non de illo, quod natura docuit omnia animalia. Pro quo sciendum, quod ius naturale tripliciter accipitur. Vno modo pro eo, quod est à principio naturali: secundo pro eo, quod est à principio extrinseco diuino: tertio pro eo, quod non solum est à principio naturali, sed etiam à natura. Primo modo est ius naturale illud, quod est ex principio, quod à natura est inditum. Istud principium est ratio in homine, quia non acquisita fuit homini, sed innata: quidquid ergo directe descendit de dictamine rationis sine aliqua lege positua, vocatur ius naturale hoc primo modo, siue illud sit de rationibus pertinentibus ad homines solum in quantum sunt homines, vel etiam in quantum sunt animalia. Secundo modo dicitur ius naturale, quod est diuinum posituum: & dicitur ad similitudinem modi præcedentis, scilicet, quia est quasi ex principio naturali. Nam etiã in rebus naturalibus, dicuntur aliqui motus naturales, non quod sint à principio intrinseco, sed quia sunt à principio extrinseco superiori mouente, sicut motus, qui sunt in elementis ex impressione corporum supra coelestium. Dicuntur naturales, vt dicit commentator tertio de celo, & mundo: ideo ea, quæ sunt de iure diuino, dicuntur esse de iure naturali, cum sint ex infusione, & impressione superioris principij, scilicet, Dei. Et sic accipitur ab Isidoro, qui ait, quod ius naturale est, quod in lege, & Euangelio continetur.

Et quæ sūt de iure diuino dicitur esse de iure naturali.

Sed iste modus accipiendi rarus est: concordat tamen in hoc cum iure naturali proprie, & strictè dicto, quia est istud imperprescriptibile, sicut illud, neque adiuuat consuetudo quantumcumque longæua contra ius diuinum. Etiam non potest mutari per hominem, sicut neque ius naturale. Tertio modo accipitur ius naturale strictè pro eo, quod non solum est à principio naturali, sed etiam ab ipsa natura. Dicitur autem hoc, quia principium naturale in homine respectu actuum suorum est ratio, & ideo quidquid est de dictamine rationis, est de iure naturali: prout est ius naturale à principio naturali: & ita accipitur supra in primo modo. Dicitur autem ius naturale ab ipsa natura, prout natura distinguitur contra rationem, & naturalia contra ea, quæ sunt secundum rationem: & ita ius naturale est à natura, & de rebus naturalibus: ideo accipiendo strictissime ius naturale, dicitur esse solum, quod est de rebus pertinentibus ad hominem, non in quantum est homo, quia secundum hoc est rationalis, & ratio distinguitur contra naturam, sed in quantum est animal. Vnde ea, quæ pertinent ad hominem, secundum quod est homo: etiam si sint de dictamine rationis, non dicuntur strictè de iure naturali, sed solum illa, quæ ratio naturalis dicit. De his, quæ pertinent ad hominem, & cetera animalia dicuntur esse de iure naturali. Et isto modo diffiniunt iuristæ, dicentes: ius naturale esse, quod natura omnia animalia docuit. Pluralitas vxorum in matrimonio non est contra ius naturale: tertio modo accipiendo, sed est contra ius naturale secundo modo, cum lege diuina videatur vetari, vt dicitur sequenti questione. Etiam est contra ius naturale primo modo sumptum, licet non tollat finem principalem matrimonij, sed faciat indecentem, & difficilem peruentionem ad illum, vt dictum est. Etiam aliquo modo natura docuit animalia vnitatem vxoris in matrimonio, sicut modum conuenientem suæ speciei. Nam in animalibus non requiritur tanta cura parentum in educando, sed in quibusdam nulla requiritur educatio: in alijs autè pauca: & tamen in illis, in quibus requiritur cura amborum in educando, eo tempore, quo ambo conueniunt ad educandum, non accedit masculus ad aliam foemellam, neque illa ad alium masculum, & quantum ad hoc seruat in eis vnitas vxoris in matrimonio: quia matrimonium largè loquendo, non durat interdum inter eos, nisi quamdiu educant prolem: ideo in illis omnibus secundum conuenientiam suæ speciei seruat vnitas vxoris, & quanto maior sollicitudo, & cohabitatio inuenitur: tanto apparet magis vnitas vxoris in animalibus, vt in turturibus, quæ vnitatem seruant, & in similibus.

Ad argumenta in contrarium etiam est respondendum, quia illa simpliciter probant esse contra ius naturale pluralitatem vxorum, & quia non est verum, limitanda sunt.

Ad primum dicendum, quod non se obligat ad impossibile vir, qui accipit multas foeminas in vxores, quia obligat se reddere debitum eis, sed hoc non est impossibile, quia matrimonium ordinatur ad prolem procreandam quantum ad finem suum principalem, & ideo obligatio ad reddendū debitū, non se extendit plus, quàm in quantum ipsum debitū redditū proficit ad procreationem, & amplius non est aliquid debitū, & quia postquam mulier est impregnata, coitus non prodest ad procreationem, imò nocet: non obligatur vir amplius ad copulam: & hoc modo cū possit idem vir sufficere ad impregnandum multas, & petitio debiti quantum ad hæc non se impedit in illis: non repugnat matrimonio quantum ad finem præcipuum habere vxores plures: est autem finis secundarius ad remedium

Quidquid est de dictamine rationis in homine est de iure naturali.

medium morbi, vt tollatur occasio fornicandi, & quantum ad hoc necesse est reddi debitum quando-cunque petitum fuerit: tunc autem impedit se vxorū pluralitas, quia concurrerent in petendo debitum, ideo vxorum pluralitas repugnat matrimonio quantum ad hunc finem: sed non est propter hoc contra ius naturale, cum non sit contra principalem finem.

Ad secundum dicendum, quod istud præceptum, quod tibi non vis, &c. affirmatiuè, & negatiuè sumptum, vt Christus ponit illud supra 7. cap. Non debet sic intelligi materialiter: sed debet intelligi de eo, quod iuste volumus, vel iuste nolumus seruata proportionè, & iuribus personarum. Nam si ego vellem, quod careri darent mihi omnia, quæ possident, non obligor dare eis omnia, quæ possideo: eo quod ego non volo iuste, quod alij dent mihi, quæ possident. Ita si desidero vindictam de hoste, vel vxorem proximam, non oportet, quod velim, quod hostis sumat de me vindictam, & quod vxor mea detur alijs, quia neutrum illorum iuste volui. Etiam requiritur insuper, quod seruetur habitudo in iuribus personarum: nam prælatus iuste vult, quod obediant sibi subditi, & tamen non oportet, quod ipse velit obedire subditis, neque quod subditi velint, quod eis obediat prælatus: ita nunc licet vir iuste velit, quod mulier sua non accipiat a viro altero: non oportet, quod velit non accipere ipse aliam vxorem, eo quod alia est habitudo viri ad vxorem, quàm à contrario: nam non est inconueniens eundem virum habere multas vxores, & tamen est inconueniens eandem esse vxorem multorum virorum, vt dicitur infra quæst. 36.

Ad tertium dicendum, quod zelus est tam in viro, quàm in muliere, secundum quem quilibet refugit consortium in amaro, & tamen zelus viri est naturalis, zelus autem mulieris est parum naturalis: est enim zelus iste pertinens ad appetitum, quia est inclinatio, & inclinatio naturalis sequitur conceptionem naturalem, & tamen etiam contra conceptionem naturalem leuitiuam non est, ita quod vir habeat plures vxores, sicut quod vxor habeat plures viros: neque existimatur naturaliter esse æquale malum: ideo affectus in foemina non refugit naturaliter tantum, quod habeat consortium in viro: sicut refugit vir habere consortium in muliere. Et hoc non solum est in hominibus, sed etiam in cæteris animalibus: quia masculi dure pugnant pro foemella, quando sunt competitores: foemellæ autem non ita grauantur quando sunt pellices: ideo non sunt contra ius naturale, id est contra prima præcepta eius, sed contra secunda, quæ vigorem non habent obligandi determinatè, & cogendi nisi quando per legem positiuam, aut per consuetudinem confirmantur, & determinantur: eo quod non habent istam tantam certitudinem, quod apud omnes iudicetur ratio debiti, & obligationis in eis: & tamen non est rationale dici aliquid obligare de iure naturæ, cuius æstimatione non sit communis, aut esse possit verisimiliter apud omnes, aut plures rectè sentientes. De quo magis dicitur infra quæst. 33.

An vnitas vxoris sit de iure diuino, ita quod sit contra ius diuinum pluralitas vxorum.

Quæst. XXXI.

QVAERETVR, an vnitas vxoris sit de iure diuino, ita quod sit contra ius diuinum pluralitas vxorum. Dicendum, quod contra ius diuinum sit vxorum pluralitas. Distinguitur autem ius diuinum contra naturale, quia ius diuinum est posituum, naturale autè est innatum: & tñ quia ius diuinum nihil aliud est nisi

regula data nobis a Deo circa actiones dirigendas: dæ autem nobis regula ab eo illo modo, quo nobis voluntatem suam aperit. Sed constat nobis de voluntate Dei dupliciter: vno modo per opera, alio modo per dicta, ideo vtroque modo ponitur nobis ius diuinum. Et patet hoc in litera: quia Christus sumit argumentū ad probandam coniunctionem viri & foeminae esse indissolubilem tam ex factis, quàm ex dictis. Vnde primum argumentum suum est, quia Deus creauit marem & foeminam, & vnum formauit de altero, & ita dicit marem & foeminam a Deo coniunctos, & ex his ipse concludit postea ius, s. non esse separandos coniuges. Ita ergo circa alia, cū ex factis constiterit voluntas Dei, etiam sine dictis per illa causabitur ius diuinum, cum necessariò stabimus circa hoc. Ergo apparet de iure diuino vnitatem vxoris & viri: quia Deus nō creauit simul multas foeminas, & multos viros, vel multas foeminas, & vnum virum, vt innueret, quod societas duorum deberet solum esse. Secundo apparet ex verbis Dei, quæ etiam sunt Adæ, s. propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & ita singulariter dixit vxori, & non vxoribus. Ita dicit Hieronymus, quod per hoc innuatur, quod debet esse vnitas vxoris. Et idem Chrysostomus, s. non solum ex modo creationis: sed etiam ex modo legislationis monstrat, quod oportet vnum vni coniungi. Et ita etiam confirmatur præcedens ratio, s. quod ex modo creationis maris & foeminae ostenderit Deus vnitatem viri & vxoris: & talis modus arguendi accipitur ab Apostolo ad Gal. 3. nam dicitur Gen. 12. ad Abraham: In femine tuo benedicentur omnes gentes. & Apostolus ait, quod non dixit, in feminibus quasi in multis, sed in femine tuo, quasi in vno, quod est Christus. Tertio patet, quia dicitur Gen. ibidem 2. & hic in litera: Et erunt duo in carne vna, id est duo erunt vna caro: & non dixit erunt tres, vel quatuor, aut saltem multi erunt in carne vna: sed determinatè dixit, quod duo erunt in carne vna, i. vna caro, & tamen illa verba dicta fuerunt in institutione primi matrimonij: ergo innuit, quod in matrimonio soli duo esse deberent. Ista ratione allegat Alexander Tertius extra de diuor. cap. gaudemus, ad ostendendū, quod contra ius diuinum sit pluralitas vxorum dicens: Absolum videtur, & inimicum fidei Christianæ, s. pluralitas vxorum, cum ab initio vna costa in vnam mulierem sit conuersa, & scriptura diuina testetur, quod propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Non dicit tres, vel plures, sed duo: non dicit adhærebit vxoribus, sed vxori. Quarto patet, quia expressè Christus innuit, quod non liceat plures habere: nam dixit infra in litera, & supra 5. cap. quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam superdixerit, mæchatur: ergo accipiendo secundam abiecta prima adulterium est, & consequenter nō est matrimonium: a fortiori ergo erit adulterium retenta prima accipere secundam. Eandem rationem ponit Alexander in allegato cap. gaudemus, s. Sane veridica sententia hæc probatur testimonio veritatis dicentis in Euangelio: quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit mæchatur. Si ergo dimissa vxore alia de iure duci non potest, multo fortius, & ipsa retenta: per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu in matrimonio reprobendam. Quinto apparet expressè prima Cor. 7. His qui matrimonio iuncti sunt præceptio non ego sed dominus, vxorem a viro non discedere, quod si discesserit manere præceptio innuptam, aut viro suo reconciliari: & tamen si liceret esse multitudinem vxorum in matrimonio, liceret viro dimissa vxore, & non reconciliata accipere alteram, & tamen debet manere innuptus, ergo non licet accipere plures simul in matrimonium. Sed dicit aliquis, quod Apostolus

stolus dixit tibi de muliere, & non de viro, & est magna differentia: quia non est contra ius naturale, qd vir habeat multas vxores, & tamen est contra ius naturale, qd mulier habeat multos viros. Dicendum, qd non obstat, qd licet Apostolus posuit exemplum in muliere, intelligitur etiam de viro, cum vir & vxor ad paria iudicentur. extra de diuortijs capit. gaudemus. imò ista causa inducitur tibi, qd vitanda est pluralitas in matrimonio in vtroque sexu: cum vir & vxor ad paria iudicentur. Ideo dicendum, qd contra ius diuinum est pluralitas vxorum, & maximè contra nouum testamentum. Sic dicitur in allegato capitulo, gaudemus, scilicet: Absonum videtur, & inimicum fidei Christianæ.

An licuit in veteri testamento habere plures vxores simul. uas. XXXII.

QVAERETVR, an licuit in veteri testamento habere plures vxores. Aliqui dicunt, qd non: quia est contra ius diuinum, vt ostensum est præcedenti quaestione, & tamen lex vetus est ius diuinum, & vnus spiritus contradictionis: ergo non licebat plures habere in veteri testamento. Secundò, quia dicit Alexander Tertius extra de diuor. ca. gaudemus, qd nunquam vlli licuit habere plures vxores, sine Dei reuelatione, scilicet, nisi cui fuerit diuina reuelatione concessum: reuelatio autem est aliquid speciale, quod etiam faceret nunc alicui licitè habere plures vxores, quia quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: & tamen nunc absolutè dicimus, qd non licet habere plures vxores: ergo etiam dicitur, idem in lege veteri: cum nulli tunc liceret, nisi ex reuelatione ei esset concessum. Tertio, quia aliqui arguuntur in lege veteri, qd habuerunt vxores plures, sicut Salomon. 3. Reg. 11. Ergo illicita erat tunc vxorum pluralitas.

Dicendum, qd in lege veteri licitum fuit plures vxores habere. Primò apparet hoc, quia Deus videbatur illud concedere quasi ex lege: Deuter. 21. Si habuerit homo vxores duas vnâ dilectam, & aliam odiosam, non poterit filium dilectæ facere primogenitum: & ita loquitur indistinctè de quolibet, quasi cui libet liceret habere plures vxores. Secundò, quia leguntur plurimi viri sancti tempore legis habuisse vxores multas, sicut ad minus 2. Regum 3. & 5. & 1. Paralip. 3. & de patre Samuelis, sicut Elcana legitur, quod haberet vxores duas Annam, & Phenennam. 1. Regum 1. Et tamen ille laudatur tibi, sicut vir sanctus, & dedit illi Deus miraculosè Samuelem in filium ex Anna sterili, eodem capit. ergo licitum erat habere multas. Tertio patet, quia Deut. 17. dicitur: Non habebit rex vxores plurias, quæ alliciant animum eius: ex quo apparet, quod licebat habere simul plures, quàm vnâ. Primò, quia si non liceret habere nisi vnâ, non diceretur, qd non haberet vxores plurias: sicut neque nunc de aliquo homine dicitur, qd non habeat vxores multas: quia nulli licet pluralitas. Secundò, quia dicitur, non habebit rex, & tamen si esset simpliciter vetitum vxores multas, non solum diceretur hoc de regibus, sed de omnibus hominibus. Tertio, quia dixit plurimas, & ex hoc magis apparet, qd pluralitas vxorum licita erat: sed habere plurimas non licebat, quia plurimæ dicunt multitudinem effrenatam: sicut Salomon habuit plures, quàm mille. Quarto, quia dixit, quæ alliciant animum eius, & ita videtur concessisse tot vxores, quot ad propagationem vtiles erant, vetuisse autè superfluas, quæ non ad propagationem, sed ad irritationem veneris faciunt, quæ vocatur allicere animum. Et patet, quia ex eodem motiua prohibentur ibi alia duo regi, & non

Rex non debet hie auri, & ar-

habebit rex argenti immensa pondera, & tamen certum est, qd non verabatur regi habere argentum, & aurum, quia necessarium erat ei: sed habere pondera immensa, id est multitudinem innumerabilem. Et hoc propter duo. Primò ne propter auaritiam imponat grauiam tributa populo: cum enim sciuisset rex non licere sibi habere multum de argento, & auro: non grauabit populum exigendo immoderatè, vt dicitur: quod faceret si liceret ei. Secundò, vt non premat populum per superbiam. Nam si rex fuerit valde diues poterit opprimere subditos suos inducendo exercitum extra regnum suum, & ita subijciet suos ad quæcunque onera voluerit. Si autem non fuerit valde diues non poterit fouere bella contra suos regnicolas, sed necesse erit concordare eis. Tertium etiam verabatur tibi, sicut multiplicatio equorum, sicut cum rex fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos: certum est tamen, qd licebat regi habere equos, sed prohibetur tibi effrenata multitudo, & hoc ne sit ei locus exercendi tyrannidem præ cõfidentia equorum: sicut tibi dicitur, non multiplicabit sibi equos, neq; reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus: & ita apparet, qd in his tribus, scilicet argento, equis, & vxoribus non prohibetur regi habere aliquantam multitudinem, sed effrenatam, vt non sit ei materia superbiendi, & peccandi. Quarto, quantum ad principale patet, quia si vxorum pluralitas esset vetita, & consequenter illicita, non computaret Deus vxores multas quas dedit alicui, quia non esset hoc dare ei bonum, sed dare malum, & tamen dicit se dedit illi bona, & etiam promittit plures tanquam per hoc hominem exaltet: sic patet 2. Regum 12. cum Deus improperat Dauid beneficia collata sibi, quia peccauerat contra ipsum tollendo vxorem Viã, & occidendo ipsum, sicut dicit dominus: ego vnxi te regem super Israel, & erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Saul, & vxores domnitui in sino tuo, & si parua sunt ista adiciam tibi maiora. Ergo apparet, qd non erat tunc malum habere plures vxores: quia Deus illas dabat tanquam aliquod bonum. Quintò patet, quia propheta multi fuerunt tempore regum Israel, & Iuda, qui acriter obiurgabant omnia peccata Iudæorum, vt patet tam ex libris Regum, & Paralip. & Iudicum, quàm ex libris Isidorum prophetarum, & tamen nunquam reperitur, qd arguerint quemquam de pluritate vxori: cum tamen multi essent tunc, qui habebant multas vxores: ergo reputabatur esse licitum habere multas vxores apud Hebræos.

Ad primum dicendum, qd lex vetus ius diuinum est: quia a Deo data est, & ab eodem Deo, qui dedit nouum testamentum. ad Hebræos. 1. cap. s. Multipharicè loquens olim Deus patribus in prophetis: nouissimè locutus est nobis diebus istis in filio, id est per filium suum. Licet Manichæi dicant nouum testamentum a bono Deo datum: vetus autem testamentum a malo Deo, quod est insania cogitare. Et dicendum, qd vnum ius diuinum non repugnat alteri quando manet, quia contradictio pro eodem tempore esse debet: sed statim benè, qd aliquid Deus mandauerit, quod postea reuocet statuendo contrarium: nõ quidem faciendo hoc, sicut legislatores, qui condunt aliquas leges tanquam bonas, & æquas, & exercitatio secundum eas ostendit ipsas postea inutiles, & iniuquas, & tunc ablati illis condunt alias: sed ipse nouerat illas leges non esse simpliciter bonas: quia tamen populus imperfectus non poterat alias tolerare, dabat illas intelligens, qd duraret ad tempus: sic patet Hier. 31. vbi promittit dare Deus aliud testamentum nouum, quod melius esset, & ipsemet vocauit legem veterem legem non bonam, i. imperfectam. Ezech. 20. Dedi eis præcepta non bona, &

genti imē- mēsa pon- dera, & quare.

& iudicia in quibus non viuunt: & ob hoc aliquo tempore cessatura erant hæc, & non solum cessatura, sed etiam expressa præcepta fuerunt posita in nouo testamento contra quædam, quæ erant in veteri, sicut de vxoribus, & de libello repudij, & de vindicta sumenda, & similibus. Ita fuit circa multitudinem vxorum: nam tunc fuit licita, quia Deus nõ vetuit eam, & habebat aliquè bonum respectum: nunc autem expressè vetuit illam Christus, quod magis aperit in libello repudij, quem a Moysè dicit datum, & tamen ipse illum nunc tollit. Et sic est de pluralitate vxorum, quam tunc Deus nõ vetuit, sed quasi licitam permisit, vel per suam permissionem fecit eam licitam, vt alij volunt.

Ad secundum dicendum, quod licuit Iudæis per legem, siue generaliter multas habere vxores: quomodo autem sit verum de cõcessione per reuelationem dicitur sequenti quaestione, & infra trigesima quarta quaestione.

Ad tertium dicendum, qd arguuntur aliqui de multitudine vxorum non quidem, quia multas habuerunt, sed quia effrenatissimam multitudinem habuerunt, vt Salomon. Habuit enim vxores quasi reginas septingentas, & trecentas concubinas. 3. Regum 11. Manifestum est autem, qd talis multitudo non prodest ad prolem: sed potius impedit prolem illiciendo ad plures, & valde effeminando hominem. Vnde Salomon, qui tot vxores habuit, nõ legitur habuisse nisi vnum filium, scilicet Roboam, qd illum habuit antequam multiplicaret sibi mulieres. Et patet non esse vetitam simpliciter multitudinem vxorum, quia dicitur Deuter. 17. Nõ habebit rex vxores plurimas, & sic permisit plures habere, id est duas, vel tres: sed non plurimas, id est tot quot Salomon: vnde Dauid habuit multas, sicut inter vxores, & concubinas habuit plures, quàm viginti: nam decem concubinas eius cognouit Absalom. 2. Reg. 16. & vxores, & concubinas multas habere eum patet 2. Regum 3. & 5. & 1. Paralip. 3. & tamen non increpatur de hac multitudine: eo qd non erat effrenata: sed tanta quanta prodesse poterat ad propagationem proli. Etiam quia Salomon non arguitur simpliciter propter habere multas mulieres: sed quia ille auertentur cor eius a Deo, vt coleret idola. 3. Regum 11. c. f. Et auertentur mulieres cor eius: cumque iam esset fenex, deprauatum est per mulieres cor eius, vt sequerentur Deos alienos. Et sic adhuc ipsa effrenata multitudo mulierum non arguitur in eo, sed qd per eas auertens fuerit a Deo: & ita Deut. 17. quando vetatur multitudo effrenata vxorum regibus, dicitur: non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciant animum eius. & ita nõ erat illicita vxorum pluralitas in veteri testamento, dum tamen non esset tanta, quæ verisimiliter non prodesset ad prolem, sed obesset.

An ante legem Moysi datam licuit in matrimonio vxorum pluralitas. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR, an ante legem Moysi datam licuit in matrimonio vxorum pluralitas. Aliqui dicunt, qd non: quia vxorum pluralitas est contra legem naturæ, & tamen tunc erat status legis nature: ergo nõ licuit ista pluralitas. Secundò, quia Deus ostendit debere esse vnitatem per modum creationis: ideo obligabat ad non accipiendum pluralitatem. Tertio, quia ipse hoc expresserit in creatione, & dispensatione, cum dicitur: adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, vt ostensum est supra quaest. 31. in quibus innuitur vnitatis vxoris. Quarto, quia dicitur extra de diuortijs capit. gaudemus, qd nulli vnquam licuit plures habere vxores: nisi cui ex diuina reuelatione concessum est: ergo non erat tunc licitum, quia aliàs non ef-

set necessaria aliqua reuelatio, si quasi ex lege hoc esset licitum. Dicendum, qd erat tunc licita vxorum pluralitas, etiam erat consuetudo accipiendi plures. Primum patet, quia non erat aliqua causa tollens pluralitatem, ergo erat licita. Nam tempore veteris testamenti erat licita ista pluralitas, vt ostensum est præcedenti quaest. ergo a fortiori esset licita prius. Et hoc patet primò, quia si aliquid esset illicitum ante legem Moysi: illud esset illicitum quasi contra legem naturæ: esset, sed quæ contra legem naturæ est, omni tempore est malum: tempore tamen legis Moysi erat licitum: ergo non erat contra legem naturæ, & consequenter non erat illicitum ante legem datam. Secundò patet, quia lex Moysi obligauit homines ad aliquid, ad quod prius non erant obligati, & non absoluit ab aliquo eorum, ad quæ erant obligati: ergo ad plura essent obligati, qui tunc erant, qd qui prius, & tñ qui tunc erant, nõ erant obligati ad vnitatem vxoris: ergo a fortiori ante legem datam licita erat vxorum pluralitas. Secundum patet, scilicet, qd erat illa consuetudo: nam in prima parte, ante diluuium legimus, qd Lamech haberet duas vxores. Gen. 4. & sicut ille habebat, ita de alijs multis maximè de stirpe Cain credendum est, qd plures vxores haberint: quia non auderet ille solus hac nouitate, vt, si cæteris malum istud, & detestabile videretur. Etiam post diluuium fuit vxorum pluralitas nõ solum in Gentilibus, sed etiam in viris sanctis, de quibus deriuatus est populus Dei. Patet de viris sanctis, quia Abraham habuit simul duas vxores Saram, & Agar. Gene. 16. & Iacob habuit quatuor, sicut Rachel, Zelpham, Liam, & Balam: Gene. 29. & 30. De Gentilibus patet eodem modo, quia Labam dedit duas filias Iacob in vxores in duabus hebdomadis. Gen. 29. scilicet: Imple hebdomadam huius copulæ, & hanc quoque tibi dabo: & tamen si non esset consuetudo apud Gentiles, qd idem vir acciperet duas, aut plures vxores, non traderet Labam duas filias suas in vxores Iacob. Imò apparet, qd erat consuetudo accipiendi plures vxores apud Gentiles: nam idem Labam petiuit a Iacob, qd viuentibus filiabus suis, non superinduceret alias vxores eis quas simul haberet, & iurauit illud Iacob Gen. 31. & tamè si non esset consuetudo circa hoc, non exigeret Labam iuramentum a Iacob.

Conferre erat ante legem Moysi. si datâ plu- res accipere vxores.

Dicendum ergo, qd licitum fuit omnibus ante legem Christi accipere multas vxores, quia non erat contra ius naturale propriè dictum: neque contra aliquam rationem, vt ostensum est supra quaestio. 30. imò erat causa satis rationalis ad accipiendum plures, quia naturale desiderium in homine est ad conservandam speciem per propagationem: contingit autem sæpe, qd nõ possit ex vnica gignere, vt si sit sterilis: ideo iustum erit accipi plures. Etiam quia non videtur sequi aliqua inhonestas dari multis vxoribus eidem viro, sicut legitur dando multos viros eidem femina: solum autem videbatur esse vnum paruum grauamen, sicut vxori primo ductæ: quia non posset ita integre ei reddi debitum, sicut si sola esset, vel quia fortè superueniente noua vxore vir diligeret eam pliusquam præcedentem, & illa ex hoc affligeretur: sicut fuit in Iacob, qui accepit prius Liam, & post hebdomadam accepit Rachel, & amorè illius amorè prioris præposuit. Gen. 29. capit. Et ob hoc illi, qui erant viri religiosi postquam accepissent vnâ, non accipiebant aliam sine consensu primæ, sicut fecit Abraham: nam longo tempore Saram habuit, & cum sterilis esset, & putarentur propter eam periturae promissiones factæ Abraham a Deo: ipsa orauit, vt acciperet Agar, & accepit: Gen. 16. & aliàs nõ facturus erat hoc Abraham. Sic etiam fecit Iacob: nam accepit Liam, & Rachel, quasi ex quadam necessitate: ipse enim intendebat accipere Rachel, solum,



solam, & illam solam deponit, sed per noctem imposita fuit Lia: Gen. 29. & tunc fuit quasi necessarium saltem ex honestate sumere utramque. Liam quidem, quia eam cognouerat, & ne maneret delusa. Rachel autem, quia ipsam prius deponerat. deinde accepit duas uxores alias, scilicet Zelpham ad preces Lia, & Balam ad preces Rachelis: Gene. 30. & tamen adhuc istud non videbatur verè esse granamen: licet vxor prima affligeretur, cum vir acciperet secundam, & sequentes: quia in hoc vir utebatur iure suo, & ideo nemini faciebat iniuriam: & tamen ad tollendum istud ius ille, qui dabat filiam suam alteri, firmabat cum eo pactum, quod non superduceret aliam ipsa viuente, & per hoc pactum renuntiabat vir iuri suo, & iam non poterat aliam cum ea accipere. Sic Labam fecit pactum cum Jacob ne vitra filias suas alias uxores superduceret Gen. 21.

Ad primum dicendum, quod non erat contra legem naturæ pluralitas vxorum accipiendi strictè ius naturæ, vt dictum est supra quæst. 30. & etiam accipiendi largius non est contra ius naturæ, id est contra prima præcepta iuris naturæ, sed solum contra secunda, & illa non habent vim cogendi, & obligandi determinatè: nisi quando, vel lege diuina, vel consuetudine sancita sunt: & quia tunc non erat lex aperte hoc prohibens, & consuetudo potius adiuuabat, quæ recipiebat pluralitatem vxorum: non erat peccatum pluralitas vxorum, & ita dicit August. quod peccatum non erat quando mos erat, id est consuetudo.

Ad secundum dicendum, quod illud argumentum non procedit nisi contra eos, qui nouerant scripturas, & tamen scriptura de hoc non erat ante Moysen, qui Genesim propheticè scripsit: ideo non obligabantur ex hoc. Maxime, quia postquam scriptura fuit, non obligati fuerunt homines ad vnitatem vxoris: cum ostentum sit præcedenti quæstione, quod tempore legis Moysi erat licita vxorum pluralitas.

Ad tertium eodem modo dicendum, quod cum de illis non constaret, nisi scientibus scripturam non obligabantur ad vitandum pluralitatem vxorum omnes. Sed quomodo scientibus scripturam non obligarentur ad vitandum illam pluralitatem: dicitur infra quæst. 40.

Ad quartum aliqui dicunt simpliciter esse verum, quod nunquam licuerit pluralitas vxorum sine dispensatione Dei, scilicet, quia lex de vnitatem vxoris non est aliquid humanitus positum, sed diuinitus datum, & non in literis, sed in corde impressum, sicut & alia, quæ ad legem naturalem pertinent, & ideo dispensatio in hac lege esse non potest nisi per Deum, & ita fuisse factam patribus dicunt, & ad eorum exemplum alij fecerunt in tempore, quo cultus Dei per propagationem deriuandus, & extendendus erat.

An licuerit, & potuerit alicui dispensari, quod habuerit plures uxores simul.

Quæst. XXXIII.

**S**ED contra hoc obijciunt aliqui, quod nunquam licuerit hoc, siue per dispensationem, siue alias, quia ius naturale semper, & vbique habet eandem potentiam. 3. Ethicorum, & tamen pluralitas vxorum est contra ius naturale, ergo nunquam licet. Secundò, quia Deus non dispensat in eis, quæ sunt iuris naturalis: dicit enim August. Deus cum sit natura conditor, non facit aliquid contra rationes, quas nature inseruit: cum ergo natura nostra Deus inseruerit, quod sit vnus vnus: videtur, quod non dispenset vnquam in hoc.

Tertio, quia si aliquid est licitum ex dispensatione non

licet nisi illis, cum quibus dispensatur, & tamen nunquam facta fuit aliqua dispensatio communis in lege veteri, sed tunc licebat communiter omnibus plures uxores accipere, vt ostensum est præcedenti quæstione: ergo non licebat ex dispensatione.

Quartò, quia vbi est causa eadem dispensationis est dispensatio eadem: sed causa dispensationis non ponitur alia nisi multiplicatio prolis ad cultum Dei, quæ etiã nunc est necessaria, & ita duraret hodie, sed non durat, ergo neque fuit ista causa dispensationis in veteri testamento. Quintò, quia dispensatio in lege propter aliquod bonum fit, & nunquam debet in ea ad hoc, quod rectè dispensetur, præponi minus bonum maiori bono, sed fides, & sacramentum, quæ non videntur posse seruari in matrimonio, vbi sunt plures uxores, sunt meliora, quàm prolis multiplicatio: ergo non deberet omitti ista propter prolem multiplicandam, & consequenter non deberent dispensari. Qui tenent ex dispensatione licere, respondent ad argumenta hæc, & quia primum non solum militat contra prædicta, sed etiam probat nunquam licuisse pluralitatem vxorum esse: cuius contrarium dictum est supra.

Dicendum est, quod iura naturalia non mutantur regulariter, & tamen accidit aliquid mutari ex aliquo speciali motiuo, sicut & ipsa naturalia, quæ sunt in essendo habent se vniformiter, & tamen contingit illa mutari: vt dicitur. 3. Ethicorum, quod naturale est homini habere dextram, & sinistram, & tamen contingit ambidextros fieri. Sed dicendum, quod hoc verum est circa iura naturalia primo, & secundo modo dictis supra quæst. 30. non autem tertio modo ibi dicto. Etiã non accidit mutari iura naturalia quantum ad prima præcepta: contingit tamen mutari circa secunda, quia illa eliciuntur ex primis, & in illis multum potest opinio: quia quanto magis accedunt ad particularia, de quibus incertum est iudicium, magis contingit illa variari. Prima autem præcepta legis naturæ, quia sunt multum vniuersalia propter multum distare a particularibus, in quibus est variatio, non mutantur aliquando. Er ita est de entibus secundum naturam, quia ea, quæ sunt penitus naturalia, manent totaliter immota, sicut dicitur. 3. Ethicorum, quod ignis ardet hic, & in Persis, & illud nunquam mutatur. Alia sunt naturalia,

partim adiuta ex consuetudine, quæ licet habeant motum naturale, non tamen habent determinationem omnimodam in natura: sicut esse dextrum, & sinistrum, & ideo contingit aliquos fieri ambidextros, & quia vnitatem vxoris est de præceptis iuris naturalis, quæ maxime appropinquant ad opinionem: ideo habet locum in illo humana opinio, & licet contra facere, nisi lege diuina, aut humana, vel consuetudine confirmetur, & ita non solum ex dispensatione, vt isti dicunt, sed etiã sine dispensatione licuit contrarietate semper quouique per legem Christi prohibitum est. Ad secundum dicunt, quod etiam si Deus dispenset in iure naturali, non datur illa dispensatio contra rationes, quas Deus natura inseruit, sed facit præter illas: quia rationes illæ non sunt ordinatæ ad semper, sed vt in pluribus esse: sicut non est contra naturam, sed præter naturam, quando aliqua accidit in rebus naturalibus miraculosè contra consuetudinem eorum, quæ accidere solent.

Ad tertium dicunt, quod qualis est lex, talis debet esse dispensatio in ea: ideo si est lex scripta, debet esse dispensatio scripta: sit autem sit indita debet esse dispensatio inspirata, & quia lex naturalis non est scripta, sed cordibus innata non debuit esse dispensatio scripta, sed impressa cordi, & ita est circa istud de pluralitate vxorum: cum sit præceptum iuris naturalis vxoris vnitatis: sed ista solutio non sufficit, vt infra dicitur.

Ad quartum dicunt, quod non manet nunc eadem causa dispensationis, quæ in veteri testamento, quia venientia Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ, per quam Dei cultus in omnibus gentes spirituali propagatione multiplicationem accipiebat, & conseruationem: cum non in plures gentes diffunderetur, sed in ea, in quæ cepit contineretur. Et istud etiam nobis est necessarium respondere non timentibus ex dispensatione factum esse. Quia diceret aliquis, quare in nouo testamento Christus astrinxit nos ad vnitatem vxoris, cum in veteri liceret pluralitas vxorum? Et est dicendum, quod in veteri fuit factum, & ista est vna causa: quia non extendebat se lex illa ad multas gentes, sed in illa sola cui data erat manebat, & ideo oportebat eam conseruari eo modo, quo gens illa conseruabatur. Per propagationem: ideo vacandum erat propagationi: lex autem noua diffunditur in omnes gentes per spiritualè propagationem: id est predicationem verbi: ideo per illud modum debuit continuari, & non per carnalem deriuationem: & sic conuenienter restricta fuit vxorum pluralitas ad vnitatem. Ad quintum dicunt, quod non tollitur maius bonum: per dispensationem illam: quia bonum prolis est maius quàm bonum fidei, quod dicitur non seruari: quia proles, vt est bonum matrimonij dicitur, & includit fidem seruandam ad Deum: cum non solum accipiatur proles pro filiis, sed pro ipsa prole educanda in cultum Dei: qui autem Deum colit seruat ei fidem: & quia fides vt est bonum matrimonij est fides, quæ seruat ad vxorem: & fides, quæ seruat ad Deum est maior quàm illa, quæ est ad vxorè, est maius bonum prolis quàm fidei: & potest omitti bonum fidei pro bono prolis: potissimè, quia in veteri testamento proles specialiter quærebatur ad augendum populum Dei, & cultum eius. Aliiter etiam dicendum, quod non omittitur fides in matrimonio, in quo sunt multe uxores: nam ibi aliqua fides obseruatur: cum vir solus vxoribus suis commiscetur, & non alijs, & illa est sollicitudo de sacramento dicendum, quod non penitus tollitur, quia licet non significetur vnio Christi ad ecclesiam in matrimonio, in quo est pluralitas, perfectè, significatur aliquo modo. Nam non significatur vt est vnio Christi, qui est vnus ad ecclesiam, quæ est vna, sed significatur distinctio gradu in ecclesia Christo vnita: & hoc est tam in ecclesia militante, quàm in triumphante, & ideo non omnino tollebantur tria bona matrimonij de illo matrimonio, in quo erat vxorum pluralitas. Et iste est modus respondendi eorum, qui dicunt nunquam fuisse licitam pluralitatem vxorum sine dispensatione: Alij quasi similiter ad hoc dicunt, quod licet esset vnitatem vxoris de iure natura, tamè Deus permisit iudæis pluralitatem, sicut permisit eis multa, quæ in nouo testamento prohibuit, vt vsuras concessit Deuter. 23. quas vetuit Luc. 6. & libellum repudij concessit Deuter. 24. quem prohibuit hic, & Mar. 10. & vindictam querere etiam de innocentibus permisit Num. 35. & Deuter. 19. & tñ vetuit eam nunciubus diligere, & remittere. sup. 3. & 6. & præced. c. sic etiã purgationem vulgarem permisit Num. 5. contra mulierem suspectam de adulterio: & tamen nunc omnis modus vulgari purgationis vetitus est: & hæc omnia permittebat illis ad duritiem cordis, vt dicitur infra in litera, nunc autem nihil permittitur. Sed dicendum, quod non stat, quia non rectè dicuntur permissa hæc, quia in veteri testamento solennius dicere illa fuisse permissa quæcunque secundum se aliquid mali continebant: & tamen ex Dei permittentis auctoritate licita fiebant vnitatem: sicut vsuræ secundum se sunt illicitæ: quia dicitur 4. Eccl. hic vsuram ad turpe lucrum pertinere. De libello repudij, & de prosecutione vindictæ, quæ tollit charitatem, & de purgatione vulgari, & ceteris idem apparet. De pluralitate vero vxorum non videtur videri, quia non habet in se

aliquam rationem turpitudinis, neque mali, sicut cetera, ideo non videtur permissa, vt permissio dicit aliquid illicitum concedi. Item & principaliter, quia si permissa esset sicut cetera, quæ dicimus permissa, oporteret quod lege exprimeretur sicut de alijs: non enim asserimus aliquid permissum, nisi quod in lege scriptum inuenimus. Qui autem dicebant nunquam licuisse pluralitatem vxorum, nisi ex dispensatione, & licuisse iudæis ex dispensatione, non satis firmiter dicunt. Primò, quia non constat de hac dispensatione, ad quod tenentes positionem istam dixerunt supra, quod qualis est lex, talis debet esse modus dispensationis: & quia vnitatem vxoris est de iure naturali, quod non est scriptum, sed cordibus innatum, non debuit esse dispensatio scripta, sed cordibus impressa. Sed istud non stat. Primò, quia falsum est, quod in præceptis naturalibus si debeat esse dispensatio, quod fiat per impressionem: nam furari sine necessitate, & non restituere commo datum sunt contra ius naturale, in quo Deus dispensauit cum iudæis circa Aegyptios iubens eis contra facere, & tamen istam dispensationem per expressum mandatum habuerunt, & non per inspirationem, vt patet Exod. 3. Sic etiam repudiare vxorem est contra ius naturale eo modo, quo est pluralitas vxoris: imò directius repugnat matrimonio solubilitas eius, quæ pluralitas vxorum, quia solubilitas repugnat bono prolis quantum ad educationem, quæ est primus finis matrimonij: pluralitas autem repugnat quantum ad finem secundarium: non quidem tollendo penitus, sed impediendo, vt ostensum est supra. Et tamen de libello repudij data est expressa lex: ergo si per viam dispensationis fieret, necesse erat scribi istam. Secundò, quia cum transgressio iuris naturalis sit peccatum, extra de consuetudine cap. cum tanto, non debet quis temere sibi usurpare facere contra ius naturale, nisi sit certificatus sibi licere per aliquam viam: & tamen si esset dispensatio solum cordi impressa, non esset certitudo: cum interdum eredit homo se agi a Deo, & agitur a demone: neque sit credendum omni spiritui. Sic dicit Innocentius Tertius cuidam Episcopo, qui renunciare volebat Episcopatu: extra de renun. cap. nisi cum pridem, l. Tu quoque, quomodo seis, quod in inspiratione diuina sit illa, quæ mouet te: in quo innuit, quod difficile est hoc scire, & ideo non est credendum omni spiritui. Et sic ad hoc, quod aliquis confidenter agere posset contra ea, quæ putaret esse de iure naturali, necesse esset, quod haberet aliquam certitudinem, & hoc maxime fieret per legem datam in scriptis, ideo si dispensatio aliqua fuit, debuerat esse scripta. Secundò quantum ad principale: quia si ex dispensatione hoc liceret, non esset licitum nisi illis, cum quibus dispensaretur: & quia ista causa, quam ponunt, scilicet multiplicatio prolis ad cultum diuinum solis iudæis eò petebat, qui erant populus Dei, videtur, quod alijs hominibus non licebat, & tamen non heuit iolis iudæis, sed etiam ante legem sancti patres habuerunt multas uxores, vt Abraham, & Iacob: Gen. 16. & 29. & 30. Etiam Gentiles tempore legis Moysi, & ante illam habuerunt multas uxores, & non fuit in eis peccatum: ideo non fuit ex dispensatione. Et patet hoc, quia valde irrationabile est, quod dicitur aliquis peccare in illo, quod vitare nescit, & scire non potest. Sic autem est de pluralitate vxorum. Nam non erat a Deo posita aliqua lex de vnitatem vxoris, quæ esset hominibus diuulgata. Etiam ratio naturalis sufficienter non ostendit hoc esse malum: cum potius ad multa videatur esse utile, & non videtur pluribus hominum neque sapientioribus malum esse, & contra rationem pluralitatem vxorum: ideo non peccabant Gentiles accipiendi plures uxores, & tamen certum est, quod in illis non erat dispensatio.

Non peccatur in eo, quod vitare nescimus, nec scire possumus

dispensatio aliqua: quia iam non esset dispensatio, sed lex communis, cum extenderetur ad omnes homines: ergo non erat ex dispensatione licita vxorum pluralitas, sed ex alia causa. Tertio, & principaliter, quia id quod videtur arctare aliquantulum ad ponendum dispensationem istam, est illud dictum Innocentij Tertij: extra de diuortijs cap. gaudemus: Nulli vnquam licuit plures vxores accipere, nisi cui ex diuina reuelatione concessum est: & tamen ponere dispensationem non sufficit ad satisfaciendum illi dicto sic planè accepto: non enim solum requirebatur dispensatio, sed etiam reuelatio, vt innuatur, qd non fuit data aliqua dispensatio generalis, quæ ad plures extenderetur: sed ex reuelatione licebat, & tamen reuelatio fit particulariter: ergo non licebat nisi ei, cui hoc reuelabatur, & quicquid certum est, qd reuelatio circa hoc valde paucis fieret, quia non fit nisi prophetis: cum prophetas, & Deos vocemus illos, ad quos sermo Dei factus est: Ioan. 10. cap. ergo paucissimis liceret, & tamen omnibus Iudeis licebat, vt ostensum est præcedenti questione: ergo non erat ex sola reuelatione licita pluralitas vxorum. Ad hoc dicunt, qui tenent dispensationem, & reuelationem, qd patribus sanctis facta fuit principaliter ista reuelatio, vel inspiratio, & ad eorum exemplum licuit alijs. Sed hoc non stat, quia ceteri, qui imitabantur sanctos patres accipiendo plures vxores, aut hoc faciebant, quia putabant esse licitum, eo qd illi, qui erant viri sancti istud faciebant: aut quia per illos reuelatum erat eis licere sibi. Non primo modo, quia iam illud traheretur in regulam, & eadem ratione omni homini licitum iudicaretur, cum quilibet bene agat, vel saltem non peccet imitando sanctorum exempla in moribus: & ita Gentilibus etiam liceret accipere plures vxores, cum illi non essent reprehensibiles imitando gesta sanctorum patrum veteris testamenti, & tunc non est verum, qd liceret ex reuelatione, sed simpliciter esse licita. Etiam non stat secundus modus, quia tunc aut illi sancti patres dicerent licere sibi accipere plures vxores, quia reuelatum erat eis à Deo, quia ipsi, & alij certis personis esset licita vxorum pluralitas: aut dicerent sibi reuelatum, qd toti stirpi Iudæorum licita esset ista pluralitas. Si primo modo non stat: quia tunc non liceret omnibus Iudeis, & omni tempore accipere plures vxores: sed aliquibus determinatis, de quibus per reuelationem constaret, & tunc peccarent ceteri accipiendo plures vxores: sed licebat omnibus Iudeis generaliter, vt ostensum est præcedenti questione: ergo non stat iste modus. Non etiam secundo modo, quia iam esset lex communis, & non consonat tunc verbo Innocentij, scilicet, quod nulli vnquam fuit licitum nisi ei, cui per reuelationem diuinam concessum est. Et iste modus loquendi ponit personas speciales, & non regulam communem, & ideo non potest saluari verbum Innocentij per illam viam. Secundo, quia non videtur verum, qd etiam sancti patres acciperent vxores multas inspiratione moti. Nam Abraham non accepit Agar nisi mouente eum Sara: orauit enim illa, quod ingrederetur ad Agar: & ita illam accepit. Gene. 16. Si autem ex inspiratione moueretur, non oporteret, quod oraret hoc Sara: sed Abraham hoc faceret, illa non petente. Etiam patet hoc: quia Sara orauit Abraham, vt acciperet Agar in vxorem: ergo putabat hoc licitum esse, quia alias non oraret illud, cum esset religiosa mulier. Etiam Iacob non accepit vxores multas ex inspiratione, sed duas primas accepit, quasi ex necessitate: cum intendere vnica, vt ostensum est supra, alias duas accepit precibus principalium vxorum, alias non accepturus esset illas. Gene. 30. Ergo non accipiebant sancti patres vxores plures ex inspiratione. Dicendum ergo vide-

tur, quod ante legem datam tam sancti patres, quam ceteri homines licite accipiebant plures vxores, & hoc quia non erat prohibitum aliqua lege diuina positua: neque etiam aperte repugnabat iuri naturali, sed solum erat de illis præceptis secundis iuris naturalis, quæ non habent vim determinatè obligandi ad peccatum, nisi cum lege diuina, aut humana, aut consuetudine sancita sunt. Et hoc aperte tenent Ambrosius, & Augustinus. Dicit Augustinus: Antiquis iustis non fuit peccatum, quod pluribus sceminis iuebantur: neque enim contra naturam hoc faciebant: cum non lasciuendi causa, sed generandi facerent: neque contra morem, quia eo tempore ea faciebant: neque contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Et idem Augustinus super Genes. ait: Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quod quando mos erat, peccatum non erat. Ambrosius etiam libro de Patriarchis ait: dixit Sara ad Abraham: ecce conclusit me dominus, vt non pariam: intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex ea. Et sequitur: Considera primum, quod Abraham ante legem Moyfi, & ante Euangelium fuit. Non ergo commisit Abraham in legem, sed legem præuenit. Nondum enim interdictum videbatur. Erat vult Ambrosius, quod ante legem, & Euangelium non erat peccatum accipere plures vxores, & tamen ante hoc erat ius naturale: ideo vult, quod illud non habebat vim determinatè obligandi, vt supra dictum est, & hoc idem durauit vsque ad legem Christi saltem. Ad dictum Innocentij dicendum, quod non licuit alicui sine reuelatione vnquam accipere plures vxores simul, scilicet de illis, quibus constabat esse contra ius naturale, & contra ius diuinum expressum verbo, & opere ostensum: vt apparet in probationibus illis, quas inducit idem Innocentius extra de diuor. capitulo, gaudemus. Siquis tamen illas ignoraret: cum non esset datum, aliquid præceptum expressum de hoc: neque lex naturalis determinatè ad hoc cogebat, non peccabat accipiendo plures vxores.

An infideles, qui nunc sunt, peccent habendo plures vxores. Quæst. XXXV.

**Q**VAERETVR, an infideles, qui nunc sunt, peccent habendo plures vxores. Aliqui dicunt, quod sic: quia agunt contra ius naturale: cuius transgressio inducit peccatum mortale: extra de conuertiendo capitulo, cum tanto. Secundo, quia agunt contra legem Christi, quæ vetat vxorum pluralitatem, & tamen agere contra illam est peccatum. Tertio, quia si non esset peccatum eis habere plures vxores, non cogentur dimittere illas, quando conuertuntur ad fidem: cum nihil tunc cogantur dimittere nisi peccata, sicut dicit extra de diuortijs capitulo gaudemus, quod baptisimus matrimonia non soluit, sed peccata abluit, & tamen cogitur conuersus de infidelitate dimittere omnes vxores præter primam, eodem capitulo gaudemus: ergo peccatum fuit plures accipere. Alij dicunt, quod non est peccatum, quia ab orbis condito vsque ad Christi legem non fuit peccatum accipere plures vxores, vt ostensum est præcedenti questione: ergo eodem modo eis, qui non sunt sub lege Christi, non est peccatum accipere plures vxores.

Dici potest sine præiudicio, melioris sententiæ, quod potest vtraque pars teneri, neque videtur inconueniens, quod infideles non peccent nunc habendo plures vxores simul: dum tamen illas non desiderio libidinis explenda, sed procreanda prole causa suscipiant.

Sic enim dicunt Ambrosius, & Augustinus, quando excusant pluralitatem vxorum Abraham, & Iacob, scilicet, quod non peccabant, quia non faciebant contra præceptum aliquod expressè positum, & quia non accipiebant eas causa libidinis, sed prolis. Etiam non faciunt isti contra præcepta iuris, quæ determinatè obligent. Nam licet sit vnitas vxoris de iure naturali, est de talibus præceptis, quæ non habent vim obligandi determinatè, nisi per aliam legem posituam, aut consuetudinem confirmantur. Tenendo hoc poterit dici ad primum, qd agunt isti contra ius naturale, non quidem accipiendo strictè in tertio modo iuris naturalis, vt dictum est supra, quia contra tale ius agere semper est peccatum mortale: neque etiam est contra prima præcepta iuris naturalis accipiendo largè ius naturale, scilicet primo modo ibi accepto: sed est contra secunda præcepta, quæ sunt quadam conclusionem iuris naturalis, quæ determinatè non obligant, nisi confirmantur per legem posituam, aut consuetudinem.

Ad secundum dicendum, qd lex Christi obligat omnes homines ad tenendum eam, & quicumq; non vult eam tenere, est continuè in peccato mortali, & tamen non est necesse, qd quandoque infidelis agit contra aliquod præceptum Christi, peccet mortaliter. Fidelis autem quandoque agit contra aliquod præceptum legis Christi, peccat mortaliter, quia inobedientiam committit: infidelis autem nondum suscipit legem Christi: ideo non potest esse inobediens ad illam quantum ad singula mandata illius, sed solum est inobediens vni mandato Christi de suscipiendo eam, quia iussit, qd omnes homines illam suscipere sub poena damnationis aternæ: Mar. 16. vnde non est dicendum, quod infidelis toties peccet, quoties omittit agere id, quod in lege Christi iubetur, vel committit contra id, quod in ea iubetur: sed est semper in hoc peccato mortali, quia non accipit legem Christi, quæ accipere tenetur. De omissione præceptorum illius dicendum, quod nunquam peccat infidelis omittendo quæcunque præcipiantur in lege Christi, nisi illa præcepta essent talia, quæ etiam de iure naturali obligant non existente lege Christi. De commissione contra aliqua præcepta legis Christi, idem dicendum, scilicet, quod non peccat infidelis contrafaciendo: nisi agendo contra illa, agat contra ius naturale. Nam si Christus iuberet ieiunari certis diebus, vel fieri certam orationem, nunquam peccaret infidelis omittendo hæc, sed solum peccat, quia non vult suscipere legem Christi, in qua hæc præcipiuntur. De vnitate vxoris ita videtur, quia non est de primis præceptis iuris naturalis, quibus obligantur omnes homines determinatè, sed de secundis: & ita licet in lege Christi tradatur, non videtur obligare infideles, nisi secundum quod prius, & tamen ante legem Christi, non peccabant in pluralitate vxorum, ergo neque nunc peccant.

Ad tertium potest dici, quod non coguntur dimittere vxores illas, quia peccauerint illas accipiendo: sed quia peccarent eas tenendo nunc: nam vt dicitur extra de diuor. cap. gaudemus: absurdum est, & inimicum fidei Christianæ multas vxores habere, & quia illi, qui transeunt ad fidem Christi, coguntur obseruare omnia præcepta eius, coguntur illi dimittere omnes præter primam. Sed obijcietur, qd non fit propter hoc, quia illi, qui conuertuntur ad fidem Christi, non coguntur retrahere omnia prius facta: licet essent contra legem Christi. Nam non licet nobis contrahere matrimonia vsque vltra quartum gradum, & tamen conuersi ad Christum, si teneant vxores in secundo gradu consanguinitatis, non coguntur dimittere illas: imò non licet dimittere illas nisi ipse etiam conuertatur ex-

tra de diuor. c. gaudemus. Dicit potest, qd non est simile. Primo, quia vnitas vxoris est de lege Christi, vt ostensum est supra: determinatio autem graduum consanguinitatis ad contrahendum est de lege humana. Secundo, quia lex data à Christo non est dispensabilis: ideo necesse est, qd quilibet ad Christum conuersus illam seruet: lex autem de gradibus est dispensabilis: ideo vt non soluantur matrimonia permittit Ecclesia manere conuersos de infidelitate in illo gradu.

Dicendum autem, qd licet ista positio sit satis tolerabilis: securior tamen est, qd peccent infideles post datam legem à Christo contrahendo cum multis, & qd non sit matrimonium verum cum omnibus illis, & hoc consonat magis intentioni Innocentij: extra de diuor. cap. gaudemus. vbi ponitur non esse matrimonium nisi ad primam, cum qua contrahit infidelis. Et tunc manent argumenta firma, quæ fiebant in principio. Et ad solutionem est dicendum quantum ad primam, qd licet argumentum non esset efficax, eo qd non sit vnitas vxoris de iure talis nature, quod per se inducat determinatam obligationem, quia est de secundis præceptis: in quantum tamen iam illud præceptum est confirmatum per aliud præceptum legis diuine expressum, in quo prohibetur vxorum pluralitas, obligat. Ita enim dictum est supra, qd ista præcepta iuris naturalis per se non habent vim cogendi, nisi quando sic confirmantur, & ita iam infideles ligantur. Contra secundam solutionem dicendum, qd licet infideles non

peccent in omissione, aut commissione contra aliquod præceptum legis Christi, quando est pure posituum; tamen quando præceptum Christi est de iure naturali, vel declaratum alicuius præcepti iuris naturalis, peccant infideles contra faciendo, & ita peccat infidelis si oderit inimicum, licet antiquis dictum esset, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, supra 5. cap. Sic autem est præceptum istud de non accipiendo plures vxores. Nam est de iure naturali: licet sit de secundis præceptis. Etiam ante hoc erat præceptum diuinum: licet non esset expressum, quod apparuit ex modo creationis, & ex verbis dispensationis Adæ, & Heuæ, vt ostensum est supra: ideo cum hoc Christus declarauerit etiam ipsis infidelibus, obligabit omnes. Contra tertiam solutionem dicendum, qd non

iubetur dimitti vxores, quando multæ sunt: quia hæc iubent multas sit nunc contra legem Christi solum. Nam licet hoc verum sit, tamen causa præcipua non est hæc: sed quia inter eos iudicatur nunquam fuisse verum matrimonium, vt colligitur ex rationibus allegatis extra de diuor. cap. gaudemus. Secundo, quia si potuisset verum matrimonium esse inter infidelem ad multas vxores, maneret post conuersionem: nam dicitur eodem ca. gaudemus, qd per baptisimum matrimonia non soluantur: sed peccata dimittuntur, & tamen non manet, vt indicat Ecclesia eodem capitulo. Et si dicatur, qd non manet matrimonium: non quidem quasi à principio non tenuerit, sed quia non permittitur in lege Christi talis coniunctio. Non stat, quia tunc cum æqualiter teneret coniunctio ad vnam, quam ad alias, solueretur matrimonium ad omnes vxores, & non teneret cum aliqua eorum, nisi de nouo contraheretur, & tamen falsum est, ideo non tenuit matrimonium à principio, quando contraheretur inter infideles. Tertio quantum ad principale, quia si matrimonium teneret à principio cum omnibus, & postea oporteret manere solum ad vnam: esset in potestate viri accipere quam veller: tamen non est, sed cogitur manere cum prima, vt colligitur extra eodem capitulo, gaudemus. & ex dictis doctorum ibi: ergo non tenuit matrimonium nisi cum prima: ceteræ autem sunt adulteræ, & tamen adulterium est peccatum: ideo peccant accipiendo

Ratio opinionis improbata.

In q. 30.

In q. 31.

In q. 32.

accipiendo

cupiendo plures uxores. Quod autem dicitur de infideli conuerso, q̄ tenebit primam, & non alias. Quid si mortua est prima dum maneret in infidelitate: quam aliarum accipiet? Aliqui dicunt, q̄ sequentem post primam: quia illa succedit in iure primae, & ita consequenter de alijs s̄m ordinem temporis.

Sed dicendum, q̄ non stat: quia cum prima potest manere post conuersionem, eo q̄ illa est vera uxor: ceterae autem non possunt esse uerae uxores uiuente illa, & non potius una, quam alia, sed omnes sunt aequaliter adulterae: per mortem autem primae, sicut non possunt effici omnes aliae simul uxores: ita nec potest effici una illarum nisi per nouum consensum specialiter in eam consenserit, ut in coniugem. Si autem manet antiquus consensus, nulla earum erit uxor per illum consensum. Idem dicendum, q̄ si mortua uxore prima infidelis, qui multas simul habet, conuerti uult, potest eligere quam uoluerit, ut sit sibi uxor de nouo, vel dimittere omnes si uult: cum nulla earum sit uera uxor. Si autem prima uiuat, non potest aliam accipere: neque etiam potest omnes dimittere: sed cogitur tenere primam si illa conuerti uoluerit, vel manere cum eo sine contumelia Creatoris. Quod autem dicebatur de contractu in gradibus uetitis, quia non retractatur post conuersionem ad Christum dicendum, q̄ partim est propter causam supra assignatam, scilicet, quia est dispensabilis Ecclesiae: sed principaliter fit, quia etiam de rigore tenet matrimonium tale, & sine dispensatione aliqua tenebit. Et causa est, quia quando contractum fuit illud matrimonium erat uerum cum inter infideles sit uerum matrimonium. Etiam erat in gradibus licitis: quia apud infideles erant gradus illi liciti, ideo tenebat tunc: sed matrimonium, quod semel teneri nunquam potest irritari secundum legem Christi: ideo non potest matrimonium sic contractum inter infideles etiam de rigore irritari, quando conuertuntur: sic dicitur eodem cap. gaudemus, q̄ si infideles contraxerunt in gradibus licitis apud eos, cum constitutionibus canonicis non arcentur. Ad argumentum in contrarium dicendum, q̄ licet ab orbe condito uique ad tempus Christi, non peccarent homines in uxoribus pluralitate: postea peccauerunt, eo q̄ ipse uenit uxoribus pluralitatem, ut ostensum est supra, & declarauit ius diuinum praecedens, quod hoc uolebat. Etiam quia ius naturale de unitate uxoris confirmatum fuit tunc per illam legem positiuam, & incepit habere vim obligandi determinate, quam prius non habebat, eo q̄ erat de secundis preceptis iuris naturalis: quia aliter non habent vim coactiuam, ut ostensum est supra, & ita peccabant nunc pagani in pluralitate uxoribus.

An possit circa pluralitatem uxoribus dispensari per Ecclesiam generaliter, siue specialiter circa aliquas personas. Quaes. XXXVI.

QVAERETVR, an possit circa pluralitatem uxoribus dispensari per Ecclesiam, siue specialiter circa aliquas personas, siue dando regulam communem pro omnibus. Aliqui dicunt, q̄ sic: quia Ecclesiae commissa est plena potestas: sicut dixit Christus Io. 20. Sicut misit me pater, ita ego mitto uos: id est in eadem potestate, in qua me misit, in eadem mitto uos: ergo potest circa istud ordinare, quod uidebitur. Secundò, quia circa regulationem morum plenè statuit Ecclesia, quod uult: & tamen istud pertinet ad mores: ideo poterit circa illum prouidere dispensando, vel aliter statuendo.

Dicendum, q̄ non potest per Ecclesiam dispensari circa pluralitatem uxoribus: nunquam. n. per aliquod mandatum, vel dispensationem, aut approbationem

Ecclesiae licebit alicui manenti sub lege Christi habere plures uxores simul. Et patet primò, quia Innoc. Tertius extra de diuor. c. gaudemus: dicit esse inimicū fidei Christianae, & absolum habere uxoribus pluralitatem: nō tamen potest quis facere esse licitum, quod est inimicum fidei Christianae: quia sic posset illam destruere introducendo ea, quae sunt ei contraria, & penitus nocua, quod falsum est: ergo nemini licet sic dispensare. Secundò, quia dicit ibidem Innocentius, quod nulli unquam licuit habere plures uxores, nisi cui reuelatione diuina concessum est: ergo Ecclesiae dispensatio non faceret hoc licitum, cum illa non sit diuina reuelatio. Tertio & principaliter, quia est contra legem Christi, cum expresse uenerit Christus ostendens, q̄ deberet esse una, ut patet infra in litera, & ostensum est supra, & inducit Innoc. eo. c. gaudemus. In q. 31. Quarto, quia etiam Christo non uerente uxoribus pluralitatem erat uxoribus unitas de iure diuino, ut Christus inducit hic in litera, & inducit Innoc. eo. c. gaudemus. Insaute diuinum omnes obligat, & est indispensabile, sicut & lex expressè à Christo posita est indispensabilis: & tamen uxoribus pluralitas est tam contra ius diuinum primarium, quam contra legem Christi: ideo non potest fieri per Ecclesiam dispensatio in eo. Quintò patet, quia si Ecclesia posset in hoc, dispensaret in fauorem fidei cum eis, qui habendo multas uxores uellent conuerti, & abijciendo illas nollent conuerti, & tamen non dispensat. Et patet eo. c. gaudemus: ubi de conuersis ad Christum, qui in infidelitate existentes acceperant uxores in gradibus, qui apud nos sunt prohibiti, permittit Ecclesia, q̄ maneat cum uxoribus illis. Et dicitur ibi, quod hoc fit in fauorem fidei. Et tamè dicitur ibi, quod non dispensat cum paganis, qui in multas uxores diuidunt affectum coniugalem, q̄ omnes retineant cum conuertuntur: sed omnes coguntur dimittere praeter primam: & ad hoc introducuntur ibi rationes multae. s. q̄ hoc sit inimicum fidei Christianae, & multa alia. Ergo non potest dispensare cum illis. Esset tamen fauor fidei dispensare cum illis si fieri posset: quia sicut. eo. cap. gaudemus. dicitur, q̄ aliqui pagani reuocarentur à proposito quod concepissent de fide Christiana, si oporteret eos deserere ab uxoribus, quas in gradibus uetitis acceperunt: & ideo ibi permittitur. Ita certum est, q̄ pagani diligunt uxores illas, quas acceperunt: & si cogantur eas dimittere, fortè distraherentur a proposito fidei Christianae, & si permittantur manere cum eis, ducerentur facilius ad fidem: & tñ Ecclesia nullo modo propter quantumcunque fauorem fidei permittit: ergo non potest dispensare in hoc. Et uerum est, q̄ non potest dispensari nisi per Deum, cum sit expresse contra legem Christi.

Ad primum dicendum, q̄ Ecclesiae commissa est à Christo plena potestas in constructionem quidem, sed non in destructionem 2. Corin. 10. & 13. & ita in destructionem nihil potest Ecclesia. Est autem destructio facta contra ea, quae Christus posuit, quae sunt fundamenta: ideo contra ea, quae Christus posuit aut contra aliquid eorum, siue sint doctrinae fidei, siue morum, nihil omnino potest Ecclesia: sed solum cogitur uenerari illa tanquam fundamenta sua. Quantum ad cetera uero, quae Christus non expressit de regula morum, & potissimè circa particularia morum, siue iudicialia foralia, siue caeremonialia cultus, manet Ecclesiae plena potestas ordinandi: dum tamen nihil agat directè, aut indirectè contra ea, quae à Christo instituta sunt: & circa ea, quae sic Ecclesia instituerit, poterit dispensare: vel ea prorsus mutare, si uiderit expedire: unitas uero uxoris est expresse de lege Christi, ut ostensum est supra: ideo nō potest Ecclesia dispensare circa hoc, quia iam haberet potestatem in destructionem.

In q. 31. Ad

Ad secundum dicendum, q̄ circa mores, & etiam circa fidem habet Ecclesia potestatem, sed diuersimode. Nam circa fidem, quia sunt fundamenta certa determinata, non potest Ecclesia aliquid diffinire, quod penitus sit alienum ab eis, quae iam pertinent ad fidem, sed ea, quae sunt declarata, & ex existentibus aliquid elicit: & ita aliquando dicitur facere articulum nouum: non tamen statuit Ecclesia aliquid credendum sub necessitate, tanquam articulum quod nō sit de articulis iam dictis, neque declaratio eorum, neque sequens aliquo modo identitatem fidei: & adhuc istae declarationes circa fidem non possunt fieri per singulos praelatos Ecclesiae, sed per Ecclesiam generalem, scilicet, per Conciliū congregatum, cuius proprium est de fide diffinire: aut per summum Pontificem in modo certo, quia ad sedem Petri maiores causae deferuntur, & eius effectu. c. maiores. ad ceteros nō pertinet aliquid diffinire circa fidem sed inniti diffinitis iam. Circa mores Ecclesia habet maiorem potestatem, quia non solum circa ea, quae statuta sunt, & quae ex eis resultant, & circa declarationem eorum habet Ecclesia potestatem: sed etiā circa omnia alia quaecumque omnino disparata ab eis, quae tradita sunt, & potest generaliter statuere, & diffinire quidquid sibi uidebitur: dum tamen non sit directè, aut indirectè contra ea, quae Christus statuit, aut contra ea, quae colliguntur ex illis. Et circa haec non solum princeps Ecclesiae, sed etiam minores praelati statuere, & diffinire possunt in suis subditis, & territorijs: & ideo magis proprie habet Ecclesia potestatem circa mores, quam circa fidem, quia circa fidem nihil est mutabile, sed quod semel p. uero creditur uerū est, & semper esse credendum. circa mores autem licet aliquid nunc iudicetur bonum, potest mutari per Ecclesiam, & aliud constitui. Circa pluralitatem tamen uxoribus, licet ad mores pertineat, Ecclesia non habet potestatem: eo quod per Christum statuta est unitas uxoris: & ita non potest in hoc Ecclesia cum aliquo dispensare, quod plures uxores habeat.

Qua potestate circa mores habeat Ecclesia.

Circa fidem nihil est mutabile.

An licuerit aliquando eidem mulieri habere plures maritos, sicut licuit eidem uiro habere plures uxores simul.

Quaes. XXXVII.

QVAERETVR, an sicut licuit eidem uiro multas uxores aliquando, ut ostensum est supra: ita licuerit aliquando eidem mulieri habere plures maritos. Aliqui dicunt, quod sic. Primò, quia uir, & uxor in actu, & debito matrimoniali, & contractu ad paria iudicantur. extra de diuor. cap. gaudemus. & tamen licuit aliquando eidem uiro plures uxores habere, ut dictum est: ergo licuit aliquando eidem mulieri habere multos viros. Secundò, quia ubi est communitas uxoribus eadem mulier habet multos viros, & tamen communitas uxoribus erat licita secundum politiam Socratis, & Platonis. 2. Politi. cap. 1. & 2. ergo licuit eidem mulieri aliquando habere multos viros. Tertio, quia coniunctio matrimonialis est principaliter ad plem: contingit tamen interdum, quod eadem foemina habeat uirum impotentem. i. frigidum, vel alias impeditum, & ipsa sit apta ad gignendum, ut ergo non impediatur ibi conceptus, & foecunditas perdatur, videtur, quod liceat mulieri illi accipere alium uirum; & ita habeat eadem foemina multos viros.

Dicendum, quod nunc in matrimonio requiritur unitas in utroque sexu: extra de diuor. cap. gaudemus: Alph. 1. ost. super Euang. Matth. Pars V.

Ideo neque eadem foemina multos maritos, neque eidem uir uxores multas habere potest. Et tamen olim licuit eidem uiro multas habere uxores, ut dictum est. Eidem tamen mulieri nunquam licuit multos maritos habere, & ideo neque apud barbaros hoc inuenitur. Vnde licet aliqua gens in tantum sit barbara, q̄ matrimonio non utatur: sicut sunt Garamantes, & multae aliae gentes barbarorum, ut tradit Solinus in Polyhistor. nulla tamen gens unquam fuit, quae matrimonio utens permiserit eidem mulieri multos viros. Est omnino contra rationem naturalem, & ideo nemo tantum errare potuit, q̄ in eodem matrimonio multos viros eidem mulieri iungeret, ad quod multae rationes sunt. Prima est dignitas sexus, quia uir est caput mulieris, & mulier non est caput uiri. 1. Corin. 11. Ideo multa permitti oportet uiris, quae foeminis permittenda non sunt, etiam si nulla alia causa subesset. Secunda, & principalis ratio est, quia q̄ eadem mulier habeat multos viros simul, repugnat intentioni naturae: ingenerant enim natura coitum, & diuina uoluntas statuit, atque dictauit illum ratio humana, ut per coitum fieret generatio, & conservaretur species secundum successionem indiuiduorum: sed si eadem mulier haberet plures viros, impediret generatio. Mulier namque, quae à pluribus cognoscitur in temporibus uicinis sibi, nunquam concipit, sicut patet in meretricibus, quae cum publice expositae ab omnibus cognoscantur, à nemine tamen concipiunt. Si autem mulier à diuersis uiris diuersis atque distantibus temporibus cognoscatur, potest concipere de utroque: ita tamen, q̄ prius pariat foetum, quem ab uno concepit, quam ab alio concipiat: aliter enim fieri non potest, aut difficile sit, licet compertum est eandem mulierem à duobus uiris concepisse, ita q̄ post conceptionem factam ab uno cognita ab alio concepit de eo, quia licet communiter facta conceptione claudatur orificiū matricis, ita ut semen in loco generationis recipi non possit, & sic neque conceptio celebrari. Contingit tamen interdum, ut conceptus fiat factò alio conceptu: ut potest, quia aut mansit orificiū matricis apertum: aut quia postea ex feruore libidinis apertum est, ut ait Solinus in Polyhistor. capitu. de his, quae mirabilia fuerunt in homine, scilicet, q̄ Alcmena peperit Hercule, & Isiclem fratrem suum, quos diuersis conceptibus edidit, quod pro tanto manifestatur, quia diuersi temporibus interuallis nati sunt: ut potest si unus post alium uno mense ex eodem utero natus sit: hoc autem raro accidit: ideo lex humana ad hoc adaptari non potuit. Si ergo eadem mulier haberet multos viros, & placeret eis accedere ad mulierem illam quasi eidem temporibus, de nullo conciperet, quia à pluribus cognoscitur, vel si ab uno conciperet non posset ab aliquo aliorum concipere: ideo non fuit conueniens eidem mulieri esse multos viros quasi repugnans generationi. Quod autem uir multas uxores habeat, non est inconueniens aliquod quantum ad hoc: nam siue in eodem, siue diuersis temporibus illas cognoscat, poterit eas impregnare: sicut Loth in duabus sibi succedentibus noctibus duas filias suas uirgines secundaui. Gen. 19. Ratio diuersitatis est, quia uir est emittens, foemina uero recipiens: ideo non erat inconueniens uiro dari multas foeminas: sed erat inconueniens foeminae eidem dari multos viros. Tertia ratio secundum Augustinum est, quia pluralitas uirorum ad eandem mulierem repugnat sacramento matrimonij. Nam matrimonium est magnum sacramentum inter Christum, & Ecclesiam. Eph. 6. c. In hoc autè sacramento uir, id est Christus totus est uere unus: Ecclesia autem, quae est uxor: licet in se tota sit una, tamen quodam modo est multiplex, ut dicit Aug. scilicet Quadruplex est eccle-

Garamantes nō uirum matrimonio.

Cōceptū est eidem temporibus mulierē à duobus uiris concepisse.



Ecclesia e  
quadrupli  
citer secu-  
dum Aug.

fia. Prima est Ecclesia contemplatiuorum signata per Rachelem. Secunda est Ecclesia actiuorum signata per Liam. Tertia est Ecclesia contemplatiuorum mercenariorum signata per Balam ancillam Rachelem. Quarta est Ecclesia actiuorum mercenariorum signata per Zelpham ancillam Liae. sed ista causa ostendit plurimam esse vxorum contra rationem sacramenti: sed tamen non est contra ius naturale aut rationem politicam. Quarta ratio est, quia quod eadem mulier habeat multos viros repugnat paci oeconomicae: vir. n. & vxor non solum accipiuntur propter communicationem naturalem, quae est ad simile tertium derelinquere, quod est principale, vt dicitur 1. Politi. cap. 1. & 8. Ethic. sed etiam ad communicationem oeconomicam, quae est ad conseruationem indiuidui: pax autem oeconomica consistit in bona habitudine rectoris oeconomici ad subditos: rector autem est vir, subditi autem sunt vxor filij & serui. Si autem ponerentur plures viri eiusdem vxoris darentur plures retores aequales eiusdem domus, quae neque ratio neque natura patitur: quia omnis potestas consortem habere recusat. Sic dicit Lucanus lib. primo.

Ois potestas  
cōfor-  
tem habe-  
re recusat.

Nulla fides regni sociis: omnis alta potestas  
Impatiens consortis erit: nec genibus vllis  
Credite: nec longe factorum exempla petantur,  
Fraterno pro mi maduere sanguine muri.  
Et Statius in Thebaide ait,  
Summo dulcius vnum  
Stare loco, comes sociis discordia regni.

Item cum isti viri regerent domum, & habeant multa capita, necesse erat consequi diuersitatem aiorum: & ita interdum contraria mandarent, ex quo necessaria lis sequeretur, & destructio oeconomica, & consequenter destructio politica, quae constat ex oeconomicis: & tamen in qualibet oeconomia, id est domo sic fieret, si permittiret mulieri habere multos viros. Item repugnat hoc ex parte subditorum: quia cum diuersi viri diuersa fieri imperarent: vxor & filij & serui nescirent, cui obedirent, & tunc sequeretur quod dicitur Christus supra 6. Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit & alterum diligit: aut vnum sustinebit, & alium contemnet. Item quia hoc datur perire bona oeconomica: quia nemo procuraret illa propter discordiam rectorum: non ergo sic esse debet, sed sicut natura docuit. Est enim regimen naturae optimum 12. Metaphy. ibi tamen est vnicus rector: ideo etiam in oeconomicis vnicus debet esse rector. ista autem inconuenientia non sequuntur datis multis vxoribus eidem viro: quia mulier non est caput viri, sed vir mulieris 1. Cor. 11. & 1. Tim. 2. dicitur: Mulierem autem docere non permitto, neque dominari in virum. Datis ergo pluribus vxoribus eidem viro, non dantur multi retores eiusdem oeconomiae, sed vnicus: sed dantur multi subditi ad eundem rectorem, ad quos non sequitur turbatio: quia datis multis subditis non dantur multa principia agendi, & moneudi: quia subditus secundum quod huiusmodi non habet in se principium sui motus, sed mouetur a praelato vel rectore: datis autem pluribus rectoribus dantur multa principia agendi: ideo sequitur turbatio oeconomiae: ideo non possunt dari plures viri eidem vxori. Et ista est causa maximè efficax, quod non possint esse multi viri eiusdem vxoris. Nisi forte quis diceret, quod si inter virum & vxorem detur sola communicatio naturalis, & non oeconomica, non erit aliquod inconueniens horum.

Dicendum, quod de ratione matrimonij est cohabitatio, & ad longum tempus. Individuae vitae consuetudine retinens: & in cohabitatio ad communicationem oeconomicam pertinet. & etiam Arist. dicit 8. Ethic. quod associatio viri, & mulieris est naturalis ad duo, scilicet ad procreationem, & ad communicationem operum: ideo non poterit esse matrimonium, in quo dentur multi viri eidem vxori, in quo non sequantur praedicta inconuenientia: ideo non potest dari tale matrimonium. Quinta ratio est, quia eidem viro interdum bona est pluralitas vxorū, vt si ex vna gignere non potest, gignat saltem ex aliis: sicut fuit in Abraham, cui Deus promiserat multiplicatam posteritatis, habebat Saram vxorem sterilem: ideo vt non periret promissio nes facta ad Abraham, orauit Sara Abraham vt acciperet Agar in vxorem, & genuit ex ea Ismahelem. Gen. 16. faminae autem licet interdum hoc accidat respectu viri: tamen inhonestum est ei, quod ipsa a multis viris accipiatur: sed non est inhonestum aut turpe, quod idem vir multas vxores accipiat: ideo non licet mulieri accipere multos viros. Sexta ratio est, quia si eidem feminae darentur plures viri: dato quod ista foemina conciperet quando isti viri ad eam, & quandoque aliquis eorum eam cognosceret: tamen raro cognosceretur proles, cum quilibet eorum accederet ad mulierem illam quandoque vellet: & sic ex tempore natiuitatis factus non posset plenè sciri, cui esset: hoc tamen est magnum inconueniens, quia patres valde desiderant agnoscere filios suos. Solae enim matres tunc filios agnoscerent, viri autem non, quod erat eis tollere quādam magnam delectationem. Hoc autem non sequetur datis pluribus vxoribus eidem viro, quia tunc quilibet vir agnoscat filium suum: omnes enim natos de vxoribus suis agnosceret filios suos: veluti si vnicam vxorem haberet: & tamen contra ius naturale est tollere hoc naturale patribus de agnoscendo filios: ideo est contra ius naturale dare eidem mulieri multos viros. Septima ratio est, quia pluralitas virorum ad eandem vxorem repugnat intentioni naturae, & rectitudini finis, & determinati a ratione: natura enim & recta ratio volunt matrimonium ad prolem: sed vna vxor ex vno viro sufficienter concipere potest: ergo si poneretur alius vir, ille non esset ad gignendum, sed ad deturpandum, & obstandum generationi. Satis enim notum est, quod si vna mulier plures viros vellet, quod non esset ad prolem, sed ad explendam libidinem illud faceret: iste autē finis est contra rationem: eundem vero virum plures habere vxores benè stat: non quidem ad libidinem, sed ad prolem. Nam ad saturandam exercendamque libidinem vna sufficit: ad prolem autem vna non sufficit: quia postquam conceperit, non potest iterum vsque ad decem menses, vel quasi concipere: potest autem idem vir in eodem anno multos filios concipere ex pluribus vxoribus: sicut legitur de quodam rege barbaro, qui sexcentos filios genuit. Necesse autē erat huic, quod in quolibet anno triginta, vel plures gigneret. & ita eidem viro non est inconueniens vxorū pluralitas, sed mulieri est inconueniens. Octaua ratio est, quia pluralitas virorum ad eandem mulierem repugnat paci politicae, & oeconomicae, non quidem solum quantum ad regimen oeconomicum, de quo supra dicebatur: sed etiam magis quantum ad petitionem debiti. Coniugeret namque omnes simul ad eandem debitum petere: & quia impossibile esset omnibus simul debitum reddi, magna discordia, lites, & vulnera inter viros sequerentur: sicut in duobus tauris contententibus de eadem foemella, aut in aliis pecoribus. Fortius autem amor iste viris inigitur, quia cognoscent quod amantur. Quod

Nullus labor magnus videtur amanti: ignes non timet, niues spernit, gladius se opponit, omniaque pericula grata reputat, dum tamen consequatur amatum, vt ait Seneca Tragedia quarta, quae dicitur Hippolytus, carmine quarto, cum Phedra flagrans amore introducitur alloquens Hippolytum, & dicens.

Quod autem magis cognoscitur magis diligitur: beatitudo autem non sic cognoscunt, quod amant. Quod verò amor in quibusdam viris nimis fortis sit, patet, quia nullus labor magnus videtur amanti: ignes non timet, niues spernit, gladius se opponit, omniaque pericula grata reputat, dum tamen consequatur amatum, vt ait Seneca Tragedia quarta, quae dicitur Hippolytus, carmine quarto, cum Phedra flagrans amore introducitur alloquens Hippolytum, & dicens.

Vel me sororem Hippolyte, vel famulam voca,  
Famulamque potius: omne seruitium feram.  
Non me per altas ire si iubeas niues,  
Pigeat gelatis ingredi Pindi iugis:  
Non si per ignes & infesta agmina, cuncter  
Paratum ensibus petus dare mandata.  
Recipe sceptrum, me famulam accipe,  
Sini receptam supplicem ac seruam rege,  
Miserere amanti.

Orpheus etiam, qui cetera suis cantibus superauerat, amorem fortem superare non potuit: sed quo potentius omnia inferni terraeque monstra placaret, fortius in eo recrudescere amor, vt ait Seneca Tragedia prima, quae dicitur Hercules furens, carmine quarto, quod incipit.

Immites potuit flectere cantibus  
Vmbra dominos & voto supplici.

Idem Boetius de Consolatione lib. 3. metro vltimo scilicet. Felix qui potuit. Tanta est enim amoris viuacitas & vulnerandi potentia, quod non iniuste eum antiqua gentilitas sagittas & ardentis faces habere dixerit, vt ait Isidorus in Etymologiis, & Seneca Tragedia quarta, quae dicitur Hippolytus carmine 4. ait.

Diua non mihi generata ponto:  
Quam vocat matrem geminus cupido,  
Nulla pax: isti puero per orbem,  
Spargit effusas agilis sagittas.  
Tela quam cetera iaculatur arcu:  
Non habet latam data frontem,  
Mouet hic aëstus inuenum feroces,  
Concitat flammis senibusque fessis.

Solus amor  
virores emol-  
lit.

Solus enim amor est, qui viros fortes emollit, & dura quaeque confringit. Et non immerito, quia fortis est vt mors dilectio: lampades eius lampades ignis: aequae multae non poterunt extinguere, & flumina non obruent illam. Canti. 8. cap. quod satis apparet in Hercule, qui cum omnia inferni, terrarumque monstra indomitis illis viribus domasset: solo amore Ioles filiae regis Aetholiae superatus, ad ancillam ministriae ductus est: ita vt ea iubente femineam vestem induerit. De hoc Ouidius in libro Heroidum in epistola Deianirae ad Herculem, quae incipit.

Gratulor Aetholiam titulis succedere nostris,  
Vistorem vixisse succubuisse queror.

De hoc Seneca in Tragedia 4. carmine 3. ait.

Natus Alcmena posuit pharetras,  
Et minas vasti spolum leonis:  
Tassus aptari dignis smaragdos,  
Et dari legem nudibus capillis:  
Crua distincto reliquit auro,  
Luteo plantis cohobente focco,  
Et manu clauum modo qua gerebat,  
Fila deduxit properante iuso.

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

His autem insistendum non est, quia amatorij furoris magnitudo explicari non potest: & si quis simpliciter amare motus potest fortiter, quanto magis cum alius rem amatam impedit? tunc enim magna vis incrementi amoris. Sicut Ouidius secundo libro de Remedio amoris.

Amatorij  
furoris ma-  
gnitudo  
explicari  
non pot.

Fortius Hermionem ideo dilexit Horesites,  
Esse quod alterius eperat illa viri.

Sed dicit aliquis, quod idem inconueniens erit dando plures vxores eidem viro. Nam cum vir & vxor ad paria iudicentur. extra de diuortio gaudemus. et hoc maximè in actu coniugali: quia sicut mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir: ita vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, primè Corinth. 7. continget, quod plures vxores eiusdem viri petant simul debitum a viro, & cum non possit omnibus pro eodem tempore reddere, sequetur turbatio, & lites, & confusio oeconomiae.

Dicendum, quod non sequitur inconueniens, quia si duo viri ab eadem vxore simul debitum peterent, cum ipsa non posset ambobus simul reddere, viri qui fortiores essent, pugnarent super hoc vsque ad vulnera & mortem: & cum nullus esset super eos rector oeconomiae, nemo posset eos moderari. Si autem plures vxores simul ab eodem viro debitum petant, non sequitur hoc inconueniens, quia vir, qui earum rector est, earum tollet litigia: & cui volent prius debitum reddere: cui autem posterius, posterius: vel assignabit eis certa tempora ad reddendum debitum. sicut fecit Iacob, qui quatuor vxores habebat, & omnibus debebat, debitum: & tamen vno tempore determinato manebat apud vnam, & alio tempore apud aliam: & sic non erat contentio inter illas. Iacob tamen multum se alligauerat subiciens totam voluntatem suam voluntati vxorum, scilicet quod quando venerat tempus accedendi ad vnam non tangebatur aliam, etiam si hoc concupisceret: & quod plus erat, quod si illa apud quam mansurus erat aliquante tempore determinato reddendo debitum, vellet vendere ius suum alteri, poterat facere. Sic patet Gene. trigesimo, vbi cum esset tempus, quo Iacob manere debebat apud Rachel reddendo debitum, & Rachel orasset Liam, vt daret ei de mandragoris filij eius Ruben, quas de agro tulerat: dixit ei Lia, parum tibi videtur, quod praecipueris mihi virum meum: nisi & mandragoras filij mei tuleris. dixitque ei Rachel: dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Cumque vtraque huic pacto consentisset, egressa est Lia in occursum Iacob reuertentis de agro ad vesperum, & ait: ad me inquit intrabis, quia mercede conduxisti me pro mandragoris filij mei.

Nona causa est, quia sequeretur magna abominatio datis multis viris eidem vxori: cum vnus vir sciret, quod alius vir carnaliter cognosceret eam, quam ipse carnaliter cognoscebat: nam cum sit iste actus turpis, & valde foedatius, abhorreret quilibet a se foedatam ab alio sedari, & reduceret viros ad abominationem vxorum, vt eas cognoscere nollent. Et patet, quia non solum abhorret quis eam, quae ab alio sedata est: sed etiam interdum ipsam quam ipse cognouit: ex quo sequitur id, quod interdum videtur in amatoribus carnis: vt cum aliquam feminam antequam potiantur optatis, nimio amore dilexerint: postquam eam carnaliter cognouerint, parum appendant, iam non eam, sed aliam diligentes: & non solum non magnipendunt: sed & fit saepe vterque eam, quam ante feruentissimo amoris studio cupierant, durissimo odio persequantur. hoc inter arden-

M 2 tissimos

iffimos amatores visum est, vt patet in Amnon filio David, quia vehementissime exarsit in Thamar sororem suam, vt deperiret in amorem illius: cum autem viribus eam opprimens cognouisset, factum est, vt maius esset odium, quo eam postquam cognouit insecutus est, quam vehemens amor, quo eam antequam cognosceret illam dilexerat, vt patet secundo Regum decimo tertio ca. si autem dentur plures vxores eidem viro, non sequitur istud inconueniens, quod nihil magis de feditate mulier in viro, id est aliam cognouit inueniet, quam si nullam vnquam cognouisset. Diuersitatis ratio est, quia vir est emittens, femina vero recipiens: & ita licet viri aliquando licuerit habere plures vxores, eidem tamen mulieri nunquam licuit habere multos viros tanquam contra naturam existens, & omne rationis dictamen: ideo nunquam vlla lege quantumcunque barbara alicuius gentis permissum est, nulla consuetudine approbatum est. De viris autem, quod idem multas vxores haberet tam lege diuina Moysa permissum, quam consuetudine gentium frequentatum est, vt patet supra, & ita aliquando fuit licitum, quamuis nunc non liceat.

In 58. 30. & 33-33.

Ad primum in contrarium dicendum, quod vir & vxor ad paria iudicantur in petitione & redditione debiti: & ideo secundum illam legem, qua considerat istam aequalitatem solam vel praecipue, sicut non licet feminae habere multos viros: ita neque viro multas vxores: ita inducit Innocentius tertius extra de diuor. capitu. gaudemus ostendens pluritatem in vtroque sexu in matrimonio reprobendam: & dat causam, quia vir & vxor ad paria iudicantur: & tamen quia aliquando non considerata fuit ista causa praecipue in matrimonio: sed alia, qua se tenebat ex parte viri, licuit aliquid viro, quod non mulieri. Pro quo sciendum, quod vt dicitur octauo Ethico, associatio mulieris ad virum est naturalis ad duo, scilicet ad procreationem, & ad communicationem operum, & ita isti duo fines erant olim praecipui in matrimonio, quod consistit in associatione viri, & mulieris. Nunc autem praecipue consideratur alius finis matrimonij, scilicet euitatio fornicationis: sicut dicitur prima Corinth. 7. Vnusquisque vxorem suam habeat propter fornicationem, scilicet vitandam: quia melius est nubere quam vri. Et non dixit vnusquisque habeat suam propter prolem, vel propter communicationem operum, aut cohabitationem oeconomicam. Et huius ratio est, quia

Homini difficile e oem coitu euitare.

Christus magis intendit in nobis multiplicationem virtutum & euitationem vitiorum inquam ipse est legislator spiritualis, quam multiplicationem carnalem & politicam: & ideo principaliter dedit matrimonium ad euitandam fornicationem propter infirmitatem carnis nostrae: & quia ista infirmitas ita est in muliere, sicut in viro: & Deus vult auferre occasionem peccandi tam feminae quam viro: cum animae sint preciosae in conspectu eius: voluit dare remedium aequaliter mulieri & viro per matrimonium: & hoc est per redditionem debiti. Vnde dicitur prima Corinth. septimo, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: & mulier non habet potestatem sui corporis sed vir: & ita aequaliter debuit licere feminae & viro in petitione & redditione debiti, scilicet vt quocumque petitiu fuerit, reddatur. Hoc autem non esset, si vir haberet multas vxores: quia viro sufficienter redderet debitum: vxoribus tamen non: cum contingeret plures eodem tempore petere, & non posse sibi reddi: ideo in nouo testamento non debuit licere ef-

se multas vxores eiusdem viri: sicut neque multos viros eiusdem vxoris. Et ita inducit Innocentius in allegato cap. gaudemus. sed ante Christi legem principaliter considerabantur duo supra posita, scilicet procreatione, & communicatio operum, & quia quantum ad ista non est aequalitas ex parte viri & vxoris: liceret aliqua viro, qua non liceret vxori. Nam ex parte procreationis conuenit viro habere posse multas vxores, quia ex multis potest gignere: femina autem non potest simul ex pluribus concipere: ideo aliquid licuit viro, quod non vxori. Ex parte etiam communicationis operum, qua fit in communicatione oeconomicam, in qua rector est vir: vxor autem subiicitur, & quia est inconueniens esse multos rectores eiusdem oeconomicae vrinductum est supra, non licuit ex hac parte esse plures viros eiusdem vxoris. Feminas autem esse plures eiusdem viri, cum sint subditae non est inconueniens aliquod: ideo licuit aliquando esse plures vxores eiusdem viri.

Ad secundum dicendum, quod ex politia Socratis, & Platonis, in qua erat vxorum communitas non est arguendum, quia erat multum reprobabilis, vt ostendit lazar Arist. secundo Politicorum capit. primo, & secundo, & a nulla vnquam gente recepta est nisi a quibusdam barbaris, qui sine lege viuunt. Alter potest dici, quod etiam stante politia Socratis, & Platonis non sequitur, quod eadem mulier multos viros habeat: quia multitudo virorum ad eandem mulierem intelligitur per modum matrimonij; quia aliis est meretricium. In politia autem Socratis non sunt multi viri ad eandem vxorem. Nam ibi est vxorum communitas: & existente communitate hac non est aliquid matrimonium, quia ad rationem matrimonij non sufficit coitus, quia tunc esset inter pecora, & fornicarii ad meretricem, sed debet esse associatio viri, & feminae ordinata ad procreationem, & operum communicationem: pro quo requiritur cohabitatio diuturna vel per totam vitam: & tamen in communitate vxorum non erat ordinatio maris, & feminae ad educandum, sed sola feminae educabant filios, quia cum nullus virorum cognosceret quis erat filius suus, non poterat educare: imò ista erat intentio Socratis, & Platonis constituentium hunc ordinem politicum, quod nemo proprios filios cognosceret: sed quilibet putaret omnes minores se esse filios suos, & omnes maiores se esse patres: & hoc ad faciendum communem amorem, vt dicitur secundo Politicorum. Item non erat ibi communicatio operum maris & feminae: quia istud est quando specialiter conueniunt aliqui, qui inter se volunt communicare lucra operum suorum: & tamen cum quilibet mulier in illa politia pertineret ad omnes de vrbe, vel communicaret opera cum omnibus, vel cum nullo: etiam quia in hac politia tollebatur proprietates possessionum: sed sicut fiebant vxores communes: ita & possessa omnia communia efficiebantur, vt dicitur secundo Politicorum: ideo non poterat esse ibi communicatio: et consequenter neque matrimonium. Item non erat ibi cohabitatio viri & vxoris, quia oportebat tunc quamlibet mulierem cohabitare omnibus de vrbe, & quemlibet virum omnibus mulieribus: quod erat impossibile: ideo ponebant non esse cohabitationem virorum et mulierum, & ita in communitate vxorum non erat matrimonium aliquod: et consequenter non inueniebatur inconueniens, quod sequitur ad communicationem oeconomicam datis eidem mulieri pluribus viris, qui cohabitent ei existente vero matrimonio: & ideo licet turpis associatio sit in communitate vxorum: tamen adhuc tolerabilior erat quam dando eidem mulieri multos viros: & ita nunquam istud licuit.

Ad

Ad tertium dicendum, quod generatio principaliter se tenet ex parte viri: cum idem vir possit simul gignere ex multis feminis. Eadem autem femina non potest concipere simul ex multis viris, & ideo quia vna femina erat iteris, vel aliis impedita ad concipiendum: erat olim remedium viro ipse libellus repudij vel accipere aliam cum ea: foeminae autem, quia non erat principalis in generatione nunquam hoc licere debuit, neque licuit: maxime quia contra tale impedimentum gignendi non erat directum remedium accipere alium virum, sed repudiare eum, qui impotens erat: & tamen neutrum licuit aliquando mulieribus: quia sequebantur multae inconuenientia simul, quae potius debuerunt euitari quam permitti feminae vacare proli indebitae: & ita apud nullam vnquam gentem licuit eidem foeminae habere multos maritos, licet viro liceret habere multas vxores.

Deu. 24. supra 5. Mat. 10. Mat. 10. Luc. 16.

Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur. Et qui dimissam duxerit, mechatur.

Dicunt illi. Hic excluditur Pharisaeorum contra Christum facta obiectio: & dicitur. Dicunt illi. Idest Pharisaei Christo, quasi non contenti de eius responsione obiecerunt. Quid ergo Moyses. Idest quomodo potest stare quod dicitis, quia Moyses mandauit, siue permittit dari libellum repudij: quasi dicat, falsum est quod dicitis, aut quod dicit Moyses. Mandauit. Idest permittit. Dari libellum repudij. Idest abici vxorem & accipere alteram: & quando abiiciebatur dabatur ei parua carta, qua libellus dicitur: in qua continebatur, quod vir eam repudiaret. Et dimittere. Idest abicere vxores dato illo libello: nam sine libello non poterat mulier abici. Ait illi. Est responsio ad argumentum factum ex auctoritate Moysi. Ad duritiam cordis vestri. Idest propter duritiam. Est sensus, quod Christus noluit negare libellum concessum fuisse a Moysae, quia veteri concesserat, & tamen innuit, quod non liceat iam vti illa permissione: quia Moyses non concessit libellum tanquam bonum, sed permittit tanquam malum. Et hoc est ad duritiam cordis concedere, quasi dicat, vos eratis duri corde, & ceruice, nolentes subiici bonae legi, neque potentes illam tolerare, & ideo permissum est vobis, quod malum erat, & sic iam non licet illud facere. Permisit vobis. Recte dicitur permittit, quod ad mala pertinet: cum interdum minora mala permittantur, vt maiora euitentur. Dimittere vxores vestras. Idest abicere penitus accipiendo alias: & tamen dimittere non debueratis, cum essent vestrae vxores. Ab initio autem non fuit sic. Idest a principio saeculi non fuit libellus repudij, sed postea introductus est. Et in hoc probat non esse bonum, quia cum sit in fauorem virorum, si bonus esset, a principio saeculi fuisset in usu: & tamen non fuit: ideo signum est, quod malus erat, & introductus fuit postea per iniquitatem hominum, sicut multa alia mala. Dico autem vobis. Hic aperit magis doctrinam istam ostendendo malum esse libellum repudij. Quod quicumque dimiserit vxorem suam.

Alph. Toff. super Euang. Matth. Pars V.

Intelligitur siue totaliter quantum ad vinculum, quae dimissio est accipiendo aliam: vel quantum ad thorum solum priuando eam debito, scilicet peccat, & est litera decurtata. Debet enim repeti litera, vt dicatur. Quicumque dimiserit vxorem nisi ob fornicationem. Scilicet peccat. & tunc intelligitur de dimissione solum quantum ad thorum: & iterum qui dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit mechatur. Et est sensus, quod vxor potest dupliciter dimitti. Vno modo accipiendo aliam: & hoc est soluere vinculum, & hoc nunquam licet siue sit fornicatio, siue non. Alio modo dimittitur non accipiendo aliam: & tunc nunquam licet, nisi quando fornicata est vxor. Si autem tota litera coniungatur, vt fiat vnica sententia: videbitur esse sensus, quod in nullo casu licet dimitti vxorem, & accipi aliam, nisi quando fornicata est: & tamen falsum est, quia etiam in hoc casu non licet, cum vinculum non possit rumpi, quod captatum est. Nisi ob fornicationem. Committam post matrimonij contractum: nam per fornicationem prius commissam siue esset occulta, siue esset manifesta, non poterit vir obicere vxori, extra de iure iuran. e. quemadmodum: & idem est de vxore respectu viri si ille fornicatus sit quia illa poterit petere diuortium: siue quantum ad hoc ad paria iudicentur. Et aliam duxerit. Idest accepit aliam vxorem, etiam si non accipiat aliam, peccat dimittendo vxorem nisi fecerit propter fornicationem: & tamen non mechatur dimittens. Et quia repudiata vxorem solebat accipere aliam, dicitur. Et aliam superduxerit, mechatur. Idest adulter est, quia habet aliam vxorem, & accipit aliam: est enim adulter, qui cognoscit vxorem alienam, vel qui vxorem habens cognoscit eam, quae non est vxor sua, etiam si nondum cognouerit carnaliter: dum tamen eam in vxorem accipiat est adulter. Et qui dimissam duxerit. Idest mulierem repudiatam accepit in matrimonium, vel quomodo cum que cognouerit. Mechatur. Idest adulteratur, quia cognoscit mulierem alienam. Hic probat Christus duo. Primum est, quod non est licita vxorum pluralitas eidem viro, sed vnica habere potest. Secundum est, quod illicitus est libellus repudij. Primum patet, quia si esset licita vxorum pluralitas, posset quis accipere duas: & quia cum vxore nunquam vocatur coitus adulterium: etiam si non bene fiat neque bono fine, non diceret adulter, qui cognoscit propriam vxorem: & si multas habere liceret, cum nulla committeretur adulterium: & tamen qui habet vxorem si dimittit illam & accipit aliam est adulter, vt dicitur in litera: ergo videtur, quod ista secunda quam accipit non sit vxor sua, neque esse possit, quia aliis non esset adulter cognoscendo illam: & hoc verum est. Nisi quis diceret, quod iste non dicitur mechari, quia superducit aliam: sed quia dimittit priorem.

Dicendum quod non stat, quia aut vocabitur adulter, quia dimittit quam habebat solum: aut quia dimittit illam, & accipit aliam. Non primo modo, quia dimittere vxorem nihil aliud faciendo, non est adulterium, sed est iniustitia si dimittatur sine causa rationabili: vnde etiam nunc, quando vinculum matrimonij est tenacius, non dicimus, quod sit adulter ille, qui dimittit vxorem abiiciendo vxorem si aliam non accipiat, neque illa aliam, quia adulterium modum illiciti coitus nominat: ideo vbi non est coitus, neque contractus ordinatus ad copulam, non est adulterium. Si autem accipiat secundo modo, id est quod sit adulter, quia dimittit primam, & accipit secundam vxorem, verum est: & tamen tunc dimissio vxoris primae non facit ad adulterium, sed acceptio secundae. Et si dicatur, quod qui abiicit vnquam, & accipit aliam

M 3 adul-

Quid adulterium sit.

adulter est: a fortiori, qui retinet primam, & superinducit secundam erit magis proprie adulter, quia adulterium est crimen contra legem matrimonij facti: & tamen magis est contra iura matrimonij tenere duas uxores simul, quam exclusa vna accipere aliam: ergo videtur, quod sicut adulter est, qui abiecta prima ducit secundam: ita erit adulter qui habens primam, accipit secundam: & tamen non esset adulter si posset esse matrimonium cum secunda, durante matrimonio cum prima: ergo manifeste ostendit Christus, quod non stet cum matrimonio pluralitas vxorum. Secundum est, quod ostendit non esse licitum libelli repudij: & hoc apparet in quantum dixit Christus: & qui dimissam duxerit mechatur: sed non mechatur quis nisi cognoscendo mulierem, quae alterius est: & tamen accipiens dimissam propter hoc, quod accipit eam mechatur: ergo videtur, quod illa est vxor aliena, sed non esset vxor aliena, si per libellum repudij defisset esse vxor repudiantis: quia tunc tanquam soluta a lege viri posset accipi a quocumque: ergo libellus repudij non soluit matrimonium, & consequenter illicitus est. Etiam apparet ex illo dicto, qui dimiserit vxorem suam, & aliam superduxerit mechatur: nam dato quod in matrimonio deberet esse vnitas vxoris, si liceret dare libellum repudij, non esset adulter, qui dimitteret vxorem, & duceret aliam, quia dimittendo rumpebatur vinculum matrimonij, & poterat accipere iste vir aliam: & esset vnus tantum vxoris vir, & non esset adulter, & tamen mechatur accipiendo secundam: ergo libellus repudij non soluit nunc matrimonium, & consequenter est illicitus.

Non est licitum libellum repudij.

Quomodo possit stare narratio Mat. hic quia videtur contra-rius Marco. Quae. XXXVIII.

QVAERETVR, quomodo potest stare narratio ista Matthaei, scilicet qd interrogatus Iesus a Pharisaeis an liceat dimittere vxorem ex quacunque causa, dixerit non esse dimittendam allegans omnes probationes, quae habentur in litera. In quibus apparet, quod Deus voluerit coniunctionem viri, & foeminae raram manere, & ait: Quos Deus coniungit, homo non separet. Et tunc dicitur, quod Pharisaei arguentes contra Christum dixerunt: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? & Christus introducit respondens, quod hoc fuerit ad duritiam cordis: Nam Marcus opposito modo narrat, scilicet qd interrogabant Pharisaei Christum, an liceat vxorem dimittere tentantes eum: & Christus ait: Quid vobis praecipit Moyses? Qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij scribere. Quibus Christus ait: ad duritiam cordis vestri scripsit vobis praecipit istud. Et tunc subduntur ibi rationes illae, quae preponuntur hic ad ostendendum, quod matrimonium sit indissolubile. Dicit potest vno modo, qd est varietas in ordine narrationis istius apud Matthaeum, & Marcum: & tamen in sententia non, quia eandem penitus allegationes, & responsiones factas pro parte Christi ponit vtrique euangelista. Est enim intentio vtriusque, qd Iudaeis quarentibus an liceat dare libellum repudij Christus ostenderit, quod non, inducendo ad hoc probationes ex sacra scriptura, & excusando praecipitum Moysi in quo libellus permittitur: & istud ex vtriusque narratione sufficienter colligitur. Quod autem Christus quaesierit a Pharisaeis quid praecipit vobis Moyses, & illi dixerunt, quod praecipit dari libellum repudij: & Christus tunc dixerit esse factum ad duritiam cordis, sicut Marcus refert Marci decimo. Vel qd Christus solum dixerit non licere dimitti vxorem: & illi quasi arguentes induxerint dictum Moysi de li-

bello: & Christus ad illud responderit sicut hic dicitur, non differt: quia vtraque est satis competens narratio: licet verisimilior sit ista, quam ponit Mattheus. Sed instabit aliquis, quod non possit esse vtraque vera: quia Christus non potuit tenere vtrunque ordinem narrandi, cum sint contrarij vel disparati: & ita tenuit vnum & non alterum: & sic alter euangelistarum non referret verum. Dicendum, quod neuter euangelistarum falsum dicit, quia falsum, & verum consistit circa narrationem, & non circa ordinem narrandi. Sic enim apparet in multis locis: nam euangeliste raro referunt rem eodem ordine, sed vnus anticipat alius praeposterat: & tamen cum in sententia conueniant, nemo dicit aliquem eorum falsum dicere. Ita & hic diuersitas ista, quae est inter Matthaeum & Marcum, magis pertinet ad ordinem narrationis, quam ad substantiam rerum narratarum: ideo licet in ordine non concordent, vtrique dicit verum, etiam si nemo eorum teneret eundem ordinem narrationis, quem Christus tenuit: cum veritas, & falsitas in eis non attendatur: sed circa rem narratam an verum fuerit, quod dictum est. De hoc dicit Augustinus libro de Concor. euang. Nihil ad rerum veritatem pertinet: vtrum domino separationem prohibente, & sententiam suam de lege firmati ipsi scribae (vt Mat. narrat) intulerint quaestionem de libello repudij per eundem Moysen sibi permissio: an hoc quidem illi de praecipito Moysi interroganti eis responderint, vt Marc. dicit. Nam & voluntas eius ita se habebat, vt non eis redderet rationem cur illud Moyses permisit, nisi ipsi illud prius commemorassent. cum ergo voluntas loquentium, cui debent verba seruire ab euangelista vtroque demonstrata sit, nihil interest iam, licet diuersus inter ambos narrandi fuerit modus. Aliter potest dici, & satis bene, quod vtrique euangelista non solum veritatem, sed etiam competentem ordinem tenuit narrandi: licet neuter expressit totam narrationem: sed ex ambobus in vnum collectis habetur perfecta narratio, ita quod dicamus, quod quando Pharisaei quaesierunt a Christo, an liceat dimittere vxorem, ipse dixerit: Quid praecipit vobis Moyses? & illi dixerunt: Moyses permisit libellum repudij, & tunc Christus incepit ostendere, qd indissolubilitas matrimonij est de iure diuino per rationes allegatas tam a Mat. quam a Marc. & vtrique huc narrat Mat. & postea ostensa indissolubilitate matrimonij, quasi esset hoc contra mandatum Moysi, obiecerunt Pharisaei dicentes: quid ergo praecipit Moyses & c. & tunc Christus dixit: ad duritiam cordis vestri & c. quae Mat. posuit. & sic vtrique bene narrauit licet incompleta: & hoc magis facit ad saluandum veritatem literae quam praecedens solutio. Sic dicit August. libro de Concor. euang. f. Potest etiam hoc intelligi, qd sicut dicit Marc. prius eos de vxore dimittenda interrogantes dñs vicissim eos interrogat quid eis praeeperit Moyses. Qui cu respondissent Moysen permisit libellum repudij scribere, & dimittere: respondit ei de ipsa lege per Moysen data quomodo Deus instituerit coniugium masculi & foeminae dicens, quae ponit Mat. quibus auditis illud, quod ei primo interroganti responderant repetuerunt dicentes: quid ergo mandauit Moyses & c. & ista est conueniens responsio, quia non patitur calumniam.

Quare dixerunt Pharisaei: Quid ergo Moyses mandauit.

Quae. XXXIX.

QVAERETVR, quare dixerunt Pharisaei quid ergo Moyses mandauit & c. Dicendum, quod hoc fecerunt, quia volebant calumniari Christum: nam supra

facta in litera, qd ista interrogauerunt tentantes Christum: & tentatio erat, quia nitentur eum perplexum reddere concludentes cornuto argumento: & quia Christus acceperat vnam partem, scilicet quod non erat dandus libellus repudij, voluerunt eum confundere ex alia dicentes: Quid ergo Moyses & c. id est quomodo stare potest quod dicit: quia videtur expresse esse contra Moysen. Secundo potest dici, quod fieret ex ignorantia. Nam licet bono animo acciperent doctrinam Christi de non dando libellum, poterant dubitare quomodo stare poterat: quia videbatur Moysen dimittere. Tertio potest dici, quod hoc faciebatur ad seipos defendendum, quia graue erat eis alstringi ad non repudiandum uxores: cum essent ad hoc assueti: nam & Petrus putauit hoc esse graue dicens. Si ita est causa hominis cum vxore sua, non expedit homini nubere, vt patet in litera: vt ergo euaderent ista astringentem, recurrerunt ad doctrinam Moysi. Sic dicit Chryso. Grauis est fornicariis interpretatio castitatis, sed contra responsionem respondere non possunt, veritati tamen credere non acquiescunt: conferunt ergo se ad patrocinium Moysi: sicut homines malam causam habentes confugiunt ad potentes, vt & si per iustitiam non possunt, vincant per personam.

Quomodo dicitur, quod Moyses mandauit dare libellum repudij, cum non mandauerit.

Quae. XL.

QVAERETVR, quomodo dicitur, quod Moyses mandauit dare libellum repudij: quia Moyses non mandauit: nam si mandasset obligaret homines ad illud faciendum. Dicendum qd est mandatum, & concessio, & permissio. Mandatum est de bonis necessariis ad agendum, vel de malis necessariis ad vitandum. Concessio est de bonis non necessariis ad agendum, sicut est in priui legiis: nam quod in priui legiis datur non praecipitur, fieri, sed conceditur in fauorem eius, cui indulgetur: ideo licet ei vti priui legio suo vel cessare vti illo. Permissio est de malis minoribus in respectu ad maiora mala: de libello repudij non est mandatum, quia est libellus aliquid malum, vt Christus ostendit: & dato qd esset aliquid bonum, non de necessariis ad agendum: ideo non est mandatum de libello. Etiam non est concessio: quia illa est de bonis non necessariis, libellus aut non est aliquid bonum, sed malum: ideo est permissio. sic Christus dixit. ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses uxores dimittere. Dicunt tamen alii, qd dixerunt Pharisaei, mandauit Moyses ad roborandum etiam causam suam, vt iustus appareat quia sub praecipito cadit.

Sed dicendum qd non stat, quia hoc manifeste erat falsum, & non auderent illud Pharisaei allegare, & si allegaret, sciebant qd Christus statim eos confunderet tanquam mentitos. Item quia Christus respondit eis ad argumentum, & tñ si ipsi vellent roborare argumentum suum tanquam hoc mandatum esset a Moysen: necesse erat qd Christus diceret eis, quod hoc erat falsum: quia alias non posset conuenienter eis respondere: ideo non accipit mandatum proprie. Alii dicunt, qd accipitur proprie mandatum: non quidem referendo ad dimissionem, sed ad libellum repudij: nam abiicere vxorem erat in potestate viri. Si tñ abiicienda erat, necesse erat dare ei libellum, quia ille erat in fauorem mulierum: & ita quantum ad hoc praecipitum erat. Dicendum qd hoc verum est, & tñ non facit ad propositum, quia istud verbum mandauit ad vtrunque refertur: nã dicitur Moyses mandauit dari libellum repudij et dimittere: & ideo non potest stare mandatum proprie. Sed dicitur Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

dum qd accipitur large mandare, id est permittere: & puenit ex consuetudine locutionis, quia non multi distincta sunt mandare & permittere: et ideo permittantur vocabula. Nam aliquando ponitur mandare et aliquando permittere: vnde dixerunt Pharisaei: quid ergo mandauit Moyses: et Christus dixit: ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses: quasi non esset mandatum sed permissio: et non stat, si quis putet ex industria dixisse Iudaeos, Moyses mandauit, quia Mar. 10. vbi ponitur eadem sententia, ponuntur verba permutata, vbi Christus ponit mandare, et Pharisaei dicunt permittere, scilicet quid vobis praecipit Moyses: qui dixerunt: Moyses permisit libellum repudij: ideo accipitur hic mandauit, id est permisit.

Quomodo verum sit quod ad duritiam cordis datus est libellus repudij Iudaeis, & quomodo hoc faciebat ad propositum Christi. Quae. XLI.

QVAERETVR, quomodo est verum, qd ad duritiam cordis datus est libellus repudij Iudaeis, & hoc quomodo faciebat ad propositum Christi.

Dicendum ad primum, quod dicitur ad duritiam, id est propter duritiam, scilicet non fuit datus libellus repudij tanquam bonus, sed tanquam malus: mala aut propter se non dantur, sed propter aliquid peius euitandum: et ista erant mala, quae sequi poterant ex duritia cordis Iudaeorum. Vocantur duri corde, qui passiones indomitas habent non subditas rationi et legi: sunt enim passiones in affectiua parte: et ipsum vulgariter dicimus esse in corde: et ideo desideria a corde esse dicimus. Qui igitur non fleuitur ratione aut lege, durus corde est: ita erat in Iudaeis, quia cum essent viri imperfecti, qui passiones suas nondum ratione refragare sciebant, non erant potentes tolerare bonam et rectam legem, ideo oportuit eis dari legem continentem aliquas imperfectiones, sicut circa vindictam expetendam. Num. 35. et circa vfuras Deu. 23. et circa libellum repudij nunc. Et erat durities, quia nesciebant tolerare iram, quam aliquando conciperent contra vxores, qua durante affligerent eas valde aut occiderent, vt ergo euitaretur hoc, permissus est libellus repudij: et est ad duritiam cordis: nam si scirent passiones refragare, non permitteretur eis libellus, sed manerent rata matrimonia, sicut et nunc. De hoc dixit August. contra Faustum: magna enim durities erat: quae neque per libelli interpositionem, vbi suadendi locus iustis et prudens tribuebat solui, et fieri posset ad reuocandam coniugij charitatem. Etiam in hoc Christus eorum imperfectionem ostendit, qd quod tales ipsi erant, qd meliorem legem recipere non poterant. Nam si boni essent, legem totaliter bonam accepissent de retinendo semper vxorem, et non de libello repudij, qui propter impatientiam passionum non possunt manere semper cum vxoribus quas semel acceperunt. Sic dicit Chryso. Dicit ad duritiam cordis, quia si anima fuerit purgata desiderijs, et ira, possibile est mulierem et nequissimam tolerare: multiplicatis autem in anima passionibus praedictis multa mala contingunt circa odiosum connubium. Ad secundum dicendum, quod facit ad propositum Christi, quia ipse dixerat non esse repudiandas mulieres: et quia Moyses hoc videbatur concedere: dixit non tradidisse hoc Moysen tanquam rem bonam, sed tanquam malam. Si enim tanquam bonum traditum esset, liceret semper fieri, et esset imitandum atque tenendum: quia tñ tanquam malum permissum est, licuit aliquo tempore sic facere: nunc autem non licebat quando declarabatur esse malum, & erat tempus vtendi lege perfecta.

Qui vocetur duri corde.



Quare Christus dixit permisit, vobis Moyses. &c. Quæst. XLII.

QVAERETVR, quare dixit, permisit vobis Moyses. Aliqui dicunt, quod dicitur permisit Moyses, & non permisit Deus, quasi Moyses hoc fecerit, & non Deus. Sic dicit Hieronymus. Simul considera, q non dixit propter duriciem cordis vestri permisit vobis Deus, sed permisit Moyses: vt iuxta Apostolum, consilium esset hominis non imperium Dei. Sed dicendum, q non est intelligendum, quod Moyses istud præceperit de corde suo, & Deus non dixerit illud: quia Moyses erat vir sanctus, & propheta à Spiritu sancto motus: & non aueret ponere saltem vnũ verbum, nisi ad quod Deus inspirasset eum: cum ipse cõtestatus fuerit Iudæos ne adderent verbum vnum, neque diminueret de eo, quod ipse loquebatur. Deu. 4. capit. Secundò, quia si illud à Moysc esset datum, & non à Deo: sicut Moyses non poterat Iudæos obligare ad aliquid, ita non poterat eis reddere licitum aliquid, quod aliàs esset illicitum, & tamen dare libellũ repudij erat aliàs malum: ideo per Moysi permissionem non fieret eis licitum, & tamẽ erat licitum: ideo non erat hoc datum à Moysc tanquam de corde suo, sine Deo inspirante, sed dedit hoc sicut totam legem dedit, quia ipse publicauit legem populo, quam ipse acceperat à Deo, vt daret populo. Maxime, quia 2. Pe. 1. cap. dicitur quod non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines: & de illis fuit præcipuus Moyses: cum dicatur Deu. 34. quod non surrexit vltra talis propheta in Israel, quem nosset dominus facie ad faciem: ergo non dixit hoc a se, sed Deus illa dixit. Sed dicendum est vno modo, quod Christus dixit permisit Moyses: non quidem quasi solus Moyses hoc fecisset, sed voluit respondere Iudæis iuxta modum suum arguendi: ipsi enim dixerant, quid ergo mandauit Moyses dari libellum? ergo Christus respondens debuit conuenienter tenere modum locutionis eorum: & ita fecit dicens, Moyses permisit. Si enim illi dixissent, quid ergo Deus mandauit dari libellum, dixisset Christus, Deus permisit vobis &c. sed quia illi dixerunt, Moyses dixit: etiam Christus dixit, Moyses permisit: & ista est veritas. Secundò potest dici, quod tota lex est à Deo, quia ipse dedit illam: & tota est à Moysc, quia totam ipsi populo publicauit & docuit: tantum quod etiam ipse Deus vocet esse legem Moysi. Mala. 4. c. Mementote legis Moysi serui mei: & ideo vbiq; poterat dici, quod Deus illud præcepit, vel Moyses illud præcepit nõ facta differentia: et tamen quando aliquid est bonum attribuitur Deo vel Moysi: quãdo verò aliquid est malum, vel imperfectum attribuitur Moysi: nõ quidem quasi euenerit ex defectu Moysi: sed quia defectus, qui in lege permittebãt erãt, quia lex dabatur hominibus, qui defectuosi & imperfecti erant habentes infirmitatem, in qua magis similibatur Moysi quãm Deo. simile patet Exo. 32. nam Iudæi erant populus Dei: & tamen quando peccauerũt, dixit Deus ad Moysen, peccauit populus tuus, quasi dicat, tuus est iam, & non meus cum peccauerit: & quia permissio libelli pertinet ad imperfectionem, cum ad duriciem cordis dicat Christus eum fuisse datum: nõ cõuenienter dicitur, quod Moyses hoc permisit potius quã Deo. Terriò potest dici, quod accipitur Moyses pro lege Moysi. & tunc est verum, quod Moyses. i. lex Moysi hoc permisit: & illa eadẽ, quæ est lex Moysi est lex Dei. Et ita accipitur cum dixerunt Pharisei, Quid ergo mandauit Moyses libellum dari &c. id est lex Moysi hoc mandauit. Sic etiam accipitur inf. 23. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, et Pharisei,

Ideo in lege Hebræorum multi defectus erant: quia populo imperfecto data est.

Id est super cathedram, in qua prædicatur lex Moysi. Nam Moyses nunquam super illam cathedram sederat ad hoc, quod illa cathedra esset aliàs eius. Sic etiam accipitur Act. 15. cap. Moyses autem a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui cum prædicet in Synagogis, vbi per omne sabbatum legitur: & tamen Moyses neque legitur neque prædicatur, sed lex Moysi: & ita accipitur necessariò pro lege. Sic etiam 2. Cor. 3. dicitur: Sed vscq; in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum, & isto etiam modo potest hic accipi: & tamen adhuc primus modus videtur esse magis ad propositum.

Quare dicitur: Ab initio autem non fuit sic. Quæst. XLIII.

QVAERETVR, quare dicitur: Ab initio autem non fuit sic. Dicendum, quod hoc dicitur ad ostendendum, quod dixerat, scilicet esse datum libellum repudij ad duriciem cordis: & ideo quod non deberet semper durare: & hoc ostendit, quia ab initio, scilicet sæculi non fuit sic, quia homines non repudiabant vxores, sed manebat matrimonium indissolubile: ideo non est inconueniens, quod nunc redeat ad eundẽ statum, vt non detur libellus repudij: quia de facili res ad suam naturam reuertitur. Secundò potest intelligi sic: si dari libellum repudij cum sit fauorabile viris, esset in se bonum, semper fuisset in vfu: & tamen à principio non fuit sic: ergo videtur, quod non erat bonum dare libellum. Terriò, quia lex optime obseruatur secundum suam puritatem in suo initio, postea verò remissius fit: ideo in principio sæculi magis obseruaretur matrimonium secundum puritatem, & singule aliæ res pertinentes ad vsum humanos quãquam postea: & tamen à principio obseruabatur matrimonium sine libello repudij. ergo bonum erat nõ dari libellum, & dare illum fuit ad duriciem cordis Iudæorum. Quartò, quia intelligitur, quod Deus nõ dederit legem de libello quasi bonam, & quasi de intentione propria: quod tamen aliquis putaret, si isto modo se res semper habuisset: & ideo dicitur, ab initio autem non erat sic: & tamen ab initio taliter obseruabatur, qualiter Deus mentibus hominum impresserat: ideo illa erat bona obseruatio, & non ista.

Quibus dixit Christus istud quod hic dicitur, scilicet, dico vobis quod quicumque dimiserit vxorem.

Quæst. XLIII.

QVAERETVR, quibus dixit Christus istud, quod hic dicitur, scilicet dico vobis, quia quicumque dimiserit vxorem &c. Aliqui dicunt, quod dixit Phariseis, quia dicitur hic: dico autem vobis: et tamen manifestum est, quod totus sermo præcedens dirigebatur ad Phariseos: ergo etiam istud quod sequitur. Alij dicunt, quod non dicitur ad Phariseos, sed ad discipulos, quia Marc. decimo cap. vbi ponitur eadem sententia dicitur. Erit enim in domo discipuli interrogabant eum de eodem, & dixit: quicumque dimiserit vxorem &c. Et ita ad solos discipulos dictum est. Dicendum, quod verè dixit ista Christus discipulis, quod colligitur Mar. 10. vbi non solum dicitur dictum esse discipulis: sed etiam quod fuit alio tempore & in alio loco, cum dicitur. & iterum discipuli interrogabant eum de eodem, & dixit, quicumque dimiserit &c. Secundò, quia etiam ex modo loquendi Matthæi apparet dictum discipulis: quia dicitur infra in litera. Dixerunt ei discipuli eius, si ita est causa hominis cum vxore

Lex optime obseruatur secundum suam puritatem ab initio.

re sua, non expedit homini nubere. Sed dicitur, quomodo ergo concordabunt euangelistæ? Dicendum vno modo quod potuit dici bis: ita quod semel diceretur Phariseis, de quo meminit hic Matthæus: & iterum diceretur discipulis. De quo dicitur Mar. 10. cap. Sic dicit Chry. quod autem dicit Matthæus hæc verba Phariseis dixisse: Marcus vero discipulis, non est contrarium: contigit enim hæc & his, & illis fuisse dicta. Secundo potest dici & meliùs, q hæc verba semel tantum dicta sunt, & tunc dicta fuerunt discipulis & non Phariseis quia fuit aliud tempus, & alius locus: vt dicitur Mar. 10. c. & Matthæus non dicit ista fuisse dicta Phariseis, sed dixit: Dico autem vobis: & tamen illi, ad quos dirigebat sermonem non erant Pharisei, sed apostoli. Sed in hoc Matthæus obscure loquitur: quia cum videatur continuatam facere narrationem nihil omittendo omittit aliquid: debet enim suppleri, quod cessauit loqui ad Phariseos: & inceperunt querere discipuli de hac re, & respondit illis quod sequitur. Causa quare tacuit hoc Matthæus fuit triplex: primò quia solum volebat ostendere doctrinam Christi circa hoc, & quia doctrina non consistebat in questione, sed in responsione posuit responsum Christi. Secundò, quia de hoc fuerat tota materia præcedens, ideo non oportebat resumere questionem, sed quasi ad eandẽ materiam pertinẽtem subiunxit doctrinam istam nihil interponendo. Marcus autem curiosus istud aperuit, dicens: Erit enim in domo discipuli interrogabant eum de eodem. Terriò, quia ex sequentibus hoc colligitur, scilicet, dicitur ei discipuli eius: videtur enim quod cum illis sermo iste verteretur, cũ ipsi dixerint: si ita est causa hominis cum vxore sua &c. & ita tenendum est, quod ad solos discipulos nunc dicta fuerint verba hæc.

An inseparabilitas matrimonij, qua opponitur libello repudij sit de iure naturali. Quæst. XLV.

QVAERETVR, circa libellum repudij, qui tollit matrimonium, an sit cõtra ius naturale, & c. querere an inseparabilitas matrimonij q opponitur libello repudij sit de iure naturali. Aliqui dicunt quod non, quia lex naturalis communis est apud oes, & tamen nulla vnquam lex siue diuina, siue alicuius gentis veruit dimitti vxorem præter legem Christi: ergo non est inseparabilitas de lege naturali. Secundò quia sacramenta non sunt de lege naturæ, sed de diuina institutione, & tamen indissolubilitas matrimonij pertinet ad bonum sacramenti, vt assignatur in bonis matrimonijs: ergo inseparabilitas nõ est de iure naturæ. Terriò quia associatio maris & femine in matrimonio est principaliter ad prolis procreationem, & educationem & instructionem: sed ista finiuntur aliquo tempore: ergo finitus his licebit viro recedere ab vxore sine aliquo præiudicio legis naturæ. Quartò, quia licet matrimonium ad multa sit, tamen principaliter est ad propagationem: potest tamen vnus vir procreare ex vna muliere, qui non potest ex alia, etiã si non sit sterilis, sed sit apta alteri viro: ergo non erit inseparabilitas de iure naturæ, sed magis contra ius naturæ, cum per eam impediatur principalis finis intentus à natura in matrimonio. Aliqui dicunt, quod sit de iure naturali inseparabilitas, quia illud est de iure naturali, quod natura bene instituta accipit in sui principio, sed inseparabilitas fuit in matrimonio ab initio, cum dicitur supra in litera, ab initio autem non fuit sic, id est nõ fuit libellus repudij sicut in lege Moysi. Ergo est de iure naturæ. Secundò, quia de lege naturæ est, q homo Deo non contrarietur, qui est naturæ conditor: & tamen esset homo quodammodo

Deo contrarius, si ea, quæ ille coniunxerat separaret: & tam en dando libellum repudi separatio homo, quæ Deus coniunxit: vt innuitur in litera: ergo est inseparabilitas de iure naturæ.

Dicendum, quod veritas huius dubij dependet ex modo accipiendi ius naturale: fuit autem declaratum supra, quomodo accipitur ius naturale diuersimodè, & quomodo aliquid sit de primis principijs legis naturæ, & aliquid de secundis: etiam quomodo accipitur tribus modis ius naturale, & etiam qui sint fines matrimonij. His suppositis poterit dici, an sit inseparabilitas de iure naturali, & quomodo. Et dicendum, quod accipiendo ius naturale secundo modo, prout est ius diuinum, est inseparabilitas de iure naturæ: quia Christus posuit hic legem, quod non separaretur matrimonium: etiam ante hoc erat de iure diuino inseparabilitas, vt patet ex rationibus, quas Christus allegauit in litera, sumptis tam ex conditione creationis, quã ex parte legis. Accipiendo tercio modo ius naturale, qui est strictus modus, non est de iure naturali inseparabilitas, quia illo modo solum dicuntur esse de iure naturali ea, quæ competunt homini non in quantum homo, sed in quantum animal, vt conuenit cum cõteris animalibus, non est de iure naturali. Accipiendo autem ius naturale primo modo pro eo, quod est de dictamine rationis sine aliqua lege positiua, potest dici esse inseparabilitas de iure naturæ. Et tamen tunc dicendũ, quod in matrimonio accipiuntur multi fines. scilicet procreatio, educatio, instructio, communicatio operum, vt ostensum est supra, præcipuus finis est procreatio: & ideo illa, quæ inueniuntur in matrimonio respectu procreationis, dicuntur esse simpliciter de iure naturali in matrimonio: sic autem non est inseparabilitas, quia cum propagatio solum fiat per actum cõmixtionis quouisque scemina impregnatur: & ad hoc non sit necessarium multum tempus, & finitur ista intentio naturæ cõsummata impregnatione, nõ oportet esse inseparabilitatem respectu huius finis: si accipiat finis educationis, & instructionis, erit inseparabilitas de iure naturæ: & tamen isti fines sunt multum necessarij, quia educatio est homini necessaria in quantum est animal: instructio autem in quantum homo, & tamen ad vtrumq; requiritur inseparabilitas. Quod patet, quia educatio, & instructio tanto tempore durare debent, quanto tempore non est per seipsum sufficientis natus procurare necessaria ad vitam, & gubernare seipsum per prudentiam: nõ accidit autem posse habere ista homini ante annum viceimum, vel quasi: ideo post partum oportet cohabitare parentes per annos viginti, vel quasi, vt sufficienter educant prolem, & quia ille, qui gignit est regulariter ad minus quasi annorum viginti, necesse est vsque ad annos quadraginta, vel quasi manere parentes, etiam si vnum filium gignerent, & quia dum illum educant nascuntur alij, pro quorum quolibet oportet tantumdem temporis impendere, oportet cohabitare parentes per rotam vitam gratia educationis filiorum, quia aliter non possunt sufficienter prolem educare: & tamen matrimonium ordinatur ad educationem, ita principaliter, sicut ad procreationem, cum nihil proficit procreatio sine educatione: ideo de iure naturæ est inseparabilitas matrimonij, cum aliter non bene fiat educatio: maxime, quia ad educationem requiritur communicatio operum maris & femine, quæ est etiam operatio coniugum, vt dicitur 8. Ethic. Et educatio fit dupliciter, scilicet educando quamdiu indigerint, & postea relinquendo aliqua, per quæ sustententur nau adulti decedentibus parentibus, quia ad parentes pertinet thesaurizare filijs. 2. Cor. 13. & thesaurizare est per hoc, quod parentes relinquunt filios hæredes reuerentiam: sed hoc

In. q. 35.

Quatuor fines matrimonij.

In. q. 30.

Tandem educatio, & instructio filiorum durare debet quanto tempore non sũt p seipsum sufficienter educati: necesse est vsque ad annos quadraginta, vel quasi manere parentes, etiam si vnum filium gignerent, & quia dum illum educant nascuntur alij, pro quorum quolibet oportet tantumdem temporis impendere, oportet cohabitare parentes per rotam vitam gratia educationis filiorum, quia aliter non possunt sufficienter prolem educare: & tamen matrimonium ordinatur ad educationem, ita principaliter, sicut ad procreationem, cum nihil proficit procreatio sine educatione: ideo de iure naturæ est inseparabilitas matrimonij, cum aliter non bene fiat educatio: maxime, quia ad educationem requiritur communicatio operum maris & femine, quæ est etiam operatio coniugum, vt dicitur 8. Ethic. Et educatio fit dupliciter, scilicet educando quamdiu indigerint, & postea relinquendo aliqua, per quæ sustententur nau adulti decedentibus parentibus, quia ad parentes pertinet thesaurizare filijs. 2. Cor. 13. & thesaurizare est per hoc, quod parentes relinquunt filios hæredes reuerentiam: sed hoc

Educatio dupliciter fit.

Ad parentes pertinet thesaurizare filijs.

hoc non sit nisi parentes maneat in communicatio-  
ne operum vsque ad finem vite, quando eis succedit  
filij: ergo etiam ex hac parte sequitur, quod debeant  
cohabitare vsque ad mortem. Brutis etiam natura  
hoc indidit, quod simul maneat vsque ad educatio-  
nem perfectam filiorum, & tamen in quibusdam filij  
mox nati possunt se educare, & ibi nullius parentis  
cura exigitur: in aliis sufficit cura matris ad educandū,  
& ideo non commanent masculus & femina: in illis  
verò, in quibus maris & feminae sollicitudo requiri-  
tur, ambo manent: & quia bruta indigent pauca edu-  
catione, manent pauco tempore masculus & femina.  
Homo autem longa indiget educatione, quia  
tardius perficitur: naturale tamen est omnibus ani-  
malibus tamdiu manere in educatione filiorum, quā  
tum necesse est ad hoc, quod nati per se possint edu-  
cari, & quia hoc non contingit in hominibus nisi mas-  
culus & femina per totam vitam maneat: ideo natu-  
rale est in matrimonio esse inseparabilitatem: & ta-  
men non provenit ista inseparabilitatem de iure naturali.  
Tertio modo, vt est commune homini, & pecori,  
quia quantum ad hoc sunt necessaria in matrimonio  
procreare & educare: & ideo solum tamdiu mane-  
re necesse est, quamdiu completur educatio: & quia  
posset quis velle cessare ab actu procreandi nato vno  
filio, & illo sufficienter educato non est de iure natu-  
ræ commanere, sicut neque pecora commanent: &  
ita disjungeretur matrimonium. Vel dato quod quis  
vacaret proli quamdiu posset, & vltimum filium quē  
genuisset sufficienter educasset, posset statim dissol-  
ui matrimonium. Ideo dicendum, quod tādū ma-  
nere matrimonium quamdiu vacatur educationi li-  
berorum est de iure naturæ strictè. Quod tamen de-  
terminare maneat matrimonium vsque ad mortem,  
non est de iure naturæ strictè, id est tertio modo: est  
tamen de iure naturali primo modo, vt venit de dicta  
mine rationis sine aliqua lege positiua, quia non pos-  
sunt bene fieri omnia, quæ pertinent ad educationem  
filiorum, si aliquādo dissolueretur matrimonium: nā  
si scirent parentes quod tandiu cōmaneri essent quan-  
diu proles sufficienter educaretur, nolent vacare pro-  
li quamdiu possent, vt educatis quibusdam posset dis-  
soluti matrimonium: & indirectè militaret quia aliā  
procreationem, quæ directè intenditur per matrimo-  
nium. Etiam interdum non plene educaretur proles  
propter diuortium. Etiam non intenderent fideliter  
communicationi operum, si scirent, quā aliquando di-  
uortium futurum erat: & tamen communicatio ope-  
rum est per se intenta in matrimonio: ideo cum dica-  
tur 3. Ethic. q̄ associatio maris & feminae, quā nos vo-  
camus matrimonium fit ad propagationem, & com-  
municationem operum. Etiam esset in damnum filio-  
rum, quia parentes debent thesaurizare filiis 2. Corin.  
13. si tamen fieret diuortium non peruenirent res tam  
integre ad filios, sicut manente matrimonio insepara-  
bili, & sic de dictamine iuris naturalis est, quod matri-  
monium sit indissolubile: quia ratio hoc dicitur prop-  
ter prædicta.

Ad primum dicendum, quod separatio matrimonij est  
contra ius naturæ: & tamen nulla lege humana neq;  
diuina vetabatur separatio ista ante legem Christi, quā  
licet tam lex Moysi quam humanae regularent homi-  
nem deducendo illum ad rectitudinem rationis, q̄  
sequi est de iure naturali: nulla tamen lex ante legem  
Christi totaliter vetuit omnia, quæ erant contra ius na-  
turale; eo quod nulla perfecte ordinauit rationem ni-  
si lex Christi prohibens omnia mala: ceteræ autem ali-  
qua mala permisissent, in quo contra ius naturale faci-  
unt: neque debuit esse aliqua lex humana aut diuina  
ante legem Christi, quæ omnia mala prohiberet: eo

Matrimo-  
nium ma-  
nere vsq;  
ad mortē  
non est de  
iure natu-  
rali strictè  
sumpto.

quod nulla dabit sufficiens remedium ad vitandū  
omnia peccata, scilicet gratiæ plenitudinē, quæ nunc  
datur: & ita nulla lex debuit auferre omnia, quæ erāt  
contra ius naturale prohibendo illa nisi lex Christi.  
Cum autem dicitur, quod lex naturalis est commu-  
nis apud omnes gentes. Dicendum, quod verum est  
accipiendo tertio mō legem naturalem, s. pro eis, quæ  
competit homini non inquantū est hō sed in quantū  
est animal, quia ista ab omnibus gētibus obseruantur:  
nisi sint valde barbaræ: sed accipiendo ius naturale pri-  
mo mō non est commune apud oēs gētes: licet enim  
omnes gentes debeant obseruare id, quod est de recti-  
tudine dictaminis rationis: quia tamen variē estimat-  
ur de reb̄s quantum ad illa, quæ non sunt naturali-  
ter determinata, contingit circa conclusiones iuris  
naturalis, non idem omnes sentire: sed quod quibus-  
dam videtur rectum, aliis videtur non rectum: talia  
autem sunt ea, quæ sunt de iure naturali primo mo-  
do: ideo ista non sunt eadem apud omnes gentes; ta-  
le autem est de inseparabilitate matrimonij: ideo non  
omnes iudicant debere esse inseparabile, sed aliqui sic,  
alii aliter.

Ad secundum dicendum, quod inseparabilitas di-  
rectè competit matrimonio, secundum quod est si-  
gnum perpetuæ coniunctionis Christi ad Ecclesiam;  
competit etiam sibi secundum quod est in officio ma-  
naturæ ord. natum ad bonum prolis, sed quia separa-  
tio magis directè repugnat significationi quā bono  
prolis, cui minus directè, & ex consequenti repugnat,  
vt supra ostensum est: inseparabilitas matrimonij ma-  
gis intelligitur in bono sacramenti quā in bono pro-  
lis, quamuis etiam intelligi potest aliquo modo in bo-  
no prolis: & secundum quod in bono prolis est inse-  
parabilitas de iure naturæ secundum quod est in bo-  
no sacramenti non est de iure naturæ, sed de iure di-  
uino: & ideo quando dicimus, quod est de iure na-  
turæ non accipimus eam nisi secundum quod perti-  
net ad bonum prolis, scilicet ad educationem, & pro-  
creationem.

Ad tertium dicendum, quod procreatio educatio  
& instructio tempore finiuntur: & ita ad hoc q̄ fiant,  
non est necessaria inseparabilitas: ad hoc tamen quod  
bene fiant est necessaria inseparabilitas, quia aliā se-  
quuntur inconuenientia aliqua, vt supra ostensum est:  
quidquid autem est necessarium ad hoc quod procrea-  
tio, & educatio fiant, est de iure naturali tertio modo:  
quidquid autem est necessarium ad hoc quod educa-  
tio, & procreatio bene fiant est de iure naturali primo  
modo, in quo minus strictè accipitur ius naturale, &  
ita inseparabilitas nō est de iure naturali tertio modo,  
sed primo modo. Argumentum autem concludit de  
his, quæ sunt de iure naturali tertio modo.

Ad quartum dicendum, quod matrimonium ordina-  
tur principaliter ad bonum commune ratione princi-  
palis finis, qui est bonum prolis: quamuis ratione fi-  
nis secundarij ordinatur ad bonum cōtrahentis, prout  
per se est remedium concupiscentiæ: & ideo in legi-  
bus matrimonij magis attenditur quid omnibus expe-  
diat quā quid vni competere possit: quamuis ergo  
matrimonij inseparabilitas impedit bonum prolis in  
aliquo homine, qui ex aliqua muliere gignere posset:  
tamen est conueniens ad bonum prolis communiter  
vel simpliciter cum plus vacetur proli per inseparabi-  
tatem matrimonij quā si seperaretur: ideo magis  
conuenit rationi, & fini matrimonij illud esse insepa-  
rabile.

An aliquando licuerit dari libellum repudij.  
Questio. XLVI.

QVAERETVR, an aliquando licuerit dari li-  
bellum repudij. Dicendum, quod in repudiā-  
do vxorem duo sunt. Primum est, quod vxor abiiciat-  
ur, ita q̄ vir iam nolit eam tenere quantum ad aliquē  
actum coniugalem, neque ad cohabitationem, sed  
abiicere eam, vt liceat cuique alteri illam accipere.  
Secundum est, quod daretur ei libellus, id est instrumē-  
tum siue cartha, per quam constabat quod vir repudia-  
bat eam: & erat conueniens hoc secundum, & de se-  
cundo non est dubium. Nam si vxor abiiceretur, nō  
solum licebat ei dare libellum, imò necesse erat,  
quod libellus erat tunc in fauorem mulieris. Sed  
de primo est dubium, an liceret eam abiicere: quia  
tamen nos accipimus vnum pro alio non distinguēs  
dicimus dare libellum, tab. scere, quod tunc est du-  
bium an liceat dari libellum, id est repudiare vxorem.  
Dicendum, quod cum indissolubilitas matri-  
monij sit de iure naturali, vt ostensum est præce-  
denti quæstio. non licet regulariter dari libellum,  
sed oportet esse aliquid speciale per quod liceat. Et di-  
cunt aliqui quod licitum sit per dispensationem Dei.  
Sed contra hoc arguitur: illud enim, quod est in matri-  
monio contra bonum prolis, id est contra procreatio-  
nem aut educationem, est contra prima præcepta iuris  
naturæ, quæ sunt indispensabilia, vt dictum est supra.  
Sed dari libellum est contra hæc: quia impedit edu-  
cationem, vt ostensum est præcedenti quæst. ergo nō  
potest dispensari in illo. Secundò patet: concubina  
et vxor in hoc principaliter differunt, quod concubina  
separari potest, vxor autem non separatur: ergo non  
poterit etiam per dispensationem licitum esse dimitti-  
tere vxorem. Tertio, quia homines sunt ita modò ca-  
paces dispensationis & indigentes ea, sicut aliquando  
indignerent, & tamen non licet nunc aliquid etiam per  
dispensationem dimittere vxorem: ergo nunquam li-  
cuit. Dicendum quod libellus repudij fuit aliquando  
licitus ex dispensatione, cum aliquando fuerit libellus  
repudij sine peccato. Sed cuius sit dispensatio ista, &  
quo modo, est videndum. Et dicendum est, quod cum p  
dispensationem recedatur à communi cursu legis il-  
lius, contra quam dispensatur: & inseparabilitas ma-  
rimonij, contra quam sit per libellum repudij, sit ali-  
quo modo de lege naturali: necesse est, quod dispensatio  
ista sit dispensatio in lege naturali: dispensatio autem  
in lege naturali est sicut mutatio cursus naturalis, quia  
vtrunque naturaliter se habet. Quot ergo modis cō-  
tingit mutari cursum naturalem, tot modis contingit  
fieri dispensationem in lege naturali. Mutatur enim  
dupliciter cursus rei naturalis. Vno modo ex hoc, quod  
aliqua causa naturalis per aliam causam naturalem  
impeditur à cursu suo, sicut est in illis, quæ vt in ma-  
iori parte à cursu suo impediuntur, & q̄ in minori parte  
causaliter accidunt, sicut quod homo habeat sex digi-  
tos in manu: vel quod non sint membra in tali pro-  
portionem formata qualia esse debent secundum inten-  
tionem naturæ: quia talia, vt raro variantur à cursu  
suo: & tamen quando variantur fit hoc, quia impediuntur  
per alias causas naturales: vt virtus firmariæ, & regu-  
laris materiam impeditur per multitudinem aut pau-  
citate materiam aut per alios morbos, vt non possit  
illam regulare ad formandum taliter qualiter solet  
continenter formare: sed per istum modum non  
variatur cursus rerum naturalium, quæ sunt semper,  
sed earum, quæ sunt vt frequenter. Nam non impe-  
ditur sic aliquod astrum vel cælum vt tardius agat cur-  
sum suum, vt fiat dies maior vel minor, quā esse so-  
let: quia nulla alia causa naturalis in hoc impeditur po-

In quo  
differant  
concupi-  
ma & vxor

A test. Sic nunquam potest impediri ignis, quin sic ca-  
lescat materiam combustibilem applicitam: quia  
ista sunt vt semper, & sunt quasi prima in esse natura-  
li, quia sunt principia. Alio modo variatur res natu-  
ralis à cursu suo per causam penitus supernaturalem,  
vt accidit in miraculis, & hoc modo potest mutari  
cursus naturalis, non solum qui naturaliter est ordina-  
tus, vt sit frequenter: sicut diximus de modo forma-  
tionis, & figurationis corporis, & similibus: sed etiam  
qui naturaliter est ordinatus, vt sit semper, sicut est cir-  
ca habitudinem primorum corporum naturæ, scilicet  
cælorum, astrorum, & elementorum, quia sicut ista  
quantum ad substantiam sunt prima in natura: ita quā-  
tum ad habitudinem agendi, & essendi sunt maxime  
inuacuabilia, & ideo dicimus illa esse, vt semper, id est  
semper tenere habitudinem, quam semel tenuerint:  
ista tamen possunt variari à cursu suo per causam pe-  
nitus supernaturalem, vt patet in statione solis tēpo-  
re Iosue. Iosue. 10 cap. & in retrocessione eiusdem tē-  
pore Ezechie 4. Reg. 20. & Isa. 38. & in ecclipsi mira-  
culosa tempore passionis domini infra 27. & tamen ni-  
hil est in tota natura, cuius esse, & operatio, & motus  
vniformis & regularius se habeant quā corporum  
coelestium: de his, quæ sunt ordinata vt frequenter  
sint, manifestum est, quod possunt variari per agens su-  
pernaturale: cum etiam per aliam causam naturalem  
impedientem quandoque mutantur. De dispensa-  
tione in iure naturali idem modus est, quia sunt du-  
plicia præcepta iuris naturalis: quædam sunt prima,  
quædam secundaria. Prima præcepta sunt, quæ sunt  
velut principia naturalis cognitionis circa directionē  
actionum: & sunt talia, quod sine aliqua deductione  
per se cognita sunt: vt nulli esse nocendum sine causa,  
non esse hominem occidendum, & similia, quæ mox  
audita quilibet approbat: licet inter hæc quædam sunt  
magis nota quā alia, & magis vniversalia, vt bonum  
esse eligendum, nullum malum esse faciendum: quæ  
tamen omnia ista sunt per se nota: quæ quilibet audire  
sine vteriori doctrina approbat, dicuntur omnia talia  
esse in primo gradu præceptorum naturalium. Dicuntur  
secundaria præcepta illa, quæ sunt de dictamine ra-  
tionis etiam nulla lege positiua existente: & tamen  
sunt talia, quæ non sunt per se nota, neque quilibet  
audiens statim ea approbat: sed præsuppositis primis  
principiis iuris naturalis deducuntur per actum rationis  
ab illis non sumendo vim probationis aliunde exteri:  
sed solum ab ipsa ratione, & quia ratio naturaliter nō  
bis inest, quidquid est de solo dictamine rationis est na-  
turale large accipiendo: ideo tales conclusiones sic de-  
ducere per actum rationis, dicuntur esse de iure natu-  
rali, & tamen dicuntur secundaria præcepta, quia non  
habent per se notorietatem, sed accipiunt à primis:  
& ideo prima præcepta iuris naturalis sunt vt semper  
existentia: secundaria verò sunt vt frequenter licet ali-  
quando & raro variantur. Dispensatio autem in istis  
fiet sicut variatio cursus in rebus naturalibus. Vnde si-  
cut cursus rerum naturalium, quæ sunt vt frequenter,  
potest variari per alias res naturales impediētes: ita  
dispensatio in secundariis præceptis iuris naturæ fiet p  
causas inferiores, scilicet per homines. Et sicut variatio  
cursus in rebus naturalibus, quæ se habent vt semper,  
nō potest fieri nisi per causam penitus supernaturalem,  
ita dispensatio in primis præceptis iuris naturalis, quæ  
sunt vt semper manentia, non potest fieri nisi per cau-  
sam penitus supernaturalem, id est per Deum. Et  
quia in naturalibus tales mutationes non sunt sæpe  
sed raro: & non vbiq̄, sed propter aliquam specia-  
lem rem quam Deus intendit: ita dispensatio in pri-  
mis præceptis iuris naturalis non fit aliquando quan-  
tum ad omnes neque vbiq̄, sed specialiter quan-  
ad

ad aliquas personas: sicut patet circa homicidium in Abraham, quia dispensatum fuit cum eo, quod occideret innocentem: licet non fuerit dispensatio facta propter ipsum, sed propter aliquod mysterium quod ad Dei laudem pertinebat. Sic etiam specialiter dispensatum est in furto, & de non restituendo commo datum cum Hebraeis exeuntibus de Aegypto, quae acciperent vas aurea, & argentea, & vestes ab eis, quae specialiter nihil eis debebant saltem determinate, sed ei qui accipiebat ista commodata teneretur determinate accommodans ad tantam vel maiorem quantitatem debiti: & ita ille, cui nihil debebatur, accipiebat ab eo, qui nihil ei debebat: & ita fiebat furtum & contra legem commodati: & utrunque est contra prima praeccepta iuris naturalis, sed ex speciali dispensatione Dei licuit. Exo. 3. & 11. Tales dispensationes non fiunt circa omnes: sicut neque miracula, quae fiunt contra cursum naturalem rerum, quae semper sunt, non fiunt circa oes: sed circa aliquas personas, quas specialiter Deus vult.

De inseparabilitate ergo matrimonij dicendum, quod si pertineret ad prima praeccepta iuris naturalis, non esset possibilis dispensatio in ea nisi per Deum: & non fieret circa omnes, sed circa aliquas personas propter aliquam specialem causam. Si autem sit de secundis praecceptis iuris naturalis, poterit fieri dispensatio per aliquem contra Deum: & illa dispensatio poterit extendi ad omnes. Est autem dicendum quod ista inseparabilitas pertinet ad secunda praeccepta, eo quod non est inseparabilitas necessaria ad procreationem & educationem, quasi sine illa non possit fieri educatio & procreatio: sed ordinatur ad ista ad hoc quod melius fiant. & tamen ablata inseparabilitate fit procreatio, & educatio: licet non ita convenienter, sicut existente inseparabilitate: & talia pertinent ad secunda praeccepta iuris naturalis. Maximum autem ad quod prodest inseparabilitas est communicatio operum per totam vitam, ut filij succedant in bonis parentum, etiam postquam fuerint educati, cum parentes debeant thesaurizare filiis 2. Corin. 13. cap. sed ista appropriatio bonorum non est de primo iure naturae, secundum quod omnia sunt communia, ideo non pertinet inseparabilitas ad prima praeccepta: potissimum quia etiam non existente inseparabilitate possunt succedere filij parentibus, licet non ita convenienter sicut existente inseparabilitate: & ideo pertinet ad secunda praeccepta: & consequenter potest dispensari in illa per aliquem contra Deum. Et tamen dicendum, quod non accipitur proprie dispensatio: quia inseparabilitas ista ante legem Christi non erat de aliquo iure nisi de iure naturae: Tota autem lex naturae siue quantum ad prima praeccepta, siue quantum ad secunda est a Deo, qui indidit illam cordibus nostris: & quia in lege non potest dispensari nisi per conditorem, vel per alium aequalem ei: non poterit dispensari proprie accipiendo dispensationem in lege naturae, siue quantum ad prima praeccepta, siue quantum ad secunda nisi per Deum. Si autem des quod per alium possit dispensari inconveniēns est: quia dispensatio nominat potestatem: & tamen super legem nemo habet potestatem nisi conditor vel aequalis eicūm etiam interpretari nemo possit legem nisi conditor: & tamen minus est interpretari quam dispensare: cum dispensare directe noverit potestatem: interpretari autem partim est auctoritatis, & partim prudentie, sed accipitur large dispensare, id est non observare, & non observando non peccare: Et accipitur ab hac proprietate, quia postquam lex condita est, omnes ad quos pertinet peccant non observando: per dispensationem autem fit quod faciendo contra legem non sit peccatum: ideo si aliquando contingat fieri contra aliquam legem sine peccato: videtur

Tota natura lex a Deo est.

hoc licere per dispensationem, quasi dispensatum esset cum illis, qui hoc licet faciunt. Et quia inseparabilitas cum sit de iure naturae, licet sit de secundis praecceptis obligat, quod aliqui non servando inseparabilitatem istam non peccent, videtur quod accidit quod dispensatum sit cum illis: Et quia tam gentiles quam Iudei repudiantes uxores faciebant contra inseparabilitatem & non peccabant, videtur quod ex dispensatione hoc facerent. & tamen non erat dispensatio aliqua saltem cum gentilibus: cum Iudeis autem secus est. Sed quia praeccepta ista secundaria iuris naturae licet sint de dictamine rationis, non sunt tamen per se nota, quod sint bona, & recta: neque quisque audiens statim probat illa: est locus opinioni circa talia, & aliqui sic opinantur: alij autem contrarium, ideo cuicumque genti sic licet facere sicut opinatur quando nihil est, per quod convincatur male opinari: quia aliis esset inconveniens, quod peccaret quis in eo, in quo scire non potest an bene vel male agat: & ideo talia praeccepta secundaria non obligant ad peccatum mortale quousque per legem divinam aut positivam aut consuetudinem confirmata fuerint: cum ante hoc semper sit locus variè opinandi: & ideo licuit ante legem Christi dari libellum repudij: maxime gentilibus sine aliqua dispensatione proprie dicta, solum per hoc quod nesciebant se obligatos ad inseparabilitatem matrimonij.

Ad primum dicendum quod inseparabilitas matrimonij non est de primis praecceptis iuris naturae, sed de secundis. Nam licet ordinetur ad bonum prolis, non ordinatur ad id quod est necessarium ad bonum prolis, sed ad id quod est utile, vel melius. Cum enim procreatio & educatio sint de intentione prima naturae in matrimonio: omne, sine quo nullo modo potest fieri vel regulariter non potest fieri procreatio & educatio, est in matrimonio de iure naturae quantum ad prima praeccepta: aliquid autem est sine quo fieri potest & satis convenienter, & tamen valde melius fit, cum illo: tale vero est de iure naturae quantum ad secunda praeccepta. Ita est de inseparabilitate: quia sine illa fit procreatio & educatio, & tamen melius, & sufficientius fit existente inseparabilitate, quia fit sic communicatio operum per totam vitam: & est locus filij succedendi in bonis parentum: ideo non est de primis, sed de secundis praecceptis: ideo dispensari potest in illis, scilicet licet potest agi contra istam inseparabilitatem per ignorantiam quando non constat determinate esse bonum sic fieri, & malum esse oppositum.

Ad secundum dicendum, quod non est simile de concubina & vxore: nam concubinarus non solum est contra secunda praeccepta naturae: sed etiam contra prima, quia repugnat bono prolis quantum ad id, quod est necessarium: nam licet in concubinato possit proles procreari: tamen non potest educari existente conditione concubinarus: nam inter tales nullum est vinculum per quod obligentur manere simul saltem ad horam, & ita genito fetu poterit vnus discedere ab alio, & ita non fiet conveniens educatio. In matrimonio autem licet possit esse libellus repudij, tamen de primis praecceptis naturae est tam diu commanere coniuges, quousque proles sit sufficienter educata & instructa. Quod autem postea commanent, non est de necessitate boni prolis: ideo non pertinet ad prima, sed ad secunda praeccepta iuris naturae: & ita licet inseparabilitas non sit de iure naturae quantum ad prima praeccepta: tamen dare libellum repudij quocumque tempore est contra prima praeccepta iuris naturae: dare autem libellum educata prole perfecte non est contra prima, sed contra secunda praeccepta.

Concubinarus autem proprie dictus semper est contra prima praeccepta iuris naturae: ideo nunquam licuit libellus: autem repudij non est semper contra prima praeccepta, ideo aliquando licuit. Sed dicitur quod aliqui existentes in concubinato possunt educare perfecte filios, cum possint manere per totam vitam simul, ideo erit tunc licitus.

Dicendum, quod concubinarus secundum se dicit aliquid inordinatum, & contra intentionem naturae: nam non importat vinculum aliquod, & ideo possunt quocumque tempore discedere etiam quando inchoatur educatio fetus. Quod autem maneant longo tempore vel per totam vitam est per accidens ad concubinarum: & ex eo quod est per accidens ad rem, non indicatur aliquid bonum, vel malum ex eo quod est per se: in quantum autem concubinarus longo tempore manet in educatione natorum, non rem concubinarus, sed matrimonij agit: & tamen quia semper, qui sic iunguntur taliter manent, ut disungi possent, illicitus est concubinarus de se, & contra intentionem naturae.

Ad tertium dicendum, quod homines quantum ad se est: ita sunt nunc capaces dispensationis sicut antiquitus: & tamen ante legem Christi poterat dispensari: quia nulla lex divina aut positiva hoc expresse vetuerat a qua confirmatur: nunc autem iam lex Christi hoc vetuit: ideo non potest dispensari per hominem alquem, sed solum per Deum: Et ratio diversitatis est, quia inseparabilitas est de secunda intentione matrimonij, ut est ipsum in officium naturae, eo quod non est necessaria totaliter ad propagationem & educationem, quae sunt de prima intentione matrimonij: & tamen matrimonium ut est sacramentum, id est aliquid significans, est inseparabilitas de prima eius intentione. Et quia ante Christi legem accipiebatur matrimonium in officium naturae, erat dispensabile circa inseparabilitatem: nunc vero accipitur principaliter ad significationem in quantum est sacramentum, ideo non dispensatur circa inseparabilitatem.

An fuerit aliquando in usu libellus repudij.

Quaest. XLVII.

Quaeret vtr, an fuerit aliquando in usu libellus repudij. Dicendum quod sic: nam apud Iudeos fuit usus libelli, & etiam apud gentiles. De Iudeis apparet, quia Deutero. vigesimo quarto, dicitur, quod si acceperit homo uxorem, & non placuerit in oculis eius, dimittet eam, & scribet ei libellum repudij. Iudei autem utebantur hoc iure sibi concesso: & erat istud dispensatio quaedam circa ius naturale. Nam de iure naturali erat inseparabilitas, ut ostensum est supra: ut ergo Iudei licet repudiare possent uxores, expresse fuit eis permittum: & erat permissio & privilegium: & ideo interdum privabantur quidam in peccato nam ista permissione uterentur ea. Sicut ille, qui deflorabat puellam in agro, quae non esset desponsata: cogebatur enim illam in uxorem accipere, & non poterat dimittere eam tota vita. Deutero. vigesimo secundo, & qui infamauerat propriam uxorem dicens: non inveni eam virginem: cogebatur tenere eam tota vita eod. capit. & isti privabantur iure repudiandi uxores propter delictum. Ceteris autem ex privilegio permittum erat.

De gentilibus apparet, quia leges humanae expresse ponunt repudium & modum repudiandi: ut in fine ff. veteris titu. de divor. & repudiis. & C. de repu. Et patet etiam hoc, quia Iudeis nunquam concessum

Qui privabantur iure repudiandi uxores apud Hebraeos.

fuisse repudiare uxores, nisi gentilibus esset consuetudo repudiare illas tempore, quo data est lex Moysi: quia si gentilibus non liceret neque haberent consuetudinem repudiare, non putarent graue esse eis Iudei, quod non vterentur repudio. Quod tamen gentes vterentur libello & esset eis ablata potestas repudiandi erat eis graue. Sicut quae ceterae gentes habebant reges, & Iudei non habebant regem: visum est eis difficile, & petierunt quod daretur eis rex sicut ceteris gentibus, primo Regum octavo. Unde dicendum quod omnia mala, quae permittuntur Iudeis, erant apud gentiles: & quae putarent Iudei sibi ademptam libertatem, si non liceret eis id, quod licebat gentibus: concessit Deus eis libellum & viuras ad extraneos, & exquirere vindictam: quae omnia gentes exercent: licet in his aliquid subtraheretur, scilicet quod non licebat dare ad viuras proximis de gente sua, sed solis extraneis, qui non erant Iudei: Deutero. vigesimo tertio, & ita circa aliam.

An vero liceret gentilibus repudiare uxores. Dicendum quod ut ostensum est praecedenti quaestione inseparabilitas matrimonij non est de iure naturae quantum ad prima praeccepta, sed solum quantum ad secunda: & quia circa illa est locus opinioni, licet cuicumque genti facere sicut putauerit: quousque per aliquam legem divinam vel humanam aut contrariam consuetudinem confirmetur quid tenendum sit. Non erat ergo illicitum repudiare uxores ante legem Christi datam: repudiare tamen uxorem quocumque tempore videtur esse contra prima praeccepta iuris naturalis, quia possit repudiari vxor ante educationem prolis: & tamen ad educationem est necessaria sollicitudo vtriusque parentis, & educatio est de iure naturae quantum ad primam intentionem matrimonij: ideo repudiare quocumque tempore non licebat gentibus: sed tempore educationis consummata: licet possit proiudicari per legem gentium singularum repudiata vxore si filij communes sint apud quem alantur, & quanto tempore: & ita manebit dubium an per hoc efficiatur totaliter licitum repudiare quocumque tempore vxorem. De Iudeis aliud est, quia dispensatum fuit cum eis per Deum, qui potest quantum ad omnia praeccepta iuris naturalis dispensare: & ideo quocumque tempore repudiarent uxores, satis videtur eis licitum, quamquam de hoc dicitur infra quaest. 48.

Quare Deus posuit legem Iudeis de libello repudij.

Quaest. XLVIII.

Quaeret vtr, quare Deus posuit legem Iudeis de libello repudij. Nam videtur, quod non erat necesse poni illam, quia ponitur ut permissio: & tamen etiam non posita expressa permissione licebat Iudeis repudiare uxores, sicut licebat gentilibus, ut dictum est praecedenti quaestione, quibus non fuerat facta expressa permissio, vel dispensatio: ergo neque debuit poni expressa permissio Iudeis.

Dicendum, quod fuit conveniens, & quasi necessarium ponere expressam legem de repudiando uxores Iudeis. Primo, ut scirent sibi licitum esse hoc facere, quia cum esset contra rationem naturalem repudiare uxorem: putarent forte non esse sibi licitum viventibus sub lege Dei nisi ille expresse concederet: ideo expresse permisit. Secundo, quia repudiare uxorem est aliquando contra prima praeccepta iuris naturalis, & aliquando contra secunda. Si repudietur post perfectam educationem prolis, est contra secunda praeccepta iuris naturalis: Si autem quocumque tempo-

Quocumque tempore repudiare uxorem est contra prima praeccepta iuris naturalis.



tempore est contra prima precepta iuris naturalis, ut si inchoata educatione repudiatur vxor: quia posset tunc ab utroque parente desereri proles: sicut enim non potest apud utrumque educari facta diuortio, sed ab altero eorum necesse est desereri, ita potest desereri ab utroque: & ita esset tollere educationem, quae est de prima intentione naturae: ideo est contra prima precepta iuris naturalis repudiare vxorem quocunque tempore: & ita quamuis liceret gentilibus repudiare vxores completa educatione: non tamen quocunque tempore.

Ad hoc ergo fuit conueniens, quod Deus expressam dispensationem faceret, per quam liceret Iudaeis repudiare vxores quandoque. De gentilibus tamen satis potest dici, quod non peccarent repudiando vxores ante legem Christi quocunque tempore eas repudiarent, id est siue completa educatione siue non: dum tamen prouiderent sufficienter per legem suam positum de conuenienti educatione prolis. Nam sic videtur fieri nunc: quia licet non fiat repudium: fit tamen diuortium interdum: & tunc cessat coniuges cohabitare: & diuortium istud fit ab ecclesia quocunque petitur per alterum coniugum ostensa fornicatione alterius: & licet tunc habeant paruulum non educatum non impeditur diuortium, sed fit prouidet tamen ius apud quem debeant filij educari, & quo & quanto tempore. unde licet cohabitatio coniugum sit de intentione naturae in matrimonio ad educationem non fit contra intentionem naturae si prouideatur conuenienter educationi natorum sine parentum cohabitatione: & ita non videtur quod sit semper peccatum in gentilibus repudiantibus vxores quocunque tpe: dum tamen de educatione conuenienti prouiderent. Tertio & principaliter fuit expressio de hoc non in quantum est permissio, sed in quantum est preceptum: sunt & ideo duo circa repudiationem, scilicet abiicere vxorem & scribere ei libellum est preceptum si abiicere placuerit: & quia Deus non solum voluit concedere vel permittere abiiectionem sed etiam precipere conscriptionem libelli, debuit expresse ponere de libello repudij: Quarto & etiam principaliter, quia dato quod esset sola permissio de abiiciendo vxorem: tamen illa debebat abiici sub certa forma, ut seruaretur honestas viro & vxori. Istam autem formam debuit Deus exprimere, ut omnes repudiantes vxores tenerentur seruare illam formam: & istae duae sunt praecipuae causa quare fuit expressa lex de libello repudij.

An Iudaei vxores repudiando peccabant.

Questio. XLIX.

QVAERETVR, an Iudaei repudiando vxores peccabant. Aliqui dicunt quod non peccabant villo modo. Vnus enim modus consentiendi est non prohibere quando prohibere quis potest, sed Moyses non prohibuit repudium: & non prohibendo non peccauit, quia lex sancta est ad Rom. septimo, ergo non erat peccatum tunc repudiare vxorem. Secundum quia propheta locuti sunt Spiritu sancto inspirati: nunquam enim voluntate humana allata est prophetia, sed Spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines. Petri primo capit. sed quod spiritus sanctus dicitur, bonum est: & Malach. 3. dicitur. si odio habueris dimitte eam. Ergo non erat malum dimittere vxorem repudiando. Tertio quia dicit Chrysostomus sicut apostoli permiserunt secundas nuptias, ita Moyses permisit libellum repudij: & tamen secundae

nuptiae licitae sunt, ergo repudium licitum erat. Quarto quia lex iusta omne malum vetat. extra de consuetu. capit. nam & concupiscentiam, scilicet: item lex bona est. quia dum concupiscentiam prohibet omne malum prohibet. lex tamen Moysi erat iusta, quia erat a Deo, & erat ordinatissima: sed permisit libellum non solum non prohibendo, sed etiam expresse permittendo: ergo erat licitum repudium. Quinto quia ita videtur esse contra bonum matrimonij pluralitas vxorum sicut dissolutio eius: & tamen licuit sanctis patribus habere multas vxores, sicut patet de Abraham & Iacob: ergo etiam licuit dare libellum repudij. Sexto patet, quia Abraham repudiavit Agar eiciendo eam a se, & filium eius: & hoc licuit, Gen. vigesimo primo, ergo non erat peccatum repudiare vxorem.

Alqui dicunt quod non licebat: quia dicitur supra in litera: ad duritiam cordis vestri libellus repudij datus est. & tamen durities cordis non excusat in malis: quia tunc quicunque ageret malum ex graui passione non peccaret, quod fallum est: ideo peccabant repudiando vxores. Secundum quia dicit Chrysostomus quod Moyses dando libellum repudij iustitiam Dei non monstrauit: ergo dare libellum non erat iustum: & consequenter erat iniustum cum in actionibus voluntarie factis non deaturaliquid indifferens.

Dicendum quod circa hoc sunt duae opiniones. Quidam dicunt quod Iudaei peccabant repudiando vxores. Et quando obiicitur eis, quod erat permissum in lege, ideo erat licitum, dicunt quod non valet, quia non omnis permissio facit rem licitam, quae permissio. Et ob hoc distinguunt quatuor permissionis species.

Prima est permissio per priuationem praecipitionis: & ita quocunque maius bonum non praecipitur, minus bonum permissum dicitur. sicut apostolus non praecipiendo virginitatem, quae est maius bonum: permittit matrimonium quod est minus bonum, prima Corinth. septimo cap. Secundo modo permittitur aliquid per priuationem prohibitionis, & sic dicuntur venialia permissa: quia non inueniuntur prohibita, cum iste sit modus arguendi, quod id quod non inuenitur prohibendum, putetur esse concessum, licet fallat argumentum. Tertius modus permissionis est per priuationem prohibitionis: & ita dicitur permittere omnia mala: quia non cohibet aut impedit illa fieri, cum posset impedire. Quartus modus permissionis est per priuationem punitionis: & ita omnia, quae non puniuntur in lege, dicuntur permissa, licet in se sint illicita: ita dicuntur fuisse permissum libellum repudij, quia non puniebatur repudians vxorem: & tamen malum erat repudiare illam.

Sic enim in lege non punitur simplex fornicatio: & tamen est peccatum mortale, licet hoc modo sit permissa: potissime quia permissio libelli repudij non fuit propter aliquod maius bonum: consequendum: sicut dispensatio circa pluralitatem vxorum, quae erat ad magis augendum cultum diuinum per prolem multiplicatam: sed erat circa malum vitandum, ut tolleretur occisio vxoris: & ita isti dicunt usurariam exactio nem citra extraneos, quae Deus illis permiserat propter corruptionem concupiscentibus & purgationem, quae fiebat per aquas maledictas ad sciendum, an vxor fornicata esset peccatum fuisse: & quia ista non poterant esse venialia, necesse erat secundum eos poni peccata mortalia.

Alij dicunt quod non peccabant Iudaei dando libellum repudij, quia lex vetus licet gratiam non conferret, tamen ad hoc erat data, ut peccatum ostenderet, ut dicunt sancti doctores, unde si repudiare vxorem esset peccatum, debuisset Iudaeis hoc iudicare per legem

Quatuor sunt permissionis species.

Secundae nuptiae licite celebrantur in lege euangelica.

Ad 4. rō.

gem & prohetas, aut per aliquid eorum, sicut dicitur Isa. 58. Annuncia populo mea scelera eorum, & domui Israel peccata eorum. Et tamen non fuit eis ostensum hoc ut peccatum: ideo non erat peccatum. Et fuit enim valde inconueniens quod nesciret in quo peccarent, & tamen peccarent: & ita dicunt, quod licet repudiare vxorem in se malum esset: tamen ex Dei permissione fiebat licitum, & non peccabant repudiantes. Et tamen aliqui sustinent positionem contrariam: & ideo secundum illos posset responderi ad argumenta in contrarium.

Ad primum dicendum, quod qui potest prohibere malum, non peccat si a prohibitionem abstinere non sperans inde correctionem: sed credit, quod ex prohibitionem maius malum nascetur: & ira Moyses sciens, quod in Iudaeis maiora mala sequerentur prohibito libello repudij: ideo auctoritate diuina fretus, illud non prohibuit.

Ad secundum dicendum, quod propheta inspirati a Spiritu sancto non dicebant dimittendam esse vxorem quasi hoc esset praecipuum a Spiritu sancto: sed quasi permissum, ne existente prohibitionem fierent de teriores, quibus hoc prohibebatur.

Ad tertium, quia non solum ostendit permissionem fieri licitum libellum repudij, sed etiam simpliciter, si cut secundae nuptiae sunt simpliciter licite. Respondendum est etiam de intentione nostra. Nam licet dicamus Iudaeos non peccasse dando repudium, ut infra ostenditur: tamen repudiatio in se mala erat. Et ideo dicendum, quod illud sicut in auctoritate Chrysostomi non dicit omnimodam similitudinem, sed aliqualem, scilicet quod sicut licite celebrantur nuptiae secundae in lege euangelica, ita licite celebrantur in lege veteri repudia: sed non aequaliter licite: quia nuptiae secundae sunt de permissione vel consilio respectu maioris boni. videlicet: repudiū autem erat permissum respectu maioris mali. videlicet: vxoricidij: & per hoc non iustificatur simpliciter. Nam licet respectu vtius permissionem hac esset licitum: tamen simpliciter non erat iustum, cum ex malo nihil possit iustificari: & tamen libellus repudij ad solum malum euitandum fiebat, & ipse erat in se malus: ideo non erat aliquid per quod bonum fieret. Si autem esset malum, et fieret per aliquod bonum: posset aliquo modo putari fieri bonum: & ideo semper manet malum in seipso. Alia tamen ratio est in hoc praecipua: quia secundae nuptiae non dicuntur proprie permissae, quia ipsae in se bonae sunt. Nam sunt propter bonum prolis sicut prima, & consonant intentioni naturae: & nihil in eis inuenitur, quod obstat bono: id non est vlla causa quare eas malas appellemus: & ita non indigent aliqua dispensatione, vel permissione ad hoc, quod licite sint. Libellus autem repudij in se malus est, quia est contra intentionem matrimonij in aliquo, & contra ius naturale, ut supra ostensum est: ideo ad hoc, quod licitum esset necessaria erat dispensatio & permissio.

Ad quartum dicendum, quod si concludatur, quod ex hoc, quod lex Dei bona erat non permitteret aliquid, nisi quod in se bonum esset, aut saltem non malum, negandum est. Si inferatur, quod cum esset bona lex, non permitteret aliquid, quod postquam permissum esset, malum esset, & peccarent vtentes eo, concedendum est. Redeundo ad primum dicendum, quod non est verum simpliciter, quod lex iustissima vetat omne malum accipiendo de lege humana, quia lex iustissima humana non vetat meretrices: imo si vetaret, non esset iusta. Quomodo autem lex Moysi posset vocari iustissima, & non vetat omne malum simpliciter, sed omne

malum politicae Iudaicae: & quare leges humanae non vetant omne malum, & cur lex euangelica debuit simpliciter prohibere omne malum, dictum est Deuteronomij vigesimo quarto, super libello repudij, & supra quinto cap.

Ad quintum dicendum, quod tam pluralitas vxorum quam libellus repudij nunc sunt illicita, quia prohibita a Christo: & utrumque est aliquo modo contra matrimonium: & tamen libellus repudij directius est contra matrimonium quam pluralitas vxorum. Repudium enim videtur esse contra substantiam matrimonij, quia dissoluit illud. Etiam est contra finem principalem, id est contra prolem: quia per repudium cessat procreatio prolis: & specialiter educatio, si non sit perfecta quando fit repudium: pluralitas autem vxorum principaliter videtur esse contra significationem: quia tale matrimonium non significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam: cum ille sit vnus ad vnam. Unde repugnat matrimonio, quod est nunc: quia illud est sacramentum magnum inter Christum & Ecclesiam. ad Ephe. quinto capit. Item magis est illicitus libellus repudij, quia vxorum pluralitas fit ad prolem multiplicandam, quae interdum queritur solum ad augendum cultum diuinum: sicut sancti patres querebant prolem ex multis vxoribus ad augendum populum Dei. libellus autem repudij est solum ad euitandum malum: ideo non est tam licitus libellus sicut vxorum pluralitas.

Ad sextum dicendum, quod non militat argumentum, quia illud fuit in Abraham, qui non fuit tempore legis: & ita non est dubium an occasione legis fieret licitum repudium: ipse enim fuit ante legem datam plus quam quadringentis annis. ad Galat. tertio capitulo. Sed dicendum, quod non est dubium quin liceret Abraham dimittere Agar abiiciendo eam, quia mandante Deo illud egit. Gen. vigesimo primo: ideo non solum erat licitum, sed etiam necessarium. Sed dicendum, quod aut argumenta ista sumuntur ad inducendum, quod libellus repudij licitus esset in seipso, aut ad ostendendum, quod licebat Iudaeis repudiare vxores, id est quod non peccabant repudiando. Si primo modo, non sunt concedenda, quia non est verum, quod libellus repudij in se bonus fuerit aliquando. Nam si bonus fuisset, non esset sub permissione: maxime quia dicitur permissus ad duritiam cordis: sed id, quod ad duritiam cordis permittitur, malum est. Si accipiantur secundum modo, concedendum est, quod libellus repudij erat licitus postquam erat permissus, & non peccabant repudiantes vxores: & ita argumenta bene concludunt.

Et dicendum, quod irrationabilis positio est illa, quae tenet peccasse Iudaeos repudiando vxores, cum vterentur priuilegio eis concessio. Et patet primo, quia dicit Chrysostomus: bene dicitur Moyses permisit, & non praecipit. quod enim praecipimus semper volumus: quod autem permittimus nolentes indulgemus: quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. Permisit ergo nobis facere mala ne faceremus peiora: hoc nobis permittendo, non nobis Dei iustitiam demonstrauit, sed a peccato abstulit culpam peccandi: & tamen auferre culpam a peccato est, non esse peccatum cum formale in peccato sit culpa: & peccatum materialiter est ipse actus: auferre ergo culpam a peccato nihil aliud est, quam facere, quod id quod aliis erat peccatum, iam non sit peccatum: & sequitur etiam in eadem auctoritate, scilicet ut quasi secundum legem agentibus nobis peccatum nostrum non

Ad 5. rōne in q. 176. & 178. & 179.

Quod ad duritiam cordis permissum est.

non videatur esse peccatum, id est ex hoc, quod per legem permissum est repudium, quicumque repudiat uxorem agit secundum legem, & ita peccatum suum non est peccatum. i. a. t. u. s. i. l. l. e, qui alias erat peccatum, non est peccatum propter legem meretricem. Secundo patet, quia Deus expresse permisit libellum repudij, & dedit formam de repudiando: & tamen si post permissionem maneret malum ipsum repudium, Deus poneret laqueum Iudaeis ad peccandum; nam si non permitteret expresse, putarent non esse malum repudium, vel dubitarent: & ita timerent repudiare, quia non haberent auctoritatem a Deo: cum autem ipse expresse permisit, nemo est, qui non putaret esse licitum: & ita ipse daret Iudaeis occasionem peccandi. Tertio patet, quia hoc dato permissio Dei expressa nihil operaretur: nam si peccabant Iudaei repudiando uxores existente lege Dei, si repudiarent sine permissione facta, etiam peccarent, & ita nihil differret, quod Deo permittere expresse, vel non permittere repudium darent: quod est inconueniens: quia tunc ad nihil omnino prodest expressa permissio ab eo facta: & tamen ipse nihil facit frustra. Quarto, quia si peccarent Iudaei repudiando uxores post permissionem Dei, non esset magis permissum futuri, & occidere & idola colere, quam dare repudium: cum in omnibus eis peccaret mortaliter: & ideo vel non diceretur permissus libellus repudij, vel erit permissum furtum, & homicidium, & idolatria: & tamen ista non sunt permissa nisi accipiendo permissionem pro priuatione cohibitionis. Sed quia Deus non cohibet neque impedit facientes cum possit impedire: & hoc modo omnia peccata sunt permissa: & ita non oportet poni expressam permissionem de aliquo: vel poni de omnibus: & tamen ponitur de libello repudij, & non de aliis: ergo oportet quod specialis modus permissionis fuerit, scilicet utentes permissione non peccarent.

Dicendum igitur quod repudiare uxorem in se malum erat, & non licebat repudiare illam saltem omni tempore sine dispensatione, vel permissione Dei. & istam fecit ipse, ut auferret Iudaeis occasionem peccandi in grauioribus, scilicet in uxoricidio: & per istam permissionem fecit esse licitum id, quod alias erat illicitum: hoc enim Deus potest. Manifestum est enim, quod magis illicitum erat occidere innocentem sine iurisdictione, & causa, quam repudiare uxorem: cum sit directum contra prima praecipua iuris naturalis, & tamen hoc licuit Abraham iubente Deo, cum voluit occidere filium suum, & ex hoc meruit. Gen. 22. & si non fecisset, peccasset: sicut ille vir, cui dixit Michaeas propheta in sermone Dei, percate me: & quia noluit, percussit eum. Ie. 3. Reg. 20. & tamen petebat percuti, id est vulnerari grauius in capite. Sicut ergo praecipuum Dei faciebat illa licita: ita & permissio eius faceret licita alia, quae minus mala erant: sed hoc solus Deus potest. Caeteri autem non possunt dispensare directe contra ius naturale: ideo postquam Deus permisit hoc conscripta lege, nemo peccabat dimittens uxorem de Iudaeis: licet forte peccabat in causa repudij, scilicet odiendo eam iniuste, ex quo odio eam dimittebat: & tamen ipsum repudium licitum erat. Nam alias matrimonium primum maneret, & mulier sancto accepta non esset uxor, & filij essent illegitimi, & semper manerent in peccato mortali, & omnia turbarentur. Erat ergo licitum repudium: & non solum Deus permittebat, sed etiam interdum incitabat ad hoc: ut dicitur Malachiae secundo: quod non affligeret quis uxorem pubertatis suae, vel adolescentiae: & si odio haberet dimitteret illam. Cum autem dicitur in positione contraria quod per-

missio non faciat licitum repudium, quia est ista permissio per priuationem punitionis, non stat. Primo, quia non differret hoc a concubinato, & meretricio. Nam lex vetus sicut & lex humana non punit ista: & tamen non ideo dicitur permissum meretricium in lege veteri, & dicitur permissum libellus repudij: ergo non est permissio per solam priuationem punitionis. Secundo, & efficacius, quia si isto modo esset solum permissum repudium, non scriberetur eius permissio: nam concubinatus, & meretricium non puniuntur in lege veteri, & sic sunt permissa per priuationem punitionis, & tamen non exprimitur de illis permissio aliqua neque de aliis: sed solum de libello repudij, & vrsuris, & vindicta: ideo non sunt permissa haec, id est non punita. Tertio, & adhuc efficacius, quia accipiendo permissionem, id est non puniri multa sunt in lege prohibita expresse, quae dicuntur permissa, cum non exprimitur poena aliqua pro illis, neque etiam infligebatur: sicut tenere seruum Iudaeum ultra septem annos, & vendere ancillam quam dominus cognouisset, vel filius eius. Exo. 21. & Deuter. 21. & tamen hoc falsum est: quia quae expresse vetantur non dicimus vllatenus permitti: ergo non est verum quod sic erat permissum repudium. Quarto, quia tunc diceretur duo opposita eodem modo esse permissa, quod est absurdum: patet quia Deuter. 23. dicitur, quod Iudaei non darent pecuniam ad vsuram Iudaeis, sed extraneis, & ita prohibitum erat illis dare ad vsuram Iudaeis: erat autem permissum dare ad vsuram extraneis: & tamen dans ad vsuram Iudaeis non puniebatur secundum legem, cum nulla poena exprimitur: ergo diceretur, quod vtrunque erat permissum, quia non puniebatur: sed falsum est, quia vnum expresse prohibetur, & aliud expresse permittitur: ideo necesse est aliter accipi permissionem, scilicet ut est interpositio auctoritatis eius, qui legi praestat ad hoc, quod id, quod alias esset illicitum, possit fieri licite. Et id quod dicitur de libello repudij, est dicendum de vsuris ad extraneos, & prosecutione vindicta, quod ista faciendum non peccarent Iudaei, saltem in vsuris, & in libello.

Ad primum in contrarium dicendum, quod licet fuerit datus propter duritiam cordis libellus repudij non erat illicitus: fieret quidem illicitum repudium si propter solam cordis duritiam fieret nullo alio interueniente: & tamen interueniebat diuina auctoritas, quae reddebat licitum id, quod alias fieret illicitum: unde iam non dicitur, quod causa proxima repudiandi erat duritia cordis, sed diuina permissio. Causa remota erat duritia cordis, scilicet quod propter hoc Deus permisit, quia Iudaei erant duri corde: & ita dixit hic Christus, scilicet, ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses uxores dimittere, id est permissio facta est propter duritiam: & non dixit propter duritiam cordis dimittitis uxores vestras: illa autem permissio facit opus licitum quod alias esset illicitum: siue fiat propter duritiam, siue propter quamcumque aliam causam. Et cum dicitur, quod ea, quae facimus ex forti passione, facimus ex duritia cordis, & non excusamur. Dicendum, quod verum est, quando duritia cordis interuenit: quia illa non potest excusare. Si tamen Deus dimitteret per legem expresse ea, quae fiunt ex forti passione, sicut permisit libellum repudij, nihil eorum quae facimus ex passione esset peccatum: & tamen nihil illorum permissum est.

Ad secundum dicendum, quod Chrysostomus dicit, quod Moyses permittendo libellum repudij non ostendit iustitiam Dei, id est non ostendit istud opus esse in se iustum, sicut caetera, quae a Deo mandantur sunt in seipsis iusta, & rationabilia: istud autem non fuit mandatum,

Confutat alterius opin.

datum, sed permissum: ideo non ostenditur in eo Dei A iustitia, & tamen post permissionem efficitur licitum, quod prius erat illicitum: cum dicat ibidem Chrysostomus, quod Deus a peccato abstulit culpam peccandi, id est fecit, quod repudiando uxores non peccarent. Cum autem dicebatur, quod aut est iustum, aut iniustum repudium: concedendum est, quod est iustum: non quidem quasi in se habens aliquam causam iustitiae: sed quia per dispensationem, & permissionem factum est, quod non esset contra aliquam legem, per quod efficeretur iniustum.

Quare Deus non posuit expresse quantum ad Iudaeos permissionem pluralitatis vxorum.

Quaest. L.

QVAERETVR, quare cum Deus expresse posuerit permissionem in libello repudij: non posuerit expresse quantum ad Iudaeos permissionem pluralitatis vxorum: vtrumque enim eis licuit. Nam etiam licite accipiebant multas uxores simul, vt ostensum est supra, & tamen vtrumque erat contra ius naturale, & indigebat dispensatione, aut permissione: ergo in vtroque debuit poni expressa dispensatio, vel in neutro. Dicitur potest vno modo, quod etiam expresse posuit Deus de pluralitate vxorum quantum ad Iudaeos, Deuter. 21. si habuerit homo uxores duas vnam dilectam, & aliam odiosam. & ita in vtroque est expressa permissio.

In 932.

Aliter potest dici, quod posuit expresse de repudio, & non de pluralitate vxorum: quia repudium magis est contra ius naturale, quam pluralitas vxorum: nam pluralitas vxorum est solum contra secundaria praecipua iuris naturalis: vt ostensum est supra: libellus autem repudij est contra praecipua secunda, & interdum contra prima iuris naturalis: nam vt dictum est praecedenti quaestione, & quaest. 47. si detur libellus repudij completa educatione filiorum est, contra secunda praecipua iuris naturalis. Si autem quocumque tempore, id est non completa educatione, est contra prima praecipua iuris naturalis: sed id, quod est contra secunda praecipua, potest per opinionem hominum fieri licitum, nisi lex aliqua diuina, aut humana, aut consuetudo approbata in contrarium existat: contra prima praecipua iuris naturalis non potest licite aliquid fieri per quamcumque hominum opinionem, aut dispensationem, sed solum per diuinam dispensationem: ideo ad reddendum libellum repudij totaliter licitum, fuit potius necessaria dispensatio expressa, quam circa pluralitatem vxorum. Tertio, & praecipue, quia expressa permissio posita fuit de libello repudij: vt dictum est supra, ad dandum formam repudiandi. Nam si repudiandae erant uxores, oportebat teneri ad hoc certam formam, & non qualitercumque repudiare, & ista scribi debuit, & ob hoc expressum fuit de libello repudij: & forte si sola permissio esse deberet, non exprimeretur: circa pluralitatem vero vxorum nulla erat forma necessaria: sed quod acciperet quisque uxores suas, si vellet: ideo non fuit expressum circa hoc de permissione aliquid: quia tamen habendo plures uxores simul accideret forte contentio, vel iniustitia in modo tradendi haereditatem filijs diuersarum mulierum, dedit Deus legem de hoc Deuter. 21. si haberet quis duas uxores, quod non posset filium dilectum facere primogenitum, auferendo filium odiosae de gradu suo: circa libellum repudij multa oportebat exprimi: ideo de hoc fuit magis aperta permissio.

In 930.

In 947.

An vxori repudiate liceret accipere alterum virum, ita quod non peccaret. Quaest. LI.

QVAERETVR, an vxori repudiate liceret accipere alterum virum: ita quod non peccaret. Aliqui dicunt, quod licebat: quia in repudio magis erat iniquitas viri repudiantis, quam mulieris repudiate: cum propter duritiam cordis permissus fuerit libellus repudij, supra in litera, & tamen vir repudians uxorem poterat accipere aliam. Deuter. vigesimo quarto: ergo etiam vxor repudiata poterat accipere licite alium virum. Secundo, quia dicit Augustinus circa pluralitatem vxorum, quod quando mos erat peccatum non erat, & tamen circa repudium erat talis consuetudo in veteri testamento, quod repudiata acciperet alium virum, vt patet Deuter. vigesimo quarto, scilicet. Cumque egressa virum alterum duxerit: ergo non peccabat mulier alium accipiendo. Tertio, quia supra 5. capitulo, iustitiam noui testamenti ostendit Christus superabundantem ad iustitiam veteris testamenti, sed dicit ad iustitiam noui testamenti pertinere, quod vxor repudiata non ducat alterum virum: ergo licebat in veteri testamento repudiate ducere alterum virum.

Alij dicunt, quod repudiata peccabat accipiendo alterum virum: quia supra 5. capitulo, dicitur, qui dimissam duxerit machatur, & tamen machia nunquam fuit licita in veteri testamento, cum veteretur in decalogo, scilicet, noli machari, vel non machaberis: Exod. 20. & Deuter. 5. capitulo: Ergo non licebat repudiate accipere alterum virum. Secundo, quia Deuter. vigesimo quarto, dicitur, quod mulier, quae repudiata duceret alterum virum, polluta, & abominabilis facta erat coram domino, sed non iudicatur: quis pollutus coram domino nisi per peccatum: ergo peccabat mulier repudiata accipiendo alterum virum.

Dicendum, quod determinatio huius dubij pendet ex dubio determinato supra quaestione 48. scilicet, an peccaret vir repudiando uxorem: erant tibi duae opiniones: Quidam dicebant, quod peccabat, & quod permissio Dei solum operabatur, quod non puniretur repudians uxorem. Alij dicebant, quod non peccabat repudians. Secundum primam opinionem necesse est dici, quod mulier repudiata peccaret accipiendo alterum virum: quia vir peccabat repudiando eam, & accipiendo aliam, quia in hoc adulterium committere videbatur, vel si non committeret adulterium, eo tempore, quo licebat accipere plures uxores, saltem committebat iniustitiam repellendo uxorem suam: foemina autem peccaret committendo adulterium, quia secundum illam opinionem per repudium non soluitur matrimonium cum esset illicitum, & tamen mulieri non licebat accipere plures viros: ergo cum prior non desineret esse vir eius, non poterat alius esse vir suus, & ita cum quo committeretur, committeret adulterium. Tenendo secundam opinionem dicendum, quod non peccabat mulier accipiendo alium virum: quia licet libellus repudij in seipso non esset licitus, tamen ex Dei dispensatione licitus efficiebatur, & ita per illum soluebatur vinculum matrimonij, & ideo iam licebat mulieri accipere alium virum. Et quia ista positio est vera, vt ostensum est supra, dicendum est indubitanter, quod non peccabat mulier accipiendo alterum virum post repudium, quia ex permissione Dei fiebat licitus libellus repudij, & tamen per libellum repudij soluitur matrimonium quantum ad vinculum, vel essentiam suam, vt colligitur Deuter. vigesimo quarto: ergo mulier non pecca-

In 948.

ret accipiendo virum alium, quia sicut antequam virum haberet licebat sibi accipere, quæ vellet: ita cum dissolutum esset vinculum matrimonij inter eam & virum per repudium liceret ei accipere quem vellet: istam rationem ponit Apostolus ad Rom. 7. scilicet, quod mortuo viro mulier soluta est à lege viri: ita quod non erit adultera, si inueniatur cum alio: sed ita perfectè soluitur vinculum matrimonij per repudiū, sicut per mortem: ergo repudiata mulieri licebit accipere alium virum. Item patet, quia ex eadem permissione diuina, ex qua libellus repudij quantum ad virū repudiantem erat licitus, vt abijceret vnam, & acciperet aliam, fiebat licitum mulieri accipere alterum, & non solum alterum, sed quotiescunque fuerit mulier repudiata toties poterit accipere alium virum: quia dicitur Deutero. vigesimo quarto. Cumque egressa alterum virum duxerit: & ita accipiebat secundum virum per primum repudium: sed ponitur, quod ista posset eam repudiare si odisset illam, & consequenter tertius, & quartus: ergo licebat repudiata à secundo transire ad tertium, & ita deinceps. Item patet efficacius, quia si per libellum repudij non solueretur vinculum matrimonij, esset in peccato mortali tam vir, quam mulier post repudium transeundo ad aliud matrimonium: & ideo licet fortè Deus permitteret sic illos manere propter duritiem cordis Iudeorum, vt dicebat prima positio: tamen mortuo viro, ad quem transiit vxor repudiata, vel ipso eam iterum repudiante, si vellet vir, qui repudiavit primò vxorem, non solum liceret redire ad illam, sed etiam esset valde laudabile, quod redirent ad verum matrimonium, quod adhuc non fuerat dissolutum: sed manebat ex principio, & tamen non licebat viro primo accipere iterum vxorem, quam repudauerat Deutero. vigesimo quarto, scilicet. Cumque egressa virum alterum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus habere eam vxorem: ergo videtur, quod non manebat primum matrimonium, sed solum fuerat, quia aliàs Deus impediret expresse prohibendo redire homines de peccato ad bonum, quod est absurdum: ergo dissolutum erat primum matrimonium, & consequenter cum non teneretur mulier viro in aliquo, non redibat ad eum, neque redire permittebatur. Etiam patet, quia dicitur ibi, non poterit eam habere prior maritus: ergo videtur, quod ille non erat iam maritus: sed aliquando fuerat, & iam esse desierat, & ita mulier licet transibat ad alterum virum, & quodcumque repudiabatur poterat transire ad alium quemcumque: licet essent quædam personæ, quibus non licebat accipere in vxores mulieres repudiatas, scilicet sacerdotes, & hoc non quasi illæ non possent accipere viros: sed quia sacerdotes debebant habere mulieres honorabiles: ipsæ autem repudiatae, quia abiectæ fuerant, erant inhonorabiles, ideo non accipiebant eas: sicut etiam non accipiebant viduas in vxores, neque meretrices Leui. vigesimo primo. Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem: neque eam, quæ repudiata est à marito. Et dicitur ibidem de sacerdote magno: virginem ducet vxorem. Viduam autem, & repudiatam, & fordidam atque meretricem non accipiet: & ita sacerdotes minores non accipiebant repudiatas, aut meretrices: pontifex autem non accipiebat viduam, sed solam virginem: & ita repudiatae quantum ad se aptæ erant, vt acciperentur in vxores à quocumque, sicut ceteræ mulieres: licet quædam personæ erant, quibus non licebat eas accipere, vt dictum est, & ita non peccabat repudiata accipiendo virum alterum. Argumenta tria prima in contrarium: prima probant non peccas

In vet. tell. sacerdotes non poterant accipere mulieres repudiatas in vxores neque viduas neque meretrices.

re repudiatam accipiendo alium virum, ideo concedenda sunt. Ad duo in oppositum est respondendum. Ad primum dicendum, quod illud intelligitur quantum ad tempus legis nouæ: quia nunc est illicitum repudium, & ideo qui dimittit vxorem nunc, & ducit aliam, mæchatur: ita & si illa transeat ad alium mæchatur: tamen tempore legis veteris ex diuina dispensatione licitus erat libellus repudij: ideo tunc dimittens vxorem, & aliam accipiens non mæchatur, & etiam ipsa transiens ad alium virum non mæchabatur. Secus autem est nunc: quia vterque mæchatur. Et ita intelligitur pro nunc verbum Chrysofomi, qui dicit, quod repudians quatuor peccata committit: primum: quia quantum ad Deum est homicida: occideret enim vxorem nisi eam dimitteret. Secundum, quia dimittit non fornicatam, in quo casu solum lex Euangelij dimittere permittit. Tertium, quia facit eam adulteram. Quartum, quia facit adulterum: eum, cui copulatur, & hoc est si repudiat vxorem non accipiendo aliam. Si autem aliam accipit committit alias duas iniquitates: vna est, quia ipse mæchatur: alia est, quia mæchatur facit eam, quam accipit in vxorem: & sic sunt sex iniquitates. Ad secundum dicendum, quod non facit ad oppositum: non enim dicitur, quod polluta sit, id est quod polluat per peccatum accipiendo alium virum: nam litera permittit illi accipere alium virum cum repudiata est: sed dicitur, quod non accipiat eam vir primus, quia polluta est: & tamen certum est, quod sit repudiare vxorem esset illicitum, & peccaret repudiata accipiens alterum virum, quod non peccaret, imò iuste ageret redeundo ad primum virum, cuius adhuc maneret coniunx, & tamen dicitur, quod non poterit illam accipere vir primus, quia polluta est: ergo non apparet ex hoc, quod peccaret accipiendo alium virum: sed potius oppositum, cum non liceat primo viro eam reducere ad se. Quod autem vocatur mulier repudiata polluta dicit quædam Glossa, quod vocatur polluta, id est abominabilis effecta, respectu illius, qui eam repudiavit, & quasi pollutam eam dimisit: sed non est simpliciter polluta. Vel, vt alij volunt, dicebatur legaliter, & non realiter, vel in anima: sicut dicebantur polluti illi, qui tangebant mortuum, vel leprosum, & ista erat irregularitas quædam legalis, & ita sacerdotibus non licebat accipere in vxores repudiatas ab alijs. Sed dicendum, quod prima expositio est melior: Nam si esset polluta legali pollutione, nemini liceret eam accipere: vnde si viro priori tanquam pollutam accipere non licebat, neque liceret accipere alicui alteri: quia qui erat pollutus respectu vnius, erat pollutus respectu omnium, sed dicitur polluta, id est iudicio viri prioris tanquam polluta habita: quia aliàs eam non abijceret, & ideo non debet reducere ad se eam, quam pollutam iudicauit. Dicitur abominabilis coram domino, id est abominabilis viro suo coram toto populo. Nam repudiatio publicè fiebat: ita vt in notitiam omnium veniret, quæ autem publicè fiunt, dicuntur fieri coram domino: sic dicitur primo Regum 12. cum ait, Samuel ad populum: Ecce præsto sum: loquimini de me coram domino, & coram Christo eius: id est loquimini publicè contra me coram toto populo, & coram rege. Non ergo peccabat mulier repudiata accipiendo alium virum.

An

An licebat mulieri repudiare virum, sicut licebat e contra.

Quæst. LII.

**Q**VAERETVR, an licebat mulieri repudiare virum, sicut licebat viro illam repudiare. Dicendum, quod aut accipitur secundum conditionem veteris testamenti, aut secundum leges gentium, aut secundum statum legis Christi. Si primo modo dicendum, quod non licebat mulieri repudiare virum: repudium enim erat contra legem naturæ, & ideo non licebat nisi ex dispensatione saltem Iudæis, vt fuit declaratum supra: dispensatio autem vel permissio fuit ea, quæ habetur Deutero. vigesimo quarto: ideo non licebat plus, quam ibi exprimitur: sed ibi solum dicitur de viro, quod si acceperit vxorem, & non placuerit in oculis eius, quod dimittat eam, & det ei libellum repudij: ergo non licebat mulieri repudiare virum. Secundò, quia causa repudij non conueniebat mulieribus, quia, vt dicitur infra, causa repudij est odium, & timor de vxoricidio, quod ex odio sequitur, & sic dixit Christus in litera. Propter duritiem cordis libellus repudij datus est: & tamen in foemina non erat periculum odium contra virum: quia licet odisset non timeretur occisio: quia est impotens, & viribus minor, & non est ita feruens ira eius: ideo mulieri non concessum est posse repudiare virum, & ita in veteri testamento viro licebat repudiare mulierem totaliter soluendo vinculum matrimonij, mulieri autem non licebat repudiare virum recedendo ab eo, & accipiendo alium: neque etiam recedere ab eo subtrahendo debitum carnale, & obsequia cohabitationis non accipiendo alium virum, quia nihil tale expressum erat. Et satis conueniens erat, quod liceret viro repudiare vxorem, & non e contra: quia etiam alia licebant viro in matrimonio, quæ non licebant foeminae: sicut pluralitas vxorum ad eundem virum fuit licita tam Iudæis, quam Gentilibus, vt ostensum est supra, pluralitas, tamen virorum ad eandem vxorem nunquam licuit, neque fuit apud aliquam gentem in consuetudine, vt ostensum est supra. Tertio, & principaliter, quia mulieres sunt multum mutabiles, & cum sint subditæ viris, & corrigantur ab eis, pro facili causa, & sæpissime irascuntur, & ita quotidie darent libellum repudij: & ista esset quædam confusio intolerabilis, quam lex non debuit permittere: viri autem constantiores sunt, & tenacioris propofiti: & qui magis attendunt ad honorem suum, & quibus non offertur ita facilliter causa repudiandi, cum vxor sit viro subdita, & ita non sequeretur tantum inconueniens permittendo viro repudiare vxorem: vnde hoc permisit lex, & non illud. Quarto, quia permittendo vxori repudiare virum sequeretur inconueniens, quod intendebat euitare lex permittendo repudium: quia causa repudij est, ne viri indignati contra vxores, quas inuiti tenere cogenerent occiderent eas, & tamen si viri repudiarentur ab vxoribus, magis indignarentur contra eas: quia per repudium contemnitur repudiata: sicut dicitur Deutero. vigesimo quarto, quod mulier repudiata polluta, & abominabilis facta est coram domino. Si ergo repudiaretur vir à foemina, quæ est naturaliter minoris dignitatis, esset adhuc maior confusio, & verecundia, & ita viri non potentes tantam verecundiam tolerare, occiderent illas: & tamen ista erat causa, vt permitteretur repudium viris contra vxores: ergo non debuit permitti vxoribus, quod repudiarent viros. Quinto, quia ista lex videretur ignominiosa viris, & ideo nolent eam tolerare, & tamen Deus hoc prin-

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

cipaliter intendebat, quod leges datæ ab eo tales essent quas tolerare vellent Iudæi. Vnde ostendit eis mandata facilia esse ad obseruandum: Deutero. trigesimo capitulo: ergo non debuit concedere mulieribus repudiare viros. Si autem autem accipiat secundum ritum noui testamenti.

Dicendum, quod aut loquimur propriè de repudio, aut de diuortio. Si de repudio, dicendum, quod neque licet viris repudiare vxores, neque vxoribus viros: quia hoc Christus vetuit hic, & supra quinto capitulo: dicens, quod mæchatur, qui dimittit vxorem, & accipit aliam: & qui accipit dimissam etiam mæchatur. Si loquamur de diuortio dicendum, quod existente fornicatione, quæ sola ponitur causa diuortij, licet viro diuertere ab vxore, & vxori etiam à viro: quia in hoc æquales sunt, licet hoc non agunt auctoritate propria, sed Ecclesiæ: licet Christus de solo viro dixerit, quod propter fornicationem dimittere liceret ei vxorem: Ecclesiæ tamen iudicat eos ad æqualitatem: ideo tam viro, quam foeminae concedit diuortium facere, ostensa fornicatione alterius coniugis. Si autem accipiat apud Gentiles.

Dicendum, quod tam repudium, quam diuortium competeat eis, & sit differentia secundum leges humanas inter hæc, quia repudium vocant separationem sponsalium. Diuortium verò separationem matrimonij, & non erat apud Gentiles separatio quantum ad thorum, & mutua obsequia manente vinculo matrimonij, sicut fit inter nos, quia cogentur tunc ambo coniuges caste viuere, quod nunquam erat inter Gentiles: sed quodcumque fiebat inter eos separatio, fiebat quantum ad vinculum, & licebat post diuortium, vel repudium transire ad alterum matrimonium, & licebat viro repudiare vxorem, & vxori licebat repudiare virum, & generaliter mulieribus licebat viros repudiare, sicut etiam libetæ. Si autem patronus acciperet libertam suam in vxorem, non poterat liberta repudiare patronum nisi ex causa fidei commissi manumissa esset: vt patet ff. de diuor. & repud. patrono, & per totum titulum ibi conceditur vxori repudiare virum. Etiam Cod. de repudijs per totum titulum conceditur mulieri, sicut & viro ius repudiandi, & tamen assignantur certæ causæ ad repudiandum.

An viro repudiante vxorem liceret eam rursus accipere.

Quæst. LIII.

**Q**VAERETVR, an viro repudiante vxorem liceret eam rursus accipere. Aliqui dicunt, quod sic, quia cuiuslibet licet corrigere, quod male fecit: vir tamen repudiando vxorem, malum faciebat, saltem quantum ad causam faciendi, quia ex odio faciebat: ideo licitum erat ei reducere ad se repudiatam. Secundò, quia melius est non repudiare vxorem, quam repudiare, cum non repudiare sit de iure naturali, repudiare autem erat de permissione, quæ ad duritiem cordis facta erat, vt dixit Christus supra in litera: melius tamen est non vti permissione, quam vti: sed cum repudians reducit ad se vxorem repudiatam, habetur ac si non repudiasset reintegrato matrimonio in priorem statum: ergo melius est reducere repudiatam, quam non reducere, & consequenter licebat hoc fieri. Tertio, quia semper fuit licitum parcere peccanti: est enim præceptum morale, quod semper manet, & tamen quando vir repudiabat vxorem, ideo fa-

N a ciebat



iebat quasi illa aliquid contra eum ageret, vel haberet: cum autem reducit eam ad se, est parce peccanti: ideo semper licuit reducere repudiatam. Quarto, quia Deuter. 24. videtur poni causa quare vir non possit accipere vxorem repudiatam, scilicet, quia polluta est, & abominabilis: sed non videtur pollui repudiatam antequam transeat ad alterum virum: ergo saltem antequam transeat ad alium licebat viro reuocare ad se repudiatam: quia non erat tunc polluta. Dicendum, quod postquam vir repudiaret vxorem, non licebat ei reuocare illam ad se: quia dicitur Deuter. 24. Cumque egressa alterum virum duxerit, aut ille quoque oderit eam, aut certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus eam habere, quia polluta est. Et considerandum, quod circa repudium duo erant permessa, & duo precepta. Primum permittitur abijcere vxorem: secundum erat accipere aliam, & quod illa alium virum acciperet. Primum mandatum erat libellum dare: quia non poterat repudians abijcere eam nisi daret libellum repudij in manu eius. Secundum erat, quia vir repudians non haberet eam postea: & quia contingebat a multis repudari, de quolibet erat sic, quod non poterat eam ad se reducere post repudium, quia eadem ratio erat de omnibus viris repudiantibus eam: & tamen non apparet an nullo modo posset repudians eam ad se reducere: quia litera exprimit duos modos solum. Ideo videtur dicendum, quod si mulier repudiata non acciperet virum alium, & repudians etiam poeniteret antequam acciperet aliam vxorem, quia erat quasi res integra, poterat reducere vxorem ad se. Vel dato, quod vir duxerit aliam vxorem: si vxor repudiata non acceperit alium virum, posset eam recipere. Si autem illa transfisset ad alium virum, siue ille eam repudiaret, & ita maneret soluta, vel forte moreretur, non poterat iam accipere eam primus vir: quia lex repugnat in his casibus, scilicet, cumque egressa alterum virum duxerit, & ille quoque oderit eam, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus habere eam vxorem. Alij autem volunt, quod nullo modo licebat reducere repudiatam: etiam si neuter transfisset ad alia vota. Sed isti non videntur loqui rationabiliter, cum lex determinauerit solum istos casus duos in quibus non posset reducere repudiatam. Nam si vellet nunquam posse repudiatam reduci ad virum repudiantem, diceretur: cumque egressa fuisset non poterit maritus, vel repudians iam habere in vxorem, sed non dicit hoc. Ideo videtur dicendum, quod repudiata mulier, aut transfibat ad alium, aut non: si transfibat ad alium, non poterat reuocare eam prior maritus: etiam si repudians, & repudiatam consentirent: quia cum per repudium solum fuisse matrimonium, & potuerit mulier alium virum accipere, fuit causatum matrimonium cum secundo, & ita illo viuente, & non repudiante non poterat ipsa transfire ad alterum neque redire ad priorem: quia esset adultera dimittendo virum proprium, & transeundo ad alienum: & quia iste casus manifestus erat, nihil de eo locuta est lex: certum quippe erat, quod vxor vnus non poterat transfire ad alterum. Si autem mulier transfuit ad alium, qui etiam repudiavit eam, vel esset mortuus: erat dubium an posset redire ad priorem, qui eam repudiauerat: eo quod tunc soluta erat, ita quod non impediretur ad eum, vel ad alium ire matrimonialiter, & in hoc casu voluit lex, quod non posset eam recipere: & ideo, etiam si ambo consentirent, non poterat redire mulier ad alium virum. Et hunc casum expressit litera, vt dictum est. Si autem nondum transfierat mulier repudiata ad alium virum, aut ipsa consentiebat redire ad eum, aut non. Si non con-

In quo casu vir vxorem repudiatam reducere poterat in veteri testamento.

fentiebat, non poterat eam vir reducere: etiam si ipse non accepisset aliam: quia matrimonium iam solutum fuerat per repudium: ideo non poterat eam habere nisi per nouum contractum matrimonij: sed in tali contractu requiritur consensus: ideo non poterat eam reducere, nisi ea de nouo consentiret in eum. Si autem ipsa consentiebat redire ad eum, non videtur quare non posset, quia poterat illa contrahere cum quocunque non prohibito contrahere, & tamen non erat prohibitum expresse repudiantem in hoc casu reducere ad se vxorem: ideo videtur, quod poterat. Ad primum dicendum, quod licitum est corrigere cuiuslibet malum, quod fecit: quando illa correctio non redundat in preiudicium alicuius, sicut si quis incaute donauit res suas, non licet ei corrigere donationem male factam: cum qua situm fuerit iam ius ei, cui res donata est. Etiam iudex, si male pronunciauit, & conuictus ei postea, quod male pronunciauerit, non potest quando voluerit emendare errorem suum reuocando sententiam suam. Et maxime non licet alicui emendare factum suum, quando emendatio redundat in maius malum. Et ita erat in reuocatione vxoris repudiate: quia potius erat bonum non permittere reuocationem repudiarum, quam permittere: quia euitabatur per hoc occasio repudiandi, vt dicitur sequenti quaest. Ad secundum dicendum, quod licet melius sit non repudiare, quam repudiare, tamen non est melius reducere repudiatam, quam non reducere: imo melius erat non reducere, quia concessa reductione repudiarum, sequebantur mala, propter quae euitanda concessum fuerat repudium, & non concedendo reductionem non sequebatur inconueniens. Ad tertium dicendum vno modo, quod semper licitum fuit parcere peccanti quantum ad rancorem, non tamen quantum ad poenam taxatam a lege, vt a Deo: quia non possunt iudices tollere hanc poenam quando a Deo taxata est, sicut in poenis positus in lege Moysi, quae a Deo taxatae erant, & non solum quantum ad iudices, qui sunt executores, & ministri legum: sed etiam quantum ad personas priuatas: sicut in quibusdam criminibus, vt in idolatria peccabat ille, qui occultabat peccantem, sed tenebatur eum prodeire, etiam si esset filius, aut vxor, vel frater, aut soror. Deuter. 13. & 17. Et quia Deus taxauerat hic poenam, vel dederat certam determinationem, scilicet, quod non reduceret repudians ad se repudiatam, ergo non licebat reducere. Aliter potest dici, quod non erat hoc proprie parcere delinquenti, quia in repudio maior erat iniquitas repudiantis, quam mulieris repudiate, & ita non erat parcere: sed velle vt iure priori. Et iustum erat, quod priuaretur vir iure priori, qui fuerat in culpa repudiando vxorem, & ita non haberet ad eam recursum. Ad quartum dicendum, quod etiam si mulier non transfisset ad alium virum, non licebat repudiantem reducere eam ad se quasi iure suo: quia per diuortium, id est repudium solum fuit matrimonium, & ita nullum ius manebat alteri in alterum ad hoc, quod posset vir reuocare mulierem: sed oportebat, quod de nouo contraherent si deberent iterum esse coniuges, & tamen hoc non fit sine nouo consensu: ideo non poterat eam ad se reducere nisi ipsa expresse consentiret in eum.

Quare

Quare non poterat vir reducere ad se vxorem repudiatam. Quast. LIIII.

QVAERETVR, quare non poterat vir reducere ad se vxorem repudiatam. Dicendum, quod primo fuit ad tollendum facilem occasionem repudij. Si enim repudiantem liceret reducere ad se repudiatam, moueretur ex facili causa ad repudiandum, cum esset ad eam recursus: si autem scirent viri interdictionem esse eis potestatem reuocandi vxores repudiatas: scientes, quod forte postea poeniteret eos abiectione illas, & non esse amplius recursum, & ita torquerentur praedeciderio prioris conuersationis: non mouerentur facilliter ad repudiandum. Deus autem hoc volebat, quia cum repudium malum esset, volebat dissuadere illud Iudaeis quantum posset, & iste erat vnus modus dissuadendi. Secundo, & principaliter fuit propter timorem periculi: nam vir repudiavit vxorem, qui oderat eam: si autem reduceret eam, posset iterum concitari ad odium contra ipsam, & quia non esset licita secunda repudiatio moueretur ad occidendum eam: & quia hoc erat propter quod concessum erat repudium, non debuit concedi reuocatio ne sequeretur inconueniens, quod lex intenderat euitare per repudium: & ista causa exprimitur Deuter. 24. scilicet, Non poterit prior maritus habere eam: quia polluta, & abominabilis facta est coram domino, ne peccare facias terram tuam: id est mulier reputata fuit a viro vt polluta, & abominabilis: & ita peccaret forte concitatus in odium occidendo eam, hoc est ne peccare facias terram tuam, id est viros terrae tuae, scilicet, quia si prior vir reduceret eam ad se: cum iam abominatus esset illam, posset eam ex magno odio facilliter occidere: in quo committeretur magnum peccatum, & pollueretur terra sanguine innocente, quod valde displicet Deo. Numeri trigesimo quinto, & Deuter. decimo nono. Tertio, quia iustum erat, quod vir propter culpam priuaretur iure communi, qui per culpam priuauerat se, & vxorem suam iure particulari: habebat enim vir potestatem in corpus mulieris, & mulier in corpus viri. 1. Corin. 7. & vir repudiando vxorem priuauit se potestate petendi debitum, & illam etiam priuauit hac potestate, & in hoc fuit in culpa: ideo auferitur ei in poenam ius, quod omnibus alijs competit. Nam cum muliere soluta licet cuiuslibet contrahere, nisi sit in gradu prohibito, & ideo cum repudiata sit soluta, & repudians non sit ad eam in gradu cognationis vitio, liceret ei, sicut & ceteris de populo contrahere cum illa: quia tamen ipse fuit in culpa repudiando, lex priuauit eum hoc iure, quod ceteris competit, & eis competeret. Et iustum est hoc, quia autem vir repudiavit vxorem propter causam omnino iustam, aut sine tali causa: si sine tali causa, ex hoc fuit in magna culpa, & meretur priuari iure reuocandi eam. Si autem fuit causa iusta, non deberet eam reuocare, vel si forte etiam causa iusta repudiandi fuit: animus tamen viri recordatus praeterita conuersationis flectitur ad amorem repudiate, in culpa est, quia debuit praecogitare an ipse flexibilis esset, & non ageret id, de quo poeniteret: & ita omnino est iustum, quod non redeat ad repudiatam nisi in casu, in quo ipsa nondum transfierat ad alium, & consentit ipsa redire ad eum, quia tunc non est inconueniens, vt dictum est praecedenti quaestione, cum non sit contra literam. Siquis tamen velit tenere, quod etiam in hoc casu non poterat redire vxor ad repudiantem, ita quod in nullo casu rediret, non est inconueniens, neque resistimus: satis enim potest rationabiliter illud dici, cum videantur omnes tres causae praecedentes manere, scilicet facilliter Alph. Tost. super Euang. Matt. Pars V.

tas repudiandi, & timor de vxoricidio, & iusta causa priuandi hoc iure, qui vxorem indebitè repudiauerat: & ideo vtrumque teneri potest satis rationabiliter.

Amliceret ex omni causa repudiare, vel ex aliquibus determinatis, & quae essent illa. Quast. LV.

QVAERETVR de causis repudij, an liceret ex omni causa repudiare, vel ex aliquibus determinatis, & quae essent illa. Aliqui dicunt, quod odium esset causa repudij, quia dicitur Mala. 3. capitu. Si odio habueris dimitte eam, quod est repudiare. Secundo, quia Deuter. 24. dicitur: Si non inuenerit gratiam in oculis eius, & hoc erat odium illam, ergo erat odium causa repudij. Tertio, quia ex duritia cordis processit permittit, vt dicitur supra in litera, & tamen duritia cordis est odium, ergo odium erat causa repudij. Aliqui dicunt, quod non erat causa odium, sed aliquid aliud: nam per repudium soluitur matrimonium, & quia quodlibet soluitur ab eo, quod est sibi contrarium, erit dissolutio matrimonij per illa, quae repugnant ei, & tamen fornicatio, & sterilitas, & similia magis repugnant matrimonio, quam odium: ideo ista potius debent poni causa, quam odium. Secundo, quia odium potest causari ex virtute eius, quem odio habemus: si ergo odium esset causa sufficiens repudiandi posset mulier repudiari propter aliquam virtutem, vel excellentiam virtutum: hoc autem est absurdum, ergo non est odium causa repudij. Tertio, quia Deuter. vigesimo secundo, dicitur de illo, qui oderat vxorem suam, & obiecit ei nomen pessimum, dicens: non inueni eam virginem, & succubuerit, quia verberabitur, & condemnabitur in centum iulis, & non poterit dimittere vxorem toto tempore vitae suae, & tamen iste oderat vxorem, & ex odio istud faciebat: ergo apparet, quod odium non erat causa sufficiens repudij. Et apparet dupliciter, quia si esset causa sufficiens repudiandi, non oporteret, quod ad hoc, quod eam abijceret opponeret ei nomen pessimum, scilicet non inueni eam virginem: sed poterat dimittere, si oderat. Secundo, quia postquam condemnabatur in centum iulis, & flagellabatur propter vxorem, certum est, quod oderat eam, & tamen non licebat ei dimittere illam per totam vitam, ergo non erat odium causa sufficiens repudij.

Odium sufficiens repudij causa non esse.

Dicendum, quod circa hoc est opinio quorundam, quod propter solam fornicationem dabatur libellus repudij, quia ita Christus asseruit respondens Iudaeis, quando quaesierunt an ex quacunque causa liceret dimittere vxorem, & ille dixit, quod propter solam fornicationem licebat dimittere. Item istam opinionem videntur tenere quidam Iudaeorum. Abben Ezra, qui fuit peritus, & ingeniosus inter eos, voluit, quod propter solam fornicationem praesumptam posset vir repudiare vxorem: vt si forte vir praesumit, quod vxor sua fornicata est, vel quia forte vidit, & testibus probati non potest adulterium, repudiabit eam. Sed dicendum, quod non stat: quia necesse est poni multas causas repudij, vel omnem causam esse sufficientem. Et quando Christus dixit, quod non licebat nisi propter solam fornicationem. Dicendum, quod non tacit ad propositum. Primum, quia Christus statuit ibi ius nouum, & non asseruit quid esset de iure antiquo, & ideo verum est, quod iam non liceret dimittere vxorem nisi propter fornicationem, & tamen

Probatio pulchra huius contra heresi fratrem, qd afferit, qd ecclesia faciendo male statuit. vide infra. q. 4. literac. & q. 75.

tamen in veteri testamento licebat ex multis causis. Secundò patet, quia si intelligeretur, qd Christus hoc dicens declarabat quid seruandum fuisset in veteri testamento, oporteret sic seruari, vt ipse dixit. & tamen quando ipse dixit, qd non licebat dimittere nisi propter fornicationem: nò intellexit de dimissione quantum ad vinculum, qd soluatur matrimonium, & liceat transire ad alia vota, sed solum de dimissione quantum ad thorum, & cohabitationem. Quod patet primò, qd aliàs liceret repudiata transire ad alium virum, & repudianti accipere aliam vxorem, & tamen ipse dixit, qd vir dimittens vxorem, & accipiens aliam mechatur, & qui accipit dimissam mechatur, vt patet supra 5. capitu. & supra in litera: ergo non intelligitur de dissolutione vinculi matrimonialis. Secundò, quia si sic intelligeretur, obseruaret illud sic Ecclesia, quæ tenet mandata Christi ad literam, & in verò intellectu eorū, & tamen Ecclesia pro nulla causa concedit dissolui matrimonium, quod semel fuit verum, etiam si postea interueniat adulterium. Et colligitur hoc 1. Corin. 7. scilicet, qd vir, qui vxorem abiecerit reconcilietur eam, vel maneat in nuptus: ergo non intelligitur dictū Christi, qd ex causa fornicationis liceret dissolui matrimonium, & tamen certum est, qd quando repudiabatur vxor, solvebatur totaliter vinculum matrimonij, cum permitteret Deus viro accipere aliam, & repudiatā transire ad alium virum: Deuter. 24. cap. ergo non intelligitur dictum Christi de repudio eo modo, quo accipiebatur in veteri testamento, & consequenter neque causa ab eo expressa erat sola causa repudij illius quod fiebat in veteri testamento: sed sicut Christus nouum ius statuit, & de re nouat. scilicet de diuortio, quod non est repudium: ita posuit nouam causam illius diuortij, quæ non erat sola in repudio veteris testamenti. Tertiò patet, quia non obseruabatur sic apud Iudeos tempore Christi, neque sic obseruatum fuerat aliquando: nam quando Christus dixit, qd non licebat dimittere vxorem nisi propter fornicationem, dixerunt discipuli: si ita est causa hominis cum vxore sua, non expedit homini nubere: & tamen si ante hoc fuisset ista lex ita obseruata inter Iudeos, sicut Christus dicebat, non putaret discipuli esse rem granem: ideo videtur, qd non seruabatur sic, qd pro sola fornicatione repudiaretur vxor. Ad dictum Rabbi Auen Ezra dicendum, qd non stat: nam si propter solam fornicationem veram, vel præsumptam fiebat repudium, non oportebat, qd fieret repudium, quia erant alia remedia sufficientia: nam aut fornicatio erat talis, quam poterat vir probare, aut non. Si posset probare, accusaret vxorem, & lapidaretur. Leuit. 20. & etiam si fornicatio fuisset ante contractum matrimonij, occideretur mulier. Deuter. 22. Si autem esset occulta, quam non posset vir probare, vt quia testes defunt, vel fortè nescit, sed suspicatur, erat remedium de aquis probationis, quæ vocantur maledictæ, quas si biberet mulier, quæ fornicata fuerat, rumpebatur femur eius. Num. 5. & ita propter fornicationem veram, vel præsumptam, apertam, vel occultam non erat necesse dari libellum repudij. Secundò patet, quia si repudium fieret pro sola fornicatione vera, vel præsumpta: quando cūque aliqua mulier repudiaretur, iam sciretur, qd propter fornicationem repudiabatur, & ita vel constaret de fornicatione, vel saltem esset mulier infamata de fornicatione. Vnde nemo vellet accipere in vxorem eam, quæ erat repudiata, & tamen accipiebatur repudiata multis: ergo non erat ista sola causa repudiandi. Ideo dicendum, qd vel ex quacunque causa voluntaria poterat repudium, vel non fiebat ex sola causa præsumptæ fornicationis. Et patet hoc, quia si repu-

dium fieret propter præsumptam fornicationem, aut exprimeretur in repudio causa ista, aut non. Si exprimeretur, oportebat qd vir probaret eam, & si succumberet in probatione, puniretur quia infamauit vxorē, vt separaret a se, & talis non poterat repudiare, sed si de facto repudiaret cogebatur reducere, vxorem ad se, & insuper puniretur, sicut patet Deuter. 22. de illo, qui opposuit vxori suæ nomen pessimum dicens, non inueni eam virginem: nam verberabatur, & condemnabatur in pecunijs, & non poterat in tota vita sua repudiare vxorem. Si autem non exprimeretur fornicatio, sed tacitè subintelligeretur, & repudiaretur vxor, posset vir ex quacunque causa repudiare, cum tacita causa repudij, non posset sciri an propter fornicationem, vel propter alias causas repudiaretur vxor. Quòd autem dictum est de expressa fornicatione, qd oportebat eam probari: verum est si opponatur mulieri tanquam certa, & ad finem puniendi eam per legem: secus si ad finem quietandi animum suum, quando fornicatio non opponebatur, vt certa: sed quia suspecta erat mulier viro de fornicatione, & volebat cogere eam ad subeundum purificationem aquarum maledictarum, non erat sola fornicatio vera, vel præsumpta causa repudij. Aliqui Thalmudistæ dicunt, quòd non licebat ex omni causa repudiare, sed solum propter feditatem aliquam, & dicunt, qd aut illa feditas, vel causa venit ante matrimonium, vel post: si ante matrimonium, vel erat occulta, vel apparens: si occulta, dicunt qd poterat mulier repudiari, quia fuit fraus in contractu matrimonij, cum non potuerit parere vitium vxoris, quod illa callidè abscondit, sicut qui vendunt iumenta morbosa suppressis vitijs eorum: si autem erat feditas apparens, non poterat eam repudiare: sibi enim imputet, quia talis sibi ante placuit. Si autem post contractum matrimonium veniebat feditas: dicunt qd nunquam fiebat repudium, nisi propter fornicationem. Sed dicendum, qd ista positio non stat. Primò, quia Iudæi erant duri corde, & poterant incidere in magna odia contra vxores pro alijs causis accidentibus post matrimonium præter fornicationem. Etiam pro causis existentibus ante matrimonium, quæ aperte erant: vt si mulier erat diues, vel pulchra, & haberet aliquam feditatem cognitam, vt si esset diues, & tamen turpis facie, aut agra, vel agrotatiua, aut si erat decora, & tamen manifestè erat prauorum morum, & concubina, & pulchritudinis, aut diuitiarum copia faceret non attendere, vel non curare alias feditates, deinde consummato matrimonio incurreret vir in tam graue odium vxoris, qd si non separarentur occideret vir eam, videtur qd tunc separarentur, & ita non est vera distinctio data. Et patet de hoc Deuter. 21. vbi dicitur de illo, qui in medio captiuorum inuenit mulierem pulchram, quam non poterat carnaliter cognoscere nisi duceret in vxorem: & dicitur, quòd si postea nò placeret ei de ea, quòd non venderet illam, sed dimitteret liberam. Secundò patet, quia ista distinctio causarum data a Iudæis, & similes videntur procedere de quadam æquitate, & iure, & tamen in concedendo repudium non consideratur ius, sed duritia cordis: non enim concessum fuit repudium quasi bonum esset, quòd est esse de iure, vel æquitate: sed permissum est propter duritiam cordis Iudæorum, scilicet ad duritiam cordis eorum, vt dicitur in litera, & tamen duritia cordis ex multis alijs causis nasci poterat, quàm ex dictis, quæ interdum ante matrimonium, & interdum post matrimonium euenirent: ideo non solum ex istis, sed etiam ex alijs dabatur repudium.

Dicendum igitur, qd causa immediata repudiandi erat

Quæ fuit immediata causa repudij.

Causa quæ b' Hebræi vxores repudiabant non erant determinata.

erat vna, id est causa quare Deus permisit repudium, & est timor de vxoricidio, & hoc Christus innuit, cum dicit, ad duritiam cordis libellus repudij datus est: non quidem qd ipsi dabant libellum repudij ex duritia cordis: sed qd Deus permisit illum dari propter duritiam cordis, quia cum essent duri corde, si nò permitterentur abicere vxores, quas odissent, occiderent eas. Causa autem proximior homicidij erat odium, ex quo moueretur vir ad occidendum vxorem, & ideo odiū est sola causa repudiandi. Et ita innuit Mala. 2. Custodite spiritum vestrum, vxorem adolescentiæ tuæ noli despiciere: cum odio habueris, dimitte. Et ita dat regulam, qd pro quocunque odio eam abiciat, scilicet si est odium perseverans, ita qd manente vxore necesse sit despiciere illam, aut affigere. Nam si odium leue est, & transiens, non oportet dimittere, sed melius est fingere animum conhibendo iram. Etiam apparet Deut. 24. vbi ponitur origo repudij, scilicet: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenierit gratiam ante oculos eius: sed non inuenire gratiam est odisse mulierem: quia necesse est, qd vir diligat vxorem suam, aut oderit, cum habeat ad eam tantam conuersationem: si diligit inuenit gratiam, si ergo non inuenit gratiam, odit eam, & ita vbiq; ponitur odium pro causa repudij, & est ista causa immediata: odium tamē oritur ex alia causa semper. Et ideo circa hoc rursus quidam dicunt esse certas causas, ex quibus odium insurgeret ad repudiandum, & non ex omnibus. Et dicunt aliqui, qd repudium non poterat fieri nisi propter causam aliquam superuenientem matrimonio, & non propter quamlibet talem: sed solum propter illas, quæ impediunt bonum prolis: siue in corpore, vt sterilitas, aut lepra, vel simile; siue in anima, vt si esset malorum morum, quos filij inde nati imitarentur. Sed dicendum, qd non sunt istæ causæ solæ: nam si causæ stantes ante matrimonium contractum sufficienter ad occidendam vxorem, à fortiori sufficienter ad repudiandum, & tamen fornicatio commissa ante desponsationem, si obijceretur post desponsationem facebat lapidari mulierem Deuter. 22. c. A fortiori ergo sufficienter ad repudiandum. Etiam quia cum causa immediata repudij sit odium, vt dictum est, & ex multis alijs causis posset odium nasci: necesse est, qd aliæ sint causæ remotæ repudij, & omnes istas intellexit Deus per foeditatem cum ait, & non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam foeditatem. Et illam foeditatem volunt aliqui esse solam fornicationem. Sed hoc non stat, vt supra ostensum est. Etiam patet manifestè ex ipsa litera. Nam si sola fornicatio vera, vel præsumpta esset causa repudij, esset vna causa remota, & tamen non stat, quia dicitur propter aliquam foeditatem: ergo videtur, qd ista foeditas nò sit aliquid vnum determinatum: quia tunc diceretur, & non inuenierit gratiam ante oculos eius propter foeditatem. Dixit tamen propter aliquam foeditatem: ergo videtur, qd non sit aliqua vna res determinata illa, ppter quam fiebat repudium, & ita non erat propter solam fornicationem, & ista est probatio necessaria. Est ergo dicendum, qd non erat fornicatio sola causa repudij, sed multæ causæ. Quod etiam sancti doctores tenent: sic dicit August. & est Glo. Deuter. 24. (Multæ erant in lege causæ dimittendi vxores: Christus solam fornicationem excepit: cæteras molestias iubet pro fide, & castitate coniugij sustineri. Et dicendum, quòd ista causæ, non erant determinata: sed omnes quorquor posset mouere Iudæos ad odium vxorum. Et hoc apparet esse necessarium: nam si determinatæ dentur causæ, conijceret ex aliquibus alijs causari odium virorum contra mulieres, & tunc si non liceret repudiare ex illis causis, cresceret odium, ita vt viri occiderent mulieres.

Alph. Toff. super Euang. Matth. Pars V.

propter duritiam cordis eorum, & tamen ad uitandum istud periculum, quod prouenit ex duritia cordis, permissum est repudium: ergo omnes causæ ex quibus possunt talia odia prouenire, erant causæ repudij: sed istæ causæ non possunt esse determinata, cum infinitis modis homo possit concipere odium contra vxorem, ideo non poterant esse determinata, sed quæcunque. Et ita est verum, quòd licebat dare repudium ex quacunque causa, sicut quæsiuerunt Pharisei: quia negata aliqua quantumcunque esse leuis, posset inde tantum odium concipi in Iudæis, qui erant duri corde, quòd vxores occiderent: ideo ex quacunque causa quantumcunque voluntaria licebat dari bellum repudij, id est, quòd verè dicebatur matrimonium, & licebat transire ad aliud matrimonium: licet illi, qui ex leuibus, & irrationabilibus causis repudiabant vxores peccabant, non quidem in ipso repudio, quia verè tenebat, sed in motu repudij. Et hoc consonat dictis Hieronymi, scilicet: Moyses cum videret propter desiderium coniugum secundarum, quæ vel ditiores, vel iuniores, vel pulchriores essent, primas vxores interficere, & malam vitam ducere: male it indulgere dissidiis, quàm odia, & homicidia per se rare: & tamen nulla causa leuior, aut irrationabilior esse poterat, quàm velle dimittere vxorem primam ad habendum aliam iuniorē, aut ditiorē, vel pulchriorem. Et propter talem causam dixit Hieronymus permitti repudium, vt non sequantur odia, & homicidia: ergo nulla causa quantumcunque leuis esse poterit, ex qua sequi possit odium viri ad vxorem, quæ non sit causa repudij, & ita ex omni causa licet dari libellum repudij. Ista vera sunt de repudio secundum consuetudinem legis Moysi, secus secundum leges humanas: nam certæ causæ erant ad hoc, quòd vir repudiaret vxorem, vel vxorem suam. Et ponuntur C. de repudijs, consensu, & dicitur de viro, neque liceat ei, id est viro sine causis appetius designatis ppiam repudiare iugalem: neque villo modo expellat nisi adulteram, vel veneficam, aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulchrorum violatricem, vel dissolutricem, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, aut latronum fauoricem, aut extraneorum virorum viro suo ignorante, vel nolente conuicia appetentem, aut ipso iuncto sine iusta, & probabilis causa toris pmostantem, theatralibus, vel arenarum spectaculis in ipsis locis, in quibus hæc assident celebrari viro prohibente gaudentem, sibi veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem: aliquid machinanti- bus se conciam seu falsitatis seu criminum inuasi- scentem inuenerit, aut manus audaces sibi probauerit ingerentem: tunc necessariam ei permittimus facultatem discedendi, & causas dissidij legibus comprobare, id est in iudicio. Si autem mulier velit repudiare virum, ponuntur causæ in eadem, scilicet. Si causa igitur maritum suum adulterum, vel homicidam, vel veneficam, vel contra nostrum imperium mouerit: si falsitatis crimine condemnatum inuenierit: si sepulchrorum dissolutorem: si sacris ædibus aliquid subtrahentem, latronem, vel latronum fuscptorem: rem abactorem, id est abiguum, siue furem pecorum, aut plagiarium, vel ad contemptum sui domus, ne ipsam insipientem cum impudicis mulieribus (quod maxime castas exasperat) coeuntem: si suæ vitæ veneno, aut gladio, aut simili modo insidiantem: si eam verberibus, quæ ab ingennis aliena sunt afficientem probauerit: tunc repudij auxilio vti necessariam ei permittimus libertatem, & causas dissidij legibus comprobare, id est iudicialiter: Et ita laxiora s'igna repudij erant inter Iudæos, quàm postea fuerunt in legibus gentium. Erratio differentia est, quia repudium in legibus gentium concessum quasi ex quadam

N 4 equi.

zquitate procedere videbatur, & ideo sola causa, quae erant aequaliter rationabiles assignabantur: Judaeis vero ad duritiam cordis datus est libellus repudij ne odio afficerent, aut contemnerent vxores: ideo omnes causas, quae ad odium mouere poterant erant eis necessariae, & sufficientes causa repudij: sed in hoc legibus gentium erat fauor mulieribus, quia ex eisdem causis poterant repudiare viros, ex quibus viri eas, & ita ad paria indicabantur: quod inter Iudaeos non fuit, quia vxoribus non licebat repudiare viros, vt dictum est supra.

Ad prima argumenta tria non est respondendum: sed concedenda sunt, qd verum concludunt. Ad primum pro opposito potest dici, qd sterilitas, & lepra, & similia non distinguuntur contra odia in causis repudij, quia odium est causa immediata repudiandi, & est vnica. Caetera causa sunt mediate in quantum prouocant ad odium, & ita sterilitas, & lepra, & similes habent se, vt antecedentes ad odium, ideo non distinguuntur, sed tota causa repudij ponitur odium, quia ipsa sola est immediata.

Aliiter potest dici, qd etiam si odium, & sterilitas, lepra, & similia ponerentur causae immediatae repudij, esset causa principalior odium: quia libellus est datus propter duritiam cordis, vt Christus dixit: sed poterat esse aliquis, cui non displiceret sterilitas vxoris, neque moueretur ad repudiandum, & ex alia leui causa concepto odio vellet eam, aut occidere, aut abijcere: ideo odium est simpliciter causa repudij.

Virtus per se est amoris causa.

Ad secundum dicendum, qd vxor non potest esse odiosa viro propter virtutem: nam virtus per se non potest esse causa odij, cum sit causa amoris: quia bona est, & bonum omnia appetunt, & non odertur: sed per accidens virtus alius repugnat alteri, & ita virtuosum potest quis odisse, & tamen primum fundamentum odij non potest esse virtus: sed quia forte virtuosus auferit honorem, aut vilitatem nobis, propter quod eum odetimus, etiam si iuste agat: & quia dum virtuosus fuerit forte potentior erit ad nocendum nobis, vel impediendum, poterimus per accidens odisse virtutes illius, & tamen fundamentum, & origo odij non potuit incipere ex virtutibus: ita nemo potest odisse in vxore illam, sed propter aliam causam, cui per accidens potest adiungi virtus.

Ad tertium dicendum, qd vir, qui infamauerat mulierem, puniebatur, & sicut verberabatur, & condemnabatur in centum siclis argenti: ita & dabatur sibi in poenam, qd non posset repudiare puellam in aeternum, & iustum erat, qd ille qui iniuste abijcere voluerat vxorem, occidi eam faciendo, condemnaretur, qd nunquam eam posset repudiare, scilicet pro causa voluntaria. Nam si illa incidere postea in crimen fornicationis, non solum repudiare, sed etiam accusare ad mortem ipsam poterat. Et cum dicitur, qd non poterat ex solo odio repudiare vxorem: quia alius iste, qui abijciebat eam nomen pessimum, cum constet, qd odisset eam, repudiaret illam, & non oporteret, qd accusaret, & exponeret se periculo poenae si succumberet.

Dicendum, qd odium iusticiebat ad repudiandum illam ex quacunque causa illud proueniret: neque oporteret causam illam exprimi, & tamen vir, qui infamauit vxorem dicens, non inuenit eam virginem: non solum intendebat abijcere vxorem, sed illam occidere faciens, qd lapidaretur si constaret, quod dicebatur, & ad hoc oportebat eam accusare, & exprimere causam, istam. Si autem intendisset solum eam abijcere, non oportebat infamare illam, neque exprimere causam neque se subijcere periculo poenae. Cum autem dicitur, quod certum est, quod iste vir odit mulierem illam postquam verberatus est pro ea, & cogitur cogi-

re ad eam, & tamen non potest repudiare eam. Dicendum, qd verum est, quod odium sufficit ad repudiandum ex quacunque causa prouenerit, & tamen iste specialiter priuatur iure illo propter causam dictam, sicut & verberatur, quod grauius est.

Quare mulieri repudiata dabatur libellus.

Quaest. LVI.

QVAERETVR, quare mulieri repudiata dabatur libellus. Dicendum, qd libellus repudij non est ipsa repudiatio: sed quaedam carta, in qua constat de repudio, & vocatur libellus, id est paruus liber, sicut petitiones iudiciales in scriptis traditis libellos vocamus, & isti libelli dabantur tam apud Iudaeos, quam apud Gentiles, quando fiebat repudium. De Iudaeis patet Deuter. 24. de Gentilibus patet C. de Repudijs, l. licet libellus. est verum tamen, qd traditio libelli non facit repudium, sed ostendit, & ideo ante dationem libelli erat repudium, vnde dicitur eadem, scilicet, licet libellus repudij non fuerit traditus, vel cognitus marito, dissoluitur matrimonium. Et sciendum, quod semper repudiatae personae dabatur libellus: & quia apud Gentiles, sicut licebat viro repudiare vxorem, ita & vxori licebat repudiare virum: dabatur libellus aliquando viro aliquando mulieri, sicut in praedicta, l. licet libellus: mulier dedit libellum repudij marito. Apud Iudaeos autem non licebat mulieribus repudiare viros, sed e contrario: ideo soli viri dabant libellum repudij vxoribus, vt dicitur Deute. 24. scilicet. Dabit libellum repudij in manu eius. Causa prima ad hoc erat, vt constaret de repudio per libellum, & non infamaretur mulier. Nam si non ostendo libello transfret mulier ad alium virum, putaretur adultera: ostenso autem libello apparebat non esse adulteram: quia soluta erat a lege viri. Secundo, vt mulier inueniret virum: quia praesupponitur Deute. 24. quod repudiata ab vno viro accipiebatur ab alio, scilicet. Cumque egressa alium virum duxerit, & tamen si non constaret de repudio, nemo eam vellet accipere in vxore, ne condemnaretur de adulterio, ideo erat ad hoc ostendendum necessarius libellus. Tertio erat ad hoc, qd vir non posset repetere ultra mulierem reducendo ad se: nam si iret sine libello, poterat dicere vir, qd non repudiauerat eam, & cum forte non constaret, posset eam reducere ad se, & quia ista erat quaedam illusio dabatur libellus, vt quando ille appareret constaret, qd nullum ius vir retinuerat sibi in vxore, & ita non cogere retur ad eum redire etiam si nondum accepisset alium virum. Quarto erat ad hoc, qd vir non posset eam accusare adulteratam. Nam aliquis vir exosus vxorem suam non solum vellet abijcere a se vxorem suam, sed etiam vellet, quod occideretur, & ad hoc repudiaret eam non dato libello, & cum illa accederet ad alium virum, accusaret eam de adulterio, quasi non esset solum matrimonium: cum autem illa ostenderet libellum: constabat de repudio: & ita non poterat eam accusare. Erat igitur valde necessarius libellus vxori repudiatae propter hoc, & similia. Et ideo cogebatur vir dare illud, & non poterat abijcere mulierem de domo, antequam daret ei libellum scriptum de repudio, & si vellet prius abijcere illam, non debebat recedere. Sic dicitur Deuter. vige simo quarto: Si acceperit homo vxorem, & non inuenit gratiam ante oculos eius propter aliquam feceratam scribet libellum repudij, & dabit in manu eius, & dimittet eam de domo sua, & ita prius dabit ei libellum scriptum, quam abijceret eam de domo.

Quinto,

Quinto, vt aliqui volunt fiebat descriptio libelli ad impediendum repudium: volebat enim Deus faciliter repudiari vxorem: & ideo voluit dare vnam differentiam: hoc autem erat, quod scriberetur libellus, qd scribi, nisi vt dicitur, non poterat scribi, nisi a sacerdotibus: & du haec fierent forte cessaret odium viri contra vxorem, & non repudiaret eam. Sic dicit August. lib. contra Faustum. Nolebat autem dimitti vxorem a viro, qui hanc interposuit motam, vt in dissidium animus praecipit libelli in inscriptione refractus abisteret, praesertim quia, vt perhibent, apud Hebraeos scribere literas Hebraeas nulli fas erat, nisi scribis solis. Ad hos igitur, quos oporteret prudentes legis esse interpretes, & istos dissidij dissuatores, lex mittere voluit eum, quem iussi libellum dare repudij, si dimisisset vxorem: non enim poterat emere libellum, nisi ab ipsis, quem per hanc occasionem, & necessitatem venientem quodam modo in manus suas bono consilio regerent, atque inter ipsum, & vxorem pacifice agendo dilectionem concordiamque suaderent: quod si in tantum incidere odium, vt ex aliquo emendari que non possit, tunc vtique scriberetur libellus, quia frustra non dimitteret, quam sic odisset, vt ad debitam coniugii charitatem nulla prudentia sua fisione renouaretur: & tamen causa supra assignata sunt magis literales.

An cause repudij scriberentur in libello.

Quaestio LVI.

QVAERETVR de causis repudij, an scriberentur in libello. Aliqui dicunt, quod scriberentur, quia per libellum repudij absoluebatur mulier repudiata a pena legis, si alium acciperet: sed hoc videtur iniquum, nisi causa sufficientes repudij assignarentur: ergo oportebat eas in libello scribi. Secundo patet, quia ad nihil aliud principaliter valere videbatur libellus ille repudij, nisi vt causa repudij exprimerentur: ergo videtur, quod scriberentur.

Dicendum, quod aliqui volunt causas repudij in libello conscribi, & ita tenet Magister 4. Sent. dist. 33. dicens: quod vir scriberet in libello causas repudij. Et tamen dicendum, quod aut quatuor de libello repudij Iudaeorum, aut Gentilium. Si de libello Gentilium dicendum, quod causa non solum assignabatur, sed etiam iudicialiter probabatur, vt patet C. de repudi. l. consenti. vbi tam quando vir vxorem repudiaret, quam cum vxor virum, cause debebant iudicialiter constare. De repudio Iudaeorum dicendum, qd non exprimebantur causas vlla, quia aut essent causas illae rationabiles, & sufficientes ad repudiandum, aut non si sufficientes, pracludebatur via mulieri ad aliud matrimonium: maxime si exprimeretur ibi fornicatio nota, vel praesumpta, quia tunc nemo eam vellet ducere: & tamen Deus praesupponebat, quod mulier repudiata ab vno accipiebatur ab alio, quia dicitur Deuter. 24. cumque egressa alterum virum duxerit, ergo non exprimebantur causas sufficientes, non etiam insufficientes, quia tunc appareret iniuste mulierem repudiatam, ergo nulla causa apponebantur. Secundo, quia daretur ex hoc causa infamandi mulierem iniuste: nam si cause exprimerentur forent in libello, vt viri non viderentur iniuste abijcere mulieres: etiam si nullam causam repudiandi eas haberent, semper fingerent aliquas causas graues non veras: & non curaret, quod falsae essent, cum non tenerentur probare eas, sicut in libello gentilium, & tamen hoc erat inconueniens: ideo non debuerunt exprimi causas. Tertio, quia libellus repudij scriberetur in fauorem mulieris repudiatae, cum dicitur Deut. 24. Dabit libellum in manu eius, & dimittet eam: & tamen scribi causas repudij

Apud Gentes in libello repudij scribatur causa repudij.

A erat contra honorem mulieris, ideo non scriberentur. Sed Magister in Historia Scholastica dicit, quod in libello repudij scriberetur iuramentum de nunquam conueniendo cum ea matrimonialiter, & causa quare abijciebatur, & legebatur coram sacerdotibus. Et tamen non multum est curandum de illo, cum nec ratio hoc suadeat, neque ex litera colligatur, neque Iosephus illud tengerit. Sed dicendum, quod conueniebat repudio Iudaeorum causas eius taceri, quia in repudio Gentilium erant certae causae solum ad repudiandum, & non licebat ex alijs repudium. C. de repudi. l. consenti: & ideo debebat causa repudij tunc exprimi, & probari, quia alias contingeret, quod quis ex alia causa repudiaret, quam ex eis, quae lex voluit. In libello repudij Iudaeorum non fuit conueniens ad aliquid causam exprimi, quia non sunt determinatae causa ad repudiandum, sed ex quacunque causa licebat repudium. supra quaest. 54. & ideo expressio nihil proderat, neque probatio, quia ex quacunque causa repudiaret, licitum erat repudium. Et ita dicit Iosephus 4. libro Antiquitatum, quod ex quacunque causa licebat vxorem dimitti. Item si exprimi deberent causae aliquae, necesse erat eas probari iudicialiter: sed nemo asserebat istud in repudio Iudaeorum: ergo neque oportebat eas exprimi: Et patet, quia si causa exprimerentur, & non probarentur, esset locus, vt vir infamaret mulierem innocentem aliquo graui crimine: ergo neque exprimebantur causae vlla, neque probabatur.

Sententia magistri Historiae Scholasticae.

Aliqui dicunt, quod causa repudij scriberentur in libello in generali, sed non in speciali. Sed dicendum, quod non stat, quia tunc non exprimeretur aliquod peccatum speciale vxoris, vel macula, sed diceretur, qd dimittebat eam propter aliquas iustas causas, & istud non conuenit ad intentionem istorum, quia isti volebant exprimi causas in generali ad iustificandum repudium: & tamen illae non iustificat illud, cum nesciatur, quae causae sint, & tales esse possunt, quae repudium non iustificat. Secundo, quia scribi causas in generalibus plus est, quam nullas causas exprimi, quia etiam si nihil exprimat, certum est, quod pro aliqua causa repudiatur vxor, & tamen an illa sit causa iusta, vera, & sufficiens non apparet, sicut neque apparet exprimendo causas in generali: ideo non exprimebantur causa vlla modo. Ad primum dicendum, qd per libellum mulier repudiata ostendebatur libera a pena legis si inueniretur cum alio viro: & tamen non oportebat ad hoc exprimi aliquas causas, quia hoc esset verum si ad dandum repudium essent solae causae iustae, & tamen ex quacunque causa licebat dari repudium, vt dictum est, ideo non proderat ad aliquid exprimi causam. Ad secundum dicendum, quod falsum est, quia ad multa proderat. l. ad quinque, quae habentur praecedenti quaestione: etiam si non exprimerentur causa, imo ad nihil proderet expressio causis, cum idem operetur expressio causarum, & non expressio, vt dictum est.

Ad ratio nem.

Ad ratio nem.

Quid scriberetur in libello repudij, & quae erat forma repudiandi. Quaest. LVIII.

QVAERETVR, quid scriberetur in libello repudij, & quae erat forma repudiandi. Dicendum, quod apud Gentiles forma repudiandi erat diuersa, quia aliter repudiabatur vxor, & aliter sponsa: nam vxor repudiabatur sub his verbis: Res tuas tibi habeto. Vel aliter: Res tuas tibi agito. Sponsa autem per haec verba repudiabatur. l. Conditione tua non vtar, & haec erant siue vir vxorem, siue vxor virum repudiaret, quod licebat Gentilibus. Haec verba ponuntur, ff. de divor. & repudi. diuortium. Apud Iudaeos autem qualis esset forma

Verba qui bus vxor.



& sponsa repudiandi, non constat plene, cum non expressit hoc scriptura. Dicit autem Magister in Historia Scholastica, quod scribatur in libello iuramentum de nunquam conueniendo cum ea matrimonialiter, & tunc forma repudiandi esset iurare de non conueniendo. Satis autem videtur dicendum, quod in libello isto confitebatur vir, quod abijciebat mulierem illam a se promittens de nunquam conueniendo cum ea matrimonialiter, & quod nunquam de cetero eam haberet in vxorem, & quod haberet eam quicumque vellet, & quod dabat illi licentiam accipiendi virum, quem vellet, & quod non accusaret eam tanquam adulteram. Sic dicit Iosephus 4. lib. Antiqui. ab vxore copulata sibi volens quicquid difungi propter quascunque causas, quae multis modis hominibus prouenire non solentur scripto, quod nunquam cum ea conueniat compromittat, sic habebit potestatem alij copulari; nam prius illa alteri iungi non potest.

An omni tempore repudiare liceat. Quastio LIX.

**Q**VAERETVR, an liceat omni tempore repudiare. Dicendum, quod repudium non est nisi eorum, inter quos est vinculum. Est autem vinculum inter sponfos, & inter coniuges: & ideo secundum Gentiles inter utrosque erat repudium: sic dicitur ff. de repudijs, & diuor. l. diuortium. In sponsalibus quoque discutendis placuit renunciationem interuenire oportere: in qua re haec verba comprobata sunt: Conditione tua non vitat. Et ita siue inter sponfos, siue inter coniuges poterit esse repudium. Et hoc est secundum gentium leges, sed secundum legem Iudaeorum, non licebat repudiari sponsam, siue esset de futuro, siue de presenti: sed vxorem iam traditam, & cognitam. Et patet, quia dicitur Deuter. 24. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius. Vxorem enim accipere est contrahere cum ea de presenti per quod sit vxor; habere eam est traducere in domum suam, & tenere, & commorari cum ea, & ponuntur ista duo: tunc si non inueniebatur gratiam abijciebat eam; ergo non poterat dari repudium, nisi post consummatum matrimonium. Et hoc est istud satis rationale, quia repudium permittitur est Iudaeis ad duritiam cordis. ut non occiderent vxores ex graui odio quod contra eas conciperent, sed hoc non accidebat quamdiu non erat consummatum matrimonium: ideo non repudiabatur tunc mulier. Et hoc propter duo. Primo antequam mulier traduceretur in domum viri consummato matrimonio manebat puella in potestate parentum, & non poterat ei tunc vir nocere ex duritia cordis: ideo non erat causa repudiandi. Secundo, quia non erat verisimile tunc tam graue odium causari ad sponsam, cum qua parum conuersabatur, & quam potius charam haberet, quia nondum eam cognouerat: post consummatum vero matrimonium conuersabatur mulier cum viro, quia traducta erat iam in domum viri, & ex conuersatione solent causari odia: & etiam mulier iam non est tam preciosa viro, cum desiderio suo potius sit: ideo tunc est occasio odiorum, & duritiae cordis, ideo tunc concessum est dari libellum repudij, & non ante consummationem matrimonij.

An omnibus viris liceat repudiare vxores.

Quastio LX.

**Q**VAERETVR, an omnibus viris liceat repudiare vxores. Aliqui dicunt, quod omnibus

Mulier non repudiatur ante consummationem matrimonij propter duo

viris Iudaeis licebat, quia causa repudij permitti erat communis omnibus. Nam ad duritiam cordis datus est libellus repudij, ut supra dicitur: & tamen omnibus viris erat cordis durities, vel inesse poterat feruens odium: ideo omnibus debuit licere. Secundo, quia lex posita est generaliter Deuter. 24. f. si acceperit homo vxorem. & cum sit indiffinita juris aequipollentia vniuersali.

Dicendum, quod non licebat omnibus viris Iudaeis; duo enim excipiuntur ab omnibus. scilicet qui infamauerunt vxorem propriam dicens: non inueni eam virginem, & qui in agro apprehendens puellam nondum desponsatam dormiuit cum ea. Deuter. 12. cap. De primo dicitur, quod si vir odio habens vxorem imposuit ei nomen pessimum dicens: non inueni eam virginem: tenebantur parentes puellae ostendere signa virginitatis eius. scilicet expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis: eod. capit. & illud erat vestimentum, in quo dormierat prima nocte, qua copulati sunt carnaliter: & ibi apparebant signa virginitatis: & si appareret, quia constabat virum calumniatum, apprehendebant eum fenes vrbis, & verberabant. scilicet dando quadragenas minus vna, ut dicit Iosephus 4. Antiqui. & ista erat poena communis, quia quadragenas nemo vna vice pati debebat Deuter. 25. & insuper condemnabatur centum siclis argenti quos dabat patri puellae, & non poterat dimittere eam omni tempore vitae suae: & iste iustus puniebatur, quia sicut Deus permittebat viris repudiare vxores, ne eas occiderent: ita & non permittebat, quod feminae innocentes occiderentur. Et tamen si puella non probaret se fuisse virginem, quando cognita est primum a viro suo, lapidanda erat: etiam si ante desponsationem solum fuisset fornicata. Deuter. 22. dato quod vir nihil probaret contra eam: quia ergo persequeretur eam ad mortem, & calumniabatur, ut non daretur locus calumniandi, puniebatur calumnias. Et iuste imposuit sibi Deus illas poenas: nam vir intendens tradere vxorem innocentem morti, & pro hoc licet ipse mereretur similia pati: tamen lex mitior erat ad ipsum faciens solum verberari illum quadragenis minus vna: & quia voluerat iniuste abijcere a se vxorem suam, cogebatur tenere eam per totam vitam, & in hoc priuabatur privilegio communi de repudiando vxorem: & ita priuatur alij saepe iure suo propter scelera, quae committunt: quia vero infamauerat etiam parentes puellae, cogebatur dare centum siclos argenti patri puellae. Quod autem dicitur, non poterat eam dimittere toto tempore vitae: verum est ex causis voluntariis, vel per modum repudij: si tamen illa fornicaretur, & probari posset, accusaret eam vir, & lapidaretur. Le. 20. vel si incidere vir in suspicionem contra eam, quia fornicaretur, & non posset probare: poterat cogere illam ad purgationem per aquas maledictas. Num. 5. cap. si repudiare eam non poterat eo modo, quo alij repudiabant vxores nulla causa contra eam probata, neque expressa, sed solum scripto libello repudij.

Alius etiam priuabatur iure repudiandi. scilicet qui inuenit puellam non desponsatam in agro, & apprehendens cognouit eam: cogitur eam accipere in vxorem, & dari patri eius quinquaginta siclos argenti, & non poterat dimittere eam tota vita Deuter. 22. capit. iste minus peccauit, quam praecedens, & ideo minus punitur: ille quippe infamauit vxorem propriam, & innocentem tradere morti conatus est: iste solum deflorauit nolentem, & ideo primus verberatur, & non secundus. Etiam ille condemnatur in centum siclis, & iste in quinquaginta: & tamen adhuc iste condemnatur in pecunia tradenda patri puellae, quia deflorando filiam eius in agro, infamauit ipsum: & facit quod illa non possit accipere in virum, quae alias forte accipere posset.

Vir qui infamauerit vxorem suam

Et hoc est humiliare eam. i. minoris honoris, & dignitatis eam reddere. Cogitur etiam tenere eam tota vita. i. quod non posset repudiare. Potest tamen accusare eo modo, quo supra diximus de alio, & iustum est, quia accepit puellam nolentem. Debet ergo cogi, ut etiam nolens eam teneat. Sed dicendum quomodo in istis obuiabitur periculo, quia isti cum cogantur tenere vxores, tantum odium forte concipient contra eas, ut occiderent illas, tolerare non potentes odium. Et ista fuit causa, quare alijs permitteretur repudium: & ideo male consultum erit mulieribus istis, si dimitti non possunt. Dicitur potest, quod in fauorem mulierum, & praecipue in odium virorum introductum fuit, ut non possent eas abijcere. Nam si poena non darentur eis, esset occasio ad similia crimina: ideo lex in utroque prouidere voluit. Circa mulieres dicendum, quod non erat periculum manendo apud tales viros semper: nam cum isti condemnati essent ad tenendum illas in perpetuum, quidquid moleste inferret vxoribus apparebat, quod ex odio faciebant, quia condemnati erant propter eas: & tunc esset actio contra illos, & sic timerent nocere illis. Et sic non erat periculum manere cum illis. Dato tamen, quod esset aliqua difficultas, vel periculum, tolerabat hoc potius lex, quam quod daret locum viris audendi multa scelera: nec est inconueniens legem sustinere aliquod inconueniens: quia in actionibus humanis talis est conditio, quod plene prouideri non possit ad omnia inconuenientia per modum legis data: sed solum per potestatem Dei circa singula prouidentis. Vnde non solum cogebatur hic vir tenere vxorem nunquam repudiando, sed etiam qui nondum acceperat vxorem tenebatur accipere in vxorem eam, quam in agro opprresserat: & hoc erat quodammodo contra naturam matrimonij, cum illud per consensum mutuum, & liberum contrahatur: & tamen nolens cogebatur hic accipere vxorem, & tenere eam: & non poterat obijcere, quod non essent coniuges quasi non consensisset, quia lex supplebat hunc defectum faciens esse matrimonium verum inter illos, quia alias tota vita manerent ut fornicatores, ad quod lex non cogit.

Ad primum dicendum, quod omnibus viris poterat inesse cordis duritia, & tamen non concedebatur eis repudiare vxores in poenam ipsorum. Quantum vero ad periculum vxorum manentium cum talibus viris dictum est supra.

Ad secundum dicendum, quod lex posita est generaliter, & omnes intelligeretur gaudere permissione huius legis, nisi exciperentur: duo tamen praedicti expressis ab hac lege excluduntur prohibita eis repudiatione vxorum.

Quomodo stat responsio Christi de libello repudij: & an Iudaei peccabant dando libellum repudij. Quastio LXI.

**Q**VAERETVR, quomodo stat responsio Christi data de libello repudij: & an Iudaei peccabant dando libellum repudij. Nam Christus ostendit hic, nullo modo esse repudiandam vxorem: & tamen Iudaei repudiabant illas. Dicendum, quod Iudaei non peccabant repudiando vxores, quia lege permittente hoc faciebant, quae illud licitum faciebat, ut ostensum est supra. Quod autem Christus dicit, non licere repudiare vxorem constituit ius nouum, & non declarat ius antiquum. Nam certum erat, quod lex permittebat repudiari vxorem: vnde si Christus dixisset licere, non repudiare vxorem ex omni causa, sed ex certis causis posset intelligi, quod declararet ius antiquum, quia non loqueretur expressis contra illud: & tamen auferendo omnino repudium, non declarat ius vetus,

sed manifeste illud aufert, cum Deus illud concessisset: ideo dicendum est, quod ius nouum in hoc constituit. Et patet hoc, quia ipse Christus concedit repudium licuisse in lege veteri, dicens: Ad duritiam cordis permittit Moyse vobis dimittere vxores vestras. Ideo dicendum est, quod est nouum mandatum, & est de illis, quae Christus mutauit de lege veteri. Sic patet supra 5. cap. vbi Christus ostendit multam differentiam quorundam mandatorum, quae erant antiquitas, & quae nunc dabit ipse. dictum est antiquis, &c. & sequitur: Ego autem dico quasi dicat: Ego do aliquod mandatum nouum, & non illud, quod erat antiquitas, vel quod esse putabatur a male intelligentibus, & inter illa posuit de libello repudij, dicens: dictum est antiquis, quicumque dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij: ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mechari. Et ita apparet, quod istud erat nouum mandatum nunc ab eo datum, & consequenter Iudaei ante hoc non obligabantur ad illud. Cum autem dicitur, quod Christus induxit probationes, quod Deus coniugebat virum & vxorem, & nolebat eos separari. Dicendum, quod istae probationes ostendunt, quod non dare libellum est melius, quam repudiare vxorem, & magis consonat intentioni Dei: & tamen, quia lex iam iusta non conueniebat Iudaeis, non dedit illam, & ita non ligabantur ea, sed licebat eis uti permissione data de libello. Sed istae rationes sunt conuenientes ad ostendendum, quod rationabiliter debuit statui id, quod Christus nunc statuit de non dando repudium, & ad hoc induxit eas, & non ad probandum, quod Iudaei fuisset ante hoc illicitum repudiare vxores.

An statim post istam praedicationem Christi fuerant obligati Iudaei ad non repudiandum vxores. Quastio LXII.

**Q**VAERETVR, an statim post praedicationem istam fuerant obligati Iudaei ad non repudiandum vxores. Aliqui dicunt, quod sic: quia Christus poterat statuere quidquid vellet, cum esset Deus, & statutum obligat post suam publicationem: publicabatur autem hoc per suam praedicationem: ergo videtur, quod statim obligauit. Dicendum, quod de isto precepto, & de omnibus alijs a Christo datis est eadem sententia. scilicet quod non obligauerunt vsque post mortem, & ascensionem suam facta publicatione Euangelij. Non enim erat iustum, quod statim obligarent, ut praedicaui ea Christus: quia oportebat, quod prius constaret ipsum esse legislatorem, quam obligarent praeccepta eius. Hoc autem erat, quod esset Deus, vel Messias: & tamen nondum plene constabat, aut saltem nondum creditum erat, licet ipse talia fecisset, per quae credi deberet: hoc autem constitit plene post resurrectionem suam, ideo tunc obligare poterunt. Secundo, quia non obligat lex quouisque sit promulgata: & tamen per hoc, quod Christus eam praedicabat, non perueniebat ad omnes: peruenit autem postea, quando Apostoli, & discipuli post Christi resurrectionem ceperunt praedicare per totam Iudaeam, ideo vsque tunc non obligauerunt. Vnde dicendum, quod non peccabant Iudaei repudiando vxores post praedicatum istud a Christo, etiam si hoc ipsi a Christo audissent, quia adhuc durabat lex Moyse, quae libellum repudij permittebat, ideo poterant uti ea.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quod non erat perfecta promulgatio legis per solam praedicationem a Christo factam, qualis requiritur ad hoc, quod lex incipiat obligare: ideo nondum obligabat.

QVAERETVR, an nunc Iudæi peccent uxores repudiando. Aliqui dicunt, quod non, quia licet lex Moysi, non sit iam licita ad obseruationem, non tamen oportet, quod Iudæi peccent in quolibet actu obseruationis eius, sed peccant in hoc, quod non accipiunt legem Christi: & ita poterit esse de repudio. Dicendum, quod peccant si uxores repudient. Et patet primo, quia repudium est contra legem naturæ, ut ostensum est supra quæstio. 44. & hoc maxime repudiando omni tempore vxorē: & ideo non licebat hoc modo repudiare, nisi ex dispensatione. Deus autem dispensauit in lege veteri, sed status illius iam cessauit: ergo rediit res ad primum statum iuris naturalis. scilicet non liceat repudium. Secundo, & præcipue, quia libellus repudij expressè vetitus est à Christo hic, & supra 4. cap. Faciēs autem contra præceptum eius peccat mortaliter: ideo quodcumque Iudæus repudiauerit uxorem, peccat mortaliter: nam mechatur, si accipit alteram, & facit uxorem dimissam mechari, ut dictum est supra 5. cap. & patet hic in litera.

Ad argumentum dicendum, quod Iudæi peccant repudiando uxores: licet non sit verum, quod in quolibet actu obseruationis legis Moysi peccet. Pro quo sciendum, quod eorum, que in lege Moysi erant quedam erant ex permissione, quedam ex mandato. De primo, ut dare ad vitium extraneis: vindictam psequi.

Iudæi peccant mortaliter modo vitium exercendo, & vindictam psequendo.

De secundo, ut celebrare festiuitates, facere certa sacrificia, & huiusmodi faciendo aliquid. De primis peccant, quia illa secundum se sunt contra ius naturale, & solum erant licita Iudæis ex dispensatione permissione: cessante autem statu legis cessauit omnis dispensatio, quæ ibi erat, & ita remanent illicita ea, quæ sine dispensatione erant illicita: ideo licet dare ad vitium, & petere vindictam esset licitum aliquo modo Iudæis ante promulgationem Euangelij: postea non sunt licita, sed in quolibet actu contrafaciendo peccant. De secundo dicendum, quod quedam illorum sunt, quæ obseruando etiam durante statu legis Moysi esset peccatum, sicut facere sacrificia, quia illa requirebant vnicuique locum determinatum in terra Chanaan, extra quem non fiebant licite. Deinde. 12. & Leui. 17. & ideo nunc faciendum illa peccarent Iudæi: & ideo nunquam talia faciunt, non quidem tanquam lex, quæ ad illud obligabat maneat nunc, sed quia Iudæi credunt adhuc manere legem illam, & ideo contra conscientiam agunt agendo contra illam. Si autem sunt talia, quæ vbi que facere liceret, sicut abstinere à cibis discernendo eos, & obseruare sabbathum, & ceteras festiuitates. Dicendum, quod non peccant mortaliter in quolibet actu, quasi actus sit secundum se malus: sed solum in quantum ob amorem istorum nolunt venire ad fidem Christi, quæ est vera, & ad obseruationem legis eius, quæ sola bona est. Et hoc verum est, nisi aliqua de illis preceptis inuenirentur expressè prohibita Iudæis à Christo, vel ab Ecclesia, quia tunc peccarent obseruando illa: Christus autem vetuit aliqua obseruari, sed non vetuit nisi ea, quæ ex dispensatione licebant, ut de vitium. Luc. 6. & de petitione vindictæ. supra 5. cap. & ita est delibello repudij, quia ibi vetitum est ab eo, & est hic. Si autem Ecclesia expressè vetaret Iudæis cessare ab aliqua obseruatione legis, ut sabbathi, vel chalendarum, vel azymorum peccarent iam contrafaciendo: & tamen Ecclesia, licet suadeat Iudæis redire ad fidem Christi, non vetat eis obseruare caeremonias legis Moysi, quamdiu redire nolunt ad legem Christi: & ita non peccant obseruando sabbatum, & similia. Et patet etiam de contractu matrimoniali, quia nobis non licet

Ecclesia non vetat Iudæis vitium caeremoniarum legis

contrahere intra quartum gradum, & secundum legem Moysi contrahebatur etiam in secundo gradu: & ideo quando conuertuntur Iudæi ad Christum permittuntur manere in tali gradu consanguinitatis coniuncti. extra de diuor. capit. gaudemus: ergo Ecclesia credit eos non peccasse contrahendo in secundo gradu, quia si peccassent, manerent actualiter in peccato mortali, quamdiu maneret ille contractus, & ita Ecclesia non permitteret eos sic manere, ne manerent in peccato mortali: sicut paganos conuersos ad Christum, qui prius plures uxores habebant, non permittit cum pluritate vxorum, sed accipere tenetur quilibet primam, quam habuit, & ceteras abijcere: ut patet eod. cap. gaudemus. sic autem apparet de repudio. eod. cap. quia non permittit Ecclesia manere repudium post conuersionem ad Christum. Nam si quis manens Iudæus repudiauerit uxorem, & conuertatur ipse ad Christum, nunquam poterit accipere aliam uxorem quamdiu ipsa vixerit, & si illa vult conuerti, & cohabitare viro tenetur eam recipere, & etiam si conuerti non velit, sed vult cohabitare viro fidei sine contumelia creatoris, cogetur accipere illam. Si autem requisita non vult cohabitare ei, vel non sine contumelia creatoris, non tenetur eam recipere, sed potest contrahere cum alia: & tunc non habebit alia recursum ad virum, quia dissoluit matrimonium. Et ita apparet, quod repudium inter Iudæos nunc factum, neque est licitum, neque dissoluit matrimonium. Nam si dissolueret non cogereur fidelis recipere infidelem, quam repudiauerat, neque veteretur ei aliam accipere ea viuentem, & consequetur peccat repudiando, & efficiuntur adulteri: Et tamen dicitur eod. capit. gaudemus de diuor. & istam fornicationem non potest obijcere vnus coniugum alteri post conuersionem ad fidem, quia licet esset verum adulterium, ut Christus dicit hic, & supra 5. ca. tamen manentes in Iudaismo putabant sibi hoc licere sub colore legis Moysi, sub qua vivebant. Si tamen Ecclesia veteret nunc expressè Iudæis repudiare uxores, aut aliquid aliud, quod secundum legem Moysi liceat, peccarent contra faciendum: nihil tamen vetat, quia de his, quæ foris sunt, ut Apostolus ait, quid ad nos iudicare. 1. Corin. 5. & causa est, quia Iudæi sunt in statu damnabili, & si sic moriantur, pereunt quidquid faciunt: ideo quidquid Ecclesia faceret circa eos sic manentes esset labor inutilis, vnde non facit aliud, nisi quod hortatur eos venire ad fidem, per quam solam est salus, cetera verò non prohibet eos: etiam si sint peccatum, ut libellum repudij, & appetitum vindictæ, nisi in quantum sunt contra statum publicum illius politiæ, in qua manent, & ita Ecclesia non vetat eis, quæ distrahunt à Deo, sed quæ nocent proximis cum quibus manent: si tamen expressè eis aliquid veteret Ecclesia, peccarent contra faciendum. Sed dicit aliquis, quod non peccarent, quia non obligantur obedire mandatis Ecclesiæ: extra de diuor. ca. gaudemus. Infideles canonicis constitutionibus non arctantur: potissimè, quia ut ibidem allegat conditor canonis Innocentius, Apostolus ait: quid ad nos de eis, quæ foris sunt iudicare? Dicendum, quod potest Ecclesia eos ligare constitutione sua. Quod autem dicit Innocentius verum est de constitutionibus canonicis, quæ non expressè dantur Iudæis, sed dantur generaliter, quia illis non arctantur, nisi fideles, & ideo non peccant infideles contra faciendum. Et ratio est, quia Ecclesia condendo constitutiones istas, non intendit ligare Iudæos, neque comprehendere eos sub illis, & hoc quia, ut dictum est, etiam si obseruent Iudæi quidquid Ecclesia mandauerit, non proficit eis manentibus in statu illo: vnde nihil eis mandat, neque vetat: & ita in constitutione illa de non contrahendo intra quartum gradum, non peccant

Moyse quæ diu noluit redire ad legem Xpi.

Iudæi peccant faciendum contra illud quod Ecclesia eis vetat.

Quo inteligitur, quod infideles non arctantur constitutionibus canonicis.

peccant infideles contra agentes, quia Ecclesia non extendit eam ad illos, neque intendit eos ligare per eam. Et cum dicit Apostolus de his, qui foris sunt, &c. Dicendum, quod Apostolus non abstulit Ecclesiæ potestatem iudicandi de his, qui foris sunt, sed sollicitudinem: nam non dixit de his, qui foris sunt non possumus iudicare, sed ait: quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare? id est, quæ utilitas est mihi, vel quæ sollicitudo imposita, ut iudicem, id est, ut legem viuendi ponam his, qui foris sunt, id est, extra Ecclesiam, vel fidem: quasi dicat, nulla utilitas est, & ideo non iudico: & hoc est quod diximus. scilicet quia quidquid faciunt est inutile quamdiu in infidelitate manserint: & tamen nemo debet assumere sollicitudinem inutilem. Peccarent ergo facientes contra Ecclesiæ statutum expressè factum de eis. Et patet magis, quia aliis si factæ sint aliquæ leges bonæ ad communicationem politicam, in quibus dicatur, quod obseruetur tam à Christianis, quam à Iudæis illius politiæ, non peccarent Iudæi faciendum contra illas, & ideo liceret contra facere, & ita destruere politiæ, quod est absurdum: ergo oportet dici, quod peccant contra faciendum: & ita obligantur legibus bonis datis, siue ab Ecclesia, siue à seculari potestate: à fortiori ergo ligantur legibus Ecclesiæ datis ad salutem eorum: & ita peccarent contra faciendum: & tamen Ecclesia nunquam tales leges condit propter causam dictam: vnde verum est, quod canonicis constitutionibus non arctantur, scilicet, constitutionibus nunc existentibus, & communiter editis, in quibus expressa mentio non habetur, quod ad eorum obseruationem Iudæi teneantur.

Quid sit diuortium, & an nunc liceat. Quæstio L XIII.

QVAERETVR circa diuortium: nam de repudio dictum est, quod pertinebat ad legem Moysi, & non pertinebat ad legem Christi: nunc de diuortio quod ad legem Christi pertinet, est dicendum quod sit, & an liceat. Dicendum, quod aliter accipiuntur ista nomina secundum leges humanas, & aliter secundum nos. Secundum leges humanas tam diuortium, quam repudium dicunt plenam separationem, & dissolutionem vinculi: & tamen ista est differentia, quia repudium accipitur inter sponfos nondum consummato matrimonio: diuortium accipitur inter coniuges post consummationem matrimonij, & tamen promiscue accipiunt, & interdum, ut vnus pro alio ponatur: sic patet ff. de verbor. significationibus. l. interdum. §. diuortium. & ita dicit Glo. 1. ff. de diuor. & repudij: & hoc, quia apud gentes oportebat dari libellum tam in separatione sponforum, quam coniugum, ut dicit eod. tit. l. diuortium: licet alia verba essent in repudiando sponsam, & alia in repudiando coniugem: & hoc modo repudium, dicitur quasi repullium, quia repellitur sponsa, vel vxor. Diuortium verò dicitur à diuertendo. id est recedendo, quia vnus coniugum ab alio recedit. Vel diuortium à diuersitate mentium, quia non sint vnus mentis, ut commanere consentiant: sic dicitur eod. tit. l. diuortium. §. Diuortium autem à diuersitate mentium dictum est, vel quia in diuersas partes eunt, quæ distrahunt matrimonium: & hoc, quia totaliter requiritur diuersitas mentis in diuortio: ideo, qui leuiter dissentit, diuortium nondum facit, sed qui habet animum perpetuo recedendi à coniuge vnde leuis iracundia diuortium non facit. Sic dicitur. eo. tit. in l. diuortium. §. Diuortium non est, nisi verum quod animo constituendo perpetuum dissentionem fit. Ita quidquid calore iracundiæ dicitur, vel fit, non ante id raturum est, quam si perseverantia apparuerit iudicium

Quid diuortium sit inter repudium, & diuortium.

Vnde dicitur repudium, & diuortium.

Animi fuisse: ideoque per eum calorem misso repudijsi in breui tempore reuerfa est vxor, non diuertitū deat. Sed dicendum, quod non accipitur sic diuortium à nobis: nam tale diuortium causat dissolutionem matrimonij quantum ad vinculum, ita ut liceat ad aliud matrimonium transire: & tamen talia non licent in nouo testamento: ideo dicendum, quod diuortium accipitur apud nos pro separatione coniugum quantum ad thorum, & cohabitationem: ita tamen quod inter eos integrum maneat vinculum matrimonij: & hoc modo concedimus fieri diuortium in Ecclesia inter coniuges: & tamen repudium nunquam fit cum nunquam dissoluatur matrimonium, quod semel tenuit, ut infra magis declarabitur: & tali modo non accipitur diuortium apud leges humanas.

An propter fornicationem liceat alteri coniugum alterum dimittere. Quæstio L XV.

QVAERETVR circa causam huius diuortij, & quia solet dici, quod fornicatio sit causa diuortij: est dubium an propter fornicationem liceat alteri coniugum alterum dimittere. Aliqui dicunt, quod non: non est enim malum pro malo reddendum, ut Apostolus dicit: sed alter coniugum dimittere alterum propter fornicationem videtur malum pro malo reddere: ergo non licet dimittere. Secundo, quia maius peccatum est, siambo fornicantur, quam si alter tantum: & tamen si vterque fornicatur, non licet vni dimittere alterum propter fornicationem: ergo si vnus tantum fornicetur, non licet alteri dimittere fornicantem. Tertio, quia fornicatio spiritualis secundum quam anima recedit à Deo est grauior, quam fornicatio carnalis, & multa etiam peccata sunt grauiora fornicatione: & tamen propter illa, non licet dimittere vxorē, neque fit separatio coniugum quantum ad thorum: ergo neque fiet propter fornicationem carnalem. Quarto, quia vitium contra naturam est magis remotum à bonis matrimonij, quam fornicatio, cum per fornicationem possit gigni proles, quam intendit matrimonium: & non per vitium contra naturam. Et ita magis repugnat matrimonio: ideo debuit esse potius causa diuor. quam fornicatio: & tamen illud non est causa diuortij: ergo neque fornicatio.

Solutio istius argumēti in vltima responsione. q. 70.

Dicendum, quod causa diuortij est fornicatio: imò in nouo testamento istam solam causam expressit Christus, sicut patet supra 5. c. f. Omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mechari: & supra in litera dicitur: Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur. Et in hoc est magna differentia inter legem Christi, & Moysi, quia ibi licebat pro quacunque causa dimittere vxorem, ut ostensum est supra quæstio. 54. Christus autem astrinxit nos ad solam fornicationem. Sic dicit Aug. & est Glo. Dent. 24. Mulier erat in lege causa dimittendi uxores: Christus solam fornicationem excipit: ceteras molestias iubet per fide, & castitate coniugij sustinere. Differt etiam in lege humana, in qua conceduntur duodecim, vel tredecim causæ viro ad diuertendum à muliere, & totidem mulieri ad diuertendum à viro, aut plures: quæ exprimuntur. C. de repu. l. consensu. & expressè fuerunt supra. Ratio autem quare Christus concessit repudium aliquando, & diuortium non concessit, nisi propter fornicationem, est: quia ut ipse ostendit supra in litera, matrimonium ex voto Dei est indissolubile, cum ipse coniunxerit virum & foeminam, & voluerit, quod non eos separaret, ut dicitur in litera: & ita nullam fore causam diuortij poneret si homines tollerare possent: & tamen sicut in lege Moysi permittit Deus repudium

Differentia inter legem Christi, & Moysi.

In. q. 54.

Matrimonium ex voto Dei est indissolubile.

diu ex quacunque causa ad duritiem cordis Iudeo-  
rum : ita nunc conceit diuortium ex vna causa, qua  
putauit neminem posse tolerare. Si enim nulla esset  
causa diuortij, teneretur vir tenere vxorem etiam si il-  
la fornicaretur cu quocunque veller, & quocunqueq;  
ipsa peteret debitum, teneretur vir ei reddere debitu:  
nemo tamen est, qui tolerare possit, quod vxor in po-  
testate eius manes, & quam ipse alit, cognoscatur car-  
naliter a quocunque in eius confusione, & insuper  
quod quando ipsa petierit teneatur ipse reddere ei de-  
bitum, quia talis patientia est vltra modum humanu:  
ideo concessit Christus ex hac causa repellere vxorem:  
& tunc si vxor fornicetur, quando non manet in po-  
testate viri, neque ipse cogitur alere fornicariam, non  
est tanta difficultas viro, etiam si non accipiat aliam  
vxorem: omnium autem causarum repudij, vel diuor-  
tij assignatarum in legibus humanis ista est prima, &  
precipua: & ideo istam solam Christus posuit. Secun-  
do, quia ratio suadet, qd propter istam causam fiat di-  
uortium, quia ista repugnat directius bonis matrimo-  
nij, quam coetera. Est enim de precipuis bonis mat-  
rimonij fides, secundum quam tenetur vterque con-  
iugum alteri debitum petiti reddere: & nulli nisi illi  
commiseri: qui autem fornicatur agit contra istam  
fidem: & tamen ius naturale est, quod frangenti fide  
frangatur fides. Extra de iureiuran. cap. peruenit. er-  
go ille, qui non fornicatus est, non tenetur iam ad fi-  
dem seruandam alteri. Fides autem constituit in duo-  
bus. In reddendo illi, & nulli alij. A primo potest ab-  
soluti in preiudicium fornicantis. Iq non reddat ei de-  
bitum, licet ille petat. A secundo autem non potest  
absoluti. Iq nulli alteri reddat, quia aliis posset licite  
fornicari vnus coniugum, vel transire ad aliud mat-  
rimonium altero coniuge fornicato, sed falsum est.  
Causa est, quia in fide coniugali aliud est, quod debetur  
coniugi, sed non ei principaliter: modo principaliter Deo.  
Primum est, quod coniux alteri coniugi petenti debi-  
tum reddat: secundum est, quod nulli alteri commi-  
scentur. Patet hoc, quia antequam fieret contractus  
matrimonij inter istas duas personas, non tenebatur  
vna alteri reddere debitum: & tamen tenebatur qui-  
libet earum nulli commiseri si in nullo matrimonio  
erant: & ita propter Deum erat nulli commiseri: li-  
cet etiam sit aliquo modo propter coniugem, quia  
grauissimus dolor est vni coniugum, si alius commi-  
scentur alteri extraneo. A primo ergo ab eo, quod est  
solum propter coniuges, potest absoluti ille, qui non  
fornicatus est. I. vt non teneatur reddere debitum ei,  
qui fornicatus est. A secundo autem non absolutur,  
quia ad istud principaliter tenebatur homo Deo: &  
tamen ab obligatione, qua Deo tenemur nunquam  
absoluiur propter illa, quae faciunt contra nos pro-  
ximi nostri: ideo alter coniugum, qui non fornicatus  
est, licet non teneatur reddere debitum fornicanti: ta-  
men non potest licite commiseri alteri: & ita potest  
dimittere fornicantem coniugem, licet non accipiat  
alium coniugem. Tertio, quia ad charitatem videtur  
pertinere, vt castus fornicantem deserat. Nam si vir  
retinet mulierem, fornicantem praestat ei patrocinium  
ad fornicandum, vt dicit Chrysolto. & extra de iureiur-  
an. cap. quemadmodum. I. patronus est turpitudinis,  
qui celat crimen vxoris: & tamen retinendo eam ce-  
lat: quilibet tamen tenetur, praestare proximo occasio-  
nem ad non peccandu, & auferre offendicula peccati.  
Ideo conueniens est, quod castus abijciat fornicante,  
& sic facilius emendabitur forte tedio affectus, qui for-  
nicatur. Sic dicitur extra de diuor. cap. de illa. Iq que-  
dam mulier subtraxit se a viro suo, qui in haerem in-  
siderat, vt sic ille tedio affectus rediret citius ad fidei

Fides in  
duob' co-  
stitit in ma-  
trimonio.

Vide supe-  
rius de hac  
re. q. 54. &  
75. Contra  
haereticos  
contrarium  
asserentes.

F veritatem. Fuit ergo conueniens dimittere vxorem a  
viro propter fornicationem. Dicendum igitur, quod  
potest eam dimittere quocunque fornicata fuerit,  
sed septem casus excipiuntur. Primus est, si etiam vir  
fornicatus est. Nam tunc non potest vir obijcere quod  
quam foeminae, quia paria delicta mutua compen-  
satione tolluntur. extra de adulte. cap. vlt. Vnde si petit  
vxorem separari fornicatam, & ille fornicatus est, non  
separabitur: & e contrario si mulier fornicata est: &  
postea vir eam a se ob hoc repulit, & ipse deinde for-  
nicatur, cogitur redire ad eam petente ipsa. extra de di-  
uortijs. ca. significasti, & c. ex literis. Secundus casus est,  
quando vir dedit mulieri occasionem fornicandi. Et  
hoc aliqui intelligunt quomodocunque dederit oc-  
casione. I. vel non soluendo debitum, vel aliis. Et ita  
replicabat mulier fornicata contra virum, qui eam re-  
pulerat, quod praestitisset ei occasione fornicandi.  
extra de diuor. cap. significasti. Sed dicendum, quod  
non est verum, quod ad hoc, quod possit se tueri for-  
nicata mulier contra virum repellentem eam oportet  
ret, quod ipse tradiderit eam cognoscendam, siue in-  
uitam, siue volentem, vt dicitur extra de eo, qui cogno-  
uit consanguini. vxo. suae. cap. discretionem. vbi vir non  
potest obijcere mulieri adulterium, quando ipse eam  
tradidit inuitam cognoscendam consanguineo suo.  
Idem si volens ipsa fornicata sit, dum tamen vir pro-  
stituerit eam, vel fuerit mediator fornicationis: eo. ca.  
aliis occasio praestita mulieri ad fornicandum non ex-  
cusat eam, neque praestat sufficientem exceptionem  
contra virum, vt dicitur extra de diuor. cap. significasti  
in Glo. Tertius est, si virum suum probabiliter mor-  
tuum credens alteri nupsit. Nam tunc non reputatur  
adultera, ideo vir suus non potest eam repellere praem-  
tente huius fornicationis, quia lex non iudicat istam  
esse fornicationem, vt patet. 34. q. 2. cap. cum per belli-  
cam: si autem redeunte viro istam ad ipsum redierit  
recipienda est: ad tollendu tamen istud inconueniens  
statuit Ecclesia, quod mulier non transeat ad secundas  
nuptias, quousque sit certificata de morte viri sui: etiam  
si expectandum sit ei per viginti annos. extra de spon-  
sali. cap. in praesentia. Si autem contraxerit cu secundo  
non plene certificata de morte primi, vel si certificata  
erat, & postea incidit illi dubitationis scrupulus, non  
debet petere debitum a viro, sed solum reddere po-  
stulanti. extra de secundis nuptijs. cap. dominus: statim  
tamen, vt ille redierit tenetur ad illum ire, vel mox, vt  
fuerit plene certificata de vita illius, debet recedere a  
secundo. eod. cap. dominus. si autem non redierit, iudi-  
cabitur adultera ex tempore illo, quo sciuit virum  
primum viuere. 34. q. 2. capit. cum per bellicam; & in  
allegato. cap. cum dominus in Glo. Et quod dicitur de  
viro, idem de muliere si in captiuitate ducta est, & de  
eius vita dubitatur: debet manere vir in nuptus quousq;  
illa redeat, vel de morte illius certificetur, cum vir  
& vxor quantum ad matrimonium ad paria iudicentur.  
extra de diuor. cap. gaudemus: ideo si vir acceperit  
aliam putas priorem mortuam, tenetur redire ad illa.  
34. q. 2. cap. cum in captiuitate. Quartus est, si mulier  
ignoranter cognita est ab aliquo, qui non erat vir suus:  
& putauit esse virum suum verisimili errore decepta sit.  
Dicitur illa non esse adultera, neque vitium aliquod  
commisisse, quia inuincibilis est ignorantia excusata:  
vnde etiam si saepe cognoscatur per hunc errorem, nun-  
quam erit adultera, quousque incipiat scire, & consen-  
tire. Sic dicit August. libro de fide, & operibus, & 34.  
q. 2. cap. si virgo. I. si virgo nesciens viro nupsit alieno,  
hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera:  
si autem sciat, iam ex hoc incipit esse adultera, ex quo cu  
alieno scies cubuerit: sicut in iure praedictorum tam diu  
quisque bonae fidei possessor rectissime dicitur quam-  
diu

Exceptio  
septem ca-  
suum adue-  
nientium  
fornicati,  
quibus non  
potest dimittere  
vxorem.

Quod ne-  
cessitas in-  
tulit culpa  
non est.

diu possidere ignorat alienum, cum vero sciuerit, ne-  
que ab aliena possessione recesserint, tunc male fidei  
perhibetur. Idem autem est de viro si putauit aliqua  
esse vxorem suam, & non erat verisimili errore ductus,  
& coit cu ea, non potest repellere ab vxore ptextu for-  
nicationis huius: sicut si absente vxore alicuius intravit  
per noctem mulier alia in lecto eius, & tetigit eam, et  
si sit soror coniugis, non priuatur iure petendi debitu.  
34. q. 2. cap. in lectum. Quintus est si mulier fuit vio-  
lenter cognita: nam culpa non est, quod necessitas  
intulit. 34. q. 2. cum per bellicam. & non solum mulier  
non peccat, sed etiam virgo sic deflorata virginittatis  
praemium non amittit, vt ostendit August. de Ciuita.  
Dei: & tamen prauidicatur viro in hoc, quia cogitur  
reddere debitum mulieri sic cognita, & reddendo ef-  
ficatur bigamus. Sextus est, si vir reconciliauit sibi vxo-  
rem fornicatam cognoscendo eam carnaliter postquam  
sciuit illam esse fornicatam. Nam iniuriarum actio  
tollitur per dissimulationem, vel per actus placide co-  
uersationis, qui fuerint inter iniuriam passum, & iniu-  
riantem: ita si vir sciens fornicatam esse mulierem,  
cognoscit eam carnaliter, remittit ei ius diuertendi ab  
ea: & ita non potest postea petere diuortium: secus  
si nesciebat postea eam fornicatam esse. Vnde si viro  
agente ad diuortium contra mulierem fornicatam, il-  
la probet, qd vir eam cognouerit carnaliter postquam ea  
sciuit fornicatam, repellat eum ab agendo. Septimus  
est, quando fornicatio fuit ante conuersionem ad fi-  
dem post repudiationem, vt si Iudaeus repudiavit vxo-  
rem, & illa transtulit ad alium virum, fuit illud fornicatio,  
quia qui dimissam duxerit mechatur, & ipsa mechatur,  
vt dicitur supra 5. cap. & supra in litera: & tamen  
si ipsa trapeat ad fidem, & velit habere primum virum,  
cogitur recipere eam, & non potest ei obijcere forni-  
cationem illam: extra de diuortijs capit. gaudemus.  
Et ratio est, quia illa non putabatur esse fornicatio, &  
sicut ignorantia facti excusat. I. quando putabat quis  
cognoscere vxorem suam, & cognouit alienam non  
est fornicatio: ita illa est ignorantia iuris, quae aliquo  
modo excusat, quia licet nobis notum sit talem coitu  
esse fornicationem, tamen Iudaeis agentibus secundum  
legem Moysi putatur esse matrimonialis coitus, & ideo  
non potest alter alteri obijcere illam fornicationem,  
de qua non constabat eis, quod erat fornicatio quan-  
do illam exercebant. In coeteris autem casibus, quan-  
docunque mulier fornicata fuerit potest vir petere  
diuortium.

Ad primum dicendum, quod quantum ad forum  
exteriorem ex quacunque intentione dimittat vir vxo-  
rem fornicatam licet ei. Et tamen si quantum ad  
scientiam agitur: Dicendum, quod aut dimittit vir  
vxorem fornicatam ad vindictam quasi per hoc retribu-  
at ei pro fornicatione: est dare malum pro malo,  
& peccat, quia vindicta non est appetenda, neque reci-  
pienda: si vero ad euitandam infamiam prouenientem  
ex crimine vxoris, quasi se sit fautor, & patronus tur-  
pitudinis, non peccat, quia non reddit malum pro ma-  
lo, sed euitat malum proprium. Si autem agat ad e-  
mendationem vxoris, vt illa tedio affecta corrigatur,  
bene agit, vt dicitur extra de diuor. cap. de illa: & tunc  
est opus charitatis, & redditur bonum pro malo.

Ad secundum dicendum, quod maius peccatum  
est, quando ambo fornicati sunt, quam si alter tantum:  
& tamen non sit repudium propter esse maius pecca-  
tum: sed quia alter eorum petit, cum diuortium sit  
introducendum in fauorem eius, qui caste viuit, si vult  
absoluti a debito eius, qui fornicatur: quando autem  
vterque fornicatus est, maius peccatum est: & tamen  
neutri competit ius contra alterum: eo quod paria  
peccata tolluntur mutua compensatione. Vnde si age-

ret alter eorum ad diuortium, posset repellere ab agendo.  
extra de diuortijs cap. significasti, & cap. ex literis. Hoc  
autem est, quia diuortium introducitur est in fauore  
caste viuentis: si autem esset praecipuum iuris. I. vt pro-  
pter fornicationem fieret diuortium, etiam nemine  
petente, dico, quod a fortiori fieret si ambo fornicati  
sunt, quam si alter tantum: & tamen sit diuortium ad  
petitionem caste viuentis: vnde fornicato altero con-  
iugum, si alius non petit diuortium, manet repetitio  
debiti, & ita non fornicatus potest reconciliare sibi for-  
nicatum cognoscendo carnaliter post fornicationem  
ei notam.

Ad tertium dicendum, quod licet alia peccata sint  
multo maiora, quam fornicatio, non sit diuortium  
propter illa, sed propter fornicationem. Sic dicitur re diuor-  
extra de diuortijs cap. quae sunt. Iq pro furto, aut alio  
crimine viri non potest mulier ab eo separari. Et ratio  
est, quia diuortium cum sit contra matrimonij statum,  
non datur pro peccato simpliciter, sed pro peccato co-  
missione contra matrimonium. Coetera autem peccata  
non sunt directe contra matrimonium, ideo pro illis  
non sit diuortium. Etiam, quia diuortium datur in  
fauorem coniugis viuentis caste, & in odium alterius  
agentis contra matrimonium, & contra coniugem:  
fornicatio autem est contra legem matrimonij, & est  
in prauidicium coniugis: ideo pro ea datur ius diuor-  
tij: coetera autem vitia, licet sint magna, sunt contra  
Deum, & non contra coniugem: ideo non datur di-  
uortium pro eis: pro fornicatione autem qualiscunq;  
sit potest peti diuortium: vnde si vir sit sodomita acti-  
ue, si ad pecora coeat, si seipsum polluat, poterit vxor  
petere diuortium: Sic dicit Glo. 32. q. 7. capit. omnes  
causationes.

Quid autem si vir polluat mulierem extra claustra  
in vase indebito, vel omnino extra vas, sicut dicitur  
Gen. 38. de Onan filio Iudae, quod semen fundebat in  
terram, cum ad vxorem suam accederet. Dicit Glo.  
ibidem, quod petere potest diuortium. Et dicendum  
quod verum est, quia istud est peccatum grauissimu  
ex specie sua, quia agit extra vas, siue fiat sine vase vl-  
lo, siue in vase indebito, licet deterius sit in vase inde-  
bito, quam sine vase: & tamen adhuc sine vase agere  
vocat crimen pessimum, sicut dicitur Gen. 38 quod  
occidit illum Deus, qui semen fundebat in terra, quia  
rem pessimam ageret. Etiam est vterq; modus isto-

rum valde prauidicialis vxori. Primo, quia est contra  
intentionem matrimonij, cum inde sit impossibilis  
generatio. Secundum contra intentionem vxoris, quia  
mulieres intendunt filios habere, sicut dicitur extra  
de frigi. & male. cap. accepisti. de muliere, quae ait, ma-  
ter esse volo, & filios generare: & dixit Rachel ad Ia-  
cob, da mihi liberos alioquin moriamur Gene. 30. capit.  
Tertio est in iniuriam vxoris, quae extraordinarie pol-  
luitur indebite effuso semine, & hoc est proprie illam  
pollui: na quando recipitur semen in vase debito, non  
est pollui, quia ordine naturae res agitur: cum vero ex-  
tra illud, siue sine vase, siue in non debito vase, illa pol-  
luitur, & ad iniuriam ei cedit si non sponte patiatur.  
Quarto, & precipue, quia tollitur libertas principalis  
matrimonij. Nam actus coniugalis est iunctio princi-  
paliter ad mitigandum fontem, vt excusetur forni-  
catio, & hanc solam causam posuit Apost. I. Corin. 7.  
vnusquisque vxorem suam habeat propter fornicationem  
euitandam, & tamen vxore polluta extraordi-  
narie sine vase, vel in vase indebito: non mitigatur  
in ea fomes, sed potius accenditur flamma libidinis,  
eum nihil ad haec patiatur fornicari: ideo sit valde con-  
tra intentionem matrimonij: ideo pro tali pollutio-  
ne qua vir feminam inuitam polluat potest eam ab-  
eere per diuortium.

Cum vir  
agit extra  
vas multi-  
pliciter  
prauidicat  
vxori.



An per Sodomiam, vel bestialitatem causetur diuortium. Quæstio LXXII.

SED quid si Sodomita sit, vel ad pecora eat? Dicendum, quod etiam fiet diuortium, quia fornicatio est, & grauis quidem, & valde in præiudiciū vxoris: nam vir talia exercens nunquam gignet. Etiam, quia non reddit vxori debitum ista agendo, sed subtrahit illi, quidquid sic facit. Sed quid si seipsum polluat, quos Apostolus molles vocat? Dicendum, quod sic, quia fornicatio est: nam mechæ, vel fornicationis nomine omnis illicitus concubitus, & indebitus membrorum vsus continetur, vt ait August. super Deute. & 32. q. 4. cap. meretrices. etiam, quia in præiudiciū vxoris est, quia ita illa nunquam concipiet: etiam quia non satisfit vxori ad vitandam fornicationem, quia sic illa non cognoscitur à viro.

An Sodomia passua causet diuortium. Quæstio LXXIII.

SED quid si sit Sodomita passiuè solum. Dicendum, quod quidam non faciunt differentiam, an actiuè, vel passiuè, sed quod vtroque modo vxor possit repellere virum. Sic tenet Glo. 32. q. 7. cap. omnes causationes. Est tamen dicendum, quod aliqua differentia est quantum ad præiudiciū vxoris. Nam quantum ad conditionem criminis vtrumque est nephas, & etiam videtur culpabilius volens sodomiticè pati, quam agere, vt declaratum est supra 5. cap. q. 114. & tamen qui sodomiticè agit per hoc directè frangit fidè vxori, eo quod carnaliter cognoscit aliquid aliud quam illam: & tamen in fide coniugali duo includuntur, vt supra declaratum est. si ei commisseri quando petierit, & nulli alteri: sed agens sodomiticè alteri commissetur, qui verò patitur non commissetur alteri, vt vir, sed vt foemina: & ideo non puidicat directè vxori. Secundò, quia sic faciens sodomiticè, ex vxore nūquā gignet, etiam nō reddet ei debitum, quia sodomiticè effundit quod debetur vxori: patiens autem neutrum istorum habet. Nam ex eo concipiet vxor, etiam reddet ei debitum ad euitandam fornicationem, cū nulli alteri commissetur effundēs quod debet vxori. Et tamen dicendum, quod cū non possit negari quod sodomiticè pati sit fornicatio: poterit eum mulier repellere cū propter fornicationem fiat diuortium.

Quid si vir non fuerit actu fornicatus, sed concupierit, an possit esse diuortium. Quæst. LXXIX.

SED quid si vir non fuerit actu fornicatus, sed concupierit, an possit esse diuortium? Aliqui dicunt, quod sic, quia desiderium fornicandi deliberatum est fornicatio, supra 5. cap. si, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo, & 32. q. 5. ca. qui viderit: & ita mulier aliqua dicitur corrupta antequam veniat ad suum corruptorem: quia iam animo fornicata est, vt ait August. 2. lib. de Ciuita. Dei, & 32. q. 5. cap. proposito. ita est fornicatio spiritualis, quam Deus peccatum mortale reputat. Dicendum, quod ista vocatur fornicatio, & est peccatū mortale, licet non sit ita graue, sicut fornicatio actu summatam per commixtionem carnis etiam quantum ad Deum, quantum ad forum autem contentiosum, in quo petitur repudium, talia non reputantur peccata. Nam talia, quæ in solo animo sunt, probari non possunt: dato tamen, quod pateret de eis, adhuc non est de eis iudiciū humanum exercendum, quia cogitatio sistens in terminis suis, quæ nullo modo ad extra prodijt, non habet pœnam de lege forali: potissimè,

Nonnullum resp. ad q. 9.

Doct. resp. ad quæst.

quia diuortium datur in fauorē coniugis castè viuētis, & in odium eius, qui fornicatur in quantum ille præiudicat castè viuenti, & tamen per solum desiderium fornicandi non præiudicatur alteri coniugum: ideo diuortium fieri non potest. Sic tenet Glo. 32. q. 7. cap. omnes causationes: dicens quod hoc fit, quia Ecclesia de occultis non iudicat. 32. dist. cap. erubescant: hæc autem omnia licet sufficiant ad diuortium, omnia tamen simul sumpta non sufficiunt ad soluendum vinculum, ita quod liceat mulieri transire ad aliud matrimonium. Sic dicit Hiero. ad Damasum, & 32. q. 7. c. omnes causationes. quam diu viuat vir licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiosus omnibus opertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus est, maritus tamen est reputandus, cui alterum virum accipere non licet: & ita propter ista dixit Hierony. licitum esse diuortium, sed non repudium.

An spiritualis fornicatio, vtputa b. arefisis, & alia peccata sint causa diuortij. Quæst. LXX.

DE spirituali autem fornicatione est dubiū, an sit causa diuortij. Dicendum, quod accipiendò largè fornicationem spirituale, omne peccatum mortale est fornicatio, quia sicut quocumque sponsa, vel vxor recedit à viro, vel spōso, cuiusq; alteri adherit fornicatur: ita cū Deus sit sponsus animarum nostrarum, quia est sponsus Ecclesiæ, ad Eph. 5. cap. quocumque anima nostra recesserit ab eo, cuiusq; alteri adherit fornicatur, sed per omne peccatum receditur à Deo, ideo per omne peccatum fornicatur anima. Et sic accipiendò non datur diuortij pro omni fornicatione. Est enim diuortium spirituale. Dei, & animæ: non tamen est diuortium carnale vxoris à viro pro fornicatione, quam alter eorum committit in Deum, cū non committat eam in cōiugem: & ideo, quia fornicatio carnalis est directè contra matrimonium carnale, per istam sit diuortium coniugum, & non per spirituale largè sumptam: accipiendò autem specialiter vocatur fornicatio spiritualis hæresis, & per istam sit diuortium coniugum, propter fornicationem carnalem. extra de diuortijs. c. de illa, & c. quāto. Sed tunc dicitur, quomodo potest fieri diuortium per tale peccatum, quia Chr. istus dixit non licere dimitti vxorem à viro, nisi ex: epra causa fornicationis: supra 5. cap. & supra in litera. Aliqui dicunt, quod est duplex fornicatio. f. carnalis, & spiritualis: dicendo autem fornicationem gener. aliter vtramque intellexit: ideo pro vtraque est diuortium. Secus si dixisset de sola fornicatione carnali. Sed non stat, quia tunc cū omne peccatum sit fornicatio quædam à Deo, propter omne peccatum daretur diuortium, quod falsum est. Secundò, quia Ecclesia non potuit statuerè contra legem Christi, quæ sciam causam fornicationis excepit: non ergo potuit addere causam hæresis. Tertio, quia eadem ratio e potuisset excipere alias causas æquales. f. idolatriam. Est enim æquale vitium idolatriæ, & hæresis, quia vtrumque directè est contra Deum: imò & idolatria videtur deterius, quia pessimum quod facere potest hæreticus, est attribuerè deitatem ei, qui non est Deus, cessando colere eum, qui est Deus: & tamen non ponitur idolatria causa diuortij: ideo neque hæresis. Quarto, quia isti volunt pertinere istum casum ad fornicationem, & esse casū additum ad illum, quem Christus excepit, sed manifestum est, quod Christus non locutus est, nisi de fornicatione corporali, quæ sola propriè vocatur fornicatio, & quando absolutè dicitur fornicatio, ipsa sola intelligitur. Potissimè, quia fornicatio sola carnalis directè repugnat matrimonio, quod tollitur quantum

Quid diuortij sit.

ad aliquid per diuortium: ideo non potest addi alia causa diuortij. f. hæresis. Aliqui ergo dicunt propter hoc, quia pro hæresi non fit diuortium, sicut pro fornicatione, sed pro sola fornicatione: est enim diuortium separatio coniugum quantum ad thorum, & mutua obsequia, quæ sunt in cohabitatione: ita quod solum maneat vinculum matrimonij inter eos: & ita in fornicatione fit diuortium, quia nec redditur debitum fornicanti, neque cohabitatur ei. In hæresi dicitur, quod non priuatur hæreticus debito quantum ad thorum, sed solum quantum ad cohabitationem: & ita non est diuortium. Sed dicendum, quod non stat: primò, quia non consonat iuri. Nam extra de diuor. cap. quæst. fit separatio coniugum propter hæresim: & ibi dicitur, quod tamen maneat inter eos vinculum matrimoniale: & sic videtur, quod non manet inter eos copula: quia aliàs nō oporteret dubitari: quia copula est actus matrimonij, & manente iure copulæ certum est manere matrimonium: & non oporteret dici, quod separati semper essent coniuges, & non possent ad alia vota transire. Idem innuitur in c. quanto. Secundò patet, quod sit contra intentionem iuris, quia frustra esset tollere cohabitationem, si nō tollatur ius petendi debitum: quia si quocumque petierit vir reddat femina: erit indirectè cohabitatio quædam: & ita conceditur vno modo, quod alia via negatur, quod est contra ius. Tertio, quia si sit diuortium propter hæresim in fauorem eius, qui rectè credit, quidquid mali cauere vult ius faciendò separationem quantum ad cohabitationem, fiet concedendo simulatè thori: ideo non conceditur vnum negato alio. Dicendum ergo est, quod propter hæresim non fit diuortium in quantum est fornicatio spiritualis: quia tunc in omnibus peccatis fieret diuortium: sed quia cohabitatio est in præiudiciū magnum rectè credentis: vnde si quis incidat in hæresim, & tamen non nitatur peruertere vxorem ad illum errorem, non fiet diuortium: si autem nitatur peruertere eam, diuortium fiet. Sic patet extra de diuor. cap. quæst. f. nos itaque taliter respondem⁹, quod mulier pro, vel alio crimine viri sui, (nisi fidei suæ religionem corrumpere velit) ab eo separari non debet: verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficiū traxerit, à viro poterit separari. Simile patet quantum ad cohabitationem infidelij & fidelij conuerforum. Nam si conuertatur Iudæus ad Christum, & vxor nolit conuerti, velit tamen manere cum viro, tenetur eam secum habere, & maritali affectione tractare, si eidem cohabitare voluerit sine contumelia creatoris. extra de diuor. ca. gaudem⁹. & ita infidelitas non est sufficiens causa dirimendi matrimonij: sed contumelia creatoris soluit ius matrimonij. eod. tit. cap. quanto. ita ergo circa fideles, quorum alter in hæresim labitur, si manere velit, aut maneat hæreticus non pertrahens fidelem ad errorem, non erit causa diuortij: quia non est ibi contumelia creatoris, & patent ista eod. cap. quanto. vbi comparatur hæc. Sed aliquis dicit, quod contumelia creatoris est, si alter coniugum manet in hæresi: etiam si aliū non pertrahat ad hæresim: & ideo quocumque modo labatur vnus coniugum in hæresim, poterit alius petere diuortium. Dicendum, quod non, quia non vocatur contumelia creatoris respectu eius, qui est in peccato, sed respectu eius, qui cohabitatur. f. si illa cohabitatio redundat in dedecus Dei: tunc enim in dedecus Dei redundat, quando qui in peccato est dicit blasphemiam aliquam contra Deum, per quam intēdit, vel alterum inclinare, vel tedio afficere. Er patet, quia aliàs cūm quilibet infidelis maneat actualiter in peccato mortali infidelitatis, non possit cohabitare sine contumelia creatoris coniugi fidelij: & tñ aliàs potest, quia aliàs iura

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

non dicerent, quod maneat si vult cohabitare sine contumelia creatoris: ergo ita erit hic, quod non dicitur lapsus in hæresim cohabitare cū iniuria Dei, quia ipse in peccato manet: sed quia alium nititur trahere ad errorem, vel in conspectu eius dicit aliqua, quæ sunt in contumelia Dei, vt ipsum tedio afficiat: nemo tamē cogitur sustinere Dei contumeliam: ideo potest in talibus petere diuortium, sed non aliter. f. quando vir est hæreticus, & tacet: & ista est veritas. Et tunc dicendum, quod non datur diuortium ad solam cohabitationem, sed ad thorum, & cohabitationem: quia dato thoro daretur indirectè cohabitatio. Secundò, quia si possit vir magis allicere mulierem ad errorem suū communicando in venereis: quia nihil est, quod magis corda peruertat, & alliciat, quam venus: & ideo dixit Deus Deutero. 17. quod reges non habent vxores plurimas, quæ allicerent corda ipsorum: & ita dicitur de Salomone. 3. Reg. 11. quod mulieres peruertunt cor ei⁹ à Deo, vt coleret idola, & imolabat thura dijs earum. A fortiori ergo moueretur mulier propter gaudia venereorum, & communicationem eorū cum viro ad errorem eius: ideo debet separari ab eo quantum ad thorum. Vnde si possit cohabitare ei, & non commisceretur, tolerabilius esset, quia min⁹ alliceret eam: quia tñ non potest tolli cōmixtio cohabitantis, sit diuortium quantum ad vtrumq;. Et tunc dicendum, quod propter hæresim non datur diuortium, in quantum illa est fornicatio spiritualis, neq; in quantum est graue peccatum, & directè contra Deum: sed solum ad defensionē mulieris, quia auferendus est ei laque⁹ peccati: & tamen vir hæreticus si nititur peruertere mulierem, cui carnaliter commiscetur ad errorem, poterit faciliter agere, tam ex assiduitate conuersationis, quam ex conditione participationis. f. quia in venereis participant. Ideo vt tollatur hoc grauisimum periculum, si mulier petat diuortium, concedendū est: & non est directè diuortium, sed mulieris tutela, quia nulli neganda est necessaria defensio animæ, & corporis. Sic enim si mulier machinaretur in mortem viri, & non possit esse vir securus de malitia animi eius, fieret diuortium viro petente, & ostendente etiam, vt colligitur extra de diuor. cap. si qua mulier. & in glo. cap. sequē. eod. tit. sic etiam si tanta esset viri legitima contra vxorē, quod non possit dari conueniens securitas: non solum non debet restitui ei petenti restitutionem si recessit ab eo: sed etiā debet ab illo amoueri. Et ita diuortium propter sequitiam fieri poterit, vt consilium viræ coniugis, vt patet extra de restit. spol. ca. literas. & tñ maior esse debet cura de anima, q̄ de corpore: ergo in casu, in quo alter coniugum alterum ad hæresim trahere nititur, diuortium petenti est cōcedendū, & verū est, quod directè nō datur diuortium, nisi pro fornicatione: quia ibi datur in pœnam pro peccato. in hæresi autē, vel iusto timore mortis fit separatio, non ad priuandum directè debito coniugali, sed ad tutelam eius cui timendum est. Alij autem dicunt, quod in hæresi specialiter conceditur diuortium, quia est hæresis specialiter contra bona matrimonij. Nam vnum de bonis est bonū prolis. f. q̄ proles gignatur, & religiosè educet in cultu Dei: sed per hæresim destruitur totus cultus Dei: ideo licet fieri diuortium. Dicendū, quod non stat: quia eodē modo est contra bonū prolis quocumq; aliud peccatum parentū: quia si sunt parētes vitiosus, erudiet filios ad similia, & sicut imitantur eos in hæresi: ita & in ceteris imitantur: ergo in quolibet peccato esset eadē cā diuortij. Sed falsū ē, quia si sola peccata committat vir, nō poterit ab eo separari mulier. extra de diuor. c. q̄st. f. id q̄ fiat spālter in hæresi causa est, q̄ dicta fuit. f. nō quia est heretic⁹, sed quia mulierē ad hæresim sollicitat. Et hoc nō debetur, qñ ostēdebat, q̄ ppter hæresim non fieret diuortium.

Nihil magis possit vir magis allicere mulierem ad errorem suū communicando in venereis: quia nihil est, quod magis corda peruertat, & alliciat, quam venus: & ideo dixit Deus Deutero. 17. quod reges non habent vxores plurimas, quæ allicerent corda ipsorum: & ita dicitur de Salomone. 3. Reg. 11. quod mulieres peruertunt cor ei⁹ à Deo, vt coleret idola, & imolabat thura dijs earum.

Nulli est deneganda ex conditione participationis. f. quia in venereis participant. Ideo vt tollatur hoc grauisimum periculum, si mulier petat diuortium, concedendū est: & non est directè diuortium, sed mulieris tutela, quia nulli neganda est necessaria defensio animæ, & corporis.

Maior cura esse debet, quia anima, q̄ de corpore: ergo in casu, in quo alter coniugum alterum ad hæresim trahere nititur, diuortium petenti est cōcedendū, & verū est, quod directè nō datur diuortium, nisi pro fornicatione: quia ibi datur in pœnam pro peccato. in hæresi autē, vel iusto timore mortis fit separatio, non ad priuandum directè debito coniugali, sed ad tutelam eius cui timendum est.

O Ad

Ad primum dicendum, quod verum est, quod non fit diuortium propter hæresim, quia est fornicatio spiritualis: sed in quantum hæreticus sollicitat fidem ad errorem.

Ad secundum dicendum, quod verum est, quod Ecclesia non potuit statueri contra Christum: & ideo cum ille dixerit esse vnicam causam, concedendum est non esse alias causas diuortij, neque Ecclesia statuit alias addendo illas: vnde pro hæresi non est diuortium: sed datur separatio ad defensionem coniugis fidelis: sicut quando simetur mors, aut vulnus inferri vni coniugi ab altero: quia est tunc tutelam necessariam dare & non diuortium facere: sed non potest aliter fieri securitas nisi per separationem: ideo fit diuortium per accidens: Christus autem locutus est de diuortio directè factò in penam criminis.

Ad tertium dicendum, quod verum est, quod si cepisset Ecclesia hæresim ad causandum diuortium in quantum est magnum crimē, posuisset etiam multa alia crimina æqualia & minora: sed non posuit hæresim nisi in quantum, qui hæreticus est sollicitat coniugem orthodoxum ad errorem, vnde dicitur est. Sed tunc dicitur, quod idem erit quantum ad alia crimina, si alter coniugum alterum sollicitet.

Dicendum, quod ista habent auctoritatem à iure, quia sunt positua: ideo non possumus aliud asserere, vbi scriptum non inuenimus maximè in penalibus: & ideo licet sit aliqua similitudo vel identitas rationis, non audemus idem asserere: potissimè cum ius hoc videatur exprimeri extra de diuor. cap. quæst. scilicet mulier pro furto, vel alio crimine viri sui ( nisi fidei suæ religionem corrumpere velit ) ab eo separari non debet. Verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficia traxerit, à viro poterit separari: & ita si in hoc crimine vir sollicitat vxorem conceditur diuortium. Si in aliis autem sollicitat, non conceditur. Ratio videtur, quia istud crimen est periculosius, cum errare in fide sit errare in toto, quia fides est fundamentum. De ceteris ergo vitis licet vir sollicitet mulierem ad illa, non conceditur diuortium, ne detur occasio facilius dissoluendi omnia matrimonia.

Fides est fundamentum ceterarum virtutum.

Ad 4. rō.

Ad quartum concedendum est, quod Christus non locutus est nisi de fornicatione corporali: & ideo non fit diuortium pro hæresi, quasi sit fornicatio spiritualis, & includatur nomine fornicationis à Christo dicitur: sed datur diuortium indirectè, & per accidens ad necessariam tutelam coniugis orthodoxi.

Ad 4. ratio nem quæstionis 65. secundum quosdam.

Ad quartum argumentum principalis quæstionis, quæ erat sexagesima quinta, dicunt quidam, quod pro peccato contra naturam potest procedi ad diuortium sicut pro fornicatione: & tamen non fit mentio de ipso, tum quia est fetidum vitium & innominabile: tum quia rarius accidit, tum quia non causat incertitudinem prolis sicut fornicatio. Sed dicendum, quod pro vitio contra naturam quodcumque sit potest fieri diuortium, vt colligitur ex dictis Hieronymi ad Damasum & 32. quæst. 7. ca. omnes causationes, & Glo. ibi illud expresse tenet. Nā erit contra naturā, si coeat ad peccora, vel ad virū, vel seipsum polluat, vel feminā in vase indebito vel extra debitū polluat, vt ostensum est de singulis supra, & vsq; ad 70. Et dicendum, quod non est causa addita ad eam quam Christus expressit: sed verè comprehenditur sub nomine fornicationis: quia fornicatio est omnis indebitus coitus, & omnis illicitus vsus membrorum generatiuorum: vt dicit Aug. in libro de quæst. Deutero. & 32. quæst. 4. cap. meretrices, & ideo pro omnibus modis illius vitij datur diuortium, quia est quilibet illorum modorum fornicatio.

In q. 65. Quid fit fornicatio

Ad tenetur vir ei eiecerit mulierem fornicatam per diuorsum.

Quæstio LXXI.

QVÆRETVR, an tenetur vir ei eiecerit mulierem fornicatam per diuortium. Aliqui dicunt, quod sic: quia vir cum sit caput mulieris, primæ Corinth. vndecimo, tenetur eam corrigere peccantē: & tamen separatio à thoro est inducta ad correctionem fornicantis coniugis: ergo tenetur vir eam abiecerit, vt sic corrigatur. Secundò, quia qui consentit peccanti peccat mortaliter. ad Rom. primo ca. sed vir retinens vxorem fornicariam videtur consentire peccato eius: ergo tenetur eam ei eiecerit à se. Tertio, quia primæ Corinth. sexto, dicitur: Qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur cum ea. Sed non potest quis simul esse membrum Christi, & membrum meretricis. eod. cap. scilicet. Tolles membra Christi, & facies membra meretricis: Absit: quasi dicat, quādo efficitur membrum vnius, desinit esse membrum alterius: & tamen quilibet obligatur esse membrum Christi, quā aliter nemo saluatur, nisi Christo incorporatus: ergo obligatur non esse membrum meretricis: sed vxorem fornicariam meretrix est: ergo obligatur vir non commiseri ei, vt non sit membrum meretricis: & ita tenetur dimittere vxorem fornicatam. Quarto, quia sicut cognatio tollit vinculum matrimonij faciēs, quod non fit matrimonij: ita fornicatio separatur à thoro causans diuortium: & tamen si vir seiat vxorem suam esse cognatam sibi in gradu prohibito, peccat mortaliter cognoscendo eam: imò etiam si Ecclesia per censuram excommunicationis compellat eum reddere debitum, debet potius sustinere sententiam excommunicationis quā reddere. extra de restitu. spo. cap. literas. & de sententia excommunicata. cap. inquisitioni: ergo cum vir sciuerit vxorem fornicatam, tenetur eam abiecerit. Quintò, quia quilibet tenetur vitare maledictionem, impietatem & fatuitatem, quāntū potest: & tamen qui retinet vxorem fornicariam est impius & fatuus: ergo tenetur eam dimittere. Sic dicit Hieronymus: Sola fornicatio est, quæ vxoris vincit affectum: imò cum illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri ne virum quoque sub maledictione faciat dicente scriptura, qui tenet adulteram stultus & impius est. Sextò, quia dicit Chryso, quod sicut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit: sic & fatuus & iniquus est, qui retinet meretricem. Nam patribus est turpitudinis, qui erimen celat vxoris. Idem dicitur extra de iure iuran. cap. quemadmodum.

Dicendum, quod non tenetur absolute vir dimittere vxorem fornicatam: quia dimittere fornicantem est permissio, & non præcepti: sic dicit Glo. i. Corinth. 6. quod dominus permisit causa fornicationis vxorem dimittere: sed non tenemur ad permissiones, cū non sint præcepta, sed sicut in fauorem nostrum: ergo ne mo obligatur dimittere vxorem fornicatam. Sic dicit Augustinus libro de Sermonibus domini in monte, & 28. quæst. primo ca. idolatria. scilicet: Dominus permisit causa fornicationis vxorem dimittere: sed quia permisit non iussit. Itē quilibet potest dimittere alteri, quod in se peccauit: sed vxor fornicando peccat in virum: ergo vir potest ei remittere peccatum illud, in quantum est contra ipsum, vt non dimittat eam. Pro quo sciendum, quod dimissio vxoris fornicantis introducta est ad corrigendum crimen vxoris per tale penam principaliter. Pena autem corrigens non requiritur vbi emendatio iam præcessit: & ideo si mulier de fornicatione sua peniteat, & non repētat eam: non tenetur vir eam dimittere. Si autem penitere non vult continuando fornicationem, tenetur vir illam dimittere, ne videatur consentire, & cooperari peccato eius.

Ad quid vxoris dimissio fornicantis introducta sit.

committendo debi- am correctionem, quam imponere ad ipsum pertinet, qui mulieris curam habet. Sed hoc non sic simpliciter accipiendum est, quia aut qui vult dimittere vxorē habet testes fornicationis eius, aut non. Si non habet, non potest eam dimittere, etiā si non peniteat de fornicatione: quia dimissio fieri debet auctoritate ecclesie, vt dicitur sequen. quæst. quæ probata fornicatione profert diuortij sententiam: vnde non existentibus testibus frustra petitur diuortium, seu diuortij sententia: & ideo sustinebit vir quouique fornicationis probationes habeat. Si habet testes, aut putat vir vxorem alicuius corrigibilem, licet nondum se emendauerit, aut non. Si putat verisimiliter, quod suasionibus, & minis inducta aliquando se corriget non tenetur dimittere eam, sed melius facit retinendo. Si non putat eam corrigibilem, aut credit, quod dimissa erit deterior aut non. Si credit, quod dimissa a viro audacius fornicabitur, & innecundius, non tenetur vir eam dimittere: quia aliquo modo cōsulit salutem animæ eius tenendo illam. Si verò non credit deteriorē futurā: aut credit, quod dimissio proderit ei ad correctionem, aut non. Si primo modo tenetur abiecerit: quia aliās omittit imponere conuenientem correctionem. Si autem dubitat an melior, vel deterior erit: aut est occulta fornicatio, id est quod non est mulier infamata publicè de fornicatione vel saltem apud multos, vel est infamata. Si non est infamata, videtur quod in nullo casu tenetur eam dimittere, etiam si putet, quod dimissa facilius emendabitur, quia nemo tenetur seipsum infamare, & tamen si vir petat aduersus vxorem diuortium in iudicio, & probata fornicatione sententietur contra mulierem, vnde infamata seipsum de facto, & graui quidem infamia: nemo tamen tenetur se infamare: ideo non tenetur eam dimittere. Si autem mulier est infamata de adulterio: si tamen adhuc non creditur communiter vxorem esse famam, incurreret vir maiorem infamiam: probato crimine in iudicio: ideo adhuc non tenetur eam dimittere: ideo quādiuunque vir retinet vxorem fornicariam, vel sub spe correctionis, vel vt ipse non infametur, aut non infametur illam, non peccat retinendo: sed tunc videtur peccare, quando non speratur de emendatione mulieris, & est res manifesta, & putatur, quod vir foueat crimini tenendo illam, debet dimittere, vt non videatur auctoritatem præstare patrando sceleris: vnde raro tenetur vir mulierem fornicatam abiecerit. Sed idem dubium erit de coniuga lapsa in hæresim, propter quod fit diuortium. extra de diuor. cap. quæst. & cap. quanto, & cap. de illa. an tenetur orthodoxus dimittere errantem.

Ad primum dicendum, quod tenetur vir corrigere vxorem suam fornicatam, & tñ non est solus modus correctionis per diuortium, sed et verbo & verberis: ideo si per talia expectetur correctio vxoris, non oportet quod diuortium fiat. Ad secundum dicendum, quod qui consentit peccanti, peccat si consentiat per approbationē vel auctoritatis præstationem, aut cum facilius possit impedire, ne fieret peccatum, & non impedit: & maximè, quā ad officium suū hoc pertinet impedire. Vir autē etiā si fornicantē non abiciat, non consentit peccato, sed dolet, & prohibet quantum potest dissuadēdo, ne fiat verbo, & verberis. Maximè si dimitteudo illam putat quod efficietur deterior: sed tunc vir peccat quā eā fornicantē neque verbo, neque verberis corrigat, & cum putat, quod dimissa emendabitur, si eam non abiecit.

Pro fornicatione carnali et semel in facta praliter coniugij petere diuortium p spuali aut nō nisi p seueret.

Ad tertium dicendum, quod fieri membrum meretricis peccatum mortale est: vxor autē quādiu fornicatur intentionem habens adhuc fornicandi meretrix est, & ideo tunc vir non coniungatur ei, sed abiciet illā, quia non emendatur: sed si incipit velle emendari, iam non est meretrix sed casta: ideo licite ei iungitur. Aliter potest dici, & melius, quod licet vxor maneat in proposito fornicandi, vir adhærens ei non adhæret meretrici: quia illa meretrix est respectu alieni viri, cui adhæret, aut adhærens intendit: sed respectu mariti non est meretrix: quia vinculo matrimoniali et iuncta est, & ideo quādiuque eam tetigerit, licitè tangit, etiam si illa publicè testetur, quod fornicari proponat.

Ad quartum dicendum, quod non est simile de cognatione ad vinculum: & de fornicatione ad thorum: nam cognatio tollit vinculum matrimoniale, quod neque esse potuit illa stante: ideo quodocumque confiterit alteri coniugum de cognatione in gradu prohibito, non debet petere debitum, neque reddere: quia esset fornicatio cum non sit ibi coniugium: fornicatio autem praestat viro ius diuertij ab vxore, non tamen imponit necessitatem diuertendi, & ideo licet adhererebit quandoque adhaerit. Nam fornicatio non tollit vinculum matrimoniale sicut cognatio: & sic vxor est, licet fornicata sit: non est igitur illicitum illam post fornicationem tangere: sed in hoc praedudicatur viro, quod bigamus efficitur.

Ad quintum dicendum, quod intelligitur de eo, qui retinet mulierem adulteram, quae non vult emendari, & forte emendaretur abiecta a viro: & maxime si vir retinendo eam aliquo modo videtur praestare auctoritatem crimini.

Ad sextum dicendum, quod est verum quando celando crimen vxoris non emendatur, & creditur, quod emendaretur reuelato crimine, quia tunc patrociniū quoddam est non reuelare illud: quando tamen occultatio fit ad euitandam infamiam viri, & vxoris, & putatur quod sic facilius corrigetur, non est patronus turpitudinis, sed emendator, qui celat crimen vxoris.

An vir vxorem fornicantem propria auctoritate abijcere possit. Quest. LXXII.

QVAERETVR, an vir vxorem fornicantem propria auctoritate abijcere possit, vel requiratur alicuius decretum vel auctoritas. Aliqui dicunt, quod propria auctoritate facere potest non requisito alicuius imperio, quia sententiam latam a iudice exequi licet sine alio iudicio: quia alias receditur in infinitum, cum sententia esset sententia: & ita sine termino: sed Deus, qui est iustus iudex hanc protulit sententiam, quod vxorem fornicatam abijcere liceat: ergo non requiritur aliud iudicium, sed vir propria auctoritate abijciat eam. Secundum, quia dicitur sup. 1. cap. quod Ioseph cum esset vir iustus nolebat Mariam traducere, quam putauit fornicatam: sed putauit occulte dimittere: & ita videtur, quod licebat ei hoc facere, quia iustus erat, & non faceret nisi quod bonum erat: maxime quia id non faciebat Ioseph, quia iustus erat, cum dicitur: Ioseph cum esset vir iustus: ergo ita licebat viro dimittere vxorem sine iudicio Ecclesiae: quia quod occulte fit sine iudicio fit, cum res per sententiam in iure efficiatur notoria. Tertio, quia si vir teneretur expectare iudicium Ecclesiae ad diuertendum ab vxore fornicaria, cauaretur ei magnum praedudicium: nam si non posset propria auctoritate abijcere vxorem, quam scit esse fornicariam, sed expectaretur iudicium Ecclesiae, interim si peteret mulier debitum, teneretur ille reddere: & reddendo perderet ius quod habet ad diuortium, cum per carnalem illam copulam reconciliet eam sibi, & ita nunquam posset vir consequi diuortium contra mulierem fornicatam. Quarto, quia per hoc gigneretur ei aliud praedudicium, scilicet quia quando cum vxore maneret, teneretur ei reddere debitum: & quia illa est fornicata, si cognoscat eam post fornicationem efficitur bigamus: & tamen non potest hoc euitare, si non potest diuertere propria auctoritate: ergo poterit. Quinto, quia illud, quod non potest probari non potest ad iudicium Ecclesiae adduci, sed fornicatio non potest probari, quia oculus adulteri obseruat caliginem. Iob 24. ergo non debet fieri diuortium iudicio Ecclesiae, sed auctoritate propria. Sexto, quia si per iudicium Ecclesiae fieret diuortium, oportebit accusari vxorem

de fornicatione & probari: sed in accusatione debet praecedere inscriptio. extra de accusa. capit. qualiter & quando. & inscribens obligat se ad talionem: sed hoc est inconueniens: quia daretur locus fraudi: & utroque modo consequeretur vir intentionem suam. Nam si probaret fornicationem separaretur ipse a muliere: si non probaret separaretur mulier ab eo: quia est pena contraria, sed hoc est absurdum: ergo non debet fieri iudicio Ecclesiae. Septimo, quia plus tenetur vir vxori suae quam extraneae: & tamen crimen extraneae mulieris non debet deferre ad iudicium Ecclesiae: nisi mentione praemissa iuxta formam correctionis fraternalis praecedenti causa. ergo multo minus debet deferre ad Ecclesiam crimen vxoris, nisi prius eam secretò monuerit: & ita non poterit saltem pro prima fornicatione petere diuortium: cuius contrarium dicebatur praecedenti quaest.

Dicendum, quod diuortium proprie dictum non potest fieri nisi per iudicium Ecclesiae: & non propria auctoritate. Et patet, quia nemo potest sibi ius dicere, sed alius est iudex & alius actor: & tamen in diuortio maritus est actor, cum pro offensa in se commissa per fornicationem vxoris vult illam a se separari. Si autem a se ipsam abijceret, iam ipse esset iudex: ideo non debet iudicio proprio eam repellere. Item quia nemo potest poenam imponere nisi iudex: quia imponere poenam est iurisdictionis 33. quaest. 2. capi. in hoc. & tamen maritus non est iudex vxoris: ideo non potest eam abijcere sine iudicio Ecclesiae. Sed sciendum, quod vxor potest dupliciter dimitti. Vno modo quantum ad thorum solum. Alio modo quantum ad thorum, & cohabitationem. Quantum ad primum potest vir dimittere vxorem statim ut constat sibi de fornicatione non expectato iudicio Ecclesiae: & non tenetur amplius reddere debitum petenti, nisi compelleretur per censuram Ecclesiasticam, & tunc si reddat obediendo Ecclesiae nullum praedudicium sibi generatur. De secundo modo dicendum, quod non poterit dimitti absque iudicio Ecclesiae: & si vir abiecerit mulierem absque iudicio Ecclesiae, tenetur illam recipere mandante Ecclesia, si illa restitutionem petat: etiam si ille opponat fornicationem. Et hoc verum est, nisi obijciens fornicationem offerat probationes in continenti paratas, sic colligitur in simili. extra de restitu. spolia. cap. literas: & si non paret mandatis excommunicatur. sic patet extra de duor. cap. significasti: ubi vir eiecit vxorem a se. quia audiuit eam commississe incestum, & illa petit restitui iubetur restitui: nisi quia illa postea fornicata est, & ita perdidit ius restitutionis, quia tamen maritus etiam interim fornicatus est compensatis ambobus criminibus iubetur illa restitui, ac si non fuisset fornicata, & intantum in hoc requiritur Ecclesiae sententia, quod etiam si notiora sit fornicatio: ut quia fuit in oculis totius populi, sicut de Absalone & concubinis patris eius, secundo Regum 16. adhuc non potest sine Ecclesiae iudicio abijcere illam: & peccat abijciendo: & si illa petat restitutionem est restituenda, etiam fornicatione notoria existente. extra de diuortio capitulo. porro: & tunc poterit vir petere diuortium, & fiet ostensa fornicatione. Nam etiam si notorium sit, aliquos actus iudicis exigit, scilicet citationem, & sententiam, & probationem, quod notorium sit, quia forte erit notorium toti populo, vel maiori parti, & iudici non erit notorium, imò neque notum, & tunc oportebit probari coram eo, quod notorium sit, vel quod sit verum. Et quod dicitur de restitutione verum est nisi ille, qui abiecit vxorem pro fornicatione notoria offerat se daturum probationes in continenti: alioquin interim restituatur mulier, et discutietur veritas super perituro, & diffinitur. Ita

Nemo potest ius sibi dicere.

Ita autem fit, quando mulier recedit a viro propria auctoritate, dicens, se esse cognatam eius, vel vir abijcit vxorem ex eadem causa. Nam ante omnia iubetur fieri restitutio. extra de duor. cap. porro. & tamen est illud intelligendum in ea, quae habentur extra de restitu. spolia. cap. literas. quia cum mulier, quae recessit asserens se cognatam viri maxime in gradibus diuina lege prohibitis, offert probationes incōtinēti paratas, aut non. Si offert, debet restitui ipsa viro quantum ad cetera iura viri in mulierem, & bona eius, & solū quantum ad debitum non restituit, & ideo non cohabitatur ei quousque datis probationibus, & discussa causa videatur veritas: si non offert incōtinēti paratas probationes, sed exigit aliquantam dilationem, debet mulier totaliter restitui viro, etiam quantum ad thorum. Sed mulier si habet conscientiam certam de impedimento consanguinitatis, non debet petere debitum, neque reddere petenti: & tunc viro cōquerente compellitur illa per censuram Ecclesiasticam reddere debitum, sed ipsa non debet reddere, sed potius excommunicationem tolerare: & ita manebit excommunicata quousque diffiniatur causa: & si inuentum fuerit impedimentum, quod mulier assererat, absoluetur tunc tam a viro, quam ab excommunicationis sententia, & vere incurrit mulier, licet iniuste excommunicaretur, cum Ecclesia habuerit iustam causam ignorandi: & ideo medio tempore mulier abstinere debet ab ingressu Ecclesiae, & a ceteris, sicut verè excommunicata. Praedicta vera sunt, quae putatur, quod mulier manere poterit in domo viri, & non compelletur eam absolute ad copulam inferendo minas: si autem vir tale est, de quo praesumitur, quod muliere non consentiente sibi verberabit eam, non restituatur sibi vsque ad finem causae: sed manebit interim in loco tuto, ut veritas discutatur, ut patet in eod. cap. literas. Dicendum tamen, quod primus modus separationis ab vxore non vocatur diuortium, sed secundus: ideo verum est absolute, quod diuortium non est sine sententia Ecclesiae. Sed dicitur nunquid in diuortio, quod fit propter haeresim, requiratur iudicium Ecclesiae. Dicendum, quod cum etiam ibi diuortium fit pena, non potest imponi nisi a iudice: & ideo si vxor dicat virum lapsum in haeresim, & sollicitasse ipsam ad haeresim, poterit petere diuortium, & fiet si hoc probauerit. Si autem recesserit illa a viro sine iudicio Ecclesiae praetextu haeresis, & ille eam repetit, restituenda est etiam si obijciat haeresim, & manebit in potestate viri quousque probet haeresim, & sollicitationem: si tamen mulier sine iudicio Ecclesiae recesserit a viro labente in haeresim: si ille repetat eam reuersus de haeresi petat illam, non restituatur. extra de duor. cap. de illa, & cap. quarto. & ita videtur in carnali fornicatione, quod si mulier iudicio Ecclesiae separatur a viro propter fornicationem viri, non cogitur vnquam redire ad eum in vita quantumcumque illa peniteat: fecus si propria auctoritate: quia tunc cogitur redire, siue sit correctus, siue non: & manebit cum eo quousque ipsa petente diuortium ostensa fornicatione fiat diuortium: & iam nunquam restituatur mulier viro, eo petente.

Vxor hinc certā conscientiam de impedimento consanguinitatis, non debet petere, neque reddere debitum viro petenti.

At vtrumque pertinet ad positium. Leges ergo semper indigent sententijs, sicut vniuersale indiget applicari particulari, & sicut in medicinalibus est necessarius peritus medicus in applicatione praceptorum medicinalium ad istum hominem, & ad istum morbum: ita & in politicis est necessarius iudex in applicatione legum vniuersaliter positarum ad negotia, quae per ea diriguntur: & ista applicatio est sententia: ideo vltra leges sunt necesse sententiae iudicum. Ita hic Christus posuit legem de diuortio, & quia illa est data generaliter quantum ad omnem fornicationem, & quantum ad omnes coniuges, oportet, quod ad hoc, quod applicetur ad hanc, vel illam fornicationem, quae est horum, vel illorum sit sententia, quae est applicatio legis, & sententia non est, nisi iudicis: ideo diuortium cum sit pena ecclesiastica, necesse est, quod inferatur per sententiam Ecclesiae. i. ecclesiastici iudicis.

Ad secundum dicunt aliqui, quod Ioseph noluit dimittere Mariam propter suspicionem fornicationis: sed quia propter reuerentiam sanctitatis eius timebat cohabitare ei. Sed hoc non stat, quia litera repugnat, cum Angelus excuset ibi Mariam, dicens: Quod in ea conceptum est, ex Spiritu Sancto est: & tunc accepit eam. Et tamen si propter reuerentiam sanctitatis timeret cohabitare ei, magis timeret cohabitare postquam sciret eam concepit ex Spiritu Sancto: quod ante ille non cogitauerat: & ita non conuenienter inuadet angelus Ioseph per haec verba accipere Mariam. Ideo dicendum, quod verè suspicabatur eam fornicatam: quia pregnantem videbat, & nesciebat unde esset: & ideo cum esset vir iustus, & reputaret peccatum esse cohabitare tali mulieri, & rursus nollet eam accusare, cogitauit eam dimittere occulte. Et dicendum, quod Ioseph licet agebat, & ad bonum finem, occulte dimittere volens Mariam, quia vel oportebat eum tenere mulierem, quam adulteram putabat, & educare alienam prolem, vel accusare eam ad mortem. Primum non poterat sustinere, quod fit grauis dolor potissimum educare alienum filium, quem haeredem institui oporteat. Secundum agere nolebat, quia cum esset benignus, non volebat eam accusare ad mortem: ideo cogitauit eam occulte dimittere, & erat conuenienter factum: nobis autem non est talis perplexitas, ideo non licet sine iudicio Ecclesiae dimittere vxores. Aliiter potest dici, quod esset alicui nunc talis perplexitas. scilicet si fornicaretur vxor sua, & concepisset de alio, non liceret ei dimittere eam quantum ad thorum, & cohabitationem simul sine mandato Ecclesiae: & si probare non posset, cogitur sustinere hoc malum: quod si abijceret vxorem talem propria auctoritate, cogitur ad eam redire per sententiam excommunicationis: extra de diuortio. cap. porro, & c. significasti, & cap. de illa: fecus autem erat de iudaeis, quia eis plura licebant contra vxores, quam nobis. Nam illis licebat repudiare, nobis autem non, sed solum diuortium facere: etiam illis licebat dare libellum repudij sine auctoritate iudicis solum propria voluntate nulla causa probata, neque expressa. Nobis autem non licet sine iudicio Ecclesiae: ideo liceret Ioseph occulte dimittere Mariam, & non licet nunc alicui viro dimittere occulte vxorem, sed iudicio Ecclesiae.

Ad tertium dicendum, quod non sequitur aliquod inconueniens, non faciendo diuortium sine mandato Ecclesiae: nam ut dictum est supra, vna est separatio ab vxore quantum ad thorum solum, & alia quantum ad thorum, & cohabitationem. Primum potest fieri facere vir propria auctoritate fornicante muliere quandoque de fornicatione sciuerit: & ista non vocatur diuortium. Secundum non potest facere sine iudicio Ecclesiae, & ista vocatur diuortium.

Leges semper indigent sententijs.

Duplex est separatio viri.

Lex & sententia i quo differunt.

Ad primum dicendum, quod dominus diffiniuit super diuortio, non quidem per modum sententiae, sed per modum legis. Differt enim in hoc lex a sententia: quia lex est praecipuum, & regula agendorum in vniuersali, non applicata ad aliquem vnum: casum numero, sed ad omnia familia negotia extenditur. Sententia verò est diffinitio iudicis data in aliquo particulari negotio: & ita lex, & sententiae sunt, ut vniuersales, & particulares: unde Aristoteles distinguit iustum legale, & sententiale, quia non sint idem, licet.



Et ita non tenetur vir reddere debitum mulieri fornicatae, cum possit hoc ei propria auctoritate subtrahere. Et non erit inconueniens, quia non perdet ius petendi diuortium, neque dicetur sibi eam reconciliasse: & tamen si mulier petat se restitui ad redditionem debiti, cogetur vir per censuram ecclesiasticam, nisi offerat statim probationes paratas: si autem requiritur in probatione aliquis dilatio, restituetur mulier cogendo virum ad redditionem debiti, donec probet fornicationem vxoris: & quoniam ex precepto Ecclesie reddit debitum, non preiudicatur ei ad petitionem diuortij, quia non videtur per hoc eam sibi reconciliare, cum non sponte, sed inuitus agat.

Ad quartum dicendum, quod verum est, quod incurrit bigamiam si cognoscat eam, postquam fornicata est: & tamen istud inconueniens non accidit ex eo, quod non sit diuortium sine mandato Ecclesie: quia etiam si ignorans fornicatam vxorem cognoscat eam efficitur bigamus: & tamen si sciuerit vir quoniam fornicata est vxor, poterat non incurrere bigamiam, quia statim subtrahere poterat ei debitum etiam non mandante Ecclesia, & si cogatur per censuram excōicationis reddere debitum, poterit sustinere excommunicationem, & non obedire: & ita non incurrit bigamiam. Nam quoniam probauerit fornicationem absoluetur ab excōicatione iuxta formam cap. literas de restit. spolia. Sed quid si scit vir verum fornicationem: & tamen non potest probare, & ita nonquam feretur sententia diuortij, sed compellitur ipse per censuram reddere debitum, & si non reddiderit, manebit semper excōicatus: & ita manebit usque ad mortem, si non obedierit, an debeat reddere debitum, & si reddit an erit bigamus. Dicendum est, quod si reddit debitum, ut euitet excōicationem, vel propter quamcumque aliam causam efficitur bigamus, & sustinendo excōicationem non peccat, quia iustam causam habet non obedire. Nam si constaret Ecclesie de fornicatione vxoris, non cogeret virum ad debitum reddendum, sed ipse vir hoc nouit: ideo non tenetur obedire Ecclesie, quod ex ignorantia hoc precepit: & ideo excōicatio illa est illi pena, & non est culpa, quia non prouenit ex culpa, & sustinendo illam, non est in culpa, quantumcumque tempore sustinetur: sicut mulier, quae sciens consanguinitatem inter se & virum non vult reddere debitum, sed potius sustinet sententiam excōicationis. extra de restit. spolia. ca. literas. Et etiam si mulier maneat sic usque ad mortem, & moritur, potius debet sic mori, quam debitum reddere, & non peccat permittendo se excōicatum mori, licet priuatur fructu quarundam orationum fidelium: sic iste non peccabit manendo semper in excōicatione, ut non reddat debitum etiam si sic moriatur. Sed dicitur quid magis isti expedit, an reddere debitum fornicatae mulieri, an sustinere excōicationem, & mori in illa. Dicendum, quod quoniam quis excōicatur, ut malum faciat, potius debet mori excōicatus, quam obedire. Cum vero excōicatur, ut perdat aliquid de iure suo, potius debet perdere aliquid de iure suo, quam sustinere excōicationem usque ad mortem, & velle mori in illa. De primo patet, ut in muliere, quae nouit consanguinitatem, quam probare non potest, & excōicatur, ut reddat debitum: obligatur potius sustinere excōicationem usque ad mortem, quam obedire Ecclesie, quia obediendo peccaret mortaliter: ideo eadem Ecclesia, quae excōmunicat, iubet non obedire sibi, sed sustinere sententiam excommunicationis. extra de restit. spolia. ca. literas, & de sententia excommunicationis. cap. inquisitioni. De secundo patet, ut si quis esset debitor in centum, & soluit illa, & non apparet solutio, & constat de debito, & quia non vult soluere excommunicationem: licet non peccet non obediendo iudici mandanti soluere, & sustinendo excommunicationem: tamen si putat non posse vnquam probare solutionem, potius debet soluere indebitum, quam sustinere sententiam excō-

Vir excōmunicatus, ut reddat debitum fornicatae, an teneatur parere.

Cum quis excommunicatur, ut malum faciat, potius debet mori excōmunicatus, quam malum facere.

tionis usque ad mortem: tamen quia excōicatus priuatur suffragijs multis fidelium: tamen quia non cōcantur ei sacramenta: tamen quia male edificat proximos scandalizando eos, cum videatur male sentire de fide pro temporali sustinendo excōicationem perpetuam: melius est enim indebitum soluere, quam excōicationem sustinere: ita hic vir reddendo debitum vxori fornicatae amittit ius ascendendi ad ordines sacros, & gaudendi priuilegio clericali, cum efficiatur bigamus, sed perdere hoc priuilegium non est peccatum, sed solum damnū: ideo potius illud debet perdere, quam sustinere diuortium nam excōicationem, & potissimum usque ad mortem.

Ad quintum dicendum, quod fornicatio non ita facilliter probatur, sicut alia crimina, & potest probari, ut si vir habes mulierem suspectam infidetur ei poterit illam cum testibus deprehendere: & ira ad accusationem procedet: & dato quod non constet per testes, sufficient probationes violentae, ut si inuentus est solus cum sola, & nudus cum nuda in locis, & temporibus suspectis: ex talibus enim feretur sententia diuortij.

Ad sextum dicendum, quod aut vir accusat mulierem de fornicatione solū ad separationem, aut ad inflictionem pene adulterij. Si primo modo, petet coram iudice Ecclesiastico, ad quem pertinet celebrare diuortium: & tunc non oportet, quod inscriptio fiat ad penam talionis: & ita licet succumbat in probatione non erit talio. i. diuortij. Si secundo modo, inscribit se vir ad penam talionis: & tamen non est tunc talio separatio, sed capitalis pena.

Aliter potest dici, quod est si in iudicio petitionis diuortij deberet esse inscriptio ad talionem: tamen non esset talio, quod separaretur mulier ab eo. Nam non esset hoc pena, sed operatio: & sequenter non esset talio. Nam separari mulierem a viro, & viri a muliere idem est, neque potest fieri vnum sine altero, ideo non esset talio, sed semper punire mulierem. Pena ergo erit ex opposito. scilicet qui mulierem voluit per diuortium dimittere, cogatur cum ea firmius manere, & insuper inferatur alia pena extraordinaria. Sic in lege Moysi, ille, qui impoluit nomen pessimum mulieri, per quod se ab ea voluit absolueri, cogitur cum ea semper manere, & cum prius competere ei ex lege posse repudiare, Deuter. 24. cogitur manere cum ea in aeternum Deuter. 22. & tamen in nouo testamento non datur in poenam manere indissolubiliter in matrimonio, cum ista sit conditio matrimonij nunc: ideo ei, qui calumniatur petendo diuortium, dabitur alia poena extraordinaria ad arbitrium iudicis.

Ad septimum dicendum, quod plus tenetur vxori, quam extraneae: & tamen non est verum, quod quicumque quis vult deferre crimen alterius in conspectu Ecclesie, debeat praeferre admonitionem in secreto: sed hoc solum est, quando procedit per viam denunciationis. Potest enim de crimine agi tripliciter, ut dicitur extra de accu. c. qualiter. & quoniam. i. per accusationem, inquisitionem, & denunciationem. Ad accusationem debet precedere inscriptio. Ad inquisitionem debet precedere clamorosa insinuatio, quae est loco accusatoris. Ad denunciationem debet precedere fraternalis correctio: Quando ergo per viam denunciationis agitur, debet precedere admonitio, & seruari forma tradita a Christo praeced. cap. & tamen non cogitur quis semper procedere in crimine per viam denunciationis, cum liceat interdum procedi per viam accusationis: & tunc non procedet admonitio. Vir autem quando petit diuortium, non procedit per viam denunciationis, sed accusationis: quia in denunciatione non intenditur principaliter nisi bonum peccantis, ut emendetur. In accusatione non intenditur bonum delinquentis, sed bonum publicum: ideo proceditur ad poenam, quae infligitur peccanti: & ita est in diuortio, quod in poenam datur fornicatae mulieri.

De crimine potest agi tripliciter.

An sicut vir petit diuortium propter mulieris fornicationem: ita e contra possit vxor. Quasi. LXXIII.

QVAERETVR, an sicut vir petit diuortium propter fornicationem mulieris, possit vxor petere fornicante viro suo diuortium, ita ut ad paria iudicentur. Aliqui dicunt, quod non debent in hoc vir & vxor pares esse, quia diuortium in nouo testamento loco repudij successit, ut colligitur supra 5. capit. & supra in litera: & tamen in lege Moysi vir poterat repudiare vxorem, & non vxor virum: Deuterono. 24. ergo neque nunc poterit vxor petere diuortium fornicante viro. Secundum, quia magis est contra legem naturam, quod vna mulier multos viros habeat, quam vnus vir multas mulieres, ut ostensum est supra, & ita videtur, quod plus peccabit mulier in adulterio, quam vir: & consequenter non licebit aequale mulieri contra virum fornicantem, & viro contra mulierem, sed repellitur per diuortium mulier fornicata: ergo non dabitur contra virum diuortium. Tertium, quia vbi est maius nocumētum proximi, est ibi maius peccatum; sed plus nocet vxor adultera viro, quam vir adulter vxori propter incertitudinem prolis, & alia: ergo magis peccat mulier fornicando, quam vir: & consequenter debet magis puniri, ut contra eam detur diuortium, & non contra virum fornicantem. Quartum, quia diuortium datur ad corrigendum crimen adulterij: & tamen ad virum pertinet corrigere vxorem, quia est caput eius. i. Corin. 11. & mulier cum sit subdita, & non caput, non debet corrigere virum: ergo non debet dari diuortium contra eum, sicut contra vxorem. Quintum, quia diuortium facere matrimonij competit ex lege Christi, qui dixit non separari virum ab vxore, nisi ob causam fornicationis, & tunc concessit viro dimittere vxorem, sed ibi de solo viro dixit: & non quod liceret vxori dimittere virum fornicantem: ergo non licet fieri diuortium contra virum. Alij dicunt, quod iudicentur ad paria, imò quod potius comperat diuortium contra virum fornicantem, quam contra vxorem fornicantem, quia videtur plus peccare vir fornicando, quia quanto est maior fragilitas, est maior venia peccanti: sed mulieres fragiliores sunt, & ex hoc faciliores ad peccandum: ideo competet eis contra viros diuortium. Secundum, quia vir ponitur caput mulieris, ut ipsam corrigat: ideo si in eodem crimine peccauerit, grauius peccat, quam mulier: & ita maior poena inferetur, quae est diuortium, ei, quam mulieri.

Dicendum, quod hic sunt duo dubia. Primum est, an detur diuortium pro fornicatione viri, sicut pro fornicatione vxoris. Secundum quis magis peccet in fornicando. De primo dicendum, quod vir, & vxor quantum ad ea, quae sunt matrimonij, ad paria iudicantur. extra de diuor. ca. gaudemus: & ideo dicitur ibi, quod sicut non licet eidem mulieri habere plures viros, ita neque eidem viro plures vxores, & aequaliter est obligatus vir reddere debitum vxori, sicut vxor viro. i. Corin. 7. ita ergo circa diuortium, quod datur in poenam praeruaricationis circa actum matrimoniale debet aequalis esse conditio eorum: vnde ita iura concedunt diuortium probante vxore fornicationem viri, sicut viro probante fornicationem vxoris, ut extra de diuor. cap. quae sunt. Vbi permittitur vxori diuertere a viro propter haeresim: a fortiori ergo propter fornicationem, cum fornicatio carnalis ponatur directa causa diuortij a Christo: ceterae autem. scilicet haeresis, & timor mortis per accidens, ut dictum est supra, imò si mulier iudicio Ecclesie fuerit a viro separata propter haeresim: non potest eam postea inuitam reconciliare. eod. tit. c. de illa, contra virum que ergo conceditur diuortium, Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

In q. 70.

A & ex eadem causa: licet fortior sit ista causa in vxore, quam in viro. De secundo dicendum, quod non potest absolute dici quis plus peccet mulier, aut vir, quia aliquo modo peccat plus vir, & aliquo modo femina. Pro quo sciendum, quod aut quaeritur de fornicatione simplici quis ibi plus peccet, aut de adulterio. Si de fornicatione simplici, dicendum quod in duobus videtur mulier superare virum, quae diminuunt peccatum. Primum est ducibilitas ex dispositione corporis: est enim in muliere valde plus de humore, quam in viro: & ille agit ad coitum, ideo ducibiliores sunt, quam viri. Secundus est defectus resistentiae. Nam libido est passio irrationabilis, nisi in quantum velatur honestate matrimonij: & huic resistitur per rationem: haec est autem deficiens in mulieribus. Dicit enim Aristo. 7. Ethico. mulieres non vocari proprie incontinentes, sicut neque bestiae: & hoc propter facilem inclinationem in concupiscentias: & ita non videntur habere opinionem vniuersalem, sed mouentur quasi violenter ab ipso delectabili particulari propter facilitatem nimiam: & ita est in bestiis, quibus non est incontinentia sequi concupiscentias, sed naturalis conditio: eo quod non habent vniuersalem opinionem, sed estimationem de particularibus, quae sequuntur non quasi ex electione, sed quasi ex necessitate. In mulieribus non est omnino, sicut in bestiis, cum habeant rationem, sed propter facilem inclinationem, & ducibilitatem a concupiscentijs, non est quasi eis omnino liberum sequi rationem: & ideo non vocantur proprie incontinentes, sicut viri: & ideo dixit Chryso. propria passionem mulierum esse luxuriam. In viro autem licet sint concupiscentiae, habet aliquid, per quod magis resistat, quia habet firmitus iudicium: & ideo non est ita ducibilis a passione. Vnde data aequali temptatione facilius est viro, quam mulieri resistere: ideo ex hac parte videtur mulier minus peccare in fornicatione. Ex alia parte diminuitur peccatum in viris propter fortiores concupiscentias, quia viri sunt calidiores, & calor excitat ad venerea, & quanto ille fuerit fortior, tanto erit impetus intolerabilior, & qui a maiore passione superatur, minus peccat: ideo ex hac parte videtur esse minus peccatum virorum fornicantium, quam mulierum. Et tamen dicendum, quod simpliciter considerando maius est peccatum viri fornicantis simpliciter, quam mulieris ceteris paribus. i. quod sint similis conditionis, vel quasi, & quod vterque sint integri iudicij secundum conditionem sexus, quia alia poterit esse aliqua mulier, quae in fornicatione simplici valde grauius peccet, quam vir in simplici. Si autem quaeratur de adulterio, dicendum, quod consideratis diuersis rationibus potest dici, quod vir magis peccat, & quod mulier etiam magis peccat: & tamen simpliciter, & absolute accipiendo magis peccat vxor adulterando, quam vir eius: in adulterio enim inuenitur id, quod ad fornicationem simplicem pertinet, cum sit ibi accedere ad non suam, & quia in fornicatione simplici peccat grauius vir: est aliud in adulterio, in quo vir excipit foeminam, & tamen accipiendo adulterium secundum rationem speciei, ut differt a fornicatione simplici, magis peccat vxor adultera, quam vir. Et ratio est, quia adulterium est concubitus, in quo iura matrimonij violantur: ideo illud adulterium est grauius, in quo plura iura matrimonij violantur. Sunt enim tria bona coniugij, fides, proles, & sacramentum. Contra bonum sacramenti non possunt facere adulteri, quia sacramentum nominat ipsam indissolubilitatem matrimonij: & tamen quantumcumque fornicentur coniuges semper matrimonium manet indissolubile: ideo non praedicitur bono sacramenti. Bono autem fidei ambo praedicitur, quia fides est coniugium, secundum

Ignobilitas foeminarum.

Chryso. dicit propria mulierum passio esse luxuriam, ideo cauere ab eis, tanquam a peste.

dum quā quilibet tenetur petitus ab alio reddere debitum, & tenetur nulli vnquam alteri commiseri: & in adulterando vterq; fidem frangit accedendo ad extraneum: & ab ista violatione iuris matrimonialis accepit nomen adulterium, id est, ad alterum commiseri, qui non est coniunx. Bono prolis praeiudicat vxor, & non vir. Nam vxor adulterando facit incertā prolem viri, quia nescitur, quae sit proles legitima, & quae adulterina. Hoc non facit vir adulterando, quia non reddit incertam prolem vxoris suae: ideo contra plura bona matrimonij facit adultera mulier, quam maritus adulter. Praeterea facit aliud malum mulier reddendo incertam prolem, quia priuat virū quodam naturali bono: quia viri desiderat valde scire, qui sunt filij eius: & quia non potest hoc firmiter scire vir, sicut femina: diligit plus mater, quam pater, vt dicitur 8. Ethicorū: & tamen viri possunt habere aliquam notitiam, qui sunt sui: & in hoc valde gaudent: adulterium autem vxoris tollit istam notitiam, & gaudium, quia cum sciverit vir vxorem suam adulteratam aliquādo, incipiet dubitare de oibus filiis suis, an sui, vel adulterini sint: in quo magno desiderio naturali frustratur. Secundū quod grauius reputatur, quia adultera dat viro vt heredem eum, qui haeres non est: & istud est magnum praeiudicium. I. q. omnia bona viri tollat quasi ex legitima successione ille, qui ad eum nullo modo attinet, & fraudet haereditate filios legitimos illius, & alios, quibus ab intestato haereditas deberetur: hoc non facit vir adulter vxori suae. Tertiū, quia magis praeiudicatur viro quantum ad amorem, quem habet ad foeminam per adulterium eius, quam e contrario. Nam vir vult vxorem mundam, & quia commixtio carnalis est actus foedatiuus, horret quis a se foedatā ab alio vitari, etiam nullo vinculo existente inter personas, quasi foeditas illa perueniat ad virum, postea contingentem illam. Quod autem vir tangat aliā mulierē, nihil foeditatis in eo relictum est, quam vxor sua horreere possit: & hoc, quia femina est recipiens alienam immunditiam; vir autem nihil recipit, sed emittit: & ideo zelus viri ad mulierem est naturaliter maior, quam mulieris ad virum. Et ex hoc sequitur, quod videmus, quod omnes viri accepturi vxores volūt eas accipere virgines, quod si non eas tales inuenerint sequitur acerbus dolor, & ira, propter quam permittentur ludæis, quod facerent lapidari vxores, quas virgines non inuenerint, si in habitu virginali eas receperint. Deuteronomij vigesimo secundo: foemina autem nihil omnino curant, an viri quos nouiter suscipiunt sunt virgines, vel alias mulieres cognouerint: dum tamen nunc alias non ament: ideo maius praeiudicium causatur viro ex adulterio vxoris, q̄ e contrario. Quarto, quia viri rationabiliter magis indignantur de adulterio vxoris, quam e contrario, quia vir est caput mulieris, & mulier non est caput viri. 1. Corinth. 11. ideo in eadem re maiorem iniuriam facit vxor viro, quam vir vxori, sicut de prelato, & subdito. Et ita erit in adulterio, quod valde maior iniuria erit viro, quam mulieri. Quinto, quia vir alit vxorem, cum teneatur supportare onera matrimonij, & illa non alit eum: ideo erit ei magna contumelia fornicatio vxoris: & vxori est parua iniuria adulterium viri: & ideo apparet, quod valde magis peccat vxor adultera, quam maritus adulter, nō solum contra legem humanam, & contra hominem, sed etiam contra Deum, & grauius punietur in inferno. Et patet, quia non potest quis peccare contra hominem, quin peccet contra Deum: licet peccando contra Deum nō semper peccat contra hominem: & tamē magis offendit mulier adultera virum, quam vir mulierē: ideo grauius peccabit contra Deū mulier adultera, quam vir eius adul-

Vnde adulterium nomen sumpsit.

Vnde est, q̄ oēs homines volūt accipere vxores virgines.

Grauius punitur in inferno mulier adultera, quam vir.

terando: & hoc verum est comparando ad vxorē suā: secus autem respectu viri illius mulieris, cum qua fornicatur, quia tunc poterat esse interdum maius peccatum adulterium viri, quam mulieris. Pro hoc sciendum, quod aut adulter coit cū coniugata alia, aut cum soluta: & coniugata aut coit cum soluto, aut cum alio coniugato. Si ponatur, quod maritus coeat cū aliqua soluta, & vxor eius cū alio non coniugato: dicendum, quod tam quantum ad Deum, quam etiam ad homines magis peccat mulier: quia si vir adulterium committat cū soluta, non committit praeiudicium contra vxorem, nisi paruum. cōtra legem autem humanam nullum, cum illa nō puniat hoc, si mulier pure soluta est. I. neque viro alligata, neque professioni regulari, neque vinculo cognationis, aut affinitatis attinet ei, a quo cognoscitur. Si autem mulier adulterium committat cū alio coniugato, & vir cū alia coniugata, aut quaeritur de magnitudine peccati, vt est praeiudicium ipsis, qui sunt in eodem matrimonio, aut in alio. i. maritus adulterans cum alia coniugata magis praeiudicat vxori, quam vxor adulterans cū alio coniugato praeiudicat viro suo. Et tunc dicitur, quod semper magis praeiudicat vxor viro suo fornicado, siue cum soluto, siue cum coniugato, quam vir vxori, siue cum quaeritur, quae ille fornicetur, & nō differt respectu viri sui, cum quo adulteretur vxor sua, siue cum soluto, siue cum coniugato, sicut neque respectu vxoris differt, cū qua adulteretur vir suus, siue cum soluta, siue cum coniugata. Si autem consideretur respectu personarū alterius matrimonij. I. quando vir coit cum alia cōiugata, & vxor cū alio coniugato. Dicendum, quod mulier adulterās sic praeiudicat vxori illius cū quo fornicatur, quia subtrahit ei virum suum: vir autem adulterans cū coniugata praeiudicat marito illius, & hic certū est, quod magis peccat coniugatus in coniugatum, quam coniugata in coniugatam. & ideo in hoc casu lex humana ita punit adulterum, sicut adulteram.

Et ideo est tunc dubium quod istorum sit simpliciter maius peccatū, an viri adulterantis cū coniugata, vel vxoris adulterantis cū alio coniugato. Dicunt quidam, quod est equale peccatum, quia lex humana punit equaliter vtrumque, & pena est argumentum magnitudinis peccati. Dicendum, quod non est istud conueniens argumentum propter duo. Primo, quia aequalitas poenae in iudicio humano non arguit aequalitatem peccati: etiam si iudex sit iustissimus, & lex iustissima: sed in Dei iudicio aequalitas poenae arguit aequalitatem peccati. Cuius ratio est, quia dignum est, quod secundum proportionem peccatorum sit proportio poenarum: & tū lex humana non potest hoc. Primo, quia tot sunt delicta, & differentiae eorum, q̄ nemo potest sufficienter considerare aequalitatem, & inaequalitatē. Et dato, quod sciantur esse aliqua inaequalia, non potest tamen sciri quātitas excessus vnus ab altero in omnibus: ideo non est possibile constitui poenas secundum omnes differentias peccatorum. Secundo, quia dato, quod scirentur proportionēs, & excessus peccatorum inter se determinatē: non erat possibile determinari tot modos poenarū, quas paterentur homines, quot sunt modi peccatorum, quia vnū peccatum est, cui debetur occisio pro pena, & est aliud duplum illo in grauitate: & tamen nō potest in homine inueniri maior pena. Etiam si quis occidit vnū hominem, est sibi pena mors: si occidit mille homines est sibi pena mors solum: & ita tanta poena est pro mille peccatis, sicut pro vno, quod est equale cuiilibet illorū. In iudicio autem diuino secus est: & primo, quia ipse cognoscit omnes differentias peccatorum, & proportionēs excessus eorum: ideo potest inuenire proportionem in penis. Secundo, quia pena, quae a Deo infligitur,

An magis peccet vir cum cōiugata adulterans, an mulier cū cōiugato.

In iudicio diuino est proportio in penis.

Mulier magis peccat adulterando.

gitur, est in anima, vel in corpore & anima simul post resurrectionem, & tū poterit recipi in homine pena quantā cūque quis velit. Nam assignata aliqua poena, quae sit a. vel b. poterit tolerare anima, vel homo resurrectio duplo maiorem, imō & decies millecuplam, cū tam anima, q̄ homo resurrectio sit incorruptibilis: ideo ad diuinum iudicium pertinet dare aequales poenas p aequalibus peccatis, & ibi tenet argumentum si duorū peccatorum sunt aequales poenae, q̄ illa peccata sunt aequalia, & secundum proportionem poenarū arguetur proportio peccatorum: sed non in lege humana, sicut nunc: sed quando cūque secundum legem humanā datur poenae aequales pro duobus peccatis non est inde arguendum, q̄ sint peccata aequalia: sed q̄ quodlibet illorum peccatorum meretur illam poenam: licet vnū illorum meretur maiorem, quae non datur, siue qua dari non potest, siue quia lex non facit tantā discussione circa positionem poenarum. Secundo quantum ad principale non tenet argumentum, quia etiam si lex imponat aequalem poenam viro, & mulieri adulteris, quasi faciant aequalia dāna: non sequitur inde aequale peccatum. Et patet, nam licet ambo concurrant ad istud damnū faciendum: tamen magis est mulier causa illorum malorum, quam vir, cū ipsa causet viro suo incertitudinem prolis, & apponat ei alienum heredem. Nam non ideo haec sunt, quia ille adulter coit cum ista muliere: quia etiam existente quocunq; alio adulterio idem erit: sed ideo causantur ista mala, quia ista, quae est vxor istius hominis cognoscitur ab alio, quam a viro suo: & ideo mulier se habet directē ad mala ista, tanquam causa: viri autem adulteri se habet per accidens cum nō plus faciat esse istud, quam illū. Item, quia ideo grauius peccat mulier adulterando, quam vir eius, quia magis tenetur vxor viro, quam vir vxori, & consequenter facit ei maiorem iniuriam: & tamen vir adulterans cum vxore alterius, non tenetur ad aliquid ei cuius vxorem cognoscit: ideo non facit ei tantam iniuriam quantum vxor sua: & tamen lex humana, ideo punit duos adulteros, quia ambo praeiudicant viro cuius mulier fornicatur: ergo aequale poenam ponit pro illo peccato, quod non reputat aequale. Vnde dicendum, quod etiam secundum legē humanam, non peccat tam grauius vir adulter cognoscens vxorem alienam, sicut adultera secundum Deum. Dicendum, quod etiam in casu praedicto grauius peccat adultera, quam adulter: quia congregatis omnibus, quae faciunt grauitatem, maior est grauitas ex parte vxoris, cum magis ipsa peccet contra virum suum, quam adulter peccet contra eum: & ex hoc oritur grauitas contra Deum.

Quomodo mulieribus fornicationibus semper datur poena pro adulterio, & non sic semper viris. Quae. LXXIII.

SEd quaeritur, quomodo mulieribus fornicationibus semper datur poena pro adulterio, siue fornicentur cum soluto, siue cum coniugato, & viris adulteris non datur poena secundum legem humanam, nisi fornicentur cum coniugatis mulieribus. Aliqui dicunt, quod adulterium non est nisi respectu mulieris, ideo si mulier ad quam quis accedit, sit coniugata, semper est adulterium: siue ille, qui adhæret ad eam sit solutus, siue coniugatus, aut quicumque. Si autem mulier non sit coniugata, dicunt non esse adulterium cum illa, siue sit qui eam tangit coniugatus, siue non.

Sed dicendum, q̄ non stat: quia adulterium est ille concubitus, per quem iura matrimonij violantur, & tamen siue coniugatus accedat ad non coniugatam,

siue non coniugatus ad coniugatam, siue vnus coniugatus ad coniugatam, quae non est sua, violantur iura matrimonij: ideo his tribus modis est adulterium. Et patet, quia coniugati tenentur sibi inuicem fidem seruare, & non solum vxor viro, sed etiam vir vxori: si ergo coniugatus accedit ad non coniugatam, ille violat fidem, quam debet vxori, & ita est adulterium in primo modo. Si autem non coniugatus ad coniugatam accedat, frangit vxor fidem, quam debet viro, & est secundus modus adulterij. Si verō coniugatus ad coniugatam alteri, frangit vir fidem vxori, & vxor alterius viro suo. Vnde in primo, & secundo modo violantur solum iura vnus matrimonij: in tertio autem violantur iura duorum matrimoniorum, & ideo est illud grauius adulterium: licet ius humanum istas grauitates non distinguat: nam in primo modo ius humanum non ponit aliquam poenam: in secundo, & tertio modo adulteri ponit poenam aequalem ambobus adulteris, & tamen in omnibus modis est verum adulterium. Sic dicit August. lib. de bono coniugali, & 32. quaest. 5. ca. adulterium, scilicet: Adulterium committitur, cum vel proprie libidinis instinctu, vel alienae consensu cum altera, vel altero contra pactum coniugale concubitur: etiam Isidorus super Exodum ait: & habetur 32. quaest. 5. ca. non machaberis. Adulterium facit, qui praeter suam ad alteram accedit.

Dicendum, q̄ isti tres modi sunt adulterini, & sunt peccatum apud Deum, & tamen lex humana, quae p adulterio poenam capitis posuit, non concessit hoc foeminis contra viros, sed viris cōtra vxores: & ideo quia in primo modo non est vxor aliqua: sed accedit coniugatus ad non coniugatam, non punitur istud secundum legem humanam: in secundo, & tertio modo quia cognoscitur vxor aliena, dat lex humana poenam vtrique adultero: hoc autem fecit lex humana in privilegium virorum, concedit enim eis accusare vxores de adulterio: etiam sine inscriptione vsque ad certum tempus, postea autem non sine inscriptione: vxoribus autem nunquam concedit accusare viros. Vnde si coniugatus accedat ad non coniugatam, nemo eum accusat: quia ad nullum pertinet iniuria nisi ad vxorē, & ei non conceditur accusare. Si autem accedat coniugatus ad aliam coniugatam potest accusari a marito, & ab alijs: sed a propria vxore non potest accusari. Tunc ergo manet dubium, quare nō punitur vir adulter, sicut mulier. Nam videtur, q̄ potius debet puniri vir, quam vxor, quia peccat grauius: imō videtur grauius peccare, vt dicit August. lib. de decem cordis, & 32. quaest. 6. cap. non machaberis, Non machaberis, id est non ibis ad aliam aliquam praeter vxorem tuam: tu autem exis hoc ab vxore, & non vis reddere hoc vxori, & cum debeas in virtute praecedere vxorem tuam, & tu sub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorē tuam vtricem esse: vis domum tuam capite pendere deorsum: caput enim mulieris est vir. Vbi autem melius viuit mulier, quam vir, capite deorsum pendet domus. Si caput vir est, melius debet viuere vir, quam mulier, & praecedere in omnibus bonis factis vxorem suam. Vnde non licet apud Christianos aliquid facere viro circa concubitum, quod non liceat vxori. Sic dicit Hieronymus in Epistola ad Oceanum, & 32. q. 5. capit. apud nos, s. Apud nos, quod non licet foeminis, aequē non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur: ideo non solum in peccato videntur esse viri aequales vxoribus: sed etiam in poena adulterij. Sic dicit August. lib. de adulterinis coniugijs, & 32. quaest. 6. cap. indignantur, Indignantur mariti si audiunt adulteros viros pendere, id est pati similes adulteris foeminis poenas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo

exemplo regere feminas. Aliqui dicunt, q̄ ideo viri nō acculantur de adulterio: quia eorum crimina sunt magis latentia, quā feminarum. Sic dicitur 32. q. 5. c. Christiana.

Sed dicendum, q̄ non stat, quia licet vxor non ita facilliter possit scire adulterium viri sui, interdum tamē scire potest, & tunc permittetur illum accusare: sed falsum est, quia nunquam permittitur. Alij dicunt, q̄ non permittuntur vxores accusare viros adulteros, quia non est iustum. Nam etiam sic erat in lege Moyfi, quā erat lex Dei.

Dicendum, q̄ verum est, q̄ liceret ibi viris accusare mulieres adulteras, & tamen viros adulterantes cum mulieribus solutis non condemnabat lex: sed eodem modo se habebat, sicut lex humana, & tamen hoc nō probat iustum fuisse: quia multa alia erant in lege veteri, quā in se mala erant, & tolerabantur, sicut vīrā, & repudium: ita istud tolerabatur non quidem permittendo expressē sicut repudium, & vīrās: sed non puniendo: sicut lex Ecclesiastica nō punit meretrices, licet peccent. Dicendum igitur, q̄ non est causa huius quare non reputetur peccatum adulterium viri coniugati cum soluta: sed quia non expedit. Sed ideo non putent viri se apud Deum impunes euasuros. Sic dicit Ambrosius lib. de Patriar. & 32. quæst. 4. cap. nemo, s. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum, id est licet ille non ponat penam, non credant ideo non esse peccatum. Et sequitur: Omne enim stuprum adulterium est: neque viro licet, quod mulieri non licet: eadem enim a viro, quā ab vxore debetur castimonia: quidquid in ea, quē non sit legitima vxor commissum fuerit, adulterij crimine damnatur. Sed dicitur, q̄ non expedit puniri viros sic adulterantes. Primō, quia lex humana nō intendit punire omne crimen: sed solum illud, quod nocet statui politico tollendo pacem illius. Nam lex datur politię, & est pro conseruatione eius, & ideo non curat vltra ea, quā sunt de conseruatione reipublicę, & quia quædam peccata sunt, quā in nullo nocent statui politico, non punit ea lex humana: & quia adulterium ex parte mulieris turbat maximē rempublicam, punit illud acriter lex humana, ex parte viri si non fornicetur cum alia coniugata, non nocet reipublicę turbando pacem eius: ideo non punitur a lege.

Secundō, quia lex humana non punit nisi peccata illa, quibus punitis potest stare respublica: vnde si aliqua peccata sunt, quantumcunque magna sint, quā si punirentur, turbaretur pax politica, non puniuntur illa: quia sicut ideo quædam peccata puniuntur, quia illis non punitis non seruarietur pax politica: ita punire alia cessabit: quā si puniantur, tolletur pax politica. Sic est de adulterio virorum. Nam etiam si viri fornicando cum solutis tantūm præiudicarent vxoribus, sicut vxores viris, non punirentur viri pro hoc, sicut vxores: quia viri non possent tolerare talem legem. Facilius enim est mulieribus continere, quā viris: ideo communis opinio gentium nō imputabat viris in malum accedere ad quamcunque non coniugatam: sed cuiuscumque feminę etiam solutę ad malum imputabat cognosci ab alio nisi matrimonialiter: nulla ergo politia permisit vxoribus sic accusare viros, quasi non esset talis lex tolerabilis, & crederent omnes se huius criminis futuros reos. Et aliquale motium huius est, quia maritus cognoscens aliam mulierem parum offendit suam vxorem: vxor autem quasi in immensum offendit virum: & ob hoc tam leges humanę omnes quotquot fuerunt, quā etiam lex Moyfi, quā Dei erat, punierunt adulteras mulieres semper: viros autē adulteros nunquam punierunt nisi cum coniugatis fornicarentur: quia tunc præiudicabant maritis adulterarum, & non vt præiudicabant coniugibus suis. Et.

dicendum, q̄ iustę sunt leges humanę, quā sic mulieres puniunt, & non viros. Nam cum lex ordinetur ad statum politicum conseruandum, vt ad finem, illa lex erit bona, & iusta, quā conuenienter se habet ad hanc conseruationem: quā verō non se habet conuenienter, est iniusta, & mala: & quia lex volēs punire omnia peccata, esset intolerabilis a politia, & consequenter repugnaret valde statui politico, erit illa mala, & iniusta: illa verō lex, quā punit quædam mala, & non omnia, conseruat pacem politicam: ideo illa est bona: talis autem est lex, quā puniret viros adulterantes cum mulieribus solutis: quia illa non esset tolerabilis ab aliqua politia: ideo esset mala, & iniusta, & esset insipiens legislator, qui talem imposeret.

Cum autem obijciatur, q̄ esset æquale, aut maius peccatum viri, quā vxoris: dicendum, q̄ non est verum. Et cum dicit Augustinus, q̄ debet vir præcedere in virtute, verum est, & ideo ceteris paribus, in quocunque peccato magis peccat vir, quā mulier, & tamen in adulterio non sunt omnia paria, sed mulier multa mala committit contra virum: vir autem pauca cōmittit contra vxorem, vt ostensum est præc. quæst. ideo magis peccat femina adultera generaliter, q̄ vir adulter generaliter: tamen peccat plus vir in fornicatione simplici, quā mulier, vt et ostensum est ibid. quia in fornicatione simplici, nemo præiudicat alicui nisi Deo, & in hoc ceteris paribus magis peccat vir.

Cum autem dicebatur, q̄ deberet puniri vir adulter æqualiter, sicut mulier adultera, imō grauius: dicendum, q̄ August. non loquitur ibi de adulterio primo modo, scilicet, quando coniugatus cognoscit non cōiugatam: sed de secundo, & tertio modo, scilicet non coniugatus coniugatam, vel coniugatus aliam coniugatā cognoscat. Et patet, q̄ intelligatur sic, quia ipse refert gestam rem, cum ait: Indignantur mariti, si audiunt viros adulteros pendere similes adulteris feminis penas: & tamen certum est, q̄ nullius vnquam gentis lex dedit penam viris adulteris, si cognoscerent solutas: ideo loquitur de secundo, & tertio modo, in quo lex humana dat eandem penam viro, & feminę adulteris: & tamen adhuc de hoc indignabantur quidam volentes, quod nunquam imponderetur viro adultero pena in quocunque modo adulterij, vel quod daretur minor, quā feminis. Prædicta autem vera sunt secundum legem humanam secularem: secus autem secundum legem Dei. Nam cum Christus dixit esse peccatum si quis viderit mulierem ad concupiscendum, supra 5. cap. à fortiori adulterium in quocunque modo iudicabit esse peccatum, & puniet in æternum viros adulteros in quocunque modo adulterij: & tamen magis puniet mulieres adulteras, quā viros: quia, vt ostensum est, maius est simpliciter adulterium mulieris, quā viri. De lege etiam humana Ecclesiastica dicendum, q̄ secundum eam omne genus adulterij punitur, & æquali pena. Nam pro adulterio non intert Ecclesia, nisi penā diuortij: & tamen istud infert tam vxoribus, quā viis fornicatis, vt ostensum est supra, & hoc modo intelligitur 32. q. 5. capit. Christiana. scilicet Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat, sed viros suos mulieres, non facile de adulterio acculant: & non habent latentia peccata vindictam: viri autē liberior vxores suas apud sacerdotes accusant: & ita de accusatione ad diuortium agitur, quia si intelligeretur de accusatione ad inferendum penam capitalem, non accusarentur apud sacerdotes, qui talem penam inferre non possunt, sed apud iudices seculares: & concluditur, quod eadem accusatio fit contra virum ad diuortium, scilicet, vir vtrique submouebitur, si eius flagitium detegatur.

Ad

Respō. ad rationes q. 72.

Ad argumenta facta in questione 72. respondendū est. Et dicendum ad primum, quod nō proprie datur diuortium loco repudij, cū non detur ex eisdem causis neque eodem modo: nisi accipiatur sic, q̄ in lege Moyfi permittebatur repudium; in lege autem Christi non permittitur repudium, sed solum diuortium. Et tunc dicendū quod repudium permittēbatur non tanquam bonum & æquum, sed ad duritiem cordis virorum: scilicet q̄ timebatur de occisione vxorum si eas tenere cogerentur inuiti: & quia non timebatur idem de vxoribus contra viros, cum sint illę fragiliores, permittum fuit repudium viris & non vxoribus. Diuortium autem datur tanquam bonum & æquū. Cum ergo sit par causa 32. q. 35. cap. Christiana. debet esse eadem pena: & hoc quia sic non est apud legem Christi, sicut apud leges hominum, quia in ea æqualia liceret viro & vxori circa concubitum, vt ait Hiero. ad Oceanum & 32. q. 5. cap. apud nos, quod non licet feminis equē non licet viris: & eadem seruitus pari conditionem censetur.

Ad secundum concedendum, quod magis peccat vxor in adulterio quā vir eius: & tamen non sequitur, quod si diuortium datur contra feminam, quod non debeat dari contra virum. Sed contra vtrunque datur: & tamen ex maiori causa datur contra vxorē quā contra virum: nam sicut ostensum est supra, si pena detur æqualis apud legem humanam pro duobus peccatis, non est necesse, quod sint æqualia inter se: etiam si pena iustissimē infligatur: sed oportet, q̄ vtrunque illorum mereatur illam penam, etiam si alterum illorum maiorem penam mereretur: & ita est de diuortio, quod est eadē pena, & datur pro inæqualibus peccatis: sed ita est, quod adulterium viri mereatur diuortium & datur pro illo: adulterium vxoris mereatur diuortium, & aliquid plus: tamen datur solum diuortium, quia non potest dari pro quolibet peccato determinatē tanta pena, quantam ipsū meretur: licet verum sit, quod maior solet infligi vxori. Nam post diuortium elapso certo tempore, vt dicitur sequenti quæsti. si vir eam non reconciliat sibi, includitur ad agendum penitentiam intra monasterium aliquod.

Ad tertium dicendum sicut in præcedenti, quod magis peccat vxor in adulterio quā vir: & tamen vtrique datur diuortium in penam.

Ad quartum dicendum, quod vir est caput mulieris tanquam gubernator, & rector, sed non tanquā iudex habens simpliciter vim coactiuam & punitiuā circa crimina: & ideo ad ipsū pertinet corrigere mulierem, ne peccet; vel si peccauerit, emendabit eā leuiter: punitio tamen, quā datur directē in retributionem pro peccato, non pertinet nisi ad iudicem: vir autem non est iudex vxoris: ideo non potest ipse inferre penam diuortij sed iudex: & ideo quantum ad hoc, in quo vir non præest vxori, tantum licebit vxori contra virum sicut viro contra vxorem.

Ad quantum dicendum, quod licet Christus non expressit de muliere, quod recederet à viro per diuortium propter fornicationem: tamen hoc voluit. Et patet, quia Apostolus 1. Corin. 7. illud expressit, scilicet. His, qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio nō ego, sed dominus, vxorem non discedere à viro: quia si discesserit manere in nuptiam, aut reconciliari viro suo. Et quod fuerit ista intentio Christi patet: quia dicit Apostolus. Præcipio non ego, sed dominus, id est Christus hoc præcipit tacitē. Nam non expressum est hic, & supra 5. cap. Et forte fuit causa, quia voluit respondere Christus Iudæis conuenienter ad quæstionem eorum. ipsi enim quæsierant an liceret viro repudiare vxorem ex omni causa, & non quæsierunt

an vxor aliquando posset virum repudiare: ideo respondit, quod non licet viro dimittere vxorem, nisi causa fornicationis: & non dixit quando vxor posset dimittere virum: & propter hoc Apostolus dixit explicatus quomodo mulier potest dimittere virum quomodo vir dimittat vxorem, tanquam suppletis explicitē ea, quā Christus reliquerat implicitē.

Argumenta autem duo in contrarium etiam non sunt concedenda simpliciter, cum enim in vno probatur, quod viri magis peccant quā mulieres. Dicendum quod verum est in fornicatione simplici: in adulterio tamen magis peccant vxores, vt ostensum est: & ideo cum infertur, quod fortius debet dari diuortium contra viros, non sequitur, quia datur diuortium pro adulterio, & non pro fornicatione simplici, & in adulterio magis peccant vxores quā viri. Etiā dato quod magis peccarent viri, non sequitur, quod fortius daretur contra viros, quia pro inæqualibus peccatis datur interdum eadem pena in lege humana, vt ostensum est.

Ad secundum dicendum, quod ex eo quod vir est rector mulieris, efficitur quod libet peccatum eius ceteris paribus maius quā peccatum mulieris: & ideo in fornicatione, quia cetera sunt paria. i. non inferuntur plura nocumenta ex parte viri q̄ ex parte mulieris, peccat grauius vir quā mulier: in adulterio tñ non sunt omnia paria, si multa damna facit mulier adulterans viro suo, quē non facit vir adulterans vxori suę: ideo grauius peccat vxor adultera quā maritus: & consequenter non est ille magis dignus diuortio quā illa, sed potius è contrario: & tamen æqualiter datur pro adulterio vtriusque, quia non est talis pena, quā possit intendi & remitti.

An factio diuortio iudicio Ecclesię possit vir reconciliare sibi vxorem retinendo illam. Quæst. LXXV.

QVAERETVR, an factio diuortio iudicio Ecclesię possit vir reconciliare sibi vxorem retinendo illam, vel reducendo ad se si iam recesserit. Aliqui dicunt, quod nō potest eam reconciliare, nec etiā vxor virum, si ad petitionem vxoris pro fornicatione viri lata est sententia diuortij. Quod enim semel bene diffinitum est, nulla debet iteratione retractari: sed iudicio Ecclesię diffinitum est, quod debent separari: ergo non poterunt vterius reconciliari. Secundō patet, quia si posset esse reconciliatio, videtur quod potissimē deberet esse post sententiam adulterę vxoris aut viri: & tamē non tenetur vir recipere vxorem adulteratam etiam post penitentiam, & emendationem: neque potest excipere mulier se esse emendatā, quia non admittetur talis exceptio in iudicio contra virum petentem diuortium: ergo nullo modo potest fieri reconciliatio. Tertio, quia si reconciliatio fieri posset, fieret petente illo, qui castē vixit, & tunc si fornicata vxore proferretur contra ipsam sententiam diuortij, posset vir cogere illam ad se redire: & tamen factio diuortio non tenetur vxor redire ad virum, quia iam iudicio Ecclesię separati sunt: ergo non potest fieri reconciliatio. Quarto, quia si posset fieri reconciliatio, hoc maxime fieri deberet, quando factio diuortio pro fornicatione vxoris inuenitur vir post diuortium adulterium commississe: & tamen etiā tunc non potest fieri reconciliatio nolente viro, quasi vxor possit compellere virum ad se redire, quia aliquando celebratum fuit iuste diuortium: ergo nunquam potest fieri reconciliatio. Quinto, quia si vir adulteratus est occultē, quod mulier probare non potest: & ipse probet vxorem fornicatam, diuortium fit contra



tra ipsam, & tunc videtur iuste factum cum paria delicta compensari debuissent, & tamen etiam in hoc casu vir non tenetur reconciliari sibi uxorem, cum illa non probeat adulterium viri: ergo a fortiori quando diuortium iuste factum est, non poterit fieri reconciliatio.

Dicendum, quod reconciliatio fieri potest facto diuortio. Dicitur enim 1. Corint. 7. quod si mulier recesserit a viro aut reconciliari sibi virum aut manere in nuptiam: ergo in electione eius est quid facere voluerit. Item quia dimittere fornicantem, & reducere dimissam videtur esse eiusdem potestatis: & tamen potest vir non dimittere uxorem fornicatam: ergo potest dimissam reducere. Sed dicendum, quod autem queritur an possit fieri reconciliatio consentientibus ambobus, aut dissentiente altero ipsorum. Si consentientibus ambobus, dicendum quod semper potest fieri reconciliatio, quando non mutauerint statum, id est si non transferit alter eorum ad religionem, quam professus iam fuerit: aliam etiam post ingressum religionis, si ambo consentiant reconciliabuntur. Et ratio est, quia sententia diuortij non fertur de necessitate iuris, sed ad petitionem partis. Vnde etiam si notorium esset adulterium vxoris, non fiet diuortium: si vir non accusat illam petendo diuortium. Etiam patet, quia si propter delictum adulterij ex intentione iuris, & non petente parte fieret diuortium, potius fieret, quando ambo coniuges fornicati sunt, cum sit grauius adulterium: & tamen tunc non fit diuortium: imo etiam si alter coniugum petat diuortium, non fiet si excipiat de adulterio eius: extra de diuortijs cap. significasti. & capit. ex literis: ideo fit in fauorem castitatis, & ad petitionem eius: & consequenter si ambo conuenerint inter se, poterit fieri reconciliatio quocumque tempore. Si autem non consentiant ambo in hoc, aut petat reconciliatorem, qui fornicatus est, aut qui petiuit diuortium: si ille, qui fornicatus est, non tenetur alius reconciliari eum ad se, cum propter eum, & contra ipsum lata fuerit sententia diuortij: imo et si correctus iam fuerit, qui peccauerit & penitentiam egerit, non tenetur alius coniugum eum sibi reconciliari, vt colligitur extra de conuersi. coniu. cap. gaudemus. Si autem ille, qui petiuit diuortium, petat reconciliationem, aliqui putant, quod non poterit alii coniugem sibi inuitum reconciliari: quia iam facta est separatio auctoritate Ecclesie: & cum tenuerit sententiam, tenet tam pro femina adulterata quam pro viro, qui petiuit diuortium: & ideo dicunt quod mulier non poterit inuito viro transire ad monasterium. Sed dicendum, quod non stat, quia nemo consequitur priuilegium, vel immunitatem delinquendo: & tamen qui fornicatus est tenebatur ad debitum reddendum: ergo non fuit absolutus ab hoc debito per sententiam diuortij: & ita potest esse reconciliatio illo inuito. Item innocens non priuatur iure suo per peccatum alterius, neque seruitute quam habet in peccantem. C. de adult. authentica. sed hodie, sed qui fornicatus non fuit, habebat ante sententiam diuortij ius super fornicatam, vt ille teneretur ei ad debitum: ergo non perit ista seruitus. Item sententia condemnatoria afficit delinquentes: & ideo sententia diuortij cum sit penalis, solum afficit fornicantem: & tamen per diuortium tollitur ius petendi debitum: ideo solum priuabitur hoc iure fornicans: sed alius ante hoc habebat ius petendi debitum, ergo illud manet sibi integrum, & ita poterit petere & tenebitur alius sibi reddere, sed hoc est reconciliari inuitum: ergo poterit reconciliari inuitum: per sententiam enim diuortij aufertur fornicatori ius petendi debitum: ei vero, qui non fornicatus est, non aufertur ius petendi, sed absoluitur a ser-

Sententia diuortij si fertur de necessitate iuris, sed ad petitionem partis.

uitute, qua tenebatur alteri, scilicet quia iam non tenebatur reddere debitum ei. Item quia si non possit vir castus reconciliari uxorem fornicatam post diuortium, daretur occasio fornicandi mulieribus: quia aliqui de fiderantes separari a viris suis, fornicarentur, vt fieret diuortium, & non tenerentur, neque possent postea reduci ad illos: & tamen non debet dari occasio ad separandum coniuges, vt dicitur extra de diuortijs cap. quanto. vbi dicitur, quod si per haeresim soluerentur matrimonia quantum ad vinculum, simularent aliqui vt ri haeresim, vt ab vxoribus suis separarentur: & ideo non conceditur, quod ex hoc soluantur matrimonia. Reconciliari ergo potest inuitus, qui fornicatus est: & ob hoc dicitur, quod sententia diuortij non transit in rem iudicatam statim vt profertur: sed altero eorum proficiente ordinem aliquem: Vnde dicendum, quod quando pro adulterio lata est sententia diuortij, ille quo petente lata est, potest statim transire ad religionem: & alius non poterit impedire intrantem neque repetere ingressum: quia per fornicationem perdidit ius, quod habebat in eum: extra de conuer. coniu. cap. veniens. Et si vir non fornicatus est, sed mulier, poterit statim post sententiam diuortij promoueri ad ordines sacros, dum nihil aliud obstat: & non poterit illa repetere eum siue intrauerit in monasterium, siue effectus fuerit clericus secularis in sacris. eo. tit. c. constitutus. & tamen manebit adhuc illa uxor ei? vt prius, & tenebitur continere, & si illo viuente cognita fuerit ab altero adulterata, vt colligitur ibidem & cap. veniens. ille autem, contra quem lata est sententia diuortij: quia fornicatus est, non potest intrare monasterium statim: sed ex licentia alterius poterit intrare: & ad hoc quod intret, prius debet peti ab alio coniuge, vt eum reconciliet: & si non vult tunc poterit, qui fornicatus est intrare monasterium. extra de conuer. coniugato cap. gaudemus. vbi dicitur, quod si mulier fornicata fuerit: & propter hoc sententia diuortij lata, debet Episcopus, hortari virum vt eam reconciliet sibi. Si autem ille non vult, debet eam Episcopus includere in monasterium ad agendum penitentiam perpetuam: & tamen adhuc semper poterit vir eam reconciliari sibi quocumque non fuerit professa: & tenebitur illa tunc exire de monasterio, quia adhuc uir non perdidit ius, quod in eam habebat. Si autem profiteretur, non potest eam reducere ad se: & ita apparet, quod uir potest reconciliari quando-cumque uoluerit uxorem fornicatam, etiam inuitam. Nam si non possit inuitam reconciliari, non oporteret, quod Episcopus hortaretur solliciti viros, vt reconciliarent sibi mulieres, sed possent statim introire monasteria. Et idem est si contra virum feratur sententia diuortij: quia poterit mulier eum inuitum reconciliari. Per diuortium. n. ille, qui fornicatus fuerat, perdit ius petendi debitum, & manet obligatus ad reddendum, & quod non fornicatus fuit, potest petere debitum ab altero a seruitute reddendi: non tamen accipitur perdere ius proprium: quia si semel periret ius petendi debitum totaliter, nunquam rediret, nisi facto de nouo matrimonio: & tamen quando reconciliantur coniuges, habet uterque ius petendi debitum: ideo non penerat penitus a principio, sed solum erat impeditum: & nunc tollitur impedimentum per voluntatem illius coniugis, in cuius fauorem inductum fuerat. Quando autem dicebatur, quod data sententia diuortij, erat quasi sit ius etiam mulieri, vt iam non cogeret redire ad virum: dicendum quod non stat, quia hoc esset si sententia lata esset aequaliter pro utroque: & tamen lata fuit in fauorem non fornicantis, & eo petente contra illum, qui fornicatus est: ideo nullum commodum reportat condemnatus de diuortio: & sic semper manebit obligatus ad reddendum debitum, & poterit eum

G

H

I

K

eum reconciliari sibi, qui non peccauit.

Ad primum dicendum, quod sententia diuortij tenet, & nunquam retractatur, & tamen non retractata illa potest reconciliari coniugem, quando voluerit, qui non fornicatus fuit: quia in sententia diuortij solum condemnatur fornicans: & ille priuatur iure petendi debitum. Qui vero non fornicatus est, non priuatur iure petendi, neque cogitur discedere a fornicante, sed absolutur a seruitute reddendi illi debitum, qua prius tenebatur. Vnde quando-cumque voluerit reconciliari fornicantem, poterit: quia fuit sibi in priuilegium hoc concessum. Ideo sicut habens priuilegium sine cassatione, vel retractione priuilegij potest cessare interdum vt illo: ita sine reuocatione sententiae diuortij reconciliabit sibi fornicantem: & tamen si semel reconciliauerit, non poterit amplius repellere praetextu diuortij facti, quia illi renunciauit reconciliando.

Ad secundum dicendum, quod non cogitur vir reconciliari sibi uxorem fornicatam, quia iam correctata est & sufficienter penituit: vt patet extra de conuersione coniuga. cap. gaudemus. sed est sufficiens ad inducendum virum, vt reconciliet eam: si tamen non vult, non cogitur: sed postquam diligenter admonuerit episcopus virum, vt emendatam mulierem sibi reconciliet, & ille noluerit, debet eam intrudere in monasterium ad agendum penitentiam perpetuam: & ideo si viro petente diuortium excipiat vxor, quod iam de adulterio emendata est, non admittitur exceptio ad repellendum virum ab accusatione: quia licet peccatum transferat quantum ad actum, manet tamen quantum ad reatum pena temporalis, quam vir mulieri inferri vult petens diuortium.

Ad tertium dicendum, quod licet iudicio Ecclesie separati fuerint vir & vxor si mulier fornicata fuerat, & velit eam sibi reconciliari vir, poterit quando-cumque voluerit quocumque in monasterio non sit professa de licentia viri: quia cum fuerit sententia ista lata in fauorem viri, non debet nocere ei: & tamen noceret auferendo eius suum, si non posset illam reconciliari sibi quando-cumque vellet.

Ad quartum dicendum, quod aut est factum diuortium auctoritate propria eius, qui non fornicatus est, aut auctoritate & iudicio Ecclesie: si primo modo vir non fornicatus expulit a se uxorem fornicatam, & illa petit restitui: & vir obicit fornicationem & probat: non restituitur mulier, etiam si dicat, quod vir dedit sibi occasionem fornicandi: extra de diuor. cap. significasti. Si tamen interim pendente quaestione restitutionis vir qui repulerat uxorem fornicetur, & probet hoc mulier: restituetur mulier, & tenebitur vir eam sibi reconciliari inuitus: quia compensantur ibi delicta aequalia. eod. cap. significasti. Et hoc verum est, quia nondum erat lata ibi sententia diuortij: sed solum vir auctoritate propria diuortium fecerat. Si autem sit diuortium factum auctoritate Ecclesie, & tunc vir fornicetur, dicunt quod de rigore iuris vir non cogetur redire ad uxorem: quia iam tenuit sententia diuortij: & tamen secundum aequitatem iuris vir debet cogi a iudice, vt redeat ad uxorem, vt caueat periculum animae suae & scandalo aliorum: & hoc facit iudex ex officio. Nam vxor non potest reconciliationem petere facto semel diuortio contra eam. Sed videtur esse contra, quia lata sententia diuortij pro viro contra mulierem fornicatam: quia ille postea fornicatus est, cogitur redire ad mulierem, quae sententia Ecclesie fuerat ab eo separata. extra de diuortijs cap. ex literis. vbi mulier confessata est in iudicio fornicationem, pro quo lata est sententia diuortij, & mandatum est, quod manerent ambo separati & caste viuerent: ille

vero furtim sponfalia contraxit cum alia & nuptias celebravit: & cogit illum Ecclesia redire ad priorem uxorem. Dicit potest vno modo sicut dictum est supra, quod non facta fuit ista reconciliatio petente vxore: sed index ex officio suo egit. Nam in eod. cap. ex literis non apparet quod mulier petuerit restitui propter viri fornicationem, sed Papa mandat quod si ita est, quod ille nuptias cum alia celebravit, cogatur redire ad uxorem suam legitimam. Aliter potest dici quod hoc factum fuit ad petitionem vxoris, eo quod vir fecit contra mandatum Ecclesie: nam iniunctum fuerat ambobus quod separati manentes caste viuerent: ille autem contempta sententia transiit ad alias nuptias, ideo non profuit ei sententia, & restituitur mulier aduersus virum: secus autem si factum fuisset diuortium, & non iniuncta fuisset utrique continentia seruanda, quia licet tacite intelligeret, quod vir deberet aut reconciliari sibi uxorem aut manere in nuptus, id est caste viuendo, vt dicitur pri. Corin. 7. quia tamen non expressum erat, non diceretur facere contra mandatum Ecclesie: & ita non restituitur mulier aduersus sententiam contra se latam: quia tamen vir fecit contra sententiam fornicans post, & non mulier, praedicitur ei & restituitur illa.

Ad quintum dicendum, quod siue sit adulterium viri occultum siue manifestum, quod probari possit, manet semper vxori ius agendi contra virum, si illa non fornicata est: aut ius excipiendi si fuit illa fornicata, & ille petat diuortium: & tamen si non potest probare, non admittitur exceptio, quia deest vxori probatio iuris, licet non desit ius: ideo si vir fornicatus fuit occulte, peccat petendo diuortium contra mulierem fornicatam, licet illa non possit probare adulterium viri, & si fuerit lata sententia diuortij, tenetur vir reconciliari sibi uxorem volentem, quia si constaret in iure de utriusque adulterio ante sententiam diuortij, non ferretur sententia diuortij, extra de diuortijs cap. significasti: Ideo cum vir sit conscius fornicationis propriae, peccat petendo diuortium, quia petiuit rem iniustam & peccat non reconciliando sibi postea uxorem si illa vult. Vnde si illa petat postea debitum, tenetur ille reddere, aliam peccat mortaliter.

D

An post diuortium celebratum possit vir alteri mulieri nubere, & mulier alteri viro. Quaestio LX XV I.

QVAERETVR, an post diuortium celebratum possit vir alteri mulieri nubere & mulier alteri viro. Aliqui dicunt, quod sic: quia nullus tenetur ad perpetuam continentiam nisi expresse vel tacite vouerit: quia res est voti, & non precepti continentiae: sed vir tenetur in aliquo casu uxorem fornicantem a se separare in perpetuum, vt patet ex dictis, licet quando sic nullus est incorrigibilis, & putatur quod deterior erit retenta quam abiecta: ergo in tali casu ad minus poterit alteram ducere. Secundo, quia peccatum non est danda maior causa peccandi: sed si ei, qui propter culpam fornicationis dimittitur, non liceat aliam copulam quaerere, datur sibi maior occasio peccandi: quia non est probabile quod qui in matrimonio non continuit postea non habens coniugem possit continere: ergo videtur quod liceat sibi ad aliam copulam transire. Tertio quia vir non tenetur vxori neque vxor viro nisi ad reddendum debitum, & ad cohabitationem: & tamen per diuortium absoluitur ab utroque ille, quo petente lata est sententia diuortij: ergo si fuerit pro muliere, soluta erit poenitentia a lege viri: & ita poterit transire ad alium virum, & idem de viro si pro eo feratur sententia, poterit ad aliam uxorem transire.

Quarto

Ista est ratio haereticorum fraulium, & formae eadem debet puniri pro culpa alteri? sed vir cui vxor fornicata est & dimissa si non potest contrahe-re punitur pro culpa vxoris: error sic statuendo errauit.

Quartò, quia supra in litera dicitur ex verbis Christi, q...

Pro maiori huius in lectu vi supra que 54. & 64.

Dicendum, quòd factò diuortio non licet alicui cõ...

Velit cohabitare eidem sine iniuria creatoris, q...

Inter fideles est verum matrimoniu, & rati. inter infideles verum rati.

Inter fideles est verum matrimoniu, & rati. inter infideles verum rati.

Quid dicitur criminis, dicitur cap non

non cogitur vnus coniugum redire ad alterum, id est...

Dicendum vt vult Glo. extra de conuersio. coniu...

Dicendum autem, quòd duæ causæ primæ harum...

Sed tunc dicendum, quòd quantum est ad coinqui...

Dicendum ergo quòd tertia ratio est conueniens,...

A data, est occasio ad sepe fornicandum, cum sic semper...

Ad primum dicendum, quòd licet directè nemo...

Sed aliqui obiiciunt, quòd non teneatur in tali casu...

Dicendum quòd existente matrimonio inter ali...

Et illius: sed in quibus bene dixit: & quia in hoc aperte male dixit, non recipitur. Aliter potest dici, quod non loquitur Gregorius in iunior de matrimonio vero: sed de eo, quod contractum est per verba de presenti, & in non tenent, licet putaret tenere: eo quod mulier non erat persona legitima: quia erat arca ita ut a nullo cognosci posset: & cum talibus non tenet matrimonium, & hoc vocavit infirmitatem perpetuam: & propter hanc potest bene accipere aliam uxorem: & tunc videtur inveniendi expositio, quia iubet providere mulieri ista: & tunc quod matrimonium non tenet, non tenetur vir mulieri ad aliquid: quia non est vxor eius: sed accipit liberam aliam: ideo exponitur quod providebit ei: dabit ei dotem suam, in qua sustentet. Sic exponit Glo. ponens vtrumque. eo. c. quod proposuisti & d. 20. c. de libellis. Et tamen verè expositio Glo. est extorta, & Gratianus dicit verum quod non debet teneri dictum Grego. in iunioribus ibi, qui erravit. Et satis apparet, quia dicit quod existente muliere in tali aegritudine, melius est abstinere servando continentiam perpetuam: & tamen si inveniuntur impedimentum inter eos, ita quod non valuerit matrimonium, non oportebat admoneri virum ad continentiam, quia liberè poterat ad aliam transire. Prædicta tamen positio falsa erat: quia neque viro existente vxore in tali aegritudine licet accipere aliam uxorem: neque vxori existente viro perpetuè impedito, ut pote si abscissa sunt ei virilia, vel casu ea perdidit, licet accipere alium virum: extra de diuor. capitulo quanto.

Ad secundum dicendum quod factum diuortium, etiam si fuit pro fornicatione vxoris: sicut non licet vxori accipere alium virum: ita neque licet viro accipere aliam uxorem: quia matrimonium in nouo testamento excludit pluralitatem vxorum sexui. quod sicut mulier non potest habere plures viros, ita neque vir potest habere multas vxores. extra de diuor. c. gaudemus. & in matrimonium est dissolubile in nouo testamento. eo. n. c. quanto. ergo viuentem utroque coniuge impossibile est, quod alter eorum verum matrimonium contrahat cum aliquo alio: & ita neque viro neque vxori post diuortium licebit transire ad aliud matrimonium. Quia autem dicitur, quod licet viro transire ad aliud matrimonium, & non mulieri: istud est falsum, & irrationabile: nam in nouo testamento vir & vxor in matrimonio ad aequalia iudicantur in allegato. capitulo. gaudemus. & Hieronymus in epistola ad Oceanum. & 32. q. 3. cap. apud nos. ait: Apud nos quod non licet separari, equè non licet viris: & eadem seruitus pari conditione censetur. Quod verò putatur hoc velle apostolum, falsum est: sed voluit idem licere vtrique: & tamen cum de vno expressisset, de alio breuiter idem intelligi voluit. Dixit enim de muliere: His qui in coniugio iuncti sunt præcipio non ego, sed dominus, vxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere in nupta. Et subiunxit: Et vir vxorem non dimittat. Intellexit ergo, quod sicut vxori non licet dimittere virum, nisi quod aut reconcilietur ei dimisso, aut maneat in nupta: ita & viro non licet dimittere vxorem, nisi quod vel reconciliet ei, vel maneat sine vxore. Et ita exponit Augustinus locum istum in epistola ad Corinth. & 32. quæstio. 7. capitulo, apostolus. & ita tenent omnes sancti doctores. Et hoc patet ex modo loquendi apostoli, quia ait: His, qui matrimonio iuncti sunt præcipio. Ergo videtur quod non solum mulieribus præcepit illud, sed etiam viris: quia uir & vxor in matrimonio iuncti sunt. Causa autem quare locutus est apostolus de curate quando de mulieribus dixit, fuit quia voluit explanare præceptum domini & mentem eius. Vnde ait: Præcipio non ego, sed Dominus, & tunc hic dominus dixerat & sup. 5. c. quod vir non poterat dimittere vxorem, nisi propter fornicationem: & tunc, quod non poterat eam omnino dimittere. accipiens.

do aliam. Vide autem, & qui dimissam duxerit mechatur. i. etiam si dimittatur causa fornicationis, non licet mulieri transire ad alium virum, neque viro superducere aliam vxorem: quia tamen expresserat ibi Christus de solo viro, quod posset dimittere vxorem causa fornicationis, & nihil expressit de vxore: putaretur, quod vxor non posset dimittere virum fornicantem, & adulterantem: & tamen in nouo testamento eadè licere vxori, quæ viro, ut dictum est: ideo apostolus expressit id, quod Dominus tacuit. s. de muliere. s. explicitè ponens. De viro autem dimittente vxorem, cum Dominus late posuisset non curauit apostolus diffusè ponere: sed sub vno. verbo conclusit, dicens: Et vir vxorem non dimittat. s. sicut illa non dimittit eum, ita neque ille eam, sed sit eadem conditio amborum: Cum autem dicitur, quod Ambrosius hoc dixit: dicendum, quod non est dictum eius, sed à falsatoribus insertum est, & additum scripturis suis, sicut & factum est quibusdam alijs doctoribus. Sic dicit Gratianus. 32. quæst. 7. §. sed illud Ambrosij. capitulo. quod proposuisti: & ita est certa sententia, quod post diuortium non licet alicui coniugum transire ad aliud matrimonium.

Ad secundum dicendum, quod non est danda alicui occasio peccandi, & diuortium non datur vt occasio fornicandi, sed vt correctiuè pena fornicantis, quia ipsa confusio, & verecundia, quam sustinet vir, aut mulier, cum fertur contra eum sententia diuortij propter fornicationem eius, debet esse causa sufficiens ad emendandum ipsam, vt abstineret, & ea intentione sit diuortium. Si autem non cohibetur à fornicatione per illam poenam, etiam in matrimonio manens non cohiberetur: & tunc melius est, quod pereat alter coniugum solus, quam quod alium etiam perire faciat per consensum, aut auctoritatem, vel negligentiam punitionis, cum posset punire, vel corrigere.

Ad tertium dicendum, quod in matrimonio non est aliud debitum, nisi copulæ carnalis, & mutuorum obsequiorum, que impenduntur per cohabitationem: & ideo verum est, quod per diuortium ab omni actu coniugali absoluitur ille, pro quo fertur sententia diuortij: non tamè sequitur, quod desinat inter eos esse matrimonium, quia vtraque coniugales est vincula matrimoniale, quo tenentur coniuges, nè alijs eadem faciant, quæ inter se ipsos faciunt: & cum illud maneat post diuortium, non liceat alteri coniugum transire ad aliud matrimonium: sed solum potest ille, pro quo lata est sententia diuortij, transire immediatè ad religionem, cum absolutus sit à debito alterius. Ille verò contra quem lata est, non poterit transire sine licentia alterius, vel quousque ille requisitus, quod reconciliet sibi alium coniugem iam emendatum facere noluierit, quia tunc potest transire ad religionem. Sed adhuc tunc non absoluitur à debito illius, quousque fuerit facta pfectio, vt magis supra dictum est: sed cum transit ad religionem ille, pro quo lata est sententia diuortij, si ille, contra quem lata est, ostendit postea deceptam esse Ecclesiam, quia sententia per falsos testes lata est, reducetur: qui ingressus religionem ad conjugalem statum, vt colligitur extra de conuersione coniug. capitulo. quidam intravit, & cap. veniens. 2.

Ad quartum dicendum, quod procedit argumentum ex falso literæ intellectu, licet enim videatur esse tota vna clausula, debet intelligi sub duabus per replicationem. s. Qui dimiserit vxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit mechatur. i. qui dimiserit vxorem quocumque modo dimittat etiam non accipiendo aliam, nisi causa fornicationis, supple peccat: & qui dimiserit vxorem suam, sine propter fornicationem, siue propter aliam causam si aliam duxerit mechatur.

Qui

Diuortium in nouo testamento non datur nisi ob causam fornicationis. s. datur alicui coniugum transire ad aliud matrimonium.

Qui autem faciunt totam vnam clausulam; errant, vt a manifeste ostendit apostolus, scilicet quod etiam causa fornicationis factum diuortium non licet alicui coniugum transire ad aliud matrimonium.

Ad quintum dicendum, quod diuortium non datur in nouo testamento loco repudij legis Moyfi: quia non datur propter eandem causam, neque eisdem personis: nam repudium dabatur propter duritiam cordis, vt dicitur, supra in litera, & Mar. 10. cap. diuortium autem datur quasi suadente aequitate & propter emendationem fornicantis. Secundò, quia non datur eisdem personis: nam repudium solum dabatur viris contra feminas, Deuter. 24. diuortium datur viro contra feminam, & vxori contra virum: quia ad aequalia iudicantur in le. s. cantur. Tertio, quia non datur ex toto motiuis: nam repudium dabatur ex quacumque causa quantumcumque voluntaria, vt ostensum est supra quæst. 54. diuortium autem non fit nisi ob solam causam fornicationis, sup. 5. cap. & hic in litera. Quarto, quia non seruatur eadem regula, vel ordo in eis, quia factum repudium: si transibat mulier ad alium virum, non poterat redire ad primum, etiam si ille vellet, & secundus mortuus esset vel repudiaret eam: Deuter. 24. & tamen factum diuortium potest, qui non peccauit, reconciliare sibi peccantem quandoquocumque voluerit: nisi iam de licentia eius, vel eo nolente eum reconciliare, iam ille religionem intraret, vt supra dictum est. Quintò, quia vir datur repudium propria auctoritate non expectata auctoritate alicuius iudicis. Cum neque esset necessaria expressio alicuius causæ aut probatio: diuortium autem non fit sine auctoritate Ecclesiæ: & si fiat non tenet: extra de diuor. cap. porro. & capi. significasti. Sextò est ad propositum, quia factum repudium tam viro quam vxori licebat transire ad aliam matrimoniam: Deuter. 24. factum autem diuortium neque ei pro quo lata est sententia, neque ei, contra quem lata est, licet transire ad aliud matrimonium: extra de diuor. ca. quæ sunt. Et ratio differentiarum est, quia tam inter Iudæos quam inter omnes infideles matrimonium licet verum sit, non tamen est ratum, id est indissolubile, quia non est sacramentum: inter christianos autem est indissolubile. extra de diuor. cap. quanto: ideo cum semel fuerit matrimonium verum inter christianos, etiam si fiat diuortium, non potest alter coniugum transire ad aliud matrimonium: inter infideles, quia non est matrimonium ratum, factum repudium transire ad aliud matrimonium. Alia causa ponitur à beato Hieronymo, quare factum diuortium non transgatur ad aliud matrimonium, scilicet ne detur occasio viris falsam causam diuortij allegare, & vxoribus eandem recipere, vt vtrique liceret ad alia matrimonia transire, cum ait. Poterant accipere: vt aliquis calumniam faceret innocenti vxori: & ob secundam copulam nuptiarum veteri vxore vxorem, vt secundam prima viuentem non habeat: necnon, quia poterat enenire vt iuxta eandem legem vxor quoque marito daret repudium, eadem cautela præcipitur, ne secundum accipiat virum: & quia meretrix, quæ etiam semel fuerat adultera opprobrium non timebat secundo non nubere præcipitur viro: quod si talem duxerit sub adulterij crimine fit.

Cuiusdam cause assignatio Hieronymi, quare factum diuortium non transgatur ad aliud matrimonium.

est: sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipfos castrauerunt propter regnum celorum. Qui potest capere capiat.

Dicunt ei. Posita fuit superius continentia sufficiens quæ erat continentia coniugalis: hic ponitur continentia excellens, quæ est virginalis: & est continentia eunuchorum, de quibus in litera dicitur. Dicunt ei discipuli. Iam cessauerant disputare Pharisei super libello repudij: & incipiunt discipuli de illo loqui. Si ita est causa hominis cum vxore. Id est si talis est habitudo hominis ad vxorem suam qualem expressisti, scilicet quod non possit repudiare eam, sed solum diuortium fieri ex causa fornicationis, non transeundo ad aliam vxorem: & accipitur causa sagè pro negocio vel habitudine, sicut litigia vocamur causas, vt ait Hieronimus in Etymologiis extra de verbo. signifi. cap. forus. Non expedit nubere. Scilicet difficultas magna est tolerare vxorem, pro nulla causa dando ei libellum repudij et si mala sit. Qui dixit eis. Benigne respondit, quia discipuli eius erant, & bono animo loquebantur. Non omnes capiunt verbum istud. Id est licet non expediat homini nubere absolute loquendo: tamen expedit homini nubere quasi ex necessitate quadam in quantum non possunt omnes continere. Et dixit: Non omnes, quasi dicat, quibusdam bonum est, quod non nubant, quia continere possunt: tamen non est hoc pro omnibus: cum non possint omnes continere. Et dixit: Verbum. i. res, scilicet non potest recipi in omnibus res ista, scilicet continentia. Sic accipitur saepe verbum, id est res, vt primo Regum 3. Ego faciam verbum, quod quicumque audierit, tinniant amba aures eius. i. faciam rem mirabilem, & 2. Regum 1. Quod est verbum, quod factum est in castris, id est quid accidit in castris. Sed quibus datum est. Scilicet à Deo, id est posse continere non est homini proprium: neque prouenit ex dispositione nature, quæ potius ad contrarium inclinatur: sed ad hoc, quod contineri quis possit, oportet quod concedatur ei à Deo. Sunt enim eunuchi. Quia Christus locutus fuerat de continentia, quam valde laudabat: cum assereret eam esse donum Dei: ostendit hic, quæ continentia sit illa, quæ tantum laudatur; quia aliqui sunt abstinentes à venereis, qui non laudantur ex hoc. Et vocat eunuchos omnes abstinentes à venereis: & hoc per translationem nominis: eunuchus enim proprie est castratus: & illi non possunt exercere venerea: & ideo translatum est nomen ad omnes illos, qui venerea non exercent, siue possent, siue non. Et ponit hic tres species istorum eunuchorum: & laudat solam tertiam, quia illa sola pertinet ad virtutem. Qui de utero matris sic nati sunt. Id est, qui non acceperunt, vt essent eunuchi à voluntate propria: neque ab humana operatione, sed à natura; quia ea quæ ab utero habemus, naturaliter consecuti sumus: & isti sunt, quos frigidos vocamus: qui neque possunt coire, neque forte appetunt. Et sunt eunuchi. Id est etiam sunt alij eunuchi: & ista est species secundæ eorum. Qui ab hominibus facti sunt. i. quos hoies fecerunt eunuchos castrando eos: vel alio modo, vt infra dicitur. Et sunt eunuchi. i. etiam alij eunuchi. i. eunuchi. Et ista est tertia species eorum. Qui se castrauerunt. Id est seipfos in hoc differunt ista duobus primis, quia primi sic nati sunt, secundum hominibus facti sunt, id est ab alijs, non a seipsis: isti verò à seipsis facti sunt: & ideo est hoc virtutis, quia prouenit ex principio intrinseco humanorum operum, scilicet voluntate. Et

Quid proprie eunuchus.

Tres sunt species eunuchorum.

Dicunt ei Discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

P

in



in hoc etiam ostenditur, quod eunuchus proprie est castratus: cum isti tertii eunuchi, qui per similitudinem dicuntur eunuchi, dicantur seiplos castrauisse: ergo omnes alij castrati sunt: & tamen quidam castrantur a natura parente, alij ab hominibus, alij a seipsis castrantur. Et dicitur: Castrauerunt se: non quidem virilia abscindendo, sed desideria carnalia amputando, vel illis non consentiendo. Propter regnum celorum. Id est propter vitam aeternam: siue propter Deum, quia etiam alij sunt potentes coire & ipsum cupientes, sed seiplos cohibent: non quidem propter Deum, sed propter alias causas: & illos non laudat Christus. Qui potest capere capiat. Id est licet dicam de laude huius continentiae virginalis, quae est omnino abstinere: non suadeo tamen omnibus illud facere, neque praecipio: sed qui poterit illud facere, faciat: & ille est cui Deus hoc donum concesserit.

Quomodo discipuli ausi sunt nunc Christo dicere haec.

Quest. LXXVII.

QVAERETVR, quomodo discipuli ausi sunt nunc Christo dicere haec, cum arguissent contra eum super hoc Pharisaei, & excussisset eos a se: & nunc quaerentibus discipulis de hac re scandalizaretur populus quasi ipsi quocumque discipuli dubitarent Pharisaei. Dicendum, quod quaestio praesupponit falsum, non enim quaerebant nunc discipuli coram Pharisaeis, vel populo: nam verum est, quod cum Christus repulisset iam Pharisaeos disputantes de libello repudij: si statim de eadem re quaerent discipuli, esset inconueniens, quia aut viderentur increduli verbo magistri, quod tam aperte sententiae eius nondum crederent, aut putarentur insipientes, qui tam manifestam rationem non intelligebant: sed in domo quaesierunt ista postquam Christus dimiserat Pharisaeos, & turbam. Et patet, quia hic non incipit alia quaestio: sed est continuus sermo discipulorum ex praecedentibus: nam ea, quae habentur supra, scilicet. Dico autem vobis &c. non fuerunt dicta Pharisaeis, sed solis discipulis in domo: & hoc quia ipsi, quando steterunt cum Christo praesentibus Pharisaeis nihil quaerere voluerunt propter praedicta: cum autem fuerunt in domo, ceperunt quaerere de repudio: & Christus respondit eis, quae habentur hic ab illo loco. Dico autem vobis &c. quibus dictis ipsi dixerunt ea, quae habentur hic. Hoc colligitur Marc. 10. cap. scilicet. Et iterum in domo discipuli eius de eodem interrogabant eum: & dixit illis: quicumque dimiserit uxorem suam &c. & tamen verba, quae hic subiecerunt discipuli & Christus, tacuit Marcus.

Ad quid dixerunt discipuli Christo: Si ita est non expedit homini nubere. Quest. LXXVIII.

QVAERETVR, ad quid dixerunt discipuli istud Christo. Dicendum, quod ipsi viderunt difficultatem huius rei, & quia eis ad contrarium assuetis durum valde videbatur, voluerunt remedium aliquod, & hoc siue contrahendo siue abstinendo: & id dixerunt non expedit homini nubere: & hoc licet non resisterent legi, quam Christus dabat: admirabantur tamen de tanta difficultate, & quis posset eam tolerare: quia in lege Moyse licebat uxorem repudiare. Et forte quaerebant an esset aliquis modus contrahendi vel accipiendi uxorem, quam repudiare liceret.

An peccauerunt Discipuli dicentes: Si ita est causa hominis cum uxore &c. Quest. LXXIX.

QVAERETVR, an peccauerunt Discipuli dicentes: Si ita est causa hominis cum uxore. Nam videbantur ponere dubitationem in sententia domini, quam ille tam coram Pharisaeis quam coram ipsis asseruerat, an vera esset.

Dicendum, quod non peccauerunt: nam si peccassent, increpauisset eos Christus: potissimum cum peccassent circa incredulitatem, de qua erat magna reprehensio, vt supra decimo septimo capi. o generatio incredula & peruersa. Aliqui ergo dicunt, quod non dubitauerunt an uxores possent repudiari, quia sciebant iam ex Christi sententia, quod non licebat eas repudiari: & tamen querebant per hoc an aliqua cautela posset teneri in accipiendo uxorem, quod postea liceret repudiari illam: & quia forte aliqua talis esse poterat, & illam nesciebant, reliquerunt adhuc sub dubio an sic esset causa hominis cum uxore sua. Aliter potest dici, & melius, quod non dixerunt discipuli hoc dubitando, sed admittendo: & ita solemus nos dicere quando aliquid valde durum, & contrarium sententiae nostrae occurrit: licet videamus manifeste veritatem illius, praedmirationem quasi dubitantes dicimus: si ita est. & tamen non dubitamus an ita sit. Vel potest dici, quod ponitur si per quia, id est quia ita est: sicut etiam nos facimus. Et tamen magis videtur, quod dixerint hoc praedmiratione de re dura: cum in lege Moyse liceret dari repudij: & hoc verius est, quam quod ponatur per modum dubitationis. Nam si dubitatio fuisset, cum Christus statim responderet, necesse fuisset, quod aut illis irrationabiliter dubitantes, quasi incredulos argueret: aut si dubitatio iusta erat, ad ipsam responderet: & tamen neutrum facit, sed respondet solum ad illud, quod dixerunt. Non expedit homini nubere: ergo non dixerunt dubitando. Et istud tenet Hieronymus, dicens. Graue pondus est vxor si excepta causa fornicationis eam dimittere non licet. Videantes ergo Apostoli graue vxorum iugum, proferunt votum animi sui. Et sic non ponitur, si ita est, ad dubitandum, sed ad difficultatem, quae ipsis videbatur ostendendum.

Quare dixerunt Discipuli: Si ita est causa hominis cum uxore sua non expedit nubere. Quest. LXXX.

QVAERETVR, quare dixerunt discipuli: Si ita est causa hominis cum uxore sua, non expedit nubere. Dicendum, quod solum voluerunt ostendere difficultatem, quae est in supportando onera matrimonij non concessa potestate repudiandi: quibus difficultatibus, & oneribus consideratis, melius videtur tolerare vitam celibem quam nubere. Et hoc est non expedit nubere, quasi dicat, si ita non esset, sed secundum ritum legis Moyse, bene expedit nubere, quia ibi quomodocumque displiceret vxor in oculis viri, abiciebat eam repudiando, & ita non egebat tolerare aliquam difficultatem cum illa, quam poterat quandoocumque vellet repudiare. Sed nunc non licet dimittere uxorem, nisi ob fornicationem: ideo multa inconuenientia toleranda sunt tenendo coniugem: nam etiam si leprosa est, teneri oportet eam: quia non potest abijci propter lepram, si sit matrimonium per verba de praesenti, siue sit consummatum siue non: secus si sint sponsalia de futuro, quia tunc si contractis sponsalibus de futuro incurrat alter sponsum in lepram, non tenetur alius, contrahere de praesenti cum eo, & consummare matrimonium. extra de coniugio leproso. cap. literas. Imo quod dicitur est,

est, tenetur qui non est leprosus reddere debitum leproso: & peccat subrahendo. eod. tit. cap. quomiam nemini. Et si potest induci ad cohabitandum ei cum ignominia sua exeundo de locis sanorum, & manendo in locis leproforum, qui sit generalem consuetudinem gentium coguntur habitare seorsum a ceteris: debet ad hoc admoneri sollicitate. eod. tit. cap. peruenit. & non solum in lepra, sed etiam in quacumque alia aegritudine corporis quantumcumque horribili & graui tenetur vir manere cum uxore, & debitum reddere. eod. tit. cap. quoniam nemini. Et generaliter de quacumque aegritudine, vel deformitate id est. Sic dicit Aug. & 32. q. 5. ca. si vxor. si vxor quis habet sterilis: siue corpore deformem, siue debilem membris, siue caecam, aut surdam, aut claudam, vel si quid aliud, siue morbis, vel laboribus, doloribusque confectam, sicut rate, & fide tolerandum est. Et si vir horrens accedere ad uxorem suam ob lepra, vel aliam causam, accedit ad aliam aliam, adulterium est, vt ait Aug. lib. de Adulterinis coniugiis. & 32. q. 5. cap. puto christiani. Et generaliter omnia mala toleranda sunt in vxore propter fornicationem, vt ait Aug. lib. de Sermone domini in monte, & 32. q. 7. cap. dominus. s. dominus sola causam fornicationis excepit: ceteras vero vniuersas molestias, si quae extiterint, iubet pro fide coniugali, & pro castitate fortiter sustineri. De vxore ad virum idem est, quia non potest dimittere, quem semel accepit quantumcumque sit malus, vt ait Ambrosius in Exameron & 32. q. 5. cap. horrendus. s. Horrendus, & incultus est vir, qui semel placuit, nunquid alius eligendus est? quasi dicat, non. Etiam quod grauissimum est, si vir talis efficiatur, vt debitum reddere non possit. quia seclus fuit ab hostibus, adhuc non potest vxor accipere aliquem alium eo viuente. extra de diuor. ca. quanto. Et de virum idem est, si efficiatur mulier patiens talem aegritudinem, quod impossibile sit debitum reddere. Nam etiam tunc cogetur manere cum ea & continere. Haec autem omnia tolerare graue erat: ita vt videretur discipulis, quod melius erat non nubere, quam supportare uxorem cum his. Et sic dicit Hieronymus: graue pondus vxor est si excepta causa fornicationis eam dimittere non licet. Quid enim si temeraria fuerit, si iracunda, si malis moribus tenenda erit. Videntes ergo Apostoli graue vxorum iugum, proferunt motum animi sui.

An verum erat quod dixerunt Apostoli, scilicet quod non expedit nubere existente hoc de non repudiando uxorem. Questio LXXXI.

QVAERENDVM est, an verum erat quod dixerunt, scilicet quod non expedit nubere existente difficultate ista de non repudiando uxorem. Aliqui dicunt, quod verum est: quia non expedit nubere cum grauius sit tolerare mala ex parte coniugis quam ex parte concupiscentiae. Sic ait Chryso. Leui. enim est contra concupiscentiam praesentem quam contra mulierem malam. Et idem Chryso. ait: Non autem dixit dominus expedit: sed magis consensit, quod non expedit: sed infirmitatem carnis considerauit.

Dicendum, quod aut accipitur non expedit nubere. i. malum est nubere: aut non expedit, quia aliud est simpliciter melius quam nubere: aut non expedit, id est non conuenit homini, quia difficilius est quam malum. quod per matrimonium euitat. Accipiendo primo modo non est verum, quia nubere non est malum, cum Deus coniunxit masculum & feminam in matrimonio, vt dicitur supra in litera. Accipiendo secundo modo verum est: quia certum est, quod virginitas melior est quam matrimonialis actus: licet matrimonium Alph. Toft, super Euang. Matth. Pars V.

A sit bonum. Sic dicitur prima Corin. 7. Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Accipiendo autem tertio modo, dicitur quod non est verum simpliciter, quia melius est nubere quam non nubere. Et in isto tertio modo accepit hic Apostoli: nam non acceperunt primo modo, quia tunc absolute dicerent matrimonium malum esse, vel bonum: & tamen non dixerunt hoc: sed quod non expedit homini nubere. Etiam adhuc non simpliciter dixerunt: non expedit homini nubere: sed si sic est causa hominis cum uxore sua. Etiam accipiendo secundo modo, non dicerent, non expedit homini nubere, si sic est causa &c. s. non expedit homini nubere cum sanctus sit continere quam nubere. Sed accipitur tertio modo. Et patet quia dixerunt, si sic est causa hominis cum uxore, quali dicat, si sic esset causa hominis cum uxore, sicut esse solebat in lege Moyse expediebat nubere: sed si sic est sicut nunc asseruisti, quia non potest dimitti vxor nisi propter fornicationem: & tunc etiam non potest alia duci, non expedit nubere. i. tanta est difficultas, quod melius est non nubere quam nubere, id est pauciores & minores tolerantur labores. Sed hoc non est verum: quia tunc Christus assensisset sententiae eorum: & tamen non assensit, sed potius dixit, non omnes capiunt hoc: ideo difficultas est. Secundo, quia difficilius est illud, quod pauci soli possunt tolerare, qui sunt contenti in magna virtute, quam quod tota communitas omnium imperfectorum sustinere potest: & tamen matrimonium sine repudio sustinent omnes plebei, & vulgares: & non est eis magna difficultas, continere autem totaliter non possent, nisi excellentissimi viri. ergo difficilius est non nubere. Tertio, quia illud, quod non competit hominibus nisi ex dono Dei, tolerare difficilius est non nubere. Quarto patet ex inductione Apostoli 1. Corin. 7. cap. volo omnes homines esse sicut me ipsum, id est sine coniuge: bonum est autem illis, si sic manent, sicut & ego: quod si non continent, si nubent, id est si continere non possunt. Et sequitur causa: melius est nubere quam vri; ergo aliqui possunt tenere uxores non repudiando eas, qui continere non possunt, & ita difficilius est non nubere quam nubere. Etiam patet hoc, quia Apostolus eod. capi. dat consilium, quod vnusquisque habeat uxorem suam propter fornicationem, i. ad remedium euitandi fornicationem: & ita ipse iubet, eo. ca. non dari repudium: ergo facilius iudicauit esse habere uxorem, & non dare repudium, quam continere ab omni muliere. Ad dictum Apostolorum dicendum, quod dixerunt hoc ex turbatione quadam animi, & admiratione, quia durum eis videbatur, quod Christus iubebat non repudiari vnquam, neque fieri diuortium nisi ex causa fornicationis, & quia ipsi assueti erant in lege Moyse repudiare uxores, & sciebant quantas euadebant molestias repudiando uxores, quas necesse erat tolerare non repudiando, & nunc imponebatur eis praecipuum de non repudiando, visum est eis istud iugum intolerabile: & quod nihil esset ita graue. Difficultas autem, quae est in continendo simpliciter non erat eis nota, quia non continebant, sed laxabant frenam libidini ad latrandum eam, cum haberent uxores plures, si vellent: & ideo quasi pro nihilo habuerunt difficultatem, quae est in non nubendo; & tamen est valde maior, quam supportare mulierem non repudiando: & ita non dixerunt id, quod erat simpliciter verum: sed quod eis videbatur. Et ita dicit Hierony. Graue pondus vxor est si excepta causa fornicationis ea dimitti non licet: P 2 viden.

Resp. ad doct. Apo.

Homi. 63. in Matth.

videntes ergo Apostoli graue vxorum iugum profesunt motum animi sui, idest non protulerunt quid verum erat, sed ad quid animus eorum mouebatur.

Quare dicitur, quod non omnes hoc capiunt. Quest. LXXXII.

QVAERETVR, quare dicitur, quod non oēs hoc capiunt: & quō est verum. Dicendū ad primum, q̄ Apostoli dixerant, non expedit nubere: in quo signabatur omnis abstinentia à venereis, quæ ad virginitatem pertinet, vel ad perpetuam cōtinentiam respectu eorum, qui virginitatis florem perdidierunt. Hæc autem abstinentia valde laudabilis est, & melior quā nubere. Et ita crederetur quod Christus deberet dicere, quod simpliciter meli⁹ erat abstinere: ita quod non expedit nubere. Illud tamen erat difficile, & non conueniebat communitati hominum, qui perfecti non sunt: ideo dixit. Non omnes hoc capiunt. Et est modus conuenientissimus respondēdi, vt & veritatem dicat, & inconuenientia euitet. Si enim diceret, sicut dixerunt Apostoli, quod non expedit nubere, falsum esset, cum potius expedit nubere propter infirmitatem carnis nostræ, quā aggressiūsum propositum totaliter continendi. Si autem diceret, expedit nubere, quod verum erat: videretur abstulisse omnem laudem virginitatis & perpetuæ continentie subtrahendo: & erat inconueniens. Dicendo autē, non expedit nubere etiam occasionem hominibus tradebat errandi tam circa fidem quā circa opera. Circa fidem quidem, quia Christo dicente, non expedit nubere: putaretur, quod malum erat matrimonium, vel saltem incipiebat iam esse malum in nouo testamento: sicut aliqui hæretici putauerunt: asserentes, quod nemo potest saluari nisi virgines: quæ opinio hæretica damnatur. extra de Summa trini. capit. firmiter. §. virgines quoque. Circa operationem autem esset error, quia aliqui tanquam à Christo laudatum & velut solum bonum aggrederentur propositum perpetuo continendi nullas coninges accipientes, quod postea sustinere non potentes inciderent in aliquas damna-

Opinio dāna quæ runda hæreticorum opinantiū solos virgines saluari.

biles copulas: nunc autem non sequitur aliquod inconueniens tenendo mediam viam: quia tollitur vtrunque. Nam virginitatem laudat valde, cum ait: Non omnes hoc capiunt, idest simpliciter melius esset non nubere quā nubere: & tamen non possunt omnes tolerare tantam difficultatem, quanta est in abstinendo: consequenter subdit de illis, qui se eunehizauerunt siue castrauerunt propter regnum celorum, quāta sit eorum laus: & ait quod hoc tantum bonum est, quod non potest homini inesse nisi à Deo. Etiam non est inconueniens secundum: quia cum dixerit, non omnes hoc capiunt, ostēdit q̄ saltem erat licitum matrimonium ex infirmitate nostrā, vnde nemo posset damnare coniugatos. Item dixit hoc ad ostendendū ex qua causa matrimonium bonum sit, & necessariū, scilicet propter infirmitatem carnis nostræ: est enim matrimonium bonum ex intentione gignendi pleni ad cultum Dei: quia iste est finis secundum naturam intentus: & tamen non est necessarium ex hac parte, sed ex infirmitate carnis. Vnde non dixit, quod expedit nubere propter prole: sed quod bonum esset non nubere nisi in quantum nō capiebant omnes hoc: idest non poterant sustinere afflictiones à concupiscentiis. Et istum solum finem posuit Apostolus in matrimonio 1. Corin. 7. cap. Volo omnes homines esse sicut ego sum: bonum est illis, si sic maneant: q̄ si non continent, nubant: melius est nubere quā vri. Et illud: Vnusquisque habeat vxorem suam propter fornicationem, scilicet vitandam: Et nō dixit, habeat suam

propter prolem. Sed diceret aliquis: quomodo staret si omnes tanquam bonum eligerent continere.

Dicendum, q̄ nunquam hoc volent homines: cum sit difficultas magna, & non concedatur homini nisi ex dono Dei: & tamen Deus non intendit dare omnibus ista dona: ideo non oēs continebunt: & ita non cessabit ex hac parte propagatio. Sed tamen si omnes homines sumerent istum propositum firmum continendi in perpetuum, & sic facerent, adhuc non deesset mundo sua perfectio, neque numerus electorum, quem Deus prædestinavit inuenerit: quia ipse prouideret illum sibi aliās, & illud esset Deo magis gratū quā q̄ nos vacemus proli, & gignātur de nobis electi. Item dato q̄ nos sciremus, quod nobis nō vacāntibus proli, cessaret status speciei humanæ quantum ad propagationem: & etiam q̄ non completeretur numerus electorum: non teneremur vacare proli: imō melius esset nobis manere in virginitate quā ex hac causa sola nubere: quia quod finitur propagatio, & compleatur numerus electorum non spectat ad nos, sed ad Deum, cuius est prouidere huic vniuerso: iō nihil nos obligatur cooperari sibi ad hoc, sed melius faciemus dando operam virginitati, aut perpetuæ continentie quā adiuuare Deum ad consummationem numeri electorum: ideo Christus nihil expressit de hoc, sed solum dixit, q̄ non omnes hoc capiunt. Inō possunt, licet absolute melius esset non nubere, sed esset maior difficultas. Cū autē dixit Chryso. q̄ leuius est pugnare contra concupiscentiam, & etiam cōtra seipsum quā ad mulierem malam: pot̄ intelligi leuius extensiuē, sed non intensiuē: nam ad mulierē malam multa inconuenientia sunt toleranda, si repudianda non est: cōtra concupiscentiam autem solum est vnicum bellū, & tñ intensiuē maius est istud, quia est quotidianum, & intraneum, q̄ nō fugere non potest, neq; effugare, neq; artificiosè placare, nisi ei assentiamus: mulierem autē malā aut metu, aut indulgentia, aut artificioso placare possumus, aut saltem ad tempus fugere: concupiscentiam autē, quia intra nos est, neque possumus fugere, neq; fugare: & ideo istud solum bellum intestinum inquietū & inexorabile grauius ē quā oīa, quæ cum vxore tolerāda sunt. Vnde Aug. lib. de Agone Christiano ait, q̄ inter certamina Christianorum bella castitatis sunt grauiora. Vel potest intelligi, q̄ leui⁹ pugnatur contra concupiscentiam, quā cōtra malam vxorem, quod sit specialiter verū, quoad aliquos homines paucos, qui sic dispositi sunt: & tñ quantum ad totam multitudinem humanam contrarium est. Quod patet, quia nemine suadere omnes accipiunt vxores, quas repudiare non liceat, & rarisimi subeunt propositum conseruandi virginitatem: quāsi facilius inueniant sustinere inconuenientia malæ vxoris quā difficultates concupiscentiæ libidinum. Secundum dictum Chryso. concedendum est: & tamē in hoc, q̄ Christus propter infirmitatem carnis nostræ dixit, quod nō omnes capiebāt hoc. s. manere sine vxoribus: & non dixit de aliquo, q̄ non poterat sustinere inconuenientia vxoris, q̄ nō repudiaret: ostendit q̄ facilius erat tolerare vxorem quā concupiscentiā: & iō non erat verum, quod dixerant Apostoli. s. nō expedit nubere: & ita patet rñsio ad dictā Chryso. præced. q̄st.

Quomodo est verum, quod non omnes capiunt hoc, idest non possunt continere. Quest. LXXXIII.

QVAERETVR, de secundo, scilicet quō est verum, q̄ non omnes capiunt hoc, idest nō possunt continere. Nam videtur, quod quilibet possit: quia nemo cogitur carnaliter cōmisceri: ergo quilibet potest cōtinentiam seruare. Nā in seruando continentiam istam sunt duo. s. propositū & mot⁹ organorū genitaliū, scilicet

scilicet seruando illa cohibendo ab actibus venereis. Primum liberum est nobis, quia nihil magis est in potestate nostra quā actus voluntatis. Secundum etiā est in potestate nostra, quia in nobis est mouere partes organicas ad actum, nisi forte dicat de mulieribus, quibus potest inferri violentia. Sed de talibus dicendum, quod continentiam meritorum non perdunt, quia, vt ait Aug. lib. Hebraicarum quaestionum, & 32. quaestio. 5. cap. corpus, scilicet. Corpus mulierum nō vis maculat, sed voluntas. & idem lib. de sancta virginitate & 32. quaest. 5. cap. sicut nemo. Vnde dicit Isidorus in Synonymis & 32. quaest. 5. cap. non potest, scilicet. Non potest etiam corpus corrumpi nisi prius corruptus fuerit animus. Et ita si mulieres aliquę violentē opprimantur, non solum non perdunt meritum, sed etiam maioris meriti efficiuntur si carnis integritatē sine intentione amittentes incorruptis virginibus se ex humilitate æquare nō audeāt, vt dicit Leo Papa 32. q. 5. ca. ille autē. Et ita est in potestate mulierum seruare virginitatem, vel perpetuam continentiam. De viris manifestius est, quia illis non potest inferri violentia quantum ad hoc, q̄ ipsi, vt viri feminas cognoscant: quia agunt, & non potest cogi agens sicut patiens: alio tamen modo possunt cogi quantum ad vsum organorum siue cum femina, siue sine illa. Et istud est quod magis expauit p̄tius eremita, & propter quod fugit in desertum, vt Hieronymus refert in vita Pauli. Vidit enim ille in grauissima persecutione Christianorum quendam iuuenem variis suppliciis pro Christi confessione cruciatum, cum tormentis insuperat⁹ maneret, in lecto molliissimo poni rosas & odoramentis relecto, manibus tamen & pedibus vincitū: & ita dispositum vt nequaquam in alterū latus se conuertere posset: ad quem speciosa meretrix dirigitur, vt blandiciis subiugat, quę tormenta non mouerant, qui cum frustra amatoriis delinitis verbis immobilis permaneret, nefas illa aggressa est: & ecce genitura organa iuuenis impudica illa tractabat. Quid faceret? Neque à seipsam repellere poterat toto corpore religatus, neque carnis scitrate motus, & illecebras continere possibile erat: quoniam hic motus nō ex animo, sed ex natura est. Sed inuenit Dei strenuus miles quid ageret, linguam dentibus abscissam in os impudicissimæ meretricis, quæ seipsam super eum gesserat velut supergressura expuit, quam sic exterritam repulit, à se verò truncatæ partis dolor acerrimus bullientia iam veneris blandimenta amputauit: quo Paulus attonitus velut se tanto certamini imparem videns, inhumanæ persecutionis remedium sola eremi latibula concupiuit. Sed & si sic cogatur quis pati resolutionem feminis, & venerea experiri blandimenta, in quibus inuitum licet delectari tamē necesse est: nihil continentia aut virginitati deperit quantum ad meritū: licet ipsa carnis integritas pereat, quæ ad meritum nihil facit: cum & in omnibus sine vlla culpa in viris perire solet: & ita in potestate viri & femine est virginitatem aut perpetuam cōtinentiam custodire: ergo omnes hoc capiunt.

Attende atrocissimum bellum cuiusdam militis Christi contra luxuriam.

In potestate viri & femine est virginitatem custodire.

Dicendum, q̄ posse accipitur dupliciter, vno modo vt opponitur impossibilitati. alio modo vt opponitur difficultati. Accipiendo primo modo verum est, quod omnes possunt seruare virginitatem, vel continentiam perpetuam, quia nulli est hoc impossibile: cum nemo possit sufficenter cogi ad contrarium, & istud probant rationes in oppositum factæ, quæ hoc modo concedendæ sunt. Secundò modo dicitur posse illud, quod sine magna difficultate efficiuntur: & sic vera est litera Christi, quod non omnes capiunt istud, scilicet quia quibusdam tanta est difficultas in seruando virginitatem, vel continentiam perpetuam, quod

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

A dicitur nullo modo posse seruare: & illi sunt, de quibus Christus dicit, quod non capiunt hoc. Aliter potest dici, quod posse aliquid potest accipi dupliciter, vno modo ex dispositione nostra naturali vel per nostram applicationem ad rem sine aliquo exteriori cooperatio: alio modo, quod possumus non ex nobis, sed ex adiutorio alieno. Accipiendo primo modo nemo potest continere in perpetuum, quia licet non cogat nos aliquis ad coitum: tamen tantæ sunt afflictiones interiores à concupiscentia, quod nemo potest resistere quin fleat animum ad consentiendum illis desiderijs, nisi à Deo specialiter vigor animi acciperit ad resistendum: sicut Paulus clamabat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ad Rom. 7. & subdidit ibi: gratia Dei per Iesum, idest nemo potest liberare hominem continere volentem à tentationibus carnis, ita quod non assentiat illis, nisi gratia Dei, quæ nobis datur per Iesum Christum. & ita ipse ait cum Paulus ter rogasset eum, vt auferret stimulos carnis ait Christus, Paule sufficit tibi gratia mea, idest fortitudo animi, quæ ego tibi gratis dabo, sufficere tibi ad resistendum stimulis carnis. 2. Corinth. 12. & tamen virginitas, & continentia principa liter sunt in anima: & nemo potest propositum firmum semper tenere cōtra omnes tentationes carnis nisi ex dono Dei speciali: ideo nemo potest ex seipso continens esse. Et ita non solum non omnes capiunt virginitatem custodire, imò nemo ex seipso sufficiens est ad seruandam illam mente, & actu per totam vitam. Si autem accipiat posse aliquid ex adiutorio alieno: possunt aliqui seruare virginitatem vel continentiam perpetuam, quia aliquibus datum est: sed non possunt omnes, quia non omnibus datum est: & ideo rectè dicitur non omnes capiunt hoc, idest si aliqui possunt non tamen omnes: & ostendit quod nemo hoc potest nisi ille, cui hoc datum est à Deo: & tamen non datur omnibus. Sic dicitur prima Corinth. 7. cap. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, idest sine coniuge. Et sequitur: sed vnusquisque proprium donum habet: alius quidem sic, alius verò sic: idest vellem omnes homines manere sine coniuge, quia melior est virginitas vel continentia perpetua quæ actus matrimonialis: & tñ non possunt hoc omnes facere, quia istud prouenit ex dono, & nō habent omnes hoc donum, & hoc ostendit cum ait: sed vnusquisque proprium donum habet, alius quidem sic, alius verò sic. Siquis habet donū continendi, & caret quibusdam aliis donis: alius verò habet multa alia dona, & non habet donum continendi: & iō non conueniebat dici, quod omnes abstinerent à cōiugio. Sed obicitur, quod omnes possint hoc, quia licet nemo à seipso possit hoc: tñ quilibet poterit habere, si petat à Deo: & quia est liberū petere, est liberū hēre. Sic dicit Chryso. Ideo ergo non oēs capere possunt, quia non omnes volunt: quod autem dicit, quibus datum est, ostendit quod nisi auxilium gratiæ volentibus non denegatur: dicit enim dominus, petite & accipietis. Dicit potest vno modo, q̄ oēs possent habere si instanter peterent, & in sustinendo labores apponerent: quia tamen etiam si velint cognoscunt se infirmos ad tolerandum angustias concupiscentiarum, subtrahunt se labori: & quia sine illo non possunt virginitatem perpetuam seruare: dicuntur non posse vel non capere hoc. Sic dicit Chryso. Istomus vbi supra. Non omnes capere possunt, quia non omnes volunt. Palma proposita est, qui concupiscit gloriam non cogitet de labore: nemo vinceret si oēs periculum timerent. Ex eo enim q̄ quidam à proposito cōtinentiæ cadunt, non debent circa virtutē castitatis effici pigriores: sic & qui in pugna cadunt non exanimat ceteros.

Posse aliquid dupliciter sumitur.

Nemo potest ex seipso continens esse.

Melior est virginitas perpetua quæ actus matrimonialis.

P 3 Aliter

Aliter potest dici, quod non omnes habent istud donum, neque etiam omnes habere possunt, licet petunt, vt ostendetur infra.

Quare dicitur: sed quibus datum est. Quast. LXXXIII.

QVAERETVR, quare dicitur: sed quibus datum est. Dicendum, qd hoc fit ad ostendendum, quod continere in perpetuum non prouenit homini ex facultate, vel dispositione naturali, ita vt quilibet illud possit: sed prouenit ab extrinseco, quia dicitur quibus datum est, id est donatum: & non est istud ex aliqua naturali dispositione, vel natura: virtute, secundum tempora natiuitatis, vel conceptionis ex aspectu celi: quia ea, quae sic eueniunt ex necessitate eueniunt, & illis non debetur laus neque praemium: & tamen virginitati & continentiae debetur magna laus & praemium, quia debetur locus optimus, vt dixit dominus per Isaiam, ergo non prouenit ex natura, vel naturali dispositione accipiendi datum, vt accipiunt antiqui. Sed prouenit virginitas & continentia ex duobus, scilicet ex voluntate & dono. Ex voluntate quidem est, vt velimus continere, & labores, qui in continendo sunt tolerare. Ex dono est, quod id, quod volumus possumus efficere. Et primum sine secundo non sufficit. Ex primo prouenit, quod mereamur, cum meritum sit in actu voluntario bono. Ex secundo prouenit, quod habeamus actum, & statum excellentem quem non capiunt omnes. Ista duo tetigit Christus in litera. Primum, cum dixit: & sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum celorum in qua tum dixit seipso castrauerunt significatur actus proprius, scilicet quod ipsi aliquid agunt in continendo, & virginitatem seruando: & non est totum ab extra, sed aliquid a principio intrinseco, scilicet a seipsis. Secundum tetigit cum dixit: non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est. Et non est donatio ista a natura, vel naturali dispositione, vel fortuna, sed modo praedito. Sic dicit Hieronymus. Nemo autem putet sub hoc verbo, quod addit: sed quibus datum est, vel datum, vel fortunam introduci, quod hi sint virgines, quos ad hoc casus adduxerit, sed his datum est a Deo, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt.

Virginitas prouenit ex duobus. scilicet ex voluntate, & dono.

Quare Christus specialiter dixit de continentia & virginitate, quod illa quis non habet, nisi cui Deus dat. Quastio LXXXV.

QVAERETVR, quare Christus specialiter dixit de continentia & virginitate, quod non habet aliquis illam, nisi cui datum est a Deo, quia non solum est hoc verum de istis, sed etiam de omni opere bono: sicut dixit Christus Ioan. 15. sine me nihil potestis facere, id est nullum bonum meritorium: & non solum opera bona facere non possumus, nisi Deo donante ab ipso moueamur, sed neque etiam velle facere possumus: neque etiam cogitare, cum & velle bonum deliberare, & cogitare de illo quaedam pars boni, & non parua sit, & tamen nullum bonum sine Deo facere possumus. Et sic dicitur secunda Corinth. 3. Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus, cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra a Deo est: ideo videtur superuacue dictum de hoc, quod non possit quis continere nisi cui datum fuerit.

Nullum bonum sine Deo facere possumus.

Dicendum, quod verum est, quod omnia bona sunt in nobis ex dono Dei, & mala in operatione ex defectu nostro: & tamen de continentia & virginitate spe-

cialiter scriptura dicit, quod est ex dono Dei, & non aliter. & hoc tam scriptura veteris quam noui testamenti. Nam Sapient. 8. dicitur: Sciui quod aliter non possum esse continens, nisi Deus det. In nouo etiam testamento patet: vt hic, & Paulus idem ait ad Rom. 7. quod me liberabit de corpore mortis huius: Et subdidit, gratia Dei per Iesum Christum, id est, quae datur nobis per eum tanquam per mediatorum Dei & hominum: & ipse asserit hoc 2. Corinth. 12. cap. Paulo petente a se auferri stimulum satanae, qui erat stimulus carnis suae, ait Christus: Paule sufficit tibi gratia mea, id est tu non habes in te aliquid, vt quod sufficenter resistas stimulo carnis: & tamen gratia mea, id est robur animi tibi datum a me ex gratia sufficit tibi ad hoc. Causa autem quare potius fit mentio de hoc quam de aliis, quae ex dono dantur, potest esse prima, quia est maior difficultas in obseruatione perpetua virginitatis, aut continentiae quam in actibus aliarum virtutum: sicut dixit Aug. lib. de Agone Christiano. Inter certamina christianorum bella castitatis sunt duriora. & Aristot. 2. Ethicor. ostendit difficilius esse pugnare contra hanc passionem quam contra ceteras. Vnde ait difficilius esse pugnare contra concupiscentiam quam contra iram, & tamen ira est de maximis passionibus. Et iterum ait: difficile est contere hanc passionem, id est concupiscentiam velut conatissimam nobis a puero, & contemporaneam vitam: & Paulus magis clamat pro difficultate istius passionis quam aliarum. Vnde de nullam petiuit a se remoueri, nisi istam 2. Corinth. 12. cap. & istam solum vocauit mortem, & propter hanc solum dixit se infelicem ad Ro. 7. infelix ergo homo. De difficultate huius latius dictum est libro nostro de Amore & amicitia parte prima. Et quia quanto maior difficultas est circa aliquid, magis est ibi necessaria virtus, cum virtus, & ars & habitus sint circa difficulta 2. Ethicor. & in continendo est maior difficultas quam circa ceterarum virtutum actus: fuit hic magis necessarium donum quam circa alios actus: & ideo specialiter dici debuit quod virginitatem aut continentiam perpetuam seruare nemo potest, nisi cui datum fuerit, scilicet a Deo. Secunda causa est, quia ad ceteras virtutes est homo aliquo modo dispositus secundum naturam, quia insunt nobis virtutum inclinationes siue principia naturaliter: consummationes autem eorum sunt per assuetudinem: ideo Aristot. 6. Ethic. cap. vltimo ponit virtutes naturales, id est ipsas morales virtutes quantum ad esse per inclinationem, quod in nobis habent per naturam, secundum quod virtus non est perfecta: talis quidem, vt absolute vocatur virtus: & ideo virtus neque est naturalis, neque omnino praeter naturam, sicut dicitur 2. Ethic. ca. 1. scilicet. Neque igitur natura, neque praeter naturam virtutes in nobis efficiuntur: sed idonei quidem ad ipsas suscipiendas sumus natura. Suscipimus autem ipsas atque perficimur pro consuetudinem. Et ita ad quamlibet virtutem est aliqua inclinatio secundum naturam: licet non habeat idem homo inclinationem optimam ad omnes: ita vt dicatur naturaliter habere omnes virtutes, vt dicitur sexto Ethicorum cap. vltimo. Ad virginitatem tamen nemo habet inclinationem secundum naturam: vnde neque ponitur virtus moralis: sed potius est contra inclinationem naturae, quia natura inclinat ad conseruationem suam, quae fit per propagationem, cui repugnat virginitas. Vnde ceterae virtutes licet non habeantur naturaliter quantum ad suum esse perfectum: tamen nulla earum repugnat intentioni naturae, quia cum qualibet illarum melius conseruatur status humanus quam sine illa: & tamen virginitas repugnat, quia illa existente periret conseruatio speciei, & contra ipsa speciei: & tamen nihil magis desiderat natura

Nemo habet inclinationem naturalem ad virginitatem.

Continentia & virginitas non omnibus petentibus datur.

tura quam seipsam conseruare, id est impossibile est, quod habeat inclinationem ad id, per quod destruitur: & ita ad ceteras virtutes est aliqua inclinatio naturalis, ad virginitatem autem nulla potest esse inclinatio. Et propter hoc etiam sequitur, quod maior sit difficultas in obseruatione virginitatis quam ceterarum virtutum: quia cum ad ceteras sit aliqua naturalis inclinatio, & illa, ad quam naturaliter inclinamur delectabiliter & facilliter agimus: sicut ea, quae ex habitu sunt 2. Ethicor. ad virginitatem autem nulla sit inclinatio: sed potius sit contra inclinationem naturae: necesse est, quod sit magna difficultas in conseruatione virginitatis: & ideo ad virginitatem seruandam magis egemus dono Dei quam ad alias, quia aliquid datur aliquo modo a natura: virginitas autem non: ideo oportet quod datur a principio extrinseco, scilicet a Deo: ideo specialiter de dono isto mentio fit. Tertia causa est, quia Deus non deest nobis in necessariis, cum regimur suum sit optimum: & sicut in regimine naturali non deest in necessariis, quia alius periret status natura: ita & in spirituali regimine, quod est excellentius cum sit de rebus melioribus non deficit: & quia non nihil boni a nobis ipsis possumus, Ioan. 15. sed moti a Deo, necesse est, quod dicamus, quod ad bona necessaria ad salutem mox vt petuerimus ea, vel fecerimus id, quod in nobis est, Deus concurrat nobis, & conferat bona, quae petimus: alioquin non possemus esse boni, etiam si vellemus. Et consequenter nulla culpa esset nobis, quod mali essemus: ceterae autem virtutes sunt nobis necessariae, vel ad operandum aliquando secundum eas, vel saltem ad nunc faciendum contra illas. Virginitas autem aut continentia perpetua non est alicui homini simpliciter necessaria ad seruandum eam: neque est peccatum facere quotidie contra eam, vt patet in actu coniugali: & ideo non est inconueniens, etiam si nobis petentibus virginitatem, vel continentiam perpetuam Deus non concurrat nobiscum, & conferat istud donum, cum sine illo possumus saluari. Secus autem esset, si quis peteret charitatem, fidem, spem, patientiam, ioganimitatem, & ceteras virtutes, quae nobis necessariae sunt ad salutem: quia si istas nobis non daret petentibus, non possemus saluari, etiam si vellemus, quod est inconueniens. Ideo dicendum, quod virginitas & continentia perpetua proprie donum est, quia non datur omnibus, sed quibusdam: quod non est de ceteris bonis, quae a Deo dantur ad salutem: & ideo Christus dixit: Non omnes capiunt, sed quibus datum est, id est non est datum omnibus, sed quibusdam. Et patet, quod sit de intentione Christi, & Pauli quod non datur virginitas, vel continentia perpetua omnibus appetentibus, vel petentibus. Nam quando Apostoli putantes grauem esse legem de non repudiando uxores, dixerunt, non expedit homini nubere: appetebant non nubere, vt non tolerarent onera coniugum irreputabiliu. Si ergo propter appetere, & petere daretur statim virginitas, aut continentia perpetua: assensisset Christus verbo illorum, & tamen non assensit: ergo non datur donum istud omnibus petentibus. Item quia dixit, non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est: & non dixit, non omnes hoc volunt: & tamen si omnibus volentibus, & petentibus daretur, non diceret Christus: non omnes hoc capiunt, id est possunt, sed non omnes hoc volunt, & tamen non dixit istud: ideo non datur omnibus petentibus. Idem colligitur ex verbis Apostoli prima Corinth. 7. cap. volo omnes homines esse sicut meipsum, id est sine coniuge, & continentem. Sed vnusquisque proprium donum habet, alius quidem sic, alius vero sic, id est non possunt oes hoc facere, quia non habent omnes donum continentiae. Si tamen ex hoc, quod omnes vellent hoc donum,

daretur eis, suaderet Apostolus omnibus continere, quia suaderet eis petere hoc donum, & ita illud haberent. Item quia si per hoc, quod volumus, haberemus statim dona, quae petimus, quilibet haberent omnia dona: quia bona appetibilia sunt, & quilibet, qui cognoscit bona spiritualia velle potius habere omnia quam vnum, vel pauca illorum: & tamen dicitur, quod quidam habent vnum donum: alij vero non habent illud, sed aliud: ergo non habet quilibet dona, quae petit & appetit: sed quaedam dona sunt, quae etiam si petamus non dantur nobis: sic autem est de dono virginitatis, & perpetuae continentiae: ideo non omnes capiunt istud donum. Causa autem, quare non habeant omnes istud donum, est Prima, quia non omnes illud appetunt: & consequenter neque petunt. Quidam enim pro maximo bonorum reputantes voluptates, quae sunt in complexu corporum, nolent carere hoc bono: & ideo virginitatem & continentiam perpetuam, quae ei opponuntur, non appetunt: imò si Deus vellent eis tollerere omnem appetitum venererum, nolent sic manere, quod carerent fruitione, quam ibi reputant, & isti sunt sicut illi, qui dixerunt Deo. Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, Job 22. ca. vnde impossibile est, quod isti donum illud habeant quod fastidiunt. Secunda autem causa est (& ista est communior) scilicet, quia licet multi istud donum appetant, & petant: tamen difficultates illius subire nolunt, in omnibus enim actibus virtutum est aliqua difficultas: & ideo requiritur habitus ad operationes ipsas, vt dicitur 2. Ethicorum, quod virtus & habitus & ars sunt, circa difficulta, & inter omnes nullus est tanta difficultas, & tam continua, quanta est in obseruanda virginitate. Nam & si actus fortitudinis sint difficiles, quia sunt circa vitium terribilium: tamen non sunt continui, sed raro accidunt: prohibitio autem delectationis venererum resistendo concupiscentiis quotidiana est: ideo vocatur quotidiana vel iugis mortificatio corporis, vel crucifixio carnis: rari autem volunt sustinere tantas tristitias, etiam si possent: ideo licet appetant, non datur eis hoc donum. Sic dicit Hieronymus. Non hi sunt virgines, quos ad hoc casus adduxit, sed hi, quibus datum est a Deo, qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent laborauerunt. Et Chrysostomus ait, Palma proposita est, qui concupiscit gloriam non cogitet de labore. Tertia causa est, quia non est voluntas Dei dare hoc donum oibus hominibus. Et ista potissima causa, nam in ceteris bonis ita est, quod non solum Deus adiuvat, vt bonum operemur: sed etiam praenit vt velimus. Nam etiam bonum velle sine ipso auctore non possumus. In hoc autem non praenit, vt velimus saltem in omnibus, sed in valde paucis: sed mouet corda nostra ad illud. Nam sicut in aliis donis est, quae Deus vult nobis conferre, quod mouet corda nostra, & tollit difficultates, vel saltem confortat robur animi ad tolerandum, vt erat in Apostolis, qui ibant ad penas sicut ad conuiuium: Actuum 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ita esset in virginitate, si Deus vellent illam nobis dare, quae incitaret cor nostrum ad illam, & licet non auferret molestias, quae sunt in tolerando concupiscentias venererum, daret nobis robur animi, vt non infirmaretur propositum nostrum: sed permittit nos capi ad concupiscentias: id non vult dare nobis istud donum generaliter licet petamus, & ita non habemus illud. Causa autem quare Deus non vult dare istud donum omnibus, sed paucis, est prima propter conseruationem speciei, quia cum ipse habeat prouidentiam de rebus, pertinet ad eum facere, vt conseruetur species ad finem illum, ad quem ipse instituit: & quia hoc non

Assignatio quartum causam quare non habeant oes istud donum.

Non est voluntas Dei dare omnibus donum virginitatis.



potest fieri nisi per propagationem: non inclinat omnes homines ad virginitatem, sed valde paucos: & si forte ex desiderio virginitatis velut ex quodam bono mouentur ad eam, non cooperatur Deus illis in tolerandis molestiis carnis: & ita cadunt ab intentione sua. Vnde aliquando fuit sub precepto, quod homines proli vacarent: cum Deus dixit: Crescite & multiplicamini. Gen. 1. & 9. cap. statim post creationem, & statim post diluuium. Nunc vero licet expressè non præcepit, interius tamen inclinat, & ideo non inclinat ad virginitatem, cum inclinet ad coniugium. Secunda causa est, quia Deus vult omnem hominem saluum fieri, & venire ad agnitionem veritatis. 1. Timot. 2. & ideo quantum ad ea, quæ sunt de necessitate salutis Deus concurrat cum quolibet, homine quantum satis est siue præueniendo, siue adiuuando. Ad illa vero, quæ sunt de perfectione salutis, & non de necessitate, non concurrat cum quolibet, neque dat cui libet petenti: sicut patet de perfectione in actibus consiliorum: quia multi illam appetunt: & tamen paucissimi habent. Et tamen sancti viri illam habebant: nos autem cum velimus ad hæc niti, inuenimus infirmitatem non solum in corpore nostro, sed & etiam in animo, quæ est maior infirmitas: sicut interdum cupimus esse deuoti, & non possumus: sed patimur quandam hebetudinem mentis & euagationem, & licet petamus deuotionem non datur nobis. Et tamen deuotio pertinet ad perfectionem vitæ. Interdum autem nobis non petentibus dat Deus nobis spiritum compunctionis & lachrymarum: & ardet quendam spiritus. In quo apparet quod habere dona ista non est volentis, neque currentis, sed Dei misericordis. Idei non dantur volenti & laboranti pro his, sed cui Deus miseretur dare voluerit. Et quando Deus non vult dare, si petimus, inuenimus in nobis infirmitatem spiritus, & corporis: & non est firmum desiderium, sed trepidum & vagum. In sanctis autem, quos Deus volebat eleuare ad perfectionem vitæ in aliquo dono, licet esset infirmitas ex parte corporis, & non auferret eis molestias, quæ erant in perueniendo ad perfectionem illius doni: dabat tamen cor ardentissimum ad opus: ita vt licet molestias perferrent, & duritiam sentirent: contemnerent tamen vt peruenirent ad perfectionem: & hoc erat, quia Deus mouebat eos: & quia virginitas dicitur statum valde perfectum, cum debeatur ei fructus centesimus, vt ostensum est supra 13. ca. Non vult Deus omnibus hominibus dare istam perfectionem: & ita non inclinat omnes ad eam desiderandum. Et si aliqui inclinentur quasi a seipsis ex desiderio boni, non concurrat cum eis efficaciter: & ita non consequuntur eam, quia non intendit eis illam dare. Et sic verum est, quod non omnes capiunt hoc quod est non nubere, quia non est datum omnibus, sed illi soli capiunt, quibus datum est à Deo specialiter.

Quare Christus posuit istas tres species Eunuchorum hic.

Questio LXXXVI.

**Q**VAERETVR, quare Christus posuit istas tres species Eunuchorum hic. Dicendum, quod posuit tres species: quia sufficienter diuiduntur eunuchi in ista tria: nam qui continent a venereis, aut hoc faciunt, quia exercere venerea nolunt, aut quia non possunt. Primi sunt in tertio modo. Iqui se castrauerunt propter regnum celorum, qui autem non possunt: aut non possunt prohibente natura aut violentia. Primi sunt, quos prius Christus nominauit. Iqui de matris utero sic nati sunt. Secundi sunt, quos deinde nominat, Iqui ab hoibus facti sunt, idest castrati. Sic dicit Hilarius, in vno enim horum posuit naturam.

**F** in eo, qui nascitur: in altero necessitatem, scilicet in eo, qui ita factus est. In tertio voluntatem, qui. I. spe regni coelestis talis esse decreuerit. Sic etiam dicit Hieronymus: Triplex genus eunuchorum posuit, quorum duo sunt carnales, tertij spirituales: alij sunt, qui de vtero matris sic nascunt: alij, quos vel captiuitas facit, vel delicia matronales: tertij sunt, qui seipso castrauerunt propter regnum celorum. Causa prima quare posuit distinctionem istam fuit ad respondendum tacite quaestioni, & vt dictum suum verum ostenderet. Dixerant enim discipuli, quod non expedit nubere: & quare posuit Christus dicit. Non omnes capiunt hoc, sed quibus datum est. Et sic innuit, quod nemo potest continere se à venereis nisi ex dono Dei. Hoc autem videtur falsum, quia aliqui sunt, qui continent sine dono Dei, scilicet castrati, & frigidi: cum natura & violentia fuerint istis causa sufficiens continendi: ideo Christus distinguat tria genera eunuchorum, idest continentium: vt ostendat de quibus verificatur verbum suum, scilicet non in primis neque secundis, quia non loquitur de illis, sed in tertijs, qui se castrauerunt propter regnum celorum: cum alijs apti sint ad venerea: & de istis verum est, quod nemo potest continentiam perpetuam seruare, nisi cui datum fuerit à Deo: & ista est propria causa quare distinctionem istam posuit: ratio enim Christus solet distinctionem vt, quia hoc pertinet ad processum doctrinalem, & viros scholasticos, & non ad legislatores. Secunda causa est ad ostendendum differentiam in merito, quia duæ continentiarum primæ nihil merentur, eo quod sunt necessariae: tertia autem est meritoria, quia est spontanea, & propter bonum finem: & hoc innuit cum dicitur. Qui seipso castrauerunt propter regnum celorum. Sic dicit Chrysost. Sicut enim peccatum opus sine voluntate non facit: ita & iustitia ex opere non consummatur nisi & voluntas affuerit. illa est ergo gloriosa continentia, non quam transgredi non potest necessitas debilitatis corporis, sed quam complectitur voluntas sancti, & positi. Et sic etiam dicit Hieronymus. Tertij sunt, qui seipso castrauerunt propter regnum celorum, & qui cum possent esse viri, propter Christum eunuchi fuerunt. Isthis promittitur præmium: superioribus autem, quibus necessitas castimonia est, non voluntas, nihil omnino debetur.

Quomodo accidat aliquos esse naturaliter eunuchos.

Questio LXXXVII.

**Q**VAERETVR de primis eunuchis, quomodo accidat aliquos tales esse. Dicendum, quod isti eunuchi sunt, quos natura ad venerea impotentes fecit, & hoc est vel quia organo carent, vel quia incerta libidinum nulla habent. Carere organo contingit quibusdam, sicut & contingunt quædam alia monstruositates circa corpora humana: aliqui namque efficiuntur hermaphroditi, qui interdum ad neutrum sexus opera apti sunt. Alij vero vix signa habent masculini sexus, cum tamen hermaphroditi non sint: & istos vocamus impotentes ad coitum: sed non frigidos. Alij vero sunt, qui cum masculinum sexum habeant, ad venerea non sunt apti, neque ea vnquam desiderant: quod provenit ex magna frigidityte naturæ: nam calor est, qui ad venerea incitat, qui autem calore caret virilis, venerea nunquam concupiscit: licet in eo fieri possit generatio feminis. Tria enim ad coitum requiruntur in viro, scilicet calor, spiritus, & semen. Calor incitat, spiritus inflat: quia alijs non fieret commixtio sexuum: deficiente aliquo horum non est coitus

con-

Frigidi non sunt persone legitime ad matrimonium quia coire non possunt.

Assignatio quarundam causarum quare posuit Christus distinctionem de eunuchis. 1. causa.

2. causa.

consummatus: est autem actus incontinentiæ: nam etiam sine semine in motu organorum est incontinentia, quæ pertinet ad genus venereorum, & est peccatum mortale: Et sine spiritu si calor & semen sint, est actus venereorum licet non sit mixtio sexuum. Etiam sine spiritu, & semine existente calore adhuc est libido: vt patet in exhaustis per coitum, in quibus in solo animo veneris incendia bulliunt: & in motu organorum sine spiritu & semine erit peccatum. Solo autem calore deficiente etiam si alia duo insint, non est actus venereorum aliquis: & quia calori frigiditytas opponitur, eos quos impotentes ad venerea iudicamus, dicimus frigidos: quia accidit impotentia radicaliter ex defectu caloris: & ista frigiditytas impedit matrimonium contrahi, & dirimit iam contractum quia frigidi non sunt persone legitime ad matrimonium, eo quod in matrimonio tradit vir vxori potestatem corporis sui obligando se per hoc ad redditionem debiti quando petatur: & tamen qui frigidus est, nequaquam potest coire: ideo non potest contrahere matrimonium, & tamen quia aliqui putantur esse frigidi, qui non sunt: & hoc non potest patere nisi per tempus vacando fideliter operi carnis: statuit Ecclesia quod vacent per triennium huic operi: & si post triennium non potuerint efficere, quod optabant ex defectu viri: iudicatur vir frigidus, & tunc si ambo consentiant cohabitare, manebunt non quidem vt coniuges sed vt fratres, vt quam vir non potuit habere vxorem, habeat sororem. Si autem femina non vult ei cohabitare, sed mater esse vult, & accipere alium si ambo iurauerint, quod nunquam vna caro effecti sunt per copulam carnalem, & idem quod isti fatentur iurauerint septem de cognatione eorum: vel de vicinis bonæ famæ: dabitur licentia mulieri accipiendi alium virum. extra de frigi. & male. cap. laudabilem. Non enim sunt persone legitime ad matrimonium: quia sicut infantes non possunt contrahere matrimonium: ita neque frigidi. eod. tit. cap. quod sedem, scilicet sicut pueri, qui non possunt reddere debitum, non sunt apti coniugio: sic impotentes minimè apti ad contrahendum matrimonium reputantur. Vnde si mulier non reclamet manent etiam si non sint coniuges, cum sit tale impedimentum: si tamen illa petat ab Ecclesia separari, audietur sicut illa, quæ dixit, mater esse volo & filios procreare: & ideo maritum accepere: sed vir iste, quem accepi frigidæ naturæ est, non potest facere ea, propter quæ illum accipi, vt Gregor. ait eod. tit. cap. accepisti. Sicut autem in viro accidit frigiditytas: in muliere accidit impedimentum naturale ad venerea non quidem ex parte frigiditytis: quia, cum ipsa sit patiens nihil nocet sibi frigiditytas, sed ex parte organi, scilicet quod tam arcta est, quod à nullo cognosci possit. Nam tunc cum non possit reddere debitum natura impediens, non tenet matrimonium cum ea contractum: ideo si vir vult manere cum illa, licet non sit vxor, sit ei soror. eod. tit. c. consultationi. Si autem non vult, sed vult pater fieri, datur sibi licentia accipiendi aliam eod. tit. cap. ex literis. Et hoc verum est quando illi impedimento ope medicorum non potest dari remedium. eod. capi. vel per incisionem, quæ fieri possit sine dispendio salutis. Si autem non potest sanari, nisi miraculose, vel per incisionem, de qua periculum timeretur: iudicatur non tenere matrimonium. eod. tit. capi. fraternitatis. Et tamen si mulier sit arcta, deinde cognoscatur ab aliquo, & sine periculo suo fuerint seræ eius apertæ: reducetur ad primum virum: quia Ecclesia tunc se inueniet fuisse deceptam: quia iudicauit non esse matrimonium, quod verum erat: cum illa esset apta ad copulam. Nam in matrimonio non transit sententia in rem iudic-

tam: sed quocunque tempore potest reparari vitium sententiæ: quia non est vitium remissibile per partes. Idem autem est si vir iudicatus est esse frigidus: & ideo mulieri data est licentia contrahendi cum alio. Nam si postea inueniatur quod ille cognouit aliquam aliam mulierem: apparebit Ecclesiam fuisse deceptam, quia ille non erat simpliciter frigidus: & ita reducetur ad eum vxor sua. Sed aliqui dicunt, quod ista impotentia in viris non debet vocari frigiditytas: quia non solum provenit ex frigidityte, sed etiam ex caliditate superabundanti, quæ tollit coitum cum hominem exiccet, & ita tollat semen & spiritum. Item quia omnes veterani frigidi sunt, & tamen non est in eis frigiditytas impedimentum matrimonij. Item quia contingit in aliquo esse siccitatem sufficientem mouentem ad carnalem copulam cum aliqua corrupta: non autem cum aliqua virgine: quia cito talis euaporatur per suam debilitatem: & non consumatur defloratio, quæ requiritur ad permixtionem sexuum. Item aliquis est frigidus respectu vnus mulieris, & non respectu alterius: quia in eo est caliditas sufficienter mouens ad coeundum cum pulchra: quia ipsa pulchritudo nimis mouet, & non mouet illa caliditas ad turpē: & tamen talis potest contrahere matrimonium, ergo frigiditytas non est impedimentum matrimonij. Ad primam rationem dicendum, quod frigiditytas est impedimentum matrimonij, si vera est. Vocatur vera, quando perpetua est. De caliditate non est sic, quod aliqui viri sunt excessiue calidi & ideo minus potentes spermatizare, cum exuratur à calore totum humidum feminale vel multum de eo, accidit interdum: & isti sunt excessiue appetentes, & parum potentes. Quod tamen totum omnino exuratur quod emittendum est: vel ipse spiritus quo organum riget, & inflatur, vix accidit. Et si interdum accidat, erit ad tempus, non autem perpetuo: sed temporalia impedimenta non tollunt veritatem matrimonij, & ideo caliditas non ponitur impedimentum matrimonij sicut frigiditytas. Si tamen interdum inueniatur talis caliditas perpetuo auferens potentiam coeundi: tollitur matrimonium sicut per frigiditytatem: & idem iudicium erit de illa. Nam per triennium experientia habebitur: in quo si semper sit impotens vir, iudicabitur non tenere matrimonium. extra de frigidis. ca. laudabilem. Si tamen postea inueniatur, quod ille aliquam potest cognoscere: cum ex hoc constet Ecclesiam fuisse deceptam: quia non erat impedimentum perpetuum, reintegrabitur primum matrimonium, & dissoluetur secundum, ad quod forte mulier transierat. De caliditate tamen iura non dicunt, quod sit impedimentum: tum quia raro accidit, vt dictum est: tum quia etiam si accidat magis impedit frigiditytas caliditas, quia frigiditytas non solum tollit commixtionem corporum, & feminum, sed etiam tollit spiritum quo fit rigor & inflatio organi, quæ est necessaria ad commixtionem sexuum: & ideo omnis defectus naturalis ad coitum uocatur generali nomine frigiditytas: licet interdum ex alijs radicibus oriatur. Ad secundum de senibus dicendum, quod licet sint frigidi ex conditione ætatis respectu iuuenum, non tamen sunt tam frigidi, quin per aliquod beneficium, & fomentum siue ciborum, siue alijs possint moueri ad copulam, & exerceant illam: ideo senectus non est impedimentum contrahendi matrimonium. Alij tamen dicunt, quod etiam si non essent senes potentes ad copulam, conceditur eis contrahere matrimonium: quia licet non sit in eis infirmitas natura, erit in solatium, vt dicitur vigesima septima quaestio. 1. cap. nuptiarum, & patet in glo. extra de

In quacun que etate ultra pu- bertatem nuptie co- ceduntur.

de frigidit. cap. quod sedem. Vnde ablatae sunt leges antiquae. f. Papiam, & Iulia, quae maiorem annis sexaginta masculinum nubere verabant. Sed in quacun que etate ultra pubertatem nuptie conceduntur, vt patet. C. de nuptijs. l. sanctius.

Ad tertium dicendum, quod si vir possit cognosce re corruptam, & non virginem non est impedimen- tum perpetuum: & ideo non soluitur matrimonium, quia impedimenta temporalia non soluent matrimo- nium. Vnde poterit mulier virgo ab eodem viro ali- quo modo, vel instrumeto aperiri, & tunc ruptis clau- stris poterit faciliter ab eodem viro cognosci: rum- pere autem, vel frangere taliter claustra non est pecca- tum: quia non fit ad delectationem illicitam, sed vt medicamentum, vt mulier cognosci possit: & ideo siue vir hoc faciat, siue mulier sibi ipsi manus inferat de voluntate viri, & ad hunc finem, non peccat.

Ad quartum dicendum, quod esse mulierem pul- chram, aut turpem nullas vires naturales apponit ad coitum, sed solum pendet ex opinione, & phantasia, cuius magne vires sunt super corpus: & tamen hoc impedimentum non est perpetuum, quia illa, quae fe- da est, virgine concupiscentia videbitur interdum pulchra, si diu quis abstinerit ab omni copula: & ita non praestat hoc impedimentum, cum sit temporale. Frigiditas ergo proprie dicta, est, vel defectus ex parte caloris tollens potentiam, & appetitum, aut defe- ctus organi, & vtrumque a nativitate provenit: ideo Christus dixit, quod sunt quidam eunuchi, qui de vtero matris nati sunt.

Quare Deus permittat aliquos tales eunuchos nasci de vtero matrum. Quest. LXXXVIIII.

QVAERETVR aliqui, quare Deus permittat, aut faciat aliquos tales nasci de vtero matrum. Dicunt quidam, quod fit hoc ad hoc, quod sint opera Dei in recordatione: quia si idem cursus esset in rebus naturalibus, quales eas Deus a principio constituit, & nunquam turbaretur, non esset recordatio de Deo. Sic dicit Chryostomus: quod autem aliqui sic nascun- tur, id est, frigidi, vel impotentes ad copulam hac ratio- nem fit, sicut & nascuntur sex digitos habentes, aut quatuor. Si enim Deus, sicut ab initio constituit, vnamquamque naturam, sic dimitteret illam immu- tabiliter semper in suo ordine permanere, in obliuio- nem reduceretur coram hominibus operatio Dei: ideo ergo interdum natura conuertitur contra suam naturam, vt semper Deus naturarum opifex in me- moriam reducat. Et hoc probant isti: quia in caeco nato, in quo erat defectus naturae contra cursum communem querentibus discipulis, quare sic natus esset, & an peccasset ipse, vel parentes eius, dixit Chri- stus, neque peccavit hic, neque parentes eius, vt ceccus nasceretur, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Ioannis nono capitulo: ergo ita erit circa alios defe- ctus, & exorbitantias naturae, quae accidant, vt sit in me- moria Dei operatio.

Defectus naturae de- ducunt in memoria Dei dupli- citer.

Dicendum, quod non multum stat: exorbitantiae namque, vel defectus naturae deducuntur in memoriam Dei dupliciter. Vno modo in quantum tales sunt, quae non nisi per Deum fieri possunt. Alio modo in quantum per solum Deum reparantur, licet ab alio quam ab ipso fieri possint. De primo, vt in variatio- ne motus caeli, scilicet, sole, & luna, haec enim erant exorbitantiae a cursu communi naturae: & non pote- rant fieri, nisi per Deum: ideo ostendebatur per eas operatio Dei, & ipse Deus manifestabatur: qui non ma- nifestaretur manente semper cursu naturae, quia ille

ostendit naturalem potentiam, sed non diuinam. De secundo patet in caeco nato aut claudo, & simili- bus, quos interdum Deus sic nasci volebat, vt ipse eos curaret, in quo operatio eius ostendebatur: quia nemo poterat tales sanare nisi ipse: & hoc est, quod Christus dixit de caeco nato, quod non peccavit ille, neque parentes eius, vt sic nasceretur: sed vt manifestaretur opera Dei in illo. Ita autem opera fuerunt, quod ipse sanauit eum immediate. Ioan. 9. c. aliter autem non reducitur Deus in memoriam, neque ostenduntur operationes eius per exorbitantias, vel defectus naturales. Quod ergo aliqui nascantur frigidi, & impotentes coire, non per- tinet ad memoriam operationum Dei, quia iste defe- ctus accidit magis ex impotentia naturae quam ex po- tentia aliqua. Ideo non ostendit potentiam Dei agen- tem: etiam Deus non sanauit omnes istos: ideo non re- ducunt nobis Deum in memoriam. Sed dicendum, quod causa proxima quare ista sic fiant, est defectus natu- rae, & accidit hoc ex concursu multarum causarum agen- tium, quae interdum se impediunt, & non potest natura particularis deducere quod intendit, sed errat in opere suo, siue deficiendo, siue agendo, siue varian- do: vt patet in varietate monstruositatum: Deus autem licet istos defectus praevideat, & vitare possit non vitat: quia vt ait Augustinus, ipse sic res conditas admi- nistrat, ut eas proprios motus agere sinat: forte enim vitare uolendo istos defectus, tollerent multa alia bona. Quia tamen Deus prouidet vniuerso, & prouiden- tia tollit malum de vniuerso, necesse est, quod ista ma- la siue defectus, qui accidunt ex errore & impotentia naturae particularis, tollerent ipse propter aliquod bonum, in quo ea ordinat, quia aliam manerent ista so- lum vt mala vel defectus, & non conueniret hoc ordi- ni vniuersi, qui consistit per prouidentiam. Permittit hoc propter multa: primum propter punitionem peccatorum. Nam sicut hominibus integris existen- tibus inducit Deus interdum mutilationes membro- rum, & alias penas propter peccata propria: ita & eis, qui nondum nati sunt, dat defectus aliquos in penam peccati, non quidem ipsorum, qui non poterant pec- care, antequam formarentur: sed in penam peccati parentum suorum, sicut & filij paruuli, qui nondum peccauerunt, occiduntur interdum a Deo solum pro- pter peccata parentum, ut puniantur in eis in quantum dolent de eorum defectu: & ita putabant accidere di- scipuli quando ad Christum de caeco nato locuti sunt, dicentes: Quis peccauit hic, vel parentes eius, vt ceccus nasceretur? Et etiam Christus approbauit positionem eorum, dicens: Neque peccauit hic, neque parentes eius, ut ceccus nasceretur. Innuat enim quod in caeco illo non acciderit ceccitas pro peccato illius vel paren- tum eius: & tamen quod in alijs accidere poterat, & interdum accidebat: alioquin diceret, quod non pos- set nasci ceccus pro peccato parentum. Secundum ac- cidunt tales defectus ex voluntate Dei ad euitanda mala ipsius, qui istos defectus patitur, qui malus ef- ficeretur, si integer corpore fuisset: & ita est de fri- giditate: quia aliquis est, qui si fuisset potens ad coitum, forte grauiter peccaret, & periret: Deus autem misericors eius non dedit ei in nativitate po- tentiam coeundi: in quo valde beneficet ei. Nam & si abstinendo non mereatur, tamen saltem euitat pec- catum: & ita per alios defectus corporis interdum euitantur aliqua peccata. Tertium fit, quia satis hoc conuenit decori vniuersi, quem Deus intendit, tan- quam vniuersalis prouisor eius: vnde sicut fecit in- ter species inaequalitatem naturalem, quae facit ad pulchritudinem vniuersi: ita & in eadem specie, quod aliqua indiuidua sint integra, & aliqua deficien- tia aliquo modo facit ad pulchritudinem vniuersi, quam

Doctoris sententia.

Homines multo offi- nascuntur pp multa.

De caeco a nativitate que Chri- stus sanauit quare sic natus est.

Si defectus naturae tollent multa bona de vniuerso tolleretur.

quam Deus magis intendit, quam bona alicuius rei particularis. Quarto & praecipue, quia defectus natu- rae tollendo tollerentur multa bona de vniuerso: nam sunt isti defectus ex oppositione concurrentium cau- sarum, quarum vna impedit aliam ex eo, quod est for- tior: & non sequitur finis, quem intendit vna illarum causarum: & iste est defectus naturae: cum non indu- cat id, quod inducere solet regulariter, hoc necesse est sequi: quia data concurrentia causarum in operi- bus naturae, aut oportet omnia miraculose fieri, aut subtrahi multarum causarum actiones ad hoc, quod non concurrant cum alijs causis, aut sequatur defectus iste interdum: & tamen non oportet poni miraculose operationibus naturae: quia tunc tolleretur operatio naturae, & esset omnis operatio Dei: quod est incon- ueniens, cum subtraheretur omnes operationes cau- sarum naturalium, ex quibus consistit vniuersum, & consequenter multum periret de ostensione diuinae bonitatis, & sapientiae, quae per ista creata ostendun- tur: tolli etiam aliquas causas de concurrentibus ef- fet tollere magna partem perfectionis vniuersi, quod est inconueniens: ideo magis est ponendum tertium, scilicet, quod concurrentibus causis, fiant isti defectus interdum. Patet consequentia, quia ista, quae sunt aut sunt naturaliter, aut miraculose: si ponamus fie- ri naturaliter, oportet quod ponantur causae natura- les: & tunc si ponamus tot effectus sequi, quot se- quuntur, necesse est poni causas tot, quot sint: nam ablatis quibusdam causis, necesse est auferri omnes effectus, qui ab eis sequuntur, & ita tollerentur multa de eis, quae nunc sunt in vniuerso, quod est incon- ueniens. Data autem tota multitudo causarum, quae nunc sunt, necesse est interdum eas concurrere in actibus suis, & vnam per alteram impediri: cum maior impediatur minorem, quando datur oppositio: ideo necesse est sequi interdum exorbitantias, & defe- ctus in opere naturae data tota multitudo causarum, quae nunc sunt: manifestum tamen est, quod plura bona auferrentur de vniuerso ablatis causis quibusdam: tum quia tolleretur continuitas in gradu perfectionis, & essendi tum quia plura bona sunt, quae tollerentur ablatis causis illis, quam sint mala, quae sequuntur existente concursu causarum: tum quia ista mala, quae sequuntur non sunt omnino mala: sed sunt quaedam bona, in quibus est quidam defectus integritatis soli- ta: certum est tamen, quod melius est esse homi- nem claudum vel ceccum quam nullo modo esse ho- minem: ideo melius est esse istos defectus & exorbitan- tias naturae quam nullo modo esse. De quibus dictum est supra decimo cap. quest. 126. vbi quaeritur, an prouidentia Dei debeat auferre omne malum de rebus: & ostenditur ibi, quod non. Et ita nasci aliquos frigi- dos vel impotentes ad coitum bonum est: de quibus loquitur hic Christus, & Hieronymus ait: Eunuchi sunt ex matris vtero, qui frigidioris naturae sunt, nec libidinum appetentes.

De Eunuchis, qui ab hominibus facti sunt quomodo fiant. Quest. LXXXIX.

QVAERETVR de Eunuchis, qui ab homi- nibus facti sunt. Dicendum, quod Hieronymus ponit tres modos istorum dicens: Alij Eunuchi sunt, qui ab hominibus fiunt: quos aut Physici faciunt, aut propter cultum idolorum emolluntur in foeminas, vel persuasione haeretica simulat castitatem, vt men- tiantur religionis veritatem. De primis dicendum, quod Physici faciunt aliquos Eunuchos, id est, medi- ci: quia propter aliquas aegritudines, quae putantur superuenturae nisi abscissis genitalibus euitentur ab-

A scinduntur interdum. Sic patet extra de corpo. viti. c. ex parte. ibi quidam ex consilio medicorum fecit sibi virilia abscidi, ne lepre morbum incurreret & 55. dis- dicitur, quod aliqui a medicis secantur: scilicet tam in virilibus, quam in alijs partibus cap. si quis a medi- cis & si quis per aegritudinem, scilicet per eegritudinem naturalia a medicis secata habuit: & ita interdum ab- scinduntur aliae partes a medicis ad euitandum pericu- lum morbi, aut corruptionem aliarum partium. eadem distinct. capit. si quis in infirmitate, scilicet si- quis in infirmitate positus clericus in medicorum incisione claudus efficitur. De secundis potest in- telligi vno modo, quod effeminetur quis, id est foemina efficiatur, vel modum foeminae accipiat, vt si vir cognoscatur sodomiticè ab alio viro ad modum foeminae: & hoc fit interdum ad cultum idolorum: quia demones, qui in idolis coluntur, incitant homines ad omnem turpitudinem, vt magis damnentur, & con- ditio humana vilior fiat. Alio modo intelligitur ef- feminari aliquos, id est, fieri foeminas: distinguuntur enim masculus, & foemina per sexum: ablatum autem per incisionem sexu virili, vir efficitur foemina, hoc autem interdum fiebat ad cultum idolorum. Nam in solemnitate Bericinthiae matris deorum Sacerdo- tes eius abscindebant sibi virilia, & istos vocat Gallos. quomodo autem & cur hoc facerent, declarat satis August. 2. & 7. de Ciuitate Dei.

De tertijs patet, vt haeretici interdum, & alij hyp- pocritae se incidunt, vt boni videantur, cum non sint: vel magis vt Hieronymus exprimit, quod non verè se absciderint, sed castitatem simulat: quasi verè ha- beant secata virilia, & tamen neque illa secata habent neque a venereis abstinent: sed furtim fornicantur, cum palam se continentis ostendant. Alij autem modi adhuc sunt Eunuchorum, qui ab hominibus fiunt. Vnus enim si quis a barbaris incidatur. Alius est si a domino suo existens in captiuitate: hostes enim interdum solebant hoc fecere, sed quia istud non pertinebat ad vindictam hostilem, sed magis ad quandam feritatem non fiebat ab omnibus hostibus, sed solum a barbaris, qui feri sunt, & crudeliter pro ratione habent. Et ideo quando iura volunt dicere aliquem secum esse in genitalibus ab hostibus, dicunt eum secum a barbaris, vt quinquagesima quinta dis. capit. si quis a medicis. & capit. si quis per aegritudinem.

Interdum etiam quis a domino suo castratur: vt positus in captiuitate interdum castrabatur a dominis vt fierent custodes mulierum sine suspitione: & hoc permittebant leges humanae: non tamen castrari debe- ret aliquis seruus ab alieno domino, quod si fieret ille, qui castrabat seruum alienum capite puniebatur: & locus, in quo fiebat consuebatur. C. de eunuchis. l. prima de istis castratis patet in allegato capit. si quis a medicis et cap. si quis per aegritudinem.

Alij autem sunt, qui fiunt per insidias hominum: vt quado aliquibus propter aliquam suspitionem for- nicationis abscinduntur virilia, vt quinquagesima quin- ta dis. eod. cap. eunuchus, scilicet: eunuchus si per in- sidias hominum factus est, vel in persecutione eius sunt amputata virilia, & cet. Alij sunt Eunuchi ab hominibus facti, qui seipsos castrauerunt virilia ab- scindendo: nam isti non pertinent ad tertium modum Eunuchorum, quos Christus laudat: sed ad secun- dum, vt infra ostenditur quaestione nonagesimater- tia. de his quinquagesima quinta distinctio. capitu. si- quis infirmitate. Primus modus assignatus a Hiero- nymo, scilicet de Eunuchis factis a medicis pertinet ad propositum. Nam illis abscinduntur virilia, & ita coguntur continere etiam si nolint, & de talibus lo- quuntur

quitur Christus. Secundus modus quantum ad illos, qui sodomiticè effeminantur, non pertinet ad propositum, quia illi non continent, sed turpissimam incontinentiam exercent Christus tamen loquitur de illis, qui continent etiam inuoluntariè. Tertius modus, qui est de secundo modo Hieronymi pertinet ad propositum: quia illi verè habent abscissa virilia, & ideo postea non possunt fornicari: demones tamè potius hoc volebant, quia integri manentes multas fornicationes exercerent, & super hoc damnabiliores efficerentur. Quartus modus, qui est tertius Ieronimi, quantum ad illos, qui se absciderunt vel abscidi fecerunt, vt ostenderet sanctitatem, ad propositum pertinet: quia illi coguntur continere: & tamen quantum ad illos, qui simulant castitatem, quasi castrati sint, & non seruant illam, non pertinet ad propositum: quia illi non continent à veneris. Quintus modus de illis, qui castrantur à barbaris. Et sextus de illis, qui à dominis castrantur. Et septimus de castratis per inimicitias. Et octauus de illis, qui à seipsis castrantur, pertinet ad propositum: quia omnes isti cum careant genitalibus, coguntur continere, etiam si non virtuosè. Sed considerandum, quòd cum aliquibus absconduntur genitalia, aut vtrūque organum abscinditur, aut soli testiculi. Si vtrunque, manent quidè desideria, sed non effectus aliquis exterior: nam cum isti adhuc habeant potentiam generatiuam, quæ non auferitur ablati organo, & calorem incitantem ad venera, & non desit in eis generatio spermatis, manet desiderium vt prius, & possunt isti peccare per illicita desideria, sed non per actus. Si autem soli testiculi abscisi fuerint: non auferuntur desideria: imò sunt valde magna, in quibus peccare possunt. Etiam non tolluntur omnino actus. Possunt etiam qui tales sunt, facere commixtionem sexuum, sed non commixtionem feminum, testiculi enim adiuuant ad effusionè feminis extendendo vias ex pondere suo, vel aliàs, & ideo castrati, quibus virga manet, fortes tentationes patiuntur, quas non explent: sed possunt deslorare quancunque mulierem: nullam tamen impregnare. Dicitur sic Eccl. vigesimo. Concupiscentia spadonis deuirginauit iuenculam, id est deslorauit. Alius modus eunuchorum, qui ab hominibus sunt est illorum, qui per maleficia impediuntur coire, quod interdum fit ab hominibus, & à demonibus: & tamen siue fiant à demonibus solum: siue ab hominibus solum, siue opere demonum: siue ab hominibus adiutis à demonibus, dicuntur tales eunuchi fieri ab hominibus: quia etiam diabolus in Sacra Scriptura vocatur homo, vt supra decimotertio capit. Inimicus homo superseminauit zizania. Et ibi dicit Christus, quòd ille erat diabolus. Isti enim coguntur continere, vt dicitur sequenti quæstione. omnes autem istos cautè vocauit Christus Eunuchos factos ab hominibus. Nam hoc verbum generale cõuenit omnibus nouem modis supra assignatis: & si poneret aliam connotationem specialiore non conueniret omnibus, & ideo vel oporteret tunc fieri plura membra diuisionis, vel omitti aliqua, & esset insufficiens distinctio. Vtrunque autem inconueniens euitauit dicendo factos ab hominibus.

An sint aliqui Eunuchi, qui per maleficia coguntur continere: & quomodo fiant sic. Quæstio. XC.

**Q**VÆRETVR circa istos vltimos Eunuchos, qui per maleficia coguntur continere, an sint, & quomodo sint. Aliqui dicunt, quòd nulla male-

ficia esse possint, per quæ impediatur coitus: quia si talia essent, fierent per demones: & tñ demones nō pñt hoc. Nā si possent demones impedire actū generandi, possent et impedire gressum, & visum, & auditum, & omnes operationes humanas: & sic totum mundum destruerent: sed non possunt, ergo neque possunt impedire coitum. Secundo quia opus Dei est fortius quàm opus diaboli: sed maleficium est opus diaboli, copula carnalis ad generationem ordinata est opus Dei: quia ipse illam instituit & præcepit Gene. primo & nono. ergo non potest per maleficium coitus impediri. Tertio quia dato quòd aliquod maleficium esset, non posset esse perpetuum, sed temporale, & consequenter non dissoluet matrimonium, quia matrimonium non soluitur, nisi per impedimentum perpetua. Patet antecedens, quia demones possunt aliquid in hominem propter peccatum, ideo ablato peccato cessat maleficium: vel per exorcismos Ecclesiæ, qui ordinati sunt ad arcendum potestatem demonis, tollitur maleficium: & ita non soluetur matrimonium. Quarto patet, quia non potest copula impediri nisi impedita potentia generandi, quæ est principium eius: & tamen potentia generatiua cuiuscunque viri equaliter se habet respectu omnium mulierum, in maleficio tamen, quod vocatur maleficium, est impeditus vir quantum ad vnam mulierem & nō quantum ad alias: ideo maleficium non potest esse, cum vir non inueniatur impeditus respectu omnium, nisi qui frigidus est. Dicendum, quòd putauerunt aliqui maleficium secundum veritatem nihil esse, sed solum in æstimatione hominum, qui putant esse quod non est: & hoc accidit quia euentus rerum naturales quorum causas ignotas habent, maleficijs imputant: & ita isti illud impedimentum coitus, quod nos maleficium vocamus, vocant frigiditatem: quia ad frigiditatem reducitur omnis naturalis impotentia ad coitum: & tamen isti volunt omnia talia impedimenta naturaliter euenire, licet causas nesciamus. Sed hoc non stat, primò quia isti auferunt operationem demonum a rebus: habent enim demones potestatem operandi aliquid super corpora nisi arceantur à superiori potestate, vt concedit Aug. & omnes sancti doctores: & ostendit Magister 2. Sen. dif. 7. & tamen maleficia sunt super corpus solum, ideo non est inconueniens demones hæc facere. Secundo, quia vt dicit Iob quadragesimo c. de demonibus, nō est potestas super terram, quæ comparatur eis: Erit enim maior potestas eorum quàm hominum: & tamen homo potest per potionem aliquam, aut castitatem tollere, vel impedire actum coeundi alteri homini: ergo poterit demon a fortiori. Tertio quia iura confitentur maleficia esse, trigesima tertia quæstione prima cap. si per fortitias, & maleficas artes coitus non sequitur, id est si per istas impeditur aliquis coire, sed maleficæ artes vocantur ille, quæ maleficia exercent: ergo maleficia aliqua sunt. Quarto patet ex diuersitate eorum, quæ apparent in frigiditate, & maleficio. Nam qui frigidus est respectu vnius mulieris, frigidus est respectu omnium: cum frigiditas nominet impotentiam naturalem, quæ si verè est in aliquo, respectu omnium est impotens. In maleficio autem est aliquis impotens respectu vnius: & non respectu aliarum. Istam differentiam ponit Gloss. extra de frigidita. & maleficijs, cap. litera.

Quinto, quia apparet non fieri ex causa naturali, sed ex agente per voluntatem: natura enim agit vni-formiter, & ideo etiam si posset quis naturaliter esse impeditus circa vnam mulierem, & non circa alias, esset tamen vni-formiter, & tamen non est, quia scimus aliquos sic maleficiatos, qui appetunt quidem

Per qd dist soluit mō monium.

commiseri mulieribus, & diriguntur organa eorum, A ita vt apta sint ad permixtionem sexuum, & cum tangere voluerint genitale muliebri laxantur organa ipsorum, & non possunt complere copulam, & iterum rigebunt organa, & si nitantur id ipsum facere, denuo laxabuntur, & tamen si ex radice naturali hoc proueniret, si semel rigerent organa nō soluerentur statim quousque exsufflarentur vel consumerentur spiritus inflantes organum, & tamen sine actu aliquo illicito concidunt: ideo oportet poni ibi virtutem operatricem secretam, quæ non sit naturalis, neque naturaliter operans.

Sexto quia apparet manifestius istud quado maleficium tenet se ex parte foeminae. Nam tunc vir potes est, & non impediuntur organa eius, siue ad illam siue ad aliam: & tamen illa cum vellet commiseri viro, si videat, aut tangat genitale eius exhorrescit, & nulla ratione permittit se cognosci: & hoc quasi sint improporcionabilia organa viri, quæ non possent sine periculo pati: & tamen non est sic. Apparet ergo quòd non accidat ex causa naturali sed ex alia radice. Ideo dicendum quòd maleficia verè sunt aliquid: & tamen isti non consentiunt illa, quia non bene sentiunt de fide: oportet enim maleficia à demonibus fieri, vel ab hominibus cooperantibus sibi demonibus: isti autem non credunt esse demones: ideo non concedunt esse maleficia: & dicunt isti quòd demones nihil sunt, nisi in nostra æstimatione secundum opinionem vulgi, scilicet quia vulgus imputat demonibus terrores, quos ipse hō sibimet facit, & dicit a demonibus terri: & qñ ex vehementi imaginatione apparent tales figuræ in sensu quales homo cogitat, dicit vulgus, quod videt demones: sed isti dicunt nō esse illos demones, sed imagines quæ in nobis sunt. Isti tamen errant: quia certum est demones esse spiritus aliquos, cum tota euangelica historia hoc tradat, scilicet quòd Christus eijciebat demonia de corporibus obsessorum: & illa clamabant & intrauerunt semel in porcos, supra octauo capit. & Mar. quinto, & Luc. octauo. & faciunt demones multa, quæ homines facere non possunt: & hoc tam quantum ad vires naturales quàm etiam ex subtilitate ingenij. De viribus apparet: vt de illis demoniacis duobus, qui erant in via, & nemo audebat transire per viam pp ferocitatè illorū: quia insiliebant in hoies, supra octauo. Etiam ille, qui habebat pessimum demonium adiuratus à duobus exorcistis ludæis insiluit in eos: amboque vulnerauit, & spoliavit vestibus, Actū decimonono. De ingenio etiam apparet: quia sunt puri spiritus, & naturaliter sunt perpicaciores hominibus: cognoscunt enim omnia secreta naturalia, & etiam propter longam rerum experientiam multa nouerunt, quæ homines nesciunt, & ita operantur in maleficijs aliqua, quæ homines nescirent operari: & interdum faciunt ea per solum motum suum reprimendo organa nostra violenter: vel applicando subito aliquid, quod naturaliter illud efficeret, si sine demonum opere applicitum esset. Et sciendum quòd aliquando accidit maleficium circa virum, & aliquando circa femina: quando est circa virum, potest esse circa vnam femina specialiter, scilicet vt illam cognoscere non possit, aut circa omnes. Verum est enim, quòd maleficia rarò sunt eidem homini, vt ad nullam feminam possit accedere, sed ad aliquam, & ideo ponit istā differentiam inter frigiditatem, & maleficium. Glo. extra de frigi. & malef. cap. litera. quòd frigidus circa vnam est frigidus circa omnes: qui verò maleficiatus est circa vnam, non est maleficiatus circa alias, & ita asseruit vir ille eod. cap. litera, scilicet quòd illam mulierem cognoscere non poterat, sed pote-

rat cognoscere alias: & ideo Papa iussit ibi inquiri, an aliquem aliam mulierem ille vir cognouisset: in quo innuit, quòd poterat esse impeditus circa vnam, & quòd non esset impeditus circa omnes: & tamen non sequitur ex hoc quin possit quis maleficiatus esse circa omnes feminas, ita quòd nullam cognoscere possit: licet verè sit potens ad copulam: accidit autem communius, quòd circa vnam sit quis maleficiatus: & tunc illi viro non deest desiderium coeundi, sicut frigidis, quibus calor deest, & ideo venera non concupiscunt. Etiam non deest rigor membrorum, neque humor feminalis sed, cum ad illā respectu cuius quis maleficiatus est accedere vult: aut ante omnem tactum soluitur humor, ita vt coitus non fiat: aut quod communius est laxantur membra, & concidunt quasi deficiente spiritu, qui ea inflabat: & hoc fit quoties illam voluerit vir ille tangere. Si autem aliquam aliam cognoscere velit nihil horum patitur. Interdum verò femina est maleficiata respectu alicuius viri specialiter: & tunc si vir ille eam voluerit cognoscere, viso aut tacto organo eius horret, & pauens fugit: nolens sustinere copulam illius, quasi moritura esset si toleraret propter magnitudinem organi virilis: quemlibet autem alium virum sustinet: & istos vocat vulgus ligatos: & satis propriè, quia membra eorum ligata sunt, ita vt in actum copulæ exire non possint. Sed sciendum, quòd maleficia circa virum sunt per aliquam operationem realem: maleficia autem circa mulierem per opinionem. Primum patet, quia realiter impeditur, coire, cum tamen ipse illud optet, & ad illud naturaliter sit aptus. Et potest fieri dupliciter. Vno modo per motum solius demonis sine applicatione alterius alicuius rei: ipse enim inuisibiliter potest comprimere genitale viri cogens subito laxari, & concidere ipso nesciente vnde fiat: & ad hoc nihil erit necessarium nisi motus localis per applicationem virtutis demonis ad genitale, sicut applicat virtutem suam alicui rei quando illam vult portare, vel transferre de loco ad locum. Alio modo potest fieri per applicationem alicuius rei naturalis, scilicet quòd demon ponat intra organa genitalia aliquod quo posito quasi subito exsuffletur totus spiritus dirigens, & inflans genitale, quo deficiente necesse est illud concidere, vel solui semen ante contactum genitalis foeminae: & hoc satis verisimile est. Secundum patet, quantum ad feminam: nam illa horret genitale viri quasi improporcionalis magnitudinis: & tamen nihil tale est, ideo solum est deceptio in æstimatione mulieris: sed hæc deceptio prouenit ex opere demonis causantis speciem in phantasia mulieris de organo viri, vt appareat aliter quàm sit: sicut fit in prestigijs quando videtur quæ non sunt, & aliter quàm sunt: de quibus dictum est satis supra octauo cap. talem speciem causat demon in phantasia mulieris: & ideo ipsa horret & pauet & sustinere non vult quasi rem difficilem, & periculosam: & talia facilia sunt. Nam aliqui viri per coere monias satis turpes maleficiorum faciunt, quòd genitale suum videatur cuiuscunque feminae valde magne quantitatis: & etiam quòd fiant quasi inestasi pre magnitudine voluptatis quando cognoscuntur ab eis, & non est in veritate illa magnitudo, neque etiam femine in veritate patiuntur tam excellentem voluptatem: quia magnitudo delectationis fit ex habitudine tangibilis ad organum tactus, quod fit per aliquam ueram naturalem caliditatem, quæ per maleficia non datur, quia illa non perficiunt naturam: sed causatur in phantasia iudicium quasi de voluptate eccellente: cum nō sit uehementior quàm coere re uenerè delectationes. Sciendum autem, quòd

Maleficia circa homines dupliciter fieri possunt.

Quo fiant maleficia circa mulieres, vt coire non possint.

In q. 115.





Modus operandi maleficium. quod malefici ista faciunt per aliquas obseruationes rerum, quas ligant, uel exiunt, aut transfigunt, & terre infodiunt, uel pelago demergunt, & tamen nulla actio uel casualitas uera inde est ad ea, que patitur uir aut femina maleficiari, quia illa non sunt talia, quibus secundum naturam suam competat illa operatio. Etiam quia dato quod haberent talem uirtutem agendi: tamen agere non poterant propter elongationem, cum secundum naturam impossibile sit esse actionem, nisi per contactum. Sed dicendum quod demones ista maleficia exercent modis supra assignatis: uolunt tamen hoc, quod ista obseruationes fiant, ut magis homines fallant: & sit eis modus conuersandi cum hominibus & subiiciendi eos cultui suo. Si autem obiiciatur: quod inuenitis maleficiis illis, quae terrae infossa erant, & euulsis de loco atque dispersis cessant vexationes maleficiorum. Nihil mouere debet, quia hoc demones faciunt, ut magis fallant: quasi aliqua uirtus sit in rebus illis, quas homines fecerunt. Et motiuum est, ut dent demones hominibus de se maiorem confidentiam, & certitudinem. Nam si homines scirent quod ista obseruationes, quas ipsi faciunt nihil omnino ualere: sed tota operatio a demonibus sit, cum ipsa sint agentia uoluntaria: scirent homines, quod nihil ipsi facerent seu possent, ita magis pro hoc distraherentur, cum autem factis illis caeremonijs sequitur effectus, quem intendunt homines, putat ipsi quod ab illis obseruationibus causetur: & quia illa facere est in potestate hominis, estimat homo in potestate sua esse talia facere, & per hoc gaudet & afficitur magis ad demones, qui sunt auctores horum: & istud ipsi intendunt, scilicet quod homines ad eos afficiantur: & ob hoc inuuant se posse cogi ab hominibus ad ueniendum, cum uocati fuerint: & ad respondendum, & ad faciendum quod iubetur. Quod tamen falsum sit patet: quia impossibile est, quod minor potestas subiiciat sibi maiorem: & tamen non est potestas super terram, quae comparetur potestati demonum. Iob quadragesimo capitulo. ideo non erit aliquid naturale, uel caeremoniale, per quod demones possint cogi ab homine, ut ueniant & respondeant, aut aliquid operentur. Nisi obiiciatur de Ecclesiasticis exorcismis. Sed tunc dicendum est, quod coguntur ad aliquid, scilicet ad recedendum de corporibus obsessorum, uel ad non nocendum: sed hoc fit per Deum, in quantum ipse instituit, quod ab Ecclesia fit: & est ibi uirtus diuina latens operatrix: sicut est in operatione sacramentorum: & tamen in operibus maleficiorum, quibus demones cogere uolunt, non operatur Deus, cum potius sint contraria diuino honori: ideo non possunt malefici cogere demones ad aliquid: sed ipsi demones mentiuntur, & simulant se cogi: quia in hoc stat maxima uirtus suasionis eorum. Nam si ipsi non possent cogi a nobis ad ueniendum, aut respondendum, uel agendum aliquid: sed quidquid agerent uoluntate agerent, desperarent homines de eorum conuersatione, quasi nihil mediantibus eis possent: & ita distraherentur ab eis: cum uero illis simulantibus putant homines, quod possunt cogere illos, afficiuntur nimis ad maleficia, quasi per haec compotes efficiantur omnium, que uolunt: & hoc demones efficere cupiunt, ut per talem errorem & affectum carenatos sibi teneant animos hominum: & tamen uere non possunt demones cogi ab hominibus per maleficia: imo si cogi possent, non docerent ipsi hominibus modum quo eos cogent: quia per hoc demones inferiores efficerentur si uere hominibus subiicerentur: fingunt ergo se subditos, ut fallant, cum tamen non subdantur, sed ad tempus cum placuerit sponte

Demones cogi non possunt ab hominibus.

Vnde est, quod demones simulant se cogi ab hominibus.

feruiant: uere autem subditi hominibus pro nullo lucro demones uellent, & ita de maleficijs patet, quod opere demonum fiant. Sed tunc manet dubium: quia aliqui dicunt, quod maleficium nullum potest esse perpetuum: & ita non soluetur matrimonium per maleficium. Sed dicendum, quod non stat: quia trigesima tertia quaestione prima capit. si per fortiaras ostenditur, quod possit esse perpetuum, cum dicitur: si per fortiaras, & maleficas artes coitus non sequitur: si sanari non poterunt, separari uolebunt, & ita innuit, quod talia interdum addunt maleficia, que non possunt sanari, & illa uocantur perpetua. Sed isti dicunt. ca. si per fortiaras. esse correctum. Dicendum, quod non stat: licet in fine contineat aliquid, quod non recipitur, in quo Gl. dicit tibi, quod bene uocabatur ille Episcopus ignarus: tamen quantum ad impedimentum maleficiorum ponendum perpetuum non corrigitur, sed idem uolunt iura noua, ut extra de frigid. & malef. cap. litera. ubi de maleficio agitur, & non de frigiditate, cum hortaretur ibi Papa quod uir & uxor peniterent de peccatis suis, quasi per hoc placeret Deo, & possent coitus sequi: & tamen si putaret Ecclesia esse naturalem impotentiam, non suaderet per orationes & penitentiam dari potentiam coeundi: sicut in alijs casibus frigiditatis eod. tit. non iubentur neque suadentur coniuges vacare orationi: sed quod per triennium maneant vacantes fideliter operi carnis: quod si expleto triennio non poterit perueniri ad coitum, separentur. cap. laudabilem eod. cap. ex literis & cap. fraternitatis, in quibus de naturali impedimento maris & feminae agitur: ideo concedendum est quod maleficium potest esse perpetuum. Et dicendum, quod aut erit temporale maleficium, aut perpetuum: si temporale, non soluit matrimonium: si perpetuum, si temporale dissoluit illud. An uero sit temporale uel perpetuum, potest cognosci ex cohabitatione diuturna: ideo sicut in frigidis assignauit Ecclesia triennium: intra quod cohabitantes si se cognoscere carnaliter non potuerint, iudicat uir frigidus eod. tit. cap. laudabilem. Ita & in maleficio datur triennium continuum, in quo si vacantes fideliter operi carnis explorare non potuerint iudicatur maleficium esse perpetuum: & tunc dissoluitur matrimonium. cap. litera. & tamen differt inter frigiditatem & maleficium, quia qui frigidus est respectu uirius est frigidus ad omnes feminas: qui uero maleficiatus est ad unam non est semper maleficiatus ad omnes, sed potest cum alijs coire: ideo soluto matrimonio propter frigiditatem non datur uero licentia: contrahendi cum alia quasi sit omnino ineptus ad matrimonium: imo si inueniatur postea, quod ille aliquam mulierem cognoscit: apparet Ecclesiam fuisse deceptam: quia non erat ille frigidus sed ad tempus impeditus: & redire cogitur ad primum matrimonium etiam si illa transiisset ad alterum matrimonium, ut in allegato capit. laudabilem. soluto autem matrimonio propter maleficium perpetuum datur utrique licentia transeundi ad aliud matrimonium, in allegato capitulo litera. Et dato, quod qui maleficiatus erat, cognoscat istam ad quam transiuit: & prolem ex ea suscipiat, non cogitur transire ad primam: quia uere fuit dissolutum matrimonium: & adhuc censetur durare illud impedimentum. eod. cap. litera. Verum est autem hoc quando maleficium uenit ante contractum matrimonij: quia tunc cum in contrahendo erant ipsae personae illegitimae ad contrahendum non tenuit contractus: iecus autem si consummato matrimonio superueniret. Nam si aliquando uir cognouit uxorem suam, etiam si postea superueniat impedimentum maleficij, de quo constaret Ecclesia quod

Quare Deus permittit operationes magis circa copulam carnalem maleficia operari, quae circa alios actus humanos.

erat perpetuum, non dissolueret matrimonium, quia illud semel tenuit. Sed dicitur, quid si maleficium non fuit ante contractum matrimonij, sed ante consummationem factum est: an dissoluetur matrimonium? Dicendum quod cum in desponsatione de presenti fuerint personae contrahentes legitimae, tenuit contractus, & ideo superueniens maleficium non dirimit illud: sicut si lepra post ista sponsalia superueniat: quae tamen soluerent sponsalia si essent de futuro. extra de coniugio leproforum capit. litera. & tamen quia Ecclesia non potest constare, an superuenit post desponsationem uel ante: iudicat fuisse ante in fauorem istorum, ut possint transire ad aliud matrimonium, & etiam ut non puniantur ambo sine culpa. Et patet, quia an iste uir esset maleficiatus circa mulierem istam non poterat constare nisi per hoc, quod nitebatur cognoscere eam, & non poterat. Nam per hoc quod alius ante hoc cognoscebat, non ostenditur quod non esset maleficiatus, cum possit esse maleficiatus ad unam, & non ad aliam, & tamen antequam uellet iste consummare matrimonium post desponsationem non aggressus est cognoscere istam: ergo non poterat constare an maleficium fuisset ante desponsationem uel post, & ideo Ecclesia iudicat fuisse ante desponsationem, & consequenter soluit matrimonium tanquam contractum esset inter personas illegitimas. Ad primum dicendum, quod per demones possunt maleficia fieri, & sunt circa coitum: & uerum est, quod circa alios actus potest maleficia exercere, uide licet priuare nos gressu, aut uoce, aut auditu aliquanto tempore, uel ad perpetuum, si permittantur, & uerum est, quod si nos uidimus ad tempus aliquos mutos effectus suae linguae a demone comprimere linguae eorum & infirmos reddidos per maleficia quarundam uetularum, que breuiter tamen durauerunt. Et si permittentur a Deo non est dubium, quin destruere possent cito omnes homines ex iniquitate & inuidia, & quidquid ad homines pertinet. Et tamen angeli sunt constituti a Deo ad arcendum potestatem demonum, & ita illi non possunt nocere quam permittantur, & ita circa coitum conjugalem aliquando impedimentum ponunt, quando permittuntur. Circa fornicarium autem uel illicitum coitum raro ponunt impedimentum, cum ipsi non sint sibi contrarij: & tamen coitus illicitus placet eis, & ipsi illum procurant. Dicendum tamen, quod inter cetera, quae Deus permittit interdum per demones maleficiari: nihil est, quod magis permittat quam copulam carnalem, quia corruptio peccati, per quam homo seruus diaboli factus est, uenit in nos per actum generationis uirtutis: ideo in hoc actu maiorem potestatem concedit Deus diabolo quam in ceteris actibus nostris: & ideo pluries circa illum exercentur maleficia: sicut & in serpentibus magis ostenditur uirtus maleficiorum, quam in alijs animalibus: quia per serpentem diabolus mulierem tentauit & superauit: & peccatum in orbem terrarum introiuit: & tamen quandoque maleficia ista sunt diabolus Deo permittente facit: quae permissio ex iusto iudicio suo fit, licet nobis causa sit occulta. Sic dicitur trigesima tertia quaestione prima capit. si per fortiaras, scilicet. Si per fortiaras, & maleficas occulto sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente, & diabolo preparante concubitus non sequitur, & c. Ad secundum dicendum, quod copula conjugalis opus Dei est: & etiam omne opus Dei est fortius opere demonis: & ideo non potest impediri per illud, quasi ista duo sibi aduersentur: & illud quod potentius est impedit alterum, sed opus doctrinae inter-

adum impedit opus Dei ex permissione Dei: & ita impeditur concubitus conjugalis per maleficia iusto Dei iudicio, licet nobis occulto. Ad tertium dicendum quod maleficium potest esse se perpetuum, scilicet quod non potest tolli opere humano: licet enim Deus possit tollere omnia maleficia, non dicuntur temporalia ob hoc: sed perpetua sunt ea, que ex sui conditione semper mansura sunt; nisi Deus miraculose hoc illis auferat; & ita uniuersum est perpetuum & corpora caelestia sunt perpetua, licet Deus possit ea ad nihilare. Item etiam de iure uocatur frigiditas impedimentum perpetuum, licet per Deum possit tolli. Et etiam si mulier arcta est quod sine miraculo non potest esse apta ad copulam, iudicatur impedimentum perpetuum, licet de fri. & male. cap. fraternitatis. Et non solum erunt perpetua isto modo: sed etiam si possunt tolli maleficia per alium quam per Deum dicuntur perpetua, si per hominem tolli non possunt: certum est enim, quod cum maleficia omnia fiant per demones, quod poterunt tolli per demones: licet non per quemlibet demonem: quia si fiant per demonem superiorem, non possunt tolli per inferiores demones, qui minoris potestatis & sapientiae sunt: saltem non poterunt semper tolli, licet aliquando tollantur, & hoc quando doctrina superior operatus fuerit secundum totas vires suas; uel si ille non peruenierit inferiori demoni tollere illa, & ideo cum per alios quos demones tolli possent, non erant simpliciter perpetua, & tamen uocantur perpetua, quia per homines non possunt tolli. Item asserunt malefici, quod quaedam maleficia sunt, quae per alia maleficia non possunt destrui: sed semel facta semper manent. Item dato quod possent tolli maleficia omnia modo humano: si tamen opere demonis tolluntur, id est factis caeremonijs maleficiorum dicuntur perpetua: quia illud uocatur nobis impossibile, quod bene facere non possumus, sed potius toleranda sunt quaeunque mala quam recurramus ad maleficos; ideo illa maleficia, quae non possunt tolli nisi per maleficos dicuntur simpliciter perpetua, & ita multa maleficia sunt perpetua. Item aliqua maleficia sunt, quae bono modo possunt tolli per orationem & ieiunia; & tollerentur aliquando perseverantibus hominibus in his; & tamen maleficium quod in triennio non tollitur uocatur perpetuum, quia Ecclesia datur triennium maleficiato ad experiendum, an possit copulari carnaliter, quod si infra triennium neque uerit: iudicatur maleficium perpetuum, & separatur extra de fri. & male. ca. litere. Cum autem dicitur, quod potestas datur demoni super hominem propter peccatum: ideo cessante peccato cessat pena. Dicendum, quod etiam si concederemus omnes patientes maleficia pro peccato (quod interdum non est uerum sicut est de ceteris generibus penarum) tamen non est uerum, quod mox ut quis desinat de peccato, auferatur pena: quia licet non maneat tunc peccatum quantum ad actum, neque quantum ad maculam: tamen manet quantum ad reatum penae, & quousque ille manserit poterit manere pena, postea autem non manebit: & quia postquam isti maleficiati peniterint de peccato, non est semper ablatas totus reatus istius peccati pro peccato, pro quo maleficia patiuntur adhuc manent maleficia. De curatione autem bona maleficiorum dicendum, quod fit per orationes, & ieiunia, elemosinas, & cetera opera bona, & per quosdam exorcismos Ecclesiae. Sic dicitur trigesima tertia quaestione prima capit. Si per fortiaras, et maleficas occulto; sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente, diabolo preparante concubitus

Toleranda sunt peccata mala quae ad maleficos recurrere, ut ab eis hoies liberentur.

De bona curatione maleficiorum.

cubitus non sequitur, hortandi sunt quibus ista eueniant, vt corde contrito & spiritu humiliato Deo & sacerdotibus de omnibus peccatis suis puram confessionem, & profusis lacrymis, & largioribus eleemosynis & orationibus atque ieiunijs domino satisficiant, & per exorcismos ac cetera ecclesiasticę medicinę suffragia ministri Ecclesię tales quantum annuerit dominus, qui Abimelech & domiceius Abraę horationibus sanauit, sanare procurent. Et simile dicitur extra de frigid. c. literę. Non tñ semper sanantur maleficiari per hæc suffragia, cum occulto Dei iudicio interdum bonum huic actui, & non potuerit copulari carnaliter. Etiam intelligendum est, quod exorcismi demonum non sunt ad repellendas omnes molestias & penalitates, quas demones hominibus inferunt: sed solum illas, ad quas repellendas ordinantur, & istę sunt molestiæ, quas inferunt manendo in corporibus, & vexando illa: siue interius manendo, siue exterius obfidendo, & ista regulariter sanantur per exorcismos: maleficia autem demonum, & alia mala, quę nobis inferunt, contra quę non ordinantur directe exorcismi, non curantur per exercismos nisi raro.

Ad quartum dicendum, quod potest tolli actus copulę non impedita potentia generatiua, & hoc potest fieri dupliciter. Vno modo per impedimentum organorum feruentium potentia generatiuę. Alio modo per impressionem factam in phantasia, siue imaginationem, quę multum mouet partem inferiorem. Vnde si potentia generatiua in seipsa impeditur respectu vnus feminę est impedita ad omnes, & tamen impediuntur organa per aliquem mortum factum in eis ad tempus: ideo potest maleficiari non pediri respectu vnus feminę, & non aliarum. Ratio autem præcipua est, quia maleficium non fit per naturam, sed per demonem. Est autem demon agens voluntarium, ideo potest agere quando voluerit, & cessare quando voluerit. Natura enim agit vniformiter, ideo si vnus esset impeditus naturaliter ad conũ ad vnã facinoram, esset ad omnes impeditus: demon cum agat voluntarie, & non vniformiter, potest impedire respectu vnus non impediendo respectu aliarum, & hoc siue agat per impedimentum factum in genitali viri, vt fuit declaratum: siue per impressionem factam in imaginatione: quia sicut feminę imprimitur species viri de disproportionali magnitudine genitalis vnus viri, & non alterius: vel imprimitur sibi conceptio de viro, vt abominetur vel fastidiatur eum, ita & viro potest imprimi species abominabilis de quadam muliere & non de alia, secundum quam non concupiscat tangere illam: sed potius abominetur, & fiat hoc respectu vnus, & non respectu omnium: poterit tamen demon, si voluerit maleficiare virum respectu omnium mulierum tam ex parte organi genitalis, quam ex parte imaginationis & feminam poterit maleficiare respectu omnium virorum: sed facilius est maleficiari respectu vnus.

ollit a cõ  
copulę nõ  
impedita  
potentia ge  
neratiua  
dupliciter

Qui sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter Regnum Cęlorum. Quest. XCI.

QVAERETVR de tertijs eunuchis, qui seipfos castrauerunt propter regnum cęlorum, quos Christus laudat, quomodo se castrant.

Dicendum, quod non intelligitur de castratione, quę est secundum carnem: quia ista non est licita, ideo sicut neque propter alias causas est licita, vt scilicet propter cultum idolorum, ita neque propter cultum Dei licet: quia primi incidunt in idolatriam, secundi in dementia.

Primo quia sibiipsis violentiam inferunt, & sicut si alius abscinderet eis membra illa peccaret, ita ipsi abscindendo peccant: quia licet non possint sibiipsis facere iniuriam, faciunt tamen iniuriam simpliciter, sicut dicit Aristoteles 5. Ethic. de illo qui seipsum occidit.

Secundo quia fecit iniuriam Deo deturpando plasmam eius: relucet enim aliquo modo in corpore nostro bonitas, & bonitas dicitur rationem integritatis: ideo nos auferendo aliquam partem earum, quas Deus condidit bonitati diuinę, quę in nobis relucet, iniuriam faciamus.

Tercio quia præiudicatur ipsi nature: nam humana natura habet operationum perfectionem super alias species animalium, quę pauciores & imperfectiores operationes habent: perfectio autem operationum manifestatur per organa operatiua: ideo qui abscindit aliquod illorum, nature humanę facit quandam iniuriam, quia eam deturpat.

Quarto quia præiudicatur cõmunitati, cuius est pars: quia sicut qui seipsum occidit, non facit iniuriam sibi, sed ciuitati: vt dicitur 5. Ethic. ita quancunque partem corporis sibi abscindat, cum per hoc reddat seipsum inutiliorem, peccat contra politiam ciuitatis.

Quinto quia iste usurpat potestatem, quam non habet. Nam secundum legem nemo est dominus membrorum suorum, & ideo nõ potest illa abscindere pro libito suo, & ita abscindendo peccat contra legem: vnde qui seipfos abscidunt, homicide vocantur quinquagesima quinta distinctio: Siquis absciderit.

Septimo, quia imitantur idolatras, qui seipfos abscidunt in cultum idolorum, vt dicit Hieronymus.

Ostauo, quia licet se castrēt aliqui propter Deum, decipiuntur: quia faciunt hoc, vt resistant concupiscentijs, & non exerceant venereas: sed per hoc non habetur remedium. Nam possunt se facere impotentes ad venereas exercendum: sed non ad illa volendam, & tamen in volendo peccatum est, etiam si non sequatur effectus, quando sequi non potest. Nõ est enim impetus concupiscentiarum in organo genitalibus, sed executio venereorum. Concupiscentia enim alibi originem habet, cum sperma interius gignatur, quod pulsatur ad exitum & ideo si quis vult profus sibi abscindere omnem motum concupiscentiarum per abscisionem aliquarum partium, oportet, quod abscindat sibi totam vitam. Non enim est possibile diu viuere, & nihil concupiscere: nemo igitur optet, quod neque Deus concedit, neque natura patitur, auferre scilicet omnem concupiscentiam, sed optet concupiscentias regere frenando eas sub flagello rationis. Sic enim & Paulo petenti auferri sibi stimulum carnis Christus ait: Paule. sufficit tibi gratia mea, secundę Corinth. duodecimo capitulo. id est, non oportet, quod auferantur a te concupiscentiæ ad hoc, quod bonus sis, sed sufficit tibi, quod de tibi gratiam meam, per quam illis resistas. De his dicit Chrysothomus: Cum dicitur qui se castrauerunt: non dicit membrorum abscisionem, maledictioni enim obnoxius est, qui membrum abscindit: Et enim quę homicidarum sunt talis presumit, & Manichęis, qui detrahunt creaturis, tubuit occasionem, & eadem cum gentilibus membra detruentibus iniqua agit, abscindere enim membra demoniacę tentationis est: Cum

Bonitas dicitur rationem integritatis.

Secundum legem nemo est dominus suorum membrorum.

Peccatum est in volendo dato quod non sequatur effectus.

Canones Apost.

Concil. Arelat.

his, aut quę dicta sunt, neque concupiscentia fit mansuetior, sed molestior: aliunde enim fontes habet sperma, quod in nobis est, & præcipuè à proposito in continenti, & mente negligente: & si ipsa fibrosa fuerit, naturalium motuum nullum est nocumentum, nec ita abscisio membri comprimit tentationes, & tranquillitatem facit, vt cogitationis frenum: & ideo nulli licet abscindere sibi virilia, vel aliam partem corporis quacunque intentione agat, nisi faciat de consilio medicorum ad euadendum aliquam grauem ægritudinem, quam aliis non crederetur posse euadere. Sic dicitur extra de corpore vitia. cap. ex parte in presbyteri. Ille enim, vt non incideret in morbum lepre, de consilio medicorum virilia sibi amputauit: & idē dicitur 55. distinctio. cap. si quis à medicis, & cap. si quis per ægritudinem. Ideo in omni alio casu, qui absciderit sibi virilia, nõ promouetur ad ordinem sacrum, & hoc siue ex indignatione, siue ad cauendum fornicationem factum sit. Sic dicitur in Concilio Apostolorum 55. distinctio. si quis absciderit semetipsum, id est, amputauerit sibi virilia non fiat clericus: & si iam sit in ordine sacro, nõ ordinabitur ad vltiorem, neque permittetur ministrare in eo, quem habet. eodem capitulo. si quis absciderit, & capit. si quis à medicis, & cap. si quis per ægritudinem: & hoc etiam si ideo agat, vt concupiscentias euitet. eadem distinctio. capit. hi, qui se, scilicet: Hi qui se carnali vitio repugnare nescientes abscidunt, ad clerũ peruenire non possunt. Et hoc, quia non recte existimant, cum concupiscentia venereorum non tollatur abscisione corporis, sed freno cogitationis. eadem distinctio. cap. si quis per ægritudinem, scilicet: Siquis autem sanus non per disciplinam religionis, & abstinentiæ: sed per abscisionem Deo plasmati corporis existimat posse à se carnales concupiscentias amputari: & ideo se castrauerit: non enim admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Et hoc verum est ex rigore: ex dispensatione autem interdum permittuntur tales ministrare in ordinibus susceptis: licet non promouantur ad altiores, & non quidem in omnibus, sed solum in toto officio sacerdotali, siue ministerio altaris, vt patet extra de corpore vitia. cap. significauit. De his, qui seipfos absciderunt, in quo peccent, & quas penas incurrant magis dictum est supra 5. cap. quęst. 248. & 249.

Quomodo se castrant hi, quos Christus laudat.

Questio XCII.

QVAERETVR ergo, quomodo ergo se castrant isti, quos Christus laudat. Dicendum, quod accipitur castrare per metaphoram pro abstinentia à venereis, quia sicut illi, qui se castrant abscidunt sibi partes desiderantes venereis: ita isti, de quibus Christus loquitur amputant de corde suo omnia venereorum desideria illis non consentiendo: & hoc modo Christus loquitur, supra quinto capitulo, & præcedenti capitulo, quando dicit oculum eruentum, & pedem, aut manum præcidendos, scilicet, actus istorum, & non membra: & hoc est quando per abstinentiam macerando carnem, & per sollicitudinem in vigilando super concupiscentias insurgentes præcidim⁹ eas: & ita dicitur 55. dist. cap. si quis per ægritudinem: si quis sanus non per disciplinam religionis, & abstinentiæ, sed per abscisionem corporis à Deo plasmari existimat posse carnales concupiscentias amputari: quasi dicat: non possunt per abscisionem, sed per disciplinam religionis, & abstinentiæ. Et dicuntur isti castrare seipfos, i. voluntarie abstinere, in quo distinguuntur ab Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

eunuchis per naturam, & eunuchis factis ab hominibus, qui coguntur abstinere, quia venerea exercere nõ possunt: licet possint concupiscere illa. Etiam distinguuntur ab illis, qui potentes existētēs ad venerea, coguntur non exercere illa sublata eis omni opportunitate: isti. n. castrati sunt, sed seipfos non castrant: imò dicuntur castrati ab hominibus. à quibus coguntur abstinere. Etiam excluduntur ab his illi, qui seipfos realiter castrauerunt, quia licet propter regnum cęlorum faciant. vt concupiscentias euitent, per quas impeditur transitus ad regnum: tamen non seipfos castrant: sed magis ab hominibus castrati dicuntur: quia isti non continentiam voluntarie, sed coguntur continere, cum exercere venerea non possint. Dicitur autem propter regnum cęlorum. i. propter Deum, vel propter habere vitam eternam, quia ad idem pertinet licet melius sit agere aliquid, vt placeam⁹ Deo, quam vt habeamus vitam eternam, & per hoc excluduntur illi, qui continent quidem sponte, sed non propter Deum, sed propter lucrum, vel hypocrisim, aut honorem, vel alias causas mundanas: quia isti acceperunt mercedem suã, & apud Deum nihil eis relinquunt. Sicut dicitur de orantibus, vel facientibus eleemosynam, aut ieiunantibus propter homines. supra sexto capitulo. Et quia isti, qui omnino se castrauerunt, propter regnum cęlorum, qui nullo modo nubunt sunt virgines, erat dicendum de virginitate: & tamen dicitur de eadem infra vigesimo quinto capitulo, vbi agitur de virginibus prudentibus, & fatuis.

Melius est agere aliquid, vt placeam⁹ Deo, q̄ vt habeamus vitam eternam.

Tunc oblatis sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus verò ait eis. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cęlorum. Et cum impouisset eis manus, abiit inde.

Tunc oblatis. In præcedentibus docuit Christus de prima virtute contemplatiuorum, quę est continentia: hic docet de secunda, quę est obedientia, & ostenditur per paruulos, qui sunt humiles, & obedientes: & dicitur. Tunc oblatis sunt ei paruuli. Id est, quando finiuit prædicationem ad turbas, & disputationem de repudio cum Phariseis, illi, qui erant deuoti Christi obtulerunt ei paruulos suos quos secum portabant. Vt manus eis imponerent. Scilicet, benedicendo eis. Et oraret. Scilicet, pro illis. Discipuli autem increpabant eos. Id est, discipuli Christi, qui iuxta illum erant increpabant inferentes paruulos, nõ totinferredent, aut nõ ad Christum accederent. Iesus autem ait illis. Videns, quod non erat bonum, quod qui deuotè accedebant, arcerentur, locutus est ad discipulos, nõ arcerent accedentes. Sinite paruulos. Id est, permittite eos venire ad me. Et nolite eos prohibere venire ad me. Eadem sententia videtur esse repetita. Vel potest intelligi sinit paruulos, id est, ipsos paruulos, qui iam appropinquauerunt mihi finite, scilicet, non repellatis eos, & ipsos, qui nõ dum accesserunt, sed veniunt, nolite prohibere accedere ad me. Talium est enim regnum cęlorum. Id est, non sunt contenti isti, neque repellendi, quia regnum cęlorum est talium, id est, ipsorum, & eorum, qui tales sunt per virtutem quales isti sunt per aetatem. Et cum impouisset eis manus. Scilicet, benedicendo, & orando: quia ista duo petebant, qui paruulos offerrebāt. Abiit inde. Id est, de loco illo, in quo prædicauerat, & responderat de libello repudij.

Ad

Ad quid positum est hic de oblatione puerorum.
Questio XCIII.

QVAERETVR, ad quid positum est istud hic.
Dicendum, quod fuit primò, quia fuit secundum ordinem hoc coniunctum precedentibus, ut ostendatur quæst. seq. Secundò, & præcipuè ad ostendendum affectum populi erga Christum. Nam ante hoc dictum fuerat de Pharisæis incredulis, qui aduersus Christum disputabant, & quia fortè putaret aliquis tales fuisse omnes turbas erga Christum: & ira in nullo honore esset: ostenditur qualem animum ad eum cœteri habebant præter Pharisæos, & quam opinionem de eo tenebant. Nam ita eum venerabantur, quod paruulos ei benedicendos offerebant. Sic dicit Theophilatus: Ostensa superius nequitia Pharisæorum Christum tentantium, nunc ostenditur multa fides turbarum, quæ tantum manuum impositione putabant. Christum benedicere paruulos, quos illi offerebant. Tertiò, ut erudiamur nos paruulos nostros sacerdotibus benedicendos offerre, quia quando illi benedicunt Christus benedicat. Quarto, ut ostendatur Christi humilitas, qui etiam paruulos ignaros, & nullius dignitatis ad se accedere sinebat, & tam benigne eos recipiebat, quod imponeret eis manus, & amplexaretur eos, ut dicitur. Mar. 10. ca. & ostendit hoc, in quantum discipulis prohibentibus pueros accedere ipse iussit illis, quod accederent.

An hoc sit continuatum ad precedentia.
Questio XCIII.

QVAERETVR, an istud sit continuatum ad precedentia. Dicendum, quod continuatum est ad precedentia: quod ostendit litera, cum dicitur tunc oblatis sunt, scilicet, tunc quando præcedentia fiebant factum fuit hoc. Sed obijciatur, quod non fuit statim post illa. Nam ista oblatio paruulorum fuit facta à turba, quæ audiuit prædicationem Christi: & ita mox cum audiret sermonem, antequam recederent ab eo offerrent ei paruulos: & tamen ea, quæ habentur supra, quæ fuerunt dicta discipulis, dicta fuerunt, postquam Christus dimisit turbas, & erat in domo: ergo non fuerunt ista post illa. Dicitur potest vno modo, quod fuit ista oblatio paruulorum postquam Christus locutus est ad discipulos in domo. Nam licet Matthæus non aperiat tam clarè: tamen postquam Christus locutus est cum Pharisæis de libello repudij, venit in domum recedens à turba, & tunc iterum quæ fuerunt ab eo discipuli de libello repudij, ut patet. Mar. 10. cap. & tunc dicitur ad discipulos ea, quæ habentur ex loco illo, scilicet, dico autem vobis, usque huc, ut colligitur Mar. 10. cap. & hic, & tunc erit litera continuata. Secundò, quia conueniet hoc tam ordini, quem ponit hic Matthæus, quam ei, quem ponit Marcus. Nam licet Mar. 10. dicatur, quod postquam essent in domo discipuli, quæsierunt iterum à Christo de eodem, de quo quæsierant Pharisæi: tamen oblationem paruulorum ponit etiam post quæstionem discipulorum factam in domo, sicut hic ponitur: & ita cum ambo concordent, videtur iste esse ordo. Tertiò, quia dicitur supra in litera. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde: & ita postquam paruuli oblatis sunt, non mansit Christus in eodem loco, ergo non quæsierunt in domo discipuli à Christo post oblationem paruulorum, sed prius. Et idem ordo ponitur Mar. 10. nam posita oblatione paruulorum dicit: Et cum egressus esset in via: & ita non mansit in loco, in quo nunc fuit cum turba post oblationem paruulorum. Sed tunc dicitur, quomodo potest stare hoc: quia cer-

tum est, quod turba offerret Christo paruulos, quando starent coram eo finito sermone: & tamen discipuli quæsierunt à Christo: & respondit eis illa, quæ habentur supra postquam redijt in domum, ut patet. Mar. decimo: ergo prius oblatis fuerunt paruuli, quam diceret Christus discipulis ea, quæ habentur supra. Dicitur potest vno modo, quod Christus bis se exhibuit turbæ in eodem loco, & in prima vice prædicauit, & respondit Pharisæis quærentibus de repudio, & tunc redijt in domum, & interrogatus à discipulis de libello repudij dixit ea, quæ habentur supra ab illo loco. Dico autem vobis, & post hæc iterum se exhibuit turbæ in eodem loco, & prædicauit, & tunc turba obtulit paruulos, & imposuit manibus, recessit inde Christus. Sed videtur, quod hoc non satis conueniat. Primò, quia si bis Christus se turbæ exhibuisset in eodem loco, poneretur quid prædicasset secunda vice, sicut ponitur de prima, vel saltem diceretur, quod prædicauerit: & tamen nihil dicitur: ideo non videtur, quod se secundo exhibuerit. Secundò, quia dicitur Mar. 10. & cum esset in domo, discipuli eius de eodem interrogabant: & tamen in loco illo, in quo nunc Christus erat, non erant domus, neque populus, sed campus, vel desertum in finibus Iudæ, & Galilæe ubi turba eum inuenerat: ideo non poterant in eodem loco duæ exhibitiones Christi, fieri quarum vna esset postquam Christus redijt in domum.

Dicendum ergo videtur aliter, scilicet, quod oblatio puerorum fuit facta Christo statim, ut prædicauit in loco illo: & respondit Pharisæis de libello repudij, quia non moratus est ibi Christus amplius. Postquam verò turba recessisset à Christo oblatis paruulis declinavit Christus ad aliquem locum cum discipulis, & ibi cum esset in domo quæsierunt ab eo discipuli de libello repudij, de quo supra disputauerat cum Pharisæis: & tamen tam Matthæus, quam Marcus tenuerunt hic ordinem artificialem omissio naturali, quia illud quod quæsierunt discipuli à Christo, & quod ipse respondit pertinebat ad quæstionem supra disputatam cum Pharisæis, & declarabat illam: ideo conueniens fuit, ut simul cum illa scriberetur, ut magis conueniret modo doctrinali, & tales mutationes ordinis naturalis in artificialem necesse est sæpe fieri tam in sacris literis, quam in historijs secularibus: quia aliter non possunt gesta intelligibiliter scribi. Et quando obijciatur, quod dicitur hic, tunc oblatis sunt. Dicendum, quod refertur non quidem ad ista verba, quæ immediate ante hoc scripta sunt de eunuchis: sed ad illud quod cum Pharisæis disputauerat Christus.

Quare turba offerebat Christo paruulos ad imponendum eis manus.
Quest. XCV.

QVAERETVR, quare turba offerebat Christo paruulos ad imponendum eis manus. Dicendum, quod hoc poterat fieri propter multa. Primò, ut aliqui dicunt fuit, quia Christus ante hoc de castitate prædicauerat, scilicet, de virginali, & quia omnes pueri secundum ætatem istam munditiam virginalem tenent, offerebat illos turba, tanquam Christo placentes. Sic dicit Chryostomus: Dominus de castitate sermonem fecerat: audientes autem quidam obtulerunt infantes ei castitate mundissimos: putabant enim, quod dominus corpore mundos tantum laudaret. Sed hoc non multum stat. Primò, quia tunc præsupponendum esset, quod prius dicta essent, quæ habentur supra de eunuchis, quæ esset oblatio paruulorum: & tamen falsum est, ut ostensum est præced. quæst. Secundo,

Secundò, & efficacius, quia tunc oporteret, quod ea, quæ dicta sunt de eunuchis, dicta essent coram turba, & auditis illis turba offerret paruulos, tanquam Christo gratos: & tamen ista non dicta fuerunt coram turba, sed coram solis discipulis, quia ut dicitur Mar. 10. cum Christus esset in domo, interrogauerunt discipuli ista eum: ergo non potuerunt hac intentione offerre ei paruulos. Tertiò, quia litera videtur dare causam cum ait, ut imponeret eis manus, & oraret: ergo non fiebat ex intentione, ut essent grati Christo. Alij dicunt, quod hoc fecerunt Iudæi ex quadam consuetudine inter eos obseruata. Nam erat consuetum, quod senioribus offerrent paruulos viris alicuius auctoritatis, vel sanctitatis, ut imponerent eis manus: & ita iuxta hanc consuetudinem petierunt à Christo, ut imponeret eis manus. Sic dicit Remigius: Consuetudo fuit apud veteres, ut paruuli offerrentur senioribus, quatenus eorum manu; vel ore benedicerentur, & iuxta hanc consuetudinem paruuli oblatis sunt domino. Tertiò potest dici, & adhuc melius, quod turbæ faciebant hoc credentes per istam impositionem manuum dari illis virtutem aliquam: videbant enim per manus Christi multa miracula fieri: quia mox, ut aliquid tangebant volens sanare sanabat, sicut imposuit manum leproso, & curatus est, supra octauo capitulo. Et non solum quia ipse tangebatur: sed etiam, qui eum tangebant curabantur à languoribus, ut patet de muliere fluente sanguine, supra nono; & Lucæ octauo: & ita multi rogabant Christum, ut permitteret eos tangere simbriam vestimenti eius, & quotquot sic tetigerunt, sanati sunt, supra 14. capitulo, sed per tactum manus curare solebat, ut patet de puella mortua. Nam tetigit eam supra nono, & duos cecos, quos illuminauit, tetigit. eodem capitulo. Et ceterum, quem illuminauit 10.9. tetigit: Et cum suscitauit adolescentem, tetigit loculum, Luc. 7. Credentes ergo Iudæi, quod illi, quos tangeret liberarentur ab incurribus dæmonum, & alijs malis: offerebant ei paruulos tangendos. Sic dicit Hieronymus: Iam enim ex precedentibus virtutibus eius experti erant, quoniam per impositionem manuum eius, & orationem repelluntur mala: offerunt ergo ei pueros considerantes, quoniam impossibile est, ut postquam per tactum dominus dederit in eis diuinam virtutem, ut ruina, aut dæmonium aliquid tangere eos possit, & ista est vera positio.

An paruuli isti oblatis Christo consecuti fuerint virtutem aliquam, aut bonum aliquid per tactum manuum Christi.
Questio XCVI.

QVAERETVR, an paruuli isti oblatis Christo consecuti fuerint virtutem aliquam, aut bonum per tactum manuum Christi. Dicendum, quod potest quæri, an poterant recipere aliquid per impositionem manuum illius. Vel an de facto aliquid recipiebant. Ad primum dicendum, quod certum est, quod poterant aliquid recipere. Nam Christo tangente sanabantur leprosi. supra 8. cap. illuminabantur cæci. supra 9. & Ioan. 9. cap. suscitabantur mortui, supra 9. & Luc. 7. ideo certum erat, quod pueri possent nunc consequi bonum aliquid per tactum eius. Etiam minus erat tangere Christum, quam tangi à Christo: & tamen per tangere Christum consequerentur infirmi sanitatem, supra 9. & 14. cap. ergo à fortiori per tangi à Christo possent homines consequi aliquid boni ab eo. Ad secundum dicendum, quod non apparet quod bonum inde consecuti fuerint: & tamen certum est, quod aliquid fuerunt consecuti. Dicunt enim aliqui, quod consequerentur sanitatem ab ægritudinibus, quas patiebantur. Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Innuunt enim: quod illi paruuli erant languentes, & offerrebantur Christo, ut sanaret eos. Sed dicendum, quod si verum esset, certum erat, quod sanarentur à languoribus: quia omnes oblatis Christo, & tacti ab eo sanabantur: imò & qui tangebant eum factum: ideo omnis turba quærebat tangere eum, quia virtus exibat de illo, & sanabat omnes. Luc. 6. ca. & tamen non est verisimile, quod essent languentes. Primò, quia si isti paruuli essent languidi, nominaret eos scriptura sub nomine languidorum, & non sub nomine paruulorum: & tamen omnes nominat paruulos. Secundò, quia si offerrentur isti paruuli quasi essent languentes, non offerrentur soli paruuli, sed etiam adulti, & senes, masculi, & femine: & tamen solos paruulos dicit oblatos: ergo non erant languentes. Tertiò, quia si languentes essent, offerrentur ei sanandi. Et tamen Euangelista dicit, quod oblatis sunt ei paruuli, ut imponeret eis manus, & oraret: & Mar. 10. ca. dicitur, quod oblatis sunt, ut tangeret eos: ergo non offerrebantur, tanquam languentes sanandi.

Dicendum ergo, quod non erant paruuli languentes, neque offerrebantur curandi, sed offerrebantur, ut bonum aliquid susciperent. Et dicendum, quod illud susceperunt, quod parentes, vel offerentes desiderabant consequi illos per hunc tactum, vel aliquid melius. Et patet primò, quia si nihil consequerentur inde, videretur quod iste tactus Christi, quem ex proposito, & intentione faciebat, nihil proficeret: quod est inconueniens, & apparet sic: offerentes offerrebant paruulos, ut aliquid per tactum Christi consequerentur, & Christus tangebatur oblatos: ergo vel tunc Christus intendebat aliquid eis conferre per tactum, vel non: si nihil intendebat conferre, deludebat offerentes, quia videbatur precibus eorum, & intentioni acquiescere, cum tangeret pueros ab eis oblatos: & tamen non intenderet conferre aliquid per tactum. Si autem intendebat aliquid conferre, necesse erat, ut sequeretur id, quod ipse volebat: ideo aliquid consequerentur. Secundò patet, quia aliàs daretur aliquis actus Christi, qui esset omnino inutilis, quod est absurdum. Patet antecedens hoc, quia cum iste actus tangendi, non esset ordinatus ad aliud, nisi ad proficiendum paruulis: & si non proficeret, nihil omnino faceret: ergo esset inutilis, quod est falsum: ergo contulit aliquid pueris. Tertiò, quia offerentes ex deuotione, & fide offerrebant: nam credebant aliquid eis posse consequi per tactum domini: quia aliàs non offerrent ei paruulos tangendos. Etiam deuorè faciebant, quia accedebant humiliter, & instanter: nam etiam si increparentur à discipulis sustinebant, & accedebant: ideo videtur, quod aliquid eis proderat, quia nunquam aliquid accessit ad Christum cum fide, & deuotione, qui non consequeretur omnia, quæ petebat abundanter. Quarto, quia videtur, quod Christus intendebat aliquid conferre: nam discipulis arcentibus pueros indignatus est, quia non permittebant pueros accedere ad eum. Si tamen nihil collaturus esset illis tangendo eos, sine causa indignaretur discipulis hoc prohibentibus, quia nullam bonum prohibebant, vel impediebant: ergo videtur, quod aliquid bonum conferebat illis tangendo eos, quod impediretur si discipuli prohiberent illos accedere ad Christum. Quod autem esset bonum quod eis Christus inferebat tangendo eos, nemo sufficienter dicere potest: tamen quia scriptura hoc non refert: tamen quia nemo scire potest quantæ virtutis esset tactus manus Saluatoris: unde aliquibus magna, aliquibus minora conferrentur secundum, quod Christus eos ad inæqualia bona disposuerat peruenturos. Satis tamen videtur dicendum, quod omnes illi peruenirent ad bonum, ad quod offerentes eos offerebant, si tale erat, quod conueniens esset eos consequi.

Nemo sci- re pot- quæ virtutis esset tactus manuum Saluatoris

Q 2 nam



nam quodcumq; aliqui petebant aliquid à Christo: si iustum esset, & cū fide peterent, semper obtinebant: ideo cū offerentes paruulos offerrent eos ex fide putantes, q̄ Christus posset eis benefacere, & ex deuotione, quia ardentè accedebant, & humiliter obtinerent ea, quæ peterent, nisi talia peterent, qualia non esset decens concedi, & si non erant, conuenientia, & fortè ex simplicitate illa petebant concederet Deus eis alia maiora, & magis eis conuenientia. Quid autem peterent offerentes paruulos satis potest dici, quòd petebant, quòd dæmones non possent nocere pueris, neque accidentia mala, quæ mortem violentam inducunt. Sic dicit Hiero. Offerunt ei pueros considerantes, quoniam impossibile est, vt postquam per tactum dominus dederit in eis diuinam virtutem, vt ruina, aut dæmonium aliquod tangere eos possit.

Quare turbæ volebant, quòd Christus imponeret manum, & oraret pro pueris. Quest. XCII.

**Q**VAERETVR, quare turbæ volebant, quòd Christus imponeret manum, & oraret: nam videtur, quòd malè sentiebāt de Christo, quia ad ipsum non pertinebat orare, cū esset Deus, sed efficere qđ vellet mandando. Dicit potest vno modo, quòd offerentes volebant, q̄ Christus oraret pro pueris, quia putabāt Christum esse virum sanctum, & Deo acceptabilem, & quidquid ille peteret, Deus exaudiret: ideo volebāt, q̄ oraret p paruulis, q̄ eis benefaceret Deus, H quasi eo orante certum esset, q̄ Deus faceret, qđ petebant orantes, & offerentes pueros. Et hoc non erat inconueniens, quia nondū credebāt eum esse Deū verū, sed Prophetam sanctū: sic. n. qñ suscitauit adolecentē filium viduæ in Naim dixit turba: Propheta magnus surrexit in nobis. Luc. 7 & nondum eum Deum vocauerunt, licet tanta miracula faceret. Aliter potest dici, q̄ licet putaret eum Deum esse, & hominē sicut verè erat, non errabant petentes, q̄ oraret, quia ipse in quantum Deus poterat oia, & non oportebat, q̄ oraret: & tamen quia in quantum hō erat minor patre. Io. 14. conueniebat ei, vt oraret: & tñ licet non errarent petetes, tamen si ipsi verè crederent esse Deū, nequa q̄ peterēt, q̄ oraret, quia q̄ ille interdum oraret, non faciebat ex necessitate quasi oporteret, q̄ ille oraret ad hoc, q̄ cōsequeretur aliquid eorū, q̄ petebat, sed faciebat ex alijs causis: & tñ Iudei non errabant petentes ab eo, vt oraret cū sepe viderent eū orantē. Nam in suscitatione Lazari orauit, & sepe alias orabat. Nam qñ ibat in templum, sepe orabat, quia ibi non vacabat nisi, vel orationi, vel predicationi, qñ iam pdicare cēperat, vel si nondum cēperat predicare audiebat & ipse intentus verbum Dei, sicut ceteri: vnde ipse increpuit eos, qui cōuerterant templum ad negotiationem, dicens, quòd domus mea domus orationis vocabitur Io. 2. Aliter potest dici, q̄ turbæ non petebant à Christo, quòd ipse oraret pro infantibus quasi solū petendo pro eis bona à Deo, sed oraret. i. verba bona super eos proferret benedicendo illis, quæ non pertinent solū ad supplicationem, sed magis ad expressionem collationis bonorū, quæ infundebantur pueris per impositionem manū Christi; & ita factum est: quia Christus non orabat p eis, quòd Deus illis benefaceret, sed magis predicebat ex auctoritate bona eis futura, vnde potius benedicebat eis, quàm oraret pro illis. Sic patet Mar. 10. capit. & imponens manū super eos benedicebat illos: & tamen licet sic faceret Christus, veritas est, quòd Iudæi nondum agnoscetes eum esse Deum verum petebant ab eo, sicut à viro sancto, quòd oraret pro illis: quasi oratio eius esset efficax, & per tactum manuum eius consequerentur pueri aliquod bonum.

Quid instrumur ex loco isto Euangelij, scilicet, de oblatione paruulorum Christo. Quest. XCIII.

**Q**VAERETVR, quid instrumur ex loco isto. Dicendum, quòd principaliter instrui mur, quòd paruulos nostros offeramus benedicendos sacerdotibus, qui locum Christi representant, & tenent. Nam ex benedictione sacerdotum imponendo manus super paruulos magna bona consequuntur. Nam non sunt illi, qui benedicunt, sed Deus, qui effectum benedictionis infundit sacerdotibus benedicentibus nos. i. bona petentibus: & ita dixit Deus sacerdotibus legis Moyfi Numeri sexto, vbi Deus tradidit formam benedicendi, dicens Moyfi: Loquere Aaron, & filijs eius, sic benedicetis filijs Israel, & dicitis eis: Benedicat tibi Dominus, & cœtera, & sequitur, inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicā eis. Et tamen sacerdotes noui testamenti sunt multo excellentiores sacerdotibus veteris testamenti, sicut sacrificium nostrum est excellentius illo sacrificio vniuersali: ideo multo perfectius benedicere poterunt sacerdotes nostri, quàm sacerdotes veteris testamenti: & licet omniū vir sanctus, & bonus inter nos benedicere possit: tamen sacerdotibus magis conuenit benedictio, quàm alijs. Nam in lege Moyfi non dedit Deus auctoritatem benedicendi aliquibus nisi sacerdotibus: ergo & nunc per excellentiam, & ex officio nemini conuenit benedicere, & imponere manus nisi sacerdotibus. Ab istis autem possunt omnes benedici, sed maximè conuenit paruulis benedici per manuum impositionem, quia ipsi sunt in principio operationum suarum, & si principium bonum est cetera erunt meliora, vel saltem bonum aliquod à bono principio accipient: ideo conuenit eis, vt benedicantur, & sic à bono, quod per benedictionem infunditur omnes operationes eorum rectæ fiant: & ideo licet Deus dedisset sacerdotibus veteris testamenti auctoritatem benedicendi omnes filios Israel cuiuscunque essent ætatis; tamen Iudæi solos paruulos nunc obrulerunt: ita & nos licet omnes à sacerdotibus nostris benedici debeamus: maximè tamen conuenit, vt paruulos nostros eis benedicendos offeramus. De benedictione ista dicit Chrysostomus: Præsens locus instruit omnes parentes, vt filios suos sacerdotibus offerant: non enim sacerdos manus imponit: sed Christus in cuius nomine manus imponitur: si enim qui escas per orationem sanctificatas offert domino eas manducat: sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem, vt Apostolus dicit: quanto magis pueros offerri Deo, & sanctificari necessarium est. Causa autem sanctificandarum escarum hæc est, quoniam totus mundus in maligno positus est; vnde & res corporales, quæ sunt magna pars mundi in maligno positæ sunt; consequenter & infantes quando nascuntur, & ipsi in maligno positi sunt.

Quare discipuli prohibebant accedere ad Iesum pueros. Questio XCIX.

**Q**VAERETVR, quare discipuli prohibebant accedere ad Iesum pueros. Aliqui putant, quòd quasi ex inuidia eos motos nolebant, quòd paruulis cōmunicaretur bonum, quòd erat per impositionem manuum Christi. Sed falsum est, quia cuiuscunque inuidere malum est, & potissimè pueris, & maximè in bonis, quæ à Deo conferuntur: discipuli autem nō erant edocti inuidere, sed ab omni vitio fieri immunes; ideo non auderent eorum Christo moueri ex inuidia repellendo paruulos. Sed dicendum, quòd fecerunt quasi Christo seruientes, nē comprimeretur à turbis, & fatigaretur p importunitatē aduenientium.

Paruuli sacerdotibus offerri debent benedicendi.

Tantus

Tantus enim erat Christo seruior ad prædicandum, & beneficiendum turbis: & tanta erat deuotio iubarum erga Christum, quòd sebant importune, vt omni tempore aduenirent. Et ita dupliciter eum fatigabant: primò, quia nullum tempus ei quies dabant: secundò, quia quando astabant ei, comprimebant ipsum. De primo patet, quia aliquando veniebat qñ ipse sedere volebat ad capiendum cibum, & surgebat, vt prædicaret eis, ita vt semel eo sic surgente exirent discipuli, & tenerent eum, dicentes, quòd in furorem versus est. Mar. 3. cap. & aliquando rãta importunitate eum impediabant, quòd neque sumere cibum poterat: & ideo sepe ibat ad loca deserta, vt parum requiesceret à concursu turbarum. Sic dicitur Mar. 6. Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim, qui veniebant, & redibant multi, neque manducandi spacium habebant. De secundo patet, quia interdum ita volebant appropinquare ad Christum turbæ, quòd comprimebant illum. Sic dixit Petrus Christo, Luc. 8. Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt, & dicitis, quis me tetigit. Et ratio accedendi ad eum erat, quia omnes quærebant eum tangere: quia virtus exibat de illo, & sanabat, & aliquando ad cauendum istam compressionem recedebat paululū à turba: ponens se ad locum, ad quem turba non posset accedere. Et ita quando interdum erat in littore maris, & prædicare volebat, vt circumfusa turba non affligeret eum, ascendebat in aliquam nauiculam, & de ipsa prædicabat ad turbam manentē in littore: sic dicitur Luc. 5. Factum est autem, vt turbe irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genesareth. Et sequitur ibi, quomodo intravit in nauiculam, & inde prædicauit: ad hoc ergo euitandum solebant discipuli esse in circuito Christi, vt turbæ irruentes non possent eum comprimere. Nunc autem isti, qui offerbant pueros multi erant, & fortè propter importunitatem, & impetum offerendi irruerant in Christum, & non tractarent eum honestè, & indignabantur discipuli, & non solū prohibebant accedere paruulos ad Christum, vt dicitur hic: sed etiā comminabantur offerentibus, vt dicitur Mar. 10. cap. Secundò, quia etiam si honestè, & reuerenter accederent: tamen tot erant, quòd putabant Christum atteri, & ideo arcebant illos à Christo. De primò dicit Ambrosius super Lucam: Durum autem aliquibus videri potest, quòd discipuli Dominū infantulos adire prohibebant, vbi vel mysterium intelligas, vel affectū. Neque enim hoc inuidia in pueros mentis asperitate faciebant: sed sedule virtutis obsequia dño deferebāt, nē comprimeretur à turbis. De secundò dicit Hiero. non quòd nolent eis saluatoris manū, & voce benedici, sed quòd nondum habentes plenissimam fidem, putarent eum in similitudinem aliorum hominum offerentium importunitate lassari. Tertiò, quia fortè discipuli faciebant hoc propter seipos: nam dum offererentur paruuli, transibat tempus sumendi cibos: & ita affligebantur. Sic enim non solū turbas arcebant, nē ad Christum accederent, sed etiam ipsum Christum aliquando cogere volebant, vt desisteret ab occupationib⁹ turbarum, & sederet ad cibos: sicut quando turbis venientibus, surrexit, cū vellēt prandere, & discipuli exierunt tenere eum dicentes, quòd in furorem versus est. Mar. 3. cap. Quartò faciebant hoc fortè propter Christi dignitatem, & indignitatem puerorum; nam pueri nullius reuerentia sunt: Christus autem erat maxima auctoritatis: & ita videbatur quodammodo minui reuerentia ei debita applicando pueros ad eum. Sic dicit Chry. Discipuli expellebant pueros causa dignitatis Christi: & ista ratio videtur magis conuenire literæ. Nam Christus

dans causam, quòd non deberent eos abijcere, ait: Nolite eos prohibere venire ad me: talium est enim regnum cœlorum; quasi dicat: non putetis eos nullius dignitatis esse, ita vt ad me accedere non debeant, quia talium est regnum cœlorum, sed non potest esse maior dignitas, vel honor, quàm possessio regni cœlorum: ideo magnæ dignitatis sunt pueri, & non sunt repellendi à Christo. Et apparet hoc satis, quia quando viri accedebant ad Christum, vt tangeret eos, vel vt ipsi tangerent fimbriam vestimenti eius, non prohibebant eos discipuli: nunc tamen quando pueros offererebant, prohibuerunt eos, quasi esset minus honorabile Christo pueris singulis manus imponere.

An discipuli peccauerunt impediendo offerentes paruulos.

Questio C.

**Q**VAERETVR, an discipuli peccauerunt impediendo offerentes paruulos. Aliqui dicunt, quòd sic. Primò, quia asperè se habebant: nam increpabant eos, vt dicitur hic: & etiam comminabantur, vt dicitur Mar. 10. & tamen comminari illicitum erat: etiam si aliquid iniuste passi fuissent. Sic dicitur 1. Pe. 2. Christus passus est, pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et sequitur: Qui cū malediceretur, non maledicebat, & cū pateretur, non comminabatur: ergo neque istis comminari licebat. Secundò, quia Christus redarguit eos prohibendo id, quòd illi faciebant. f. Sinite paruulos venire ad me: ergo peccabant offerentes repellendo. Tertiò, quia Christus non indignaretur nisi de peccato, & tamen indignatus est, quando repellent pueros. Mar. 10. capit. f. Quos cū videret Iesus, indignè tulit, & ait: Sinite paruulos venire ad me. Quartò, quia rem iniustam faciebant: nam bonum erat paruulos presentari Christo, ideo prohibens hoc, malum faciebat: apparet hoc cū Christus iusserit, quòd applicarentur sibi. Quintò, quia etiam doctores aliquo modo videntur increpare discipulos in hoc. Sic dicit Chryso. Caro, quia non delectatur in bono, facile oblitiscitur bonum: malum autem, quòd semel audierit retinet semper: ante modicum autem Christus accipiens puerum dixit: Nisi facti fueritis sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum: & ecce statim oblitiscitur discipuli puerilis innocentia, vetabant pueros accedere ad Christum.

Dicendum, quòd discipuli non peccauerunt repellendo pueros, quia bono animo faciebant: non quidem ex inuidia, vt ait Hierony. neque asperitate animi, vt dicit Ambrosius; sed vt seruarent Christo honorem debitum, & propter alias causas expressas præcedenti quæstione, quæ omnes erant honestæ. Aliquo tamen modo poterant reprehendi, quia debuerant considerare, quòd Christo placerent paruuli. Nā ipse paulo ante hoc loquens discipulis, vocauit paruulum, & posuit in medio, & amplexatus est eum, præcedenti capitulo, & Mar. nono: & ita non repellent illos, quos ipse ad se applicabat: & tamen ista inconsideratio, vel inaduertentia non erat in eis peccatum, cū bono animo mouerentur.

Ad primum dicendum, quòd non fuit illud comminari quasi mala se illis inflictuos promitterent, sed verbo aliquo asperè arcendo loquebantur; nam turbæ præ deuotione accedebant ad Christum importunè, & si solū blande eis diceretur, quòd non accederent, non facerent, ideo egebant duro verbo; & ita non faciebant contra consuetudinem discipuli. Pro se enim inferentibus mala non comminarentur;

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Q 3 &

& tamen pro Christo comminari licebat, vt cum nō comprimerent, vel tractarent inhonestē, aut irreuerēter. Et ita ostiarijs dominorum licet aliqua facere arcedo populū immittat manū in clericū non dolosē, aut malignādo, non incidit in canonem: si autem dolosē, & malignando, pretextu tamen officij sui clericū percussit, non est mittendus ad Sedem Apostolicā: licet excommunicatus sit, sed ab Episcopo potest absolui. extra de senten. excom. si verō primō: & tamen si non esset ostiarius mitteretur ad Sedem Apostolicam. Ita discipuli erant nunc velut ostiarij, quia arcebant turbam, nē Christum comprimerent: ideo licebat eis verbo duro increpare turbas repellendo eas, nē Christum vexarent prae importunitate.

Ad secundum dicendum, q̄ non prohibuit, quod illi faciebant quasi faciendo peccarent, sed quia non placebat ei factum, licet intentio facientium placeret: imō discipuli crederent se malē agere, & non seruare honorem, & seruitium debitum Christo: si non arcerent turbas offerentes paruulos.

Ad tertium dicendum, q̄ Christus indigne tulit, vt ostenderet virtutem, & benignitatem suam erga oēs: & tamen aliud ipse, & aliud discipuli respiciebant, & vtrumque considerare rectum erat: nā sicut ad Christum pertinebat ex benignitate omnes recipere, ita ad discipulos, qui tenebantur sequi dominum, & magistrum suum, pertinebat repellere turbas, nē comprimerent ipsum, quousq; ille vetaret hoc fieri, sicut & saepe nos non concordamus cum Deo in volito, & tamen non peccamus, quia talia velle ad nos pertinet.

Ad quartum dicendum, quod bonum erat applicari paruulos Christo: & tñ nō erat bonum necessarium; & in talibus bonis multa sunt, q̄ se inuicem impediūt. Vnde bonum erat paruulos applicari ad Christum, vt benedicerentur ab eo, & bonum eos non applicari, vt non comprimeretur Christus, & quia discipuli magis tenebantur ad bonū, quod erat facere, nē comprimeretur Christus, quod cōpetebat eis ex officio, non peccabant impediendo bonum applicationis puerorū ad Christum, cum vnū non posset seruari stante alio.

Ad quintum dicendum, quod aliquis inaduerentia fuit discipulorum: non tamen talis, quæ induceret peccatum, cum exercebant rem officij sui.

Quare Christus dixit, finite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Quæst. CI.

QVAERETVR, quare Christus dixit finite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Dicendum, quod primō fuit, quia offerentes veniebant cum fide, & deuotione credentes, quod paruuli consequerentur aliquid ex impositione manū Christi: & tamen Christus nunquam repellit eum, qui cū fide accedit, quia si istos repellit, quos recipiet. Secundō, quia tota Christi intentio erat proficere exercendo officium suum, dum hic manebat. Sic dixit ipse Mar. 1. & Luc. 4. Eamus in proximos vicos, & villas, vt & ibi prædicem: ad hoc enim missus sum, & vt ista exerceat, saepe cessabat a necessaria quiete, omittens tempora cibi, & recreationis. Sicut Mar. 3. capit. quando surrexit de mensa vadens ad turbas, quæ quærebant eum, & aliquando cibum sumere nolebat, vt prædicaret, sicut Io. 4. quando discipuli obtulerunt ei cibos, vt comederet, & ille noluit dicens: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Et hoc erat, quia expectabat quosdam, qui venturi erant ad eum immediatē de ciuitate, & illis prædicaturus erat, & dixit: Cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, & tamen isti, q̄ offerebant paruulos, & ipsi paruuli

oblati proficiebant in hoc, quia vtriusque aliquid boni conferebatur. offerentibus quidem ex merito fidei: paruulis autem ex impositione manuum, ideo iussit eos non prohiberi. Tertio, quia Christus volebat ostendere humilitatem suam. Tanta enim humilitatis erat, quod neminem dedignabatur quantumcumque esset paruus conditionis. ideo & paruulos, qui propter ætatem nullius adhuc reuerentia sunt, non dedignabatur sibi applicari. Quarto, vt Christus instrueret discipulos fugere elationem, & de se humilia sentire, scilicet, quia cum ipse nō aspneretur paruulos, neminem illi contemnere deberent. Sic dicit Chry. Discipuli prohibebant offerentes propter Christi dignitatem: saluator autem erudiens discipulos suos sapere moderata, & tumorem cōculcare mundanum, accipit pueros, & eis prænunciat regnum Dei. Quinto fecit Christus hoc, vt ostenderet, quod nos debemus si maiores fuerimus condescendere vilitatibus minorum, & propter illas aliquid tolerare, & non irridere eos, qui aliquem applicant cultui Dei qualiscūque ille sit. Sic dicit Origenes: Siquis ergo eorum, qui doctrinam Ecclesiasticam profitentur, videat aliquem offerentem aliquos stultos mundi, & ignobiles, & infirmos, qui propter hoc appellati sunt pueri, & infantes: non prohibeat quasi sine iudicio facientem eum; qui offert tales saluatori: Et post hoc exhortatur discipulos suos iam viros constitutos condescendere vilitatibus puerorum, vt fiant pueri quasi pueri, vt pueros lucentur: nam & ipse cum in forma Dei esset humilians se factus est puer. Sexto fecit hoc, quia iustū erat pueros non repellere à Christo: ille enim mundiciam diligit, quæ in pueris est per artatē. Vnde si istos non reciperet, nemo esset, quem non repelleret. Sic dicit Chry. Quis enim mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo simplex infans? ideo dixit nolite prohibere eos. Nam si sancti futuri sunt, quid vetatis filios ad patrem venire? Si autem peccatores futuri sunt, vt quid sententiam condemnationis profertis, antequam culpam videatis?

Quare Christus dixit: Talium est regnum celorum. Quæstio CII.

QVAERETVR, quare dixit Christus, talium est enim regnum celorum. Dicendum, quod hoc fuit ad ostendendum, quod pueri non debebant repellere ab eo. Discipuli namque eos repellebant, tanquam indignos accedere ad Christum. Christus ergo ostendit, quod digni erant accedere. Non enim ponebat Christus dignitatem in rebus huius sæculi, cum nullum emolumentum sit res huius sæculi possidere, si futurum seculum non habetur: iuxta illud supra 16. Quid prodest homini, si vnuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Et quia paruulis debetur regni cœlestis possessio, censentur maxime esse dignitatis: ideo ait: Nolite eos prohibere venire ad me, quia talium est regnum celorum, id est, tantæ dignitatis sunt, quod eos non debetis contemnere, cum ipsorum sit regnum celorū, cuius possessione nulla est maior dignitas. Similem modum habet Christus præcedenti capitulo, dicens: Videte, nē contemnatis vnū de pusillis, qui in me credunt: dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui est in cœlis: & ita dignitatem eorum ostendit ibi per hoc, quod erat angelos ipsorum videre semper Deum, & ideo non erant contemnendi: ita & hic dicit, non esse eos contemnendos, neque repellendos, cum regnum celorum eis debeatur.

Nullum ē emolumentū res huius sæculi possidere si futurum seculū nō habetur.

Quare

Quare Christus non dixit: ipsorum est regnum celorum, sed dixit, talium. Quæst. CIII.

QVAERETVR, quare non dixit Christus, ipsorum est regnum celorum, sed dixit, talium est regnum celorum. Nam ipse intendebat hic ostendere dignitatem paruulorum: & tñ nihil magis posset dici, quàm quod ipsorum est regnum celorū, quod magis ad dignitatem pertinet, quā dicere, talium est regnum celorum: ergo sic videtur debuisse dici. Dicendū vno modo, q̄ hoc Christus dixit ad magis laudandū pueros in ætate suam: ideo non dixit, q̄ ipsorum puerorū solū, qui oblati fuerāt ei, erat regnum celorum: sed et oīum puerorū, & ideo dixit talium est. oīum puerorum, qui tales sunt per ætatem. Et ita nulli paruuli prohibendi sunt venire ad me. Secundō potest dici, & melius: talium est. i. non solū puerorū, sed et oīum, qui tales sunt. Nam si diceretur, ipsorum est regnum celorū: putaretur, q̄ solis paruulis daretur, & tñ damnū esset adoleuisse per ætatem. Vt ergo ad multos alios etiam extendatur, dicitur, talium est regnum celorum. i. non solū est puerorum in ætate: sed et oīum, qui tales sunt: & hoc et ad laudem puerorum pertinet, cū propter esse similes pueris mereamur regnum celorum. Tertio potest intelligi, q̄ regnum celorum est talium. i. omnium, qui tales sunt per virtutē, quales isti sunt per ætatem. Et istam expositionem tenet Hiero. & Ambrosius, & omnes. Dicit Hier. Signanter autem dixit, talium est regnum celorum non istorum, vt ostenderet nō ætatem regnare, sed mores, & iis, qui similem habent innocentiam, & simplicitatem p̄m̄ium repromittit: & ista est sententia Christi: quia licet adultus aliquis habeat vitam æternam, non habet, vt adultus, sed vt paruulus. Sic dicitur Mar. 10. & Luc. 18. Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei, vt paruulus non intrabit in illud. Et hoc ostendit ipse esse p̄ si militudinem virtutis, sicut dixit præced. cap. nisi conuerſi fueritis, & estiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. Multæ autem sunt probitates puerorum per ætatem, & præcipue humilitas: & ideo hinc specialiter Christus laudauit in eis, dicens. Quod de omnibus paruulis in ea imitari. si quicumque se humiliauerit, sicut paruulus hic, maior est in regno celorū. eod. cap. habent etiam paruuli innocentiam, simplicitatem, puritatem, facilitatem animi ad remittendum iniurias. Vnde Theophilus dixit: Non dixit horum est regnum celorum: sed talium. i. habentium studio, & labore innocentiam, & simplicitatem, quæ habent pueri ex natura. Puer. n. neq; odit, neq; malitiosè aliquid operat, neq; verberatus à matre discedit, sed & si eum vilibus induat vel timētis, præter ea regalibus indumentis sic & ille, qui viuunt in virtutem esse matris suæ, nihil huic præhonorat, neque reginam multorū voluptatem. Etiam debemus imitari pueros ex parte fidei, per quam habetur regnum celorū: pueri siquidē non disputant: sed suscipiunt quidquid eis dicit: ita & nos in fide non arguendo, sed obediendo dicenti procedere debem. Sic dicit Beda: Regnum Dei. i. doctrinam Euangelij, sicut paruulus accipere iubemur, quia quō paruulus in discendo nō contradicit doctoribus: neque rationes, & verba componit eis resistens, sed fideliter suscipit, q̄ docet, & cū metu obtæperat, et dicit: ita & nos obtæperando simpliciter, & sine vlla contradictione verbum Dñi suscipere debemus. Sic et Basilii dicit: Suscipimus aut regnum Dei, vt puer, si dispositi fuerimus erga doctrinam Dñi, vt puer i disciplina nequaquā tradicens, neq; disputas cū magistris, sed credibiliter, & obedienter ibibens documenta: & ob hoc illi, qui sine ratione argumētatiua fidem recipere noluerūt, à regno Dei excludunt: quia nō sunt, sicut puer.

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

A Sic dicit Theophilus: Gentilium sapientes quærentes sapientiam in mysterio, quod est regnum Dei, neque volentes hoc abique fide syllogisticè probationis admittere, merito exclusi sunt ab hoc regno.

Quomodo Christus nunc permittebat ad se accedere turbas importunè, cum alibi eas fugiat. Quæst. CIIII.

QVAERETVR, quomodo Christus nunc permittebat ad se accedere turbas importunè, cum alibi eas fugiat. Nam Mar. 6. dicitur, venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui veniebant, & redibant multi, neque spacium quidem manducandi habebant. Et ita ibi, vt fugeret turbas venit in desertum: nunc verò non solum non fugiebat turbas, sed etiam eos, qui repellebatur admitti faciebat. Dicit potest, q̄ vtrumque faciebat Christus secundum diuersa tempora: nam interdum fugiebat turbas, & interdum exponebat se eis, vt veniret ad eum: nam ipse ad docendū omnes venerat, quia tamen ipse homo erat, & qui cum eo erant recreatione quadam indigebant, & ob hoc vt communis turbæ se exhiberet ad prædicandum, & sanandum omnes. Interdum autem se subtrahebat ad quietem, & tunc magis propter discipulos, quàm propter se. Vnde Mar. 6. in loco allegato, non dixit, requiescamus pusillum, sed requiescite pusillum quasi ppter illos esse quietes, & non propter eum: nunc autem fortè, non erat tempus recreationis, sed magis operis: ideo sustinere voluit, q̄ præsentarentur sibi paruuli, & imponeret eis manus. Aliiter tamen potest etiam dici, quod nullo tēpore Christus abijciebat venientes ad se, licet eos, qui nondum venerant interdum caueret antequam venissent. Nunquam enim Christus subtrahebat se turbæ post quàm veniebant ad eum, etiam si venirent hora importuna. Pater hoc, quia Mar. 3. dicitur, quod cū Christus velleret sedere ad cibos, venerunt turbæ ad quærendum eum, & ipse exiit ad illas, & discipuli indignati, quod tali hora exiret ad turbas: exierunt tenere eum, dicentes, quod in furorem versus esset: Quando autem turbæ nondum venerant, & ipse sciebat eas venturas, si erat tempus recreationis diuertebat interdum ad loca recreationis. Et ita fecit Mar. 6. & tamen si eo manente in recreatione superuenirent turbæ quærentes eum, statim exibat ad illas: etiam si impediretur recreatio ei & suis necessaria. Sic patet Mar. 3. capit. deserat enim iam Christus prædicare turbæ, & intrauerat domum ad cibos sumendos, & cum esset ibi, superuenierunt quidam quærentes eum, & antequam cibos caperet exiit: sic etiam Mar. 6. dixerat discipulis: venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Et ita animo quiescendi diuertebat Christus cū discipulis, sed antequam peruenirent in locum illum desertum, superuenirent turbæ. Ibat enim Christus cū discipulis per mare, & turbæ audientes hoc præcellerunt pedestres in locum, in quem venturus erat, & nondum exierat de nauis: & iam expectabant eum, & cum exiit statim coepit docere eos multa, & curare ægros eorum, & durauit sermo iste vsque ad vesperū, quando discipuli dixerunt: desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas, &c. Mar. 6. & supra 14. c. Er ita non quieuit ibi: licet ad recreandum venisset: sed occurrentibus turbis statim prædicauit. Nunc aut fortè nō erat hora recreationis: sed dato, q̄ esset, cum turba se circumfudisset Christo, nullo mō repelleret eam quantumcumque attadiaretur: & ita paruulos non repulit, sed discipulos repellentes illos compescuit.

Aliaref. ad quæ. q.

Q. Et

Mar. 10. c.  
Luc. 18.

Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in celo: & veni, sequere me.

Mar. 10. c.  
Luc. 12. &  
18.

*Et ecce vnus accedens.* Supra docuit Christus obedientiam: hic docet paupertatem voluntariam, quæ est tertia virtus contemplatiuorum. Et diuiditur in duo: quia primò ponit illud quod est necessitatis. Secundo illud, quod est supererogationis, ibi. *Dixit adolescens.* Circa primum dicitur. *Et ecce vnus accedens.* Scilicet, postquam recessit de loco illo, in quo paruuli ei oblati fuerant. Et dicitur Mar. 10. quod accessit, & genuflexit, quod hic tacuit Matthæus. *Ait illi.* Interrogando, quæ sequuntur. *Magister bone.* Laudare eum videtur: quia bonum eum vocat. *Quid boni faciam.* Id est, quod genus bonorum. *Vt habeam vitam æternam?* De ista vita Christus prædicabat: ideo quæsiuit iste bonum, quod faciendo iret illuc. *Qui dixit illi.* Respondit ei Christus de duobus. primò eum increpat, quia vocauit illum bonum: secundo soluit, quæstionem. *Quid me interrogas de bono?* Id est, quare interrogando vocasti me bonum, scilicet, non bene facis. *Vnus est bonus Deus.* Id est, solus est Deus bonus, & nullus alius debet vocari bonus. *Si autem vis ad vitam ingredi.* Hic ponit solutionem ad quæstionem, & vocat vitam absolutè illam, quam quærens vocauit vitam æternam. Et ratio est, quia illa est absolutè vita, alia autem potius est mors dicenda, quam vita. *Serua mandata.* Id est, seruando illa pænenies illuc. *Dicit illi: Quæ?* Putauit enim iste interrogans, quod præcepta, quæ seruanda erant aliquid speciale essent, & non mandata illa communia: ideo dixit, *Quæ?* Nam ille præsupponebat, quod aliquid obseruandum erat, cum quæserit: quid faciam boni, vt habeam vitam æternam? & tamen nesciebat quid esset illud, quod obseruandum erat. *Dixit illi Iesus.* Expressit mandata, quæ custodienda erant. *Non homicidium facies.* De hoc declaratum est supra quinto capitulo latè, quando de ira dicebatur. *Non adulterabis.* Non solum adulterium, quod est quando violantur iura matrimonij, siue coniugatus cognoscendo alienam coniugem, siue non coniugatus coniugatam, sed etiam quicunque coitus præter matrimonialem, & illicitus, & veritus per illud mandatum de peccato luxuriæ prohibetur. *Quantum ad multa dubia eius latè dictum est supra quinto capitulo.* *Non facies furtum.* Omnis contractatio indebita rei alienæ iniurto domino nomine furti intelligitur, siue sit violentè, & palam, siue clam facta, vel dolosè, vel quomodo- docunque: dum tamen indebitè, vt intelligatur om-

Quid sit  
adulterij.

nis extorsio, vt vsura, simonia, dolosus contractus. *Non falsum testimonium dices.* Siue iurando falsum in iudicio, siue extra iudicium falsum asserendo in damnum proximi. De iuramento, & periurio latè dictum est supra quinto capitulo. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* De hoc dictum est Exodi vigesimo, & aliquid supra quinto capitulo. nomine huius honoris intelligitur omnis subuentio necessaria, vel opportuna, quæ his præstatur, & etiam quibuscunque proximis. vnde omnia opera misericordiæ spiritualia, & corporalia ad istud præceptum reducuntur. *Et diliges proximum tuum.* In hoc innuit omnia alia præcepta, quæ ad proximum sunt, quia quæcunque illa sint ad dilectionem reducuntur. *Sicut teipsum.* Non æqualiter quantum ad affectum, neque quantum ad effectum: sed diliges ad id ad quod teipsum, scilicet, ad vitam æternam, ad quam teipsum diligis. Vel sicut teipsum, id est, eadem volens illi, quæ tibi vis: licet non tanta pro illo cupias quanta pro te, neque tam ardenti affectu, neque tantum laboris pro illo apponas, sicut pro te: & tamen eadem pro illo voles, quæ pro te vis, quia aliàs non vocabitur amicus, quia vt dicitur nono Ethicorum, amicabilia, quæ ad alterum venerunt ex amicabilibus, quæ ad teipsum.

Quando fuit facta ista quæstio Christo, & à quo.  
Quæstio CV.

**Q**VAERETVR, quando fuit ista quæstio facta Christo. Aliqui dicunt, quod quando offerebat turba paruulos aliquis illorum quæreret istud. Dicendum, quod non stat, sed postquam de loco illo recessit, in quo paruuli oblati fuerant, fuit ista quæstio facta. Et patet, quia dicitur supra in litera, & cum imposuisset eis manus abiit inde. Et ideo dicendum, quod cum recederet de loco illo aliquis accessisset ad eum, in via, & quæsiuit. Sic dicitur Mar. 10. Et cum egressus esset in via procurrens quidam rogabat eum, & coetera.

Quis erat iste interrogans, & quare interrogauit hoc.  
Quæstio CVI.

**Q**VAERETVR, quis erat iste interrogans, & quare interrogauit hoc. Ad primum dicendum, quod Matthæus, & Marcus non expresserunt quis esset, aut cuius status, sed Lucæ decimo octauo, dicitur, quod erat quidam princeps. Et cum non vocetur ibi de quo principatu erat, potest intelligi, quod erat de principibus populi, aut Pharisæorum, aut sacerdotum, quia in omnibus his inueniebantur principes. Ad secundum dicendum, quod ista quæstio videtur pendere ex præcedentibus dictis: nam dixerat, Christus de paruulis, quod talium est regnum cælorum: & regnum cælorum, & vita æterna sunt idem: ideo cum Christus ibi dixisset, quod talium est regnum cælorum: quod intelligebatur non de ætate, sed de conditione, & illæ conditiones essent in operibus aliquarum virtutum, quærerere voluit iste, quæ essent virtutum opera, per quæ veniretur ad regnum cælorum: & ideo quæsiuit, quid boni faciam. Sic dicit Rabanus, & Beda: Audierat forsitan homo iste à Domino tantum eos, qui volunt paruulis similes esse dignos introitu regni cælestis: & ideo certior cupiens esse, non per parabolas, sed aperte postular exponi quibus meritis vitam æternam consequi possit.

Qua

Qua intentione iste interrogabat, an bona vel tentatoria.  
Quæstio CVII.

**Q**VAERETVR, qua intentione iste interrogabat, an bona vel tentatoria. Aliqui dicunt, quod tentatoriè quæsiuit. Et patet primò, quia Christus arguit eum de bono: nam vocauerat eum magistrum bonum. Et de hoc eum accusat dicens: Cur me dicis bonum? Mar. 10. & Luc. 18. c. & tamen de bono non potest quis iuste accusari, nisi bonum mala intentione agat vel dicat. Secundo patet, quia si verè interrogaret, reciperet responsum Christi, & tamen nõ recepit, sed cum Christus dixerit, vade & vende &c. dicitur, quod abiit tristis. Et ita innuitur, quod nihil fecit eorū, quæ Christus ei dixit.

Dicendum, quod aliqui tenent istum venisse tentatoriè, & ita tenet Hierony. dicens: Iste, q̄ superbus erat, & adolescens, & diues erat, & superbus, & non voto discens sed tentantis interrogat. Quod ex eo probare possumus, quia dicente sibi domino: si vis ad vitam ingredi serua mandata, rursus fraudulenter interrogat, quæ sunt illa mandata: quasi non sciret ipse legem, aut dominus posset eidem de hoc iubere contraria. Idem tenet Ambrosius super Lucā dicens: Tentator iste princeps magistrum bonum dixit, qui Deum bonum dicere debuisset. Idem tenet Cyrillus dicens: Putauit autem se Christum capere, dum vituperaret moysæcum præceptum. Et sequitur quoniam ergo tentatiuè quærebatur, qui apprehendit sapientes in astutia sua, respondit ei conuenienter. Alij autem dicunt, q̄ non tentatiuè, sed bono animo veniebat iuuenis ad quærendum. Et ista videtur vera positio. Primò quia humilitatem prætulit, nam genuflexo petiuit a Christo ista. Mar. 10. c. & cum egressus esset in via, procurrens quidam genuflexo ante eum, rogabat eum. Et tamen tentatores sunt maligni, superbi, & turboli, & non humiliatur, quales erant Pharisæi, qui non poterant pacificè loqui. Secundo, quia iste quæsiuit de re bona. De vita æterna, tentatores autem terreni erant, & de carnalibus quærebatur. sicut Pharisæi de repudio vxorum. Etiam quia tentatores semper eligunt aliquas quæstiones cauillosas, in quibus quidquid respondeatur, videatur inconueniens: quia quasi cornuto syllogismo, vtroque cornu ligant, & feriunt. Tertio dicitur Mar. 10. q̄ Christus intuitus est eum, & dilexit illum: & tamen, si tentator esset, nõ diligeret illum Christus, quia tentatores erant abominabiles: ideo bono animo quærebatur. Quarto, quia si tentator esset, ostenderet Christus in verbis, vel in modo loquendi eum esse tentatorè. Sic infra 22. quādo Pharisæi quæsierunt ab eo de tributo Cæsaris, & ait, quid me tentatis hypocrite? hic autem neque euangelista hoc ostendit, sicut supra ostēderat de Pharisæis dicens, quod accesserunt Pharisæi tentantes eum, & dicentes: si licet homini dimittere vxorem. Neque Christus illud dixit, ergo non dictum est tentatoriè. Quinto quia iste erat vir bonus, qui a iuuentute sua custodierat præcepta legis. Et hoc Christus asseruit dicens: vnus tibi deest, vade, vade quæcunque habes, & da pauperibus. q. d. non deest tibi nisi perfectio, quæ consistit in paupertate voluntaria. Et ita bonitatem necessariam iam iste habebat cum non deesset sibi nisi perfectio: & tamen tentator nõ est bonus: sed multa ei desunt ad bonitatem necessariam: ergo non erat tentator. Et istam positionem tenet Chry. dicens. Ego autem auarum quidem eum & pecuniarum amatorem, nequaquam recuso dicere, quia & Christus talem esse redarguit: si mulatorem autem esse nequaquam: quia non est securum de incertis iudicare, maximè accusando. Marcus autem hæc suspicionem destruit. Dicit enim quod accurrens, & genu flexo rogabat eum: & quoniam in-

spiciens eum Iesus, amavit eum. Si etiam tentans accessisset, demonstrasset hoc nobis euangelista, sicut & in alijs facit. Si autem & ipse siluisset, Christus nõ permisisset eum latere, sed redarguisset manifestè, aut occultè insinuasset, hoc autem non facit. Idem tenet Beda dicens: Nõ est putandus homo iste, vel voto tentatis (vt quidam putauerunt) dominum interrogasse, vel de sua vita esse mentitus: sed simpliciter, vt vixerat esse cõfessus, quod patet ex eo quod dicitur, quod Iesus dilexit eum intuitus eum. Si autem mēdacijs, aut simulationis noxa teneretur reus, nequaquam intuitus arcana cordis eius diligere eum diceretur Iesus.

Ad primum argumentum in contrarium dicendum, quod non arguitur, quasi simulatoriè iste vocauerit Christum bonum, sed quasi errans per ignorantiam. Non enim bonum protulit sicut proferre debuisset, vt infra dicitur, & ita non vocauit eum bonum adulatoriè, vel tentatoriè, sed hoc intendendo, & tamen in illo etiam simplici corde loquendo errauit.

Ad secundum dicendum, q̄ vero animo interrogabat, volens ire ad vitam æternam, & ingredi uiam perfectionis, & tamen putauerat illā esse faciliorem uiam, quam posset sine dispendio rerum suarum consequi, cum autē responsum est, debere vendi quidquid possideretur, quia difficilimum visum est, tristatus fuit: & tamen si non intendisset verè facere, quod a Christo petebatur, non tristaretur audito uerbo, seu responso difficili, quia tentans non intendit nisi fallere. Tristitia autem est de his, quæ nolentibus accidunt, quæ a nobis mala iudicantur: ergo voluerat iste adolescens posse attingere facilius ad ea, quæ Christus dicebat, & quia difficile ei visum fuit, tristatus est.

Ad dictum autem Hiero. Ambrosij, & Cyrilli dicendum, q̄ magis tenetur positio aliorum sanctorum doctorū, quæ rationabiliter uidetur, licet possunt isti intelligi in veritate, quod iste quærens erat tentator, scilicet, quia non accessit animo perfecto ad Christum, quia si perfectus. i. radicans esset animus eius, quidquid Christus ei dixisset pro consequendo vitam æternam egisset, & tamen non egit: ideo non erat verus amator vitæ æternæ, & quantum ad hoc potest vocari largè tentator. nõ accedens animo simplici, sed ad fallendum Christum, vel ad calumniandum dicta eius eo modo, quo Pharisæi faciebant, vt patet ex dictis, ideo verius est, quod non erat tentator, quam quod esset.

Quare iste adolescens querendo dixit magister bone.  
Quæstio CVIII.

**Q**VAERETVR, quare iste adolescens quærendo dixit: Magister bone. Dicendum, quod aliquo modo pendet ista quæstio ex determinatione præcedentis, tenent enim quidam hunc iuuenem tentatoriè, & fallaciter ad Christum accessisse. s. Hiero. Ambrosius & Cyrillus. Et isti dicunt, quod adulatoriè uocauit iste eum bonum, ut esset aptior tentandi uia. Sic dicit Ambrosius super Lucam. Tentator iste princeps magistrum bonum dixit, qui Deū bonum dicere debuisset. Ita aliquando tentatores dicebant aliqua uerba adulatoria Christo, per quæ non uiderentur tentatores, & aptius eum non deesset sibi nisi perfectio: & tamen tentator nõ est bonus: sed multa ei desunt ad bonitatem necessariam: ergo non erat tentator. Et istam positionem tenet Chry. dicens. Ego autem auarum quidem eum & pecuniarum amatorem, nequaquam recuso dicere, quia & Christus talem esse redarguit: si mulatorem autem esse nequaquam: quia non est securum de incertis iudicare, maximè accusando. Marcus autem hæc suspicionem destruit. Dicit enim quod accurrens, & genu flexo rogabat eum: & quoniam in-

secret



fieret odiosus Cæsari, & iuberet illum occidi. Hoc autem cauillosè ludæi deducere intendebat, ideo cupiebant, vt diceret, non esse reddendum tributum Cæsari: & ad hoc dixerunt, & non est tibi cura de homine. i. licet aliquis homo sit magnè potestatis, non omittis dicere veritatem, etiam si sit contra illum: & ita nunc licet sit contra Cæsarem non reddi tributum: tamen si iustū fuerit non reddi, scimus qd diffinies non esse reddendum. & ita aliquis adulatio erat dicere, magister bone. Sed dicendum, qd cum ex precedenti. q. patuerit non accessisse tentatoriè iuuenem hunc, qd non dixit ad tentandum, vel adulandum, sed volens honorare Christum: quia sapiētibus honor quidam exhibendus est. 9. Ethic. & tamen Christus erat sapientissimus, & ita, vt à perito querebatur ab eo: ideo iustum erat vocari eum bonum, vel aliud nomen excellētiae apponi; & non est credendum, qd iste adolescens fuerit adulator: quia adulator, qui profert fictas laudes, quas non credit esse veras, dicit, vt alliciat, vel fallat: sed adolescens ille credebatur Christum esse bonum magistrū: ideo non dixit adulatoriè vocando eum magistrū bonum: licet satis potest dici, quod vocauerit eum bonū ad alliciendum, sicut interdum aliquorum veras laudes proferimus, vt eos nobis gratiores faciamus, & ad ea, quæ petimus reddamus prouiores. Et ita iste iuuenis fecisse putandus est. Et ex hac causa flexit genu coram Christo. Mar. 10. c. f. vt eum ad respōdendum inclinaret. Nam si adulatoriè & tētororiè dictum sit, magister bone, magis tentatoriè, & adulatoriè factum esset, qd coram eo genua flecteret: & tamen non fuit de illo à Christo redargutus: ideo nihil adulatoriè fecit.

Quare iuuenis iste petijt vitam æternam. Questio CIX.

QVAERETVR, quare iste iuuenis petiuit vitam æternam: nam ante hoc nemo eā petebat. Dicendum, qd iste iuuenis petebat vitam beatam, quæ post mortem est. Nam cum lex Moyfi non promitteret apertè beatitudinem post mortē: & etiam propheta non expresse, sed sub integumentis de vita illa loqueretur, erat dubitatio magna inter Iudæos de statu animarum post mortem, an aliquid boni, vel mali haberent. Nam retributionem pro obseruata lege credebant plurimi eorū esse in presentia, cum in libris Moyfi nihil apertè promittatur, nisi bona temporalia. Leuit. 27. & Deut. 28. Et ita Isa. 1. apertitur: Si audieritis me, & in mandatis meis ambulaueritis, bona terræ comedetis. Quidam ergo Iudæorum putabant non esse aliam vitam post mortem, in qua esset retributio pro bonis, & malis operibus, & hi erant Sadiçei, qui negabāt resurrectionem esse, & spiritum, & angelum. Actu. 23. c. & ideo contra Christum arguebant asserentem resurrectionem: infra 22. & Luc. 20. c. Alij autem Iudæi credebant esse aliquem statum animarum post mortem, & esse resurrectionem, & hi erant Phariçei. Actu. 23. Et tamen isti nesciebant qualis esset ille status siue in penis, siue in beatitudine, & an haberent postea vitam animalium sicut nunc comedendo, & bibendo, vel qualem. Vnde quidam credentes resurrectionem putabant, qd cibus vsuri essent beati post resurrectionē. Sic patet Luc. 14. Vbi cum Christus dixisset retribuatur tibi in resurrectione iustorum: dixit quidam, beatus homo, qui māducabit panem in regno Dei. Christus autem fuit primus, qui apertè de his rebus locutus est dicens esse resurrectionem, & ponens cōditionem resurgētium. i. qd illi non utentur cibus, & potibus, neque coniugijs. infra 22. & Luc. 20. in regno celo rum neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei. i. sicut angeli nihil corporale exercent, cum sint puri spiritus, ita homines beati post resurrectionē

nihil agent nisi spirituale, & talis erit status beatitudinis. Et hunc statum vocat Christus interdum vitā æternam, & interdum regnum celorum. Primum quidē propter durationē: quia illa vita non finitur sicut ista: sed semper manet. Secundum propter locum: quia status beatorum in celo erit, vbi regnare dicent: quia nulli miserā vel coactioni subiciuntur. Iste autem iuuenis erat bene dispositus secundum legem & boni desiderij. Quod patet, quia dixit, quod omnia mandata decalogi seruauerat à iuuentute sua: & dicebat verum vt Christus assensit, qui dilexit eū intuitus illum. Mar. 10. c. ideo concupiuit illam vitam quam Christus predicabat: & sic petiuit, quomodo illam vitam haberet. Dicit autem Theophilus: Miror de hoc iuueni, qui omnibus alijs pro infirmitatibus ad Christum accedētibus hic vitæ æternæ possessionem postulat: cum maligna sit passio auaritiæ, propter quam postmodū contristatus est. Sed sciendum, quod non est valde mirandum: quia iste iuuenis bene dispositus erat, & nō erat auarus quasi alienorum raptor, aut cupidus: sed quasi suorum tenax possessor: & hoc non excludit prorsus a beatitudine: licet aliquo modo impediatur. Maxime quando iste petiuit vitam æternam, non putauit abiectionem possessionum rerum esse necessariā, aut optimam ad habendam beatitudinem.

Quare dixit iste iuuenis, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam. Questio CX.

QVAERETVR, quare dixit: Quid boni faciā, vt habeam vitam æternam. Dicendū, quod hoc fuit, quia iste iuuenis credebatur uitam æternam non dari sine merito. Consistit taurem meritum in operatione: ideo recte quæsiuit quid boni faceret: est enim vita æterna multo excellentior bonis temporalibus: & tamen temporalia bona non dabat Deus Iudæis, nisi in præmium obseruata legis: ergo à fortiori uitam æternam non daret, nisi pro merito: & recte dixit, quid boni faciā: nam per meritum obrinetur præmium: sed meritum non est nisi actus bonus: ergo recte dixit quid boni faceret. Nam malum faciendo nemo meretur, sed demeretur. Sed Mar. 10. & Luc. 18. non exprimit hoc, sed Marcus dixit: quid faciā, ut vitam æternam perficiam? & Lucas dixit quid faciendo vitam æternā possidebo? & tamen subintelligitur bonum, cum per malum nemo mereat. Et hoc expressit hic Matthæus. Ratio quærendi fuit, quia iuuenis iste sciebat, quod faciendū bonum perueniret ad vitam æternam: sed nesciebat quod bonum. Et ratio est, quia in lege Moyfi nō promittebatur expresse uita æterna, sed bona temporalia. Leui. 27. & Deut. 28. & Isa. 1. dicitur: bona terræ comedetis, putauit ergo, quod non essent eadem præcepta uiuendi, per quæ quis haberet vitam æternā, & per quæ haberet bona temporalia: & ita essent alia noua præcepta ad habendam vitam æternam: & de illis quæsiuit dicens, quid boni faciā.

Quare Christus dixit iuueni: Quid me interrogas de bono? Et quomodo potest stare litera ista Matthæi. Questio CXI.

QVAERETVR, quare Christus dixit iuueni: Quid me interrogas de bono? & quomodo potest stare litera ista Matthæi: quia non dicunt sic Marcus & Lucas. Aliqui dicunt, quod hoc dixit, quia iuuenis ille præsupponebat, qd posset aliquod bonum operari: & Christus voluit ostendere, quod non poterat bonū aliquod facere, & ideo quod superuacuum erat quære re quid boni faceret, cum nullum bonum facere posset. Sic dicit Origenes: Respondit sic Christus propter eum,

Hofes beati post resurrectionem nihil agent nisi spūalia.

In quo est sita mensura.

eum, qui dixit quid boni faciā? quando enim declinamus a malo, & facimus bonum. quantum ad opinionem cæterorum hominum dicitur bonum, quod facimus. quantum autem ad veritatem vnus solus est Deus: & consequenter ipse solus est bonum faciens. Secundò potest dici, & adhuc melius, qd Christus dixit hoc ad reprehensionem interrogantis: nā ille non erat facturus bonum, quod ei Christus dicit: vt patet infra in litera: & in moralibus doctrina nō est propter se, sed propter opus: quia non addicimus, vt sciamus, sed vt boni efficiamur. 2. Ethicorum. Ideo frustra erat interrogatio illa, & etiam responsio directa. Et ita dicit: Quid me interrogas de bono? id est, sine causa, vel inutiliter me interrogas de bono, quod facere nō intendis: vel non es dispositus ad faciendum, & non facies illud. Sic dicit Origenes: Dicere potest quis, quoniam sciens dominus propositum interrogantis non esse, vt faciat saltem humanum bonū dixit: quid me interrogas de bono? ac si dicat, cum non sis paratus ad ea, quæ dicuntur, cur me interrogas de bono? Dicendum, qd ista expositio secunda esset valde conueniens literæ in cortice suo, nisi obstaret primò id, quod alij euangelistæ dixerunt: nam Marcus, & Lucas non dicunt: quid me interrogas de bono? sed, quid me dicis bonum? Et tamen omnes voluerunt ponere eandem sententiam: & non conuenit ista expositio literæ eorum. Secundò quia litera sequens non conuenit huic expositioni, scilicet, vnus est bonus Deus: & ista est ratio efficacior. Nam si Christus vellet redarguere istū iuuenem, quod non esset paratus ad faciendū bonū, nō diceret, vnus est bonus Deus. Et quantum ad hoc magis conueniunt prima expositio literæ. Dicendum igitur, quod est sensus, quid me interrogas de bono. i. cur me vocas bonum interrogando me: & tunc est idē sensus cum eo, quod Marcus, & Lucas dixerunt, scilicet. Quid me dicis bonum? & iste videtur sensus verus. & tūc dicitur, qd ista litera Matthæi est improprie posita aliquatiter: quia quid me interrogas de bono, magis referri posset ad id, quod querebatur, quam ad ipsū Christum, quem bonum vocabat quærendo. Nam dum dicit, magister bone, nondum erat interrogatio: sed cum dixit, quid boni faciā, est interrogatio.

Quomodo concordare possit inter se litera euangelistarum: quia videtur esse contrarietas. Questio CXII.

QVAERETVR, quomodo concordare possit inter se litera euangelistarum, cum dicat Matthæus, quid me interrogas de bono, & Marcus & Lucas dicunt: quid me dicis bonum? Dicit potest vno modo, sicut dictum est precedenti. q. quod sit eadem sententia, quam apertius posuerunt Marcus, & Lucas dicentes: quid me dicis bonum, & huic conuenit litera sequens. i. vnus est bonus Deus, id est, non debet vocari alius bonus nisi Deus, sed dixit: quid me interrogas de bono? id est, quid me vocas bonum interrogando me? Aliter potest dici, quod Matthæus breuiter teri- gerit duas sententias. Prima est: quare me vocas bonum? & istam tacuit: sed solum colligitur ex sequenti, scilicet, vnus solus bonus Deus: & tamen hoc non diceretur, si non præsupponeret, qd dixisset Matthæus: quare me vocas bonum. Secunda sententia est, quare interrogas de bono: nam dixit iuuenis: Quid boni faciā? & Christus ait: quid me interrogas de bono? id est, superuacue quæris, cum non sis facturus bonum, de quo quæris, vt exponit Origenes. Et ideo dicendum, quod tenendo qd Matthæus ponat vnicam sententiā, sicut ponit Marcus, & Lucas: est sensus iustus, qui posuit est in principio, & precedenti. q. in fine: & tamē tenendo, quod sint quæ sententiæ, est expositio conue-

niens ista, quæ nunc posita est. Et istud est satis conueniens: & tunc non erit extorsio literæ. i. Quid me interrogas de bono? i. quid me uocas bonum interrogando me? Et istū sensum tenet Augustinus libro de Cōcord. Euang. dicens, potest videri distare, quod secundum Matthæum dicitur: quid me interrogas de bono? secundum alios autem: quid me dicis bonum? Nam quid me interrogas de bono ad illud magis referri potest, quod ait ille quærens quid boni faciā: ibi enim & bonum nominauit, & interrogatio est: magister autem bone nondum est interrogatio. Com modissimè ergo intelligitur vtrunque dictum quid me dicis bonum, & interrogas me de bono. Et quoniam istam sententiam magis laudat Augustinus, rationabiliter tenēda est: & tunc dicitur quod Matthæus locutus est decurtatè subtrahendo vnam sententiam. i. quid me dicis bonum, cum oporteat illam subintelligi in litera sua: cum subijciat vnus bonus Deus. Causā autem quare potius Matthæus expressit istam sententiā secundā, scilicet, quid me interrogas de bono, fuit quia etiā ipse ponit in questione iuuenis bonum, scilicet, quid boni faciā, Marcus autem, & Lucas non expresserunt bonum in questione iuuenis: sed dixerunt quid faciā: & ideo non habet locum apud eos secunda sententia sicut apud Matthæum.

Quare Christus redarguit iuuenem, quod eum bonum vocauerit. Questio CXIII.

QVAERETVR, quare Christus redarguit iuuenem, quod eum bonum vocauerit: nā Christus bonus erat, & vocando eum bonum, uerum dicebat, & bonum faciebat, ideo non debuerat increpari, sed approbari sententia eius, iuxta illud Io. 12. Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis: sed etiam enim. Et ita etiam erat bonus & magister: ideo debuerat approbare sententiā iuuenis. Aliqui dicunt, quod hoc fuit quia adulatoriè hoc dixit, & ita redarguit nō de dicto, sed de animo dicendi. Dicendum qd non flat, quia non dixit tentatoriè neque adulatoriè, sed bono animo, vt ostensum est supra. Secundò, quia non conuenit litera: nam si ideo Christus eum redarguisset, quia dixerat hoc adulatoriè, non diceret, vnus bonus Deus. Nam videtur, quod ostendat non fuisse verum dictum iuuenis. Sed dicendum est, quod Christus increpuit iuuenem, quia eum bonum vocabat cum hominem putaret. Nam volebat Christus, quod bonitas soli Deo attribueretur, ille autem putabat Christum esse purum hominem, & tamen eum bonum vocabat: ideo dixit non esse conuenienter dictum. Quia solus Deus est bonus. Sic dicit Hieron. Quia uero magister vocauerat bonum, & non Deum, vel Dei filium confessus erat, dixit: quemuis sanctum hominem cōparatione Dei non esse bonum, de quo dicitur: consisterini domino quoniam bonus. Sed dicitur etiam si iste iuuenis crederet esse Christum solum hominem, cum ita cæteri crederent, & secundum hominem aliquam bonitatē habebat: eo modo quo homines uocamus bonos, & omnia facta a Deo uocantur non solum bona, sed etiam ualde bona, cur increpatur quod eum bonum uocauit? Dicendum, quod non increpatur, quasi malè dixerit, sed quia imperfectè dixerit: nā cū Christus Deus esset, erat bonus absolute: ideo bonus uocari poterat absolute, & tamē cum dicitur, magister bone, innuitur quod non erat bonus simpliciter, sed bonus magister: i. non habebat bonitatem nisi in doctrina, & ita denominatio nō placebat Christo: unde si solum uocaretur magister, vel solum bonus absolute, non cōquereretur, quia tamen eum magistrū bonū uocauit quasi nullam aliam haberet bonitatem conque-

In quest. 109.

conqueritur. Sic dicit Ambrosius super Lucam. Tentator princeps iste magistrum bonum dixit, qui Deum bonum dicere debuisset. Nam licet in deitate bonitas sit, & in bonitate diuinitas: tamen addendo magister bone in portione bonum dixit non in vniuersitate. Vnde dicendum, quod non dicitur istud principaliter intentione redarguendi iuuenem, sed dandi ei occasionem, vt eum intelligeret esse Deum. q. d. tu non putas me esse Deum: ideo non debes me vocare bonum, sed potius Deum me credere deberes, vt posses me recte vocare bonum. Secundum fuit hoc, vt erudiret iuuenem, quod querendo de veritate non intenderet adulationibus, vel eis, qui adulationem sapiunt: sed directe accedat ad questionem: & ita non oporteret dici magister bone. Tercio quia, quando de veritate, que ad Deum pertinet querimus, non debemus ad aliquem respicere, nisi ad Deum: & hoc est ipsum solum bonum esse. i. ab ipso solo radicem bonitatis esse. Sic dicit Hieronymus. Quare vtilitas, vt sic responderet. reducit enim est paulatim, & erudit liberari ab omni adulatione, & ab his, que sunt super terram eum abducens Deo adherere suadet, & futura querere, & nosse eum, qui verus est bonus, & radix, & fons vniuersorum bonorum. Sic etiam dicit Theophilus: voluit dominus per hec verba mentem iuuenis facere altiore, vt ipsum agnosceret tantam Deum, sed & aliud quid innuit in his verbis, vt quando debes conferre cum aliquo, non adulando cum eo conferas, sed respicias radicem bonitatis, & fontem Deum, & ei partes honorem.

Quomodo est verum, quod vnus est bonus Deus. Questio CXIIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quod vnus est bonus Deus. i. solus Deus, qui vnus est bonus est. Nam videtur quod homines boni sint. Nam aliqui homines sunt sancti: ergo sunt boni. Item quia Genes. 1. c. dicitur, quod omnia, que Deus fecit, erant valde bona, homines autem sunt quedam portio diuini operis, ideo boni sunt. Dicendum vno modo, quod homines, & cetera res vocantur boni cum limitatione. i. boni homines, vel bonæ res. bonum tamen absolute non dicuntur: quia hoc non competit nisi ei, qui habet totam naturam bonitatis: & hoc est in Deo: quia sicut in eo est tota natura entitatis, ita & tota natura bonitatis: sicut ergo accipiendo proprie esse, nemo est nisi Deus. Exod. 3. Ego sum qui sum. Et illud: Qui est misit in ead vos. quasi ipse solus sit: ita accipiendo bonum absolute nemo est bonus nisi ipse. Et ita accipit hic bonus absolute, quod vnus est bonus Deus. i. ipse solus: accipiendo tamen limitationem uocatur homo, bonus homo, vel miles bonus, aut bonus geometra, & ita de alijs. Secundum potest intelligi, quia solus Deus est bonus. scilicet seipso bonitatem suam habens, & non accipiens ab extrinseco. Cetera autem non habent bonitatem nisi communicatam eis a Deo: & ideo datur eis pars bonitatis, & non tota natura boni. Sed tunc dicitur, quomodo ergo stat redargutio iuuenis facta a Christo: nam ille vocauit Christum magistrum bonum, quod erat dare partem bonitatis, & non integram bonitatem quam daret, si vocaret eum bonum absolute. & bonitas illa partialis conuenit hominibus: ideo non videtur quod sit ad propositum vnus bonus Deus: esset autem magis ad propositum si iuuenis uocasset Christum absolute bonum, & crederet eum hominem: quia tunc recte diceretur vnus bonus Deus. i. solus ille & non homo. Dicendum, quod ista redargutio non est directæ, quia vocauit eum bonum, sed potius quare non eum vocauit bonum absolute: cum ipsum magistrum bonum appellauerit. Nam volebat erigere eum ad cognoscen-

Tota natura bonitatis est in Deo, sicut natura entitatis.

F dum se esse Deum, & Deus est absolute bonus: quia ipse solus bonus est. Et ita accipit Ambrosius super Lucam dicens: Tentator iste princeps magistrum bonum dixit, qui Deum bonum dicere debuisset. Iuuenis autem putabat Christum esse magistrum bonum, sicut vnum de doctoribus Iudeorum, & ita eum magistrum bonum vocauit. Sic dicit Chrysostomus. Quia vero accesserat ad Christum, tanquam ad hominem, & ad vnum Iudeorum doctorum: Christum tanquam homo respōdit: quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus vnus Deus. Hec dicens non excludit homines a bonitate, sed a comparatione diuinæ bonitatis. Sed adhuc dicitur, dato quod solus Deus bonus sit, & iuuenis vocaret Christum absolute bonum: non erat arguendus: quia licet illud comperat soli Deo, ipse Deus erat, qui compereret bonum uocari. Dicendum, quod non increpat eum secundum veritatem, quasi non dixerit verum, sed ex suppositione fidei eius: nam Christum vocabat bonum, & non credebat esse Deum, sed hominem purum, sicut vnum de doctoribus Iudeis, vt dicit Chrysostomus.

Quomodo est verum, quod vnus est bonus Deus, id est, solus: & quomodo concordant inter se euangeliste. Questio CXV.

QVAERETVR, quomodo est verum, quod vnus est bonus Deus. i. solus: quod significantius expressit Marcus dicens. Nemo bonus nisi vnus Deus. & Luc. 18. dicit: Nemo bonus nisi solus Deus. & quomodo concordant inter se euangeliste. Dicendum, quod euangeliste inter se concordant in sententia: nam Mattheus dicens, vnus bonus Deus, intelligit vnus. i. solus Deus est bonus. Et hoc Lucas exprimit dicens: nemo bonus, nisi solus Deus, & ita quod Mattheus & Marcus dicit vnus: dicit Lucas solus, & ita necesse est accipi, quia si non teneretur vnus pro solo, non esset ad propositum redargutio Christi ad iuuenem: quia tunc per hoc quod Deus, qui est vnus, esset bonus: non excluderetur, quin cetera essent bona, & ita homo esset bonus, ideo Marcus & Lucas ostenderunt, quod ponere vnus exclusiue. i. vnus est bonus Deus, scilicet, tantum Deus est bonus, cum dixerunt nemo est bonus, nisi solus Deus, vel vnus Deus. Cum autem dicitur, nisi solus Deus, non excluditur aliqua persona diuina: quia de omnibus est istud verum. Nam si dicitur secundum Marcum, nemo est bonus, nisi vnus Deus, bene competit omnibus tribus personis, que sunt vnus Deus. Si dicitur secundum Lucam, nemo est bonus, nisi solus Deus, etiam est verum, quod omnes tres personæ sunt solus Deus: quia nulla alia persona, vel res communicat in deitate cum illis tribus, & ita scriptura qualibet personarum per se vocat bonam, & omnes tres vocat vnum bonum, & vnum Deum. Sic dicit Beda. Vnus Deus bonus non pater solus intelligendus est, sed etiam filius, qui dicit, ego sum pater bonus. Sed etiam Spiritus sanctus: quia dicitur, pater de celo dabit spiritum bonum petentibus se. ipsa enim vna & indiuidua trinitas Pater Filius & Spiritus sanctus solus, & vnus bonus est. Et idem dicit Hieronymus & Ambrosius. Sed est dicendum, quod locutio ista, scilicet, vnus bonus Deus, non habet modum exclusionis, nisi aliquis falsè acciperet. i. vnus bonus Deus. i. vnus deorum, vel de dijs bonus est: quia si concederetur deitate, aut deorum pluralitas, dicens vnus bonus Deus, poterat intelligi, quod vnus tantum illorum bonus erat, & tamen falsum est: quia non sunt plures deitates, neque plures dii, sed quidquid ad deitatem pertinet, vnus tantum Deus est: ideo dicens vnus Deus, non excluditur aliqua persona diuina: quia licet filius sit alia persona diuina a patre: & Spiritus sanctus alia persona diuina a patre, & filio, non est alius

alius Deus filius a patre, & alius Deus Spiritus sanctus a patre & filio: sed vnus Deus idem Deus. Et ita non stat talis exclusio: immo etiam si aperte fieret mentio de personis cum dictione habere vim exclusionis, adhuc per talem dictionem non excluditur aliqua personarum respectu termini essentialis, vt esse bonum & sapientem. Nam etiam si dicitur solus pater est sapiens, non est sensus, quod filius non sit sapiens & Spiritus sanctus. Sic accipitur supra 1. r. c. Nemo nouit patrem nisi filius: & tamen Spiritus sanctus nouit patrem: sed verum est respectu termini notionalis, vt dicendo, tantum pater generat, vel tantum filius gignitur. Sed cum dicitur nemo bonus, nisi vnus Deus, accipitur largè, nemo. i. nullus: quia nemo est nullus homo: & ita poneretur Deum esse hominem, & nullum hominem esse bonum nisi Deum, qui homo est. Sed hoc non intendebat Christus, neque est verum: ideo accipitur nemo. i. nullus. scilicet, nulla persona. Et tamen adhuc, vt proprie accipitur secundum intentionem Christi deberet dici, quod nihil est bonum, nisi solus Deus. Nam si de nulla persona conceditur, quod sit bona, nisi Deus, a fortiori, nihil aliud erit bonum: quia persona est melior, quam non persona, cum persona dicat suppositum naturæ intellectualis, quæ est melior, quam natura non intellectualis.

Quare Christus non arguit iuuenem, quia vocauit ipsum magistrum. Questio CXVI.

QVAERETVR, cum Christus arguerit iuuenem, quia eum vocauit bonum cum non putaret esse Deum: quare non arguit eum, quia vocauit ipsum magistrum. Nam etiam magistrum verè esse soli Deo competit. Sic dicitur infra 23. Nolite vocari magistri: vnus enim magister vester. Dicendum, quod non redarguit Christus iuuenem de magistro, sicut de bono: licet vtrique iuuenis dixerat: dixit enim magister bone: & tamen magistrum non negauit se vocari. Et ratio est, quia Christus secundum veritatem magister erat & bonus: etiam accipiendo vtrunque: quia in maxima excellentia vtrique erat, cum esset Deus, & tamen ipse arguit iuuenem ex suppositione sua: nam iuuenis putabat Christum verum hominem esse, sicut vnum de doctoribus Iudeorum, vt dicit Chrysostomus. & quia hominibus competit vocari magistros, sicut Iudei vocabantur, non arguit illum, etiam si crededo Christum hominem purum vocaret ipsum magistrum. Quia tamen crederet eum hominem, & vocaret bonum redarguitur. Prima ratio est, quia Christus de se aliquando concedebat, quod magister erat, & approbabat hoc, vt Ioan. 13. Quando dixit Christus: Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim. Et tamen non inuenitur, quod aliquando se bonum absolute vocauerit, aut vocari permisit. Secundum, quia multum ista differunt: nam bonus absolute accipiendo signat totam naturam boni, & perfectionem limitatam. scilicet, circa doctrinam, perfectiones autem limitatæ que non includunt totam naturam boni, bene participat hominibus, & alijs entibus: ideo bene vocatur aliquis magister, qui sit homo, & tamen non vocatur bonus absolute. Sicut etiam aliquis homo potest vocari bonus magister, sed non bonus absolute: quia vt ait Ambrosius, bonus magister dicit bonum in portione: bonus absolute dicit bonum in vniuersitate. Tercio, quia Christus vidit, quod istud nomen magister bene de eo dicebatur, etiam si esset homo purus: & tamen istud nomen, bonus non, si non esset Deus: & quia noluit se vocari magistrum, nisi etiam Deus putaretur, redarguit iuuenem erigendo mentem

A eius iuxta Theophilum. svt sic bonum eum vocaret, quod Deum ipsum crederet. Sic dicit Hieronymus. Saluator noster bonitatis testimonium non tenuit, sed magistrum absque Deo exclusit errorem. Ad argumentum dicendum, quod magister conuenit Deo & hominibus, & verè hominibus conuenit, & tamen non excellenter. Deo autem conuenit esse magistrum, quia non solum magister est, sed & magistros facit. Et tamen non conuenit nomen magisteri Deo secundum acceptionem nostram, nisi in carne assumpta: quia Deus sine carne non habet actum docendi exteriori, a quo aliquos magistros vocamus, sed solum inspirat interiori, & ita erudit hominem. Iob 33. scilicet, Per somnium in visione nocturna, quando intravit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. Christus autem erat Deus in carne assumpta, ideo ei competit docere exteriori, & ita erat proprie magister. Vnde notanter non dixit, vnus est magister vester Deus, vel magister vester Deus est: sed dixit vnus est magister vester, non exprimens, an ille vnus magister esset Deus vel homo. Et tamen, quando dixit, oes vos fratres estis & patrem nolite vocare vobis super terram, addidit: Vnus est enim pater vester, qui est in celis. In quo apparet, quod solum Deum vocauit patrem, sed non solum Deum vocauit magistrum: ideo de Christo sicut credebatur homo purus conuenienter dicebatur, quod esset magister, quam quod esset bonus: ideo non dixit, cur me vocas magistrum.

Quare Christus dixit iuueni: Si vis ingredi ad vitam. Questio CXVII.

QVAERETVR, quare Christus dixit, si vis ingredi ad vitam. Dicendum, quod accepit ingredi ad vitam. i. accipere vitam vel habere. diuersis enim modis eandem rem euangeliste expresserunt. Nam hic dicitur: quid faciam boni, ut habeam vitam æternam? apud Marcum dicitur: vt percipiam. Lucas vero dicit: quid faciendo vitam æternam possidebo? Hoc autem Christus vocauit hic ingredi. Et patet quia Christus responderet ad illud, quod petierat iuuenis: sed ille dixit, quid faciam, vt habeam vitam? ergo quando Christus dixit, si vis ingredi ad vitam, intellexit si vis habere vitam. Et tamen dixit ingredi propter duo. Primum, propter modum loquendi: nam quando cumque aliquis qui prius nihil agebat, aliquid agit, dicitur ingredi: & quando rem non habebat illam accipit, dicitur ingredi. De primo patet, quia dicimus consuetè, quod aliquis egreditur in talem, vel talem actum: & rectè quidem, quia actus procedit ab operante, & ita etiam scriptura loquitur, vt Exo. 2. Egredus est vir de domo Leui, & accepit uxorem: & tamen illa egressio nihil fuit, nisi quod prius non agebat hunc actum: & nunc cum agere cepisset dicitur exiuisse in eum. De secundo apparet, quia ita loquitur de eo, qui non iterum accepit beneficia, iste ingreditur nunc ad beneficia: vel ingreditur ad scientiam: quia nunc accipit scientiam de nouo. Et ita dicitur ingredi ad vitam, qui accipit vitam æternam. Secundum propter locum. Nam vita æterna est in celo: quia vbi-que Deus clarè videtur, & permanenter est vita æterna: ipse autem non exhibet se iudicandum, nisi in celo. Vnde vocatur vita æterna regnum celorum, & tamen nos sumus extra celum, id est, extra illud corpus celi, in quo se Deus videndum clarè exhibet, ideo ad hoc quod beatam vitam percipiamus, necesse est, quod intremus in celum: ita Christus dixit supra quinto, Non intrabitis in regnum celorum, & ita. Apostolus ad Hebræos quarto dicit: Festinemus ingredi in illam requiem: ideo conuenienter dicitur, quod ingrediamur

Vbi-que clarè & permanenter Deus videtur ibi est vita æterna.

Ingressi mur ad vitam. Solet tamen accipi ingredi & egredi ex modo loquendi scripturae pro omni operatione nostra. Sic accipitur Num. 27. Cum dixit Moyses; Deo: prouideat Deus hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit intrare & exire ante eos, id est, possit facere omnia, quae pertinent ad hanc multitudinem regendo illos: & iuxta hunc modum respondit Deus dicens, pro hoc, id est, pro Iosue, si quid agendum erit Eleazar sacerdos: consulat dominum: & ad verbum eius egredietur; & ingredietur omnis multitudo, & omnes filii Israel, id est, mandante eo faciet quidquid agendum fuerit omnes de populo, quod signatur per ingredi, & egredi. Sic etiam accipitur Act. 1. oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiit ante nos dominus Iesus incipiens a baptismo Iohannis vsque ad diem, qua assumptus est a nobis, testem fieri resurrectionis eius vnum ex istis, & ita omnes actus Christi, qui fuerunt a die, qua baptizatus est a Iohanne, vsque ad diem, qua ascendit in celum, vocauit ingredi, & egredi ex consuetudine locutionis: & ita accipere vitam aeternam poterit signari conuenienter per ingredi, & tamen ratio praecipua est propter locum beatitudinis, quia ad illum est introitus.

Quomodo dicitur ingredi ad vitam iuuenis iste, cum tunc in vita esset. Questio CXXVII.

Quaeretur, quomodo dicitur ingredi ad vitam. Na iuuenis ille in vita erat, quia vivebat: ideo non poterat ingredi ad vitam. Alii dicunt, quod accipitur vita mystice pro vita gratiae, & tunc qui est in peccato est extra vitam, & ingreditur ad vitam quando bona operatur: & conuenit tunc, quod dixit Christus, si vis ad vitam ingredi, serua mandata: quia per obseruationem mandatorum est quis in gratia. Secundum potest accipi, quod vita dicatur ipsa vita aeterna, & ita quicumque viuit hic, adhuc ad vitam non intrauit: cum prius mortem gustaturus sit, quam viuat immortalis effectus, & hoc modo iuuenis ille nondum ad vitam intrauerat. Sic dicit Origenes: Considera quoniam quasi adhuc extra vitam constituto respondit, si vis ad vitam ingredi. Secundum enim vnum modum homo est extra vitam, qui est extra eum, qui dixit: ego sum vita. Alias autem omnis, qui super terram est, quamuis iustissimus, potest quidem in vmbra esse vitae, non autem in ipsa vita, cum sit corpore mortis circumdatus, introibit autem quis in vitam absolute, si se ab operibus mortuis, appetens autem opera viuam. Sed prima expositio non est ad propositum: quia Christus non loquitur de vita gratiae, sed de vita aeterna. Primum patet, quia ipse respondet hic ad id, quod iuuenis quarebat, & tamen ille dixit, quid faciam vt habeam vitam aeternam? ergo cum dixit, si vis ingredi ad vitam, de vita aeterna locutus est, de qua ille iuuenis quarebat, & ingredi in eam cupiebat.

Secundo, quia non conuenit litera, scilicet, si vis ingredi ad vitam, serua mandata. Nam per obseruationem mandatorum non ingredere ad vitam, sed ipsa obseruatio mandatorum esset vita. Sed Christus vocauit hic vitam aeternam, vitam absolute propter duo: Primum, quia sicut esse nostrum non uocatur esse simpliciter, quia ei succedit non esse, ita uita nostra non uocatur vita absolute, quia ei succedit mors, sed illa vita beata, cui non succedit mors uocatur absolute uita, quia (vt ait Gregorius) temporalis uita, aeternae uitae comparata mors est potius dicenda, quam uita. Sic dicit Augustinus libro de uerbis Domini: Non dixit, si vis venire ad vitam aeternam: sed si vis venire ad uitam, eam diffinens vitam, quae fuerit aeterna uita: ideo

non fuit necesse uocari istam vitam aeternam cum limitatione, sed satis est uocari eam vitam absolute, cum ipsa temporalis non debeat uocari uita absolute, sed cum limitatione, scilicet, vt praesens, uel temporalis dicatur. Secundum, quia etiam si uita aeterna non deberet uocari uita absolute, tamen ex eis, quae dicta erant constabat, de qua uita Christus loqueretur: nam dixerat iuuenis de uita aeterna, & Christus respondebat ei, ideo necesse erat, quod de uita aeterna loqueretur, & potissimum, quia erat sermo de pensiuus: & ista est ratio principalior.

Quare Christus dixit iuueni, serua mandata: & quare non explicuit statim, quae mandata. Questio CXXIX.

Quaeretur, quare dixit Christus iuueni, serua mandata, & quare non explicuit statim, quae mandata. Dicendum ad primum, quod uita aeterna non datur, nisi laboranti in bonis operibus: quia alias omnes essent beati, & quia bona opera sunt ea, quae per legem determinantur, quae in mandatis consistit, dixit Christus: serua mandata. Ad secundum, dicendum quod Christus non explicuit statim mandata seruanda propter tria. Primum, vt iuueni esset occasio iterum quaerendi, & per hoc appareret seruor eius. Secundum, vt Christus ostenderet, quod ipse non intendebat ponere aliqua noua mandata ad habendum uitam aeternam, sed sufficiebant antiqua. Tercio, vt ostenderet patres antiquos potuisse habere uitam aeternam: nam si determinata praecipua necessaria essent ad habendum vitam aeternam, quae ante hoc non fuissent data, non potuissent antiqui habere vitam aeternam, cum illa praecipua non custodirent. Ponere ergo noluit nisi uetera, quae ab omnibus a principio seculi custodiri potuerunt, vt ostenderet, quod ire poterant omnes ad vitam aeternam quolibet tempore ante hoc, si ad istud operam darent.

Quare Christo dicente, serua mandata, dixit iuuenis: quae. Questio CXXX.

Quaeretur, quare Christo dicente, serua mandata, dixit iuuenis, quae? Alii dicunt, quod dixit hoc tentatorie. Sic dicit Hieronymus: Iste qui interrogat, & adolefcens, & diues erat, & superbas, & non uoto discentis, sed tentans interrogat: quod ex eo probare possumus, quod dicere sibi domino, si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Rursum fraudulenter interrogat, quae sunt illa mandata: quasi non & ipse legere, aut dominus posset eidem de hoc habere contraria. Sed dicendum, quod non dicebat animo tentandi, sed bono animo, vt ostensum est supra, ideo dicendum, quod quae sunt praecipua essent ista, & hoc propter duo. Primum, quia in multis Christus mutabat statum antiquum, ut patet in mediata, supra de libello repudij, qui dabatur in lege Moyfi: & Christus uentus illum dari. & supra quinto capitulo, in multis est differentia, cum dicitur: Dicitum est antiquis, diliges amicum tuum &c. Ego autem dico &c. ita ergo circa uitam aeternam potuit putare, quod non manerent praecipua priora. Secundum, & praecipue, quia Christus annuntiabat uitam aeternam, quam nemo prius annunciauerat: ideo conueniens uidebatur, quod noua praecipua introduceret ad perueniendum in eam. Nam obseruatoribus legis Moyfi dabatur bona temporalia. Leui. 27. & Deut. 28. Quae erant bona terrena. Iai. 1. Bona terra comedetis. Vita autem aeterna non est de bonis terrenis, sed aliquid ualde excellentius: ideo uidetur, quod excellentiora, & altiora praecipua essent,

Questio 106.

essent, per quae illuc veniretur, & ita rationabiliter quae fuit, quae essent illa praecipua. Sic dicit Chrysost. Hoc autem non tentans dixit, sed estimans quaedam alia praecipua esse praeter legalia, quae uita causa fierent.

Quare Christus posuit ista mandata, per quae veniretur ad vitam aeternam. Questio CXXXI.

Quaeretur, quare Christus posuit ista mandata, per quae veniretur ad vitam aeternam. Dicendum, quod primum fuit, quia Christum nolebant onerare homines rebus superfluis: & tamen praecipua ista decalogi sufficiebant ad vitam aeternam: ideo noluit ponere alia: sufficiebant enim ad habendum uitam aeternam omnia, per quae dirigitur homo secundum rationem. Sufficienter autem dirigitur hominem ea, quae sunt de dictamine rationis naturaliter: omnia tamen talia ponuntur expresse in decalogo, vel dependent ex eis, quae ibi expresse ponuntur: ideo sufficiebant poni decalogum, vt hic posuit. Secundum, quia Christus uoluit distinguere duos status, vnum in quo sunt ea, quae sufficiunt ad salutem: alium, in quo sunt supererogationes ad perfectiorem habendum salutem. Primum posuit, in quantum retigit decalogum dicens: Non homicidium facies. q. d. ista est prima uia, & planior. Secundum ostendit in quantum dixit, si vis esse perfectus uade, & uende omnia, quae habes, quasi dicat, obseruando decalogum sufficiens es, sed non perfectus. Si autem vis tenere statum secundum, in quo sunt supererogationes, uende uniuersa, quae habes. Tercio, quia Christus uoluit ostendere, quod homines in omni statu poterant saluari, quod est habere vitam aeternam, & tamen nulla praecipua erant, quae ab omnibus hominibus seruarentur, aut seruari possent nisi ea, quae sunt de lege naturae, quae est indita mentibus omnium hominum: cetera uero positiua sunt, & non habent vim obligandi, nisi constituantur, & quia non contingit constitui aliquid vnum apud omnes gentes uniformiter, nisi sit de dictamine naturali, quod est apud omnes, sola praecipua naturae sunt apud omnes homines, & illa sola sunt, per quae poterant omnes saluari, ideo ista sola posuit. & ista est causa quare etiam si obseruatio legis Moyfi ad vitam aeternam aliquid faceret, non posuit illam: quia lex illa non fuit apud antiquos, qui tamen potuerunt habere vitam aeternam.

An per praecipua posita hic intelligantur alia, vel sufficiant ista ad habendam vitam aeternam. Questio CXXXII.

Quaeretur, cum Christus ponendo hic praecipua decalogi posuerit praecipua, quae ordinant ad primum, & non quidem omnia, an per ista intelligantur alia, vel sufficiant ista. Dicendum est, certum esse, quod per haec intelligantur cetera: nam ista sola non sufficiunt ad vitam aeternam: quia si quis obseruauerit omnia haec, & deliquerit in aliquo aliorum, non habet vitam aeternam, sed potius factus est omnium reus: & potissimum quia ea, quae omittuntur, sunt talia, circa quae quotidie contingit operari, ideo uel bene, uel male agetur, & ita erit necessaria obseruatio illorum, scilicet, de colendo Deum, & iuramento, & sabbatho, & de non concupiscendo uxorem, neque res proximi. Sed dicendum, quod Christus uoluit breuiter transire, & dictis quibusdam intellexit idem esse de ceteris.

Quare Christus specialiter ista praecipua decalogi posuit & alia omisit. Questio CXXXIII.

Quaeretur, quare specialiter ista posuit, & omisit alia. Dicendum, quod in decalogo quaedam

praecipua ordinant hominem in Deum, quae uocamus praecipua primae tabulae. Alia ordinant in proximum, quae dicuntur praecipua secundae tabulae. De primis nullum ponitur hic, cuius causa ponetur seq. q. De secundis ponuntur hic aliqua: sunt enim praecipua secundae tabulae septem, vnum affirmatiuum, & sex negatiua. Ponitur affirmatiuum. f. honora patrem tuum, negatiua autem ponuntur quatuor, scilicet, non furari, mechari, occidere, falsum testimonium dicere. Omittuntur autem duo. f. non concupiscere uxorem proximi, & non concupiscere rem proximi. Et dicendum, quod sufficiens fuit poni aliqua praecipua non ponendo omnia. Primum, quia praecipua decalogi erant in numero certo. Exod. 20. & Deut. 5. Et ideo positis quibusdam eorum apparebat, quod alia omittentur, & omnia illa erant equaliter necessaria, cum ab eodem Deo, & eodem contextu posita fuissent. Secundum, quia nullum praecipuum secundae tabulae censetur hic deesse. Nam quaedam ponuntur explicate, & alia implicite, omnia enim praecipua secundae tabulae ordinantur ad proximum: quaedam ad beneficiendum. f. affirmatiua, quorum est unum. f. honora patrem tuum, alia ad cauendum malum. Et omnia ista sunt negatiua: sed omnia haec sub dilectione proximi includuntur: quia qui proximum diligit, benefacit ei maxime in necessarijs: quia qui diligit, amicus est, & amicus facit ad amicum quae ad seipsum. 9. Ethicorū: amicabilia, quae ad alterum uenerunt ex amicabilibus, quae ad seipsum. & tamen sibi ipsi bene facit quisque, & cauet mala, quae potest, cum nemo unquam carnem suam odio habuerit, sed fouet illam, & nutrit ad Eph. 5. Ergo ita faciet ad proximum, qui illum dilexerit: & tamen post praecipua ista dicitur: & diliges proximum tuum, sicut teipsum: ergo sufficiens includuntur ibi omnia praecipua decalogi, quae ad proximum sunt, etiam si sola duo fuissent expressa. Imo etiam nullo expresso intelligerentur per haec omnia praecipua, quae ad proximum: sic enim Christus infra 22. dixit, quod in his duobus, scilicet, diliges dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum, pendet lex, & propheta: & tamen ibi per primum istorum significauit omnia praecipua, quae dirigitur in Deum. per secundum, scilicet, & proximum tuum &c. intelliguntur omnia praecipua, quae ad proximum: a fortiori ergo potuerunt hic implicite duo intelligi sub illo uerbo, & proximum tuum: cum quinque praecipua secundae tabulae exprimentur. Tercio, & magis in speciali: quia per ista quinque praecipua, quae ad proximum intelliguntur omnia, quae circa proximum accidunt. Nam aut ordinatur quis ad beneficiendum proximo, aut euitandum mala eius. Circa primum est unicum praecipuum, de honorando parentes, sub quo intelliguntur omnia bona, quae proximis facimus, siue temporalia, siue spiritalia, siue parentibus, siue quibuscumque alijs. Ponitur tamen de istis potius quam de alijs proximis: quia est manifestior hic ratio debiti, quam ad alias personas, quibus non ita naturaliter obligamur. Circa secundum, aut agitur, quod est circa personam, aut circa rem: si de uitando malo, quod est circa personam: aut est circa personam propriam, aut circa coniuictam: si circa propria, sic est, non homicidium facies. si circa personam coniuictam, sic est, non adulterabis: quia committitur ibi adulterium cum uxore proximi, quae est ei persona coniuictissima, cum effectiuerint una caro per copulam carnalem. si circa rem proximi, aut circa rem possessam, aut circa famam. Si circa primum, sic est, non facies furtum: si circa secundum, sic est non falsum testimonium dices, & ita cum non sint plures modi nocendi proximo, non oportet esse plura praecipua ordinantia in proximum, & si alia sunt, ista sunt praecipua. Aliter etiam potest accipi ista sufficientia. f. per praecipua decalogi



Per præcepta decalogi ordinantur vires nostræ, scilicet rationalis, concupiscibilis, & irascibilis. Rationalis autem ordinatur dupliciter. circa agenda, aut circa vitanda, circa agenda est præceptum de honorando parentes: circa vitanda, sic est præceptum de non dicendo falsum testimonium. Irascibilis ordinatur circa malum cauendum, quod iratus infert: & istud est non homicidium facies. Concupiscibilis ordinatur dupliciter, quia aut circa delectabile, aut circa vitale. Circa primum est, non adulterabis. Circa secundum est, non furtum facies. Quartum fuit hoc, quia illa duo præcepta, que omittuntur minus principalia sunt circa proximos, & per se non sunt præcepta, sed ordinantur ad ista iam dicta: nam vnum est, non concupiscas uxorem proximi tui, quæ concupiscentia ad alterum ordinatur, & proximo nihil nocet, quod vxor eius concupiscatur, dum tamen ab alio non cognoscatur. Aliud est, non concupiscas rem proximi tui, quod ordinatur ad, non furtum facies. Nam proximo nihil nocet, quod res eius concupiscatur, si a nemine surripiat, & ideo cautè actum est, quia si aliqua præcepta omittenda erant nullum omitti potuit rationabilius, quam ista duo: sunt tamen ista præcepta, quia totum hominem voluit Deus esse ordinatum, ideo non solum actus exterior debuit esse ordinatus, sed etiam interior, qui est concupiscere: ideo circa proximum dirigimur per quinque præcepta, quæ actum exteriorem malum ventant, & bonum præcipiunt, & per duo quæ concupiscentiã prohibent: ideo cõuenienter ista duo omiſſa sunt.

Quare Christus non posuit aliqua præcepta pertinentia ad Deum, cum illa etiam sint necessaria ad habendam vitam æternam. Questio CXXIII.

QVÆRETVR, quare cum Christus poneret præcepta necessaria ad habendam vitam æternam, non posuit aliqua pertinentia ad Deum, sed sola præcepta dirigentia ad proximum, cum tamen etiam in decalogo, quæ Christus hic tangit, tria sint præcepta, que dirigunt in Deum. Aliqui dicunt, quod sufficiunt præcepta ordinantia ad proximum, ad deducendum vitam æternam: ideo illa sola tetigit. Sed dicendum, quod non fiat: quia qui non obseruat præcepta, que dirigunt in proximum peccat contra proximum, ita qui non feruat præcepta que sunt in Deum peccat contra Deum: sed maius est peccatum contra Deum, quod contra proximum: sicut dixit Heli. 1. Re. 2. c. si peccauerit vir in viri placari poterit Deus. Si autem peccauerit homo in Deum, quod orabit pro eo: quod nemo erit qui orare possit cõuenienter ad impetrandum placationem, ergo obseruatio præceptorum, que dirigunt in Deum, est magis necessaria, quam obseruatio præceptorum, que sunt ad proximum, ergo non subiceretur ex hac causa. Secundò patet, quia si præcepta secundæ tabulæ iufficerent ad vitam æternam, essent simpliciter superuacua præcepta primæ tabulæ, cum præcepta ordinent hominẽ ad aliquid, & non sit aliquis finis vlterior, aut melior quàm vita æterna, & tamen hoc est absurdum, quia tunc non essent de dictamine naturali rationis, cum naturalis lex nihil superuacuum ponat, & hoc falsum est. Tertio, quia sequeretur tunc, quod præcepta primæ tabulæ non essent per se necessaria, sed data fuerint Iudæis in onus sicut præcepta iudicialia, & ceremonialia, que propriè pertinent ad legem Moysi, cum sine illis potuisset esse salus sicut erat de facto, antequam daretur lex Moysi, & tunc sequitur, quod aliquando præcepta primæ tabulæ cessarent, & aliquando inceperent, sicut lex Moysi aliquando cessauit cum nunc non maneat. Sed hoc est absurdum: quia manent semper præcepta primæ tabulæ sicut & secundæ. Et etiam non inceperunt de nouo obligare, sicut cepit lex Moysi, postquã data

Nō est aut melior vltior finis vita æterna.

est: sed quoad homines fuerunt semper fuit ista obligatio. Sicut etiam præcepta secundæ tabulæ semper obligauerunt, quia aliàs non peccasset Cain occidendo Abel, & non peccasset, quod idola colebant ante datã legem Moysi. quod est ridiculum, ergo semper obligauerunt præcepta primæ tabulæ, & sunt multum necessaria ad vitã æternã. Alij dicunt, quod præcepta primæ tabulæ sunt totaliter necessaria ad perfectè habendum vitam æternam, & tñ ad habendum quoddam quasi principium illius sufficiunt præcepta secundæ tabulæ: quia præcepta secundæ tabulæ regulant hominem in dilectione proximi, præcepta autem primæ tabulæ in dilectione Dei, & dilectio proximi est, quasi quidã gradus ad dilectionem Dei, & est velut introitus ad illã. & hoc videt voluisse litera, quia non dixit, si vis habere vitam, serua madata: sed, si vis ingredi ad vitam. i. habere principium vitæ, quod est quasi introitus ad illã. Sic dicit Origenes: Forſitan ista præcepta sufficiunt vt principium, vt ita dicã, vitæ ingrediatur quis, non aut suffiunt hæc, vel alia similia istis ad interiora vitæ inroducere quemquam. Sed dicendũ, quod non fiat: quia qui teneret præcepta ista, si faceret contra aliquod de præceptis primæ tabulæ, reus esset, neque posset hñe quicquid de vita æterna, & ideo nec principium, neque interiora habere posset. Sic dicit Origenes, vbi supra, Quamquã qui præterierit vnum mandatorum istorum, neque principium vitæ intrauit. Secundò patet, quia Christus inuicit ista præcepta, quæ ponuntur hic, suffiçienter inroducere ad vitam æternam, & non ad principium illius. Nã postquam dixerat Christus iuueni, quod obseruaret ista mandata, & ille dixisset, hæc omnia obseruauit a iuuentute mea. Christus ait, si vis esse perfectus &c. ergo videtur, quod iam per ista præcepta hic posita habebat suffiçientiam ad vitam æternam cum perfectio nõ incipiat, nisi post suffiçientiam: aliàs enim Christus non diceret sibi, si vis esse perfectus, sed daret adhuc alia præcepta, per quæ haberet complementum eorum, quæ sufficiunt. Tertio, quia expositio illa fundatur super falsa acceptione ingressus, quasi ingressus signet principium, aut aliqd de re, & non totam. Sed non fiat, quia Christus respondet hic ad ea, que iuuenis quæsiuerat, & ille non quæsiuit de introitu, vel de parte vitæ æternæ, sed de perfecta eius possessione: nam dixit. Quid faciam vt habeã vitam æternam, & apertius secundum Lucam dicitur: Quid faciendo vitam æternam possidebo? Sed accipitur ingressus respectu loci, quia vita æterna est in celo, in quo nondum sumus, ideo ad habendum illam oportet ingredi illuc, sicut dictum est supra quæst. 117. Ad dictum Origenis dicendum quod principium, vel introitus vitæ æternæ, potest dupliciter accipi. Vno modo ex parte ipsius vitæ, scilicet, quod principium, vel introitus sit aliqua pars eius, quæ non habet plenitudinem. Alio modo ex parte nostræ, prout principium vel introitus dicatur quædam dispositio in nobis ad habendum vitam æternam, que non est suffiçiens dispositio, sed est gradus vel pars ad dispositionem suffiçientem ad habendum vitam æternam. Accipiendo primo modo falsum est, quia obseruantibus præcepta secundæ tabulæ, si non obseruent præcepta primæ tabulæ, non solum non datur plene vita æterna, sed neque aliqua pars eius, aut principium, sed pena æterna. Accipiendo secundo modo, verum est, quod obseruatio mandatorum secundæ tabulæ est quidam velut introitus ad vitam, quia est principium dispositionis ad habendum plenam dispositionem, vt introeamus in vitam æternam: & tamen sic non est ad propositum, cum Christus non loquatur de dispositione ad eundem ad vitam, sed de reali introitu ad illam. Alij ergo dicunt, quod præcepta primæ tabulæ necessaria sunt ad vitam, siue quantum ad principium,

Præcepta primæ tabulæ regulant hominem in dilectione Dei: præcepta autem secundæ in dilectione proximi.

Introitus vitæ æternæ dupliciter accipitur.

Alij ergo dicunt, quod præcepta primæ tabulæ necessaria sunt ad vitam: siue quantum ad principium, siue quantum ad plenitudinem eius. Et hoc etiam voluit Origenes destruens positionem illam quorundam quam referebat, cum ait: quamquam qui præterierit vnum mandatorum istorum, neque principium vitæ intrauerit. Sed dicunt quod tacuit præcepta primæ tabulæ Christus, quia iste iuuenis erat exercitatus satis in dilectione Dei, & ita tanquam non necessaria non recitauit ei præcepta primæ tabulæ: sed præcepta secundæ tabulæ, que ad proximum sunt, quasi in illis opus est magis exercitari. Sic dicit Remigius: Querendum est quare dominus tantum secundæ tabulæ præcepta commemorauit, & respondet, iccirco scilicet, quia forte iste studiosus erat in dilectione Dei. Sed dicendum, quod non multum stat. Primò quia potius videtur iste fuisse exercitatus in præceptis secundæ tabulæ. Nam cum dñs retulerit illi præcepta, ista dixit iuuenis: omnia ista custodiui a iuuentute mea: ergo etiã exercitatus erat in istis, & ita nõ expressit præcepta secundæ tabulæ, quasi non esset in istis exercitatus, tacitis præceptis primæ tabulæ, in quibus magis videretur exercitatus. Secundò quia facilius est homini bene se habere ad proximum non nocendo ei: quam proficere in amore Dei, cum ille profectus magis abstractat hominum a terrenis, & ita si suffiçienter esset exercitatus in præceptis que pertinent ad Deum, esset etiã suffiçienter instructus in præceptis, quæ ad proximum: & non oporteret illa replicari. Tertio quia non videtur verum quod esset exercitatus suffiçienter in præceptis primæ tabulæ, quæ pertinent ad Dei dilectionem: quia tunc si diceretur sibi, quod aliquid faceret propter Deum, non esset sibi difficile, & tñ quando dictum est ei, quod venderet omnia, quæ habebat, & daret pauperibus, noluit facere pro Deo, neque pro vita æterna: ergo non erat multum exercitatus circa dilectionem Dei. Alij autem dicunt, quod posita fuerunt præcepta secundæ tabulæ solum, quia Christus voluit ponere ordinem perueniendi ad vitam æternam, ad quam præuenitur per dilectionem Dei, & proximi, infra 22. in his pendente lex, & prophetæ. Et quia dilectio proximi est prior secundum progressum naturalem incipiendo a magis notis ponitur illa, vt gradus quidam: ergo peruenitur ad dilectionem Dei. Sic dicit Remigius, quod ideo posuit solum præcepta secundæ tabulæ que pertinent ad dilectionem proximi, quia dilectio proximi gradus est ascendendi ad dilectionem Dei. Sed dicendum, quod hoc non suffiçit: quia intentio Christi erat hic non solum ponere gradum aliquem perueniendi ad vitam æternam, sed & omnia necessaria, cum iuuenis quæsiuerit de tota dispositione perueniendi dicens, quid faciam, vt habeam vitam æternam? & tamen non suffiçient mandata secundæ tabulæ: ideo non posuit hac intentione. Secundò patet, & efficacius, quia si Christus intenderet ponere hic solum gradum quendam ad vitam æternam, & non omnia necessaria ad perueniendum, cum relatis præceptis secundæ tabulæ a Christo diceret iuuenis, omnia hæc custodiui a iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Christus diceret: desunt tibi adhuc præcepta primæ tabulæ, & illa explicaret, & tamen non posuit ea, sed dixit: si vis esse perfectus, vade & vende &c. ergo nihil deerat iuueni, & ita subintelligebant præcepta primæ tabulæ. Tertio patet quia ad vitam æternam sunt necessaria omnia præcepta decalogi, & quoad aliquod eorum manet non obseruatum nõ, habentur omnia necessaria veniendi ad vitam æternam: ideo quando iuuenis dixit, quid adhuc mihi deest? si non subintelligisset supra Christus præcepta primæ tabulæ necesse est, quod diceret, quod aliquid deerat: & Alph. Toist. super Euang. Matth. Pars V.

tamen ostendit quod nihil deerat: sed solum dixit ei, quod ageret ad consequendum perfectionem: ergo non intendit sola præcepta secundæ tabulæ ponere quasi illa essent gradus quidam ad consequendum vitam æternam, sed perfectam doctrinam tradere voluit. Dicendum igitur, quod licet exprimantur præcepta secundæ tabulæ: intelliguntur tamen esse expressa præcepta primæ tabulæ: sed Christus non curauit illa exprimere. Et causa est, quia sicut etiam præcepta secundæ tabulæ non omnia expressit, sed quædam, & per illa intellexit alia: ita & intellexit præcepta primæ tabulæ, & causa est, quia præcepta decalogi certa sunt: & expressis quibusdam subintelliguntur omnia alia: nam quibusdam expressis manifestum est, quod subintelliguntur alia, & ita etiam si pauciora expressisset poterat subintelligi omnia alia. Sed dicitur, sicut expressis quibusdam præceptis secundæ tabulæ tacita fuerunt alia: quare nõ factum est sic in præceptis primæ tabulæ, quod saltem aliqua illorum subintelligerentur expressis aliis. Dicendum, quod fuit primò, quia in præceptis secundæ tabulæ includuntur præcepta primæ tabulæ. Et ratio est, quia secunda tabula pertinet ad dilectionem proximi: prima tabula ad dilectionem Dei: sed in dilectione proximi includitur dilectio Dei. Nam Deus diligitur ex charitate propter seipsum: proximus autem propter Deum: ergo non potest diligere proximum, qui non diligit Deum. Quod verum est de dilectione ex caritate, secus de dilectione naturali, vel carnali, aut vitili: & ita præsupponuntur præcepta primæ tabulæ ad præcepta secundæ tabulæ. Sic ergo posuit hic Christus præcepta secundæ tabulæ, quasi illa ponendo, omnia præcepta & totam legem posuisset, cum omnia sint in dilectione proximi, vel præsupponantur ab ea. Sic dicitur ad Rom. decimotertio. Qui diligit proximum legem impleuit. Et iterum: Si quod aliud præceptum est, in hoc verbo solo instauratur: diliges proximum tuum sicut teipsum, & ad Gal. 5. dicit: Omnis enim lex, id est tota in vno sermone impletur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Hoc autem est, quia charitas proximi præsupponit necessario charitatem Dei. Sed aliqui obijciunt, quod sit è contrario, cum videatur præsupponi charitas proximi ante charitatem Dei: quia dicitur 1. Ioan. 4. Siquis dixerit, quia diligit Deum & fratrem suum odit, mendax est: qui enim non diligit fratrem, quem videt, quomodo Deum quem non videt, diligere potest? Dicendum, quod dilectio, que non est formata neque est ex habitu charitatis, potest esse prius ad proximum quàm ad Deum: cum ille videatur, & non Deus: dilectio tamen que est ex charitate, non est prius ad proximum quam ad Deum: sed secundum tempus simul est, cum ex eodem habitu charitatis sit dilectio Dei & proximi. Est tamen prior dilectio Dei ratione & natura inquantum secundum ordinem charitatis diligitur proximus non propter se, sed propter Deum: & ideo Deus prius diligitur: & ita stat semper ratio, quod in dilectione proximi includitur dilectio Dei velut præsupposita: & ita ponendo præcepta secundæ tabulæ, implicite ponuntur præcepta primæ tabulæ. Secundò potest dici, quod Christus tacuit præcepta primæ tabulæ, quia voluit ostendere illud, de quo poterat dubitari. Quod autem per se planum erat, non oportebat explicari. Posuit autem præcepta secundæ tabulæ, quæ omnia ordinant in proximum: Sed manifestum est, quod magis necessarium est cauere offensionem Dei quam proximi, & magis necessarium est honorare ipsum quam proximum: cum ergo tam diligenter Christus expresserit, quod necesse erat obseruare præcepta secundæ tabulæ, que ad proximum sunt, manifestum erat quod ad intrandum vitam æternam magis necessarium esset obseruari præcepta primæ tabulæ, que sunt ad Deum: ideo non fuit opus exprimere

R mere

mere illa. Et ista est ratio vera: & ita tenet Nicolaus. Nam ratio precedens est legitima, sed est subtilis, & fortassis iuuenis non intelligeret eam: Christus tamē loquebatur iuxta capacitatem eius: quia aliās non esset doctrina: ideo intellexit, vt dictum est, scilicet q̄ etiam si non exprimeretur, per se notum erat, quod deberent seruari ad habendum vitam æternam.

Quare Christus sic ordinavit ista præcepta, cum non sic in decalogo ordinentur. Questio. CXXV.

QVAERETVR, quare Christus sic ordinavit ista præcepta: nam non est talis ordo eorum in decalogo, sed potius contrarius: quia honorare patrē ponitur primum in decalogo in præceptis, quæ ad primum dirigunt, & hic ponitur vltimum. Dicendum quod istum ordinem tenuit Christus in loquendo, quod omnes euangelistæ ostendunt: nam Marcus, & Lucas eundem ponunt ordinem constituentes in vltimo honorem parentum. Marc. decimo, & Luc. 18. Causa autem putatur esse à quibusdam: quia Christus solum curabat hic de veritate, & non de ordine. ideo non referebat quid illorum poneretur primum vel vltimum. Sed magis videtur, quod ex aliqua causa fecerit: non enim tantam faceret mutationem ordinis. Ideo potest dici primum q̄ Christus ordinavit ista præcepta secundum maiorem, & minorem necessitatem, scilicet q̄ magis necessaria ponit in principio, magis autem necessarium est cauere ab inferendo malum alicui quàm bonum ei facere, & quia in præceptis negatiuis cauetur malum inferendum: in affirmatiuis autem præcipitur bonum faciendum: ponuntur prius omnia negatiua, & vltimo ponitur vnum affirmatiuum de honorando parentes. Secundò potest accipi ordo ex maiestate peccati, est. n. peccatum transgredi quodcumq; mandatum: illa ergo prius posuit, quorum transgressio est maius peccatum: maius est autem homicidium q̄ adulterium, & q̄ omnia mala, quæ inferuntur proximo: ideo istud præposuit in ordine: post homicidium est adulterium: quia illud est maius quàm furtum, & falsum testimonium: quod patet ex pena maiori quæ dabatur i lege Dei: quia pro adulterio semper infligebatur mors Leui. 20. & Deut. 22. pro furto autē nō, sed restitutio vt cōiter. Exo. 22. post adulterium ponitur furtum ante falsum testimonium: quia licet maius malum sit auferre homini famam, q̄ res possessas: tñ forte Iudæi, qui auari erant facilius tolerabant in famiam quàm depauperationem: ideo iuxta eos maius peccatū putaretur furtū, quàm falsum testimonium. Et vltimò ponitur de honore parentū: quia minus peccatum est cessare ab agendo bonum, quàm committere malum, ceteris paribus. Tertiò ordinantur aliqui ista præcepta per facilitatem: ita q̄ ea præponantur, quorum sunt faciliores executiones: sed facilius est cessare à malo, quàm bonum agere: ideo ponitur prius omnia præcepta negatiua, quàm affirmatiuum de honorando parentes. Sic dicit Titus. Sed videas in non agendo præcepta cōsistere, qm̄ si non mechatas fueris, castus es: & si non fureris, beneuolus: si falso non iures aut testeris, veridicus. Attende virtutem iam facilem per bonitatem statuentis: nam mali fugam ingerunt non boni exercitium: quilibet autē quies quolibet est facilior opere. Quarto dicunt aliqui, q̄ magis grauiam ponunt in fine, & ideo q̄a facere aliquid contra parentes est durius & rarius accidit: ponitur istud post omnia præcepta. Sic dicit Theophilus, sed, quia in parentes committere quicquam magnū, sit cuius, raro tñ accidit, post omnia ponit. Sed dicendum, quod transgressio præcepti affirmatiui de

Maius peccatū ē homicidium, q̄ adulterium, & adulterium maius est furto, & falso testimonio.

honorando parentes non est maius peccatum simpliciter, quàm transgressiones præceptorum negatiuorum: sed dicendum, quod transgressio illius præcepti aut fiet omittendo, id est non faciendo ad quod obligamur, aut fiet committendo, scilicet aliquid mali faciēdo contra parentes. Accipiendo primo modo regulariter est grauius peccatum transgressio negatiuorum, q̄ affirmatiui. Accipiendo secundo modo, maius peccatum est transgressio huius affirmatiui: quia tunc nō solum transgredimur affirmatiuum, sed etiam negatiuum, cum vetitum sit quātum ad omnes homines mala illis inferre, & ita accipit Theophilus. Cum dicitur in tertia applicatione de facilitate, exequendi. Dicendum, quod verum est cōparando omnia negatiua simul ad affirmatiuum: & tñ comparando oīane gatiua inter se secus vī. Et tñ dicendū, q̄ aut tunc accipitur adulterari pro solo adulterio, aut pro oīa illicito mēbrorum generatiuorū. Accipiendo primo modo forte verū est, quia facile est euitare adulterium, si ad quamcumq; aliam non coniugatam accedere liceat saltem ad simpliciter solutas. Accipiendo autē secundo modo, nullum præceptū difficilius obseruatur quàm illud: quia est contra inclinationem naturalem. Etiam accipiendo primo modo quibusdam est difficilius abstinere ab adulterio, cū incidit eis amor coniugatarum, q̄ abstinere ab aliis vitiis oībus: ideo dicendum, quod non debet cōparari negatiua inter se in facilitate, & difficultate, sed sola negatiua ad affirmatiua, & tunc potest esse verum & tñ adhuc circa quosdam est difficultas, quibus est facilius explere omnia, ad quæ tenentur parentibus, & aliis quibuscumque, q̄ abstinere à veneris, & ideo applicationes duæ primæ sunt conuenientiores.

An præcepta legis Moyfi subintelligantur hic, ita quod essent necessaria, ad ingrediendum ad vitam. Questio. CXXVI.

QVAERETVR, an præcepta legis Moyfi subintelligantur hic, ita q̄ necessaria essent ad ingrediendum ad vitam. Aliqui dicunt quod sic, quia licet non exprimentur subintelligerentur, sicut multa de præceptis decalogi quæ non exprimentur: constat tamen, quod omnia erant necessaria ad vitam æternā. Secundò, quia dicit Remigius: Demonstratur his verbis, quod lex suis impletoribus non solum temporalia bona dabat, sed & vitam æternam. Et Beda dicit: Notandum, quod iustitia legis suo tempore custodita nō solum bona terræ, verum etiam suis cultoribus vitam conferebat æternam, & tamen vitam conferebant ea, quæ dixit Christus agenda ad ingrediendū in vitam æternam, ergo lex Moyfi erat ad habendam vitam æternam, & illam voluit hic intelligi, licet non expresserit. Dicendum, quod non intelligitur lex Moyfi in eis quæ Christus dixit: non enim posuit ea in necessariis ad habendum vitam æternam. Et patet quia si lex Moyfi esset necessaria ad habendum vitam æternam, expressisset Christus ipsam legem in generali, vel aliquod de præceptis eius, & tamen nihil expressit. Et patet quia licet præcepta decalogi non posuerit ad plenum, posuit tamen aliqua, sed de præceptis legalibus nullum posuit. Secundò fuit quia Christus posuit tantam necessaria ad vitam ea, quæ obseruata sunt meritoria vitæ æternæ: lex tamen custodita non dabat vitam æternam, sed bona temporalia. Leui. vigesimo septimo. & Deuterio. vigesimo octauo. & Itā primo ideo non debuit poni hic. Tertiò, quia Christus posuit solum ea, quæ necessaria erant simpliciter ad habendum vitam æternam: & tamen obseruatio legis Moyfi non erat simpliciter necessaria ad vitam æternam.

Lex Moyfi nō est necessaria ad habendū vitam æternam.

nam: quia tunc nemo posset habere vitam æternam sine obseruatione legis illius, quod falsum est. Quarto quia Christus voluit ostendere quod ad vitam æternam non solum Iudæi, sed etiam antiqui patres peruenire potuerint: sic dicitur Luc. decimotertio. Cū videritis Abraham, Isaac, & Jacob, & omnes prophetas in regno Dei: vos autem expelli foras: & tamē illi non obseruauerunt legem Moyfi, cum nondum esset data: ergo sine illa peruenire potuerunt patres antiqui ad vitam æternam, & ita non debuit exprimi. præcepta autem decalogi ab omnibus gentibus custodiri potuerunt à principio: quia naturaliter insunt de dictamine rationis: ideo illa fuit conueniens exprimi. Quintò & principaliter quia Christus dabat nunc vitam, qua homines possent peruenire ad vitam æternam de cætero: & tamen ipse non intendebat obligare quæquam ad obseruationem legis Moyfi, cum potius nunc obseruatio eius cessare deberet: ideo non expressit. neque debuit exprimere illam, neque subintelligitur: imò etiam si necessaria esset pro aliquo tempore ad habendum vitam æternam, Christus non exprimeret eam, neque subintelligi vellet: quia tunc cum omnis doctrina ab eo data maneat in perpetuū, & obliget omnes, manerem obligati ad legem Moyfi, quod falsum est, & ita Christus præcepta decalogi voluit esse necessaria ad vitam æternam: sed nullo modo legē Moyfi.

Ois doctrina à Christo data manet æternam.

Ad primum dicendum quod illud non probat, quod necesse sit subintelligi legem Moyfi in verbis Christi licet non expresserit: sed quod non esset incoueniens eam subintelligi. Et tamen adhuc dicendum quod non subintelligitur. Primum quia si Christus voluisset illam subintelligi expressisset aliquo modo eā: sicut est de præceptis decalogi, quæ voluit Christus necessaria esse ad vitam æternam: nam licet non expresserit omnia, expressit plurima, & tamen nullum præceptum legis Moyfi expressit: ergo noluit subintelligi illam. Secundò quia non est simile vt de præceptis decalogi: quia illa sunt de lege naturæ: & etiam si non imponeretur esset homo tacite obligatus ad illa: sicut omnibus gentibus & omni tempore fuit obligatio obseruandi præcepta decalogi: & tamen nulli genti data fuerunt nisi Iudæis. Vnde etiam si non diceret nunc Christus illa esse necessaria ad vitam æternam, intelligeretur quod essent necessaria, cum non posset quis agere contra illa sine peccato mortali: & tamē cum peccato nemo ingreditur in vitam æternam. Secus est de lege Moyfi, quia obseruatio illius non erat necessaria simpliciter, id est non omnibus, neque omni tempore: sed solum obligabat Iudæos, quibus Deus imposuerat, & eo tempore obligabat, quod durabat, poterat autē cessare statim obligatio ei⁹ qd̄ nō est de præceptis decalogi, a quorum obseruatione nemo potest absolui: ideo si non exprimerentur præcepta legis Moyfi non subintelligebantur, sicut præcepta decalogi, quæ se ineran: imò eo ipso quod non exprimebantur præcepta legalia, innuitur, q̄ non erant necessaria ad vitam æternam: quia ista vita de nouo annuntiabatur: & præcepta Moyfi obseruatoribus conferebant bona temporalia: ideo subintelligi iustum erat q̄ non pertinebant illa ad vitam æternam. Ad secundū potest dici vno modo, q̄ lex Moyfi proprie sumpta prout consistit in caeremonialibus & iudicialibus nō conferebat vitam æternam, sed solum temporalia: quia illud fertur per legem quod per eā pmittitur, & tñ obseruatoribus eius nō pmittuntur in ea nisi bona terrea: ergo ista sola conferebat. Est tñ dicendum quod aut accipitur obseruatio legis Moyfi quantum ad ipsum opus legis, id est opus operatum, aut quātū ad intentionem operantium. Si quantum ad opus, dico q̄ non conferebatur obseruatoribus vita æterna, sed solum bona

Quo lex Moyfi vitæ æternæ dābat cultoribus, suis

temporalia, & ideo ipse obseruationes legales quātum ad literam, sine fierent ex timore Dei, sine amore, siue quocumque alio zelo, erant promeritoria bonorum temporalium. Si autem accipiatur obseruatio ex intentione obseruantium: poterat quis per obseruationem legis mereri vitam æternam, scilicet, si ex charitate illam obseruaret: & tunc meritum non est ex opere, sed ex charitate: nam eodem modo per quodcūque opus factum ex charitate, meremur vitam æternam: quia tamen simpliciter loquendo legis obseruatio non dicit nisi opus, & non intentionem operantis: verū est q̄ lex non dabat obseruatoribus vitam æternam, sed sola bona temporalia, & in hoc differit sacramentalia noui testamenti ab operationibus legis Moyfi: quia ille ex seipsis non conferebant nisi bona temporalia: sacramenta autē nostra conferunt ex seipsis gratiam & vitam æternam nisi suscipiens posuerit obiectum, & ita verum est, q̄ legalia non conferebant vitam æternam temporibus suis obseruata. Cū autē dicit doctores, q̄ conferebant vitam æternam, potest intelligi ex operantis intentione, non autem ex opere operato. Secundò potest dici & melius, quod doctores non accipiunt hic opera legis, id est caeremonialia & iudicialia, sed præcepta decalogi, quæ vocantur largē lex, in quantum in lege Moyfi scripta erant: licet ipsa non sint legalia, id est positiua, sed ex iure naturæ. Et patet hoc ex dicto Remi. ait. n. Demonstratur his, q̄ lex suis impletoribus non solum temporalia bona dabat, sed & vitam æternam. Et ita non arguit ex subintellecto, sed ex verbis: q̄ stat tñ q̄ Christus nulla verba præceptorum hic posuit nisi decalogi, ideo de illis intellexit Remi. Idem patet & apertius ex auctoritate Bedæ: dicit. n. Iustitia legis suo tempore custodita non solum bona terræ, verum etiam suis cultoribus vitam conferebat æternam. Vnde dominus de uita æterna quaerenti cōsequenter dixit, præcepta nostra, ne adulteres, ne occidas, &c. & sic innuit, quod ista erant præcepta legis, & tamen ista non sunt propria de lege Moyfi, sed sunt decalogus, & lex naturalis, & de istis verum est, quod conferunt vitam æternam.

In quo differunt sacramentalia noui testamenti ab operationibus legis Moyfi.

Quare Christus posuit decalogum ad vitam æternam necessarium. Questio. CXXVII.

QVAERETVR, quare Christus posuit decalogum ad vitam æternam necessarium: nam etiā decalogus non magis confert vitam æternam quàm lex Moyfi: quia si lex Moyfi accipiatur ex intentione operantis, fert vitam æternam, vt dictū est præce. q. ex opere aut operato non confert vitam æternam. Et idem est de præceptis decalogi: quia per illa ex solo opere operato non meretur quis vitam æternam: vt si in peccato mortali existens obseruet totum decalogum. sed qui in charitate existens obseruat eū meretur vitam æternam, & tunc per charitatem meretur, & non ex operibus decalogi: iō vel tam lex q̄ decalogus poni debuerant ad habendum vitam æternam vel neutrum. Dicendū, q̄ aliud est dici, q̄ per aliud mereamur vitam æternam, & aliud, q̄ aliquid sit necessarium ad habendum vitam æternam. Accipiendo primum, dicendū, q̄ nihil est meritorium nisi actus charitatis, vel actus alij, vt sunt imperati a charitate, & ita certū est, quod neq; lex Moyfi, neque præcepta decalogi, neq; aliquæ operationes per se ipsas sunt meritorie: et ita neq; lex Moyfi, neque decalogus pertinent ad vitam æternam. Accipiendo secundo modo dicendum, q̄ aliquæ operationes sunt necessarie ad vitam æternam, licet non sint meritorie illius, & ita totus decalogus est necessarius ad vitam æternam, quia nemo contra illum agendo potest habere vitam æternam: lex autem Moyfi non est necessaria ad vitam æternam: cum ad obseruationem eius

non obligemur, & ita precepta decalogi, licet non sint meritoria vite eterne sunt necessaria ad vitam eternam: quia sine illis non habetur, vita eterna. Lex autem Moysi neque est aut fuit unquam meritoria vite eterne. Et non est necessaria ad vitam eternam, cum non obseruando illam perueniamus illuc: ideo nullo modo pertinet lex ad vitam eternam, & ita de decalogo Christus dixit, & non de lege Moysi.

An isti iuueni erat necessaria obseruatio legis Moysi ad vitam eternam. Quasi. CXXVIIII.

QVAERETVR, an isti iuueni erat necessaria obseruatio legis Moysi ad vitam eternam. Aliqui dicunt, quod non quia Christus non expressit hic nisi decalogum, & tamen si esset necessaria lex Moysi expressisset etiam illam. Sic etiam dicit Nicolaus, quod per predicta ostendit saluator, quod obseruantia preceptorum ceremonialium, & iudicialium non erant amplius necessaria ad salutem. Sed dicendum, quod isti iuueni erat obseruantia legis Moysi necessaria ad vitam eternam, quam homo obligatur obseruare, quia sine illis non esset liber a peccato, & tamen iuuenis iste obligabatur ad legem Moysi, cum esset Iudaeus, & lex illa adhuc obligabat, non cessauit obligatio legis Moysi statim ut Christus cepit predicare: quia quousque scirent Iudaei se obligari ad legem Christi, non cessabat obligatio legis Moysi, & in hoc non patuit statim ut Christus cepit predicare: ideo adhuc manebat lex Moysi in vigore suo, & sic iuuenis iste, qui Iudaeus erat obligabatur ad illam: ideo ita erat necessaria ei obseruatio legis Moysi, sicut obseruatio decalogi. Sed dicitur, quare ergo Christus non dixit vtrunque, cum vtrunque esset necessarium. Dicendum, quod licet lex Moysi esset necessaria iuueni, non dixit illud Christus: quia Christus non venerat predicare legem Moysi: sed ut annuntiaret Euangelium regni, supra 4. & 9. c. Vnde per taciturnitatem, & obseruationem suam approbat Christus legem Moysi, & tamen verbo nunquam eam predicabat, quia non venerat ad hoc. Secundo, & principalius, quia ea quae Christus diceret nunc erant doctrina perpetua, & ideo si diceret legem Moysi esse necessariam ad vitam eternam habendam, videretur nos obligasse ad seruandam legem illam: non ergo dicit de illa, licet esset necessaria, sed solum dixit de decalogo, qui semper est necessarius & fuit. Sed dicitur, quod ad hoc non sufficit hoc, quia iuuenis ille querebat, quid esset sibi necessarium ad habendum vitam eternam. Dicendum autem, quod erat necessarius decalogus cum etiam esset necessaria ex Moysi, non erat sufficiens doctrina, imo erat occasio fallendi. Dicendo, quod licet doctrina de habendo vitam eternam daretur nunc a Christo ad petitionem huius iuuenis: non tamen dabatur solum pro isto iuueni, sed potius pro futuris, & in futurum non erat necessaria obseruatio legis Moysi: ideo non debuit illam exprimere. Cum autem dicitur, quod esset occasio fallendi iuuenem, dicendum est, quod falsum est: quia antequam quareret aliquid iuuenis a Christo, sciebat se obligatum esse ad legem Moysi & decalogum: per hoc autem, quod Christus dixit, quod decalogus erat necessarius, non absoluit iuuenem ab aliqua re, qua prius teneretur, sed solum ostendebat ei, quid esset simpliciter necessarium ad vitam eternam. Maneret ergo obligatus ad legem Moysi obseruandam, non quidem in quantum ipsa secundum se esset necessaria ad vitam eternam: sed in quantum Deus illam imposuisset Iudaeis utonus. Decalogus autem est, qui secundum se ad vitam eternam necessarius est, ideo illum solum debuit exprimere, & non erat occasio fallendi.

An aliquid preter decalogum erat necessarium ad vitam eternam. Quasi. CXXIX.

QVAERETVR, an aliquid preter decalogum erat necessarium ad vitam eternam. Dicendum, quod aut quaretur an sit simpliciter necessarium aliquid ad vitam eternam ultra decalogum: vel an aliquid sit nobis ultra necessarium. Accipiendum secundum dicendum, quod multa preter decalogum sunt necessaria ad vitam eternam: quia omnia, quae obligamur seruare, & quorum transgressio aut ommissio esset in nobis peccatum mortale, sunt necessaria ad vitam eternam: quia ad vitam eternam est necessarium euitare peccatum mortale: ergo omnia illa, quibus non obseruatis in peccatum incidimus sunt necessaria ad vitam eternam, & ita ceremonialia omnia, & foralia quae obseruare tenemur, sunt, necessaria ad vitam eternam: multa enim instituit Ecclesia obseruanda, ad quae omnia tenemur, & domini & legislatores, in quorum districtu degimus: & si sint taglia, quae sint ad regulandos mores transgressio eorum inducit peccatum mortale, & consequenter obseruatio eorum est necessaria ad vitam eternam: omnia enim, quae nos vouemus, siue quorum obligationes nos ipsi super nos inducimus sunt, necessaria ad vitam eternam: quod etiam Christus inducit obseruandum preter decalogum, ut non repudiare uxorem, ad quod etiam tenemur. Apostoli quoque aliqua statuerunt obseruanda, ut Paulus Corinthios ordinat quantum ad multa ceremonialia, & illa obligamur obseruare, & ita sunt necessaria ad vitam eternam, sunt tamen ultra decalogum. Accipiendum primum modum dicendum, quod simpliciter est necessarius solus decalogus, & ea, quae ad decalogum pertinent. Dicitur autem simpliciter necessarium illud sine cuius obseruatione nullo modo poterat haberi vitam eternam, neque potuit unquam, neque poterit. Et hoc consistit in decalogo, quia ceremonialia & iudicialia, quae nos nunc obseruamus ex institutione Ecclesiae, & principum seculi non obligant nisi, quia instituta sunt, & possunt reuocari, si autem nunquam instituta fuissent, vel cassarentur, non essent necessaria ad vitam eternam: ideo non sunt simpliciter necessaria ad vitam eternam: necessaria sunt simpliciter illa, quae etiam si non instituerentur obligarent: & postquam semel obligant, reuocari non possunt: talia sunt quae naturaliter obligant, scilicet quae sunt de iure naturali, quae omni tempore, & omnes homines obligauerunt, & ista vel sunt in decalogo, vel reducuntur ad illum: ideo decalogus est, qui simpliciter est necessarius ad vitam eternam. Est tamen sciendum, quod in decalogo non ponuntur expresse omnia, quae sunt de lege naturali, ut obseruentur. Et potissimum ea, quae consistunt in agendo: continet enim decalogus duo, scilicet ea, per quae homo ordinatur in Deum, & per quae ordinatur in proximum. Respectu Dei tenetur homo exhibere honorem debitum Deo, ut domino creatori, & gubernatori & beatificatori, & redemptori, & tenetur cauere offensionem illius. De hoc ponuntur tria precepta in decalogo de cauendo offensionem duo, scilicet non colere alienos deos, & non iurare in vanum, & vnum de exhibendo honorem, scilicet colere vel sanctificare Sabbathum. Certum est tamen, quod multa alia iudicat ratio naturalis nos debere facere propter Dei honorem ultra custodiam Sabbathi: omnia autem illa facere tenemur, & tamen illa intelliguntur sub custodia Sabbathi. Etiam in multis aliis possumus offendere directe Deum, & non offendendo proximum preter colere Deos alios nos, & iurare in vanum, & omnes offensiones Dei, quas dicitur

Oes obligationes quas nos ipsi super nos inducimus sunt necessaria ad vitam eternam.

Quo homo ad proximum ordinatur.

Vltra ea quae in decalogo sunt multa alia sunt ad vitam eternam necessaria.

dicitur nobis esse offensiones tenemur euitare: ideo ad ea multa alia tenemur respectu Dei, & quae sunt necessaria ad vitam eternam praeter illa, quae continentur in decalogo. Ad proximum autem ordinatur homo beneficiando & nocumtum eius cauendo. Primum est per precepta affirmatiua, & est vnicum, scilicet honorare parentes. Secundum est, per precepta negatiua, quae sunt sex. Certum est tamen, quod plura mala sunt, quae vnus homo potest alteri inferre quam vnus vnus in decalogo: & tamen tenetur quilibet non inferre alteri nocumtum aliquod: maxime autem apparet hoc adhuc circa bonum, quod homo tenetur homini: nam ex obligatione naturali tenetur homo homini ad multa, saltem in necessitatibus temporalibus & spiritualibus: & tamen in decalogo vnicum est affirmatiuum preceptum, scilicet honorare parentes: ideo ultra decalogum sunt multa, in quibus obligatur homo Deo, & proximo de iure naturali: & illa sunt necessaria ad vitam eternam, cum omnes gentes ad haec obligentur per naturalem dictionem, quod in eis est. Et ita dicendum, quod ultra ea, quae sunt in decalogo, sunt multa necessaria ad vitam eternam: & tamen omnia illa reducuntur ad decalogum. Et quia aliquis putaret, quod ad sola illa obligabatur: adiunxit Christus aliud, quod non est preceptum speciale decalogi: sed includit in se omnia, quae de iure naturae seruanda sunt, scilicet diliges proximum sicut teipsum: per hoc enim intelliguntur omnia, quae reducuntur ad decalogum, & quae obseruanda sunt de iure naturae tam ad Deum quam ad proximum. Et patet, quia istud est preceptum generale de dilectione proximi, sed in dilectione proximi includitur dilectio Dei, qui autem diligit non offendit, sed prodest: ideo qui diligit Deum, & proximum, facit omnia ad quae obligatur, quae sub dilectione includuntur omnia, ad quae quis obligatur: Et tamen ista, ad quae de iure naturali obligatur, & quae sunt simpliciter necessaria, ponuntur tripliciter: vno modo solum in generali: secundum modo omnino in particulari: tertio modo per conclusiones determinatas datas vniuersaliter, & non specialiter circa singula. De primo in Christo, qui diligit proximum legem, impleuit ad Rom. 13. & illud, tota lex in vno sermone instituitur, diliges proximum tuum. Et illud: diliges dominum Deum tuum: & proximum tuum sicut teipsum & infra 22. cap. De secundo non potest dari certa regula: nulla enim vnquam scriptura expressit, quae & quot sunt in quibus tenemur Deo, & in quibus tenemur proximo: quia quotcumque datus adhuc plura possunt occurrere, in quibus tenemur: sed sola ratio est quae dicitur de his, quando euenerint in particulari. De tertio modo est descriptio in decalogo: nam ibi ponuntur decem precepta quasi decem quaestiones generales de his in quibus tenemur Deo & proximo: non ponuntur ibi particulariter singula, in quibus tenemur, sed ad istas decem conclusiones reduci possunt quaecumque particularia, ad quae tenemur: & ideo fuit conueniens valde quod Deus assignaret istas decem conclusiones per ignorantem, quasi decem regulas iuris naturalis, ut per has scirent facilius applicare caetera, ad quae tenentur, quod nescirent si non ponerentur istae conclusiones. & ista fuit causa, quare Deus dedit explicitam ista decem precepta Iudaeis, quae etiam si non fuissent data obligabant, & ita Christus dixit hic, quod ista precepta decalogi erant necessaria ad vitam eternam: non quidem inueniens, quod solum ea, quae continentur in eis sint necessaria, sed omnia, quae sunt de iure naturali, quorum obligatio nunquam potest cessare, & illa non possunt singulariter exprimi: sed vel sunt in decalogo, vel reducuntur ad illum: sed eo modo, quo Deus per decalogum inuinit Iudaeis quod obligat

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V,

A seruare debeant omnia, quae sunt de iure naturali: ita & Christus nunc volens ostendere inueni quod ad vitam eternam erat necessaria obseruatio omnium eorum, quae sunt de iure naturali: dixit ei de obseruatione decalogi: quasi ibi omnia includatur implicitum vel per reductionem.

Quomodo Marcus posuit aliud negatiuum preceptum, quod in decalogo non est, scilicet ne fraudem feceris, & an Christus hoc dixerit. Quasi. CXXX.

QVAERETVR, quomodo cum Matthaeus, & Lucas posuerunt hic solum precepta quatuor negatiua: Marcus posuit aliud negatiuum, quod in decalogo non est, scilicet ne fraudem feceris, & an Christus hoc dixerit. Dicendum, quod quidquid asserit euangelista Christus dixisse, est tenendum quod illud dixerit, & ideo licet omnes taceant aliquid, & vnus solus illud exprimat, magis dicendum est, quod illud dixerit, quia ille solus illud asserit quam credatur, quod non dixerit, quia caeteri tacent: nam locus ab autoritate negatiue non tenet: maxime quia scimus, quod nemo Euangelistarum omnia Christi gesta, & dicta conscripserit: Io: 20. Multa quidem, & alia fecit Iesus, quae in libro hoc scripta non sunt. Etiam, quia nemo Euangelistarum falsum dicit, & tamen si quis eorum aliquid asserit dictum, quod dictum fuisse negamus, aut factum, mendacem illum facimus: si vero quibusdam aut omnibus tacentibus asseramus aliquid dictum esse, aut factum, quod omnes subterfiant, neminem facimus mendacem: cum ergo Marcus illud scripserit, dicendum est, quod Christus illud dixerit, & tamen Matthaeus & Lucas illud tacerunt. Christus autem dixit illud, sicut Marcus expressit ad magis notificandum: quia multa sunt, in quibus nocemus proximis fraudando eos. Per fraudem enim intelligitur omissio contractus, aut res alienae contractatio indebita sine contractu: quae tamen non est per violentiam aut secretam ablationem: & quia ista non intelliguntur plane sub nomine furti, voluit exprimere fraudem ultra furtum Matthaeus autem & Lucas subterfuerunt putantes sufficere decalogi expressionem: cum non facere fraudem non sit preceptum decalogi positum a domino in decalogo a principio: Etiam quia fraus ad furtum reduci potest: sicut & multa alia sunt, quae non exprimuntur, & necesse est illa reduci ad decalogum.

Fraude quae comprehenditur.

Quare Christus addidit hic: Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Quasi. CXXXI.

QVAERETVR, quare Christus addidit hic, & diliges proximum tuum sicut teipsum: nam istud non ponitur in decalogo. Exo. vigesimo, nec Deuter. quinto. Aliqui dicunt, quod Christus hoc non dixit, sed ab aliquo additum est, & insertum literae Matthei. Et motiuum ipsorum est: quia istud non inuenitur apud Marcum, neque apud Lucam: sed apud solum Mattheum. Sic dicit Origenes, scilicet, aut quod ait, diliges proximum tuum, non a domino positum est, sed ab aliquo additum: quia neque Marcus, neque Lucas hunc locum exponentes hoc addiderunt. Sed dicendum, quod non stat, quia ista est periculossissima assertio: nam hoc dato rotam scripturam poterimus equali ratione dicere esse vitiatam per aliquorum appositiones, & ita nulla fides ei dabitur, quod nihil deterius. Dicendum ergo est, quod illud a domino dictum est, sicut Matthaeus refert. Dicunt tamen aliqui, quod causa fuit, quia ponitur istud ad redarguendum R 3 dum



dum iuuenem, qui dicebat se compleuisse omnia... precepta legis: & tamen non compleuerat, quia non diligebat proximum suum, sicut seipsum: hoc enim in lege scriptum erat: sed ipse illud non faciebat, cum non daret pauperibus elemosynam: & hoc tangitur in euangelio, quod vocatur secundum Hebraeos. Sic dicit Origenes: scilicet: Vel aliter scriptum est in Euanglio secundum Hebraeos, quod cum dominus dixisset ei: vade, & vende omnia, quae habes, cepit diues scalpere caput suum, & non placuit ei: & dixit ad eum dominus, quomodo dicis impleri legem & prophetas: quoniam scriptum est in lege, diliges proximum tuum sicut teipsum, & ecce multi fratres tui filij Abrahae amici sunt (seruare morientes praefame: & domus tua plena multis bonis, & non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Sed dicitur quod hoc non statim quia istud euangelium secundum Hebraeos est apocryphum, sicut & multa alia, de quibus facit mentionem Hiero. in quodam prologo super Mattheum qui incipit: Plures fuisse. Secundum quia non est rationabile dictum: nam hoc supposito innueretur quod Christus arguebat iuuenem, quasi non diceret verum asserendo omnia haec seruauit a iuuentute mea: & tamen verum dixit cum Christus videns iuuenem dilexerit illu Mar. 10. quod si non faceret, si ille mentiretur in facie Christi ad fallendum illum: ergo non increparet eum per haec. Tertio quia tunc poneretur istud. f. diliges proximum & c. post nunc iuuenis, scilicet omnia haec custodiui a iuuentute mea, & tamen ponitur ante: ergo videtur quod sit praecipuum sicut praecedentia & non redargutio. Est igitur dicendum, quod Christus posuit istud tanquam mandatum, non quidem tanquam unum de mandatis decalogi distinctum ab aliis, cum non ponatur inter illa: sed ponitur ut clausula generalis ad includendum multa, quae non includuntur expresse in decalogo. Nam ut dictum est supra, multa sunt, ad quae tenemur proximis praeter ea, quae expresse ponuntur in decalogo: & illa includuntur sub dilectione proximi: ideo fuit valde conueniens: imo quasi necessarium poni illam clausulam generalem, ne putaret quis quod ad sola expressa in decalogo teneremur.

Quare non posita fuit hic causa generalis de dilectione Dei, sicut posita est de dilectione proximi. Quest. CXXXII.

QVAERETVR cum ponatur hic clausula generalis de dilectione proximi ad comprehendendum oia, quae ad proximum pertinent: quare non fuit posita clausula generalis de dilectione Dei, per quam intelligerentur omnia, quae ad Deum pertinent, sicut infra 22. cum dicitur, diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum. Dicendum quod non fuit factum: primo quia istud praecipuum de dilectione proximi ponitur hic ad comprehendendum ea, quae aperte non videntur inclusa sub decalogo praecipuorum proximi, & tamen hic non fuit expresse positum aliquod praecipuum de pertinentibus ad Deum, quae sunt in decalogo: ideo neque debuit poni de dilectione Dei ad comprehendendum, quae non expresse haberentur in praecipuis Dei, cum nulla de eis ponatur. Secundum per istam clausulam de dilectione proximi intelligitur dilectio Dei, quia dilectio Dei praesupponit dilectionem proximi, ut dicitur. 1. Io. 4. cap. Qui non diligit proximum suum, quem videt: quomodo Deum, quem non videt diligere poterit: & ad Rom. vigesimo tertio, Qui proximum diligit legem impleuit: & tamen dilectio Dei ad legem

pertinet, quia est principium, & maximum mandatum in lege. infra vigesimo secundo capit. ergo dilectio Dei intelligitur in dilectione proximi: & ita illa posita non oportuit poni clausulam aliquam de dilectione Dei: sicut & factum est quantum ad praecipua pertinentia ad Deum in speciali, quia nullum illorum expressum est, cum expressa fuerint praecipua ad proximum. Tertio & principaliter hoc fuit, quia Christus voluit ponere ea, de quibus aliquod dubium erat, & tamen de praecipuis pertinentibus ad Deum nullum erat dubium, sed magis de pertinentibus ad proximum: cum magis teneamur Deo quam proximo: & tamen posuit praecipuorum decalogi pertinentium ad proximum esse necessaria obseruationem: ideo a fortiori esset necessarium obseruare ea, quae ad Deum pertinent, & ideo neque aliqua praecipua de pertinentibus ad Deum posuit in speciali, neque in generali.

Dicit illi adolescens. Ostendit superius quid de obseruatione praecipuorum erat necessitatis: hic autem ostendit quid est supererogationis. & ista supererogatio est abiectione omnium temporalium per paupertatem voluntariam. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur paupertatis voluntariae meritum. Secundo ut ad eam alliciat, ostendit eius premium, ibi. Tunc respondens Petrus. Prima in duas, quia primo ostendit paupertatis voluntariae meritum. Secundo perfectionis huius retardationem, ibi. Cum autem audisset. Circa primum dicitur. Dicit illi adolescens. Anhelabat ad perfectionem iste iuuenis. putans cum parua aut nulla difficultate se illuc peruenturum: ideo statim ut Christus responderat rursus interrogauit. Omnia haec custodiui. Scilicet omnia praecipua, quae narrati: & non solum intellexit de narratis, sed etiam de eis, quae includebantur sub narratis. A iuuentute mea. Id est a parua etate, quam vocauit large iuuentutem, quasi dicat, non solum custodiu nunc ista: sed etiam quae sunt illa custodio & custodiui. Quid adhuc mihi deest? Id est nunquid deest aliquid mihi? Non enim dixit hoc iuuenis affirmatiue, quia nesciebat an istud sibi deesset, cum nesciret quid erat necessitatis, & quid supererogationis, & tamen quia desiderabat peruenire ad istam perfectionem quae sibi in aliquid sibi deesset. At illi

Iesus. Dans ei viam ad perfectionem. Si vis esse perfectus. Id est ad ea, quae necessaria sunt nihil tibi deest, cum omnia praedicta seruaueris: ideo iam non superest tibi nisi perfectio, & dixit, si vis, quasi dicat, non est necessitatis esse perfectum, sed voluntatis. Vade. Scilicet vade in domum tuam, & in alia loca, vbi habes bona tua. Et vende omnia quae habes. Non partem dixit, sed omnia: quia ad perfectam paupertatem, in qua homo Christum sequitur, oportet nihil sibi ipsi relinquere, quod sit omnia vendendo. Et da pauperibus. Scilicet pretia rerum venditarum, & non ipsas res: quia si res darentur non venderentur, sed distribuerentur. Et habebis thesaurum in caelo. Id est non credes quod ea, quae das perdis: sed cum lucro magno tibi reddentur: quia in caelo datur thesaurus pro eis. Et veni. Scilicet postquam venderis & erogaueris res tuas. Et sequere me. Scilicet doctrinam meam tenendo & mecum discurrendo de loco in locum.

An adolescens verum dixerit, quando dixit omnia, haec custodiui. Questio. CXXXIII.

QVAERETVR de isto adolescente, cum dixit omnia haec custodiui, an verum dixerit. Aliqui dicunt, quod mentitus fuerit. sic enim patet, quia si verum esset, quod per omnia praecipua exercitatus esset cum

cum diceret ei Christus, quod venderet quae habebat, obediret, & tamen non obediuit, sed abiit tristis: ergo non impleuerat mandata, quae dirigunt ad proximum. Idem dicit Hier. f. Mentitur adolescens: si enim quod posuit in istis mandatis, diliges proximum tuum sicut teipsum, opere compleisset, quomodo postea audiens, vade & vende omnia, quae habes, & da pauperibus, tristis abscedit?

Dicendum, quod iste iuuenis verè locutus fuit: fecerat enim omnia, quae dixit hic. Et apparet primo, quia mentiri nihil ei nunc proderat, & Christo non officiebat: sicut qui mentitur in confessione peccatorum sibi nocet, quia peccatorum veniam non consequitur. Iste autem iuuenis petebat rem spiritualem, scilicet vitam aeternam, ad quam non nisi per veritatem, & virtutes peruenitur: quod ergo mentiretur erat seipsum impedire, ideo non est verisimile, quod mentiretur. Secundum quia si iste iuuenis mentiretur, hoc est, quia haberet animum fallendi: & hoc siue ut ipse gloriaretur, siue ut Christum tentaret. Et quocumque horum dato non tristaretur, quando Christus dixit ei, vende omnia quae habes: sed etiam si non esset facturus simulare se hilariter accipere, & sponte obediatur, etiam si non haberet animum facienda: & per hoc gloriam quandam pro tunc coram aliis acciperet. Cum autem tristis abiit, ostendit defectum suum, & se impotentem ad ardua: ideo non mentiebatur ut gloriaretur, neque etiam ut tentaret: quia etiam tunc simularet se facturum quod dicebatur a Christo, ut tentationi suae esset opportunus: tristem autem se ostendendo, neque gloriam venari poterat, neque tentationi locus erat: ideo videtur, quod non mentiebatur, ut falleret. Tertio quia si mentiretur nondum habens primum gradum, scilicet eam, quae sunt necessaria ad vitam aeternam, licet a petere Christo quid adhuc mihi deest, non diceret ei Christus, si vis esse perfectus: quia hoc est quasi iam verè teneret primum gradum necessarium: sed Christus qui veritatem nouerat eum tanquam mendacem argueret non dandò sibi regulam de perfectione, & tamen non redarguit, sed regulam dedit: ergo non mentitus est iuuenis. Quarto, & efficacius quia Christus videns iuuenem ista dicentem, dilexit eum, ut dicitur Mar. 10. f. Haec omnia obseruauit a iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum dilexit eum: Christus tamen mendacium non diligit, sed detestatur. Psal. 5. Odiisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Ergo verè fecerat omnia, quae dixerat. Sic dicit Beda. Non est putandus homo iste vel voto tentans (ut quidam putauerunt) dominum interrogasse: vel de sua vita esse mentitus: sed simpliciter, ut vixerat, esse confessus: quod patet ex hoc quod subditur. Iesus autem intuitus dilexit eum: si autem mendacium aut simulationis noxa reus teneretur, nequaquam intuitus archana cordis eius diligere eum diceretur. Idem tenet Origenes. Dicens de isto iuueni quantum ad priora dignus erat amore, quae legis sunt obseruans a iuuentute sua. Idem tenet Aug. dicens, Secundum historiam iste iuuenis laudabilis erat, quia non occidit, non adulteratus est: vituperabilis autem, quia tristatus est in verbis Domini. Et ita vult, quod impleuerat praecipua, quae afferuerat se impleuisse, sed ad perfectionem non ascendit. Ad dictum Hierony. dicendum, quod istud pendet ex alio dubio, in quo varij sunt doctores, scilicet simplici corde, vel animo tentantis iuuenis venerit, & ostentum est, quod simplici corde supra Hiero. autem ibi contrarium tenens non multum tenetur: etiam quia argumentum suum non est efficax: nam licet verè impleuisset omnia mandata legis, quae Christus commemorauerat: poterat esse adhuc impotens ad statum per-

Alph. Tost, super Euang. Matth. Pars V.

A fectionis: quia non parum inter ista differt: ideo iuuenis, qui ardens erat ad perfectionem, vero animo eam cupiens, eam consequeretur, audita ista re graui, tristis recessit.

Cum iuuenis dixit omnia haec custodiui a iuuentute mea, quid intellexit per omnia. Quest. LXXXIII.

QVAERETVR, cum iuuenis dixit, omnia haec custodiui a iuuentute mea, quid intellexit per omnia. Aliqui dicunt quod solum praecipua, quae dirigunt ad proximum: nam illa sola Christus expresserat in litera. Dicendum, quod necesse est accipi de toto decalogo: tam ad praecipua Dei quam proximi. Et patet primo, quia licet sola quae ad proximum expresse posita fuerint: tamen per illam clausulam generalem, scilicet & diliges proximum tuum sicut teipsum, intelligebantur tam praecipua quaedam ad proximum omnia quam praecipua quae ad Deum: ut ostensum est, supra ideo etiam illa compleret. Secundum quia maioris necessitatis erant praecipua, quae ad Deum, quam quae ad proximum: ideo etiam si de illis expresse nihil dictum esset, tamen iuuenis, qui ad vitam aeternam anhelabat, putaret se omnino indignum ad illam, si illa praecipua non seruasset. Tertio quia iuuenis quae fuit quid adhuc sibi deesset, quasi dubitans, & nesciens, an aliquid sibi deesset: & tamen si praecipua, quae ad Deum sunt, quae sunt maximae necessitatis, non obseruasset, manifestum est, quod aliquid imò totum bonum sibi deesset: id non quaereret quid mihi deest, & tamen quae sunt: ideo videtur quod illa impleuerat. Quarto patet & efficacius, quia cum iuuenis dixit, quid adhuc mihi deest? dixit Christus: si vis esse perfectus & c. Et ita ostendit quod de necessariis nihil sibi deerat: imò iam non supererat aliquid agendum, cum ostenderet ei viam perfectionis, & tamen si nondum seruasset mandata, quae ad Deum pertinent deesset sibi multum de necessariis: ideo Christus non diceret ei de perfectione: sed diceret, quod faceret caetera, quae ei deerant. Apparet autem hoc magis ex verbis Christi apud Marcum: dixit enim, unum tibi deest: vade & vende omnia & c. id est hoc unum solum deest: si tamen nondum impleuisset mandata, quae ad Deum, non solum deesset illud unum, sed & multa alia: ergo iuuenis impleuerat non solum ea, quae Christus expressit: sed etiam omnia mandata, quae ad proximum: quorum aliqua Christus tacuit, & omnia, quae ad Deum, quorum nullum expressum est, & etiam ipsam legem Moysi implebat: nam cum ad illam esset obligatus, si non impleverat eam peccaret, & ita non esset dispositus ad vitam aeternam: & ita per, Omnia haec, intellexit iuuenis omnia, quae erant de lege naturae, & quae erant de lege Moysi, quae omnia obseruauerat.

Quare iste adolescens dixit: Omnia obseruauit a iuuentute mea: & quomodo poterat esse verum. Quest. CXXXVI.

QVAERETVR, quare dixit iste adolescens, omnia obseruauit a iuuentute mea: & quomodo hoc poterat esse: quia videtur implicare conditionem, cum nondum esset iuuenis, sed adolescens. Ad primum dicendum, quod dixit illud ad ostendendum suam magnam dispositionem: Christus enim dixerat ei, quod seruaret mandata, ipse autem dixit quod a iuuentute sua custodiuerat ea: quasi dicat, non solum nunc illa custodio: sed etiam temper custodiui: quia a iuuentute mea custodiui illa, & ita sufficientem dispositionem quantum ad hoc habeo. Secundum ad tollendum calumniam: quia si diceret iuuenis, ego custodio nunc ista praecipua, vel incipiam

custodire illa: posset dicere Christus quod oportebat aliquanto tempore eum insistere huic custodiae...

Quid adolescentia proprie sit...

Ad secundum dicendum, quod iste ad quem Christus loquitur, adolescens erat, ut dicitur hic, scilicet, dicit ille adolescens...

Peccata hominum post infantiam...

Dicendum igitur, quod adolescentia & iuuentus in sacra scriptura largè accipiuntur, & confusè non secundum taxationem annorum, quam nos ponimus...

Si vis esse perfectus: quasi dicat, cum observaueris mandata, non restat nisi ut perfectus efficiaris...

Quare Christus dixit, si vis esse perfectus. Questio. CXXXVII.

Quare Christus dixit, si vis esse perfectus: quia poterat dicere statim, vade, & vende omnia que habes...

Dicendum, quod hoc fuit ad distinguendum gradus, vel status. Sunt duo gradus: vnus, in quo observantur solum ea, que sunt supererogationis...

Dicendum, quod fuit primò ad ostendendum differentiam istius status à primo: quia primus status, qui vocatur sufficiens iustitia, est necessarius ad vitam æternam...

Quomodo stat, quod dicit Matthæus hic: Si vis esse perfectus: quia est repugnantia in Evangelistis. Questio. CXXXVIII.

Quare post prædicta dixit Christus iuueni, si vis esse perfectus. Quod perfectio non est de necessitate, sed spontanea...

Quare post prædicta dixit Christus iuueni, si vis esse perfectus. Quod perfectio non est de necessitate, sed spontanea...

ueatur: sicut nec est necesse, quod currat, absolute loquendo perfectio non est necessaria: & tamen si quis vult habere beatitudinem in gradu excellenti...

Quomodo potest stare, quia Matthæus dixit hic si vis esse perfectus vade, & vende omnia, que habes. Marcus autem & Lucas dixerunt adhuc vnum tibi deest, vade, & vende omnia, que habes: & quid istorum dixit Christus. Questio. CXXXIX.

Sed quæretur, quomodo potest stare, quia Matthæus dixit hic, si vis esse perfectus vade, & vende omnia, que habes...

Dicendum ad primum, quod non repugnant, quia ut dictum est præced. quæst. perfectio simpliciter est voluntaria, quia res est voti, & non præcepti...

Ad secundum potest dici vno modo, quod Evangelistæ non intendunt principaliter narrare verba Christi, sed sententias: & quia in sententia concordant...

Alterum tantum Lucas, & Marcus: & iungendo illa fit vna plena narratio.

An perfectio sit homini possibilis in hac vita. Questio. CXL.

Quare Christus dixit, quomodo Christus dixit iuueni, si vis esse perfectus: cum videatur, quod nemo possit esse perfectus maxime hic, & an perfectio sit homini possibilis...

Dicendum, quod potest homo esse perfectus, & non solum in patria, sed etiam in via: nam omnia mandata exhortationes, & suasiones sacre scripture dantur pro statu viae...

Totaliter dupliciter sumitur.

Deus tota entis natura...

else aliquem perfectum, nisi eum, qui naturaliter perfectus est, qui est solus Deus. Secundò modo potest accipi totalitas non simpliciter, sed respectu modi participationis. Nam hò & singula res constituuntur in diuersis speciebus, secundum qd sunt diuersi modi participationum diuinæ entitatis, & bonitatis in rebus, ab illa autem mensura entitatis & bonitatis contingit sepe deficere res, ideo non est in eis tunc totalitas secundum quam perfecta vocantur. Hæc autem perfectio, quia est quantum ad esse & naturam, non solù cõtingit hoibus, sed etiam oibus aliis rebus. s; in qualibet specie sit aliquid perfectum, & aliquid imperfectum s; m qd aliquid sortitur totalitatem speciei illius & aliquid non. De ista perfectione quantum ad homines dicendum, qd cõtingit aliquem esse perfectum s; m staturum præsentis viæ: licet non sit perfectio simpliciter, vt cû sit alia perfectio hominis maior quantum ad esse in prima, quia tam quantum ad figuratorem membrorum quam ad virtutes corporis, erit corpora meliora in patria quam nunc: iò tunc erunt simpliciter perfecta quantum ad conditionem esse humani: nunc at non loquimur de perfectione, quæ consistit in eisendo, sed in operando: operatio enim, vt bona sit, multa requirit & concursus illorum facit quandam totalitatem operationis, & illa totalitas dicit perfectionem operationis. De hac perfectione agitur hic: & non de perfectione eisendi. Quod patet primò, quia inuitamur in sacra scriptura ad perfectionem: & tñ non inuitamur ad ea, quæ sunt in potestate nostra, sed perfectio, quæ est in eisendo nõ est in potestate nostra; iò non agitur de illa. Secundò, quia perfecti merentur plusquam non perfecti: & tamen p ea, quæ pertinent ad esse, non meremur, cû non sint in potestate nostra: ergo non agitur de illa perfectione. Tertio, quia Christus dixit: Si vis esse perfectus vade, & vende omnia: & tñ vendere actus noster est: ergo de perfectione, quæ in actu cõsistit dicitur hic: hanc perfectionem potest homo habere in via, cû cõsistat in operationibus, quæ sunt in nostra potestate: & ita Christus ad perfectionem istam inuitat, quia possibile est eam nobis habere. Ad argumenta in contrariũ respondebitur, infra 141. quæst.

An perfectio nostra consistat in charitate. Quest. CXLII.

QV AERE TVR, cû perfectio nostra consistat in actu, & actus s; m virtutem sit bonus, quæ est virtus in cuius actu consistit perfectio Christianæ vitæ? Et quia solet dici, qd in actu charitatis consistit, est dubium, an consistat in illo. Aliqui dicunt, quòd nõ: dicit enim Apostolus primæ Cor. 14. Malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti: sed charitas non pertinet ad sensum: i. ad intellectũ, sed magis ad affectũ: ergo perfectio vitæ nostræ non consistit principaliter in charitate. Secundò patet, quia ad Ephe. 6. cap. dicitur: Accipite armaturã Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. Et ita pfectos nos vocat in armatura Dei, de quo ipse dicit: estote sicuti lumbos vestros in veritate, & induite lorica m iustitiæ in omnibus sumentes, scutum fidei; ergo perfectio nostra nõ solùm attenditur in charitate, sed et in aliis virtutibus, scilicet charitate, iustitia, & fide, & aliis. Tertio patet, quia virtutes apparent distincte in spe per actus suos, & tamen in loco primo ca. dicitur: Patientia opus perfectum habet: ergo videtur, quòd ista tus perfectionis magis attenditur secundum patientiã quam secundum charitatem.

Dicendum, qd perfectio nostra consistit in charitate. Sic dicit Apostolus ad Colos. 3. ca. Super omnia

Resp. ad quæsitum quæstionis

Charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. Vocatur autem vinculum perfectionis, idest vinciens vel ligans omnes virtutes in quandam perfectam vnitatem. Item patet hoc, quia vnumquodque dicitur esse perfectum in quantum attingit proprium finem, qui est vltima rei perfectio: charitas autem est, quæ vincit nos Deo, qui est vltimus finis humanæ mētis, quia qui manet in charitate in Deo manet. 1. Ioã. 4. ergo secundum charitatem specialiter attenditur perfectio: ceteræ autem virtutes non coniungunt hominem fini suo, eo quòd nulla earum est directè de fine vitæ humanæ tanquam de obiecto, cûm morales non habeant Deum pro obiecto, theologice habent Deum pro obiecto, sed nulla tam perfectè sicut charitas; ideo per charitatem, cui est naturalis esse in Deum, idest conuenit sibi ex natura habitus talis, ceteræ virtutes, quibus accidit dirigi in Deum, diriguntur in ipsum: & ita in actu eius principaliter consistet perfectio.

Ad primum dicendum, qd in charitate consistit perfectio, & ad illã pertinent sentus: bonum enim intellectus est veritas, perfectio ergo sensuum, idest intellectuum, vel intellectionum consistit in hoc, qd cõformantur veritati, & in ea sunt vnanimis. idem sentientes. Iuxta illud primæ Cor. primo, Sitis perfecti in eodem sensu: & in eadem scientia. vnanimitas autē ista, & concordia in veritate fit per charitatem; quæ consensus in hominibus operatur: ideo perfectio sensuum in charitate radicatur, & sic perfectio simpliciter nostra in charitate consistit.

Ad secundum dicendum, quòd accipiendõ perfectionem, vt competit homini, vel alteri rei, potest dici aliquis pfectus dupliciter, scilicet simpliciter aut s; m quid. Primo modo attenditur perfectio s; m id, quod pertinet ad rei naturam: vt si dicatur animal perfectũ, quãdo nihil ei deficit de dispositione membrorum, & aliis huiusmodi, quæ requiruntur ad vitam aiãlis. Secundo modo attenditur perfectio secundum aliquid exterius adiciens, vt in albedine vel nigredine; aut colore aliquo, vel robore & similibus. Ita ergo in vita Christiana inuenitur perfectio simpliciter, & secundum quid. Perfectio simpliciter est illa, secundum quã consistit vita Christiana in esse suo spiritali: Perfectio autem secundum quid in eo, quod adiacet vitæ; & non pertinet ad esse vitæ: est autem vita Christiana spiritalis, sicut dicitur ad Phil. 3. Conuersatio vestra in coelis est: & sicut corpus per coniunctionem ad animam participat vitã naturalem: ita anima per coniunctionem ad Christum participat esse spirituale, quod est vita sua. Sic dicitur ad Colos. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Consistit autem ista vnio, per quam anima viuat, in dilectione: ideo qui non diligit mortuus est 1. Io. 4. Qui non diligit, in morte manet: ergo perfectio simpliciter vitæ Christianæ est in charitate, secundum quam dicimur viuere: perfectio secundum quid est in eis, quæ adiacent vitæ Christianæ: & istæ sunt aliæ virtutes, quæ vitam nostram spirituales non efficiunt, sed exornant: & quia illud quod est per se, est principũ eius quod est per accidens, charitas erit perfectio vitæ Christianæ velut principũ aliarum virtutum existens.

Ad tertium dicendum, quòd patientia non reddit vitam nostram perfectam simpliciter, neque opus eius est perfectum in quantum est opus patientiæ, sed in ordine ad charitatem, scilicet in quantum patientia procedit à charitate, scilicet ex abundantia charitatis, tolerat quis aduersã. iuxta illud ad Ro. 8. Quis nos separabit à charitate Dei: an tribulatio, an angustia: & ita propter charitatem angustias toleramus, ne à charitate recedamus, & non solum patietur, sed etiam libenter

Charitas est vinculum perfectionis.

benter iuxta illud Act. 4.abant apostoli gaudentes a cõspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

An perfectio secundum charitatem possit esse in via.

Quest. CXLII.

QV AERE TVR, an talis perfectio qualis dicta est s; m charitatem possit esse in via. Dicendum qd sic, cû Christus inuitet & hortetur nos ad perfectionem: & tamen nulla alia perfectio est nisi ista, quæ est s; m charitatem, quia tamen totum, & perfectum id est sunt 3. Physicorum. perfectio nominat quandam totalitatem: erit perfectio in totalitate charitatis. Ista at totalitas inuenitur tripliciter. prima est totalitas absoluta: non solum prout consideratur ex parte diligentis, i. vt diligit quantum diligere potest: sed etiam ex parte diligibilis, scilicet vt Deus tantum diligatur, quantum diligibilis est. Et ista prima perfectio non est possibilis in homine: in via neque in patria, quia nunquã poterit quis diligere Deum quantum diligibilis est: cum sit diligibilis in infinitum, quia est infinite bonus. Angeli etiam non habent talem perfectionem charitatis: cum actus quoq; diligendi eorum sit finitus: solus enim Deus habet istam perfectionem charitatis, quia ipse diligit quantum potest, & quantum diligibilis est, qd potentia dilectiua est æqualis obiecto diligibilis: cum tanta sit in eo charitas quanta bonitas. Etia creaturas diligit quantum diligibiles sunt, idest quantum ipse eas diligibiles constituit. Secunda perfectio est charitatis, quæ etiam attenditur s; m totalitatem absolutam solũ ex parte diligentis prout affectus s; m suũ posse totum semper actualiter tendit in diligibile, scilicet in Deum, qui est obiectum primum & per se, & primò, quia ideo diligitur in quantum potest semp esse in actu amãdi, quia si quis cessaret ab oibus, alijs actibus etiam eo tempore, quo consistit in actu amãdi non amat secundum totam intentionem possibilem in actu, quia intensus amare posset si apponeret totum conatum. Tertia perfectio est, quæ attenditur s; m totalitatem, sed non absolutam: non est enim totalitas ex parte diligentis, quia non oportet, quòd semper diligit actualiter neque ex toto conatu, neque etiam ex parte diligibilis: quia non est necesse tantum diligere quantum diligendum est, sed totalitas ista accipitur quantum ad hoc, quòd excludantur totaliter omnia, quæ repugnant motui dilectionis in Deum, & proximum: & hoc est tollendo principaliter cupiditatẽ, & quãdam passiones. dicit enim August. lib. 8. 3. quæstionum, quòd venenum charitatis est cupiditas. Ista perfectio charitatis habebitur in futuro, & etiam haberi potest hic. Et hoc dupliciter: primò in quantum ab effectu hominis excluditur omne illud quod charitati contrariatur, sicut est peccatum, s; mortale: & talis perfectio conuertitur cum charitate, quia nunquã sine illa est charitas, & est ista de necessitate salutis: vn de communiter non solemus hanc vocare perfectionem, nisi dicatur perfectio radicaliter vel originatiuè quia iste gradus requiritur ad hoc, quòd inueniat perfectio hominis excluditur non solũ illud, quod charitati est contrarium: sed etiam omne illud, quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur in Deum: & sine ista perfectione potest charitas esse, sicut incipientibus & proficientibus, in quibus charitas est: & tamen sunt in eis venialia, & affectiones aliq; rerum mundanarum, quæ impediunt ne totaliter dirigatur mens in Deum: & ista secunda est perfectio, de qua in præsentiloquimur, qd aliqui perfecti efficiuntur in vita.

Triplex est totalitas.

Nunquam poterit tantum Deus diligi quantum diligibile est.

Perfectio charitatis potest haberi hic dupliciter.

Ad argumenta facta supra est nunc respondendum. Et dicendum ad primum, quòd Apostolus loquitur ibi de perfectione, quæ erit in patria, quia ibi verè euacuabitur quod ex parte est: & erit perfectio simpliciter in beatis in secundo modo dicta qualis in præsentia esse non potest.

Ad secundum dicendum, qd aliqui sunt perfecti in præsentia: illi tamen offendunt Deum in aliquo, quia committunt interdum venialia ex infirmitate carnis: & ista infirmitas & commissio venialium detrahit perfectioni patrie, neque potest stare cû illa: perfectioni autem præsentis vitæ aliquid detrahit: & tamen statim illa: & ideo non sunt homines in præsentia ita perfecti sicut in futuro: & tñ perfecti vocantur si tollant quantum in eis est ea, per quæ mens impeditur tendere in Deum, affectuum rerum, qui & si illicitus nõ sit, impeditiuus tamen est.

Ad tertium dicendum, quòd in præsentia nemo potest diligere omnes proximos actualiter: sed hoc non tollit perfectionem: sicut enim non tollitur perfectio dilectionis ad Deum in præsentia: licet nõ semper homo feratur ad Deum in actu per dilectionem: ita etiã nõ impediatur, licet non feratur in omnes proximos singillatim: sufficit enim, qd habens perfectionem feratur in omnes proximos in vniuersali secundũ actu: in singulares autem habitualiter, & s; m animi præparationem, idest quòd in animo sit promptus ad hoc, quòd circa quemlibet assignatum exerceret actum dilectionis si opus esset, tam elicendo dilectionem quã exhibendo executionẽ. Sed dicendũ, qd cû in charitate sit perfectio nostra: erit in dilectione illius ad quẽ charitas esse deat. Et aut charitas directè ad Deũ, quia ipse pp se est diligibilis: ideo propriè perfectio nra est in dilectione Dei. Ad proximum etiam est charitas propter Deum in quantum communicat eo: ideo etiam in dilectione proximi suo modo perfectio quædam est. Potest autem circa dilectionem proximi attendi dupliciter perfectio, sicut circa dilectionem Dei. Vna quidem, sine qua charitas esse non potest: & hoc est, vt homo nihil habeat in affectu, quod sit cõtrarium dilectioni proximi, & sine ista non potest inueniri charitas proximi. Secunda est, sine qua potest inueniri charitas proximi, quæ quidem triplex attenditur. Primò modo s; m extensionem dilectionis, scilicet vt homo diligit non solùm amicos & notos, sed etiã ignotos, & vltius etiam inimicos. Et hoc, quòd diligit eos in actu: & vt dicit Augu. in Enchiridion. hoc est perfectorum filiorum Dei. Secundò accipitur perfectio ista, quantum ad intentionem: & ista ostenditur in opere, scilicet in eis, quæ homo contemnit propter proximum: cum vtrai Grego. in homilia, probatio dilectionis exhibitio sit operis: & ista ostensio est in bonis, quæ homo contemnit propter proximum: quanto enim maiora contemnit: tanto magis diligit, ita vt non solum temporalia bona contemnat, sed et corporales affectiones, & etiam mortem, iuxta illud Ioan. decimo quinto. Maiorem charitatem nemo habet, quã vt animam suam ponat quis pro amicis. Hoc autem totum consistit in affectu, etiam si nõdũ sequatur aliquid in effectu: vt pote, quia non est necesse. Tertio ostenditur perfectio quantum ad effectũ dilectionis, scilicet vt homo impendat non solum temporalia beneficia, sed etiam spiritalia, & vltimò seipsum, iuxta illud Apostoli secunda Cor. 12. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris.

In præsentia vita nemo potest actualiter omnes proximos diligere.

Charitas directè est ad Deum.



An perfectio, quam homo habet in via, consistat in preceptis, vel in consilijs. Quest. CXLIII.

QVAERETVR, an perfectio, de qua loquimur, quam habet homo in via, consistat in preceptis, vel in consilijs. Aliqui dicunt, qd in consilijs, quia ad obseruantiam preceptorum omnes tenentur, cum sint de necessitate salutis: si ergo consisteret perfectio in preceptis, sequitur, qd perfectio sit de necessitate salutis, & qd omnes ad eam teneantur, quod falsum est. Secundo, quia perfectio vite Christiane consistit in charitate: vt dictum est supra, sed perfectio charitatis non consistit in obseruantia preceptorum: nam ad perfectionem charitatis precedit generatio eius, & nutritio & augmentum: & post hoc sequitur perfectio eius, vt Aug. exponit super canonicam Ioannis. Sed non potest charitas gigni in homine ante obseruantiam preceptorum, quia tunc daretur, qd aliquis esset in charitate, qui non obseruaret mandata Dei, quod falsum est, quia dicitur Ioan. 14. Qui diligit me, sermonem meum seruabit: ergo post obseruantiam preceptorum incipit perfectio: & ita non est in obseruatione eorum: & tamen post precepta nihil est nisi consilia: ergo erit perfectio in consilijs.

Dicendum, qd perfectio consistit in aliquo, quod sub precepto est: nam consistit perfectio in charitate: dicit enim Aug. qd perfectio vite Christiane consistit in hoc, quod Deum toto animo diligamus, quod non solum absolute, sed etiam charitatem habeamus, sed etiam charitas in hac magnitudine, scilicet vt ex toto corde, & tota fortitudine diligamus Deum & proximum sicut nos ipsos: sic patet Deuterono. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & Leui. 19. dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Christus ostendit ista duo esse precepta, & non consilia, infra 22. cum ait, qd in his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & propheta: ergo in actu posito sub precepto stat perfectio vite. Sed considerandum, qd perfectio dicitur consistere in aliquo dupliciter. Vno modo secundum se, & essentialiter. Alio modo secundario & accidentaliter. Per se quidem & essentialiter consistit perfectio vite Christiane in charitate principaliter scilicet in dilectione Dei, & secundario scilicet in dilectione proximi, de quibus dilectionibus dantur duo precepta: quae sunt principalia in tota lege. Diliges dominum Deum tuum &c. & proximum tuum sicut teipsum: quae Christus vocauit maxima mandata, ex quibus tota lex, & prophetae pendunt. Sed tunc potest aliquis dicere, qd cum aliud sit habere charitatem aliud habere charitatem perfectam, quod est simpliciter esse perfectum in hac vita, erit charitas sub precepto, sed perfectio charitatis sub consilio. Sed dicendum, qd non stat, quia hoc esset si charitas prout cadit sub precepto haberet aliquam mensuram, scilicet qd diligere Deum vsque ad determinatam mensuram esset de necessitate precepti: & ita diligere proximum vsque ad determinatam mensuram, & quidquid esset de dilectione pertineret ad consilia. Sed falsum est, quia non ponitur mensura aliqua, vsque ad quam diligere sit de precepto, & ultra diligere non sit de precepto: sed quantumcunque dilectio Dei sit, & proximi non solum, quae sit actu, sed etiam quae possibilis sit ad preceptum pertinet. Quod patet ex forma precepti, quia dicitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua. Nihil autem plus augeri potest in dilectione: nam cum secundum haec omnia diligitur, nihil manet aliud secundum quod diligatur, potissime quia in quolibet ponitur totalitas, scilicet ex toto corde, tota mente, tota

fortitudine: & tamen totum & perfectum idem sunt. Physicorum: ergo qui ex toto corde diligit, perfectionem dilectionis habet, & consequenter habebit perfectionem, cum perfectio vite humane consistat in charitate, vt dictum est. De dilectione proximi eodem modo patet ex forma precepti, quia dicitur, & proximum tuum sicut teipsum: & tamen diligere sicut seipsum est diligere maxime: quia seipsum quis maxime diligit. Vnde dicitur nono Ethic. qd amabilia, quae ad alterum prouenerunt ex amabilibus, quae ad seipsum: sed perfectio consistit in eo, quod maximum est: ergo perfectio in dilectione proximi est si quis proximum dilexerit sicut seipsum: & ita vtriusque dilectionis perfectio sub precepto est. Ratio autem huius est, quia finis legis & omnium preceptorum est charitas: sic dicitur prima Timote. 1. Finis precepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Si enim charitas esset solum precepti opus, & non finis precepti, consisteret obseruatio eius in mensura certa: & tamen est simul precepti opus & preceptorum finis: ideo in quantum est finis non habet certam mensuram, in qua teneatur: sed quanto magis teneatur melius est: cetera autem precepta sunt precepta, & non finis precepti: ideo obseruatio illorum consistit in mensura certa, quae extendi non oportet: charitatem autem extendi quantumcunque possit, siue per intensiorem, siue extensionem melius est, quia in fine non datur mensura, sed in his, quae ad finem, vt dicit Aristoteles primo Politicorum. vt medicus non adhibet mensuram in sanitate, quam intendit inducere, quasi velit inducere tantam sanitatem, & non maiorem: sed adhibet mensuram in medicina, quantum apponit, & in die ta, qua vititur ad sanandum. Nam quanto maiorem sanitatem induxerit, melius est: & tamen quanto maiorem dietam imponerit & plus de medicinae quantitate adhiberit, non est melius: sed tanta erit quantitas dietae & medicine, quod occidere poterit: sed necessesse est commensurata esse: sic & in ceteris finibus, & quae ad finem, quia nunquam est mensura in finibus, qui simpliciter accipiuntur vt finis: sed in eis, quae ad finem semper ponitur mensura: & ita cum charitas sit sub precepto, & in illa non debeat poni mensura: sed quanto plus poterimus erit perfectio in precepto: & ita dicit Aug. in lib. de perfectione iustitiae, cum non praecipitur homini ista perfectio, quamuis eam in hac vita nemo habeat. Sed tunc dicitur, cum ea, quae sunt sub precepto obligent omnes, & perfectio charitatis sit in precepto, obligabit omnes, & ita peccabit mortaliter, qui non est perfectus: quod falsum est, cum & religiosi, & praelati non teneantur esse perfecti: ita quod quocunque tempore non fuerint perfecti dicantur esse in peccato mortali.

Dicendum, quod in precepto charitatis specialius est quam in ceteris preceptis, quia cetera sunt solum precepta: preceptum autem charitatis, & est preceptum, & est etiam charitas finis preceptorum: & vtrunque connatum est in precepto isto: in quantum enim finis est, competit sibi intendi sine mensura: in quantum vero preceptum est competit obligare: & ita ponitur ibi, quod Deum toto corde, & in mente diligamus, quod est sine mensura diligere: in quantum vero preceptum est per cuius obseruationem venitur ad patriam vbi est bonum desideratum, obligat omnes. Et ideo dicendum, quod istud preceptum non obligat ad quantum dicit, & ratio est, quia aliqd ponitur ibi ad obligandum, scilicet in quantum preceptum est, & aliquid ponitur ad ostendendum in quantum finis est: nam preceptum dicit obligationem ad agendum: positio autem finis facit obligationem, quod sit tendendum: & ita dicendum, quod in quantum

Perfectio vite humane consistit in charitate.

Vniuersum que seipsum maxime diligit.

Perfectio charitatis non cadit sub precepto.

Perfectio consistit in consilijs.

tum dicitur, diliges dominum Deum tuum, ad preceptum pertinet, in quantum dicitur, ex toto corde tuo, & tota mente, & fortitudine, ad rationem finis pertinet, quia notat intensiorem amoris quanta sit possibilis, & ita ostenditur nobis ad quid conandum sit. Et tamen non imponitur sub necessitate quantum conemur: sed quomodocunque reperitur, quod diligamus Deum & proximum facimus id, quod est de necessitate precepti: quia tamen ordo est de necessitate in charitate, & iste est, vt quidam prius, & magis amentur, non dicitur quis amare Deum per charitatem, nisi plus illum amet quam quaecunque alia: etiam si nondum amet ex toto corde, & tota anima, qd est ad perfectionem pertinens: & ad hunc gradum dilectionis Dei, scilicet eum super omnia diligere omnes homines tenentur: sed in quanto gradu eum super omnia diligant, non est sub necessitate precepti.

Sed dicendum est, quod est aequiuocatio in ratione ista: nam verum est, quod perfectio charitatis in precepto est: cum non sit possibilis maior charitas, quam illa, quae est in precepto: & tamen aliud est esse in precepto, id est sub necessitate precepti: & aliud sub precepto, id est ostendi per preceptum aut verba illius. Primo modo charitas est sub precepto, & tenentur omnes ad charitatem: & tamen perfectio charitatis non est sub precepto, ideo nemo tenetur esse perfectus: sed perfectio est ad votum, & non ad preceptum pertinens. Secundo modo perfectio charitatis est in precepto, id est ostensa vel declarata per verba precepti, scilicet quantum est ad quod bonum est nos niti, vt diligendo perueniamus: & tamen non cadit sub obligatione precepti: neque tenetur quis ad totum, quod ostenditur per istud preceptum: Imo nemo potest in via explorare totum, quod per istud preceptum ostenditur, dum vivit, etiam si velit, vt Aug. dicit. & ideo quantum ad illud non habet vim precepti obligatiui, sed magis vim doctrinae, vel admonitionis. Et ratio est, quia si charitatis preceptum fuisset limitatum ad certam mensuram, putaretur quod non solum non expedit: imo quod non esset bonum ultra facere, et quia in charitate quanto magis intenditur actus, melius est: non solum positum est in verbis precepti id, ad quod nos obligamur: sed etiam id, quod bonum est nos facere si possumus, vel si velimus. Secundario autem, & instrumentaliter consistit perfectio in consilijs: quae differentia, sicut & precepta ordinantur ad charitatem, sed aliter, & aliter, quia charitas ordinatur ad remouendum ea, quae sunt charitati contraria cum quibus charitas esse non potest: consilia autem ordinantur ad remouendum impedimenta actus charitatis, quae tamen habitui charitatis non contrariantur, sicut matrimonium, & occupatio negociorum secularium, & possessio aliorum bonorum mundanorum non opponuntur charitati, cum possit stare charitas cum illis: & tamen ista impediunt actus charitatis: & ideo bonum est cessare ab illis, vt magis possit quis attendere charitati: & ita tam precepta quam consilia ad finem, qui est charitas diriguntur. Sic dicit Aug. in Enchiridion. Quaecunque mandat Deus, de quibus vnus est non mechaberis, & quaecunque non iubentur, sed specialia consilio monentur, ex quibus vnus, bonum est homini mulierem non tangere, tunc recte fiunt, cum referuntur ad Deum, & proximum diligendum propter Deum: & in hoc saeculo & in futuro: & inde est, qd in collectionibus patrum dixit Abbas Moyses: ieiunia, vigiliae, meditatio scripturarum, nuditas atque priuatio omnium facultatum non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quae non in illis consistit disciplina illius finis: sed per illa peruenitur ad finem, & etiam praemisit ibi, qd ad perfe

ctionem istis omnibus praedictis quasi quibusdam gradibus conscendere nitimur: & ita apparet quomodo perfectio consistat in preceptis, & quomodo in consilijs. Sed dicitur, quod hoc est contra ea, quae communiter asserimus, scilicet consistere perfectionem in consilijs, & non in preceptis, quia non perfectos vocamus populares, qui sola precepta obseruant: sed religiosos vel praelatos, qui etiam obseruant consilia.

Dicendum, qd vtrunque verum est, sed est diuersus modus accipiendi: nam si accipiat id, in quo essentialiter est perfectio, pertinet perfectio ad precepta: quae essentialiter consistit in charitate, quae cadit sub precepto, licet ipsa perfectio charitatis non cadit sub obligatione precepti: si autem accipiat modus perueniendi ad perfectionem, dicitur esse perfectio in consilijs, quia obseruatio consiliorum tollit impedimenta perfectionis: & ideo non est aliquis proximius perfectioni nisi per obseruationem consiliorum: & ob hoc rationabiliter dicitur, qd consistat perfectio in consilijs, & non in preceptis. Alia etiam ratio est erroris, quia aut consilia accipiuntur per se seclusis preceptis, aut praesuppositis preceptis. Accipiendo primo modo consilia non faciunt perfectionem: imo non proficiunt ad vitam aeternam, cum obseruatio preceptorum sit necessaria ad vitam aeternam: & isto modo non solemus accipere consilia. Accipiendo secundo modo dicendum, qd in obseruatione consiliorum includitur obseruatio preceptorum, & totum bonum, quod est ex obseruatione eorum, & additur aliquid plus: & ideo cum in preceptis sit perfectio, scilicet in duobus preceptis charitatis ostendatur modus charitatis, in quo est perfectio eius: & consilia tollunt impedimenta, per quae perueniatur ad habendum illum modum, vel mensuram charitatis, magis pertinet perfectio ad consilia quam ad precepta quasi ad gradum proximiorum. & ita dicimus communiter qd perfectio consistit in consilijs, & non in preceptis: & tamen quantum ad id, quod importatur est perfectio in preceptis & non in consilijs, quia per nullum consilium importatur actus, in quo est perfectio: & per precepta, scilicet per duo precepta charitatis importatur id, in quo est perfectio.

Ad primum dicendum, qd sicut Aug. dicit in lib. de perfectione iustitiae, perfectio charitatis homini in hac vita praecipitur, quia recte non curritur, si quod currendum est nesciatur: quomodo autem sciretur si nullis preceptis sciretur, seu ostenderetur: cum autem id, quod cadit sub precepto diuersimode possit impleri, non dicitur qd transgressor precepti ex hoc, qd non optimo modo implet: sed sufficit, quod quocunque modo impleat: dum tamen verum dicatur impleri, quod in precepto continetur: perfectio autem dilectionis vniuersaliter quidem, in quantum ad omnem modum suum cadit sub precepto: ita qd perfectio gratiae non excluditur ab illo precepto, vt dicit Aug. vbi supra, sed transgressionem precepti euadit, qui quocunque modo perfectionem diuinae dilectionis attingit. Est autem aliquis gradus dilectionis, qui non potest impleri in via, vt ostensum est praecedente. qui autem deficit ab hac perfectione manifestum est, qd non est transgressor diuini precepti: etiam non est transgressor precepti, qui non attingit ad modos medios perfectionis: dum tamen attingat ad aliquem modum saltem ad finem. Sed vt apertius videatur, potest dici dupliciter: vno modo dicitur, qd charitas cadit sub precepto: & tamen perfectio charitatis non cadit sub precepto, sed sub obligatione precepti: sed solum sub ostensione: & ita quocunque modo teneat quis charitatem satisfacit: sed non potest minus teneri qd vt Deus super omnia diligitur, quia si aliquid plus quam Deus, aut equaliter Deo diligatur, non est charitas, sed peccatum: & ita dicitur, qd non cadit charitas sub obligatione precepti. Aliter potest dici, qd per-

¶ perfectio charitatis cadit sub p̄cepto charitatis, & cadit quicunq; modus perfectionis sub illo p̄cepto, & tñ non obligatur per illud p̄ceptum ad quẽcunq; modum perfectionis, sed satis est tenere aliquem modum perfectionis: & ita erit verum, q̄ perfectio cadit sub p̄cepto, sed non omnis modus, sed sufficit tenere aliquem modũ perfectionis quicunq; ille sit. Fuerunt aut̄ p̄cept. quãlt. distincti tres modi perfectionis charitatis. Primus illorum non est nobis possibilis hic, neq; in patria, sed soli Deo. Secundus non est nobis possibilis hic, sed est possibilis in patria. Tertius est possibilis hic, sed ille subdistinguitur, quia aut per totalitatem dilectionis excluduntur ab effectu nostro oĩa, quæ contrariantur charitati, aut tolluntur: non solum illa, quæ contrariantur charitati, sed etiam ea, quæ impediunt actum eius.

Accipiendo primo mō est perfectio charitatis, cum dicat totalitatem eius; & est perfectio necessaria, cum sine hac perfectione non possit stare charitas: & talis perfectio cadit sub p̄cepto. Accipiendo secũdo mō, non cadit sub p̄cepto, quia includitur ibi observatio consiliorum, per quæ tolluntur impedimenta perfectionis, & isto secũdo modo nos accipimus perfectionẽ: & iō perfectio ut sic nullo mō cadit sub p̄cepto.

Ad secundum dicendum, q̄ aliqua perfectio charitatis est, quæ subsequitur ad observationem p̄ceptorum, & aliqua est, quæ simul incipere p̄t cũ observatione p̄ceptorum: licet et observatio p̄ceptorum sit in interdũ sine charitate: & ita nulla est ibi perfectio, quæ debet necessariō subsequi ad observationẽ p̄ceptorum: & non potest incipere cum illis, nec cadit sub obligatione p̄cepti. Quæ potest incipere simul cum observatione p̄ceptorum cadit sub p̄cepto: illa perfectio, quæ p̄t incipere simul cum observatione p̄ceptorum, est illa, s̄m quæ excluduntur ab effectu nostro oĩa, quæ charitati contrariantur: illa verò, quæ sequitur post p̄ceptorum observationem est illa, s̄m quæ excluduntur ab effectu nostro ea, per quæ impediuntur actus charitatis. Et ita se habent istæ perfectiones, sicut in hoĩe. Nam hō habet quandam perfectionẽ suã naturã, quã habet statim cum nascitur: & ista est in quantum habet rōnem: est aut̄ alia perfectio eius, ad quã per augmentum aetatis pervenit: & ita prima cõpetit ei ex specie in quantum est homo: secunda autẽ ex aetate si ad illam perveniat. Ita est quãdam perfectio charitatis, quæ competit ei ex specie sua in quantum est charitas: & ista est, q̄ Deus super oĩa ametur & nihil q̄tra eum diligatur. secũda perfectio charitatis in hac vita est, ad quã pervenitur per aliquod augmentũ spirituale, ut cũ hō etiã à rebus licitis abstinet, ut liberius diuini obsequiis vacet: & ista est accidentalis charitati. Prima ergo perfectio charitatis est necessaria cuilibet homini: secunda autem non.

An quilibet, qui est perfectus, sit in statu perfectionis. *Quest. CXLIII.*

**Q**V A E R E T V R, an quilibet, qui est perfectus sit in statu perfectionis. Aliqui dicunt, q̄ sic, quia sicut per augmentum corporale pervenitur ad perfectionem corporalem: ita per augmentum spirituale pervenitur ad perfectionem spirituale: sed post augmentum corporale dicitur esse quis in statu corporali. s̄ in statu perfecti aetatis: ergo videtur, q̄ post augmentũ spirituale cũ quis adeptus est iam perfectionem sit in statu perfectionis: & ita quilibet perfectionẽ habens erit in statu perfectionis. Secundò, quia eadem ratione movetur aliquis de cõtrario ad contrarium, & de minori ad maius, ut dicitur 5. Phis. sed qñ aliquis transit de peccato ad gratiam dicitur mutare statu: prout

**F** distinguitur status gratiæ, & status culpæ: ergo eadem ratione, quãdo aliquis crescit de minori gratia ad maiorem quousque adipiscatur perfectionẽ. d̄ mutare statum: & ita erit post hoc in statu perfectionis. Tertio, quia dicitur adipisci statum, & mutare statum, qui de servitute transit ad libertatem: sed per charitatem liberatur quis à servitute peccati, cũ vniuersa delicta operari charitas Prouer. 10. ca. sed perfectus d̄ aliquis s̄m charitatem: ergo videtur q̄ quicunq; habet perfectionem charitatis, habet statum perfectionis.

Dicendum, q̄ aliqui sunt perfecti, qui non sunt in statu perfectionis, sicut aliqui sunt in statu perfectionis, qui non sunt perfecti. Nam religiosi, & p̄latis s̄nt in statu perfectionis: & tñ multi eorum non sunt perfecti: imò non sunt boni, quod p̄supponitur ad perfectionẽ. Continget ergo ex opposito aliquos esse perfectos, qui non sunt in statu perfectionis. Considerandum n. in hoc, q̄ status propriè pertinet ad conditionem libertatis, vel seruitutis: spiritualis autem libertas, aut seruitus potest in homine attendi dupliciter. Vno modo s̄m id, quod interius agitur. Alio modo s̄m id, quod foris ostenditur, quia ut d̄ 1. Reg. 16. cap. homines vident ea, quæ patent: Deus aut̄ intuetur cor. Inde ergo est, q̄ s̄m interiore hominis dispõnẽ accipitur conditio spiritalis status in hoĩe per cõparationẽ ad diuinum iudicium: quãtum verò ad ea, quæ foris aguntur, vel ostenduntur, accipitur spiritalis status in hoĩe per cõparationem ad Ecclesiam. Accipiendo primo mō, s̄ quantum ad Deum, quilibet, qui est perfectus, est in statu perfectionis: quia tamen tã perfectio q̄ status accipitur ibi s̄m interiora, quæ nobis sunt ignota: & de ignotis non loquimur, non consuevimus accipere statum perfectionis aliquando sic: sed accipimus statum quantum ad Ecclesiam eo, q̄ sic status nominat aliquid manifestum: & nos distinguimus statum perfectionis à statu imperfectionis: frustra tamen esset distinguere ea, quæ in notitiam nostrã non veniunt: ideo accipimus statum quantum ad ea, quæ foris apparent siue quãtum ad Ecclesiam, & ita loquimur semper de stantibus in quantum ex diuersitate statusũ consurgit quedam pulchritudo in Ecclesia. Est autẽ considerandum, q̄ quantum ad homines ad hoc, q̄ aliquis consequatur statum seruitutis vel libertatis, requiritur primò quedam obligatio vel absolutio. Secũdo requiritur quedam solennitas, quæ interueniat cũ obligatione vel absolute. De primò patet, quia licet seruis dicatur à seruendo: non ideo est seruus quicunq; seruit alteri, sed qui obligatur ad seruendum: quia aliqui seruiunt, qui serui non sunt. iuxta illud ad Gala. 5. cap. Per charitatem sp̄s seruite inuicem: nec etiam ex hoc, quòd aliquis definit seruire, definit esse seruus, vel liberatur à seruitute, sicut de seruis fugitiuis patet: & ideo seruus aliquis efficitur per hoc q̄ obligatur ad seruendum, & per hoc liberatur à seruitute, quia absoluitur ab obligatione. De secundo patet, quia oportet, quòd non solum sit obligatio, vel absolutio, sed etiam, q̄ fiat cum quadam solennitate: sicut & cetera, quæ inter homines fiunt, & obtinent firmitatẽ de iure, fiunt cum quadam solennitate vel cerimonia. Hoc mō accipiendo statum perfectionis, dicitur aliquis esse in statu perfectionis, non ex hoc quòd habet actum dilectionis perfecti: sed ex hoc, q̄ obligat se perpetuo, & cum aliqua solennitate ad ea, quæ sunt perfectionis, siue expressẽ, siue tacitè se quis obligauerit. Expressẽ quidem religiosi se obligant cum cerimonia professionis, vel solennitate. Tacitè autem, id est sine expressã obligatione constituuntur p̄latis in statu perfectionis suscipiendo p̄lationem: & hoc cum solennitate consecrationis, quæ fit in eis; & tamẽ isti licet sint in statu perfectionis eo ipso, quòd profi-

*Spiritualis libertas aut seruitus potest in homine attendi dupliciter.*

*Quot requiruntur ad hoc q̄ aliquis consequatur statum seruitutis vel libertatis.*

tentur religionem, vel suscipiunt p̄lationem: tñ non sem p̄ sunt p̄fecti, cũ sint aliq̄ mali p̄latis, & mali religiosi, qui non solum non sunt perfecti: imò non sunt boni, qui est gradus necessarius p̄cedens ad religionem: & etiam aliqui boni religiosi sunt, & boni p̄latis, qui non sunt perfecti, quia non obligantur esse perfecti. Nam religiosi non obligauerunt se ad esse perfectos, sed ad tendendum ad perfectionem, sed obseruandũ illa, quæ sunt regulæ substantialia: quibus obseruatis tolluntur impedimenta actus charitatis: & ablatis illis tẽditur ad perfectionem. Alias enim peccarent religiosi mortaliter quãdo cunq; cessarent à perfectione, vel non attingerent ad illam, quòd saluum est. Et de p̄latis simile est, quòd non obligantur pro quocunq; tempore esse perfecti: licet semper sint in statu perfectionis, & ita isti sunt in statu perfectionis, qui tamen perfecti non sunt: è cõtrario autem aliqui perfecti, qui tamen non sunt in statu perfectionis: sicut illi, qui habent actum perfectum charitatis, ut cõtingit esse in via: & non sunt professi religionem, neque sunt p̄latis: & simile Christus dixit infra 22. cap. de duobus filiis eiusdem patris: quorum alteri dixit pater, vade operare in vineam: & ipse dixit nolo: & tamen penitẽtia motus iuit illuc. Alteri verò dixit: vade operare in vineam meam: & dixit, eo, & non iuit. Et ita quantum ad perfectionem aliqui nō habentes statum perfectionis habent perfectionem: & aliqui existentes in statu perfectionis non habent perfectionẽ. Prædicta intelliguntur de perfectione, s̄m quã tolluntur ab effectu nostro omnia, per quæ impeditur actus charitatis. Nam accipiendo perfectionem ut excludit omnia, quæ repugnant charitati, quilibet obligatur ad perfectionem, & ita à fortiori p̄latis, & religiosi obligantur semper habere perfectionem.

*Religiosi & p̄latis non obligantur esse perfecti: sed tendere ad perfectionem.*

Ad primum dicendum, q̄ procedit argumentũ de statu perfectionis quantum ad interiora, quia sic quicunq; habet perfectionem charitatis est in statu perfectionis, per augmentum enim corporale aliquis proficit in his, quæ pertinent ad naturam: & ideo adipiscitur naturæ statum: præsertim quia quòd est s̄m naturam est quodammodo immutabile, in quantum natura determinatur ad vnum: & similiter per augmentum spirituale interius adipiscitur quis statum perfectionis quantum ad diuinum iudicium: secus autẽ est in quantum accipitur status perfectionis quantum ad Ecclesiam, quia non accipitur ibi status nisi per ea, quæ exterius fiunt, scilicet per obligationem cum solennitate etiam si verè nulla sit charitatis perfectio, imò nulla charitas.

Ad secundum dicendum, quòd aut accipitur status quantum ad diuinum iudicium, aut quantum ad Ecclesiam: si quantum ad Ecclesiam, non constituitur quis in statu per hoc, quòd quis transit de minori ad maiorem gratiam, etiam si trãseat ad perfectissimam: sed per hoc, quòd se obligat ad statum perfecti gratiæ cũ solennitate: accipiendo perfectionis statum quantum ad Deum: dico quòd non transit quis ad statum perfectionis per hoc, quòd transit de minori gratia ad quamcũque maiorem, cum aliqua maior sit, quæ non causat perfectionem, cũ non auferat impedimenta actus charitatis, ideo neque constituet in statu perfectionis.

Ad tertium dicendum, quòd non procedit secundum aliquem modum status: nam accipiendo statum secundum Ecclesiam, cum non sit status perfectionis per charitatis perfectionem: à fortiori non erit status perfectionis per habere charitatem solam: accipiendo autem statum perfectionis secundum interiora, dicendum, quòd non procedit etiam, quia licet charitas variat statum, id est conditionem, specialis liber-

tatis, & seruitutis: tamen non facit augmentum spirituale: & tamen per augmentum pervenitur ad statum: & ita charitas augmentata requiritur ad faciendum statum perfectionis. Quòd verum est accipiendo perfectionem, ut excludit omnia, quæ impediunt actum charitatis: in quo modo solemus accipere perfectionem: secus autem est accipiendo perfectionem, ut excludit omnia, quæ contrariantur charitati, quia tunc cum per gratiam tollantur omnia contraria charitati, transitus de peccato ad gratiam constituitur in statu perfectionis: & non accipimus sic perfectionem communiter.

An per hoc, quòd quis vendit ea, quæ habet, efficiatur perfectus. *Quest. CXLV.*

**Q**V A E R E T V R, an per hoc, quòd quis vendit ea, quæ habet, efficiatur perfectus. Aliqui dicunt, quòd sic, quia Christus dixit hic, si vis esse perfectus vade, & vende vniuersa quæ habes: ergo per hoc perfectus efficitur. Dicendum, quòd non efficitur quis perfectus per vendere omnia quæ habet, quia perfectio vitæ Christianæ consistit in actu charitatis, ut ostẽsum est supra, & tamen potest stare hoc sine charitate, q̄ quis vendat bona, quæ habet: ut si quis vendat ad inanem gloriam sicut Philosophi, qui diuitias contempserunt: & tamen non erant perfecti eo modo, quòd Christus loquitur de perfectione. Alij ergo dicunt, quòd venditio rerum non facit aliquem perfectum, neque tribuit virtutem aliquam: & tamen qui vendit sua, & dat pauperibus, adiuuatur eorum orationibus, ut fit perfectus. Sic dicit Orig. Si perfectus est q̄ habet omnes virtutes: quomodo perfectus est, qui vendidit omnia sua, & pauperibus dedit: ponamus aliquem ista fecisse, quomodo statim erit sine ira, sine concupiscẽtia, suscipiens omnes virtutes, & deponens malitiam vniuersam? & respondet, scilicet, sapienti videtur forsitan dicere, quoniam qui dedit pauperibus bona sua, ipsorum orationibus adiuuatur accipiens ad suam spirituales inopiam illorum spirituales abundantiam: & fit hoc modo perfectus quamuis aliquas humanas non habuerit passiones. Alij dicunt, quòd efficitur perfectus, non quidem, quòd iste fit actus perficiens hominem: sed quòd ex eo, quòd istud pro Christo fecit, adiuuabitur ab eo ad actus omnium virtutum, & illos explendo erit perfectus. Sic dicit Orig. ibidem, scilicet. Aut ita iste, qui mutauit pro diuitiis paupertatem, ut fiat perfectus credens sermonibus Christi adiuuabitur, ut sapiens fiat in Christo iustus, & castus, & absque omni passione: non tamen sic, ut ipso tempore, quo tradiderit bona sua pauperibus fiat omnino perfectus, sed ex illa die incipiet speculatio Dei adducere eum ad omnes virtutes. Sed dicendum, quòd ista non stant. De prima positione patet, quia si illo modo dicatur aliquis perfectus fieri, quia accipit spirituales abundantiam pro temporali subsidio, quòd pauperibus tribuit: poterit quis multa bona pauperibus conferens etiam non venditis bonis suis recipere spirituales abundantiam, & ita dicitur perfectus nō vendendo bona, quæ habet. Etiam poterit quis prodesse pauperibus conferendo spirituales auxilia, s̄ eos erudiendo, aut liberando eos ab oppressiõibus, aut aliis miserijs, nihil de suo conferendo, quòd tamen in valore plus est, quàm conferre bona temporalia: sed iste non vendit omnia, quæ habet: & ita haberet perfectionem sine hoc. Secunda etiam positio non videtur stare, quia si ex merito huius boni, quòd est vendere omnia, conferat Christus homini auxilium ad omnem virtutem, & per hoc ille efficiatur perfectus: ita & si alia opera æqualiter bona, ut orare, ieiunare, iusticiam

ciam zelare, afflictiones pro Christo pati, & similia...

Dicendum ergo aliter, quod perfectio non consistit...

Perfectio nis instrumeta.

Quare Christus dixit iuueni: Vade, & vende omnia, quae habes...

Quare Christus volens deducere iuuenem istum ad perfectionem dixit ei: vade & vende omnia...

litum, quod falsum est, cum multa sint consilia: & tamen...

Dicendum ergo est, quod non est tota dispositio ad perfectionem...

Ex consuetudine vxoris, & filiorum im-

Duo sunt praecipua, quae Christum sequi impediunt.

Et tamen quia abstinentes ab vxore debent abstinerere omnino...

Viuentis Christo discipuli qui vxores habent, et post mortem illas retinebant.

etiam apostoli Christi, illas non dimittebant, sed viuentis...

Quare Christus non dixit, quod qui vellet esse perfectus...

Quare Christus non dixit, quod qui vellet esse perfectus...

In hominibus nulla est fortior passio concupiscentia venereorum.

nam de abrenunciando bonis Christus non posuit difficultatem ostendendo per aliqua verba...

Castitas est res voti & non praecipua.

In eis quae pertinent ad vitam directionem sunt tres gradus.



An melius sit omnia simul vendere, & totum pauperibus dare, vel manere in seculo ministrando res possessas, & inde quotidie elemosynas facere. Questio CXLVIII.

QVAERETVR, cum dicatur hic, vende omnia, que habes, & da pauperibus: an melius sit oia simul vendere, & dare aliquando totum pauperibus, vel manere in seculo ministrando res possessas, & inde quotidie elemosynas facere. Aliqui dicunt, qd melius est manere in seculo, & quotidie dare, quia hic laudatur opus, quia datur elemosyna pauperibus, sed maiora dantur, distribuendo quotidie redditus possessionum, quam simul aliquando omnia dando: ideo melius est sic facere. Dicendum, qd melius est dare semel oia simul, quia Christus inducens hoem hic ad perfectionem commendauit istud opus, & non quotidianam distributionem elemosynarum, ideo melius est semel omnia simul dare. Secundò, quia qui semel oia dat, non solum fructus rerum dat, sed & ipsas res seipsum expoliando, & pauperem efficiendo, & alium rerum suarum dominium constituendo, qui autè quotidianam distributionem elemosynarum facit, fructus quidem rerum dat, ipsas autem possessiones sibi relinquit, quarum dñs manet, & in possidendo quædam adhuc delectatio manet, quæ caret, qui omnia semel dedit, & etià iste cum se inopem non fecerit mendicare non cogitur, sicut primus. Valde ergo maius est omnia simul dare, quam quotidie distribuere. Tertio, quia qui omnia simul dat, ideo dat, ut ad alii statum perfectionem transeat, in quo ista non possideat, sed excellentiora sunt, que ibi ager, quam quæ hic distribuendo quotidie sua: ideo melius est omnia simul dare. Licet in hoc potest dupliciter dubitari. Vno modo, ei qui proposuit mutare statum suum transferendo ad religionem, & ideo oportet videri possessa, an sit melius paulatim & diuturnè vendendo plures, & maiores elemosynas dare morado aliquantulum in seculo, quam cito vendendo, ut non moretur in seculo malè vendere, & pauciores atque minores elemosynas dare. Alio modo, an melius sit manere in seculo, dando quotidie elemosynas de proprijs facultatibus, vel cito dare omnia, & transire ad religionem. De primò dicendum, ut determinat Hieron. in epist. ad Paulinum. ca. 7. & ibi declaratum est, & magis sup. 4. c. q. 113. & supra 8. c. q. 68. & verum est, qd melius est cito transire, etiam paruas elemosynas faciendo, quàm diu manendo magnas facere elemosynas. De secundò dicendum, qd valde melius est omnia simul dare, & transire ad alium statum, in quo nihil possidet, qm manere in seculo, quotidie distribuendo elemosynas de eo, quod possidet. Sic dicit Hieron. in epistola contra Vigilantium: arguens contra illum. Quod autem Vigilantius asserit eos melius facere, qui vitantur rebus suis, & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt: quàm eos qui possessionibus venundatis, semel omnia largiuntur, non a me ei, sed a Deo responditur, si vis esse perfectus vade, & vende omnia, quæ habes. Etiam de hoc Genadius in libro de Ecclesiasticis dogmatibus ait: Bonum est enim facultates cum dispensatione pauperibus erogare: melius est pro intentione sequendi dominum simul donare, & absolutum solitudine egere cum Christo. Quartò, quantum ad principale apparet, quia etiam hic non ponit vendere oia, aliquid solum est bonum in seipso, sed potius, ut tollit impedimenta actus perfecti charitatis, absoluendæ a solitudinibus ministrandi rem familiarem, que solitudines valde charitatem impediunt. Nam consilia non accipiunt, quasi in eis consistat perfectio, quæ in præceptis charitatis potius

consistit: sed solum vt sunt instrumenta quedam perueniendi ad perfectionem auferendo impedimenta, vt ostensum est supra, & in sic certum est, qd magis expeditur, & absoluitur quis a solitudinibus donando omnia simul, & transferendo ad statum, in quo nihil possidet, quam possidendo, & administrando quotidie elemosynas distribuere: ideo non pertinet ad perfectionem, & consilia manendo in seculo distribuere elemosynas, sed oia simul vendere ad sequendum Christum. Et ita Aug. lib. contra Faustum, comparat enim vnum veteri testò, & aliud nouo, & vnum dicit esse vitam actiuam, & aliud contemplatiuam, & facit distiam inter illam sicut inter legem, & euangelium, & statum actiuum & contemplatiuum, sed manifestum est euangelium excellentius esse lege, & contemplationem actione.

Quare in documento isto perfectionis singule particule sunt annotatæ: & quare dictum est, vade & c. Questio CXLIX.

SED, quæretur, quare in documento isto perfectionis singule particule annotatæ sunt: quare enim dictum est, vade & vende. Dicendum, qd dixit Christus vade. Primò, ex modo loquendi, quia de non agente cum incipit agere dicitur, qd vadit quod exit aut ingreditur ex consuetudine locutionis, & quia iuuenis ante hoc nihil horum faciebat, & nunc facturus erat, dixit vade, i. incipe facere. Secundò, dixit hoc specialiter referendo ad iuuenem: nam iuuenis iste erat nunc cum Christo quærens ab eo de vita æterna & perfectione, & ad perueniendum ad perfectionem, quam optabat, oportebat qd venderet omnia: & in bona, que possidebat non erant præsentia, qm erat cum Christo: ideo oportebat, quod iret in domum suam, vel in locum, in quo vendenda erant hæc. Tertio, fuit ad instruendum omnes, qui transire volunt ad statum perfectionis, quos disponere prius oportet de rebus suis: quia non debent diu manere disponendo, vt bene vendat: quia interim acciderent eis impedimenta, & cessaret a proposito principali: ita consilium Hieron. Paulino in epistola ad Paulinum. capitu. septimo. inducens multas rationes ad hoc: & ideo vt hanc velocitatem agendi Christus ostenderet, non dixit solum vende, quod poterat intelligi diu manendo, & pigritando, sed ait vade, & vende. q. d. statim vade, & vende, vt cito possis ad me redire.

Quare Christus dicit vende. Questio CL.

QVAERETVR, quare dixit vende. Dicendum, qd intentio Christi erat, quod iste iuuenis, & qui libet qui ad perfectionem anhclaret, abdicaret a se possessionem omnium rerum, ne solitudinibus rerum possessionum detentus non ualere attingere perfectionem, quasi per has impediunt: abdicare autè a se possessa poterat multipliciter fieri: quia saltem poterat fieri abiciendo, vel pro derelicto habendo, & publicè exponendo cuiusque volenti tollere: quia tamè bona possessa sunt quedam bona a Deo nobis concessa, quibus bene vti possumus, & tenemus, voluit Christus, quod non solum nos ad perfectionem transeamus, sed etià res, quas relinquimus bene disponamus: sicut & Ezechiel regi morituro mandauit Deus dicēs: dispone domui tuæ, morieris enim & nõ viues. 4. Re. 20. & Isa. 38. Et ita licet ad aliud seculum transiret esset, noluit quod contemneret rem familiarem, sed quod de illa oprime disponeret. Ita & nunc transitoris ad perfectionem iubetur de rebus suis bene disponere, & quia optimus modus, & magis Deo acceptus est dare pauperibus, quæ ad istum finem sunt diuitiæ, vt sustinentur.

In quaest. 145.

Ad hoc sunt diuitiæ, vt sustententur in opes.

sentur inopes, iussit dari pauperibus, & ad hoc posuit preparatoria. I. qd venderentur, & non contemnerent: quia posset quis velut contempto seculo, omnia possessa pro derelicto habere: erilla nulli tradendo, neq; ad aliquam utilitatem applicando, sicut & aliqui philosophi, vt ostenderent se mundi contemptores, fecerunt: sicut Craton philosophus, de quo in legenda beati Ioannis euangelizata: ille enim lapides preciosos, qui venditis omnibus facultatibus comparati fuerant publicè freight, & ita magnas diuitias subito dispendidit, toti mundo illas inutiles faciens. Quod beatus Ioannes redarguit. Sic etiam Socrates philosophus, vt ait Hierony. cum Athenas ad philosophandum pergeret, magni auri pondus proiecit in mare. Talia non placēt Deo: imò sunt contra honorem eius. Primò, quia non iubet ipse, ita contemnere terrena, & possessa, quasi nihil boni habeant, sed pro desiderio magnorum bonorum, quibus ista sunt imparia, & eorum impedimenta contemnenda sunt. Nam omnino contemnere esset, sentire ista non habere gradum aliquem boni: quod Manicheis hæreticis valde consonat, qui omnia corporalia mala esse, & a Deo malo condita esse asseruerunt. Etiam consonat positioni quorundam philosophorum errantium, qui solum honestum bonum esse postulerunt: vt sentitur Stoyci, & Tullius in paradoxa prima. Sicut honestum est, hoc solum bonum esse. Arist. autem rectius sentit tria genera bonorum distinguens, scilicet, vitile, delectabile, & honestum. i. Ethico. Et hoc catholice positioni congruit. Non ergo sunt ista simpliciter contemnenda, quasi nullum gradum bonitatis habeant. Secundò, quia valde repugnat intentioni Dei, ipse enim fecit omnia: hæc ad vltim nostrum: facere ergo aliquid penitus inutile, quod Deus vitile fecit, repugnare Deo est: quia est subtrahere partem boni de vniuerso: sic enim fecit, qui diuitijs omnibus venditis lapides preciosos emit, & illos commisit, per quod illos inutiles, & sine valore reddidit. Nò ergo sic possessa contemnenda sunt, sed vendenda, vt prodesse possint. Tertio, quia voluit Christus veterem vltim indebitum diuitiarum in dimissione earum: quia cum abiciendæ, vel dimittendæ essent, vt solitudo earum non grauaret transituros ad perfectionem, vellet forte aliquis eas in pauco tempore consumere deliciosè epuladò cum amicis & alijs: quia sic interdum victum longi temporis brevis hora consumit. extra de censibus. c. cum secundum Apostolum. Hoc Christus prohibere voluit, quia transitis ad perfectionem non conuenit delicijs vacare ante transitum, quia hoc esset transire de extremo in extremum, sed potius antequam transeat, expedit quod se in aliquibus duris exerceat, quæ ad perfectionem pertineant, & ideo dixit: vende, quia qui vendit alteri dat. Sic dicit Remigius. Notanda sunt ista verba, non enim ait dominus, vade, & manduca omnia, quæ habes: sed vade, & vende. Quartò, fecit vt auferret donationem, quia aliquis transiret ad religionem, forte vellet omnia sua donare alicui integrè. & exinde consequeretur quædam laudem. I. qd aliquem de sua paupertate distasset. Hoc Christus noluit, sed pauperibus erogari voluit: quia nulli melius, quam in eis diuitiæ nostræ collocantur: cum ipsi eas in celo portent, sicut dicit Laurentius. The sauros ecclesiæ, quos requiris, manus pauperum in celestia deportauerunt.

Quare Christus dicit, vende bona, cum possint dari pauperibus bona, non vendendo illa. Questio CLI.

SED, quæretur, cum Christus velit dari pauperibus bona eorum, qui ad perfectionem transeant: quare dixit, vende bona omnia: quia poterant dari bona pauperibus. Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

peribus, non vendendo illa. Dicendum, quod fuit primò, quia pauperibus prouidendum est, iuxta conditionem necessitatum suarum. Non enim eadem sunt oportuna omnibus pauperibus, sed quedam his, alia vero illis, nihil autem est, qd æqualeat omnibus nisi pecunia: quia ipsa est medium commutationis, & adhibet, vt fideiustor circa omnia, vt dicitur. 5. Ethic. & ita qd habet pecuniam, habet omnia. Qui autem habet aliquam aliarum rerum non habet oia, donec reduxerit rem illam in pecuniam. Hoc autem fit per venditionem: ideo vendenda sunt oia, vt pecunia inde proueniens pauperibus detur ad releuandum oia genera necessitatis ipsorum. Secundò, & præcipue fit, vt elemosynæ moderatè dentur pauperibus. Nam si non venderentur res, oporteret ea dari integras pauperibus. Quedam autè sunt magni valoris, ut domus, vel ager, aut possessio aliqua, vel seruus, qd dari alicui pauperi non esset conueniens: quia illud non esset dare elemosynam ad releuandum eius inopiam, sed esset eum ditare. Vt ergo non detur integræ, & sint moderatæ elemosynæ, oportet reduci oia in pecuniam, que potest diuidi vsq; ad minimam, & fieri elemosynæ moderatæ. Sed hoc fit per venditionem, ideo vendi oportet, vt pauperibus erogentur. Ex hoc autem apparet, qd sit melius, i. magnas, & paruas elemosynas dare, aut multas & minutas & mediocres. Dicendum enim, qd in oibus quod moderatè est, bonum est, cum virtus corrumpatur ad excessum, & defectu: elemosyna autè datæ pauperi ad releuandum inopiam eius, vel ad consolandum: non autem ad ditandum eum, quia dans elemosynam non intendit facere pauperem non pauperem, sed sustentare eum manentem in paupertate. Per elemosynas autè magnas tollitur paupertas, cum dicitur, qui pauper erat: ideo non sunt illæ conuenientes. Non tamen est sensus, qd non sint conuenientes. i. qd sint malæ, & quod peccet faciens, sed quod melius est aliter facere quam sic. Nam si quis det vni pauperi mille denarios, plus meretur, quam si det vnicui eadem pauperi, & tamen melius est, quod illos denarios diuideret inter multos pauperes, cum omnium indigentias releuare posset, aliquo modo distribuendo per eos, quam qd vnus tantum indigentiam abundanter releuet, vel omnino tollat. Hæc autem vera sunt absolute accipiendò elemosynam magnam, non quidè ex magnitudine rei datæ, sed ex maiori homi habitudine ad indigentiam, pro qua dat: quia elemosynam non dat omni homi, sed indigenti: ergo iuxta quantitatè indigentie dicit magna vel parua, ita qd alicui pauperi est parua elemosyna illa, quæ alteri est magna. Aliquis. n. est in inopia cibi, cui ad ipsi succurri non potest sufficienter, nisi dādo decem obolos ad hoc quod exeat illam inopiam, quousq; alibi, aut aliunde possit ei prouideri: dare autè huic est moderata elemosyna: quia est quasi necessaria, cum aliter non possit presentem euadere indigentiam. Alius verò tenetur ab hostibus, & fortassis occidēt, aut patietur alia detrimēta, nisi redimatur, elemosyna est moderata in hoc dare tantum quantum constat redēptio: quia minori pretio dato non releuat ille a miseria presenti, quam aliter non euadit, nisi redimatur: & ita in quibusdam alijs rebus magna impensæ pecuniarum non sunt magnæ elemosynæ, sed commensuratæ: quia tanta est indigentia, vt minoribus non releuetur. Sed tunc manet dubium, qd sit melius, an facere elemosynas illas magnarū expensarum & paruas, an multas & paruas, ita qd tot pecuniæ, & ex equali charitate expendantur in magnis solum, sicut in paruis. Dicendum, quod ad hoc non potest dari certa regula: datur enim elemosyna ad releuandum inopiam, & miseriam illam: ergo melius est releuare miseriam, quæ fuerit maior intensiue, & ideo si quis fuerit in extrema necessitate

Quid sit melius an magnas vel paruas elemosynas dare.

Elemosynam non omni homi dāda sed indigenti.

S a cessitate

cessitare siue famis, siue alijs ex violentia hostium, vel quo modo cunq; illiuserit melior elemosyna, siue sit magnarum, siue paruarum expenlarum, & tñ que est maior, & q minor non pot considerari solum ex natura speciei, sed ex alijs particularibus accidentibus accipitur, prudentia autem est, q de particularibus iudicat: ideo non potest dari regula vniuersalis, sed oblati particularibus iudicabit prudēs, que sit maior necessitas: siue ex conditione rei, siue personæ, siue loci, vel ex alijs circumstantijs, que aliquid mutare possunt circa rē. De his dictum est magis supra sexto, vbi de elemosyna multa dicta sunt.

Quare Christus dixit: Vende omnia. Questio CLII.

QVAERETVR, quare dixit Christus: Vende omnia. Dicendum, q non suffiebat vēdere aliqua, sed oportebat omnia possessa vendi. Primò ex conditione finis, ad quem Christus istud suadebat. Nam ideo volebat, q iuuenis vēderet omnia, que habebat, vt sequeretur illum toto corde, non habens iam cor implicitum circa sollicitudinem rerum possessarum, que maxime distrahit ab actu perfectò charitatis, & tamen si aliqua venderet iuuenis relinquens alia sibi, adhuc circa illa oporteret esse sollicitudinem, & non posset sequi Christum toto corde, quod pertinet ad perfectionem: ideo vel oportebat omnia vendi, vel nihil. Secundò, quia volebat Christus eleuare homines ad quandam perfectam confidentiam de Deo, que ad perfectionem pertinet. Si enim aliquid de omnib' referuaret ceteris venditis, viderentur ponere spem in illo. I. q in necessitatibus ad illud recurrerent: Christus autem voluit, q totam spem in eo ponerent amouendo eam a rebus terrenis, & ideo nihil relinqui voluit, ad quod homines aduerterent, sed penitus in Deo sperarent: & ideo omnia vendere iussit: ob hoc enim iussit discipulis, q cum irent per viam nihil ferrent secū: neque pecuniam, neque panem, neq; peram, aut sacculum, supra 10. c. & hoc vt considerent, q quocunq; irent Deus eis daret sufficientiam necessariorū: & ob hoc Ananias, & Saphira accusantur: quia cum vendito agro dare debuissent totum precium coram pedibus apostolorum, occultauerunt quandam partem eius, quam sibi retinebant. Actū. 5.

Quare dicitur: Que habes, vende. Questio CLIII.

QVAERETVR, quare dicitur: Quæ habes, quia manifestum est, q non potest quis vēdere quod non habet. Dicendum, q Christus voluit dicere, vende omnia tua: quia alijs non poterat ipse vendere omnia simpliciter, & ad hoc dixit, que habes. Et dī propter duo. Primò, vt non vendat quis aliena, que habet, vel que aliquo modo ad alium pertinent. Siquis enim aliena vsurpauit, & illa possidet: si ad religionē transire vult, non debet vendere illa, & dare pauperibus, sed restituere eis quibus debentur. Nam elemosyna non potest fieri de alieno. Qui enim illa facit non meretur quicquam, & insuper manet semper obligatus ad restitutionem. Nō enim placet dño sacrificium de rapina, & ita neque elemosyna: & quia aliena licet teneamus, non sumus iusti possessores, sed detentores iniusti, & non dicimur proprie illa habere. Et ideo dicitur vende omnia, que habes, id est, que tua sunt. Sic dicit Remigius, que habes, illa enim habemus, que iuste possidemus, illa ergo, que iuste possidentur vendenda sunt, que verò iniuste sunt eroganda illis, quibus fuerunt ablata. Secundò, & principaliter dicitur hoc ad tollendum moras logi temporis, aliqua enim habemus, que possidemus pacifice: alia verò nostra

Elemosyna non potest fieri de alieno.

funt, que tamen ab alijs possidentur, qui illa extorserunt, aut fraude, aut quoquo modo illa detinent, que recuperare non possumus, nisi diu litigando: & tunc etiam dubium est, an recuperabimus, quia dubius est euentus litis, & de talibus non est curandum: quia si vellemus illa vēdere, prius litigandum erat vt obtineremus, & obtenta venderemus, & quia hoc diu nos teneret, & fortè impediret propositum conuersionis, ad Deum, non sunt talia vendenda, sed abijcienda: ea verò, que pacifice possidemus vendere possumus: & ideo dixit Christus, vende omnia, que habes, id est, ea que actualiter possides: non autem ea, que non possides, licet tua sint. Sic dicit Hierony. in epistola ad Paulinum. capitulo septimo. Si habes rem tuam in potestate vende: si non habes projice: tollenti pallium & tunica relinquenda est.

Quare Christus dixit: Et da pauperibus, & an transiturus ad religionem debeat dare omnia sua pauperibus. &c. Questio CLIIII.

QVAERETVR, quare dixit, & da pauperibus: & an transiturus ad religionem debeat dare omnia sua pauperibus ex conditione perfectionis, vel possit dare aliquibus alijs. Dicendum, q aut habet filios, aut non: si habet filios nō debet dare omnia bona sua pauperibus: quia non solum non meretur, imò peccat filios exheredando, eo quòd de iure natura debetur filijs successio in bonis paternis, & tollendo eis successione priuaret eos iure suo, quod pater non poterat facere sine causa: & ita si faceret peccaret. Secundò, quia si quis transire velit ad religionem, & habeat aliqua aliena, non debet illa vēdere, & dare pauperibus: sed restituere eis, quibus debentur, vt dictum est precedenti cap. & tamen legitima in bonis paternis sunt debita filijs de iure natura: ideo non potest eos priuare illa dando pauperibus: quia dat quasi as alienum, licet non sit penitus as alienum, quia est patris ad possidendum, sed est filiorum ad succedendum: & ideo in quantum pater spoliatur se illo, & vult transferre in alterum perpetuò, iam quasi as alienum donat, & peccat. Tertio, quia causa pauperum non est fauorabilior quam causa ecclesiarum, potissimè cum causa ecclesiarum vocetur causa pauperum, vt ait Grego. in Regestro. & extra de præscriptionib. c. nihil prodest. & tñ non sunt filij exheredandi, vt bona transeant ad ecclesias, vt ait Augu. & habetur. 17. distin. q. 5. c. f. quicunq; exheredatus filijs heredem ecclesiam vult instituire, alium querat, qui suscipiat, non Augustinum. Ergo non sunt filij exheredandi, vt bona dentur pauperibus. Quarto, quia Christus increpabat Phariseos, qui suadebant hominibus benefacere templo, & non parentibus, q ea, que parentibus daturi erant, darent templo, supra 15. & Mar. 7. c. & tamen magis videtur agere contra naturalem inclinationem pater exheredans filium, quam filius patrem exheredans, vel non prouidens ei: quia vt dicit. 2. Corint. 13. c. parentes debent se faurizare filijs, & non filij parentibus: ergo increpandi sunt parentes, qui vellent dare sua pauperibus, vel ecclesijs exheredatis liberis. Vnde dicendum, quòd si filios habet, qui transit ad religionem, non potest eos exheredare. Sed tñ differt, quia aut illi sunt diuites, ita quòd sine paterna successione possint sufficienter viuere, aut sunt pauperes. Si sunt diuites, tenetur saltem legitimam debitam de iure natura, de bonis suis illis relinquere detractò ære alieno, quod in bonis patris non computatur: cetera verò pauperibus potest relinquere. Si tamen filijs relinquere voluerit, non peccat, licet melius sit in tali casu pauperibus relinquere. Si autè filij sunt pauperes, non debet pater alijs pauperibus

Filij de iure natura debent succedere i bonis paternis.

Nō sunt filij exheredandi, vt bona transeant ad ecclesias.

peribus illa relinquere: quia magis tenetur istis, quam alijs pauperibus, & non solum ad hoc, quòd paruam elemosynam dando releuet eorum paupertatem ad tps: sed tñ dando, q omnino eorum tollat paupertatem: ita q non cogant egere. Et hæc et vera sunt detractò eo, quod vult ille donare monasterio, ad quod se trāfert ad sustentationem suam, ne onerosus sit monasterio: nam illud potius dandum est monasterio, q alijs pauperibus: quia ibi quod dat sibi dat, cum p suis necessitatibus det. Si autè non habet filios, non habet aliquos heredes legitimos, & tunc aut habet parentes, aut non: si habet, aut sunt diuites, aut pauperes: si diuites, non tenetur eis ad aliquid, sed potest bona sua pauperibus relinquere, quia non est de parentibus, sicut de filijs: quia filij de iure natura succedunt parentibus: ideo etiam si sint diuites filij non possunt parentes eos priuare legitima, que competit de iure natura: parentes autem non succedunt filijs de iure natura, iuxta supra dicta. Si filij non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filijs. Ideo non tenentur filij, tunc relinquere aliquid parentibus. Si verò parentes sint pauperes, tenentur filij eis dare bona sua, potius quam pauperibus, siue tota, siue tantum de illis, quantum sufficiat ad sustentationem parentum, cum in alimento debent valde prouidere filij parentibus, & magis quidem quā sibi ipsi, vt dicit Aristot. 9. Ethic. c. 2. Vnde & interdum ad tempus impediūt filij intrare religionem, vt prouideant parentibus, vt ostensum est supra 4. ca. quæst. 13. & supra 8. c. quæst. 68. Si autem non habeant parentes, aut illi sunt diuites, debet dare alijs pauperibus habita discretione, quia potius cognatis, quam nō cognatis, si equaliter sint pauperes, & alijs conditionibus obseruatis: nouem enim sunt conditiones, que considerantur in pauperibus, ex quibus quidam præponendi sunt alijs, vt ostensum est supra 6. c. q. 68. De isto autem iuvene dicendum, q Christus dixit ei, quòd daret omnia pauperibus: quia fortè filios non habebat. Potissimè cum dicatur, quòd erat adolescens: & etiā fortè non habebat parentes, vel si habebat parentes, erant diuites, qui non indigebat rebus filij, & ita poterat dare omnia bona sua pauperibus. Si autem dicamus, q filios habebat, Dicendum, q Christus dixit, q daret omnia, que habebat pauperibus intelligendo, q subtraheretur id, quod de iure proueniebat filijs, siue legitima, que proueniebat de iure natura, siue toto illo, q de positio iure competeat. Nam licet apud omnes gentes legitima competat filijs de iure natura: tamen ipsa legitima non est equalis apud oēs, sed apud quosdam gentes est minor, & apud alias maior, sicut iura positia illarum taxant legitimā, & etiam de iure nouo non est eadem legitima, que erat de iure veteri.

Filij in alimento magis debent prouidere parentibus: quam sibi ipsi.

Filij de iure natura debent succedere i bonis paternis.

An transiturus ad religionem, si non habet filios, neque parentes, teneatur dare omnia pauperibus, vel possit dare alijs. Questio CLV.

QVAERETVR in casu, in quo transiturus ad religionem non habet filios, neque parentes, an teneatur dare omnia pauperibus, vel possit dare alijs. Dicendum quòd, aut queritur, quid possit facere, ita q non peccet, aut quid facere melius sit, vt consonet perfectioni, ad quam iste transit. Accipiēdo primo modo, dicēdum, quòd quilibet potest dare sua, cui uoluerit: dum tamen non det in malos vsus, vt meretricibus, histronibus, & turpibus personis. Cum autem dicimus sua, detrahatur æs alienum, quod non computat in bonis alicuius, quia illud restituendum est. Et nomine æris alieni venit legitima, in qua filij succedunt, in qua pater non potest eos exheredare sine causa. Idem intelligitur, licet magis largè de subuentione, quam Alph. Toit. super Euang. Matth. Pars V.

quis tenetur facere parentibus constitutis in inopia: sed non existente aliquo istorum, potest dare quis bona sua, cui uoluerit siue diuitibus siue pauperibus, & in hoc non peccat, & tamen dando diuitibus non meretur: quia aut dat illis, quia expectat retributionem, aut sine expectatione. Si primo modo, iam recepit mercedem suam, & ita Christus admonet non esse benefaciendum. Luc. 14. c. dicens, Cum facis conuiuium, aut cenam, noli vocare amicos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne fortè, & ipsi reinuident te, & fiat tibi retributio: sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cecos, & beatus eris: quia non habent, vnde retribuunt tibi: retribuetur enim in resurrectione iustorum. In his tñ verbis non damnauit talia conuiuia, quasi malum sit ea facere, sed admonuit nos, q si quis ex actibus talibus veller a Deo retributionē, quod est mereri, & inde a Deo premiū expectare, non inuitet eos, qui retribuere possunt, & potissimè cum intentione accipiēdi ab eis retributionem, quia etiam si non recipiat, iam per hoc recepit mercedem suam. Si autem quis benefaciat diuitibus donando nō expectata inde retributione: videtur hoc ad iactantiam pertinere, & ita vanum est. Nam habēti dare, nihil aliud est quam perdere, & ita licet non sit peccatum dare istis, non est tamen meritum aliquod, sed vanum. Accipiendo secundum modo. f. quid melius sit, vt consonet perfectioni, ad quam tendit. Dicendū, quòd melius est dare pauperibus, quam alijs: quia dando pauperibus, meretur dando, alijs non: & tñ qui trāsit ad perfectionem, debet facere omnia opera sua, vt consonent perfectioni: ideo illis debet dare, & ob hoc Christus dixit: vende omnia, & da pauperibus. Sed tñ dicitur, nunquid ad merendum debent dari omnia pauperibus, vel possunt distribui alijs locis? Dicēdum, quòd transiens ad religionem potest dare bona sua omnibus locis pijs, siue ecclesijs, siue monasterijs, siue orphanotrophijs, siue specialiter pauperibus, eo quòd nomine pauperum omnia hæc intelliguntur. Nam causa ecclesiarum vocantur causa pauperū, extra de præscrip. c. nihil prodest: quia ecclesie loca pia sunt, & omnia talia comprehenduntur appellatione pauperum, maxime quia bona clericorum pauperū sunt, vt Hierony. ait: & domus eorum communes fiant. 1. 6. q. 2. c. quoniam. Et istam causam dat Glo. in allegato. cap. nihil. quare causa ecclesiarum vocentur causa pauperum, & in hoc interdum est melius dare pauperibus, interdum ecclesijs, iuxta varias condiciones necessitatum, vt ostensum est supra ca. 6. q. 74. Christus autem non nominauit hic templum, quod habebat tunc vicem ecclesie, & hoc quia fortè nomine pauperum intellexit omnes causas pijs, in quibus aliquid solo intuitu diuino erogatur. Vel fortè, quia tacitè voluit, q iuuenis iste benefaceret pauperibus, & non templo, nō quasi per hoc alijs legem dans, vt templo non beneficiant, cum ipse laudauerit viduam pauperulam offerentem in gazophylatio duo minima æra, dicēs, quòd illa plus omnibus obtulerat. Luc. 21. c. sed vt non daret fauorem falsæ doctrinæ Phariseorum: illi enim suadebant hominibus non benefacere parentibus, sed quid quid illis impensuri erant, tēplo offerrent, quod Christus valde redarguit supra 15. cap. & Mat. 7. Et ita noluit hic approbare, quòd ibi reprobauerat: ideo de tēplo nihil expressit: quia si diceret aliquid templo dandum, iam per hoc faueret intentioni malignæ Phariseorum: ideo licet non vetuit dari aliquid templo, tamen non expressit, sed dixit omnia esse pauperibus danda, cum etiam nomine pauperum templum intelligi posset: & non faceret iuuenis aliquid contra conditionem perfectionis, si omnia relicturus aliqua de illis templo offerret.

Habēti dare nihil aliud est q perdere.

Quid pauperum appellatione comprehendatur.

Quare Christus dixit: Et habebis thesaurum in celo: & an sit aliquis thesaurus in celo. Questio CLVI.

QVAERETVR, quare Christus dixit, & habebis thesaurum in celo. Dicendum, quod thesaurus proprie accipiendo significat multitudinem auri reconditi, & ita dicitur a thesis, quod est positio, & aurum, i. auri repositio, transferitur tamen ad omnem pecuniam repositam, quae sit in multitudine. Nam paucum aurum, aut pecunia recondita thesaurus non dicitur. Et exinde etiam transferitur ad significandum omnem magnitudinem rerum repositarum, quae valorem aliquem habent, & ita dicimus thesauros tritici, & vini, sic dicit Hieremias 41. Decem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel, noli nos occidere: quia habemus thesaurum in agro frumenti, & ordei, & olei, & mellis. Et est ista translatio, quia omnia ista reducuntur in pecuniam per commutationem, cum nimis sit medium, & fidei ussor pro omnibus.

Vnde dicitur: Et habebis thesaurum in celo.

Pecunia est medium, & fidei ussor pro omnibus.

Pecunia non est necessaria homini.

QVAERETVR, quare Christus dixit iuueni, veni, & sequere me: quid erat in quo cum sequi debebat. Questio CLVII. Dicendum, quod suadebat Christus iuueni hinc tendere ad perfectionem, cum dixerit, si vis esse perfectus, & tamen perfectio non consistebat hic in vendendo omnia, & dando pauperibus, sed in sequendo Christum, ut dictum est supra: quia vendere omnia non erat actus perfectionis, sed instrumentum ad perfectionem, sicut & observatio consiliorum ceterorum, ideo debuit concludere, sequere me, quia ista erat perfectio, quae intendebatur. Cum autem queritur, in quo Christum sequi debebat. Dicendum, quod debebat eum sequi corporaliter, sicut apostoli, & discipuli sequebantur eum corporaliter quocumque iret, & illud sequi non erat perfectio actus perfectionis: sed eos, qui sic sequebantur Christum instruebant opera perfectionis: sicut patet de doctrinis viuendi apostolorum, supra 10. c. & de doctrina viuendi discipulorum Luc. 10. c. & si iuuenis sequeretur Christum sequeretur vitam, quam apostoli, & discipuli tenebant, & ita fieret perfectus, ad quod eum Christus suadebat venire.

Quae sunt operationes virtutum perfectissimarum debeantur vita aeterna, siue regnum caelorum, cum sit pro mediocribus operationibus in charitate factis debeantur regnum caelorum, & tamen regnum caelorum non promittitur nisi pauperibus spiritu. Siquidem est enim regnum caelorum, & hoc ut beatitudines habeant se ad praemia per correspondentiam. Sunt autem pauperes spiritu, qui sponte abrenunciaverunt rebus huius seculi, quas possidere poterant, faciendo se pauperes: ideo cum contempserint regnum, & honorem mundanum, datur eis regnum caelorum: ita & nunc iuueni isti Christus suadebat vendere omnia, & dare pauperibus: & quia ille multa possidebat, ut dicitur in littera, abdicabat a se terrenum thesaurum: ideo promittitur ei thesaurus in celo. & non promittitur seruauibus castitatem, licet sit dilectissimi seruare castitatem perpetuam, quam omnia a se abdicare, ut Christus innuit supra in littera.

Qui sunt pauperes spiritu.

Quare Christus dixit iuueni, veni, & sequere me: quid erat in quo cum sequi debebat. Questio CLVII.

QVAERETVR, quare Christus dixit iuueni, veni, & sequere me: quid erat in quo cum sequi debebat. Dicendum, quod suadebat Christus iuueni hinc tendere ad perfectionem, cum dixerit, si vis esse perfectus, & tamen perfectio non consistebat hic in vendendo omnia, & dando pauperibus, sed in sequendo Christum, ut dictum est supra: quia vendere omnia non erat actus perfectionis, sed instrumentum ad perfectionem, sicut & observatio consiliorum ceterorum, ideo debuit concludere, sequere me, quia ista erat perfectio, quae intendebatur. Cum autem queritur, in quo Christum sequi debebat. Dicendum, quod debebat eum sequi corporaliter, sicut apostoli, & discipuli sequebantur eum corporaliter quocumque iret, & illud sequi non erat perfectio actus perfectionis: sed eos, qui sic sequebantur Christum instruebant opera perfectionis: sicut patet de doctrinis viuendi apostolorum, supra 10. c. & de doctrina viuendi discipulorum Luc. 10. c. & si iuuenis sequeretur Christum sequeretur vitam, quam apostoli, & discipuli tenebant, & ita fieret perfectus, ad quod eum Christus suadebat venire.

Questio 147.

Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.

Mar. 10. 4.

Luc. 18. c.

Mar. 10. d.

Luc. 18. c.

Cum autem audisset. Hic ponitur perfectionis retardatio. Nimia dilectio terrenarum possessionum, & deest. Cum audisset adolescens. Accipitur largitudo adolescens: quia plus erat adolescens, esset enim fortassis iuuenis, sed non erat mature etatis, quia alias non vocaretur adolescens. Verba haec, verba Christi, quibus suadebat ei vendere omnia, quae habebat, & dare pauperibus. Abiit tristis. Erat enim valde contra intentionem suam abdicare a se possessionem rerum terrenarum, quas nimis amabat. Erat enim habens multas possessiones. I. si haberet pauca, etiam si dimittenda essent non multum tristeretur. Vel si multa haberet,

haberet, & pauca dimittenda essent; habebat tamen multa, & iubebat Christus omnia dimittere, si volebat esse perfectus: ideo tristatus est. Iesus autem dixit discipulis suis. Cum vidit, quod iuuenis recessit tristis, ostendit discipulis suis quantum impedimentum diuitiarum afferant possessoribus ad perfectionem. Amen dico vobis. i. certe, vel in veritate: quia Amen est interdum modus iurandi, & interdum modus affirmandi, ut patet extra de iureiur. c. & si Christus. Quia diues difficile intrabit. Non dixit non intrabit, sed difficulter. Diuitiarum enim neque dant vitam aeternam, neque illam auferunt, sed sunt tales, quibus possumus bene, vel male uti, & tamen magis impediunt quam adiuuent, eo quod alliciunt animos ad seipsum, & est magna difficultas pugnare contra auaritiam illam. In regnum caelorum. Pro vita aeterna accipitur, licet multipliciter soleat accipi. Et iterum dico vobis. Ad confirmandum, vel exponendum praecedentem sententiam hoc adiunctum est. Facilius est camelum per foramen acus transire. Videtur ponere impossibile non solum est difficile, imò est impossibile transire per foramen acus, sed an sit impossibile simpliciter, vel difficile diuiti illuc introire dicitur, infra. Quae diuitiarum intrare in regnum caelorum. Scilicet, si in diuitiis sperauerit apponens illis totum cor suum. Auditis autem his. Scilicet, quae dixerat Christus contra diuites de difficultate intrandi in regnum caelorum. Mirabantur valde. De difficultate eundi ad vitam aeternam: quasi aliquo modo noceret eis ista difficultas perueniendi ad vitam aeternam. Dicentes, quis ergo poterit esse saluus. Id est, si ita est, quis poterit saluari? d. si tanta difficultas est diuitibus intrandi ad vitam aeternam, ita etiam videtur esse difficultas quantum ad alios quoslibet, cum etiam illi habeant aliqua impedimenta. Aspiciens autem Iesus. Scilicet, discipulos. Dixit illis. Ad tollendum dubitationem. Apud homines quidem impossibile est. Id est, quantum ad virtutem humanam. Nam homines sunt, qui ad vitam aeternam perueniunt, sed non perueniunt viribus suis. Apud Deum autem omnia possibilia sunt. Id est, Deus facere potest, quod homo saluetur, licet homo ex opere suo, & potentate non possit saluari.

Quare iuuenis iste recessit tristis. Questio CLIX.

QVAERETVR, quare iuuenis iste recessit tristis. Nam videtur, quod non debuerat tristari, quia ipse petierat quid faciendo haberet vitam aeternam, & Christus responderat, quod faciendo mandata illa: tamen ipse custodiebat, ut dicitur, supra in littera, & ideo cum sufficeret illud sibi ad beatitudinem, non debebat tristari. Dicendum, quod tristatus est, quia non potuit implere, quae Christus ei dicebat, ille enim suadebat vendere omnia, quod difficile erat iuueni, quia amor diuitiarum tenebat eum, ne faceret. Et tristabatur, quod non posset facere hoc. Primum, quia erat sibi quadam vereturum, institit enim valde apud Christum, ut diceret ei viam perfectionis, & vitae aeternae, & dixerat ei, quod obseruaret mandata, & ipse quasi gloriatu in hoc dixit, quod haec omnia a iuuentute sua seruauerat, cum autem nimis instaret, ut diceretur ei si quid adhuc deerat dixit, quod venderet omnia, quae habebat, sed hoc iuuenis facere non poterat: ideo erubuit, quod quaesiverat quasi facturus id, quod facere non potuit. Nam tales ignominiam patiuntur, & illusionem a ceteris. Sic Christus dixit Luc. 14. quod volens aliquid incipere, videat prius an possit, ne cum inceperit, & non compleuerit illud, ei videntes, dicentes, iste homo cepit edificare, & non potuit consummare. Secundo fuit, quia iuuenis iste desiderauerat perfectionem, erat enim bene dispositus, ut apparet, quia semper mandata seruauerat, & cupiebat perfectionem, quasi esset aliquid, quod facile posset habere. Cum autem non potuit, doluit, quia frustraretur sine suo. Cum autem dicitur, quare tristabatur, quia poterat habere vitam aeternam, quam petierat, etiam si non venderet omnia. Dicendum, quod verum est, quia per solam obseruationem mandatorum potest quis habere vitam aeternam, ut patet ex dictis, & tamen frustrabatur perfectione, quam non poterat habere, cum non venderet omnia, ideo tristabatur.

fectionem, quasi esset aliquid, quod facile posset habere. Cum autem non potuit, doluit, quia frustraretur sine suo. Cum autem dicitur, quare tristabatur, quia poterat habere vitam aeternam, quam petierat, etiam si non venderet omnia. Dicendum, quod verum est, quia per solam obseruationem mandatorum potest quis habere vitam aeternam, ut patet ex dictis, & tamen frustrabatur perfectione, quam non poterat habere, cum non venderet omnia, ideo tristabatur.

An iste iuuenis peccauit recedendo a Christo. Questio CLX.

QVAERETVR, an iste iuuenis peccauit recedendo a Christo. Aliqui dicunt, quod sic, quia nemo facit se ineptum regno Dei, nisi per peccatum mortale: & tamen iste iuuenis recedendo a Christo videtur, quod se ineptum fecerit ad regnum Dei, quia dicit Luc. 9. c. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro recedens a Christo, ergo fecit se ineptum ad regnum Dei, & ita peccauit mortaliter. Secundò, quia Christus videtur eum arguere, & dicere esse ineptum ad regnum caelorum: quia statim, ut ille recessit, dixit ad discipulos, amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum, & tamen hoc totum propter iuuenem illum dicebat: ideo peccauerat. Dicendum, quod non peccauit iuuenis mortaliter, quia nemo peccat nisi vel faciendo, quod non debet, vel cessando ab eo quod tenetur, & tamen iuuenis neutrum istorum fecit: non quidem primò, quia non commisit aliquid, sed cessauit facere: non scilicet, quia non cessauit facere quod tenebat: nam non tenebat iuuenis iste ad perfectionem, & ideo licet vellet niti ad illam, & postea cessaret non cessabat agere id, quod tenebat: ideo non peccabat. Verum est tamen, quod iste iuuenis erat aliquantulum arguibilis: quia magno affectu venerat in publicum petiturus statim perfectionem, & postea ut non dimitteret diuitias, quas amabat, cessauit ab illa. Erat autem aliquo modo laudabilis, in quantum iuuenis & diues existens praecepta semper seruauerat. Sic dicit Augustinus in historiis: erat iste iuuenis laudabilis quidem, & quia non occidit, non adulteratus est: vituperabilis autem, quia contristatus est verbis Christi vocantibus eum ad perfectionem. Adolescens quippe erat in animam, & propterea relinquens Christum abiit. Ad primum argumentum potest dici vno modo, quod mitti manum ad aratrum sit aggredi precepta, per quae habetur vita aeterna, & quod retrocedat. Non observanda illa non est aptus regno Dei, quia non habet vitam aeternam. Sed ut quod non stat, quia tunc non solum est mittere manum ad aratrum, & retrocedere increpabile, sed etiam nunquam misisse manum, quia sicut qui cepit obseruare mandata, & non continuauit non habet vitam aeternam, ita qui nunquam cepit seruare illa, non habet vitam aeternam: & tamen Christus solum arguit, ibi mittentes manum ad aratrum, & retrocedentes: ergo non intelligitur de obseruatione praepiorum. Dicendum, quod intelligitur de obseruatione consiliorum, & perfecta vita, in qua non mittit manum ad aratrum, non est increpabile, cum non sit perfectio de necessitate, sed missio, & retrocedere vituperabile est, & illud Christus arguit. Et patet quia illud, ad quem loquebatur ibi erat quidam, qui dixit Christo, dñe sequare, sed permittit mihi prius rennuciare his, qui domi sunt: & Christus ait: nemo mittens manum ad aratrum &c. ergo de statu perfectionis intelligitur, quod renunciare omnibus, qui domi sunt ad sequendum Christum ad perfectionem pertinet, & non ad opera mandatorum. Sed dicendum, quod vocatur hic regnum Dei, non quidem vita aeterna, quae haberi potest, per sola mandata, in obseruatione quorum manebat ille, quod dixit Christo, domine sequar te, etiam

Quid sit mittere manum ad aratrum, & retrocedere.



antequam sequeretur eum, sed status perfectionis, per quem specialiter habetur regnum Dei. Excellentiori modo, & de illo verum est, quod qui respicit retro non est aptus regno Dei. Non habere autem istud regnum Dei non est peccatum mortale, ideo iuuenis non peccabat, etiam si per hoc retrocedebat, efficiebat se ineptum regno Dei. Ad secundum dicendum, quod Christus non redarguit adolescentem illum velut mala facientem, sed ostendit impedimentum eius ad vitam eternam, scilicet, quod diuitias haberet. Et apparet, quia non arguit eum, quia recesserit: sed dixit, quod diues difficile intrat in regnum celorum, & tamen si Christus vellet redarguere iuuenem, non argueret eum, nisi quia abierit, de quo nihil dixit. Etiam si redargutio esset in verbis istis, non solum Christus iuuenem argueret, sed omnes diuites, cum dicat, quod diues difficile intrabit in regnum celorum, & tamen certum est, quod diuitem esse non est peccatum: ideo non ponitur hic increpatio, sed denunciatur, vel ostenditur impedimentum, quod omnes diuites habent ad vitam eternam. sicut sicut iste adolescens, per diuitias fuit impeditus assequi perfectionem, ita alij impediuntur habere regnum celorum.

Quare dicitur, erat enim multas possessiones habens. Questio CLXI.

Quare dicitur, erat enim multas possessiones habens. Dicendum, quod hoc ponitur ad reddendum causam illorum duorum, scilicet, quod tristis factus est & quod abiit: & est sensus, quod si non fuisset tam diues, non tristatus fuisset Christo dicente ei, quod venderet omnia que habebat, neque etiam recederet ab eo, ut non faceret hoc. Sed tunc dicitur, quid differat habere multa, vel pauca: quia sicut diues habet substantiam suam in multis, ita & pauper habet illam in paucis, ergo sicut afficitur diues ad multa, quod sunt tota substantia eius, ita & pauper afficitur ad pauca, que possidet, & erit vtrique equale abrenunciare omnibus, que possidet. Dicendum, quod non est verum, diuitie enim cupiditatem immitunt, qui autem multa possident magno ardore tenentur possessionum: qui vero pauca possident minus ardent, & ideo facilius deserunt, quod paruo amore dilexerunt. Sic dicit Chrysostomus non enim similiter detinentur, qui pauca habent, & qui multis abundant: quoniam adiectio diuitiarum maiorem accendit flammam, & violentior fit cupido, & quia difficultas deserendi accidit ex magnitudine amoris, quo quis tenetur ad rem, quam deserere debet, difficilius deserit possessa, qui habet multa, quam qui pauca possidet.

Quomodo poterat esse verum, quod iste iuuenis seruabat omnia mandata, si detinebatur a suarum diuitiarum cupiditate. Questio CLVII.

Sed queretur, si iuuenis iste tanto diuitiarum tenebatur ardore, ut propter eas non posset ad perfectionem, quam cupiebat accedere, quomodo poterat esse verum, quod seruabat omnia mandata iuuentute sua: nam vnum eorum est, non concupiscere rem proximi tui, & aliud est, non furaberis, per quod intelligitur omnis illicita contractatio rei aliene, & tamen qui tanta siti possidendarum rerum tenetur, cum per hoc designat esse sui iuris, necesse est, quod aliena concupiscat, & cum potuerit inuadit, & ita non poterit mandata seruare, que tamen iste adolescens asseruit obseruasse a iuuentute sua. Dicendum, quod verum seruauerat mandata iuuenis iste, quia Christus videns eum, dilexit ipsum: Mar. 10. c. Et tamen si mentiretur ad se laudandum, Chri-

stus qui cordis intima sciebat, non dilexisset eum: ut ait Beda: ideo verum custodierat omnia mandata iuuentute sua, & non impediatur per amorem diuitiarum custodire mandata, quia aliud est aliena cupere, aliud propria immoderate amare, & in eis delectari. In preceptis autem decalogi non vetatur amare propria, sed concupiscere aliena, & illa inuadere, quod per furtum fit, & hoc iuuenis faciebat, quia aliena nunquam rapuerat, sua tamen immoderate amabat, hoc autem impediatur perfectionem. Considerandum tamen, quod amare propria immoderate semper impedit perfectionem, obseruationem autem mandatorum non impedit: quia non repugnat eis nisi raro, & quasi per accidens. Primum patet, quia circa perfectionem autem consideratur ipsa perfectio, aut instrumenta perfectionis. Si instrumentum, tunc obseruatio consiliorum est necessaria: quia sunt instrumenta quedam, quorum precipuum est abrenunciare omnibus possessis, sed ad abrenunciandum nihil est, quod magis impediatur, quam amor immoderatus possessionum, sicut fuit in isto iuuenis, ideo iste amor impedit perfectionem, id est, instrumenta perfectionis, & consequenter ipsam perfectionem. Si consideretur ipsa perfectio in seipsa. Dicendum, quod etiam illam impedit, quia consistit perfectio in charitate: & ut nos accipimus perfectionem consistit in actu excellenti amoris. Sed ista est conditio animi nostri, quod non potest ferri intensum ad multa, sed sicut vnum fertur intensum, fertur ad alia remissum: ergo si quis diligit Deum intensum dilectione excellenti, non potest diligere aliquam aliam rem intensum, & si aliqua alia res diligatur aliquantulum intensum, minuitur gradus aliquis intensiois amoris Dei. Sic dicit Augustinus. Domine minus te amat, qui cum alio te amat, ideo amor immoderatus diuitiarum semper impedit perfectionem. Secundum patet, quia illud obstat preceptis, quod in preceptis vetatur, & tamen amor ad res proprias non vetatur, sed cupiditas aliene rei: potest tamen interdum amor ad res possessas esse contra precepta: quia sicut est in precepto Deum diligere, ita & diligere eum super omnia nihil ei preponendo, aut a quando: & tamen poterit quis ita ardere, & immoderate amare possessa, quod preponat ea Deo, & magis ad illa afficiatur, & tunc amor rerum propriarum est contra mandata. Sed tunc dicitur, cum iste iuuenis tam ardentem diligere propria, videtur, quod etiam contra mandata faciebat, & ita non est verum, quod illa seruare iuuentute sua. Dicendum, quod in amore possessionum rerum est triplex modus. Vnus est, quod amantur possessa secundum conditionem suam: in quantum solum sunt vtilia, & tunc nunquam est peccatum mortale in amore isto: quia vtilia ad vsum solum sunt, & ideo qui ita solum amat pecunias, nunquam constituit eas, ut finem: & tamen omne peccatum est in hoc, quod fruimur utendis, & fruimur fruendis, sed frui utendis nunquam est, nisi quando que sunt ad finem constituitur, ut finis, ideo non est peccatum sic amare pecuniam. Etiam non est peccatum veniale in hoc, quia quando fruimur re secundum naturam suam, & gradu, nulla preuaricatio est, & consequenter nullum genus peccati. Secundus modus est, quod amantur, ut vtilia: & tamen ardentius in heremus eis, quam oportet, quasi faciendum ipsum, quod est vtile esse delectabile, non tamen constituit illud ut finem, neque preponendo amori diuino, & tunc amor rerum possessionum est peccatum veniale, quod potest esse maius, vel minus secundum quod ardentius, aut minus ardentem rebus istis in heremus. Tertius modus est, quando toto animo fruimur in possessa, vel in finem preponendo diuino amori, & tunc etiam si quis non rapiat, neque concupiscat aliena, sed propria ita amet, peccat mortaliter: quia peruertit ordinem amoris, quia fruimur utendis.

Anima nostra ad multa intensum ferri non potest.

In amore rerum possessionum est triplex modus.

Ad sciendum tamen, quando quis ita amat possessa, ut peccat mortaliter: dicendum, quod tunc solum peccat, quando ita amat, ut potius vellet offendere Deum, quam carere illis, & committeret potius aliquod peccatum mortale, quam priuari vellet rebus possessis: aliam autem quantumcumque feruenter amet, si potius vellet eis carere, quam Deum offendere, non peccat amando possessa mortaliter. De isto iuuenis dici potest, quod licet ardentem amabat possessa: tamen non ita ardentem, quod potius vellet Deum offendere, quam illis carere: & ideo non peccabat mortaliter sic amando. Quod autem potius vellet carere perfectione, quam diuitijs, non erat preponere diuitias Deo, cum Deus non iubeat perfectionem, sed suadeat ad illam: & ita adhuc non peccabat iste iuuenis recedendo a Christo, ut non careret possessis, ut dictum est supra. Sed dicitur, cum iste iuuenis tam ardentem amabat possessa, ut non vellet illis carere: sed potius vellet non esse perfectus, & a Christo recedere, quomodo non ita ardentem cupiebat aliena, ut ea raperet? vel omnino ea concupisceret si non haberet, & ita peccaret?

Dicendum, quod ardentius possessa amantur, quam non possessa cupiuntur: quia que habentur, sunt quasi nobis incorporata, & illis priuari est magna difficultas. Non habita autem non acquirere, nihil est perdere: ideo non afficimur tanto studio amoris ad habendum non habita, sicut ad non dimittendum acquisita. Sic dicit Augustinus. Nescio an quomodo cum superflua terrenis diliguntur ardentius adepti, quam concupiscunt. Nam vnde iuuenis iste tristis discessit, nisi quia magnas habebat diuitias? Aliud est enim iam nolle incorporare, quam desunt: aliud iam incorporata diuellere: illa enim velut extranea repudiatur: hæc velut membra præcidiuntur.

Quare Christus nunc locutus est discipulis post recessum illius iuuenis. Questio CLXIII.

Quare Christus nunc locutus est discipulis post recessum illius iuuenis. Dicendum, quod prima causa fuit mutatio notabilis, que apparuit in iuuenis illo. Nam cum locutus est ei Christus, tristatus est, & recessit. Sic dicitur Luc. 18. capit. videns autem Iesus illum tristem factum dixit, quam difficile est, &c. Sic etiam dicit Theophilus: Quoniam diues audita opum abiectione tristatus fuit: dominus admiranter loquitur. Secundum fuit ad redarguendum auaritiam. Nam illa nunquam bona est, sed temper mala, quia vel ad peccatum impellit, vel a bono impedit, sicut hic impediatur a perfectione iuuenem, qui aliam secutus fuisset Christum, sed non fecit, ut non cogere dimittere omnia, que possidebat. Tertio ad confirmandum Apostolos, & discipulos in doctrina eis data, ut non cuperent redire ad ea, que dimiserant, neque vellent possidere, que non habebant. Quarto fuit ad tollendum verecundiam Apostolorum, & discipulis. Fortassis enim ipsi erubescerent, quia nihil possidebant: & tamen pauperes in hoc seculo despiciuntur: ideo ostendit, quod non sit bonum possidere multa, sed melius sit nihil possidere, quia tanto quis liberior erit ad Dei cultum, quanto pauciora possideat. Sic dicit Chrysostomus. Quod quidem dixit non pecunijs detrahens, sed eis, qui deumentur ab ipsis: & discipulos pauperes existentes non verecundari ob inopiam.

Auaritia semper mala est.

Quare Christus dixit, quod diues difficile introibit in regnum Dei. Questio CLXIII.

Quare Christus dixit, quod diues difficile introibit in regnum Dei. Aliqui dicunt, quod ideo dictum est, quia pecunias tenere malum est, vel ipsa pecunia mala sunt. Sed dicendum, quod falsum est. Non enim sunt diuitie malae, quia creaturae Dei sunt: sed bonae sunt in quantum ad bonum profunt, id est, ad communicationem, sine qua non potest consistere communicatio politica: & tamen in communicatione necessaria est pecunia, tanquam medicum, & fidei iussor, ut dicitur 5. Ethi. etiam habere illam non est malum, quia cum illa non sit mala, non erit malus usus eius, nisi sit prohibitus: sed non vetatur possessio eius, neque usus illius in facta scriptura: ergo non est malum illam habere. Sic dicit Basilius. Non docet facultates vendere, eo quod sint naturaliter male, quia alioquin Dei creatura non essent. Vnde eas non tanquam malas abijcere, sed disponere monuit, & condemnatur aliquis, non quod eas possedit, sed quia eis abusus est. Secundum, quia si male essent, vel malum esset eas custodire, non diceretur, quod difficile erat eas possidentes habere vitam æternam, sed simpliciter impossibile, sicut peccates mortaliter, ut sic impossibile est saluari. Dicendum, quod recte Christus dixit, quod diuites difficile intrant in regnum Dei. sicut diuites sunt, & qui diuites efficiunt, & hoc, quia diuitie secundum se non tollunt regnum Dei, sed impediunt. De his, qui volunt diuites fieri patet, quia oportet eos multa acquirere, ut diuites fiant, cum non essent, & quia per viam iustam raro contingit velociter multa acquiri, oportet animum, & manus applicari iniuste acquisitioni: & ita solet dici, quod omnis diues, aut iniustus, aut iniustus hæres. sicut ipse acquisiuit iniustus fuit in acquirendo: si non acquisiuit, sed possidenti successit, non ipse est iniustus, sed est iniustus hæres quasi possessio sine peccato esse possit: acquisitio autem non. Et ita dicit Apostolus. 1. Timo. 6. cap. Qui volunt diuites fieri, in cadunt in laqueos diaboli, & in desideria multa, que mergunt animam in interitum. i. per hoc, quod volunt diuites fieri applicat se iniquis modis acquirendi, vel conuersandi, quibus non se implicarent si non cuperent diuites fieri, & illi vocantur laquei diaboli, quia eis tener animas ligatas demon, quas aliter forte non posset tenere. Si autem iam diuites sunt, siue per se acquisierint, siue ab alijs acceperint, est difficultas in duobus. Primum, quia qui diuites sunt, ut non perdant que habent, committunt quacunque mala. Amant enim tam ardentem possessa, quod etiam si aliena non ambiant, potius volunt quacunque committere, quam diuitijs spoliari, & ita committent quacunque mortalia, ut semper possideant diuitias. Secundum est, quia impediuntur in tendendo ad bonum. Nam licet non cupiant aliena, neque contra Deum pro possessorum obseruatione faciant, tamen cessant ab aliquibus bonis, a quibus non impediuntur si diuitias non possiderent: sicut iste iuuenis dispositus erat ad perfectionem, & ut Christum sequeretur: & tamen, quia diuitias relinquit oportebat, cessauit Christum sequi, sed qui habet talia impedimenta, difficilius intrant in regnum Dei, quam alij: ideo diuites difficile intrant in regnum Dei.

An Christus dixit nunc, quod diuites difficile intrant in regnum Dei propter iuuenem istum, vel propter alios diuites. Questio CLXIV.

Sed queretur, quare Christus dixit nunc, quod diuites difficile intrant in regnum Dei: nam ista dixit propter iuuenem, qui recesserat tristis, sed iste non impeditur.

pediebatur propter diuitias intrare in regnum Dei, quia non egerat contra mandata, sed cum diues existeret, custodiebat omnia mandata a iuuentute sua, ut dicitur in litera, sed solum impediatur a perfectione, quae non erat necessaria ad vitam aeternam, & ideo licet impediatur a perfectione consequenda, non impediatur a vita aeterna: & ita non erat difficile eum intrare in regnum caelorum. Dicitur potest vno modo, quod non dicitur hoc contra iuuenem illum, licet propter eum introduxerit: quia enim ipse, qui diues erat recessit a Christo, fuit Christo occasio loquendi contra diuites, qui propter diuitias impediuntur a consecutione vitae aeternae: licet non impediatur sic iuuenis: & hoc, quia ut non priuaretur possessis, quaecunque mala committunt, per quae impediuntur a vita aeterna: Vel quia diuites efficiuntur cupidores, quam coereri homines, cum diuitias sitim auerant: & ita non solum propria immoderate amant, sed etiam aliena concupiscunt, & inuadunt. Aliter potest dici, & melius, quod tam de alijs diuitibus, quam de iuvene isto intelligitur, quia valde inconueniens videretur, quod Christus diceret ista propter iuuenem, & conuenienter alijs diuitibus, & non iuueni. Et est verum, quod diues difficile intrat in regnum Dei, in quantum impeditur per pecunias, non in quantum eas possidet, sed in quantum amat. Et licet nunc iuuenis iste non fuerit impeditus a vita aeterna, poterat statim per diuitias ab illa impedi, quia ille impediunt in quantum valde amantur: sed iste iuuenis ita ardentem amabat possessa, quod audito verbo, quod ea dimitteret, tristatus est, & recessit a Christo, quae ante hoc sequi dispositus erat: ergo existente tanto amore si accideret, quod optaret priuari diuitijs, vel agere contra Deum, forte ageret contra Deum, ut non priuaretur illis: & ita impediatur penitus a vita aeterna. Etiam qui tam ardentem amat, communicare non vult bona sua, sed interdum ad subueniendum proximis necesse est communicare bona nostra illis etiam in magna quantitate: i. lo. 3. Qui habet substantiam huius mundi, & videt fratrem suum necessitatem pariterem, & claudit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei est in illo: quasi dicat: non potest esse. Et qui non habet charitatem est in peccato mortali i. lo. 3. Qui non diligit, in morte manet: & tamen amor noster possessorum impedit communicationem istam bonorum, ideo diuites reducuntur difficiles ad vitam aeternam habendam: Sic dicit Hilarius. Habere diuitias criminis non est: sed modus in habendo retinendus est. Nam quomodo communiandum est necessitatibus sanctorum, si communicandi materia non relinquatur? quasi dicit: diuitibus subtrahitur materia communicandi per nimium amorem possessorum. Quod autem iuuenis iste diues existens usque nunc mandata custodiisset: & non impediissent eum diuitiae: poterat accidere, quia forte non a multo tempore diues erat, sed forte nouiter successerat in bonorum possessione defunctis parentibus, quorum heres erat: & ita non erat expertus mala diuitiarum, neque acciderant ei impedimenta aliqua: sed solum ardorem illum possidendi patiebatur: vel etiam si longo tempore renquisset, tamen quia in pace vivebat, non acciderat ei, quod vel perditurus esset diuitias, aut peccaret: & tamen accidere poterat: & ita manebat impedimentum, quod diuitiae praestare poterant, licet nondum illud pertinissent: & tamen si accederet aliquid tale, forte peccaret, ut non priuaretur diuitijs: & ita etiam nunc antequam illud accideret, erat difficile iuueni hunc diuitias amanti intrare in vitam aeternam: non quia diuitias possidebat, sed quia amabat: vnde si quis possideret non amans illas, nullum periculum esset ei ex diuitijs: & ita Apostolus suadet. i. Corinth. 7. capitulo:

Qui non diligit in morte manet.

Diuitias possidens non amat illas nulli ex diuitijs periculum est.

Tempus enim breue est, & reliquum est, ut qui habet uxores sint tanquam non habentes, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo quasi non vtantur: quia tamen difficile est possidere, & possessa non amare, securus est non possidere, quia non possidere non ingerit difficultatem aliquam ad vitam aeternam, & possidere facit difficultatem. Sic dicit Rabanus: inter pecunias habere, & pecunias amare nonnulla distantia est: tutius autem est, neque habere, neque amare diuitias.

Quare Christus dixit, quod diuites intrant difficile in regnum Dei: quia hoc etiam accidit circa quemcumque possessa.

SED quaretur, quare Christus dixit, quod diuites intrant difficile in regnum Dei: quia hoc idem accidit circa quoscunque possidentes aliqua, vel cupientes ea possidere. Dicendum, quod possidentes aliqua, vel nulla possidentes, aut cupiunt diuites fieri, aut non. Si cupiunt diuites fieri, accidunt eis impedimenta ad vitam aeternam, & verum est de eis, quod difficile est ipsos ingredi ad vitam aeternam, quia ut dicitur i. Tim. 6. cap. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli. Si autem non cupiunt diuites fieri, aut nihil possident, aut pauca: Si nihil possident, non habent impedimentum ad vitam aeternam, & ad talem statum, Christus suadet dicens, quod vendat iuuenis omnia, quae habet, & sequatur ipsum. Si autem pauca possidet, quis, & non cupit diuites fieri, non incidit in difficultates, quas habet diues. Primò quantum ad ambiendum aliena. Nam diuitias sitim quandam sui faciunt. Nam qui pauca possidet, pauca cupit, & interdum nulla.

Qui pauca possidet, pauca cupit, & interdum nulla.

Qui vero multa, incitatur ardentius ad maiora cupendum: quasi nihil sit quod habet, nisi maiora possiderit, & velut illa, quae cupit necessaria iam sint ad conseruationem, & bonam habitudinem eorum, quae possidentur: & ita sitis sitim facit: sed qui ardentem cupit, non dubitat aliena inuadere, ut siti iura satisfaciat: ideo diuiti accidit periculum ex hac parte, & non pauperi. Secundum est, quia diuites est perdere multa, quae pauca: etiam si tam possidens pauca, quam multa afficiatur, nimis ad possessa: ideo si acciderit aliquid, ut priuari oporteat possessis, aut peccare, facilius peccabit diuites, quam pauper, quia magis inclinabitur ad non perditurum, quae possidet. Tertium est, quia si abiiciendo possessa ascendat quis ad aliquam perfectionem magnam, est difficilius hoc diuiti, quam pauperi, quia pauper cum pauca possideat, non multum dolet abiiciendo: diues autem, qui multa possidet, difficulter ea a se abdicat: ideo est difficilius diuiti ascendere ad perfectionem, quam pauperi: & ita ascensus ad regnum Dei est ei difficilius. Sic accepit Christus, quia iste iuuenis propter diuitias multas, quas possidebat impeditur sequi Christum: Apostoli vero, qui pauca possidebant, facilius illa reliquerunt: & ideo quando dixit de iuuenis, quod recessit tristis: dicitur, quod erat habens multas possessiones: quasi dicat: multitudo impediuit eum: & non dixit solum, quod aliqua possidebat: sed etiam postea dixit, quod diuites difficile intrabit in regnum caelorum. Sed obijcietur, quod hoc non solum est verum de diuitibus, sed etiam de omnibus alijs, qui aliqua possident: quia Mar. 10. & Luc. 18. dicitur: Quam difficile, qui pecunias habent regnum Dei introibunt. Dicendum, quod non locutus est Christus, nisi de diuitibus: accipit enim habere pecunias. i. diuitias. Nam ex modo loquendi, non dicimus aliquos possidere pecunias sed pauca, sed multitudinem designamus per possessionem pecuniarum. Maxime, quia litera praecedens ostendit

ostendit multitudinem: nam dicitur tam Mar. 10. quam Luc. 18. quod erat habens possessiones multas. Lucas autem dixit: erat diues valde: & ideo secundum illud accipiendum est possidere pecunias: qui. n. pauca possident, non habent difficultates, de quibus Christus loquitur. Sed obijcietur, quod tam pauca possidentes, quam etiam nulla, difficile intrant in regnum caelorum, quia multae aliae difficultates sunt praeter eas, quae ex diuitijs adueniunt. Item, quia dixerunt Apostoli auditis his: Quis poterit saluari? Et Christus ait: Apud homines quidem impossibile est: apud Deum autem omnia sunt possibilis. Et ita non solum est difficultas cuilibet homini, sed etiam impossibilitas videtur tam pauperi, quam diuiti. Dicendum, quod verum est, quod sunt multae difficultates praeter adorem diuitiarum: & tamen de illis non loquitur hic Christus, neque negat difficultates illas, & tamen ponit istam in diuitijs, quam difficultatem habet diuites, & non alij homines, & in super diuites habent omnes difficultates, quas alij homines patiuntur. Sed tunc dicitur, quare Christus posuit de solis diuitibus, quod difficile intrant in regnum caelorum, cum etiam alij homines difficultatem habeant ad hoc: Dicendum, quod fuit primò, quia de diuitum difficultate erat ad propositum dicere: non autem de difficultatibus aliorum hominum: eo quod iste iuuenis, qui nunc desit sequi Christum, non impeditus fuit ex alio, nisi ex diuitijs, ut patet ex litera. Secundò, quia plures difficultates accidunt ex diuitijs, quam ex alijs omnibus rebus simul sumptis, & istae difficultates sunt quotidianae. Et ita quasi ista sola esset difficultas, posita fuit hic. Sic Apostolus de solis diuitijs dixit, quod pararent laqueos. i. Corin. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli, & in desideria multa, quae mergunt hominem in interitum.

Quomodo est verum, quod facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Quae. CLXVII.

QUAERETVR, quomodo est verum, quod facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum caelorum: nam camelum intrare per foramen acus est impossibile: & tamen diuitem intrare in caelum possibile est, etiam si esset difficile. Aliqui dicunt, quod per acm intelligitur Christus, & per camelum Gentilis populus, & per diuites Iudaei: & est sensus, quod facilius conuertuntur Gentiles ad Christum, quam Iudaei. Sic dicit Chry. in Matt. f. Gentium animae assimilatae sunt tortuosis camelis in quibus erat gibbus idolatriae: quoniam cognitio Dei erectio est animarum. Acus autem est filius Dei, cuius prima pars subtilis est secundum diuinitatem: alia vero grossior secundum incarnationem eius: tota autem recta est, & nullam habet deflexionem, per cuius vulnus passionis gentes ingressae sunt in vitam aeternam: hac acuta est immortalitatis tunica. Ipsa est acus, quae spiritui confuit carmen. Haec acus iudaicum populum iunxit, & gentium. Haec acus amicitiam angelorum, & hominum copulauit. Facilius est ergo Gentiles intrare per foramen acus, quam diuites Iudaeos intrare in regnum caelorum. Secundò exponunt quidam, quod camelus sit Christus: diues quilibet superbus, acus passio. Facilius est Christum pro nobis pati, quam elatum humiliari. Sic dicit Grego. 35. Mora. f. Nomine diuitis quemlibet elatum, camelus appellacione propriae condescensionem significat: camelus ergo per foramen acus transit, cum redemptor noster usque ad susceptionem mortis per passionis angustias intrauit, quae passio velut acus existit.

Cognitio Dei est animarum erectio.

quia dolore corpus pupugit. Facilius autem camelus foramen acus, quam diues regnum caelorum ingreditur, quia nisi ipse prius per passionem suam formam nobis humilitatis ostenderet, nequaquam se ad humilitatem ipsius superba nostra rigiditas inclinaret. Sed dicendum, quod istae duae expositiones, non faciunt ad propositum, quia non sunt literales, sed mysticae: & tunc oportet dari literam sensum literalem. Secundò, quia necesse est, quod ista verba posita hic a Christo faciant ad propositum praecedentium. Loquebatur autem Christus de diuitibus, quod difficile perueniatur ad regnum Dei: ideo necesse est de hoc intelligi istud, & tamen intelligendo iuxta illas expositiones, nihil est ad propositum praecedentium. Nam supra signabatur difficultas intrandi in regnum caelorum quantum ad diuites: hic autem signatur difficultas, siue impossibilitas intelligendo secundum corticem literae: ideo magis debet intelligi, ut iacet, quam iuxta illas expositiones. Alij dicunt, quod acus porta quadam erat in Ierusalem. Sic dicit Glo. Dicitur, quod Ierolymis quaedam porta erat, quae foramen acus dicebatur, per quam camelus, nisi deposito onere, & flexis genibus transire non poterat, per quod signatur non posse transire viam arctam, quae ducit ad vitam, nisi sordibus peccatorum & diuitijs positis, saltem non a mando. Sed dicendum, quod non est satis verisimile. Primò, quia non est authenticum, quod aliqua talis porta esset, cum in nulla scriptura authentica inueniatur. Etiam, quia si talis porta esset tam humilis, & stricta: certum est, quod nemo per illam camelos introduceret, ut onera deponeret, & genua eos flectere coereret. Et ita non esset comparatio de introitu camelorum per illam portam, ut Christus illam poneret. Secundò, quia hoc non esset mirandum. Nam si cameli per illam portam depositis oneribus, & flexis genibus intrare possent, certum est, quod magis difficultas esset homini intrare in vitam aeternam, quam camelus per portam illam, quia ad hoc, quod possit quis habere vitam aeternam, oportet abnegare seipsum non sequendo passionem suam: & tamen Christus voluit hic ostendere rem duram: ideo aliquid maius dicere voluit. Alij dicunt, quod camelus est nome aequiuocum ad animal, & rudentem. i. funem, quo ligatur nauis, & hoc, quia nome Graecum hic positum aequiuocum est ad animal, & rudentem, ut dicit Theop. Sed istud non tollit difficultatem, quia vtrumque est impossibile, siue pro animali, siue pro rudente accipitur, quia neutrum eorum potest capi per foramen acus. Dicendum ergo, quod accipitur planè, ut litera signat, quod facilius sit illud animal gibbosum, quod camelum dicimus, intrare per foramen acus, in quo filum mittitur, quam intrare diuitem in regnum caelorum. Et tunc manet ratio dubij, quia impossibile est camelum transire per foramen acus, & non est impossibile diuitem intrare in caelum. Dicendum, quod non intelligitur de omnibus diuitibus, sed de solis illis, qui ponunt totam spem in diuitijs, quia istos impossibile est saluari. Nam isti, ut sic sunt in peccato mortali, cum diuitias plusquam Deum amant, & tales quadiu sic manserint, non possunt saluari, sed cum deposuerint istam intentionem. Sic patet, quia Mar. 10. cap. dicitur: Difficile est confidentes in pecunijs intrare in regnum Dei. Confidentes autem sunt, qui totam spem in eis ponunt, & eas, ut finem suum constituunt, & isti non saluantur. Sic dicit Remigius; Dominus in Marco exponens huius loci sensum dixit; Difficile est confidentibus in diuitijs intrare in regnum caelorum; illi enim in diuitijs confident, qui omnem suam spem in diuitijs collocant. Alij autem diuites sunt, qui in diuitijs spem non ponunt, sed sunt, ut non habentes, & non vtentes eis. i. Cor. 7. c. & tales non solum possunt intrare in regnum caelorum, sed

sed etiam laudabiles valde sunt. Sic dicitur Ecclesiastici. 3. cap. Beatus diues, qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abijt, neque sperauit in pecunie thesauris. Et sequitur: Quis est hic, & laudabimus eum? Et ita laudabilis est, & beatus vocatur.

Quomodo dixit Christus, quod est difficile diuitem intrare in regnum celorum, quam camelum transire per foramen acus, cum vtrumque sit impossibile. Quest. CLXXVII.

SED quæretur, quomodo dixit Christus, quod est difficile intrare diuitem in regnum celorum: quia accipiendo pro diuite, qui cõfidit in pecunijs, impossibile est, quod diues intret in regnum celorum: & camelum etiam intrare per foramen acus impossibile est, sed quomodo sit magis impossibile vnum, & alterum non apparet.

Dicendum, quod impossibile dicit negationem, vel priuationem possibilitatis, & quatum ad hoc vnũ impossibile non est maius altero, quia priuatio, & negatio consistunt in indiuisibili. Accipiendo autem impossibile prout elongatur a possibilitate, est vnum magis impossibile, quam aliud, quia aliquod magis elongatur a possibilitate, quam aliud: sicut homo nõ potest portare mille libras ferri, neque decem millia, librarum, & vtrumque est impossibile, sed magis est impossibile portare decem millia, quamquam vtrũque est simpliciter impossibile homini: ita est nunc impossibile transire camelum per foramen acus, qui nulla potentia rerũ ad hoc sufficit. Idem de introitu diuitis confidentis in diuitijs in regnum celorum. Et tamen magis elongatum est a ratione potentie intrare diuitem in regnum Dei, quam camelum per foramen acus, quia licet camelus non potest per potentiam naturæ intrare per foramen acus, tamen per diuinam potentiam potest, & istud est per hoc, quod partes perdant distinctionem situs ad tempus. s. q. vna subintret aliam, & tunc corpus quatumcumque magnum alicuius rei potest stare in loco paruo corporis alteri, & a fortiori poterit esse in foramine acus quã magis est. Diuitem tamen confidentem in diuitijs, & per hoc existentem in peccato mortali, intrare in regnum celorum est contra potentiam ordinatam Dei, contra quẽ ipse nunquam agit, quia fidelis est, & seipsum negare non potest. 2. Timo. 2. cap. sed introducere camelum per foramen acus, non est contra potentiam ordinatam Dei: ideo magis impossibile dicitur diuitem intrare in regnum celorum, & hoc modo vocamus vnum miraculum maius alio, quia licet vtrumque requirat potentiam infinitam, tamen vnum secundum naturam suam magis distat a possibilitate naturali, quam alterum.

Quomodo potest stare litera ista cum superiori, quia videtur esse contraria. Quest. CLXIX.

QVAERETVR, quomodo potest stare litera ista, quia supra dixerat Christus, quod diues difficile intrabit in regnum celorum: nunc autem dicit, quod difficile est, quam intrare camelum per foramen acus, in quo impossibilitatem notat.

Dicendum, quod vtrumque verum est, sed tergit Christus per hoc duas condiciones diuitum. Quidam enim diuites sperant in pecunijs constituentes in eis finem suum, & istis est impossibile intrare in regnum Dei. Alij non sperant in pecunijs, sed vtuntur eis, & istis difficile est intrare, & tamen intrare possunt. De primo dicitur: facilius est intrare camelum per foramen acus, quam diuitem in regnum celorum: id est,

Due sunt condiciones diuitum.

impossibile est. De secundo dicitur, quod diues difficile intrabit in regnum celorum. De primo patet, quia tales sunt in peccato mortali, & sic manentes impossibile est intrare in regnum celorum. De secundo patet, quia Christus dixit difficile esse, & non impossibile. Et verum est, quod etiam eis, qui non constituant finem in diuitijs impedimentum prouenit, ex illis, quia in flammam in amorem sui, & impediunt a perfectione, quæ non potest interdum haberi, nisi abiectis eis, & interdum ad malum incitant, quod non fit in non habentibus. Sic dicit Rabanus: Inter pecunias habere, & pecunias amare nonnulla distantia est: tutius est enim, neque habere, neque amare diuitias. Sic etiam Hierony. ait: Quia verò diuitiæ habitæ difficile contemnantur: non dixit, impossibile est diuitem intrare in regnum celorum, sed difficile: vbi difficile ponitur, non impossibilitas ostenditur, sed raritas demonstratur. Et tamen licet ista difficultas sit in diuitiarum possessione, multi bene vtuntur diuitijs, qui in regnum celorum intrant, sicut Abraham diues, quia dicitur Gen. 13. q. Abraham, & Loth tamen diuites erant, quod non poterat eos capere terra, neque poterant habitare communiter: & ideo recesserunt ab inuicem: & tamen erat Abraham bonus, & perfectus. Gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. Sic dicit Beda: quomodo Matthæus in Euangelio, & Ioseph in veteri testamento, & quamplurimi diuites intrauerunt in regnum Dei: nisi quia fortè, vel diuitias pro nihilo haberent, vel ex toto relinquere domino inspirante didicerunt. Alij autè dicunt, quod diuites non possunt intrare in regnum Dei, sicut neque camelus per foramen acus: qui tamen possidet diuitias potest intrare licet cũ difficultate. Sic dicit Theophi. Porro attendas illud, quod diuitem quidem impossibile dixit saluari: possidentem verò diuitias difficile: quasi dicat: diues qui captus est a diuitijs, & famulatur eis non saluabitur. Habens verò illas, s. cũ eis dominatur vix saluabitur causa humane fragilitatis: conatur enim nos diabolus supplantare quoadusque possidemus diuitias, & difficile est effugere decipulas eius: ideoque bonum est paupertas, & quasi tentatione carens. Sed dicendum, quod siue accipiamus diuitem, siue possidentem pecunias: dum tamen multa possideat, difficile intrat in regnum Dei: ille autem modus loquendi accipitur ex eo quod habetur Mar. 10. & Luc. 18. vbi dicitur, quam difficile, qui pecunias habet, regnum Dei introibunt. De diuite dicitur: facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem introire in regnum Dei. Istud tamen non multum facit: quia Marcus, & Lucas sic dixerunt. Matthæus tamen vtriusque diuitem posuit: dicens: diues difficile intrabit in regnum celorum, & postea: facilius est camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum celorum: & tamen si virtus sententiæ consisteret in distinctione diuitis, & possidentis pecunias, omnes Euangelistæ hoc distinxissent, cum in veritate sententiarum non discordent: ideo non stat responsio in hoc. Sed dicendum, quod siue vocetur diues, siue possidens diuitias, si in illis ponit finem suum, impossibile est illum intrare in regnum celorum. Si autem non ponit in illis spem suam, licet habeat difficultatem, quia diuitiæ semper afferunt impedimenta, tamen saluari potest. Et quia illi, qui ponunt spem in pecunijs seruant eas, cum eas propter seipsas amant: qui verò non ponunt spem expendunt eas moderate, dicunt aliqui, quod diues non saluatur, sed œconomus. s. quia diues, tanquam sua retinet: œconomus autem dispensat, quia non est positus ad possidendum, sed ad expendendum. Sic dicit idem Theophi. s. Aliud est enim diues aliud œconomus. Nam diues est, qui sibi

Diuites difficultate effugiunt decipulas diaboli.

Præponet aliqui Deo est peccatum mortale.

Confidentem in diuitijs sunt in peccato mortali. In. q. 167.

referuat diuitias: œconomus verò, siue dispensator, qui ad opus aliorum eas tenet. Et ita etiam alij distinguunt, quod diues, aut est dominus diuitiarum, aut famulus. Dominus est, qui dispensat: famulus qui seruat. Primum est licitum: secundum illicitum: ideo primum est difficile ad regnum Dei: secundum impossibile. Sic illud asserit Chryso.

Quomodo potest stare, quod dicitur Mar. 10. cap. s. filioli, quod difficile est confidentes in pecunijs introire in regnum Dei: quia videtur esse contra supradicta. Quæstio CLXX.

QVAERETVR, quomodo potest stare, quod dicitur Mar. 10. cap. s. filioli, quod difficile est confidentes in pecunijs introire in regnum Dei: quod videtur esse contra supradicta: nam confidentes in pecunijs nullo modo possunt intrare in regnum Dei. Nam isti constituant finem suum in diuitijs, vt dicit Remigius. s. Illi confidunt in diuitijs, qui omnem suam spem in diuitijs collocant: & tamen sic facientes peccant mortaliter, cum abutantur rebus, quia fruuntur vtendis, in quo est omnis peruersitas. Etiam, quia si omnem spem in eis ponunt: constat quod plus in eis, quam in Deo sperent: & tamen præponere aliqui Deo est peccatum mortale: ideo peccarent mortaliter: sed tales impossibile est intrare in vitam æternam: ergo non est verum, quod difficile intrat in regnum Dei: quia quod cum difficultate fit, aliquando fieri potest: & tamẽ tales introire in regnum Dei impossibile est. Dicit potest vno modo, quod accipitur difficile pro impossibili: quia aliquando vtrum figuram lyptote pauca dicentes, & magna significantes, sicut si quis dicat, possibile esse quod vult ostendere esse necessarium: & ita hic Christus, dicens, difficile, intelligere poterat impossibile, & sic illud statim significauit, dicens, facilius esse camelum intrare per foramen acus, quam diuitem in regnum celorum: & tamen constat impossibile esse camelum intrare per foramen acus. Secundo modo potest dici, & melius, quod difficile est, & nõ impossibile. Pro quo præsupponendum, quod confidentes in diuitijs sunt in peccato mortali, & tunc, aut moriuntur in ista confidentia pecuniarum, aut non: si moriuntur in illa, est impossibile eos intrare in regnum celorum, & de hoc intelligitur, quod facilius est camelum, &c. quia vtrũque est impossibile: licet magis impossibile sit intrare tales in regnum celorum, vt ostensum est supra: Si non moriuntur in illa, sed adhuc viuunt, dicendum, quod quia possibile est tales deponere hanc confidentiam diuitiarum, & conuerti ad sanam vitam, & doctrinam, possibile est istos saluari: quia tamen difficile est eos, qui semel talem habuerunt confidentiam deponere eam: eo quod amor diuitiarum valde inflammat, & captiuat affectum, & potissimè per assuetudinem: & dum magis tenditur ad senectutem, difficile est tales saluari, quia difficile est conuerti: & ita rectè dictum est, quod difficile est confidentes in diuitijs saluari, et si adhuc

difficile est, sed etiam impossibile.

Quare discipuli admirabantur valde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? Questio CLXXI.

QVAERETVR, quare dicitur, quod discipuli admirabantur valde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri? nam videtur, quod nulla cautia admirandi erat discipulis: quia Christus de diuitibus loquebatur, quod difficile esset eis intrare in regnum Dei: ipsi tamen diuites non erant, quia nihil possidebant: ideo tamen eis non erat. Aliqui dicunt, quod discipuli non

timebant pro seipsis, sed pro alijs: compatiiebantur enim alijs, qui erant diuites, & consequenter videbatur, quod non poterant saluari. Sic dicit Chryso. Discipuli inopes existentes turbantur pro salute aliorum dolentes, & doctorum iam viscera assumentes. Sed tunc dicitur, quomodo stat, quia dixerunt: Quis poterit saluus esse? In quo innuitur, quod nullus poterat saluari de alijs: & tamen constat, quod de alijs hominibus pauci erant diuites respectu ad totam multitudinem: & tamen Christus solum posuit hic istam difficultatem, vel impossibilitatem diuitibus: ergo multi poterant saluari. Dicit poterat, quod diuites accepit hic Christus eos, qui realiter diuites sunt, etiam si non sperent in diuitijs, quia difficultatem habent ad vitam æternam: & eos, qui nihil habent si velint diuites fieri, quia isti incidit in laqueos diaboli, vt dicitur. 1. Timo. 6. & eos, qui pauca habent, & in illis confidunt ponentes spem in illis, vel constituentes ea, vt finem. Primis, & secundis est difficultas eundi ad vitam æternam: tertijs est impossibilitas. Et quia ferè omnes homines includuntur sub istis tribus. i. sub aliquo eorum, quia licet pauci diuites sint, plurimi tamen, & ferè omnes diuites effici volunt: omnibus hominibus est difficultas eundi ad vitam æternam. Et ita rectè dictum est: quis potest saluus fieri? Sic dicit August. lib. de quæst. Euang. Cum autem pauci sint diuites in comparatione multitudinis pauperum, intelligendum est, quod omnes, qui diuitias cupiunt, in diuitum numerum haberi discipuli animaduertentur: & idem dicit Chryso. & Beda. Sed adhuc obijcietur, quod accipitur etiam de ipsismet discipulis, quod dixerunt, quis potest saluus fieri? Nam non ita admirarentur si causa non attineret aliquo modo ad eos. Et istud patet, quia cum illi dixerunt: quis potest saluus fieri? dixit Christus: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia sunt possibilia. Ergo videtur, quod etiam tangebatur ista impossibilitas discipulos, quia quod impossibile est apud homines, impossibile est apud Apostolos, qui erant homines: & tamen Christus respondit hic illud ad verbum illorum: ergo de tali impossibilitate locutus est ipse de quali illo loquebantur: & tamen respondit Christus de impossibilitate, quæ erat tam apud discipulos, quam apud alios: ergo de tali loquebantur discipuli, dicens: quis poterit saluus fieri? Sed tunc dicitur, quomodo conueniebat hoc discipulis: quia illi, neque diuites erant, neque diuites effici cupiebant, sed nihil habebant, & nihil cupiebant: imò & spontè oblata respuebant, cum nihil deberent secum portare. s. neque aurum, neque argentum, neque pecuniam aliquam, neque sacculum, neque peram. supra 10. & Mar. 6. cap. Dicendũ, quod licet Christus de solis diuitijs, & impedimento, quod inferitur ex possessionibus expresse dixerit: tamen Apostoli transulerunt hoc ad oia impedimenta arguendo ex similitudine. s. si tam strictè nobiscũ agis, quod illi, qui diuitias possident, vel cupiunt, et si aliena nõ cupiant, neque rapiant, difficile intrant in regnum celorum propter impedimenta quedã, quæ ex amore istarum rerũ inferuntur: ita & circa alias passiones, vt. s. circa amorem coniugis, & liberorum, & honoris, & iram, & vindictam, & ceteras passiones erunt impedimenta eundi ad vitam æternam: & tamen nemo est, qui non patiarur multa istorum: ideo agendo tam strictè circa cetera, sicut circa amorem pecuniarum, videtur, quod omnibus sit difficile, vel impossibile ire ad vitam æternam: & ita rectè dixerunt Apostoli de seipsis, & de alijs hominibus, quis poterit saluus fieri? quia ipsi licet diuites non essent, neque esse cuperent: tamen alias in se passiones sentiebant, per quas putabant sibi esse difficile ire ad vitam æternam. Siquis tamen vellet tenere precedentem expositionem. s. de alijs hominibus, & non de Apostolis, non est insistendum in contrarium.

Quare



Quare dicitur, quod aspiciens Iesus respondit. Questio CLXXII.

QVAERETVR, quare dicitur, quod aspiciens Iesus respondit. Dicendum putant aliqui, quod ideo dictum est, quia sic erat verum, & narratur factum. Sed non stat, quia tunc superuacuum esset dici: certum est enim, quod quocumque loquebatur Christus ad aliquos, respiciebat eos, & maxime, quando loquebatur ad discipulos quos diligebat: & tamen non dicitur, quod Christus aspiciat quocumque loquitur ad aliquem: ideo non dicitur hoc solum ad enarrandum gesta, sed ad aliquid aliud. Dicendum autem, quod causa est, quia Christus habebat se semper cum loquebatur ad modum oratoris: Ad oratorem enim, cuius finis est persuasio, ut Tullius dicit, pertinet disponere vultum iuxta conditionem rerum, de quibus loquitur, & illa dispositio vultus est quadam pars ingenij oratorij: & ideo Christus iuxta conditionem rerum, de quibus loquebatur, vel finis, quem inducere, intendebat, disponebat vultum: quia tamen ad probationem rerum, quae referuntur, dispositio vultus interdum non facit, id est, non facit ad intentionem Euangelistae, licet faceret ad intentionem Christi, non ponunt semper Euangelistae, quod Christus aspiceret eos, quibus loquebatur. Interdum autem fert ad declarationem, vel probationem eorum, quae dicuntur: & ideo tunc Euangelistae expriment, quod Christus aspiceret eos, quibus loquebatur. Sic dicitur Mar. 10. capit. de isto iuvene, qui petebat ingredi ad vitam aeternam, quod Christus intuitus cum dilexit illum, ut innuatur, quod illud aspiciere erat cuiusdam benignitatis: eo quod ille seruauerat omnia mandata, & tales Christus diligit: ita nunc discipuli erant admirati, & turbati de hac dura sententia Christi, quod facilius est intrare camelum per foramen acus, quam diuitem in regnum caelorum: ideo ipse volens eos consolari, dulciter eos intuitus est, & ad ostendendum istam benignitatem Christi erga eos Euangelista dixit, quod aspexit illos, & Mar. 10. capit. dicitur, & intuens illos, &c. Sic dicit Chryso. Per hoc quod dicit aspiciens significat Euangelista, quod mani fueti oculo timidam eorum mentem mitigauit.

Quomodo est verum, quod apud homines hoc est impossibile, quia tunc non esset in potestate hominis saluari. Questio CLXXIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quod apud homines hoc est impossibile, quia supra dicebatur, quis poterit saluari? hic autem dicitur, apud homines est impossibile: ergo videtur, quod non est in potestate hominis saluari: sed hoc videtur inconueniens, quia tunc daretur homini poena pro eo quod euitare non potest, & tamen poena non datur, nisi pro voluntario. 3. Ethic. cap. 1. Etiam vituperatur, qui condemnatur, & laudatur, qui saluatur: & tamen si condemnari non esset in potestate nostra, neque etiam saluari esset in potestate nostra: ideo iniuste laudaremus istum, & vituperaremus illum, quia laus, & vituperium sunt pro voluntarijs. 3. Ethic. cap. 1. Dicunt quidam, quod intelligitur istud solum quantum ad difficultatem, quae prouenit ex diuitijs, de quibus dictum fuerat, quod facilius erat introire camelum per foramen acus, quam diuitem in regnum Dei. Et ideo dixerunt Apostoli: Quis poterit saluus fieri? Christus autem dicit, quod apud homines impossibile est. i. quod non sit in potestate hominis tollere istud impedimentum, vel non est in potestate eius, cum isto impedimento intrare in regnum caelorum: & tunc dicitur, apud Deum oia possibilia sunt. i. potest hominem dimittere introire in vitam aeternam,

F auferendo impedimentum, quod prouenit ex diuitijs. Non autem, quod posset introducere illum hominem habentem totam confidentiam in diuitijs, sed potest ei auferre istam confidentiam: & ita introducere in regnum caelorum. Sic dicit Remigius. Non hoc est intelligendum, quod possibile sit apud Deum, quod diues, cupidus, auarus, & superbus intret in regnum caelorum, sed ut conuertatur, & sic intret. Idem dicit Augusti, lib. de quaest. Enang. & Beda. Et tunc dicitur, quod non ponitur istud ad reddendum nos pigros, quasi non curemus ad bonum conari, velut non existens in potestate nostra, sed ut sciamus, quod ad nos solis non est possibilitas bonorum, sed a Deo: & tamen quando recurrerimus ad illum concurrat nobiscum, ut bonum possimus: & ita verbum istud multum hortatur nos ad Deum esse sollicitos. Sic dicit Chry. Neque hoc ideo dicitur, ut resupinus iaceas, & sicut ab impossibilibus abstineas, sed ut magnitudinem iustitiae considerans in filias Deum rogans. Sed non videtur omnino satisfacere quod dictum est, quia Apostoli dixerant, quis potest saluus esse? quod intelligebatur propter omnes difficultates, quae proueniunt hominibus ex quibuscunque causis ultra diuitias: ideo necesse est, quod intelligatur hoc de impossibilitate quantum ad omnia impedimenta. s. propter omnia illa sit homini impossibile, sed apud Deum sit possibile. Et patet efficacius, quia si propter sola impedimenta ex parte diuitiarum est homini ex se impossibile habere vitam aeternam: a fortiori ex omnibus impedimentis, quae homini accidere possunt erit homini difficilius habere illam. Sic autem accipiendi dicunt quidam, quod apud homines est impossibile, apud Deum autem est possibile, quia homini ex conditione sua non est possibile: & tamen sequendo diuina consilia, & decreta est possibile, quod satis recte dicitur. Sic dicit Theophi. Intelligendum est, quod dicit, apud homines impossibile est, sed non apud Deum, quia cum Deum audimus hoc sit possibile, cum vero humana sapimus est impossibile. Sed adhuc dicendum, quod saluatio hominis ex parte hominis non est possibilis. i. non sufficit homo ex propria operatione ad illam, sed apud Deum possibilis est. i. per Deum potest saluari. Et hoc primo, quia saluari est habere vitam aeternam, quae consistit in diuina visione, & illam non potest homo habere naturaliter. Nam etiam si Deus non se occultet nobis, sed permittat homini agere secundum totum conatum, non poterit homo manens in corpore, neque etiam anima separata ex viribus suis videre diuinam essentiam, sed indiget lumine gloriae diuinitus dato, per quod eleuatur ad Deum videndum. Et ita verum est, quod simpliciter est homini impossibile, quia est supra vires naturae eius: ita beatitudo est ei impossibilis, quia est ultra vires naturae, sed sicut Deus si daret hominibus conuenientes magnitudines corporis eius, posset volare: ita si dederit ei limen gloriae habitualiter poterit videre diuinam essentiam, & erit beatus, & hoc modo plana est littera: Saluari apud homines est impossibile, sed apud Deum. i. per diuinam operationem est possibile. Secundo, quia vita aeterna non datur nobis a Deo, nisi in premium meritoriae operationis, & mereri non contingit sine gratia, cum sine illa non sint opera nostra Deo accepta, sed gratia, & charitas non sunt a nobis, sed a Deo nobis infunduntur, ergo non sunt in potestate nostra, sed Dei, & consequenter non est possibilis saluatio apud homines ex seipsis, sed a Deo, qui gratiam dare potest: & ita dicitur. 2. Cor. 3. Non sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis quasi a nobis, sed sufficientia nostra a Deo est. Tertiò, quia ad habendum vitam aeternam, necesse est vitare peccata, sed ex nobis non sumus sufficientes vitare

Gratia, & charitas a Deo nobis infunduntur.

tare omnia peccata, & tentationes, sed indigemus diuino auxilio: ergo non est possibilis homini saluatio, sed a Deo ei prouenit, & ista videtur vera expositio.

Ad rationem in contrarium dicendum, quod in nostra potestate esse dicuntur ea, quae per alios facere possumus, sicut 3. Ethic. dicitur, quis posse ea, quae per amicos potest: & tamen possumus vitam aeternam, & gratiam, & charitatem habere per Deum quocumque ad eum recurrerimus: licet per operationem nostram habere non possimus: ideo dicimur posse habere vitam aeternam, vel damnationem, & consequenter potest aliquis euitare damnationem: & ideo si non euitat, iuste datur ei poena.

Ad secundum de laude, & vituperio dicendum, quod pro solis voluntarijs operationibus debetur: & tamen habere vitam aeternam, & damnari habetur a nobis per voluntarias operationes, in quantum ista sunt aliquo modo in potestate nostra, ut dictum est: ideo pro istis laudamur, vel vituperamur.

An homo sine gratia Dei possit aliquid bonum facere. Questio CLXXIII.

AD declarationem predictorum queritur primo, an homo sine gratia Dei possit aliquid bonum facere. Pertinet autem istud ad propositum, quia vita aeterna habetur per bonas operationes: & si homo sine gratia potest facere bonum, poterit ex propria operatione mereri vitam aeternam. Aliqui dicunt, quod nemo potest facere bonum sine gratia, quia Io. 15. dixit Christus discipulis: Sine me nihil potestis facere: sed Deus non habitat in hominibus nisi per gratiam: ergo videtur, quod sine gratia, secundum quam in nobis ipse est, nihil operari possumus. Secundo, quia cogitatio, & deliberatio de bono praecedit ad operationem ipsius, sed ut dicitur. 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra a Deo est: ergo a fortiori non poterimus sine gratia bonum facere, cum etiam bonum cogitare non possimus sine gratia. Tertiò, quia ut dicit Augustin. ad Bonifacium: non potest homo aliquid bonum facere, nisi iuuetur a Deo, qui malum velle non potest, sed adiutorium Dei, qui malum velle non potest, est gratia ipsius: ergo sine gratia Dei non possumus bonum facere, neque velle. Quarto, quia non potest aliquid homo bonus, & iustus esse sine gratia: sed in hoc, quod aliquis iustus, & bona operatur, iustitia, & bonitas hominis attenditur: ergo homo sine gratia non potest bona facere. Quintò, quia nihil potest in effectum, qui est ultra suam perfectionem, sed boni actus excedunt bonitatem potentiarum naturalium, quia computantur inter bona magna, cum tamen potentiae inter bona media computentur: ergo per solas potentias naturales sine additione gratiae non poterit homo bonum actum facere.

Alij dicunt, quod sine gratia possit homo bonum facere, quia nulli fit admonitio per praecipuum de eo, quod facere non potest, sed quotidie admonentur homines bona facere tam per sacram legem, quam per humanas leges: ergo potest homo bonum facere sine gratia, quia alias frustra erat ad hoc monere. Secundo, quia, ut ait Damas. nulla res destituitur operatione propria: sed bona operatio est propria operatio hominis. i. secundum rationem esse, ut dicit Dionysius. 4. cap. de di. no. ergo homo ex propria natura sine gratia adiuncta poterit bonum facere.

Dicendum, quod homo ex propria conditione sine aliqua gratia adiuncta potest facere bonum quocumque: quod est bonum ex genere suo, vel malum oppositum:

A & tamen non potest facere bonum meritorium sine gratia, quia non sufficit ad hoc conditio naturae eius. i. facultas liberi arbitrij. Pro quo considerandum, quod cum operatio sequatur virtutem operatiuam, & virtus sequatur naturam, oportet, quod secundum diuersitatem naturarum sit diuersa facultas ad operandum: & ideo cum homo nominet naturam, vel essentiam, habet virtutem operatiuam, & operationem consequentem, virtus, vel principium in homine est liberum arbitrium. Hoc enim conuenit homini secundum naturam, & ipsi libero arbitrio competit actus. Sed circa hoc quidam non sufficienter attendentes errant considerantes aequaliter eundem modum operationis liberi arbitrij, & rerum naturalium: & ideo dicunt, quod sicut lapis, qui naturam nominat, habet virtutem motiuam, secundum quam debet ferri deorsum, & per illam virtutem motiuam habet, quod necessarium moueatur deorsum nisi impediatur: ita dicunt de homine, quod habet naturam aliquam secundum quam est operatiuus, quae est principium intrinsecum, & secundum illam exercebit operationes suas necessarium, sicut lapis. Et quia in homine consideratur duplex natura. i. intellectualis, ex qua inest homini inclinatio ad appetendum ea, quae sunt per se desiderabilia, & honesta. Alia est sensibilis secundum quam pronus est ad concupiscendum ea, quae sunt delectabilia secundum sensum: has duas naturas, vel principia hominis considerantes haeretici duas haereticas contrarias ex eadem radice fecerunt. Quidam eorum. s. Iouiniani considerantes naturam intellectualem hominis, quae inclinatur in bonum, quia iuxta Arist. 1. Ethic. ratio deprecat ad optima, asserunt, quod necesse erat hominem bene operari, & quod non poterat peccare. Alij. i. Manichei respicientes ad naturam sensitiuam, quae dicebant esse in se malam, & a malo Deo conditam, dixerunt, quod homo de necessitate peccat, neque potest bonum facere. Vtriq; autem errant tollentes liberum arbitrium vertibile, quia sicut non posse agere nisi malum ex natura sua tollit libertatem arbitrij: ita & necesse esse agere bonum tollit arbitrij vertibilitatem: & tamen homo secundum naturam habet libertatem arbitrij, non esset autem liberi arbitrij, nisi pertineret ad eum determinatio sui operis, ut ex proprio iudicio eligeret hoc, vel illud: ideo error est, & contra naturam humanam dicere, quod necesse sit eum facere bonum, vel necesse sit facere malum, & non habeat electionem ad hoc, vel illud, sed saluanda est in homine natura liberi arbitrij. Et tamen alij volentes saluare liberum arbitrium, & nescientes tenere modum, lapsi sunt in alium errorem: isti sunt Pelagiani facultatem liberi arbitrij ampliantes. Dicunt enim, quod liberum arbitrium de se non est determinatum ad aliquod opus, sed ex ipso pendet determinatio cuiuscunque operis: ideo homo per liberum arbitrium potest in bonum opus sine aliqua gratia addita. Etiam dicunt, quod potest in opus meritorium per se sine gratia. Ponebant autem Pelagiani quatuor errores. Primus erat, quod sine gratia poterat homo bonum facere, & posset legem Dei implere: licet per gratiam adiueretur ad facilius agendum: & tamen etiam illa non existere poterat homo bonum facere ex seipso, & totam legem Dei implere. Secundus error erat, quod non oportebat orari pro fidelibus, ut essent boni, vel meliores, neque pro infidelibus, ut conuerterentur, cum ex seipsis habeant homines, quod bonum, vel malum faciant, & non ex alio. Tertius error, quod homo ex proprijs actibus gratiam Dei meretur. Quartus est, quod asserunt hominem nasci sine peccato originali. Primus autem istorum pertinet ad propositum, & de omnibus his habetur per Magistrum. 2. Sentent. dist. 28. Quod autem dicitur posse hominem per liberum arbitrium

Pelagianorum haereticorum error.

arbitrium solum facere quemcumque actum meritorium: pro tanto dicunt, quia errant pro eodem accipientes genus operis, & meritorium, vel demeritorium: ita quod ista sunt diuersa genera operum: genera enim actuum distinguuntur secundum genera obiectorum, & quia liberum arbitrium ad nullum genus obiecti determinatum est, quodlibet genus actus ex seipso potest determinare se ad eligendum illud genus actus, ut scilicet facere fortia, vel iusta, aut liberalia, vel temperata: quod quidem verum est: putant tamen meritorium, & demeritorium pertinere ad genus actus sicut fortia, & temperata: & ideo liberum arbitrium, cum non sit determinatum ad aliquid naturaliter posse per seipsum determinare se ad meritorium, vel demeritorium. Sed in hoc errant, quia meritorium, & demeritorium non dicuntur genus actus, neque pertinent ad determinatum obiectum, sicut fortia, & mansueti, & temperata facere, quia facere fortia non pertinet ad idem genus, ad quod facere temperata. Etiam fortitudo consistit circa aliam rem: scilicet circa timores, & audacias moderando illas prout illa sunt circa vltimum terribiliu: temperantia est circa delectationes, & tristitias gustus & tactus: meritorium autem, & demeritorium non dicuntur diuersa genera actus, neque sunt circa easdem res. Nam circa quamcumque materiam assignatam contingit esse opus meritorium, vel demeritorium: & tamen non contingit circa quamcumque materiam esse fortitudinem, aut mansuetudinem, sed circa determinatas: ideo meritorium, & demeritorium non dicuntur genera operationum, ad quae possit se determinare liberum arbitrium, cum positus omnibus generibus obiectorum, & actuum adhuc possit esse, quod nonneque esset tibi meritorium, nec demeritorium: sed meritorium dicitur efficacia operis, & non genus eius: demeritorium vero dicitur defectum efficaciae illius. Dicitur enim meritorium actus, in quantum habet efficaciam excedentem naturalem virtutem, id est, in quantum est efficacax ad consequendum illud premium, quod facultatem naturam excedit. Vita aeternam, ad quam non sufficit virtus naturae: libertas autem arbitrii est, quod possit se determinare ad quodcumque genus operis, & ad quemcumque modum: facere autem opus meritorium non est facere hoc opus, vel illud, sed dare ipsi operi, ad quod se determinat, efficaciam, ut sit sufficiens ad consequendum premium supernaturale: quod non potest facere liberum arbitrium, quia ipsum est virtus naturalis, ideo non potest in supernaturalia: sed supernaturale est illud, per quod in supernaturalia possumus: illud autem est gratia, quae est a Deo: ideo liberum arbitrium non potest facere actum esse meritorium, nisi subleuetur per habitum, qui naturam facultatem excedit, qui gratia dicitur. Potest tamen velle liberum arbitrium ex seipso facere actum meritorium, quia sicut est in potestate ipsius determinare se ad genera actuum, & obiectorum: ita potest se determinare ad modos actus. Non potest tamen facere liberum arbitrium, quod libere actus, quem vellet esse meritorium, sit meritorium, si non habeat gratiam adiunctam: quia liberi arbitrii est determinare se ad rem, non autem dare rei genus, vel modum essendi. Nam potest determinare se ad opera iusta, vel fortia, vel temperata: non tamen potest facere, quod ista opera sint fortia, vel temperata: sed hoc habent opera ex genere suo, id est, ex materia, & circumstantiis: ita potest determinare se ad volendum facere opus meritorium; quod tamen opus sit opus meritorium, non provenit ex libero arbitrio, sed ex gratia, quae dat operi efficaciam, secundum quam vocatur meritorium. Et ita Pelagiani errabant, quia dicebant distinguere inter genus operis, & efficaciam

Cuius dicitur etiam meritorium

Quid sit liberum arbitrium

Liberum arbitrium de se non potest facere actum meritorium nisi per gratiam

eius, & inter determinare se ad aliquid, vel efficere illud. Ideo fides catholica tenet mediam viam inter duas haereses: scilicet eandem quam asserimus, quod homo per liberum arbitrium boni, & mala quaecumque facere potest, non ad unum aliquid gratia in quantum sunt bona, vel mala ex genere: non tamen potest facere, quod illud opus quod facit, vel eligat sit meritorium, vel demeritorium: saltem quidem meritorium, quia demereri facile est, & hoc quilibet potest: sed meritorium facere non potest sine habitu gratiae: sicut potest quilibet ex libero arbitrio statim facere talia opera materialiter, qualia iustus, temperatus, & fortis, in quantum ista pertinent ad determinatum genus obiecti, & sunt secundum determinatas circumstantias: & tamen non potest statim facere illa taliter qualiter iustus temperatus, & fortis: quia isti in quantum operantur ex habitu operantur prompte, & delectabiliter, quia signum deliberati habitus est delectationem aduenire operibus. 2. Ethic. sed ille, qui eligit ista facere, non potest facere illa prompte, & delectabiliter, sed pigre, & cum quadam grauitate, vel tristitia propter non habere habitum: potest tamen eligere sic facere, licet non possit sic facere: & hoc, quia sic facere non pertinet ad genus rei, ad quod se determinat liberum arbitrium, sed ad efficaciam agentis, quam non dat liberum arbitrium, cum libertas non sit ad efficiendum, sed ad determinandum: & ita non est in libero arbitrio, quia per se non potest actum meritorium facere, sed solum ut adiuuat habitum gratiae: actum tamen cuiuscumque generis per seipsum potest, id est, sine adiutorio gratiae: non tamen excluditur adiutorium Dei, ut ipsa est causa vniuersalis operans in omnibus. Sic dicitur Isa. 26. cap. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. sed solum excludimus per hoc habitum creatum infusum, siue sit gratia, siue charitas. Ad primum dicendum vno modo, quod gratia dupliciter dicitur, scilicet donum gratuitum, vel ipse Deus gratis dans: dona enim gratuita proprie dicuntur, quae naturalibus superaddita sunt, sine quibus multa bona facere possumus, quae sunt bona ex genere suo; sed non meritoria, sine Deo tamen gratis donante, nihil facere possumus, cum ipse sit causa vniuersalis, & principium omnis boni, non solum in hominibus, sed etiam in omnibus creaturis: & ita verum est, quod sine me nihil potestis facere, scilicet, bonum ex genere: malum autem sine Deo fit, quia est non ens, & non indiget causa efficiente, sed deficiente. Alio modo potest dici, quod accipiatur sine me, scilicet sine gratia mea: Et iste est sensus verior, quia de primo non erat dubium, cum Deus sit causa vniuersalis, non solum in actione spiritali, sed etiam in tota natura, & entibus: Christus tamen voluit hic aliquod dubium determinare: ideo accepit sine me, id est, sine gratia mea. Quod patet ex comparationibus sequentibus, scilicet, de palmita manente in vite, qui facit fructum, & abscissus nullum fructum facit: & ita Christus intelligi voluit, quod & manentes in eo fructum faciebant, & aliquid faciebant: non manentes autem in eo, nihil faciebant: & tamen a Deo, ut est causa vniuersalis, nihil potest abscidit quoad diu manet in natura entitatis: ideo intellexit Christus de abscissione per priuationem gratiae, & tunc intelligitur, nihil potestis facere sine me, scilicet sine gratia mea, si nihil meritorium. Ad secundum dicendum, quod potest intelligi, quod nihil possumus cogitare a nobis, quasi ex nobis, id est, sine Dei coorsu, nihil possumus cogitare, neque agere, cum ipse sit causa vniuersalis: & ita multa possumus cogitare, siue aliqua gratia eius, vel speciali illustratione, sicut apparet in multis, quae nulla dona gratuita recipiunt. Alter

Quo intel legitur dicitur huius videlicet sine me nihil potestis facere.

In omni actione Deus est vniuersalis causa.

Quo intel legitur dicitur Apostoli videlicet quod nihil a nobis cogitare potestis.

Aliter potest dici, & melius, quod nihil possumus cogitare a nobis, scilicet de illis, quae pertinent ad fidem: quia ea, quae ad fidem pertinent, non possunt scribi via naturali: cum fides sit argumentum non apparentium, id est occultarum rerum. ad Hebraeos vndecimo cap. & talia per solam reuelationem sciuntur, vel per doctrinam ab illis receptam, qui a principio per reuelationem acceperunt. Et de his loquitur Apostolus: & patet, quia dicitur, non quod sufficientes sumus cogitare aliquid quasi a nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui nos idoneos ministros fecit noui testamenti: & tamen idoneitas ministerij huius erat per sufficientem eruditionem in his, quae pertinebant ad doctrinam noui testamenti, quae consistunt in fide. Istorum autem non poterat Paulus aliquid ex se sufficienter cogitare, sed Deus illi reuelauerat: talia autem non sunt sine gratia, id est gratuita concessionem: ideo verum est, quod a nobis non possumus sic aliquid cogitare. Ad tertium dici potest vno modo, quod non possumus aliquid boni sine adiutorio Dei facere: & tamen possumus sine gratia eius facere, quia Deus non solum adiuuat nos ad bene agendum per habitum gratiae, sed etiam interius operando in ipsa voluntate: sicut in alijs rebus, & exterius occasiones, & auxilia praebendo ad bene agendum: & sine his omnibus nemo potest facere aliquod bonum: Sicut enim motus difformes regulantur a motu vniiformi: ita voluntates nostrae, quae in bonum, & malum flexi possunt, diriguntur ab illa voluntate, quae non nisi recta esse potest, & hoc verum est, quod quicumque velit bonum aliquod, non potest illud velle, nisi Deus per interiore actionem moueat voluntatem illius: & non poterit bonum exequi nisi Deus exterius conferat opportunitates ad illud, quod est parere auxilia: & tamen certum est, quod non omnes isti mouentur per gratiam: sicut patet de multis bonis, quae facimus existentes in peccato: & tamen ad Deo mouemur ad illa bona. Etiam gentiles faciebant multa opera bona, & laudabilia: qui tamen erant continui in peccato mortali, cum colerent idola. Aliter potest dici, quod Augu. loquitur de bono meritorio, & illud non possumus facere sine speciali adiutorio gratiae: sed bona non meritoria sine illa gratia facere possumus. Ad quartum dicendum, quod potest quis iusta facere, & iustus esse sine gratia. Est enim duplex iustitia, scilicet moralis siue ciuilis, & alia infusa: moralis per assuetudinem causatur: sicut generantur ceteri habitus morales, secundo Ethico, cap. 2. infusa est, quae sine actibus gignitur per solam infusionem. Prima iustitia potest esse sine gratia, ut est habitus supernaturaliter infusus, quia in gentilibus fuerunt virtutes morales, in quibus non erat gratia, & charitas quando colabant idola. Secunda non potest esse sine gratia: quia virtutes infusae simul infunduntur cum Charitate: et simul pereunt illa pereunte per peccatum: neutra tamen earum consistit in operando iusta, quia qui non est iustus potest operari iusta: sed iustus esse facit operari iusta, & qualiter iustus, scilicet prompte & delectabiliter: quod fit ex habitu. 2. Ethic. Vnde etiam si iustitia ciuilis non posset haberi sine gratia, posset quis operari iusta sine gratia ex solo libero arbitrio. Ad quantum est dicendum, quod actus boni non excedunt totaliter naturalem efficaciam. Pro quo sciendum, quod bonum opus dicitur dupliciter. Primum quod est praecedens a virtute, & ea informatum, & hoc opus excedit facultatem naturam, id est facultatem rationis, quae est principium naturale operationum nostrarum siue illa virtus a qua procedit opus sit virtus moralis siue infusa, quia nulla illarum est naturalis nobis: & talis actus perfectus non potest elici a

potentia, nisi sit informata virtute. Secundum est opus, quod antecedit virtutem, & causat virtutem acquisitam vel moralem, ut dicitur 2. Ethic. & talis operatio disponit etiam ad virtutem in fusam: & non fit istud opus, sicut fit a virtuoso, quia illud fit prompte, & delectabiliter, istud autem fit sine delectatione, quia non fit ex habitu: sicut qui operatur iusta vel fortia non dicitur existens iustus, & fortis, sed volens esse talis: & talis operatio non excedit facultatem naturalem rationis, quia rota rectitudo huius operis est solum solum regulam rationis nihil ultra addendo: nam in ratione sunt principia iuris naturalis, solum quae regulari potest quilibet actus: & tales operationes non vocantur magna bona, sed media: & ponuntur in eodem gradu cum potentiis, quae sunt naturales. Primae operationes vocantur magna bona: & poni non possunt in eodem gradu cum potentiis, quia fiunt per principium naturale, sed additum ei: & tamen non propter hoc sequitur, quod indigeant gratia, cum alia principia sint excedentia naturam praeter gratiam, scilicet omnes habitus acquisiti. An possit homo sine gratia velle bonum. Quae. CLXXV. QVAERITVR, an possit homo sine gratia velle bonum. Aliqui dicunt, quod sic: illud, n. est in potestate hominis, cuius ipse dominus est: & ita homo est dominus actuum suorum: & maxime huius, quod est velle: ergo poterit per seipsum sine aliquo auxilio gratiae facere bonum. Secundum, quia quodlibet potest magis in id, quod est sibi secundum naturam, quam in id, quod est praeter naturam: & tamen peccatum est praeter naturam. Opus autem virtutis est secundum naturam, quia est secundum rationem, quae est naturaliter hominis, & deprecatur ad optima. 1. Ethic. sed potest homo per seipsum peccare sine alicuius auxilio: ergo poterit a fortiori per seipsum bene agere. Tertium, quia verum est bonum intellectus, ut patet 6. Ethic. & tamen intellectus potest per seipsum sine alterius auxilio intelligere verum: sicut quilibet res potest suam operationem: ergo poterit homo per voluntatem sine aliquo auxilio velle bonum. Alij dicunt, quod non potest quis sine auxilio bonum velle, quia dicitur ad Rom. 9. non est currentis, neque volentis, sed Dei miserentis, id est non est volentis velle, neque currentis currere: sed Dei miserentis: ergo velle bonum per Dei auxilium est. Secundum, quia Aug. dicit in lib. de Correctione & gratia, quod sine gratia nullum prorsus siue cogitando, siue volendo, & amando siue agendo faciunt homines bonum: ergo gratiae auxilium est necessarium. Dicendum, quod ad bonum volendum est necessarium aliquod auxilium. Sed circa hoc dicendum, quod natura hominis potest considerari dupliciter. Vno modo in sui integritate. Alio modo secundum, quod est corrupta post peccatum primi parentis: secundum autem utrumque statum natura humana indiget auxilio diuino ad faciendum quodcumque bonum, & volendum sicut primo mouente, & causa vniuersali sine qua impossibile est prorsus aliquam operationem esse: velle tamen aliquid est: ideo velle non est hoc modo sine Dei auxilio in quocumque statu naturae siue integritate siue lapsae, siue reparatae, ut erit post resurrectionem. Sed in hoc differt inter statum naturae integre, & naturae lapsae, quia in statu naturae integre poterat homo sufficienter velle quodcumque bonum proportionatum ipsi naturae sine aliquo auxilio, quale est bonum virtutis acquisitae. Hoc enim per sua naturalia poterat: secus autem de bono improporcionado, vel excedente, quale erat bonum virtutis infusae: est autem virtus acquisita ois virtus moralis in quantum per assuetudinem acquiritur: T acquiritur:

Mo's differtia in statu naturae integre, & naturae lapsae.

acquiritur: & ad actus istarum virtutum sufficienter se habebat homo in statu naturæ integræ: non quidē quōd haberet virtutes istas n naturaliter in stau illo: neque etiam, quōd sine habitu sufficeret homo in illo statu ad eliciendum taliter actus istos, qualiter iustus fortis & temperatus illos exercent: quia vtrumque est factum. Primum patet, quia vt dicitur secūdo Ethico, virtutes insunt nobis natus suscipere illas: perfectis autem per assuefactionem: ergo prius debet esse assuefactio quam virtutes habeantur in actu. Etia quia hoc est contra conditionem virtutum istarum. Nam sunt morales, vel consuetudinales: ideo necesse erat illas tunc per consuetudinem operationum illas gigni, sed hoc differret inter statum illum & istum, quia tunc cū esset natura integra essent homines magis inclinati naturaliter ad virtutes quam nunc. Nam Aristote. 6. Ethicorum capitu. vltimo. vocat aliquos benè natos, & optimè natos. Benè natus est, qui à nauitate ad virtutes dispositus est, licet illas non habeat actu: optimè natus vocat eum, qui ad omnes ex nauitate dispositus est: & dicit quod nemo est optimè natus ad omnes, idest dispositus ad omnes benè: sed ad quaedam apparet satis dispositus: ad alias vero vel non est dispositus, vel parum dispositus est, & non ita apparenter: sed in statu naturæ integræ nihil deficeret de perfecta dispositione naturali: quia ideo vocatur natura integra: ideo omnes essent optimè nati ad omnes virtutes: quod nunc nunquam videmus aut rarissimè. Secundo differt, quia nunc licet quis sit inclinatus ad virtutem, aut eligat illam habere, & secundum illam operari, habet passiones, quæ impellunt ad contrarium, & hoc est quod verè facit homines non esse virtuosos. Et qui sunt, cum magna difficultate, & violentia quam sibi ingerunt virtuosifunt. Tunc autem nulla passio istarum esset: quia non esset motus partis inferioris repugnantis rationi, quia iste motus insurrexit post peccatum: ideo in nullo homine esset ibi talis motus, quem passionem vocamus vel affectum: & consequenter omnes homines in statu illo statim vt pertingerent ad vltimū liberi arbitrij haberent omnes virtutes morales, quas per paucos actus acquirerent: tum quia nullus eorum haberet impedimentum aliquod passionale, quod distraheret ab actu virtutis. Ita autem duo non habemus hic, quia est natura lapsa in nobis: ideo illi, qui essent in statu naturæ integræ, non nascerentur habentes virtutes: sed acquirerent illas modo predicto. Secundū est, quod existentes in statu naturæ integræ non operarentur sine habitu virtutum taliter, qualiter nunc operatur virtuosus: sed antequam haberent habitum acquisitionē non operarentur promptè: habentes enim habitum virtutis operantur promptè, & delectabiliter, vt dicitur secundo Ethic. non habentes habitum operantur cum difficultate tarditate & tristitia, quia inueniunt in se indispotionem, & repugnantiam quædam ad virtutem: in quantum motus passionum impediunt. In statu autem naturæ integræ homines nondum habentes habitum, & volentes habere non operarentur cum tristitia in quantum non habent passionem aliquam impediētem actum virtutis: sed operarentur cum difficultate, vel non promptè: quia facilitas, & promptitudo operationis prouenit ex habitu, vel dispositione, quæ est in operante, secundum quam efficitur aptus ad agendum: ideo illi quando nondum haberent habitum virtutis, non operarentur promptè, sed cum quadā difficultate: & ita non operarentur taliter qualiter virtuosus. Sed dictum fuit, quod per naturalia sua sine adiutorio exteriori poterat sufficienter bona velle, & bona agere, quæ pertinebant ad virtutem acquisitam, quæ in statu naturæ in-

tegræ erat in quantum ad habendum virtutem acquisitam erat dispositus quilibet secundum suam naturā: & nullum impedimentum erat ad virtutem illam acquirendam, per quam operaretur qualiter virtuosus. Nunc autem neque sumus ita dispositi naturaliter ex inclinatione, & cetera impedimenta passionum habemus, vt dictum est. Ad opera autem virtutis insusata non sufficeret quis in statu naturæ integræ per naturalia propria, quia illa excedit simpliciter conditionem naturæ pro quacunque statu suo. Et tamen accipitur dupliciter virtus insusata. Vno modo, quia habetur per infusionem, & nō fuit habita per acquisitionem: poterat tamen acquiri, et si non fuisset insusata. Secundo modo, quod virtus aliqua sit insusata, & nō possit haberi nisi per infusionem. De primo patet, quantum ad omnes morales virtutes, quia illæ habentur interdum per acquisitionem, & interdum per infusionem: nam in baptismo infunduntur omnes virtutes morales baptizato, vt tenet fides catholica, vt patet in Clementina vnica. de summa trinitate, & fide catho. Etiam quando cunque iustificatur impius, infunduntur cum gratia omnes virtutes morales, quas tunc gratitas vocamus. Sed etia si non infunderentur, possent omnes haberi per assuetudinem, & ad actum istarum licet sint insusate erant homines in statu naturæ integræ sufficienter dispositi. Accipiendo insusatas secundo modo dicendum, quod Theologicæ sunt insusate, quia habentur per infusionē, & non possunt haberi alio modo. Et ratio est, quia morales habent obiecta, quæ non excedunt conditionem naturæ, sed circa quæ est quotidianus actus, vt ad temperantiam, liberalitatem, mansuetudinem, iustitiam: & ideo possunt per assuetudinem acquiri sine infusione. rursus autem, quia sunt quedam perfectiones animæ, possunt infundi à Deo: & ita infunduntur quando cunque charitas infunditur: quia tunc est generalis iustificatio impij: Theologicæ autē virtutes non possunt esse per acquisitionem, quia sunt de obiecto excedente naturam, ad quæ non est actus naturaliter secundum actus, quos habent istæ virtutes. Nam charitas eo modo Deum diligit qualiter natura non sufficit diligere. Fides etiam talia credit, quorum cognitio naturaliter haberi non potest. Spes quoque in tam ardua tendit, quod eorum acquisitione excedit vires naturæ, scilicet habere beatitudinem in Dei visione: ideo cū actus non sint naturaliter, non possunt gigni per assuefactionem, sicut gignitur morales virtutes, sed per infusionem sicut in naturalibus potentia præcedunt ad operationes proprias: & ita hic infunduntur habitus à Deo, deinde sequuntur actus earum. De statu naturæ corruptæ dicendum, quod deficit homo in eo ab eo, quod est improporcionatum naturæ: sicut sunt actus virtutum insusati, quia ab his deficit etiam in statu naturæ integræ: ideo à fortiori deficit in statu naturæ lapsæ vel corruptæ. De actibus autem virtutum acquisitionem, qui sunt proportionati naturæ, dicendum, quod in statu naturæ integræ non deficeret homo ab eis, vt dictum est: & tamen in statu naturæ corruptæ in quantum natura deficit à perfectione propria: deficit etiam à perfectione actuum conuenientium sibi, vt illos per sua naturalia non possit explere: sed quia natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, vt scilicet toto bono naturæ priuetur: potest quidem etiam in statu naturæ corruptæ aliquod bonum particulare agere per virtutem naturæ suæ: sicut edificare domos, & plantare vineas, & similia. Non tamen potest totum bonum conaturalis sibi ita quod in nullo deficiat: sicut homo infirmus potest percipere aliquem motum habere: non tamen perfecte potest moueri in motu

Quid bene natus quidve optime natus sibi velit. In statu natura natura integræ fuerunt homines optimè nati.

Rō quare morales virtutes acquiri possunt p exercitium.

In oi statu homo indiget auxilio diuino ad hoc, qd ad bonum moueatur.

Duo sunt in actu liberi arbitrij.

Dupliciter Deus hęc potestiatē

ri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio medicine. Ex quo patet, quōd in statu naturæ integræ indiget homo virtute gratuita superaddita virtuti naturæ ad vniuersalem, scilicet ad volendum, & operandum bonum supernaturalē: sed in statu naturæ corruptæ indiget virtute gratuita superaddita quantum ad duo, scilicet vt sanetur supplendo defectum naturæ respectu eorum, quæ alijs possit per sua naturalia. Aliud est vt bonum virtutis supernaturalis, idest insusata, operetur, quod est bonum meritorium: vltra hęc tamen in vtroque naturæ statu indiget homo auxilio diuino ad hoc, quod moueatur ad bonum agendum & volendum. & iste motus est, secundum quem Deus interius mouet voluntatem ad volendum, vt causa vniuersalis: & insuper in quantum id, ad quod voluntas moueri debet bonum est: & tamen hoc sine gratia fit. Non enim oportet, quod quicunque bonum vult, per gratiam velit, sed quicunque bonum meritorie vult, vt dictum est præcedenti quæst. Ad primum dicendum, quod homo est dominus suorum actuum, & maxime volendi, & nolendi: & tamen non sequitur quin ad volendum aut nolendum non moueatur ab alio. Duo enim sunt in actu liberi arbitrij, vnum est ipse actus deliberandi; aliud est, quod secundum illud flectat se homo ad hoc vel ad illud. Quantum ad secundum est simpliciter homo dominus actus sui: quia quod flectat se in istum actum, vel rem & non in illam, non est nisi per libertatem: & nō est querenda alia causa, neque dependet quantum ad hoc liberum arbitrium ab alio, sed per naturam suam hoc potest. Quantum ad primum tamen dependet liberum arbitrium ab alio. Nam quod postquam ego habeo actum cogitandi, & deliberandi circa aliam materiam, flectam me ad hoc, vel ad illud, penitus est in potestate mea: quod ego habeam istum actum cogitandi, non est ex conditione liberi arbitrij, quia illa non est nisi ad hoc, quod propositis duobus flectat se homo ad vnum illorum. Ad hoc tamen, quod habeat istam cogitationē, quæ non est flectere se ad hoc vel ad illud, neque est actus liberi arbitrij secundum quod est liberum. Nam non sufficit natura liberi arbitrij, cū in illa non sit nisi ad flectendum se ad hoc vel ad illud: ideo oportet, quod causa huius cogitationis, in qua est flectere se ad hoc, vel ad illud, sit alius actus liberi arbitrij, per quem deliberauerit quis habere istū actū cogitandi, vel ponatur causa extrinseca mouens. Non potest autē dici, quod causa huius sit alius actus præcedens liberi arbitrij: quia etiam quæretur causa illius, & ita illius, & alterius, & consequenter ibitur in infinitum, quod est inconueniens: ideo oportet poni causam extrinsecam, quæ mouet liberum arbitrium, idest rationem ad cogitandum id, de quo deliberet: & istud oportet, quod sit superior ratione, & est Deus. Et hoc probat Aristot. lib. de bona fortuna. Et ideo Deo attribuit bonam fortunam, idest motib⁹ quibusdam, quos patitur mens nostra, qui sunt similes his, quæ à Deo fiunt: & secundum hoc mens hominis sani, idest existentis in statu naturæ integræ, non ita habet dominium sui actus, quin indigeat moueri à Deo. Et quia multo magis liberum arbitrium hominis est impeditum à bono per peccatum in statu naturæ corruptæ: ideo multo magis nunc indiget homo auxilio ad bonum volendum. Ex hoc autem apparet quomodo Deus habeat quandam potestatem super voluntationem nostram non tollendo nobis libertatem, neque impediendo eam, iuxta illud Prouer. 21. Cor regis in manu domini, & quocunque voluerit, vertet illud. Facit autem hoc duobus modis. Primò, quia quadā sunt, quæ homo valde vellet, & ad quæ nimis afficeretur, si occurreret ei in mentem: & quia non occurrerent ei in mentem, si occurrerent ei in mentem, & quia non occur-

rit ei cogitare de illis, nunquam illa eligit. Et isto modo quando Deus vult, quod aliquis incidat in malum penale, facit quod non veniat sibi in mentem cogitare de illa re, quam si cogitaret, cauere malum: & quod nō cogitat, non potest cauere, & incidit in illud: & isto modo Deus dicitur excæcare sapientes aliquos, vt nō rectè consulerent de agendis, & incidant in malum tale, quod homo pauca sciens potuisset cogitare: & hoc fuit, nō quidem faciendo insipientes illos vel auferendo prudentiæ habitum vel astutiæ: sed faciendo, quod non occurrat eis cogitare de rebus illis bonum, vel malum. E contrariio autem interdum cum Deus vult, aliquos liberare de malo, in quod alijs incidere, & non haberent viam naturalem ad euadere: dat in mentem eorū, quod cogitēt de rebus de quibus alijs non cogitaturi essent, & in istis animos eorum ad eligendum aliquid, quod alius sciunt eligere: & ita malum euadunt. sic dicitur Iob 33. Per somnium, & in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures hominum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his, quæ fecit, & vitet eum à superbia, eruet animam eius à corruptione, & vitam illius, ne transeat in gladium. Et quia non potest liberum arbitriū deliberare de his, quæ non cogitantur, faciendo quod non occurrat in cogitationem, facit quod non defiderentur, neque eligantur, quod est indirectè posse super liberum arbitrium: & non tollitur hic libertas, quia illa consistit in hoc, quod propositis ambabus partibus contradictionis possit flectere se voluntas in hæc vel illam: sed quando non cogitatur aliquid, non potest se flectere in aliquid liberum arbitrium. Secundo modo fit, quando propositis ambabus partibus contradictionis Deus facit, quod vna earum eligatur: nō quidem determinando liberum arbitrium ad hoc, & distrahendo ab illo, quia istud esset contra conditionem libertatis, & nihil relinqueretur libero arbitrio, per quod esset liberum: sed quia liberum arbitrium est facultas intellectus & voluntatis: & non potest voluntas aliquid eligere, vel determinare se ad aliquid nisi intellectus præcēsserit ostendendo illud esse bonū si intellectus potest deduci ad hoc, quod putet aliquid esse bonum, poterit indirectè voluntas deduci ad le determinandum ad illud. Nam libertas voluntatis non est in hoc, quod possit indifferenter determinare se ad bonum & malum. Nam cū sit potentia quadam, necesse est, quod habeat aliquam rationem obiecti, à quo moueatur, & non possit ab alio moueri. Est autem obiectum suum bonum: ideo non potest moueri in aliquid nisi in bonum, vel sub ratione boni saltem, quia æquale est quantum ad hoc esse bonum, vel putari bonum. In malum autem sub ratione mali, idest vt iudicatur malum, est impossibile moueri voluntatem, vel in aliquid, quod non indudum iudicatum est esse bonum: neque detrahitur aliquid libertati voluntatis ex eo, quod non potest moueri in malum: sed est libertas sua, quod propositis duob⁹ bonis æqualiter vel inæqualiter potest se determinare in quocunque eorum voluerit: etia non existente ratione aliqua quare potius ad hoc quam ad illud se flectit: sed quia vult; quod in nulla alia potentia inuenitur: sed necesse est præsentato obiecto determinari ab illo recipiendo, vel agendo circa illud. Etiam proposito aliquo bono, vel multis simul potest voluntas nullum eorum eligere, sed omnia abuteri: etiam si omnia sub ratione bonorum præsententur: quod nulla potentia alia facere potest. Et ista est propria libertas. Ad malum tamen cognitū malum: vel ad bonum quod sub ratione mali præsentatur, & talē iudicatur, nō est possibile moueri voluntas

super voluntatem non tollendo non bis libertatem neque eam impediendo. In malum sub rōne mali impossibile ē vt voluntas moueatur



luntas, non quod cesset libertas, secundum quam se de- terminare potest: sed quia est contra naturam eius malum velle. Eandem tamen rem numero presentatam ut bonum, potest voluntas eligere. Et ita cum ad omnia genera entium & quodlibet ens particulariter sumptum possit determinare se voluntas: dum tamen ibi inueniatur ratio obiecti sui est ipsa sola libera. In aliis enim non est hoc: & quia potest intellectus a Deo moueri, ut iudicet aliquod bonum quocumque; Deus voluerit iudicari bonum: & cum iudicatum fuerit bonum, determinabit se voluntas ad illud: potest voluntas a Deo determinari indirecte ad actum suum: non quidem directe in eam agendo, sed in causam suam, id est in intellectum: & tamen adhuc semper cessat ratio coactionis, quia voluntas non cogitur aliquid velle, sed determinat se in illud, quod vult: nam etiam circa illam rem presentatam bonum poterat suspendere actionem suam eligendo illam: & hoc sufficit ad conseruandam rationem libertatis, quod possit non eligere illam, licet eligat: & hoc planum est, quia res terrene delectabiles mouent interdum intellectum, ut iudicentur esse bonae, licet non sint simpliciter bonae: & ita eliguntur a voluntate licet sint contra bonum, & honestum. A fortiori autem poterit Deus de quacunque re voluerit ostendere illam intellectu ut valde bonam, meliorem quidem quam possit ostendere sensus: & tunc determinabit se voluntas ad illam. Sed dicitur, quod cum possit voluntas se non determinare ad bonum presentatum, poterit esse quod Deus velit, quod homo vellet aliquid, quod ille nolit.

Dicendum, quod non accidit: certum est enim, quod proposito quocumque bono voluntati potest suspendere actionem suam non eligendo illud, quia licet non respiciat illud ut malum, tamen non cogitur eligere, ut bonum: & tamen si Deus vult, quod illud eligatur a voluntate, faciet illud representari intellectu sub perfecta ratione boni, quod voluntas illud sibi oblatum statim amplectetur volens: & ita semper agens spontaneum id quod Deus illam agere voluerit, quia non mouet eam per modum violentiae, sed per modum naturae suae: sicut si quis det alicui quod summum desiderat, trahet eum ad se volentem. Sed tunc dicitur, quod trahetur interdum sic anima ad peccandum per Deum, quod est inconueniens.

Dicendum, quod non trahetur: verum est enim, quod si eas res, quae veterae sunt, & circa quas est peccare, vellet Deus ostendere intellectu sub tam perfecta ratione boni, peccaret voluntas, Deo decipiente eam: & tamen Deus nunquam representat intellectu sub tali modo nisi id, quod bonum est verum, vel id quod non est malum culpa, sed trahat ad malum penae: quae penam interdum directe Deus vult in quantum bona est, id est iusta: ad malum autem culpae nunquam trahit: & hoc quia neminem tentat. Sic dicitur Iaco. primo cap. Nemo, cum tentatur, dicat quod a Deo tentatur: ipse enim neminem tentat: sed unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus & illeceus: & tamen ostendere aliquid esse valde bonum, ut voluntas allucietur & in illo committat peccatum tentare est. Unde Deus hoc nunquam facit: & ita apparet, quomodo Deus mouet voluntatem nostram siue liberum arbitrium: licet mouendo nunquam faciat contra libertatem conditionem, quia non determinat voluntatem ad hoc, vel ad illud directe.

Ad secundum dicendum, quod magis potest res in id, quod est sibi secundum naturam, quam in id, quod est praeter naturam. Et tamen dicendum, quod magis est naturale rei peccare quam agere secundum rationem. Nam peccare nihil aliud est quam deficere a bono, quod conuenit vnicuique rei secundum suam

naturam, in quantum vnaquaque res creata secundum suam naturam esse non habet nisi ab alio, & in se considerata est nihil: id sicut a se ipsa est non ens, ita cadet in non esse nisi ab alio conseruetur sicut ab alio esse cepit. Quod autem homo sit rationalis cepit ab alio: & ita licet sit naturale homini, est tamen naturale, non quod a se habuerit, sed quod ab alio accepit, ut sic esset: non esse autem est naturale rei creatae, quod per se habet, & non accipit ab alio: & ideo sicut a nullo accepit illud, ita non indiget ab aliquo conseruari. Esse autem secundum certum modum accepit res ab alio: ideo indiget alio, ut conseruetur in illo: & ita sicut esse rationale est certum esse, quod accepit res ab alio: sic & ad hoc, quod conseruetur in operatione secundum rationem, oportet quod ab alio conseruetur, a quo illud esse accepit, & quia facilius est manere in illo, quod non indiget conseruatione: quam in eo, quod illa indiget, & cadere a ratione, quod est peccare non indiget aliqua conseruatione: operari autem secundum rationem, quod est bene agere indiget conseruatione: ideo facilius est peccare quam bene agere. Cum autem dicitur, quod peccare est contra naturam, & bene agere est naturale, dici potest, quod vtrumque est naturale. Peccare quidem est naturale, & bene agere est naturale, sed diuersimode: nam secundum id, quod quis habet a se, quod est non esse, est naturale peccare, quod est deficere ab esse: bene agere autem est naturale secundum esse, quod accepit homo ab alio, & conseruatur in eo, quod est esse rationale: sed facilius est manere in eo quod quis habet ex se, quam in eo quod ab alio accepit. Sed dicitur, quod si naturale est homini deficere, & peccare, non poterit euitare illud, & ita non erit ei imputabile.

Dicendum, quod deficere non est naturale homini, id est modus entitatis suae, vel conditio essendi, sed dicitur naturale, id est quod homo habet a seipso, & quolibet res creata. Non enim habet aliud nisi non esse: si non esse esset conditio essendi, vel pars quidditatis, necesse esset, quod quando esset haberet non esse vel deficere: & tamen non est aliquid tale, sed solum habuit illa res a seipsa. Fortius est autem esse quam non esse: & ideo sicut per esse communicatum exiuit res de suo non esse, quod erat ei a se: ita per conseruationem esse suscepti manet res in illo esse, & non redit in non esse, vel deficit, quod conuenit ei ex seipso, quando id, per quod accepit esse, & exiuit a suo non esse, deserit illam conseruationem in esse, quod dedit. Et ideo quando res conseruatur non solum non redit in non esse, quod est ei ex se: sed etiam non potest redire. Si autem deserit conseruari, necesse est, quod redat: & quia facilius est non conseruari quam conseruari: cum ad conseruari requiratur aliquid, & ad non conseruari nihil requiratur: dicimus quod facilius est deficere & peccare, quam manere in esse vel bene agere. Sed tunc dicitur, quod cum conseruari in esse sit semper dum res est: deficere autem, quod rei competit a seipsa non contingit nisi semel, erit peccatum raro, scilicet semel tantum: & tamen hoc falsum est, quia sepe contingit peccare. Dicendum, quod deficere contingit pluries, & sepe. Sicut enim res a seipsa non habet esse, neque etiam aliquem gradum, vel modum entitatis: ita & priuari esse totaliter vel quocumque modo vel gradu entitatis est deficere: & competit rei a se, & quia in homine, & qualibet alia res sunt multae perfectiones, quae sunt gradus, vel modi essendi, carere quocumque illorum, vel priuari est deficere. Et quia non perdit toto esse contingit priuari aliqua perfectione vel gradu entitatis, contingit eidem rei sepe deficere: homo autem ultra ceteros gradus entitatis habet quod sit rationalis, & agere potens & debens secundum rationem dicit multa: cum in quolibet agibili humano debeat homo agere, secundum

Quid sit peccare.

Deus quidam hit homines nolentes ad malum penae.

secundum rationem: & illa sunt multa: et pro qualibet actione ad hoc, quod sit secundum rationem multa requiruntur, scilicet obseruatio omnium circumstantiarum, quae in quolibet actu multae sunt: & priuari aliqua illarum est carere aliqua perfectione, & deficere: contingit homini multis modis deficere: & tamen deficere in eis, quae ad rationem pertinent dicitur peccare: deficere autem in aliis non est peccare. Et ob hoc soli homines peccant, quia illi soli secundum rationem agere debent: alia vero deficiunt, sed non peccant. Etiam homo non peccat quoad quod deficit: cum contingat eum deficere circa perfectiones corporis: ideo peccare sepe contingit: quia circa multa possumus deficere secundum rationem: Sic dicitur 2. ethic. quod peccare infinitum est, id est infinitis modis contingit. Unde communitur pluries contingit hominem peccare quam bene agere, nisi a Deo specialiter conseruetur. Considerandum etiam, quod peccare, quod est homini naturale, id est a se non esse secundum aliquem certum modum, eo quod non est per aliquid positum, quod homo habeat, sed per hoc quod est non esse: & quia totum non esse est homini naturale: aequaliter est homo dispositus ad peccandum vno modo, sicut & alio, & hoc per illud quod ab ipso est: vnicuique autem per illud quod accepit, quia tunc vnus homo est magis dispositus per vnum genus peccati quam per alium: sicut vnus ad libidinem, alius ad iram, ad auaritiam alius dispositus est. Sed istud non est a seipso, quia ista sunt positiua: homo tamen non habet a seipso nisi non esse: sunt ergo ista ab alio, quia sunt gradus entitatis vel naturae: ideo sunt ab illo, qui naturam contulit: & ideo inclinatio, quae est ad libidinem, ad iram, ad auaritiam in quantum sunt entia, secundum certum modum naturalia sunt ab ente positio dante naturam, sed in quantum sunt peccata non sunt ab ente aliquo, sed solum sunt per defectum rationis, scilicet in quantum taliter contingit exerceri actum venereum, ad quem natura inclinat, quod sit contra rationem: & tunc est peccatum: & idem de ira & auaritia: & ita apparet ex dictis, quod facilius est homini peccare, quam non peccare.

Ad tertium dicendum, quod vt declarabitur sequens, verum non potest homo cognoscere sine Dei auxilio: & tamen magis est corrupta voluntas peccatum quam intellectus, id est affectus totus quam cognitio: ideo magis indiget auxilio ad bonum volendum, quam ad intelligendum verum.

An homo possit aliquid verum intelligere sine gratia. Quaest. CLXXVI.

QVAERETVR, an homo possit intelligere aliquid verum sine gratia. Aliqui dicunt, quod non, quia super illud verbum Apostoli, prima Corinthi duodecimo. Nemo potest dicere, dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, dicit Glo. Ambro. Omne verum a quocumque dicatur a Spiritu sancto est: sed Spiritus sanctus non habitat in nobis, nisi per gratiam: ergo non possumus veritatem cognoscere sine gratia. Secundum, quia reuelatio diuina non fit nisi per infusionem alicuius luminis gratis dati: sed ad Rom. primo: dicitur de Philosophis, quod Deus eis reuelauit ea, quae cognouerunt naturaliter de Deo: quia ea, quae Apostolus ibi ponit naturaliter cognitione habentur: ergo naturalia indigent lumine gratuito ad hoc, quod cognoscantur: sed nulla sunt, quae magis intellectus possit per seipsum cognoscere quam sint naturalia: ergo ad omnem veritatis cognitionem requiritur reuelatio: & per nulla veritas potest cognosci sine gratia.

Tertio quia facilius est via cognoscendi aliquid per doctrinam, quam per inuentionem: & tamen sicut dicit Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V,

August. in lib. de Magistro, nullus potest docere exterius nisi Deus interius doceat: & ita apparet, quod non potest quis habere cognitionem, quae est per doctrinam sine auxilio gratiae interius operantis, a fortiori ergo non poterit habere cognitionem veritatis, quae est per inuentionem, & consequenter nullam veritatem poterit quis scire sine speciali auxilio gratiae. Quarto, quia sicut se habet lux corporalis ad visum, ita se habet lux spiritalis ad intellectum: sed non potest aliquid corporaliter videri sine luce corporali per influxum eius, & praecipue rei maxime lucentis, qualis est sol: ergo nihil poterit intelligi sine influxu lucis spiritalis a Deo, & haec est gratia, ergo nihil potest sine auxilio gratiae intelligi. Sic dicit Aug. primo soliloquiorum, Disziplinam certissima, talia sunt, qualia illa, quae a sole illuminantur, ut videri possint: Deus autem ipse est, qui illustrat. Ratio autem ita est in oculis aspectus mentis, oculi autem sunt sensus animae, sed oculus quantumcumque sit purus, non potest quicquam videre sine illustratione corporali, ergo ratio quantumcumque perfecta, non poterit ratiocinando inuenire aliquam veritatem, nisi illustretur diuino lumine. Quinto, quia quaecumque sunt in aliquo genere reducuntur, sicut in causam in vnum primum, quod est maximum in genere illo, sed primum in genere intellectiuorum est ipse Deus, ergo ipse est maximum intelligens, & causa intelligendi omnibus intelligentibus: sed non cauet in nobis aliquid, nisi aliquid in nobis influendo, ergo non possumus aliquid verum intelligere sine infusione gratiae eius. Sexto, quia mens humana veritatem intelligere non potest nisi cogitando, ut dicit August. 14. de Ciuit. Dei. sed dicit Apostolus 2. Corin. 3. Quod non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, ergo non possumus per nos aliquid intelligere: sed indigemus gratia ad intelligendum, ut insufficientia nostra a Deo sit.

Alij dicunt in contrarium, quod sine gratia possumus aliquid intelligere. dicentem August. in primo Retracta. Non approbo, quod in oratione dixi: Deus, qui non nisi mundos veritatem scire voluisti. responderi enim potest multos etiam immundos multa scire veram, sed per gratiam efficitur homo mundus, iuxta illud Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum reatum in noua in visceribus meis, ergo sine gratia poterit homo veritatem cognoscere. Secundum, quia nihil destituitur propria operatione, sed intelligere verum est propria operatio intellectus, ergo nulla gratia supradicta poterit intellectus per sola naturalia sua intelligere veritatem. Tertio, quia non est impotentior intellectus in intelligendo quam sensus in sentiendo, sed sensus sine gratia potest sentire sensibile: ergo intellectus sine gratia poterit intelligere intelligibile.

Dicendum, quod intellectus nunquam indiget gratia gratificante ad intelligendum aliquid verum, siue illud sit naturae proportionatum, siue non. Ad intelligendum tamen vera non proportionata indiget gratia gratis data: ad intelligendum autem vera sibi proportionata nullo dono gratiae indiget, siue gratificantis, siue gratis datae. Pro quo sciendum, quod verorum quaedam sunt naturaliter ratione proportionata. Alia vero sunt, quae naturalem rationem excedunt. Illa autem naturalem rationem excedunt, quae non possunt concludi ex principiis per se notis. Cum enim prima principia sint ut instrumenta intellectus agentis, ut dicit commentator 3. de anima. Oportet ea proportionata esse lumini eius, sicut organa corporalia sunt proportionata virtuti motiuae: alias enim non possent intellectus per illa principia intelligere: sicut non potest agens operari per instrumenta non proportionata: & ita si prima principia sunt proportionata virtuti intellectus

Verorum duplicia sunt genera.

Prima principalis sicut in intellectu agentis.

neesse est, quod ea, quae non fuerint proportionata primis principis, non sint proportionata lumen intellectus: unde ea, quae ex primis principis concludi non possunt, excedunt naturale lumen intellectus. Talia autem sunt, quae ad fidem pertinent, & futura contingentia & hmoi, & ideo cognitio istorum verorum sine lumine gratiae gratis datae cognosci non possunt. Sic est cognitio fidei, & prophetiae: lumen enim fidei gratis datum est per reuelationem, & dicitur lumen fidei ipsa cognitio de rebus, quae creduntur, in quantum per quamlibet cognitionem illuminatur intellectus. Sic etiam lumen prophetiae, id est cognitio prophetica, quae est ut plurimum de futuris contingentibus est per reuelationem: & ideo per donum gratiae gratis datae: sed non est necesse quod sit gratia gratum faciens, cum fidem quis habere possit, & etiam prophetiam sine charitate, ut patet 1. Cor. 13. Si autem loquamur de veris, quae sunt proportionata naturali lumen intellectus, id est quae possunt concludi ex primis principis insitis, est circa hoc duplex opinio. Quidam enim dicunt intellectum agentem esse vnum omnium hominum intellectum agentem Deum vocantes, & tamen intellectus agens se habet sic ad intelligibilia: sicut lucidum ad visibilia: ideo volunt quod sicut non potest videri aliquid visibile nisi per emissionem radij corporalis: ita non possit intelligi aliquid intelligibile sine noua emissione radij spiritualis, qui est gratia gratis data. Sed haec positio non est vera: quia intellectus agens non est aliqua substantia separata, vel Deus, ut aliqui Theologi putauerunt: vel intelligentia, ut dixerunt aliqui Philosophi: sed est aliqua naturalis virtus ipsius rationalis animae, & consequenter non est vnicus intellectus agens omnium sicut illi putauerunt: sed cuiuslibet est suus intellectus agens. Item dato adhuc, quod intellectus agens esset vnicus & esset substantia separata, ut Deus, non oporteret quod pro qualibet intellectione fieret noua infusio gratiae, eo quod infusio, vel emanatio donorum spiritualium non est successiua per modum motus, sed est fixa & permanens, unde secundum vniam irradiationem spirituales perfecteretur intellectus possibilis ad omnia intelligibilia proportionata cognoscenda. Alia positio est, quod intellectus agens sit potentia quaedam, vel vis animae rationalis, & hoc tenendo, quod est verum, non potest dici rationabiliter, quod oporteat ad cognitionem veri proportionati lumen naturali intellectus aliquid, lumen perfundi, quod ad hoc intelligendum sufficit, tria, scilicet species, intellectus, & facies speciem intellectualem in actu, scilicet intellectus agens, & recipiens eam, scilicet intellectus possibilis, & omnia ista sunt per virtutem naturalem animae. Nam forte diceretur, quod intellectus agens est insufficientis ad faciendum speciem esse intellectualem in actu. Sed hoc est inconueniens, quia tunc natura humana esset imperfectior aliis rebus, quia aliae res sufficunt sibiipsis ad naturales, & proprias operationes per principia intrinseca, & natura humana non sufficeret sibiipsis ad actionem naturalem, & propriam, quae est intelligere, sed indigeret auxilio extrinseco pro qualibet operatione. Dicendum igitur, quod huiusmodi vera proportionata intellectui potest intellectus sine aliquo lumine gratiae superaddito per lumen naturale intellectus agens intelligere. Sed his non obstantibus in omni intellectione indiget homo auxilio diuino, ut causa vniversalis, quia ab eo dependet actus intelligendi in quantum est actus, & etiam quantum ad formam a qua procedit, id est absente intellectina, vel specie intelligibili, cognoscere. n. veritatem est actus, vel vnus intellectualis luminis, quia secundum Apostolum ad Eph. 5. c. omne quod manifestatum lumen est: vnus autem quilibet importat quendam

Nonnulli sicut in intellectu agente

motum largè accipiendo motum secundum quod uelle & intelligere motus dicuntur, ut patet per Arist. 3. de An. videmus autem in corporalibus, quod ad motum non solum requiritur ipsa forma, quae est principium motus vel actionis, sed etiam requiritur motio primi mouentis. Primum autem mouens in ordine corporalium est corpus celeste: unde quantumcunque ignis habeat perfectum calorem, non alteratur aliquam rem coniunctam sibi nisi per motum corporis celestis. Manifestum est autem, quod sicut omnes motus corporales reducuntur in corpus celeste. i. motum ipsius sicut in primum mouens corporales, ita omnes motus tam corporales, quam spirituales reducuntur in primum mouens simpliciter, quod est Deus, & ideo quantumcunque aliqua natura corporalis, vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere nisi moueatur a Deo, quae quidem motio fit secundum rationem suae providentiae, non autem secundum necessitatem naturae: sicut corpus celeste mouetur: & est causa motus non per rationem providentiae, sed per necessitatem: & sicut Deus est causa omnis intellectionis, ut est motio spiritualis, & Deus est principium omnis motus simpliciter: ita est principium formae per quam fit immo, diate iste actus, vel motio intelligendi, sed est principium intellectionis, ut est primus motor simpliciter. Est autem principium formae in quantum est ipse primus actus, & ab ipso effluit omnis actus vel perfectio. Et ita intellectus cuiuslibet hominis dependet a Deo quantum ad duo. Primo modo in quantum ab ipso habet formam, per quam agit, scilicet speciem intelligibilem, vel vim intellectualem. Alio modo in quantum ab ipso mouetur ad agendum, sed quantum ad ista duo dependet intellectus a Deo, ut a causa vniversalis, sive ut motor, sive ut actus primus, quod etiam respectu omnium entium Deus habet: & ideo sicut cuiuslibet rei est naturale agere per principia propria, & intrinseca sua, ita est ei naturale agere per concursum Dei cum: & iste concursus non dicitur aliquid donum gratis datum superadditum intellectui, quia illa vocamus gratis data, quae non pertinent ad institutionem naturae, & tamen ad naturae institutionem pertinet Deus esse causam vniversalis, & primum motorem, & hoc modo coagere omni rei, ergo ista actio non dicitur aliquid gratis datum superadditum intellectui.

Ad primum dicendum, quod omne verum a quoque dicitur a Spiritu sancto est, sicut ab insupendente naturale lumen intellectus, per quod cognoscitur verum, & sicut a mouente intellectum ad intelligendum, & ad loquendum veritatem: non est autem omne verum a Spiritu sancto sicut ab inhabitante in eo, qui verum intelligit per gratiam gratum facientem, vel sicut a largiente aliquid donum gratis datum naturae superadditum, sed solum Spiritus sanctus est in homine cognoscente vera quaedam pertinentia ad fidem, & prophetiam per donum gratuitum, illustrando eum in cognitione istorum: quia aliter non potuit incipere cognitio eorum, licet postquam ceperit potest extendi ad alios sine dono gratuito per doctrinam. Idem autem est si cui Deus infuderit cognitionem rerum naturalium sine studio eius: sicut Salomoni infudit cognitionem omnium rerum naturalium, & ibi erat donum gratis datum, sed non oportebat esse gratiam gratum facientem.

Ad secundum dicendum, quod Deus dicitur reuelare Philosophis diuina, quae cognouerunt naturaliter de Deo, sicut ibi videtur in gl. pro tanto, quia eis naturalem rationem dedit, & creaturas condidit, in quibus maiestas creatoris cognoscere poterat: non autem, quod ista eis reuelauerit per aliquid lumen gratis datum additum luminis naturaliter, quia nullo tali indigebant.

Ad tertium dicendum, quod Deus docet hominem interiorius

Ois natura corporalis, vel spiritualis quodlibet actum procedere, nisi moueat a Deo.

Deus est principium omnis motus simpliciter.

Quo intelligitur, quod omne verum a quoque dicitur a Spiritu sancto est.

Deus mouet ad intelligendum

interius in quantum virtutem intelligendi dedit. Dicit enim August. 1. de Doctrina christiana, quod ille, qui docet similis est ei, qui mouet digitum ad aliquid ostendendum alteri: unde sicut homo potest exteri? mouere digitum, ut aliquid ostendat: non autem potest conferre ei virtutem visum, per quam ille, qui docetur doctrinam visibilem aduertat: ita etiam potest homo exteri? verba proferre, quae sunt signa veritatis: non tamen veri intellectionis virtutem praebere, quae a solo Deo est: & pro tanto dicitur Deus solus interiorius docere, quia ipse solus nobis vim intelligendi, id est ipsum intellectum, & lumen eius contulit, per quod intelligere possumus, & virtutem quam semel dedit semper seruat, & continet: non tamen sequitur ex hoc, quod in qualibet cognitione nouum lumen gratuitum nobis infundat, per quod actu intelligamus, sed satis est, quod semel virtutem intellectualem dedit, per quam sufficientes sumus cognoscere quodcumque verum proportionatum lumen nostro naturali.

Ad quantum dicendum, verum esse, quod non fit intellectio sine irradiatione spirituali: & tamen dicendum, quod ipsum lumen intellectus agentis quaedam irradiatio est primae lucis, scilicet diuinae, ut ait Dion. 4. c. de Diuinis nominibus: dicit. n. quod omnes bonitates in creaturis participatae, sunt quidam radij diuinae bonitatis: & ideo non oportet, quod huic irradiationi aliud lumen superaddatur ad actualem intellectionem: istud tamen non est aliud lumen gratuitum superadditum luminis naturali, sed est ipsum lumen naturale, ideo sine gratia potest homo intelligere verum.

Ad quantum dicendum, quod Deus est causa cuiuslibet cognitionis nostrae: non tamen oportet, quod hoc fiat per influxum doni gratuiti alicuius, sed per influxum luminis naturalis, quod lumen ab ipso participatum fuit nobis: & sicut est causa omnis intellectionis, quarum quaedam fit secundum naturam, alia vero secundum aliquid, quod naturam excedit: ita oportet ipsum esse utroque modo causam, scilicet primam intellectionis erit causa naturalis in quantum, ut causa prima, & vniversalis infundet lumen naturale semel, per quod omnem intellectionem talem sufficientes sumus producere non addito alio lumine: erit autem causa intellectionis supernaturalis in quantum, ut causa supernaturalis dat donum gratuiti luminis, cui vult, & quando vult, addendo illud luminis naturali.

Ad sextum dicendum, vno modo, quod intelligitur de intelligibilibus, quae non sunt proportionata luminis naturali intellectus, qualia sunt, quae ad fidem pertinent, quia ad haec non sufficientes sumus per lumen naturale: sed sufficientia nostra a Deo est, id est illud solum poterimus intelligere, quod per lumen gratuitum nobis Deus reuelauerit: & ita Apostolus loquebatur ibi non de quacunque cogitatione, sed earum rerum, quae ad fidem pertinent: cum dixerit: qui idoneos fecerit nos ministros noui testamenti. Aliter potest dici, quod intelligatur quantum ad omne cogitabile, & intelligibile: semper enim indigemus auxilio diuino ad cogitandum quodcumque in quantum ipse mouet intellectum ad cogitandum. Nam si voluntas, quae est libera potentia, non potest moueri ad deliberandum: sed oportet esse aliquem motorem, scilicet Deum, ut ostensum est praecedenti quaestione, a fortiori intellectus non poterit esse sibiipsum principium omnis intellectionis suae, sed oportet dari principium extrinsecum, & istud est Deus, qui mouet ad intelligendum: & dicitur esse principium nostrae cogitationis. Nam aliud est cogitare, aliud est intelligere: cogitare enim est vt motus: intelligere est, vt terminus, & quies: inquisitionem enim intellectus circa aliquid, cuius veritate nondum percepit, neque adiuuenit, motus quidam est ad

A veritatem illam: & illud vocamus cogitare. Inuenio autem ipsius veritatis sive fit per doctrinam, sive per inuestigationem, dicitur intelligere: quia intelligere est rem per intellectum percipere: & tamen prius non percipiebatur, sed querebatur: ideo non intelligebatur, sed cogitabatur: ideo magis adhuc est Deus principium cogitationis nostrae quam intellectionis. Nam intellectio habet aliquid prius in nobis, scilicet cogitationem: cogitatio autem nihil prius habet in nobis: ideo potius dandus est Deus, vt principium cogitationis quam intellectionis: licet intellectio sit perfectior quam cogitatio: sed quia cogitatio non poterit habere semper principium nisi posuerimus Deum esse principium illius, ideo ita ponendum est: sic enim in voluntate est velle, id est actum volendi habere, & est per illum actum volendi ad hoc, vel illud se flectere. Primum non habet voluntas sine Deo. Secundum autem habet ex conditione libertatis suae: & tamen perfectior est determinatio quam simpliciter habere actum volendi: & tamen ad volendum oportet dari principium aliunde, quia non est voluntas sibiipsum sufficiens principium pro omni volitione: est tamen pro omni determinatione ad hoc, vel ad illud: ita & circa intellectum est principium Deus in cogitando potius quam in intelligendo, licet intelligere sit perfectius. Et tamen dicendum, quod ad vtrumque indigemus diuino auxilio: ad cogitandum quidem indigemus Deo, vt motore, & a quo est principium operationis: ad intelligendum autem indigemus eo vt coagente vniversaliter, quia sine ipso non est aliqua actio: & tamen intelligere actio est & perfecta quidam.

Differetia inter cogitare & intelligere.

An homo ex seipso per sola naturalia sua sine gratia possit Deum diligere super omnia. Quest. CLXXVII.

QVAERETVR, an homo ex seipso per sola naturalia sua sine gratia possit Deum diligere super omnia. Aliqui dicunt, quod non, quia diligere Deum super omnia est proprius actus charitatis, sed charitatem nemo habet ex suis naturalibus, sed a Deo illam dante: ad Rom. quinto cap. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. ergo ex puris & solis naturalibus nemo Deum super omnia diligit. Secundum, quia nulla natura potest supra seipsum, sed diligere aliquid supra se, est tendere in aliud supra seipsum. ergo nulla creatura poterit Deum diligere plusquam seipsum sine auxilio gratiae. Tertio, Deo cum sit summum bonum, debetur summus amor, qui est, vt super omnia diligatur: sed ad summum amorem Deo impendendum, qui a nobis debetur, homo non sufficit sine gratia, quia alioquin frustra addetur gratia: ergo non potest homo ex solis naturalibus diligere Deum super omnia.

Dicendum, quod potest homo in solis naturalibus constitutus ( dum tamen illa non sint deprauata, vel diminuta ) Deum diligere supra omnia: licet ex charitate non diligit, quia nullum habitum infusum habet. Et patet, quia primus homo in solis naturalibus constitutus erat ( vt quibusdam placet ) in quo statu manifestum est, quod Deum aliquo modo diligebat, sed non aequaliter sibi vel minus quam se, quia in hoc peccasset, quod falsum est, quia non fuisset tunc primum peccatum eius in cibo vetito: ergo dilexit Deum super omnia ex puris naturalibus sine auxilio gratiae. Pro quo sciendum, quod homo poterat in statu naturae conditae, vel integrae diligere Deum super omnia sine aliquo dono gratiae gratis datae: & etiam sine gratia gratum faciente: non tamen poterat hoc sine auxilio

Homo in statu natura...

xilio Dei mouenti eum ad hoc, quod sic accipiendū est: homo in statu naturæ integræ poterat operari virtute naturæ suæ bonum sibi, connaturale absque additione gratiæ doni, quia aliàs esset priuare naturam omni operatione. Nam si priuamus eam operatione propria, & proportionata sibi priuabimus eam omni operatione, diligere autem Deum super oia est connaturale homini, & cuiilibet creaturæ non solū rationali, sed etiam irrationali, & inanimatæ sicut modū amoris, qui naturæ eius competere potest. Cuius ratio est, quia vniuersæ rei naturale est, quod appetat, & amet aliquid sicut quod aptum natum est esse. Sic enim agit vniuersum quodque, prout aptum est, ut dicitur 2. Physi. manifestum est autem, quod bonū partis est propter bonum totius: vnde & naturali appetitu, vel amore vnaqueque res particularis amat bonum suum proprium propter bonum cōmune totius vniuersi, quod est Deus. vnde & Diony. dicit lib. de diu. nomi. quod Deus cōuertit oia ad amorem sui ipsius: homo igitur in statu naturæ conditæ amorem sui ipsius in amore Dei referat: cetera namque Deum eo modo quo possunt plusquam seipsa amant irrationali quodam modo (ut ita dixerimus) bonū suum in diuinum bonū, quod est bonū vniuersale dirigentes. Homini autē cōpetit sicut naturæ agere sicut rationem, & cognoscere quid agat, & propter quid, & referre actus adiuicem: vnde in eo non est amare se propter Deum nisi amorem suū in amorem diuinum actualiter aliquando referendo diriget, quod erat Deum plusquam se diligere, vel supra oia: & etiā amorem illarum rerum in Deū dirigebat: & ita Deum plusquam seipsum, & super oēs alias res diligebat, cum illum constitueret finem amoris, quo seipsum, & alia diligebat: & in hoc nondum charitatem habebat homo: quia nullum donum gratuitum infusum habebat: sed ex puris naturalibus hoc facere sufficiens erat. Si autem consideretur hō in statu naturæ corruptæ, deficit ab hac dilectione Dei super oia: ad hanc enim sufficiebat in statu naturæ integræ: quia nihil impediēbat eum à sua rectitudine: nunc vero voluntas deficit ab hac perfectione & rectitudine, quia propter corruptionem naturæ sequitur bonū priuatum, nisi sanetur per gratiam Dei. Ex hoc autem sequitur, quod homo in statu naturæ conditæ siue integræ non indigebat aliquo dono gratiæ gratis datæ, vel gratum facientis ad diligendum Deum super omnia: indigebat tamen auxilio Dei mouentis ad hoc. Nā ad cetera bona Deus mouet voluntatem per interiorē quandam pulsationem, etiam non infundendo aliqd donum gratuitum, quod in aia maneat: ideo à fortiori pro isto tā excellenti bono necesse esset, quod Deus moueret hominem: & tunc quia natura erat recta, cū nondum corrupta fuisset, non indigebat aliquo directiuo vel adiutiuo, sed per se sufficiens erat hoc agere: dum tamē semel ad illud moueretur: sicut & homo naturaliter intelligere potest ea, quæ non excedūt lumen naturale intellectus: & tamen indiget Deo mouente ad cogitandum, ut dictum est præcedenti quæst. In statu autem naturæ corruptæ indiget homo duobus ad diligendum Deum super omnia. scilicet moueatur à Deo, & quod detur ei donum gratuitum, pro quod sanetur corruptio naturæ, ut non impediatur hanc dilectionem: & ista est gratia, vel charitas, quæ naturæ corruptionem sanat.

Ad primum dicendum, quod ex puris naturalibus potest homo diligere Deum super omnia in statu naturæ conditæ, sine aliquo gratuito dono: & tamen adhuc ista dilectio non est ita eminens, sicut quæ est charitatis. Nam natura integra diligit Deum super omnia in quantum Deus est principium & finis naturæ: & specialiter ipsius hominis est principium

tanquam causa esse tribuens, est finis tanquam continens totam naturam boni: & ad quod omnia particularia bona tendunt secundum naturalem habitudinem. Charitas autem diligit Deum super omnia in quantum homo habet quandam spirituale societatem, scilicet ut ambo quodammodo pertinent ad vnam naturam, & associationem, quæ in amicitia redeunt: & ista est superior & perfectior ratio. Natura enim amat ut pars & effectus: charitas autem ut quodammodo æquale & amicum: in super charitas addit quandam delectationem, & promptitudinem in amando, & hoc ex natura habitus, quia quilibet habitus facit ista duo, ut dicitur secundo Ethicorum, signum generati habitus est delectationem aduenire operibus: natura autem in puris suis naturalibus constituta, cum non habeat aliquod donum gratuitum, neque habitum ad hoc causatum, agit secundum suum conatum ex intentione finis, qui actus non est ita delectabilis, & delectatio facit quandam perfectionem in opere, ideo excellentior modus amandi est per charitatem quam per naturam integram: licet secundum vtranque ametur Deus super omnia sicut autem conditionem naturæ corruptæ neutro modo potest Deus amari super omnia, quia neque ut principium, & finis boni nostri naturalis: neque ut vniuersi consors naturæ spiritualis, nisi detur donum gratuitum, sed infunditur nobis charitas per Spiritum sanctum, & per illam possumus Deum super omnia diligere.

Ad secundum dicendum, quod ista propositio habet duos sensus, scilicet nulla natura potest ferri supra seipsam. Vno modo ex parte obiecti, id est quod non possit per actum suum tendere in aliquid obiectum, quod sit perfectius ipsa natura. Secundo modo ex parte actus, id est non potest natura ferri in aliquid secundum proportionem maioris virtutis quam sit ipsa natura. Primus sensus non est verus. Certum est enim, quod potentia potest ferri per actum suum naturaliter in aliquid quod sit maius, & superius ea sicut naturam, ut intellectus noster naturali cognitione potest aliqua cognoscere, quæ sunt supra seipsum, ut quando cognoscit Deum naturaliter. Secundus sensus est verus, scilicet quod natura in agendo non potest excedere proportionem suæ virtutis: hoc enim esset verè excedere seipsam: nam obiectum aliquid extrinsecum est, & ut motor. Quod autem tendat natura in aliud excellentius se nihil aliud est, nisi quod moueatur ab obiecto perfectiori quam sit ipsa res mota: & in hoc nulla difficultas est, quia natura nihil agit supra se: sed agit, id est mouetur ab eo, quod est supra se: coactio autem prouenit a virtute agētis, magnitudo autem actionis ex magnitudine virtutis: ideo si excederet actio rei proportionem virtutis suæ, esset, quod res verè seipsam excederet, id est quod ageret plusquam posset: & hoc includit contradictionem: & ideo hoc modo natura non potest supra seipsam. Quod autem diligit homo Deum non est ferri supra seipsum: sed ibi aliquid est excellentius se: ideo potest diligere Deum naturaliter. Sed obicietur, quod diligere Deum dicit ferri supra se quantum ad obiectū. Diligere tamen Deum super omnia, id est plusquam se, non pertinet ad rationem obiecti, sed ad conditionem actus: & ita videtur quod excedit seipsum sicut proportionem virtutis in actione: quod falsum est.

Dicendum, quod diligendo Deum super omnia, non est transcendere proportionem virtutis in actione, quia hoc esset si homo diligeret Deum plusquam diligere posset: & tñ diligendo Deū super omnia non est diligere Deum plusquam potest: sed tantum quantum naturaliter potest. Sufficit enim homo naturaliter ad istum gradū dilectionis: vnde non pertinet hoc

Excellentior modus amandi Deum est per charitatem quam per naturam integram.

Natura nihil agit supra se, sed agit.

Quis ista amor summus quo Deū diligit.

ad conditionem actus, sed obiecti: scilicet homo diligit Deum plusquam se, scilicet quia Deum videt esse diligibiliorem seipsum: ideo per eū actum & gradū dilectionis, quem potest naturaliter elicere diligit Deum intensius quam seipsum. Et est sensus, quod homo non elicit circa se actum intensissimum, quem potest, sed illum circa Deum elicit: & ita minus se quam Deum diligit: & tamen Deum non diligit plusquam potest: imò non tantum quantum potest: quia non tenetur quis habens charitatem elicere actum intensiorem quam poterit dilectionis actus circa Deum: sed etiam si quis possit habere actum dilectionis intensum ad certum gradum, poterit ex charitate, & ordine diligere Deum gradu sexagesimo: dum tamen nec seipsum, nec aliam rem diligit in gradu sexagesimo: ergo diligendo Deum super omnia, non fertur natura supra seipsam, id est se excedendo.

Ad tertium dicendum, quod possumus diligere Deum super omnia sine dono gratuito. Et dicendum quod non possumus amare Deum amore summo sine dono: amare autem super omnia non est summus amor. Dicitur autem amor Dei summus non solū quantum ad gradum dilectionis, sed etiam quantum ad rationem diligendi, & modum diligendi. aliquid istorum teneri amor, quo diligitur Deus super omnia sine charitate in statu naturæ conditæ vel integræ: nō tamen tenet omnia: ideo non vocatur amor summus simpliciter quod ab homine esse potest: sed ille est amor, quo secundum charitatem diligitur Deus, ut beatificans: tunc enim amabitur super omnia, quia summū bonum esse cognoscetur. Et etiam quantum ad modum summum, scilicet in gradu intensissimo, qui possibilis est homini, & semper secundum totum conatum vniuersum: quorum neutrum contingit in vita: & amabitur ut beatificans, quæ est ratio summa diligendi. Nunc enim non possumus eum diligere ut beatificantem, sed solū ut creatorem, gubernatorem, redemptorem, & alias rationes. Ratio tamen summa est esse beatificantem, cum cetera ad hoc ordinentur, ut nos aliquando beatificent: ideo nunquam amamus Deum summè, nisi in beatitudine. Et ita dicendum, quod non solū non possumus ex puris naturalibus amare Deum summè sine dono gratuito, sed etiam non possumus cum quocumque donis gratiis eum amare summè quousque habeamus summum donum beatificationis, vbi amor, & charitas cōsummatur in patria.

An possit homo sine gratia implere omnia præcepta legis. Quæstio CLXXVII.

QVAERETVR, an possit homo sine gratia implere omnia præcepta legis: Aliqui dicunt, quod non: qui enim præcepta legis feruat, vitam æternam meretur, ut dicitur supra in litera: Si vis ingredi ad vitam, serua mandata: sed vitam æternam mereri nemo potest sine gratia: ergo nemo potest implere omnia præcepta sine gratia. Secundo, quia charitas non potest sine gratia haberi, sed dilectio charitatis est in præcepto infra 22. c. Diliges dominum Deum tuum, &c. ergo non possunt præcepta impleri sine gratia. Tertio, quia ut August. ostendit virtutes in nobis solus Deus operatur, sed actus virtutum sunt in præcepto: ergo præcepta non possumus implere per nos ipsos sine Dei gratia. Quarto, quia Actu. 15. dicitur hoc est onus, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, sed illud onus est præcepta legis: ergo non potest homo implere præcepta legis sine Deo agente, scilicet, sine gratia eius. Quinto, quia nullus damnatur nisi pro peccato transgressionis vel omissionis, sed nullus omittit

quicquam qui omnia præcepta legis implet. Si ergo possit homo præcepta legis implere, cum etiam possit (ut dicitur seq. quæst.) peccatum vitæ mortale, videtur, quod possit homo totaliter euitare damnationem, sine gratia: sed quicumque non damnatur est in gloria: ergo poterit homo sine gratia Dei peruenire ad gloriam, quod est hereticum. Sexto patet, qui dicit August. lib. de Quinquaginta heresibus, quod pertinet ad hæresim Pelagianorum, ut credant sine gratia posse hominem facere omnia mandata legis.

Alij dicunt, quod sic dicit enim Apostolus ad Romanos 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: sed illud, quod homo facit naturaliter potest facere absque gratia: ergo potest homo præcepta legis implere absque gratia. Secundo, quia dicit Hierony. in expositione fidei catholice: Si quis dicit, Deum præcepisse aliquid impossibile homini, anathema sit: sed impossibile est homini, quod per seipsum implere non potest: ergo poterit per seipsum implere omnia præcepta legis. Tertio, quia inter omnia præcepta diuina maximum est: diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. infra 22. capi. & tamen illud potest implere sine gratia, cum ex puris naturalibus possit homo diligere Deum super omnia, ut ostensum est præceden. quæst. ergo potest homo sine gratia implere omnia mandata diuina. Quarto quia Deus non est magis crudelis quam homo: sed homini imputaretur in crudelitatem, si obligaret aliquem per præceptum ad id, quod implere non possit: ergo hoc de Deo nullo modo est imputandum, & ita poterit homo omnia præcepta Dei per seipsum sine gratia implere.

Dicendum, quod de præceptis legis contingit dupliciter loqui: aut quantum ad id, quod directè cadit in præcepto: aut quantum ad intentionem legislatoris. Directè autem cadit sub præcepto actus virtutis quantum ad substantiam operis, id est ipsa res imperata in seipsa non considerando dispositionem, vel intentionem facientis, & ipsa res imperata, id est actus imperatus est actus virtutis, quia lex non imperat nisi bonum, & boni actus ad virtutem pertinent. Sic dicitur 5. Ethico, quia lex imperat actus omnium virtutum. Vltra substantiam autem operis est modus agendi, quem circa ipsum opus ponit virtus: hoc autè est, quod lex præcipit, scilicet nudam substantiam actus sicut in ipsa lege exprimitur sine quocumque alio modo, quem virtus ponere potest circa actus: quia hoc directè aliquid præcipitur, quod statim est in potestate eius, ut faciat illud, & istud est substantia operis, quia quilibet potest statim facere, quod lex iubet non expectata ulteriori dispositione: non est autem in potestate hominis, ut eo modo faciat actū virtutis, quomodo facit virtuosus, priusquam virtutem habeat acquisitam, vel infusam. Nam virtuosus facit bonum promptè & delectabiliter, & inclinante ad hoc habitu virtutis, qui autem nondum est virtuosus, potest quidem facere idem opus, quod virtuosus: quia ad illud potest se determinare liberum arbitrium, & possunt organa deservire illi operi, & tamen non potest facere promptè & delectabiliter, quia istæ sunt conditiones operis precedentis ex habitu, ut dicitur 2. Ethico. sed facit inapeditè, & cum quadā difficultate & tristitia. Etiam non facit ex habitu inclinante, sed ex intentione finis. Intentio autem legislatoris est nō solūm, ut opus fiat: sed etiam, ut taliter fiat qualiter virtuosus facit. Nam ut dicitur 2. Ethico. intentio legislatoris est facere ciues bonos, & sectatores bonorum operum, & per assuetudinem operum præcipiuntur inducere se ad virtutem. Et huic consonat verbum Apostoli 1. Tim. 1. Finis præcepti charitas de corde bono: ad hoc enim

Intentio legislatoris quæ sit in statuendis legibus.

data



data sunt precepta legis diuinae, ut homines in dilectione Dei & proximi intrinuantur, & ita est intentio legislatoris, ut non solum hec opera fiant: sed etiam ut omnia, quae facimus ex charitate faciamus. Dicendum est ergo, quod precepta legis quantum ad id, quod directe sub precepto cadit potest homo implere per liberum arbitrium, scilicet quantum ad substantiam operum sine dono gratiae gratis datae vel grati facientis. Et hoc accipiendum gratiam pro aliquo habitu infuso, & manente in nobis: secus autem sine gratia Dei, id est sine voluntate eius, quae gratis & sine merito nos mouet ad agendum bonum: quia sine illa nihil possumus operari. Sed precepta quantum ad intentionem legislatoris sine gratia impleri non possunt: quia non possunt impleri sine charitate, cum legislator intendat nos intrinuant in charitate, & tamen charitatis donum nemo potest per seipsum habere, sed a Deo infusus est. Accipiendum tamen gratiam pro diuina voluntate gratis in nobis operante, non possumus precepta implere aliquo praedictorum modorum sine gratia. Nam non mouebimur ad faciendum aliquid bonum nisi Deus nos mouerit, & hoc ex gratia facit: quia nemo nostrum meruit quod moueret eum Deus ad beneficiendum. Est autem differentia inter ista: quia gratia, ut nominat habitum, dicitur aliquid creatum, quod in nobis manet, & nos informat. Gratia autem, ut dicit diuinam voluntatem, non est aliquid creatum, neque manet in nobis: sed in Deo est. Gratia enim quae est voluntas Dei, vocatur largi gratia, scilicet gratis operans: non enim possumus aliquid boni operari sine merito, siue non meritum, nisi moti a Deo: quia intellectus, & voluntas in nobis non possunt esse sibiipsis principium operationis, sed ab alio mouentur. & illud est voluntas diuina, ut ostenditur est supra. Quod tamen Deus mouet nos ad bona cogitandum, vel volendum non meruimus: ideo mouet nos gratis, & ita ipsa voluntas eius, quae gratis nos mouet, gratia Dei vocatur: & quia sine Deo mouente nos, & cooperante non possumus aliquid boni facere, dicitur quod sine gratia Dei non possumus precepta legis implere, imo nullum preceptum possumus implere etiam quantum ad substantiam operis: ista autem gratia non facit nisi mouere hominem ad agendum: sed ultra non confert ei in operatione, & ideo si nihil aliud apponatur, non sufficimus ad implendum precepta saltem eo modo, quo legislator vult ea impleri. Et tertia quantum ad substantiam operis erit difficile nobis implere illa, quia per illam gratiam non tollitur corruptio naturae nostrae, & ineptitudo quibus difficiles reddimur, & inepti ad mandata Dei implenda: gratia autem, quae est aliquid gratuitum nobis a Deo datum, manet in nobis, & non solum inclinatur ad agendum, sed etiam reddit opus facile, & delectabile, quia illa est quidam habitus: & in super bonos reddit habentes, quia est forma inherens, & sine ista gratia quae est donum gratuitum siue sit gratia gratis data, siue gratum faciens, possunt impleri precepta legis ab homine saltem in statu naturae conditae quantum ad substantiam operis: sine prima, quae est voluntas Dei gratis nos mouens, non possumus implere aliqua precepta: quia oportet praeuenire Deum, ut mouentem voluntatem nostram ad volendum implere, & ad cogitandum de impletione antequam impleamus, & velimus implere. Et quantum ad hoc errauit Pelagius, qui totaliter putauit posse impleri precepta legis sine gratia Dei, scilicet excludendo omnium gratiam: ita quod neque erat necessarium donum gratuitum, neque voluntas Dei nos gratis mouens, sed sine omni motu ab extra homo per suum liberum arbitrium nudum poterat implere precepta Dei. Et hoc est falsum, quia quantumcumque liberum arbitrium sit liberum, non tollitur, quin Deus sit causa vniuersalis, & primus motor simpliciter tam in spiritualibus, quam in corporalibus motibus. Aliqui autem dixerunt, quod implere mandata quantum ad substantiam operis potest homo existens in statu naturae conditae sine omnia gratia, quae sit donum gratuitum, & potest implere singula, & omnia, quia alias non potuisset in statu illo non peccare, cum nihil aliud sit peccatum quam transgredi diuina mandata, sed dicunt, quod in statu naturae corruptae non potest homo implere omnia diuina mandata sine gratia sanante: in quo innuunt, quod aliqua potest homo implere, sed non omnia, scilicet, quodlibet signatum per se potest implere, sed omnia simul non poterit implere: sicut dicitur, quod homo potest vitare quodlibet peccatum veniale determinatum, sed non omnia: implere autem mandata legis quantum ad intentionem legislatoris dicunt, quod non contingit in statu naturae integre, neque corruptae sine gratia gratum faciente: quia impleri vult illa legislator ex charitate, sed charitas non potest haberi sine gratia gratum faciente: sic tenet beatus Thomas de Aquino 1. 2. quae. 109. Quantum vero ad impletionem preceptorum iuxta intentionem legislatoris verum est, quod in vtroque statu est necessaria gratia, & aliter non poterant precepta impleri. De hoc Augustinus lib. de correctione, & gratia cum dixisset, quod sine gratia nullum prorsus bonum homines faciunt, subdit: non solum ut ministrante ipsa quid faciendum sit sciant homines, verum etiam ut praestante ipsa faciant cum dilectione quod faciunt. Quantum ad impletionem preceptorum legis in statu naturae corruptae cum dicit S. Thomas, quod non potest homo omnia mandata legis implere quantum ad substantiam operis, sine dono gratuito, intelligendum est, quod non potest facilliter, vel non potest sine magna difficultate, & tamen cum magna difficultate, & appropinquato toto conatu poterit homo omnia illa implere, cum possit liberum arbitrium determinare ad seruandum illa mouente Deo ad singula, etiam non dando aliquem habitum gratuitum infusum. Et non est eadem ratio de venialibus, & mortalibus: quia venialia sunt innumerabilia, & vix potest quis illa omnia intelligere: immo nemo omnia intelligit: moralia autem quae grauiora sunt, determinata sunt, & cognosci possunt, & consequenter omnia possunt vitari, & ita omnia precepta legis potest quilibet implere: quia liberum arbitrium potest se ad quodlibet illorum, & etiam ad omnia determinare custodiendo illa.

Precepta legis quae sunt sine gratia impleri non possunt.

In q. 174. & 175. & 166. Sine Deo mouente nos, & cooperante nihil boni facere possumus.

sum, quia quantumcumque liberum arbitrium sit liberum, non tollitur, quin Deus sit causa vniuersalis, & primus motor simpliciter tam in spiritualibus, quam in corporalibus motibus. Aliqui autem dixerunt, quod implere mandata quantum ad substantiam operis potest homo existens in statu naturae conditae sine omnia gratia, quae sit donum gratuitum, & potest implere singula, & omnia, quia alias non potuisset in statu illo non peccare, cum nihil aliud sit peccatum quam transgredi diuina mandata, sed dicunt, quod in statu naturae corruptae non potest homo implere omnia diuina mandata sine gratia sanante: in quo innuunt, quod aliqua potest homo implere, sed non omnia, scilicet, quodlibet signatum per se potest implere, sed omnia simul non poterit implere: sicut dicitur, quod homo potest vitare quodlibet peccatum veniale determinatum, sed non omnia: implere autem mandata legis quantum ad intentionem legislatoris dicunt, quod non contingit in statu naturae integre, neque corruptae sine gratia gratum faciente: quia impleri vult illa legislator ex charitate, sed charitas non potest haberi sine gratia gratum faciente: sic tenet beatus Thomas de Aquino 1. 2. quae. 109. Quantum vero ad impletionem preceptorum iuxta intentionem legislatoris verum est, quod in vtroque statu est necessaria gratia, & aliter non poterant precepta impleri. De hoc Augustinus lib. de correctione, & gratia cum dixisset, quod sine gratia nullum prorsus bonum homines faciunt, subdit: non solum ut ministrante ipsa quid faciendum sit sciant homines, verum etiam ut praestante ipsa faciant cum dilectione quod faciunt. Quantum ad impletionem preceptorum legis in statu naturae corruptae cum dicit S. Thomas, quod non potest homo omnia mandata legis implere quantum ad substantiam operis, sine dono gratuito, intelligendum est, quod non potest facilliter, vel non potest sine magna difficultate, & tamen cum magna difficultate, & appropinquato toto conatu poterit homo omnia illa implere, cum possit liberum arbitrium determinare ad seruandum illa mouente Deo ad singula, etiam non dando aliquem habitum gratuitum infusum. Et non est eadem ratio de venialibus, & mortalibus: quia venialia sunt innumerabilia, & vix potest quis illa omnia intelligere: immo nemo omnia intelligit: moralia autem quae grauiora sunt, determinata sunt, & cognosci possunt, & consequenter omnia possunt vitari, & ita omnia precepta legis potest quilibet implere: quia liberum arbitrium potest se ad quodlibet illorum, & etiam ad omnia determinare custodiendo illa.

Opi. Tho. 1. 2. q. 109. ar. 4.

Sed obicitur, quod non satisfaciat quis, nec dicatur adimplere mandata legis, implendo solum quantum ad substantiam operis, nisi ex charitate illa obseruet: quia qui seruat legem quantum ad literam, & agit contra voluntatem eius, dicitur facere in fraudem legis. ff. de legi. l. contra legem. Et dicitur etiam committere contra legem qui verbis legis amplectens contra legis nititur voluntatem. extra de regu. iur. ca. certum. Et tamen voluntas legis est voluntas legislatoris, quia lex nihil aliud intendit, quam quod legislator per eam designari voluit: ideo cum ille intendat, quod seruetur ex charitate, non satisfaciet legi, qui non seruauerit eam ex charitate. Dicendum, quod verum implet omnia mandata legis quando implet illa, quantum ad substantiam operis: etiam si ex charitate non agat: quia ut dictum est supra, illud cadit directe sub precepto, quod quis statim facere potest: & tamen agere ex charitate, vel ex habitu non potest quis statim si nondum habet habitum. Facere tamen quod mandatur quantum ad substantiam operis potest quilibet statim: ideo ad illud solum obligat preceptum. Ad rationem dicendum, quod voluntas

voluntas legis est voluntas legislatoris. Sed voluntas legislatoris est duplex. Vna est quam per legem exprimitur, aut per legis verba intelligi vult: alia est, ad quam per legis obseruationem deducere vult. Prima est voluntas legis & legislatoris simul: quia hoc ille voluit, & ita illud significauit. Secunda est voluntas legislatoris solum: quia ipse intendit hoc pro fine legis. Ipsa tamen lex nihil huius exprimit: iniustum tamen videtur obligare velle homines ad id, quod nequaquam lex exprimit. Prima voluntas cadit sub precepto, scilicet intelligere legem quantum ad verba sua, & secundum veram rationem accipiendi non faciendo fraudem legi. Nam quantum ad istam primam voluntatem dicitur fieri frans legi obseruando verba, & non intentionem, & hoc etiam est nisi contra voluntatem legis, quod illicitum est. Secunda voluntas non est legis, sed legislatoris, scilicet ideo leges condidit, ut per eas homines ad effectum boni fierent, & obseruando politiam pacem se ipsos diligerent: quia amorem intendit praecipue introducere legislator, quam iustitiam, ut dicitur 8. Ethico. ca. 1. ad istam autem voluntatem non tenentur, qui legem obseruant: quia non praecipitur haec res per legem: sed ad hoc lex ponitur, ut ad hunc finem pertineatur, & sic etiam si non obseruetur non dicitur aliquid deesse de impletione legis, cum totum, quod ipsa lex vult obseruetur: & illud est quod sub precepto cadit, & non cadit sub precepto finis precepti. Sic est de charitate, quia finis legis est charitas: & tamen per singula precepta non praecipitur charitas sed alij alij actus: licet quodlibet preceptum sit ad charitatem, ut ad finem: ideo si impleatur id, quod iubetur quantum ad substantiam operis, etiam non habendo charitatem satisfacimus legi, & voluntati legislatoris: alioquin quicumque obseruaret aliquod preceptum existens sine charitate peccaret obseruando, quia omitteret aliquid, ad quod tenebatur, sed falsum est. Ad primum dicendum, quod sine gratia possumus obseruare precepta legis, & tamen obseruando illa sine gratia non meremur vitam eternam: aliud est, obseruare precepta ad hoc, quod euitemus peccatum omissionis, vel commissionis, & aliud ad hoc, quod obseruando illa tanquam per opera bona mereamur vitam eternam. Quantum ad primum sufficit illa obseruari sine charitate, quia quomodocumque seruentur, dum tamen quicquid in eis est seruetur satisfacimus legi, & ideo non incurrimus peccatum commissionis neque omissionis, & ita intelligitur, quod possumus obseruare omnia precepta sine charitate, vel gratia quacumque gratuita, vel gratum faciente. Quantum ad secundum non sufficit seruare mandata quantum ad substantiam operis nisi ex charitate seruentur: quia sola charitas est radix merendi, & ceterarum virtutum actus non sunt meritorij, nisi ut sunt ab habente charitatem, & diriguntur ad Deum, ut imperati a charitate: & sic ad merendum non sufficiunt precepta obseruata quantum ad substantiam operis, nisi etiam obseruentur quantum ad intentionem legislatoris.

Duplex est voluntas legis in condendis legibus.

Finis legis est charitas.

Sola charitas est radix merendi.

Qui sunt actus a charitate eliciti.

ter charitatem, & ideo licet ad implendum preceptum illud, diliges dominum Deum &c. requireretur charitas, tamen quantum ad cetera precepta non requiritur. Secundo potest dici, & melius quod ad nullius precepti impletionem requiritur charitas. Unde etiam in precepto illo, scilicet diliges &c. potest esse obseruatio sine charitate, quia obseruabitur quantum ad substantiam operis, potest tamen diligere quis Deum super omnia, & proximum sicut seipsum ex charitate ex puris naturalibus, ut ostensum est precedentibus. Nam tamen in precepto illo quam in aliis est generale, quod non cadit sub precepto nisi id, quod statim potest quis facere, & non requirit aliquam aliam dispositionem ex parte facientis, & tamen agere ex charitate dispositionem dicit, ideo ad implendum preceptum illud ita quod euitemus peccatum omissionis, vel transgressionis, sufficit, quod diligamus Deum ex puris naturalibus. Nam sic diligitur super omnia, ut dictum est.

Ad tertium potest dici vno modo, quod virtutes sunt in nobis a Deo, scilicet virtutes gratitae, quae habentur per infusionem simul cum gratia & charitate. Virtutes tamen morales, id est assuetudines possunt in nobis causari sine operatione spirituali Dei, & ita etiam operationes eius possunt esse sine aliquo dono gratuito. Aliter potest dici, quod etiam si omnes virtutes tam gratitae, quam assuetudinales essent a Deo, non esset inconueniens, quia ad implendum preceptum sunt quidem necessarii actus virtutum materialiter: sed non, ut a virtute sunt, quia non est in potestate cuiuslibet hominis statim facere aliquid sicut virtuosus facit, id est, prompte & delectabiliter, & ex habitu, sed potest facere illud, quod virtuosus facit, ut dictum est. Et ita sine gratia possunt fieri omnes actus virtutum materialiter, & hoc est implere omnia precepta.

Ad quartum dicendum, quod non dicitur illud, quasi impletio precepti requirat ex se gratiam, vel charitatem, sed etiam quantum ad substantiam operis erat verum, quod erat lex onus importabile, & hoc propter multitudinem operum & preceptorum, & praecipue circa plurimas caeremonias: haec autem licet aliqui viri boni specialiter obseruarent, multitudo tamen populi nunquam illa ad plenum obseruauerat, neque sine difficultate magna poterant obseruari, & tamen poterant cum difficultate obseruari etiam sine aliquo dono gratuito a Deo concessio.

Ad quintum dicendum, quod sine gratia nemo potest habere vitam eternam, licet possit implere precepta sine gratia: quia ad habendum vitam eternam non sufficit non transgredi, quod est per commissionem, vel omissionem: sed necesse est gratia, quia etiam si quis nunquam transgrediretur legem committendo, vel omitendo, nihilominus peccato subditus esset originali, a quo non poterat liberari nisi per gratiam, pro quo damnationem incurreret: per gratiam ergo a pena aeterna liberamur, etiam dato quod non committeret quis specialiter contra aliquod preceptum legis, neque ommitteret: tamen veniens ad aetatem adultam ommitteret, si non praepararet quantum in se esset ad gratiam suscipiendam, & per tali omissionem puniretur: si autem praepararet se faciendo quod in se est, sine dubio gratiam consequeretur, per quam vitam eternam acquireret. Ad formam arguendi potest dici quod primum est falsum, scilicet nemo datur nisi pro peccato commisso, vel omissione, vel omissione: cum etiam pro peccato originali, quod non est commissionis vel omissionis, sed est contractum, & non factum, damnatur quis. Etiam illud est falsum, quod nihil omittit, qui precepta legis implet. Nam non est aliquod preceptum legis, quod homo se praeparat ad gratiam, & tamen veniens ad aetatem adultam non se praeparat ad gratiam, peccat omittendo, ut dictum est.

Ad

Ad sextum dicendum, quod verum eo modo, quo Pelagius intendebat, haereticum esse, posse sine Dei auxilio implere praecepta, & tamen sine gratia, ut est donum gratuitum nobis infusum possumus implere praecepta. Duo enim sunt quae ex parte Dei sunt nobis necessaria ad implendum praecepta etiam quantum ad substantiam operis. Primum est quod nos moueat. Secundum est, quod cooperetur nobis. Primum est necessarium in quantum ipse est primus mouens simpliciter quantum ad omnes motus, tam corporales, quam spirituales. Secundum est necessarium in quantum ad impletionem cuiuslibet praecepti determinati, sed est tale, quod sine ipso non possunt omnia praecepta impleri. Patet hoc, quia interdum potest quis mouere seipsum ad unum actum per alium actum: ut si quis nunc eligit, quod de bono consideret an illud facere debet: illius enim cogitationis sufficiens principium motuum fuit electio praecedens: neque oportet poni aliud principium, & tamen illius electionis oportet principium esse cogitationem praecedentem, & tunc illius cogitationis nescimus dare principium: & si dicamus, quod illius est alia cogitatio principium, est inconueniens, quia ibitur in infinitum: ideo oportet poni Deum aliquando ut cogitationis & operationis principium, & ita potest homo aliquorum actuum suorum esse principium simpliciter, & tamen non omnium: ergo licet aliqua praecepta diuina possit implere quis non motus a Deo, tamen non potest implere omnia. Secundum est, quod Deus coadiuet ut cuiuslibet actione cuiuscunque creaturae: quia sicut eo non conseruante non potest aliquid manere saltem ad punctum temporis: ita neque eo cessante cooperari potest aliquid operari. Ideo ista duo sunt necessaria nobis ad impietionem praeceptorum, & dicere sine tali auxilio posse impleri praecepta est haereticum pelagiana. Putabat enim ille, quod sine motu, & cooperatione Dei per liberum arbitrium erat homo sufficiens principium omnium actuum suorum, & quia mouere sic cooperari est ex voluntate Dei gratis mouente nos, est verum, quod non possumus sine Dei gratia implere praecepta: accipiendo tamen gratiam pro dono gratuito Dei, siue sit gratis datum, siue gratum faciens: ita quod sit aliquid creatum, & infusum nobis, possumus omnia praecepta sine tali gratia implere: & quia gratia accipitur communiter pro dono infuso nobis habitualiter, asserimus simpliciter, quod sine gratia possunt impleri omnia praecepta, licet non sine Dei auxilio. Ad argumenta in contrarium etiam respondendum est.

Ad primum dicendum, quod dicitur naturaliter uno modo ea, quae legis sunt faciunt, id est faciunt ea, quae pertinent ad legem naturalem. De lege autem positua nihil dicitur an faciunt ea, & ita potest dici, quod licet naturaliter faciunt ea, quae sunt de lege naturali, indigent adhuc gratia pro eis, quae sunt de iure posituo. Multa enim praeceptorum diuinorum de iure posituo sunt. Aliter potest dici, & melius, quod licet gratia faciant ea, quae sunt legis naturaliter, non tollitur, quin agant ex Dei auxilio, & illo indigeant. Nam oportet, quod moueantur a Deo ad illud cogitandum, & volendum, & etiam Deus cooperetur eis operantibus, quia aliter nullum opus facere possent, ut supra dictum est: & quantum ad hoc non differt inter ea, quae pertinent ad legem naturalem & posituam: sed solum quod ad ea, quae sunt de iure naturali, quia sunt insita rationi nostrae, non indigemus instructione aliqua, neque precepto: ad ea autem, quae sunt de iure posituo, quia non sunt insita rationi naturali, indigemus exteriori instructione, scilicet lege data. Et hoc voluit Apostolus

dicere, quod gentes, quae non habent legem, scilicet posituam, faciunt naturaliter ea, quae legis sunt, id est ex naturali dictamine rationis faciunt ea, quae sunt de lege naturali, qualia solent mandari in lege positua: sicut decalogus est de lege naturali, & ponitur inter leges scriptas: quia magna pars intus positui est conclusio iuris naturalis, & per rationem naturalem fertur homo in illud, etiam antequam constituatur a conditionibus legum, & tamen ad implendum ea, quae sunt de iure naturali indigemus Deo, ut motore, & cooperatore. Sic dicit Augustinus lib. de spiritu & littera: Non moueat, quia naturaliter dixit, eos ea, quae legis sunt facere. Hoc enim facit spiritus gratiae, ut imaginem Dei, qua naturaliter facti sumus, instauret nobis, & vocatur ibi spiritus gratiae, id est voluntas Dei gratuita in nobis spirans, & nos mouens, & non aliquis habitus infusus nobis a Deo, quo operemur.

Ad secundum dicendum, quod omnia praecepta legis possumus implere, & ideo nihil Deus nobis mandauit impossibile: licet nullum de praeceptis eius sine eo possumus implere, siue accipiatur implere quantum ad substantiam operis, siue quantum ad intentionem legislatoris. Nam primo modo requiritur auxilium Dei mouendo, & deinde cooperando. Secundum modo requiruntur praedicta duo, & insuper habitus infusus nobis gratuitus, & gratificans: quia tamen Deus non deest petentibus eum, & illa, quae per alium possumus dicimus simpliciter posse, ut dicitur. 3. Ethyco. Quae per amicos possumus, & per alios, dicimus posse: non erit nobis impossibile aliquod praeceptum, & potissime quantum ad substantiam operis: Et ita libertas nostra ad implendum, & indigentia diuini auxilij: ita Hieronymus ibidem confiteretur sic nostrum esse liberum arbitrium, ut dicamus nos semper indigere diuino auxilio.

Ad tertium dicendum, quod verum est, quod illud mandatum potest impleri sine charitate & gratia prout est habitus infusus, & hoc quantum ad substantiam operis, & quantum sufficit ad satisfaciendum legitamen non ut est meritorium vitae aeternae: & tamen, etiam quantum ad substantiam operis non potest sine diuino auxilio impleri, ut est Deus mouens & cooperans: quia idem est de omnibus aliis praeceptis, & quibuscunque operibus bonis.

Ad quartum dicendum, quod si Deus peteret a nobis, quod non possemus statim facere per nos ipsos, vel alios, esset crudelis, & tamen omnia, quae ipse praecipit, possumus facere saltem quantum ad substantiam operis, cum ad hoc non indigeamus nisi generali auxilio eius, quod nulli subtrahit, sed etiam naturalibus rebus communicat: ideo non est crudelis iubendo, etiam si iubeat, quod haberemus charitatem, & gratiam, & virtutes, non esset crudelis: quia etiam hoc erat facile obtinere, cum quicquid ab eo petierimus statim concedit: sic est de necessarijs ad salutem nostram.

An homo possit sine gratia peccatum euitare.  
Quest. CLXXIX.

QVAERETUR, an homo possit sine gratia peccatum euitare. Aliqui dicunt, quod non possit euitare peccatum sine gratia: quia dicit Magister. 2. Sentent. dist. 28. quod homo ante recuperationem gratiae per liberum arbitrium non potest peccare et mortaliter. ergo sine gratia non potest homo peccatum vitare. Secundo, quia peccatum mutatum est liberum arbitrium in aliquo, sed in primo statu habuit homo quod bonum facere poterat, sed non meritorium, scilicet in primis naturalibus constitutus, & ante omne peccatum: ergo post peccatum saltem in hoc immutatum est liberum arbitrium, quod peccatum iam vitare non possit. Nam si posset vitare illud, ut quod in nullo differt

differat status naturae lapsae & integrae. Tertio quia dicit Augustinus lib. de vera religione, quod superbus necesse habet alij inuidere: eadem ratione, qui est in uno peccato necesse habet in aliud cadere: sed in presenti statu quod libet homo, aut est in peccato aut in statu gratiae: ergo videtur, quod si non est in gratia, non possit vitare peccatum. Quarto quia habens pedem claudum non potest ambulare nisi claudicando: sed peccatum est sicut quaedam curuitas voluntatis: ergo homo in statu peccati existens non potest non peccare. Quinto quia mors ex peccato secuta est, ut dicitur ad Romanos. 1. ergo ubi est necessitas moriendi, ibi est necessitas peccandi: sed in statu isto inest nobis necessitas moriendi. ergo inest necessitas peccandi. Sexto quia quancunque temptationi resistit, tentatione vincit: sed vincens premium aeternum promittitur. Apo. 2. & 3. c. cum ergo ad premium aeternum nullus sine gratia venire possit: videtur quod nec sine ea possit quis vitare peccatum. Septimo, quia dicit Augustinus lib. de Perfectione iustitiae: Qui quis negat nos orare debere, ne intremus in temptationem, negat autem hoc qui contendit ad non peccandum gratiae adiutorium non esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanam sufficere voluntatem, ab auribus hominum remouendum, & ore omnium anathematizandum esse non dubito.

Alij dicunt, quod possit homo sine gratia vitare peccatum: quia ut dicit Gregorius loquens de tentatione diaboli, per quam ad peccandum inducimur: Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem: sed quod est per voluntatem non est per necessitatem: ergo homo non superatur necessitate ad peccatum: sed potest illud vincere: & ita potest illud euitare: Secundo quia vbicumque est necessitas agendi, ibi est virtus determinata ad unum: sed hoc est contra rationem liberi arbitrij, quod non sit determinatum ad unum: quia non esset liberum: ergo homo etiam in peccato existens non habet necessitatem vitandi, sed potest peccatum vitare. Tertio quia nemo peccat in eo quod vitare non potest, ut ait Augustinus lib. de Duabus animalibus, & de Libero arbitrio. Si ergo homo existens in peccato non possit peccatum vitare, videtur quod peccando non peccet: quod est dare contradictoria. Quarto quia ad hoc homo corrigatur ad peccatum, ut non peccet, sicut Christus dixit. D. mulieri adulterae: vade, & amplius noli peccare. Io. 8. cap. Sed si homo in peccato mortali existens non posset non peccare, videtur quod frustra correctio ei adhibeatur: quod est inconueniens. Quinto quia Ecclesi. 15. dicitur: Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi: sed nemo peccando desinit esse homo: ergo adhuc est in potestate eius eligere bonum & malum, & ita potest homo peccatum vitare.

Dicendum, quod aliqui posuerunt esse in homine quandam naturam, id est sensitiuam, quod Manichei astruxerunt, & dicunt, quod ista natura necessario hominem ad peccandum impellit: iste tamen error excludit naturam liberi arbitrij, & naturam rationis & bonitatis. Vnde sicut repugnat fidei ita & philosophiae: quia posita necessitate peccandi omnis doctrina est superuacua: & tamen philosophi multum negociati sunt circa mores humanos dirigendos. Alij autem volentes seruare naturam liberi arbitrij dicunt, quod homo secundum suam naturalem virtutem sic conditus est ut peccatum vitare possit: sed per peccatum sequens virtus illa intantum mutata est, quod homo in peccato existens peccatum vitare non possit. sed in aliud peccatum precipitatur, nisi per gratiam liberetur. Et quia hoc modo videbantur ponere peccatum necessarium, quod ipsi non intendunt, dicunt quod homo in peccato mortali existens, potest quidem vitare hoc peccatum vel il-

lud, non tamen omnia, sicut de peccatis venialibus dicimus. Dicunt etiam, quod potest homo existens in peccato mortali manere ad tempus, ut non incidat in aliud peccatum mortale, & tamen non potest diu manere. Sed dicendum, quod etiam ista positio est falsa. Primum in quantum dicunt quod existens in peccato incidit in aliud necessitate, cum enim peccatum non tollat naturam. i. bona naturalia, sed illa diminuat, & debilitet, illud quod ad naturam pertinet, non poterit homo per peccatum perdere, sed infirmabitur in ipso. Cum igitur electio boni, vel fuga mali pertineat ad naturam liberi arbitrij, non potest esse quod per peccatum subtrahatur homini potestas fugiendi peccatum, sed solum, quod minuitur. scilicet quod illud peccatum, quod prius homo de facili vitare poterat, postmodum difficulter vitet. Secundum quod dicunt, scilicet quod existens in mortali potest vitare hoc, vel illud mortale, & quodlibet assignatum, sed non omnia, sicut est de venialibus, falsum est: non est enim simile de mortalibus, & venialibus. Primum quia forte nemo scit omnia venialia. Secundum & precipue quia accidit hoc propter primos motus: consistunt enim peccata venialia circa primos motus, in quibus non est deliberatus consensus, sed sunt subitanei motus: & interdum dum homo nititur resistere vni motui, insurgit alius, & antequam se homo dispoferit ad resistendum illi incidit in illum, eo quod antequam consentiat, vel dissentiat in eum incidit in peccatum veniale, & ita quodcumque peccatum veniale voluerit quis specialiter vitare, poterit vitare constituendo mentem suam vigilem contra illum motum, ne insurgat, vel in ipso ortu reprimatur: & tamen quia non est possibile, quod simul & semel sit mens armata & vigilans contra omnes motus, dum nititur resistere vni motui, contra quem vigilabat mens, insurget alius, contra quem non uigilabat, & ita ante consensus incidit in peccatum illud veniale. Et ista est vera causa, quare nemo sufficit per seipsum sine speciali Dei privilegio vitare omnia venialia, sed oportet incidere in aliqua: si autem nemo incidere in veniale nisi per consensus, posset homo per seipsum euitare sufficenter singula venialia, & omnia simul. De mortalibus aliter modus est: quia nemo incidit in mortale nisi per consensus, & contra omnia illa, in quae consentiendum est potest mens esse intentata, & peruigil: quia etiam si quis sit nunc armatus, & peruigil contra aliquod peccatum cuius tentationem valde timeret, & dum pugnat contra illud insurgat tentatio contra aliud peccatum mortale: non incidit in illud quousque mens conuertatur ad id, quod tentatio suggerit, & eligat consentire vel non: & ideo circa mortalia sicut est in potestate nostra euitare singula, ita etiam est euitare omnia simul. Tertium quod dicunt est, quod manens in peccato mortali potest aliquanto tempore vitare peccatum aliud mortale, ne in illud incidat, sed non diu. Sed istud non stat, quia si liberum arbitrium manens sub peccato potest aliquando resistere, poterit & semper resistere. Nam resistendo non efficitur infirmum, sed fortius: & ita quanto plura mala vitauerit, tanto ad maiora euitanda potens, & aptius efficitur, & hoc communius tenetur. Ideo supposito hoc dicendum, quod peccatum vitare potest dupliciter intelligi, scilicet aut peccatum iam commissum, aut peccatum committendum. Si accipitur de peccato commisso, dicendum, quod homo in peccato mortali existens non potest vitare peccatum mortale sine gratia. i. non potest exuere illud peccatum, in quo est, absoluedo se ab illo quantum ad maculam neque quantum ad reatum penae aeternae sine gratia liberantur: nam macula non tollitur nisi formaliter per gratiam, cum macula non dicat nisi priuationem gratiae, quae est pulchritudo aiae, obligatio etiam ad penam aeternam semper est in homine

ne quandiu est Deo inimicus, quod semper est quandiu non est in gratia eius. Et in hoc errat Pelagius, qui putabat hominem sine gratia per propria opera posse a peccatis preteritis se absolueri satisfaciendo pro illis: quod falsum est: quia sicut opera nostra non sunt meritoria vitæ æternæ sine gratia: ideo nullo modo à peccato preterito potest quis liberari sine gratia. De peccato committendo dicendum, quod potest homo vitare illud sine gratia, id est quantumcunque sit quis in peccato mortali graui, potest vitare quodcunque aliud peccatū mortale, ne in illud incidat, & hoc intelligendo per gratiam habitum infusum aliquem, quo anima formaliter grata redditur Deo: secus accipiendo pro voluntate Dei, quæ nos gratis ad bona mouet & cooperatur nobis ad illa, quia sine ista non possumus appetere aliquod bonum, neque vitare aliquod malum, cum etiam alia opera indifferentia, vel quæ non sunt bona ex genere, non possumus facere nisi Deo cooperante. Ad quorum maiorem euidentiam dicendum, quod de homine possumus dupliciter loqui, aut secundum statum naturæ corruptæ, vel secundum statum naturæ integræ. In statu naturæ integræ poterat manens sine gratia habituali vitare omne peccatum, tam mortale, quam veniale: quæ peccare nihil aliud est nisi recedere ab eo, quod est secundum naturam, quod vitare poterat homo manens in statu naturæ integræ, cum peccatum ex defectu proueniat: non poterat tamen homo etiam in illo statu vitare peccatum sine auxilio diuinæ conseruationis, sine qua non solum à ratione deficeret, sed et ab esse naturali: ista conseruatio dicitur etiam gratia, quia gratuito fit: non est tamen aliquid nobis habitualiter donatum. In statu autem naturæ corruptæ indiget homo gratia habituali sanante naturam ad vitandum omne peccatum, & ista sanatio per gratiam habitualem fit. Primo in appetitu rationali, secundò in appetitu sensitiuo: in appetitu quidem rationali potest fieri perfectus in hac vita per gratiam habitualem, in appetitu autem sensitiuo non fit hic perfectus, sed manet adhuc rebellio appetitus: & hæc distinguit Apostolus ad Rom. 7. cap. scilicet: Ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati. & ideo in statu naturæ lapsæ saltem homo manens in gratia potest vitare omne peccatum mortale, quod est in ratione, id est cauatur per consensum: non potest autem vitare quis omne peccatum mortale manens sine gratia, & etiam in gratia manens non potest omnia euitare, sed singula nisi ex privilegio speciali, quod rarissimis conceditur, & ratio est, quæ fuit supra assignata de peccato mortali & veniali. Sed circa peccatum mortale dicitur aliqui, quod qui est in gratia potest vitare omnia peccata, & singula: sed postquam incidit quis in peccatum mortale potest quidem aliquandiu vitare peccatum quodlibet, sed non diu. Et dicunt, quod ratio est, quia non est necesse, quod homo semper peccet, cum peccare sit actus, & non est homo semper in actu: ideo non peccat homo semper actualiter, ideo aliquandiu manet sine actu peccati mortalis, diu tamen sic manere non potest: quia ut ait Grego. super Ezechi. Peccatum, quod mox per penitentiam non deletur, suo ponere ad aliud trahit. Et huius ratio est, quia sicut superiori rationi debet subdi inferior: ita superior debet subdi Deo: & in ipso constitutere finem suæ voluntatis: per finem autem oportet, quod regulentur omnes actus humani, sicut per iudicium ratio nis debet regulari omnes motus inferioris appetitus. Sicut ergo inferiori appetitu non totaliter subiecto rationi non potest esse quin contingant motus inordinati in appetitu sensitiuo: ita in ratione hominis non subiecta Deo consequens est, ut contingant multe inordinationes in ipsis actibus rationis. Sed hoc vide-

In statu naturæ lapsæ indiget homo gratia habituali ad vitandum omne peccatum.

Penes peccatum mortale nonnullorum opin.

tur esse contra ea, quæ supra dicebantur, scilicet, quod non solum ad tempus, sed etiam ad semper possit homo vitare omnia peccata mortalia: licet sit in peccato mortali, & hoc quia non infirmatur liberum arbitriū per tempus. Dicendum quod non contingit diu manere sine peccato mortali eum qui semel in peccato mortali manet: sed rursus in aliud peccatum incidit, & post in alterum, nisi per gratiam à priori peccato fuerit sanatus. Et ratio est, quia cum homo non habet cor suum firmatum in Deo, ut pro nullo bono conseruando, vel malo vitando à Deo separari velit, occurrunt multa, propter quæ consequenda homo recedit à Deo contemnendo præcepta ipsius, & ita peccat mortaliter. Hoc autem non accidit quando est homo in gratia: quia tunc est mens nostra subiecta Deo, & firmata ita, ut pro nullo bono acquirendo vel malo vitando velit ab eo recedere: Et manendo in ista stabilitate potest mens manere in perpetuum sine peccato euitando omnia & singula. Sed quando quis manet in peccato mortali nondum sanatus per gratiam, est ratio deordinata: quia non est in ea fixum quod non recedat a Deo propter bona aliqua consequenda, vel mala euitanda, & ideo adueniente tentatione aliqua ad concupiscendum bonum, vel fugiendum triste, cum facilius sit hoc agere quam contrarium, facit illud homo: nisi forte sit in eo aliquid, quod ad contrarium inclinet, & tamen non est: quia non est ibi gratia, quæ rationem ordinet in Deum: sed est deordinatio in anima, secundum quam naturalis est ei moueri deordinatè ad bonum iudicatum in creatura: & iste motus est peccatum mortale, & sic manent in peccato mortali est quasi naturale peccare mortaliter quousque sanetur per gratiam: facere autem bonum est difficile, id est quasi contra naturam. Secundò quia cum per peccatum mortale non sit ablatum totum bonum naturale, sed adhuc maneat libertas arbitrii, potest existens in peccato mortali eligere id, quod bonum est, cum etiam peccatum mortale non absteruerit cognitionem illius, & tamen ad hoc oportet quod maneat homo semper cogitans, & peruigil, ut insurgente quacunque tentatione ex illa cogitatione, & actuali consideratione boni retrahatur a malo, quod tentatio suggerit, & moueatur ad bonum, quod ratio iudicat, sed manere talem cogitationem actualem semper non est possibile, sed interdum tentationes nos repentine occupant, & antequam contingat nos venire in cogitationem illam precipitamus in peccatum per consensum voluntatis, qui non fuisset, si pro illo tempore occurrisset nobis cogitatio peruigil de vero bono & malo: non existente autem tali consideratione operatur homo secundum dispositionem, quam habet, quæ quasi naturaliter inclinatur: sed qui est in peccato mortali, est secundum hoc inclinatus & dispositus ad malum per dispositionem deordinatam rationis: ideo secundum eam mouetur antequam multum præcogitauerit. Nam in repentinis mouetur homo secundum habitum, vel secundum finem iam præconceptum, ut dicit Arist. 3. Ethy. & ideo in repentinis cognoscitur habitus, ut ibidem dicitur. Cum autem aliquid sit ex magna deliberatione, potest quis operari virtuosè, qui non est virtuosus, neque habebat præconceptum virtutis opus facere: sed quia ex tempore iudicat sibi conueniens esse, vel ad euadendum mala, vel ad consequendum vitia aut delectabilia facere aliquid virtuosum: eligit illud facere, et si difficile sit sibi talia operari. Si tamen subito offeratur homini aliquid agendum, vel non sit locus magno consilio taliter quicquid ager quilibet habitum habuerit, vel qualis finem ante hoc præconcepit, & in animo suo firmauerat, & id ut dicitur est Aristot. ponit unum signum cognoscendum habitus cuiuscunque ex repetitis operationibus. 3. Ethy. & quia longum tempus

Gratia rationis in Deo ordinat.

Qui est in peccato mortali est inclinatus, & dispositus ad malum.

Vnus signum cognoscendum habitus est ex repetitis operationibus.

tempus deliberandi non occurrit nobis semper siue per magnitudinem passionis vrgentis, & valde impellentis, ut est passio venerorum, quæ quodammodo cogit, & vehemens ira quando inflammat, vel propter instantiam pericula sicut circa actum fortitudinis ad agrediendum vel sustinendum, ubi vel statim oportet aggredi, vel sustinere accedit statim cedere, & fugere, & non est tempus longæ deliberationis: vel propter quancunque aliam conditionem rei exterioris, quæ paruum tempus deliberandi concedit: ut si dicatur alicui: si statim feceris tale, vel tale dabuntur tibi tantæ diuitiæ, quod si non feceris statim, etiam si postea facias nihil tibi dabitur, & insuper perdes quicquid possides, in talibus enim ager quilibet iuxta habitum, quem habet vel dispositionem vel iuxta finem iam præconceptum. Et ista est causa communior quare peccamus, scilicet, quia occurrunt nobis subitanea talia, quæ longum consilium non patiuntur, ut in venereis patet. Nam licet tempus ad deliberandum nobis non sit breue ex parte alicuius rei exterioris, quæ cogat, vel statim agere vel statim cessare: tamen passio venerorum est ita vehemens, quod statim mentem suffocabit, vel statim repellenda est, antequam magis inualescat & dominetur. Si autem non esset illa ita fortiter alliciens, sed tepidè, poterat suspendi consensus diu, & interim poterant occurrere multe cogitationes bonæ quæ ad contrarium suaderent: sed quoniam ita vehemens est necesse est, vel statim eam eo animo repellere, vel statim consentire in eam, id est in actum, quem suadet vel in delectationem cogitationis de ea, quod est quoddam consentire in eam. Et hoc quidem est verum quantum ad actum rationis. Nam licet non statim effugatur ipsa passio concupiscentiæ venerorum, prout est motus quidam in nobis factus: sed interdum diu duret: tamen ratio aut statim consentit in actum, aut delectationem, aut statim dissentit: & non est possibile longas esse inducias: quia non patitur hoc conditio concupiscentiæ huius: & ita in his, qui statim non resistit, statim est superatus, & peccat. De passione iracundiæ idem est: quia illa est nimis impetuosa, & rationem non profectè audit, ut dicitur 7. Ethy. & ita per deliberationem longam non resistimus ei: quia ipsa non concedit talè deliberationem, sed vel statim comprimitur, vel statim superatur existentes in aliquem actum, quem illa suadet. Ad resistendum ergo ei necessarius est habitus, vel præconceptio finis præstituti à nobis, quæ sunt dispositiones inexistentes, & insurgente quocumque motu statim agimus secundum illa, quia in actu habemus. Si autem habitus mansuetudinis vel dispositio aliqua ad resistendum iræ, vel præconceptio finis de resistendo omni iræ propter aliquid non præcesserit: nunquam resistemus alicui iracundiæ per consilium & deliberationem, quia ipse motus impetuose surgens, impedit fieri consilium, & deliberationem de nouo. Idem autem est quodcunque ex conditione rei exterioris paruum tempus deliberationi conceditur: quia ibi si magnum tempus concederetur, aliqui fortè contemnerent diuitias oblatas, ut non facerent quod ab eis petitur: quia diuersa occurrerent ei cogitanti, quæ ab hoc dissuaderent: cum autem paruum deliberandi tempus conceditur, diuitiæ vel res promissæ multum mouent, quæ simul hnt totam suam vim impellendi: eo quod totum bonum earum notum est: ea verò quæ ab eis dissuadere debent, non cito occurrunt: ideo superatur propter breue tempus, quod non superaretur concessis longis inducijs deliberandi. Et iste est modus, quo in peccata precipitamus: quia sit nobis breuis deliberatio ex aliqua parte: & id raro accidit posse resistere ex sola deliberatione: sed resistimus quoniam habitum habemus contrarium, vel dispositionem aut præcon-

Cum communis quare peccamus.

In concupiscentiis venereis qui statim non resistit, statim est superatus.

Modus quo in peccata precipitamus.

ceptionem finis, & hoc præcipue est, quia antequam insurgant passionibus, non sunt in nobis præmeditationes. Nam si quis peruigil esset quasi timeret inuadi ab aliqua passione, & ante illius aduentum cogitare tan bonum esset facere, quod illa suadet, etiam sine habitu & præconceptione finis posset resistere per deliberationem, & tamen non contingit hominem esse peruigile circa omnia: ideo cum non maneat homo diu, quin surgat in eo aliquis motus appetitus ad rem, in qua peccare potest, & qui in peccato mortali manet, non habet in se aliquem habitum, vel dispositionem vel præconceptionem finis, cum gratiam non habeat, ager secundum deordinationem voluntatis suæ, & peccabit, & ideo qui in peccato mortali est, non potest diu manere, quin incidat in aliud mortale, nisi per gratiam reparatur: si enim ad gratiam redeat, tunc poterit manere semper sine peccato euitando omnia mortalia. Cum autem obieciatur, quod si potest manere aliquando non incidendo in peccatum, qui semel est in mortali, poterit semper: quia liberum arbitrium resistendo non debilitatur. Dicendum, quod non potest diu manere vitando peccata: quod autem maneat ad paucum tempus & non ad multum, non id fit, quasi aliquibus tentationibus resistere possit, & non ideo, vel non multis: sed quia nulli resistere aptus est. Nam cum non habeat habitum neque dispositionem ad bonum, neque præconceptionem finis: sed solum deordinatum voluntatis per quam ad malum determinatur quodcunque incidit tentatio peccabit: quia habet per quod determinatur ad malum, & non per quod fluctatur in bonum: sed quia non insurgunt semper actualiter in homine motus tentationum, vel concupiscentiarum etiam si in peccato mortali maneat, non oportet, quod semper peccet. Semper autem peccaret, si continue insurgerent concupiscentiæ ad mala. Quod autem diu non maneat sine peccato, in quod de nouo incidat: ideo fit, quia, non potest homo diu manere sine motibus concupiscentiarum, & occurrit aliarum rerum, in quibus contingit peccare, & illis statim assentit, & ita ratio non tenet: quia illa præsupponebat, quod existens in peccato mortali posset euitare aliquando peccata, & postea non: quia tunc debilitaretur liberum arbitrium resistendo, quod falsum est quia non est virtus fatigabilis. Sed tunc dicitur, quomodo stare potest ista positio cum precedente: quia ibi dicebatur, quod existens in peccato mortali, cum non perdat naturam liberi arbitrii, potest euitare omne peccatum mortale & singula: hic autem dicitur quod nullum potest euitare. Dicendum quod veritas est, quod existens in peccato mortali nullum peccatum mortale euitabit, cuius concupiscentia insurgat in eo, & tamen potest euitare singula, & omnia ista sic sistant liberum arbitrium habet de natura sua quod possit se determinare ad hoc vel ad illud, & ista possibilitas nunquam tollitur, etiam existenti in peccato mortali: unde existente aliquo in peccato mortali circa venerea, vel iram si insurgat rursus motus libidinis, vel iracundiæ manet ei libertas ad eligendum & determinandum se ad hoc quod eligat non fornicari & irasci: & tamen non determinabit se ad hæc: sed ad fornicari & irasci. Et ratio est, quia aliud est, quod quis possit se determinare ad hoc vel ad illud, & aliud se determinet potius ad hoc quod ad illud. Nam ad utrumque potest se determinare, & tamen non se determinat nisi ad unum, quia opposita nemo potest simul eligere. Ad hoc autem quod possit se determinare ad opposita nihil requirit nisi natura libera arbitrii, & non est alia causa ad hoc, quod specialiter se determinet modo ad hoc & non ad aliud, vel è contrario, non sufficit natura liberi arbitrii, sed oportet poni aliquam causam. scilicet quia hoc videtur sibi melius quod illud, vel aliquid propter quod magis placet

Quomodo existens in peccato mortali potest euitare vitare peccata.



placet hoc illud: licet ita cause non sunt necessarie ad determinandum: quia tunc tolleretur natura liberi arbitrii: sed tales sunt, quod mouent aliquo modo, sed non cogunt, & possent abici per liberum arbitrium. Hoc modo videbitur quomodo, & quando mouebitur quis ad peccandum, & quando ad bene agendum: si quis sit in peccato mortali, & insurgat ei tentatio irae vel auaritie, habet quidem facultatem liberi arbitrii, ut possit determinare se ad hoc vel ad illud, & tamen determinabit se ad illud, ad quod fortius motuum habuerit. Ad peccandum autem habet iste primum motuum passionis, qui allicit mouendo sub ratione boni ad aliquid, quod ut bonum ostendit, & etiam est motuum propter fugere tristitiam: quia tolerando passiones, ut illis non assentiamus, est magna afflictio, & quilibet desiderat fugere tristitias. Tertium motuum est deordinatio voluntatis, que causata fuit per peccatum mortale procedens, & in illam deordinationem est sibi quasi naturale agere deordinatè. Ad bene agendum autem nullum motuum est in eo. Nam non est habitus inclinans ad bonum, neque preconceptio finis non habitus: quia non habet gratiam neque charitatem: quia per peccatum perierunt: etiam non preconceptio finis: quia qui peccauit mortaliter conuertit se à creatore ad bonum commutabile: & quando non redit ad gratiam, semper manet ista deordinatio finis, scilicet quod ad fruendum bono creato moueatur: ideo non est aliquod motuum ad bonum: sunt autem tria motiua ad malum, & sic voluntas determinabitur ad malum, id est ad iram & auaritiam, & non in fugam istorum: quia non habet, per quid moueatur ad illud, & ita dicitur, quod non poterit euitare peccatum mortale qui est in peccato mortali, id est, non habet aliquod motuum ad euitandum, & ita nunquam euitabit quando fuerit in peccato mortali: tamen non cogitur peccare mortaliter insurgente quacunque tentatione, cum maneat liberum arbitrium.

Cic' quib' mo' det qd au' peccan duin.

Quo pot' quis reduci ad gratia qua p'didit.

Peccare dupliciter accipitur.

pot se determinare ad euitandū, & tñ si insurgeret passio, nunq̄ euitabit peccatū, quando in peccato est, ut fuit declaratum.

Ad secundum dicendum, quod pro peccatum non fuerunt ablata hoi naturalia, sed in eis vulneratus est liberum arbitrium autem est naturale hoi sicut esse animam, ideo pro peccatum non perdidit illud, & id quicquid poterat ante peccatum, potest post peccatum, sed non potest illud ita bene, & faciliter. Nam ante peccatum non erat passio incitans ad malum, & disturbans a bono, ideo non erat vlla pugna neque difficultas ad hoc, quod bonum vellet homo per liberum arbitrium: nunc vero quia sunt motus passionum, non eligit homo bonum sine difficultate quadam: ideo post peccatum sine gratia potest homo vitare peccatum mortale, scilicet habet facultatem arbitrii, qua existente non potest cogi ad peccandum, & tñ nunquam vitabit peccatum mortale ad quod passio insurget, quando manerit in peccato mortali.

Ad tertium dicendum, quod verbum Aug. non intelligitur de necessitate absoluta, sed de necessitate conditionata, quae est necessitas finis. Ad superbum. n. p. tinet excellentiam propriam quaerere, & illam singulariter velle. Si autem isti fini adhaerere vult: necesse est ut inuideat excellentie aliorum, querendo excellentiam propriam, quia velle excellentiam non est velle perfectionem simpliciter vel bonum, sed velle bonum, in quo excedat alios, & tñ si alij sunt excellentes aut perfectione habentes, in illas perfectiones iste non potest illos excedere, vel minus excedit quod vult: ideo conditioni superbi repugnat pati aliorum excellentias, uel probitates: ideo qui superbus esse vult, necesse est, quod sit inuidus, id est ut velle, quod alij nullam excellentiam, aut perfectionem haberent: & tamen qui semel est superbus, non est necesse, quod semper velit esse superbus, & ita non est necesse, quod in actum superbie exeat: potest. n. de vno vitio transire in aliud totaliter illud dimittendo, vel transire ad gratiam siue ad bonum ex genere: & ita non est necesse, quod qui est semper superbus, semper superbiat, & consequenter neque inuideat: & tñ si superbus manere vult, necesse est, quod inuideat.

In statu nature la. p' se no' fit ho' eligere bonu' sine difficultate.

Ois sup'p' necesse est quod sit inuidus.

Ad quartum dicendum, quod habens pedem claudum non potest ambulare nisi claudicando, & tñ existens in peccato mortali potest agere aliquid non peccando, quia illa ratio tenet in illis, qui agunt ex necessitate naturae in quibus operatio sequitur de necessitate secundum exigentiam perfectionis, vel formae aut scilicet defectum operantis: non autem tenet hoc in voluntariis, quia homo habens virtutem potest uti virtute, vel non uti illa: licet illa sit habens determinans ad bonum, sed non determinat sub necessitate, & è contrario habens habitum vitiosum potest non uti illo, & ita facere bonum. Et ita est de ista inter ista prima, quia habens pedem claudum nunquam ambulat, nisi claudicando, & tñ existens in peccato mortali aliquid operatur aliquid non peccando mortaliter: sicut quando nulla tentatio insurgit. Secunda differentia est, quia est insurgente passione quae semper peccat existens in peccato mortali non est similitudo ad habentem claudum pedem: quia ille non ambulat aliquid nisi claudicando, & non potest ambulare non claudicando, & necesse est, quod claudicat si ambulat: qui vero est in peccato mortali, licet insurgente tentatione semper peccet, ut supra dictum est: non est tñ necesse, quod peccet, quia liberum arbitrium habet, per quod possit se determinare ad oppositum, licet non se determinet.

Ad quintum dicendum, quod non tenet consequentia, quia tunc aequaliter concluderetur tam pro existente in gratia, quam existente in peccato mortali. nam omnes habent necessitatem moriendi, existentes in gratia possunt vitare omnia peccata mortalia.

Secundo

Secundo, quia sequeretur, quod tunc semper esset homo in peccato mortali. Nam quamdiu homo uiuit, semper est subditus necessitati moriendi: ergo semper esset in peccato mortali: quod falsum est. Tertio, quia transiente peccato manet pena interdum: ideo licet maneat mors, non est necesse manere peccatum. Quarto, quia peccatum est voluntarium, pena tamen est inuoluntaria: ideo potest semper manere, vel diu poena. i. mors, non manente peccato. Aliter dici potest, quod mors & peccatum se consequuntur: & tamen mors non fuit data in penam pro quolibet peccato, sed correspondet soli primo peccato, ex quo tota natura infecta est. Et de hoc verum est, quod sicut à necessitate moriendi nemo potest liberari, nisi per gratiam: ita & à necessitate subiaccendi illi peccato per originem à parentibus in posteros transfuso, non potest quis liberari, nisi per gratiam. i. per speciale priuilegium, quod non incidat in originali, vel postquam incidit, non potest nisi per gratiam ab illo liberari. De mortali actuali secus est, quia non est necesse incidere in illud.

Ad sextum dicendum, quod potest quis sine gratia resistere peccato, sed non potest victoriam habere de peccato, quia ista possunt differre. Dicunt, quod quicumque vitat peccatum, resistit peccato, & hoc potest fieri etiam sine gratia: & non oportet, quod tunc homo resistendo peccato mereatur vitam aeternam: sed ille proprie vincit peccatum, quod potest pertingere ad hoc, contra quod est pugna peccati, & hoc est vita aeterna, & istud non potest esse nisi in eo, qui operat opus meritorium, & victoria talium meretur vitam aeternam, & non fit sine gratia. Aliter potest dici, & melius, quod existens in peccato mortali potest vitare quodcumque peccatum mortale. i. habet naturam liberi arbitrii, per quod se potest determinare ad vitandum, quia non habet motiua ad vitandum illud, nisi per accidens. Sed in hoc sciendum, quod non est sensus, quod existens in peccato mortali, non possit euitare aliquod peccatum mortale, ita quod incidat in quodcumque, cuius tentatio insurgit ab intra, vel ab extra: saluum enim est: quia sunt quaedam peccata, quae quis valde horret non in quantum sunt contra Deum, sed in quantum ipse naturaliter dispositus est ad illa fugiendum, cum & ipsa inter se sunt contraria: & etiam si sit in peccato mortali, & proponatur sibi, ut talia faciat, resistit illis. Manifestum est enim quod si alicui existenti in peccato mortali libidinibus, vel gula suggerat demon, vel alius homo, quod occidat patrem, vel seipsum, quod est peccatum mortale, non faciet illud, quia tunc, qui vnum malum faceret, omnia mala committeret: & ita de multis alijs peccatis mortalibus, & hoc, quia non habet motiua ad illa. Nam licet gratia careat, poterit resistere talibus per dispositionem naturae suae, quia non perit tota rectitudo rationis per peccatum mortale: & ita iudicat ista valde mala: ideo mox, ut proposita fuerint, refugit illa, & horret, & illud est sufficiens principium ad illa vitandum sine gratia. Etiam, quia sunt quaedam bonae inclinationes naturales, quas vocamus virtutes naturales. 6. Ethic. cap. vi. & per tales fugimus multa mala: non tamen vitam peccatum mortale meritorie sic: quia non agimus propter Deum, neque cui gratia, & charitate, sed per rectitudinem rationis, quae non perit tota, & per rectas inclinationes naturales, quae non abolita fuerunt poenitus per peccatum. Maxime quando non incurrimus in peccatum contrarium illis: ideo existens in peccato mortali multis tentationibus potest resistere sine gratia. Sed intelligitur hoc quantum ad illa peccata, quae sunt circa obiecta, quae ab omnibus appetuntur, ut circa iram, libidinem, honoris, & diuitiarum desiderium, ad quae in singulis hominibus adiuvat naturaliter inclinatio: tunc enim, qui est in peccato mortali, ut communiter vincitur à talibus tentationibus, Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

Qui est in peccato mortali facit ab ira, & libidine vincitur.

Nam non est dispositio naturalis contraria, non est et habitus contrarius, sed potius habitus vitij, non est et habitus gratuitus. i. gratia, vel charitas, cum iste ponatur esse in peccato mortali, ideo non manet ei aliquid, per quod resistat: ideo communiter tales incidunt in peccatum insurgentibus huiusmodi tentationibus: maxime cum iam sit deordinatio voluntatis, quae constituit finem in fruitione creaturarum auertendo se à Deo. Sed adhuc dicendum, quod circa talia non superatur semper, qui est in peccato mortali: quia licet sit in vno peccato mortali, potest esse, quod habeat habitum fortem virtutis moralis circa obiectum illud circa quod tentatur: & tunc etiam si gratiam non habeat, resistit peccato: licet non meritorie, & non quidem ex praemeditatione, sed ex habitu. Nam licet omnes habitus gratuiti, qui infunduntur à Deo, pereant per quodlibet peccatum mortale: morales tamen, qui per assuetudinem generati sunt, non pereunt, & ita fortiter mouent ad resistendum passioni inclinanti ad oppositum. Ideo istud maxime intelligendum est, de peccatis illis, in quae semel quis cecidit: ut si quis fornicatus est, vel concupiuit aliena, aut detrahit: quamdiu manet in peccato isto, si insurgat tentatio ad rursum fornicandum, vel concupiscendum aliena, non habet iste, per quod resistat: ideo praecipitur in peccatum, quia neque habet inclinationem naturalem contrariam, neque habitum, neque gratiam, & est voluntas iam deordinata: ideo habet multa, per quae se determinet ad peccandum, & nihil per quod determinet se ad fugiendum peccatum: ideo peccabit surgente passione. Et hoc verum est, nisi per accidens, ut si tali passione insurgente insurgat timor, aut verecundia, vel alia passio fortior, quae impediatur operari, etiam non habedo respectum ad Deum, quia voluntas deordinata, quae iam se conuertit ad creaturam, non ablinet ab opere malo propter Deum, quamdiu in peccato mortali manet: & ideo verum est, quod existens in peccato mortali, non potest vitare omnia, & singula peccata mortalia, quamdiu sic manet, sed potest vitare aliqua, scilicet, quod licet aliqua possit euitare, tamen ad alia insurgent tentatio, quibus non poterit resistere, quia quaedam sunt, contra quae non habemus naturalem inclinationem, sed potius ad illa inclinamus, ut ad iram, libidinem, & desiderium honoris, & laudis: & non habemus habitum moralem acquisitum ad resistendum passionibus circa talia. Etiam non habemus habitum gratuitum infusum. Etiam non sumus vigilantes, & praemeditari circa illa in talibus passionibus, si insurgant ei, qui est in peccato mortali, incidit sine dubio in peccatum, quia non habet aliquid in se, per quod resistat, nisi per accidens insurgat alia fortior passio, quae impediatur ab illis, quia tunc efficiuntur vigilantes circa talia propter passionem oppositam, quae insurgit, quae cogit ad sui considerationem.

Habitus morales praesuetudinem generati non pereunt per peccatum mortale.

Ad septimum dicendum, quod Aug. dicit anathematizandos eos, qui asserunt hominem posse peruenire quo tendit sine gratia Dei, & verum est, quod tendit homo ad vitam aeternam, quae est finis nostrer, qui sine Dei gratia nemo meretur: non solum, ut est gratia voluntas Dei gratis oia donans, sed etiam, ut est habitus gratuitus infusus animae. Sed etiam accipiendo quantum ad euitationem peccati verum est, quod qui putat posse euadere omnes tentationes sine Dei gratia anathematizandus est, quia eo faciente quaedam non insurgunt, quae grauissima insurgent, & eas, quae insurgunt non possumus superare, nisi per gratiam, quia vel habebimus gratiam, quae est habitus infusus, vel saltem gratiam, quae est adiutorium diuinae cooperationis, & cum ipse, ut causa vniuersalis concurrat nobiscum in omnibus operationibus, & non sit possibile nos aliter facere quidquam: certum est, quod non solum superare, imò neque pugnare poterimus.



Cooperatio Dei, qua nos adiuuat, nisi gratia dici potest. rimus contra passiones, nisi Deo cooperante: & ista cooperatio vocatur gratia Dei, quia Deus gratis nos adiuuat: & tamen interdum possumus euitare quaedam peccata sine gratia, quae est habitus, sed non omnia, neque diu, & hoc, quia non potest homo diu manere peruigil circa omnes passiones, neque diu homo manet, quin insurgant ei aliqua passiones tales, circa quas non vigilando praecipitur: & ideo non potest diu manere vitando mortale, qui est in peccato mortali.

Argumenta autem in contrarium videntur probare, quod homo per se sine gratia possit vitare peccatum, quod non est verum: ideo ad illa respondendum est.

Ad primum dicendum, quod diabolus non potest vincere nisi volentem: & tamen non potest homo poenitus vitare peccatum sine gratia. Et verum est, quia daemones non potest compellere hominem ad peccandum, aut ad aliquid agendum, quia liberum arbitrium etiam gratia destitutum compelli non potest, & non differt, quod homo superetur a daemone, vel a carne non tentante demone, quia non fit praecipitatio in peccatum quantum ad eum, qui est in peccato mortali propter vehementiam tentationis, sed quia est destitutus omni auxilio, & motiuo ad bonum, & non habet per quod se determinet ad illud: unde etiam per minimam tentationem poterit superari: & tamen dato, quod homo quocumque superetur a tentatione superatur volens: tamen interdum non potest resistere, scilicet, quia non habet aliquid, per quod determinetur ad volendum resistere passioni, ut bonum sequatur.

Ad secundum dicendum, quod ubi est simpliciter necessitas agendi, est determinatio ad vnum, & verum est, quod ubi est liberum arbitrium, neque est necessitas agendi, neque determinatio ad vnum certum quid: prout necessitas dicit compulsionem, vel etiam inevitabilitatem: & ita concedimus, quod existens in peccato mortali, non potest vitare omnia peccata: & tamen non cogitur committere aliquod illorum, neque est inevitabile, quod committat illud, sed ideo non potest euadere, vel euitare illa, quia non habet aliqua motiua ad determinandum voluntatem ad bonum: tamen ipsum liberum arbitrium adhuc liberum manet, & potens se determinare ad vtrumque.

Ad tertium dicendum, quod nemo peccat in eo quod nullo modo potest vitare, scilicet, agendo quantum in se est, ut illud vitet, & hoc modo quilibet potest vitare omnia peccata, quia si homo agit quantum potest, habebit gratiam, & habendo illam poterit superare omnia, & singula peccata mortalia: si autem ad gratiam non praeparat se agendo quantum potest, non excusatur a peccatis, quae committit etiam si sine gratia peccata vitare non possit: & verum est, quod sine illa non potest vitare omnia, neque omni tempore, sed aliqua, & aliquando: non autem longo tempore, ut dictum est.

Ad quartum dicendum, quod licet existens in peccato mortali non possit vitare omnia peccata, utilis est correctio, quia illa incitat eum, vel stimulat ad parandum se ad recipiendum gratiam, per quam omnia peccata vitabit, sed hoc est, quando ille, qui corrigitur est filius Dei, quem ipse cognoscere dignetur, alioquin superuacua est correctio. Sic dicit Aug. lib. de Correctione, & gratia: Correctio utilis est, ut ex dolore correctionis voluntas regenerationis oriatur: si tamen qui corripitur filius est promissionis, ut strepitu correctionis insonante, aut flagellante Deus intrinsecus in illo occulta inspiratione operetur, & velle: ideo omnibus peccantibus necessaria est correctio ad hoc, quod boni fiant:

quia praeter Dei operationem necessaria est voluntas necessaria ad iustificationem nostram, cum nemo iustificetur nisi volens, & per correctionem stimuletur quis, ut velit: & tamen correctio licet sit necessaria, non est sufficiens sine Dei auxilio. Sic dicitur Eccl. 7. ca. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.

Ad quintum dicendum, quod existens in peccato mortali potest eligere bonum, vel malum, quod sibi placuerit, cum maneat sibi liberum arbitrium: quia tamen non habet aliquid, per quod determinetur ad bonum non placet illud sibi: & ita non eligit illud, sed si haberet aliquid, per quod illud sibi placeret eligeret illud.

Alij dicunt, quod illa auctoritas intelligitur de homine in statu naturae conditae, antequam esset seruus peccati, ut exponit August. in Impugnacione. Vnde poterat tunc peccare, & non peccare. Et tamen veritas est, quod siue tunc, siue nunc datur homini quod vult bonum, vel malum: sed quod bonum vel non est homo sufficiens a seipso, sed indiget auxilio gratiae: non quidem ad hoc, quod illud possit velle, quia istud per auxilium gratiae habet, sed ad hoc, quod se determinet ad illud, ad quod non habet motiuum a seipso, sed indiget gratiae auxilio.

An homo resurgere possit a peccato sine auxilio gratiae. Quaestio CLXX.

QVAERERE TVR, an possit homo resurgere a peccato sine auxilio gratiae. Aliqui dicunt, quod sic, quia illud, quod praesupponitur ad gratiam, fit sine gratia, sed resurgere a peccato requiritur ad illuminationem gratiae, ad Eph. 5. Surge, qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te Christus: ergo resurgere a peccato mortali poterit quis sine gratia. Secundum, quia peccatum opponitur virtuti, sicut morbus sanitati, sed homo per virtutem naturae potest resurgere de aegritudine ad sanitatem sine auxilio exterioris medicinae: eo quod intus manet principium vitae, a quo procedit operatio naturalis: ergo similiter poterit homo reparari per seipsum redeundo de statu peccati ad statum iustitiae sine auxilio gratiae exterioris. Tertio, quia quaelibet res posita aliquo modo extra conditionem, vel statum naturae suae potest redire per seipsum ad conuenientem statum naturae suae: sicut aqua calefacta redit per seipsum ad naturalem frigiditatem, & lapis sursum proiectus per seipsum redit ad suum naturalem motum deorsum: sed peccatum est aliquid contra conditionem naturae: ergo poterit homo per seipsum redire de peccato ad statum iustitiae.

Dicendum, quod homo per seipsum non potest resurgere de peccato, quod Apost. inducit ad Gala. 2. dicens: Si data est lex, quae posset iustificare: ergo Christus gratis mortuus est. inuultus, vel sine causa: & ita innuit, quod ad hoc, quod Christus vtiliter moreretur, oportebat, quod mors sua esset necessaria, & non posset homo aliter iustificari, nisi per illam: & tamen si homo per seipsum posset de peccato resurgere: adhuc magis sine causa mortuus esset Christus: quia non solum non indigeret ad iustificationem suam morte Christi, sed neque etiam iustificatione legis: & tamen hoc est maximum inconueniens, dicitur Christum mortuum esse gratis. inuultus: ergo non potest homo resurgere a peccato sine gratia iustificante, & non per seipsum, & in hoc nullum dubium est.

Pro quo sciendum, quod resurgere a peccato potest dupliciter accipi: vno modo pro cessatione ab actu peccati: alio modo pro quadam reparatione, per quam homo redit ad omnia illa, quae per peccatum amisit. Accipiendo primo modo potest homo resurgere a peccato sine auxilio gratiae, & hoc sine cesset ab actu continuo peccati, sicut est detentio rei alienae, quae semel

Nemo iustificatur, nisi volens.

Homo peccans in multa macula incidit.

Homo de se liberari non potest a macula inquam per peccatum incurrit.

semel ablata est, & tamen quamdiu detinet eam, qui anima illustretur diuino lumine: ideo ad reparationem requiritur habituale donum manens in anima, & decorans eam, quod est gratiae lumen: quod vocatur lumen, non solum in quantum perficit intellectum, sed in quantum illustrat, & decorat totam animam, sicut res pulchrae habent colores viuidos, vel lucem quandam. Secundum autem, id est, ordo naturae reparati non potest, nisi per Deum. Nam deordinatio ista fuit per hoc, quod voluntas recessit a Deo desiciens ei subdi, & debet reparari per hoc, quod ei iterum subdatur, sed hoc fieri non potest, nisi Deus eam ad se trahat. Sic dicit Christus: Nemo potest ad me venire, nisi pater meus traxerit eum. Io. 5. cap. Tertium autem, id est, reatus aeternae poenae non potest auferri, nisi per Deum, in quantum illa obligatio ad poenam est per offensam commissam, quae in eum commissa est, qui est iudex viuorum, & mortuorum. Act. 10. cap. ab ipso ergo solo auferri, vel remitti potest: & ideo nemo a peccato resurgere potest, quod est liberari ab his tribus, nisi per gratiam Dei auxiliantem tam infundendo gratiam, quae est habitus, quam mouendo voluntatem ad se, & remittendo poenam aeternam, ad quam quis est obnoxius.

Ad primum dicendum, quod resurgere a peccato ut dictum est, dicit liberari ab omnibus tribus detrimentis supra positis. Et in hoc sunt duo, vnum est moueri ad liberationem istam, aliud est poenitus liberari, & ambo tanguntur in auctoritate illa. Primum, cum dicitur, surge, qui dormis, & exurge a mortuis. Secundum in quantum dicitur, illuminabit te Christus: primum fit per hominem, & non sine gratia: secundum fit totaliter per gratiam. Ordo autem est, quod cum quis est in peccato mortali Deus pulsat cor eius mouendo ipsum, ut cupiat deserere illum statum, & tunc ipse apponit conatum suum, ut dimittat illum, & cum apposuerit infundit ei Deus gratiam, per quam iustificatur, & resurgit, vel liberatur totaliter a peccato. Primum enim fit per hominem, in quantum nihil aliud est, nisi apponere conatum nostrum arbitrii ad resurgendum: & ideo nominauit Apostolus actum nostrum, dicens: Surge qui dormis, exurge a mortuis. Et tamen iste motus nostrus, non est sine gratia, non quidem habituali, sed gratia, quae est voluntas Dei gratis mouens nos ad bonum: quia tamen actus est nostrus, scilicet, appositio conatus liberi arbitrii ad bonum, licet a Deo sit motiuum eius: nominat Apostolus illum actum nostrum, scilicet, exurge a mortuis. Secundum fit totaliter per gratiam Dei habitualem iustificantem: & ideo totum Deo attribuit Apostolus dicens: Et illuminabit te Christus. id est, gratiam illuminantem, & decorantem animam infundet. Et ideo dicendum, quod gratia requiritur ad exurgendum, neque est verum, quod exurrectio praecedat gratiam, nisi accipiendo primum, scilicet, appositionem conatus ad surgendum: & ista non est resurrectio a peccato, quia non liberatur ibi homo a tribus malis supra positis, sed in illuminatione, quae fit per Christum: & tamen adhuc ille conatus, qui fit per hominem, non fit sine gratia, sed gratia praecedat, id est, voluntas Dei gratis mouens animam.

Ad secundum dicendum, quod non est simile de sanitate corporali, & spiritali, quia sanitatis naturalis principium est natura, quae est immanens: & ideo sicut ipsa est ante aegritudinem, per quam conseruatur sanitas: ita postquam incipit animal aegrotare, ipsa est, per quam sanitas restauratur: secus de spiritali sanitate, quia licet bonae habitudinis moralis principium sit ratio, & ita ipsius reducenda: si aliquando perierit principium sit sufficiens ratio: tamen sanitatis spiritalis non est causa sufficiens ratio, sed gratia habitualis: Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Ordo naturae, qui peccante conuersus est per peccatum non potest, nisi per Deum reparari.

Ordo resurgendo a peccatis.

& ideo illius reducendę non potest esse principium nisi gratia nam antequam quis peccaret, per gratiam quam tunc habebat, erat sanus spiritualiter, & non per habitus morales, si quos haberet: & ideo perdita gratia habitus morales manentes, vel ratio naturalis non sufficiunt ad reducendum sanitatem spiritualem, sed gratia perdita restituetur per quam sanabitur peccator, quia per illam iustificabitur, & quia gratia præcedens à Deo data erat, ita & gratia sequens à Deo infundetur: ideo sine gratia illius nõ refurgit peccator, sicut corpus cœpit viuere per animam ei infusam: si autem illa abierit, erit corpus mortuum, quod viuere non poterit, nisi per Deum anima reducat ad corpus, sicut ipse prius eam corpori infuderat.

Ad tertium dicendum, quod non potest homo per seipsum reparare se reducendo se ad statum naturę suę. Quando enim natura aliqua est integra potest per seipsum reparare se reducendo se ad id, quod est conueniens, & proportionatum naturę suę; sed ad id, quod supra proportionem naturę, licet sit conueniens rei, nihil potest se reducere, sine auxilio exteriori. Ita autem natura humana deficiens à sua integritate peccatum peccati habet duo impedimenta ad se reducendum. Primum est, quod non est integra, quia est lapsa, vel corrupta: & ideo deficit in aliquibus, quæ potest existens integra. Secundum est, quod bonum ei conueniens, scilicet spiritualis sanitas, quæ non est aliquid naturale, sed excedens proportionem naturę: ideo ad illam non potest se reducere sine auxilio gratiæ, cum etiam ad bonum naturale non sufficiat natura lapsa se reducere, vt ad originalem iustitiam, in qua creatus est, in qua per seipsum non potest homo redire.

An homo sine gratia possit preparare se ad gratiam recipiendam. Quest. CLXXXI.

D.Th. 1. 2. quest. 109 artic. 6.

QVAERETVR, an possit homo sine gratia preparare se ad gratiam recipiendam. Aliqui dicunt, quod non potest: quia dicitur Iere. 5. capitulo. Non est in homine via eius, neque viri, vt dirigat gressus suos, sed nullus præparat se ad gratiam, nisi gressus eius dirigantur, & quærat viam salutis: ergo non potest quis se præparare ad gratiam sine gratia. Secundò, quia quod est in potestate hominis, non est necessarium vt homo ab alio quærat: & tamen quod homo præparetur ad gratiam est petendum a Deo, vt patet, Psal. 85. Deduc me domine in via tua: & ingrediar in veritate tua. Ergo preparatio hominis ad gratiam non est in potestate hominis, & consequenter fit per gratiam. Tertio quia id, quod in quibusdam visibiliter factum est probabile est, quod in alijs fiat inuisibiliter, quando gratiam consequuntur: sed quidam qui gratiæ resistebant, per speciale munus gratiæ ad gratiam præparati sunt: vt patet in Pauli conuersione, qui Christo resistebat, & ipse eum ad se conuertit per gratuita munera eum disponens ad gratiam suam suscipiendam. Ita ergo & alijs, qui inuisibiliter disponuntur ad gratiam, non recipient illam saltem sine præparatione per gratiam gratis datam. Quarto, quia ad Hebr. 11. dicitur: Accedentem ad Deum oportet credere quia est: sed fides haberi non potest, nisi per gratiã, & illa est donum Dei, vt dicitur ad Eph. 2. Ergo cum nullus se ad gratiam præparet, nisi accedendo ad Deum, videtur, quod sine dono gratiæ non potest quis se ad gratiam præparare. Quintò, quia Augu. dicit, quod timor seruilis inducit charitatē sicut feta linum, sed timor seruilis est donum Spiritus sancti, ergo per gratiam gratis datam præparatur homo ad gratiam gratum facientem. Sextò, quia dicitur Io. 6. Nemo potest

ad me venire, nisi pater meus, q misit me, traxerit eum: Venire autem ad Deum est accedere, vel cõiungi per gratiam: trahi autem a patre est disponi ad illam gratiam: sed si homo per seipsum possit se præparare ad gratiam, non oportet, q ab alio traheretur: ergo nemo potest sine gratia ad gratiam præparari.

Alij dicunt, q per seipsum potest se homo, & sine gratia præparare: quia dicitur Zach. 1. c. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: sed conuersio, quæ nobis mandatur, non videtur esse aliquid aliud quàm preparatio ad gratiam recipiendam: ergo preparatio ista præcedit ad gratiam, quæ datur a Deo: quæ designatur per hoc, quod dicitur, & ego conuertar ad vos: & sic sine gratia præcedente præparatur ad gratiam. Secundò quia, vt dicit Anselmus, q aliquis nõ habeat gratiam, non est, q Deus nolit eam dare: sed q homo nolit eam accipere: ergo si homo accipere vult, Deus illam dabit: sed quod in voluntate hominis constitutum est, in potestate liberi arbitrij est: ergo in potestate hominis est se ad gratiã preparare, & non indiget gratia, vt ad gratiam præparetur. Tertio, quia homo præparat se ad gratiam faciendo, quod in se est, sed faciendo quod in se est, Deus non denegat ei gratiam. supra septimo capitulo. Deus dat spiritum bonum petentibus se: sed illud est in nobis, quod est in potestate nostra, ergo in potestate hominis est, se ad gratiam præparare, & non per aliam gratiam. Quarto, quia si homo indigeret gratia, vt se ad gratiam præpararet, eadem ratione indigeret gratia ad parandum se ad illam, & ita consequenter de alijs, & sic iretur in infinitum, quod est inconueniens: ergo standum est in primo. s. q homo se præparet ad gratiam sine alia gratia. Quintò, quia Prouer. 16. c. dicitur: Hominis est præparare animum: sed præparare animum est parare se ad gratiam, sed illud est hominis, quod est in potestate eius, ergo in potestate hominis est præparare se ad gratiam: & ita non est necessaria gratia ad præparandum se ad gratiam.

Dicendum, q duplex est gratia, quædam est gratia consummata alia inchoata. Gratia cõsummata est gratia, quæ coincidit cum gloria, quia ibi perficitur gratia, in qua homo decedit, & illa postea non augetur: gratia non consummata est gratia hominis in via, eo q illa quotidie crescere potest, & sæpe crescit ad præparationem. Ad primam gratiam indigemus alia gratia, quia nemo habebit gratiam consummatam gloriæ, qui non habuerit gratiam viæ: & ideo gratia gratum faciens in via est præparatio ad gratiam consummatam, quæ est gloriæ: ad gratiam secundam, quæ est viæ, non præparatur quis per aliam gratiam gratum facientem, sed per gratis datam. Aliter ergo, & quantum ad eundem sensum dici potest, quod duplex est præparatio voluntatis humanæ ad bonum. Vna quidem, quæ præparatur homo ad beneficiendum, & Deo fruendum: Alia qua præparatur ad consequendum gratiæ habitualis donum. Prima preparatio, non potest fieri sine habitu ali quo gratia, quæ est gratia gratum faciens: Et patet, quia ad fruendum Deo est necessaria gratia consummata, quæ incidit cum gloria: & illa est solum in patria, & non potest esse nisi in eo, in quo præcesserit gratia viæ quæ est in consummata: est tamen gratia gratum faciens. Etiam ad beneficiendum, nemo potest se sine gratia gratum faciente præparare: quia accipitur facere bonum, scilicet meritorium, & illius principium est charitas, quæ sine gratia non est: & ab ipsa gratia efficitur opus gratum Deo: & cum gratum fuerit, erit meritorium. Secundò modo præparatur voluntas ad consequendum donum gratiæ habitualis, id est, gratiam gratis datam, quæ est gratia viæ: & ad hoc nõ oportet, quod per aliam gratiam gratum facientem, siue habitualemente præparet: quia sic procederet

Duplex est gratia consummata, & inchoata.

Ois causa conuertit suos effectus i ludi finem.

Deus simpliciter est summum bonum.

Quid sit conuertere: sed ad Deum.

deretur in infinitum, sed oportet præsupponi auxilium gratuitum Dei interius mouentis naturam, vel inspirantis ei bonum propositum. Et illud auxilium potest vocari gratia gratis data, quæ non est aliquid habituale in nobis manens, sed est pulsatio facta in anima nostra à Deo ad hoc, quod ad gratiã accedat: sine isto auxilio Dei nemo se ad gratiam disponit, quod est præparare se ad illam. Quod patet, quia omne agens agit propter finem, & omnis causa conuertit suos effectus in suum finem: & ideo cũ secundum ordinem agentium, siue mouentium sit ordo finium, necesse est, q ad vltimum finem cõuertatur homo per motionem primi mouētis: ad finem autem proximum per motionem alicuius mouētium inferiorum: sicut animus militis conuertitur ad quærendum victoriam, quæ est vltimus finis belli ex motione ducis exercitus, quia ille totum exercitum disponit ad hoc, quod victoriam consequi possit, quæ est totale bonum, & vltimum belli: consequi autem, vel capere vexillum alicuius aciei hostilis, nõ est finis totalis belli, cũ sit pars quædam victorię: & ideo est finis proximus, quem intendit tribunus præpositus alicui aciei, cuius finis est superare oppositam aciem, & capere vexillum illius: ideo animus militis, qui est sub tribuno mouetur ad capiendum vexillum oppositæ aciei, quod est finis proximus ex motione tribuni, & non ducis exercitus: ita igitur cũ Deus sit primum mouens simpliciter, ex eius motione sola prouenit, quod omnia entia cõuertantur in ipsum secundum communem intentionem boni, per quam vnumquodque intendit similari Deo secundum modum suum: eo quod assimilari Deo est maxima perfectio cuiuslibet rei. Nam summum bonum suum participant: sic Deus enim simpliciter est summum bonum, eo quod continet totam naturam bonitatis: & ideo omnia per participationem illius efficiuntur bona, & in gradu maximo competentis bonitatis sibi constituuntur, quem gradum cũ attingerint dicuntur similari Deo, quia participant bonitatem eius. Et quoniam ista participatio est simpliciter vltimus finis omnium entium, necesse est, q ad istam participationem moueantur a solo primo motore simpliciter: ille autem est Deus, ideo à solo Deo mouentur omnia ad hoc. Vnde dicit Dionysius lib. de diuinis nominibus, quod Deus conuertit omnia ad seipsum, sed homines conuertit ad seipsum, sicut ad speciale finem, quem intendunt, & cui cupiunt adherere, sicut primo bono, iuxta illud Psal. 72. Mihi autem adherere Deo bonum est: ideo quod homo conuertatur ad Deum nõ potest esse, nisi Deo ipsum conuertente ad se, sed nihil aliud est conuertere se ad Deum, quàm præparare se ad gratiam: quia homo conuersus Deo gratiam recipit ab ipso: conuertere ergo se ad Deum est disponere se ad gratiam: sicut ille, qui habet oculum auersum à lumine solis, per hoc se præparat ad recipiendum lumen solis, quia conuertit visum ad solem: patet ergo, quod homo non potest se præparare ad recipiendum lumen gratiæ, id est, gratiam gratum facientem, nisi per auxilium gratiæ Dei interius mouentis, quod est per gratiam preparari ad gratiam, scilicet, per gratiam gratis datam non est aliquid habituale manens in anima, sed est pulsatio à Deo facta, quam ipse gratis facit, id est, sine meritis præcedentibus nostris. Ad hoc autem magis aperiendum dicendum est, quod gratia potest dupliciter accipi. Vno modo pro ipsa diuina prouidentia, quæ gratia dicitur, eo quod omnibus rebus gratis impendit ex sua bonitate, ea quæ ipsis conueniunt, & simul cum diuina prouidentia accipiendo omnia, quæ diuina subsunt prouidentia, per quæ efficiuntur.

citur, quod prouisum est: dum tamen illa non sint, aliquid manens habitualiter in anima: Alio modo gratia dicitur aliquod donum habituale in anima receptum, quod gratis à Deo confertur. Accipiendo primo modo non est dubium, quod homo non se possit præparare ad gratiam gratum facientem sine gratia Dei: vt enim ostenditur octauo Physicorum, mutatio voluntatis non potest fieri sine aliquo mouente per modum excitantis: omne autem motum necesse est ab alio moueri, neque differt, quid quid sit illud, quod huius mutationis, vel variationis causam, vel occasionem præbeat voluntatem excitando, siue sit admonitio hominis, siue ægritudo corporis, siue timor ab extra inensūs, siue accidens somniorum, siue lectio sacrę scripturę, siue admonitio angelica, vel quidquid aliud sit: quæ omnia constat diuinam prouidentia subiecta esse, & in bonum cõverti electorum, quia ad illorum bonum Deus illa ordinauit: vnde quidquid illud sit, quod hominem excitauerit ad conuertendum se, vt gratiam gratum facientem accipiat, gratia gratis data dici potest: & ita accipiendo non potest homo se præparare ad gratiam gratum facientem sine gratia gratis data: in quibus etiam accipitur ipse motus liberi arbitrij, quem Deus in nobis facit pulsando nos, quo ad gratiam gratum facientem præparamur: & ista pulsatio communis accidit, & quàm cœtera excitantia voluntatem. Vnde raro, & fortassis nunquam sine pulsatione ista præparatur homo ad gratiam gratum facientem. Accipiendo secundo modo gratiam pro aliquo dono habituali infuso animæ nostrę, est duplex opinio. Aliqui dicunt, quod nullus potest se præparare ad gratiam gratum facientem, nisi per aliquod donum infusum animæ, habitualiter manens in ea, quod nõ est gratia gratum faciens, sed est lumen diuinum menti infusum, & illud est gratia gratis data. Sed dicendum, quod non stat ista positio. Primò, quia motuum istorum est, eo quod dispositionem, & formam volunt habere similitudinem quandam proportionis, & quia gratia gratum faciens, quam vt formam quærimus, est aliquid totaliter diuinum, & excedens naturam, volunt quod dispositio immediata ad illam sit aliquid supernaturale: & ita ponunt illud lumen menti infusum à Deo, quod est aliquid diuinum, & supernaturale: licet non sit gratia gratum faciens, quia per illud non est homo gratus Deo. Hoc tamen non est conueniens motuum, quia preparatio non est ad gratiam non oportet, quod fiat per actus, qui sunt æquandi ipsi gratiæ æqualitate proportionis, sicut meritum æquatur premio, non æqualitate quantitatis, sed æqualitate proportionis. Vnde non est ibi æqualitas quantitatis preparationis ad ipsam, ad quam præparamur, neque etiam æqualitas proportionis. Et ratio diuersitatis est, quia meritum dicit commensurationem quandam, & facit rem debitam esse: & ideo inter meritum & premium oportet quod sit aliqua æqualitas, & erit proportionis: preparatio autem ad aliquid non facit rem illam esse nobis debitam, ad quam præparamur: ideo non oportet, quod sit aliqua commensuratio preparationis, & gratiæ ad quam præparamur etiam proportionis, sicut in releuatione peccatorum defunctorum, quæ fit per suffragia. Aliud est. n. q quis meruerit releuari à peccata, & aliud q sit aptus, vel capax releuationis. Est enim capax releuationis peccata, & suffragiorum qui cunq; in charitate decesserit: & tñ non ob hoc meretur sibi fieri suffragia, vel releuari à peccata: nam si mereretur releuari, & nõ releuaretur, fieret sibi iniustitia. Etiam peccarent viuentes, si non facerent suffragia pro quocunque mortuo decedente in charitate, quod falsum est. Ergo ille est capax suffragiorum, & releuatiois

Aduerte q & quorsũc illa, q excitant hoies ad bonũ, quæ gratiæ gratis datæ dici possunt.



uationis poenarum: & tamen non meretur releuari à poenis, vel fieri pro eo suffragia. Etiam pater, q̄ inter aptitudinem, & capacitatem non est aliqua aequalitas, vel commensuratio, sicut inter primum, & meritum. Nam per actum bonum factum in charitate meretur homo certum gradum gloriae, & non maiorem, quia aliàs essent omnes aequales in vita aeterna: & tamen p̄ quantumcumque gradum paruum charitatis, in quo quis moriatur, est capax omnium suffragiorum, quæ tota Ecclesia, siue totus mundus facere potest: & non est magis capax ille, qui in maiori gradu charitatis est: & ideo nulla commensuratio saltem proportionis inuenitur inter capacitatem, siue aptitudinem, & id quod recipitur. Ita de præparatione ad gratiam, quia præparatio non est meriti gratiæ, sed esse capacitatem, ut illa suscipiat, non requiritur aequalitas proportionis inter præparationem, & gratiam recipiendam: & ita non requiritur, q̄ actus, quibus homo se ad gratiã recipiendam præparat, sint excedentes naturam, sicut gratia naturam excedit. Sicut enim natura humana se habet in portetia naturali ad gratiam: ita actus virtutum naturalium se habent, ut dispositiones materiales ad ipsam: unde non exigitur ad hoc, q̄ homo se præparet ad gratiam, aliquod lumen præcedens habituale infusum animæ à Deo, quod sit supernaturale, & diuinum, sicut gratia gratum faciens. Secundo, quia hoc obstante abiretur in infinitum. Nam licet illud lumen non sit gratia gratum faciens: est tñ gratis datũ, & gratiæ gratis datæ manentes habitualiter nõ dantur alicui, nisi ad illas se præparet: aliàs omnibus darentur gratiæ gratis datæ: quod falsum est. Et hoc nisi fortè accipiatur illud lumen pro naturali lumine rationis, & tunc verum est, quod illud facit ad præparationem ad gratiam: & tñ illud nõ est de nouo infusum, neque est supernaturale, sed est naturale: & ideo non pertinet ad bona gratuita, nisi accipiendo large gratuitum, quia datum est sine debito: nam tunc etiam bona naturalia vocantur gratuita, quia Deus illa nobis dedit, cum non esset nobis alicuius rei debitor. Accipiendo autem lumen non pro lumine naturali, sed pro lumine infuso gratuito, indigebimus præparatione ad illud lumen. Et tunc manet dubium de ista secunda præparatione, an possit homo eam per seipsum, vel non: si non pot̄ erit abire in infinitum, quod est inconueniens, vel erit deuenire ad aliquam gratiã, ad quam possit homo seipsum disponere: & tamen non erit causa efficacior, quare potius ad vnã gratiam, quam ad aliam se possit homo præparare: ideo standum erit in prima, scilicet, q̄ non indigeamus aliqua gratia, vel dono habituali infuso ad hoc, quod disponamur ad gratiam.

D. Tho. 1. 2. qu. 109. ar. 6. 1. eor. Sotus de Nat. & gra. lib. 2. c. 3.

Alia ergo positio est, & ista est vera. scilicet q̄ ad habendũ gratiam gratum facientem potest homo se disponere per actũ liberi arbitrii sine aliquo munere gratiæ gratis datæ habitualiter manentis: nam faciendo quod in se est consequitur homo statim gratiam à Deo, sed hoc solum in nobis constitutum est in potestate liberi arbitrii: ideo per solum actum liberi arbitrii homo disponit seipsum ad gratiam: sed necesse est, quod moueatur liberum arbitrium à Deo, siue interiori pulsando, siue alio modo, ut supra dictum est. Et ita non potest se quisquam præparare ad gratiam sine gratiæ diuinæ auxilio: & tamen illa gratia non est habitualiter, sed solum pulsatio, qua cor nostrum, vel liberum arbitrium mouetur à Deo ad bonum volendũ, ita sufficienter disponitur ad gratiam gratum facientem.

Ad primum dicendũ, quod aliud potest esse de via aliud de directione gressuum: nam via est ipse progressus proficiendo in statu spirituali, ut perueniatur ad beatitudinem, & iste progressus non est nisi per actus meritorios, qui esse non possunt, nisi ab exitu in gratia,

& charitate, & quia gratiam non habet quis à seipso, sed à Deo, est verum, quod via hominis non est in potestate eius, totaliter accipiendo esse in potestate, id est, quod per se possit, & non indigeat actu alterius: directio gressuum est præparatio ad gratiam suscipiendã: & ista magis est in potestate hominis, quam via: & tñ non est totaliter in potestate hominis: quia licet fiat præparatio per actum liberi arbitrii, qui est in potestate nostra: tamen non mouetur liberum arbitrium ad bonum, nisi pulsatum à Deo per aliquem de modis suprapositis: ideo verum est, q̄ non est hominis, id est, totaliter ab homine dirigere gressus. i. parare se ad gratiam recipiendam, cum principium sit à Deo: non tñ dando homini aliquam gratiam habitualem, quam communius gratiam vocamus: & ita ad gratiam non præparamur per gratiam.

Ad secundum dicendũ, q̄ non potest homo se ad gratiam præparare, neq; aliud bonum facere sine Dei auxilio: & ideo rogandus est, ut nos ad se conuertat, & etiam alios: non tamen oportet, q̄ illud auxilium semper sit per aliquem habitum infusum immanentem animæ, sed potest esse p̄ multa, quæ exterius sunt occasio salutis excitando voluntatem ad bonum, & etiam per interiorem pulsationem voluntatis nostræ à Deo, ut dictum est.

Ad tertium dicendũ, quod in Pauli conuersione non fuit data aliqua gratia gratis data habitualis, qua præpararetur Pautus ad gratiam gratum facientem, sed fuit quædam claritas, qua circumfulsit Paulum, & fuit corporalis, quæ ipsi terrore concussit, & excitauit voluntatem illius ad conuersionem: & ideo reductur istud ad modos supra positos, quo aliquis ab extrinseco mouetur, ut ad gratiam se præparet: quia exteriora, & si voluntatem non tangerent, sunt nata excitare illam, & ista lux circumfulgens excitauit voluntatem Pauli per modum excessiui terroris, unde ad terram deiectus est pauens, & ad manus deductus est in Damascum perditio visu, & cum esset in stuporem mentis effectus, excitatus fuit sufficienter, ut gratiam vellet, & ad Deum accedere, quod erat ad gratiam se præparare, & cum hoc voluit, statim gratiam consecutus est: & tamen sicut fuit exterius lumen non fuit aliquod lumen habituale infusum menti, per quod disponeretur, sed exterior lux per modum terroris fuit causa sufficiens motiua ad præparationem eius: unde non dicitur, q̄ fulsit in eo lumen, sed q̄ circumfulsit eum, quasi exterius, & in circuitu hoc esset, interius verò nihil infunderetur: ita & in alijs, qui conuertuntur, & ad gratiam præparantur, non infunditur aliquod donum habituale, sed per exteriora mouentia, aut per interiorum Dei pulsationem mouentur.

Ad quartum dicendũ, q̄ et ad fidem habendam se potest quis præparare sine gratia, ita q̄ non oportet præcedere gratiam gratum facientem, neq; gratiam gratis datam habitualem, sed per naturalem rationem simul cū pulsatione Dei interiori poterit se sufficienter disponere quis ad fidem: unde si quis sit apud barbaras nationes natus, qui de fidei veritate, nihil audierit, si faciat quantum est in se, Deus sibi reuelabit, quod ei ad salutem necessarium est: & hoc, vel inspirando, vel angelum ei mittendo, vel magistrum docentem præparando, vel vtrumque simul, sicut apparet de Cornelio, qui orationes, & elemosynas faciebat, ut ei Deus ostenderet viam veritatis, & misit Deus angelum ad eum, qui dixit, ut irer ad Petrum, qui diceret ei omnia, quæ facere oportebat. Actu. 10. cap. & ille eum baptizauit, & in fide docuit. Unde non oportet, quod habitus fidei præcedat ad gratiam, & ad fidem præcedat alia præparatio, sed fides cum gratia gratum faciente simul infundentur, quia ambo habitualiter manent,

Liberum arbitrium hois non mouet ad bonũ, nisi pulsatum à Deo.

Quo Paulus in conuersione sua à Christo excitatus est, ut conuertetur.

Gratia gratum faciens fidem non pcedit, sed simul eam infunditur.

& ambo à Deo sunt: si autem fides ad gratiam præcederet, verum esset, quod aliquid habituale præcederet ad gratiam, per quod ad illam homo disponeretur, sed non præcedit: imò ambæ simul infunduntur: & eadem dispositio est ad ambas, quæ est conatus liberi arbitrii cum exterioribus motiuis, ut dictum est. Verum est tamen, quod habita semel fide potest illa manere perditã gratia, & disponetur homo ad gratiam partim per fidem, quæ manet, & partim per alia motiua supra dicta.

Ad quintum dicendũ, q̄ quamuis per timorem seruilem charitas inducatur, & tunc timor ille sit quædam præparatio ad charitatem: tamen non est necessarium, quod quandoque inducenda est charitas, præcedat timor seruilis, quia timor seruilis cū peccato mortali est semper: multi tamen assequuntur charitatem, qui nunquam commiserunt peccatum mortale: ideo non oportet dari aliquid habituale, quod præcedat charitatem, tanquam dispositio.

Ad sextum dicendũ, quod nemo potest venire ad Deum, nisi trahat eum Deus, & istud trahere est præparatio quædam: & tamen non est aliquod habituale donum infusum, sed motio, vel excitatio quædam voluntatis ab extra facta, quæ fit interdum per res exteriores, interdum per interiorum Dei pulsationem: quidquid autem fiat, semper dicitur Deus trahere hominem, quia isti modi, & omnia, quæ sunt subsunt diuinæ prouidentia, & ordinata sunt à Deo ad salutem electorum: & ita verũ est, q̄ omnis præparatio ad gratiam est quædam attractio facta à Deo.

Argumenta in contrarium probant, quod possit homo per seipsum solum se præparare ad gratiam, quod falsum est. Ideo dicendum ad primum, quod cum dicitur, conuertimini ad me, significatur præparatio ad gratiam, & cum dicitur, & ego conuertar ad vos, significatur infusio gratiæ: & quia primum est per actum liberi arbitrii, ponitur actus ex parte hominis. scilicet conuertimini ad me: secundum verò est ex parte Dei, quia ipse solus infundit gratiam: ideo ponitur verbum in persona Dei. scilicet & ego conuertar ad vos: & tamen non ideo sequitur, q̄ homo per seipsum solum possit se præparare, quia indiget auxilio Dei per se mouentis, vel p̄ exteriora, sed quia illud non est aliquod quod nobis infundat habitualiter, sed magis se tenet ex parte actus nostri, dicitur, conuertimini ad me.

Ad secundum dicendũ, quod verũ est: Quod si homo vellet gratiam, q̄ eam haberet, non quidem q̄ ipse sibi ipsi possit eam dare, sed q̄ in potestate sua est se disponere ad eam, & statim, ut se disposuerit, dabitur ei: & ideo ita imputatur homini, quando non habet gratiam quasi si eam habere nolleret: & tamen ad se preparandum ad illam, auxilio Dei indiget, sed quia illud auxilium omnib; datur, & omni tempore, nemo est in cuius potestate non sit gratiam habere, vel ad gratiam se disponere.

Ad tertium dicendũ, q̄ cū homo facit quod in se est, Deus dat ei gratiam: & tamen homo nihil facit, nisi motus à Deo, iuxta illud Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Et ideo dicimus, q̄ in potestate hominis est facere quod in se est, quia plupponimus eum moueri à Deo: quia tamen iste motus est communis, quæ omnes mouet, & semper est quasi in nobis, & à nobis esset facere quod vellemus, parando nos ad gratiam, & tamen aliquo modo est à Deo: & ita est de conuersione ad Deum, quia ad hoc, quod d Deus conuertat se ad hominem, ut dicitur Zachariæ primo, oportet, q̄ homo se conuertat ad Deum, & tamẽ homo nunquã se conuertat ad Deum, nisi Deus illum ad se conuertat, iuxta illud Hier. 31. Conuerte me, & conuertar ad te: quia tu es Deus meus. & Thren. vlt. dicitur: Con-

Homo nihil facit, nisi à Deo motus.

Gratia gratum faciens fidem non pcedit, sed simul eam infunditur.

uertere nos Deus, & conuertemur.

Ad quartum dicendũ, q̄ argumentum procedit de gratia habituali. scilicet non exigitur gratia gratum faciens ad præparandum se ad gratiam habitualem gratum facientem recipiendam, neque etiam requiritur gratia gratis data habitualis, quia tñ procederet in infinitum: secus autem accipiendo gratiam pro gratuita morione voluntatis à Deo facta: si autem ad gratiam gratum facientem requiretur gratia aliqua habitualis præcedens, per quam esset præparatio, eadem ratione ad illam esset alia præparatio, quia gratia habitualis est forma, & omnis forma requirit susceptibile dispositum: præparatio autem ad gratiam prout se tenet ex parte Dei, non est forma aliqua, sed motio, quæ non manet in anima, ideo non præexigit aliquam dispositionem, & hoc præcipue, quia à Deo mouetur. Nam si moueretur ab alio motore, præsupponeret fortassis motionem aliquã alterius motoris. sed Deus est primum mouens, ideo motio illius non præexigit aliam motionem, neque aliquam dispositionem in rem mota: & ita non est abire in infinitum, scilicet, quod gratia gratum faciens, quæ à Deo datur, quia est forma, vel habitus præexigit dispositionem, vel præparationem: & ista præparatio est per Dei pulsationem: ista autem præparatio non indiget alia præparatione, quia nõ est forma, sed motio, & est à primo motore.

Ad quintum dicendũ, quod hominis est præparare animum, quia hoc fit per actum liberi arbitrii, qui est in potestate nostra: & tamen non mouetur liberum arbitrium præparando se ad gratiam, nisi à Deo motum, iuxta illud, nisi pater meus traxerit eum: ideo etiam præparatio non fit totaliter sine Dei auxilio.

An ille, qui iam consecutus est gratiam possit per seipsum vitare peccatum sine alio auxilio gratiæ, & operari bonum. Quæst. CLXXXII.

QVAERETVR, an ille, qui iam consecutus est gratiam possit per seipsum, id est, per sua naturalia, & per bonum habitum gratiæ, quem recepit operari bonum, & vitare peccatum sine alio auxilio gratiæ. Aliqui dicant, quod sic, quia vnumquodque, aut est frustra, aut est imperfectum, aut implet illud, ad quod est, & datur: sed gratia ad hoc data est, ut possimus per eam bonum agere, & vitare peccatum: si ergo homo per gratiam non possit hoc sine alio auxilio gratiæ, videtur, q̄ gratia esset frustra ei data, vel esset aliquid imperfectum, quorum vtrumque falsum est. Secundo, quia per gratiam habitat in nobis Spiritus Sanctus, iuxta illud. 1. Corin. 3. Nescitis, q̄ templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis. Sed Spiritus Sanctus, cum sit omnipotens, sufficiens est, ut nos inducat ad bene operandum, & ut à peccato custodiat: ergo qui consecutus est gratiam, per eã poterit vtrũq; facere sine alio auxilio gratiæ. Tertio, quia si habens gratiam gratum facientem adhuc egeret auxilio gratiæ ad bonum agendum, & ad vitandum peccatum: eadem ratione, si illud auxilium consecutus est, indigebat alio auxilio gratiæ: & ita ibitur in infinitum, quod est inconueniens: ergo qui est in gratia, non indiget aliquo auxilio gratiæ ad bene agendum, & vitandum peccatum.

Dicendum, q̄ habens gratiam adhuc indiget auxilio gratiæ ad bonum agendum, & vitandum peccatum. Dicit enim Aug. lib. de Natura, & gratia. q̄ sicut oculus corporis plenissimè sanus, nisi candore lucis adiutus, non potest cernere: sic & homo perfectissimè et iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non potest viuere, sed iustificatio fit per gratiam, iuxta illud ad Roma. 5. cap. Iustificati gratis per gratiam.

gratiam ipsius: ergo homo etiam iam habens gratia indiget auxilio gratiae ad hoc, quod recte uiuat. Ad quod sciendum, quod homo ad recte uiuendum duplicia auxilio indiget Dei. Vno quidem modo quantum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta sanatur: & etiam sanata eleuetur ad operandum opera meritoria vitae aeternae, quae excedunt proportionem naturae. Alio modo indiget auxilio gratiae, ut a Deo moueatur ad agendum ipsum quod bonum est, & conueniens: & ista differunt inter se: quia aliud est moueri realiter ad aliquid operandum, aliud uero est dispositum esse ad operandum aliquod, licet ad illud operandum nondum moueatur: utrumque autem necessarium est homini. Per peccatum enim natura humana corrupta est, & ideo non solum non agit illud, quod est conueniens ei respectu finis sui: sed etiam non est disposita ad agendum illa, sed potius ad opposita: sicut ager non solum non exercet opera sani, sed etiam non est dispositus ad illa, sed magis ad opposita propter turbationem, & debilitationem virtutis. Aliquis autem est, qui dispositus est, & tamen nondum operatur illa, sicut qui sapiens est, & non exercet opera sapientis: si enim homo mansisset in statu naturae conditae, natura non perdidisset virtutem suam, neque debilitata fuisset, & ita esset disposita ad faciendum id, quod ei conueniens esset, licet nondum moueretur ad illa agenda, nisi ab alio moueretur: in statu autem naturae lapsae natura corrumpitur ad suam perfectionem, & integritate: & ideo secundum eam iam non est homo aptus ad faciendum id, quod est sibi conueniens secundum naturam suam: duobus ergo indiget nunc homo, scilicet, auxilio habituali, ut sanetur, & auxilio non habituali, ut iam sanatus moueatur. Primum est auxilium habituale, & istud est virtutum moralium, & theologiarum, quia per istas determinatur homo ad uolendum bonum, & agendum quod secundum naturam ei conuenit: ad quod tamen natura corrupta, vel non inclinatur iam, vel cum difficultate ad illud tendit. Et tamen inter bona conuenientia homini quaedam sunt, quae non excedunt proportionem naturae: & alia, quae proportionem excedunt. Pro primis bonis sunt necessarii virtutes morales, ut homo inclinatur faciliter in illa, vel non impediatur circa illa per contrarias inclinationes: & istud adiutorium non erat necessarium in statu naturae integre: quia tunc non erat in homine aliqua inclinatio contraria actibus conuenientibus ei secundum naturam, quia illud est naturam esse corruptam: & tamen indigebat isto auxilio ad promptum, & delectabiliter agendum, quae sunt conditiones habituali hominis. 2. Ethic. Vnde in statu naturae conditae, vel integre etiam si illa esset inclinatio in nobis contraria actibus virtutum, non exercere poterat promptum, & delectabiliter actus illos, sed inexpeditum, & non delectabiliter. Alia sunt, quae excedunt proportionem naturae nostrae, in quantum finis ultimus, ad quem naturalis desiderio inclinamur, non potest sola naturali potestate haberi, sed indiget diuino auxilio: & ideo ad habendum illud requiruntur in nobis operationes excedentes proportionem naturae, id est, quod principium earum sit non naturale, sed diuinum: & ad hoc tam in statu naturae integre, quam in lapsae indigemus auxilio gratiae, & istud est etiam auxilium habituale. scilicet gratia gratum faciens, & charitas, per quam eleuatur homo ad actus, qui sunt ultra proportionem naturae nostrae, & sunt meritorij vitae aeternae, quam naturaliter nemo potest mereri, neque acquirere: & ideo dicebatur supra, quod auxilium habituale est ad hoc, quod sanetur natura, & ad hoc, quod eleuetur. Sanatur quidem quantum ad ea, in quibus per corruptionem corrumpitur a sua perfectione, & integritate: eleuatur

Homo ad recte uiuendum duplici Dei auxilio indiget.

Primum auxilium quo indiget homo ad recte operandum.

autem quantum ad illa, in quibus minor est naturaliter, quam illa bona, quibus indiget, scilicet, quia illa sunt ultra proportionem naturae. Aliud autem est auxilium non habituale, quod est solum ad mouendum hominem iam sanatum, & eleuatum, ut agat secundum quod iam dispositus est per habitus sanantes eum, sicut si quis moueat sapientem ad sapienter loqui, vel agere. Aliquid est enim aliud, per quod sapiens redditur. scilicet habitus sapientiae, & aliud per quod ad loquendum sapienter mouetur. scilicet impulsus, vel excitatio exterior facta ab aliquo, quae non est aliquid habituale manens in eo. Ita & homo sanatus per habitum, & eleuatus ad bene agendum, & sufficienter ad hoc determinatus, & dispositus eget motiuo excitante ad agendum illa bona, ad quae est dispositus, cum non semper homo agat iuxta id, quod dispositus est, & istud auxilium est gratia. scilicet gratuito factum. Non est tamen habituale, sed actuale, quo aliquid extra excitatur homo ad bonum, siue excitetur per creaturas, siue per Deum pulsationem interiore, ut declaratum est praecedentibus. Istud autem auxilium est homini semper necessarium tam in statu naturae integre, quam in lapsae, & potissimum in statu naturae lapsae. Et hoc propter duo. Primum quidem ratione generali, quia nulla res creata potest exire in quantumcumque paruum actum, nisi virtute motionis diuinae, in quantum ille est primus motor, & causa vniuersalis: & ista causa competit tam pro statu naturae conditae, quam naturae lapsae. Secundo, & in speciali propter conditionem naturae humanae post lapsum, quia licet per gratiam sanetur quantum ad mentem: remanet tamen in ea corruptio, & infectio quantum ad carnem, per quam seruit legi peccati, ut dicitur ad Rom. 7. Remanet etiam quaedam ignorantia obscuritas in intellectu, secundum quam, ut dicitur ad Rom. 8. quid oremus nescimus. Et hoc propter varios rerum euentus, secundum quos variatur quod bonum est, & non est semper idem bonum. Etiam, quia nos ipsos non perfecte cognoscimus, & non possumus cognoscere quid nobis expediat, iuxta illud sapientiae. 9. Cogitationes mortalium timidae, & incertae prouidentiae nostrae: & ideo opus est nobis ualde, ut a Deo dirigamur, & protegamur, qui omnia scit, potest, & fecit: & ob hoc non solum mali, qui uolunt esse boni, sed etiam ipsi, qui iam effecti sunt filij Dei, opus habent, ut dicant ea, quae in oratione dominica continentur. scilicet. Et ne nos inducas in tentationem. Nam ibi patrem vocantes filios se profitentur, cuius filij sumus per adoptionem gratiae: & tamen, qui patrem eum uocant, dicunt: Et ne nos inducas in tentationem: quod non dicerent, si hoc eis opus non esset: sed hoc pertinet ad euersionem peccatorum, in quae inducimur per tentationes: ergo, qui iam gratiam habent habitualiter, indigent adhuc auxilio gratiae ad bonum agendum, & vitandum peccatum: non quidem, quod indigeat alia gratia habituali, quia si prima non sufficit, neque sufficit secunda, neque tertia: sed indigent auxilio diuinae motionis excitantis eos ad vitandum peccatum, vel ad bonum agendum: nam gratia habitualis, cum sit immanens, licet ex natura sua determinet ad bonum, & habilem faciat hominem: ad hoc tamen non mouet, quia non est actus: & ita manentem in gratia contingit nihil agere, sicut dormientem: motus autem ab extra esse debet, & quia ille est gratuitus, id est, ex gratia factus, & per illum adiuuamur ad bonum, quia mouemur ad illud, quod est magna pars boni operis: dicimus, quod ad bene agendum, & peccata euitandum, non sufficit gratia habitualis gratum faciens, sed requiritur auxilium gratiae alterius, id est, diuinae pulsationis per se, vel per alias res, ut praecedenti quaestione declaratum est.

Secundum adiutorium quo indiget homo ad bene agendum.

Ad

Th. 1. q. 109. ar. 10.

Ad primum dicendum, quod licet ultra gratiam gratum facientem habituale indigemus auxilio gratiae, non est superuacua, neque imperfecta gratia habitualis: quia donum gratiae habitualis, non ad hoc datur nobis, ut ipsum habentes non indigemus ultra diuino auxilio, sed ut per ipsum sanemur, & ad bonum determinemur: nullum siquidem bonum nobis datum a Deo, tantum aut tale est, quod postquam susceptum in nobis ipsis sufficientes simus ita, quod ultra non indigemus conseruatione, quae a Deo est. Indiget. n. quaelibet creatura, ut a Deo conseruetur in bono, quod accepit ab ipso: & etiam si post acceptam gratiam indigeat homo auxilio diuino, non sequitur, quod gratia sit superuacua, vel imperfecta. Nam in prima erit gratia consummata, & perfecta: & tamen indigebit homo auxilio diuinae conseruationis. Aliter potest dici, quod verum est, quod gratia uigilans non sit superuacua, imò multum necessaria, non est perfecta, sed aliquantulum imperfecta: non solum respectu gratiae patriae, quam habens erit Deo coniunctus: sed etiam quia tunc non sanat in nobis omnem corruptionem: nam licet per gratiam tollatur omnis inordinatio rationis: tamen non tollitur corruptio carnis: quia in habentibus gratiam adhuc fomes inclinat ad malum, sed per hoc non soluitur argumentum: quia etiam si esset in nobis hic gratia consummata, adhuc indigeremus auxilio gratiae, ad nos mouendum, ut supra dictum est. Cum nullum donum Dei manens in nobis, constituat nos non egentes diuino auxilio & conseruatione.

Ad secundum dicendum, quod per gratiam habitat in nobis Spiritus sanctus. i. habemus donum, quod ab eo est, & ei attribuit, & per ipsum gratos nos sibi reddidit. & verum est, quod Spiritus sanctus potest nos sufficienter inducere ad omne bonum, sed illud inducere, non est ipsa gratia habitualis nobis data ab eo, neque aliquis actus gratiae ipsius: sed aliqua motio, qua Spiritus sanctus simul cum patre, & filio mouet nos ad bonum, vel ad euitandum malum. & ista motio uocatur auxilium gratiae diuinae: & est, de qua nos dicimus, quod ultra gratiam habituale indigemus auxilio diuinae gratiae.

Ad tertium dicendum, si gratia habitualis, & auxilium gratiae essent eiuſdem generis, habitus gratia non indigeremus auxilio gratiae: quia tunc iretur in infinitum, si post unam gratiam habituale indigeremus alia, vel unum auxilium gratiae per aliud quaereretur: & tamen gratia habitualis est forma manens in nobis, & nos sanans, & determinans ad bonum. Auxilium uero gratiae non est aliquid in nobis manens, neque aliquid habituale: sed est pulsatio a Deo facta per se, vel per alias res: ideo post gratiam habituale, non est inconueniens, quod indigemus auxilio gratiae, quod est aliquid extrinsecum.

An homo constitutus in gratia, indigeat auxilio gratiae ad perseuerandum in illa. Quaeſt. CLXXXIII.

Quaeretur, an homo constitutus in gratia, indigeat auxilio gratiae ad perseuerandum in illa. Differt autem ista quaestio multum a praecedenti quia ibi quaerebatur de operatione, hic autem de perseuerantia, sed perseuerare non est operari: ideo facilius est perseuerare in bono, quam facere bonum, & ita est alia ratio dubitandi. Aliqui dicunt, quod homo non indiget gratiae auxilio ad perseuerandum: quia perseuerantia est aliquid minus, quam virtus: sicut continentia est minus, quam virtus: quia non est habitus. 7. Ethic. Sed homo non indiget aliquo auxilio gratiae ad habendum virtutes, postquam illas habet, & est iustificatus per gratiam: ergo multo minus indiget auxilio gratiae ad habendum

perseuerantiam. Secundo, quia omnes virtutes infunduntur nobis si mul cum gratia, sed perseuerantia ponitur esse quaedam virtus, ergo infusis alijs cum gratia infundetur etiam & perseuerantia: ergo quandiu gratia manserit cum alijs virtutibus non indigebimus auxilio gratiae. Tertio, quia per donum Christi plus restitutum est homini, quam amisit per peccatum actuale, ut dicitur ad Rom. 6. c. sed Adam accepit unde posset perseuerare, ergo multo magis nobis per gratiam restituitur, unde perseuerare possumus. Habebat enim Adam in statu innocentiae, unde posset in illo perseuerare, si uoluisset: ergo accepta gratia non indigebimus aliquo auxilio gratiae ad perseuerandum.

Dicendum, quod accepta gratia, adhuc egemus aliquo auxilio diuinae gratiae, ad perseuerandum in gratia, & virtutibus acceptis a Deo. Dicit enim Augustinus libro de bono perseuerant. Cur perseuerare poscitur a Deo, si non datur a Deo? an & ista irrisoria petitio est, cum id ab ipso petitur, quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate? Sed perseuerantia petitur etiam ab illis, qui sunt per gratiam sanctificati: quod intelligimus quando dicimus, sanctificetur nomen tuum: ut ibi dicit Augustinus per uerba Cypriani, ergo homo etiam in gratia constitutus indiget, ut deuret a Deo perseuerantia, & ita indiget auxilio diuinae gratiae ad perseuerandum. Ad quod sciendum, quod perseuerantia tripliciter accipitur. Aliquando enim significat quandam habitum mentis, per quam ipsa firmiter stat & manet, ne remoueatur ab eo, quod est secundum virtutem per tristitias, & difficultates irruentes, &c. ita se habet perseuerantia, sicut continentia: nam continentia est, secundum quam mens se continet in proposito suo, quod est secundum virtutem, ita ut ab eo nunquam egrediatur, neque moueatur propter prosequi delectationes: & sic continentia firmat animum circa omnem uirtutem, ne pereat actus illius impediendo contraria delectatione, perseuerantia autem firmat animum circa omnes uirtutes, ne retrahatur a proposito, quod est secundum uirtutes propter fugere tristitias & difficultates, quae se ingerunt in actibus uirtutum. Secundo modo, dicitur perseuerantia habitus quidam, secundum quem habet homo propositum perseuerandi in bono, usque ad finem, & utroque istorum modorum perseuerantia infunditur cum gratia, sicut & continentia, & omnes aliae uirtutes, & manet quandiu gratia manet: ideo pro tali perseuerantia non est necessarium auxilium gratiae post consecutam gratiam, cum necesse sit, quod existente gratia semper existat perseuerantia istis modis. Tertio modo, accipitur perseuerantia, pro continuatione quadam in bono opere usque in finem: & differt iste modus a praecedentibus, quia duobus modis praecedentibus perseuerantia est habitus, isto modo non est habitus, sed est duratio habituum manentium in homine. Et dicendum, quod ad habendam istam perseuerantiam ille, qui in gratia constitutus est, non indiget aliqua gratia, vel dono habituali sed diuino auxilio ipsum dirigente contra tentationem impulsus, mouendo ipsum ad bene agendum, & dirigendo contra tentationes, ne in eas incidat, & peruigilem reddendo, ne inopinatus in tentationes aliquas praecipitetur. Perseuerantia prima, & secunda non esset necesse, quod petant ab homine a Deo, postquam uirtutes haberit: quia necesse est, quod si quis haberit uirtutes, & gratiam, habeat cum illis perseuerantiam illam, quae est vnus de habitibus, quo homo firmatur in proposito uirtutum, ne recedat ab eo, sed toleraret quaecunque tristitia, potius quam recedere vellet. Deus enim quando uirtutes infundit, omnes simul infundit: & istam ideo cum illis tribuit. Secunda etiam perseuerantiam non oportet petere, si quis maneat

Cap. 2. lib. de Cor. ca. 12.

Perseuerantia accipit tripliciter.

Cum Deo uirtutes infundit omnes simul.

neat iam in virtutibus, quia cum virtutibus datur. Necessesse est enim, quod qui virtutes habet, cum illis habeat propositum manendi in actu earum, vsque ad finem vite: quia aliis aliquis haberet virtutem, qui haberet propositum non manendi in virtute etiam nulla passione cum impellente ad contrarium, quod absurdum est: quia tunc sine passione aliqua, & errore pro solum desiderium mali desereret virtutes, qui maneret in illis, quod etiam est absurdum: ideo istas duas perseverantias primas, tanquam natura inexistentes cuiuslibet virtuoso, quando manet virtuoso, non oportet petere a Deo, postquam habuerimus virtutem. De tertia perseverantia, quae non dicit aliquem habitum, neque propositum, sed solum durationem in virtute vsque ad finem vite, Dicendum, quod non datur cum virtutibus: quia nunquam est verum, quod homo habeat eam quousque fuerit vivus, quod vsque ad finem vite in virtute perseveraverit: sed nemo quamdiu vivit perseveravit in virtute vsque ad finem vite, cum adhuc de vita aliquid super sit, in quo nescitur, an iste perseverabit in virtute: ideo non datur homini, quando vivit perseverantia ipsa, neque est aliquod donum, quo existente necesse sit perseverare vsque ad finem vite: quia nullum tale est, neque esse potest habitualiter datum in via, sed est actualis Dei pulsatio & directio, secundum quam servat hominem, ne decipiatur, & ne precipitetur in peccata, & ideo quantumcumque sit aliquis iustificatus, adhuc necesse habet petere a Deo semper perseverantiam istam: & istud est, quod Christus nos petere docet, dicens: Et ne vos inducas in tentationem, id est, non permittas nos superari a tentationibus, neque incidere in illas, licet insurgant: & ita petimus a Deo quotidianam directionem mentis nostrae. Nam peccatum mortale nunquam committitur, nisi per consensum: animus autem noster interdum per errorem, interdum magnitudine astutiae delectationis, vel oppositarum tristitiarum impellitur ad sequendum id, quod malum est, & in cuius electione consistit peccatum mortale: petimus ergo a Deo, ut cum ista, quae a nobis tentationes vocantur, quotidie accidant, semper dirigat mentem nostram taliter, ut nunquam incidamus in illa: & ita nunquam cademus a gratia semel suscepta, quod est perseverare: multis autem gratia datur, quibus ista perseverantia non conceditur: sicut quotidie videmus iustificatos iterum peccare mortaliter, quod non fieret, si efficaciter Deus dirigeret mentes eorum circa omnes tentationes, non permittendo eos superari ab illis: illud ergo, quod nunquam totum simul conceditur, sed particulatim per dies, necesse est, quod quotidie petatur, & ita qui in gratia manet, nihil magis necessarium habet petere, quam ne inducatur in tentationem, id est, ut perseveret: imo istud solum est necessarium: nam si in virtute perseverat vsque ad mortem, necesse est, quod habeat vitam aeternam. Sed dicitur, cum habeat homo perseverantias duas primas, quae sunt habituales, & ille necessario infundantur cum virtutibus, & manent cum illis quando ipsae manent, ad quod est necessaria alia perseverantia: quia per illas poterit homo manere semper in actu virtutis, & ita non oportebit peti aliam perseverantiam. Dicendum, quod illae duae perseverantiae non sufficiunt, nisi perseverantia tertia, quae est duratio in bono opere, vsque ad finem vite adsit, & quia ista non sequitur necessario ex aliqua illarum duarum, oportet peti perseverantiam etiam existentibus alijs duabus perseverantijs, quoniam illae non perseverant, nisi per istam tertiam, secundum quam dicitur homo formaliter perseverans in bono. Omnes enim virtutes ex natura sua habent aptitudinem ad permanendum: nam dicitur 1. Ethico, quod virtutes sunt permanentiores disciplinis: & etiam ut colligitur 2. Ethico,

de conditione cuiuslibet virtutis sunt ista tria, scilicet scire, & velle, & impermutabiliter operari: non quidem quod necesse sit virtutem semel existentem in subiecto semper manere in eo, sed quod quilibet virtus ex se ipsa sufficienter est determinativa subiecti ad semper operandum secundum illam, & nunquam in contrarium: & ita diffiniuit iuriconsultus iustitiam, quod iustitia sit perpetua, & constans voluntas reddens unicuique, quod suum est. habitus inclinans voluntatem ad constanter, & perpetuo reddendum unicuique quod suum est. Quia autem non maneat quis constanter in voluntate illa reddendi, & ita de alijs operationibus virtutum, non provenit ex defectu habituum virtutis, sed ex conditione subiecti. i. voluntatis, quae potest abijcere virtutem. virtus enim & gratia naturam perficiunt, sed non cogunt: & ideo cum vertibile sit liberum arbitrium, potest velle agere secundum virtutem, quam habet, vel agere contrarium ei, licet ipsa ex se sufficienter determinat hominem ad semper bene agendum, & nunquam ad malum: & tamen nunquam potest cogere voluntatem ad eligendum illud bonum, ad quod virtus inclinatur, & determinatur: & sic contingit habentem virtutem agere contra virtutem. De perseverantia autem primo & secundo modo non potest esse plura quam de alijs habitibus virtutum: nam ceteri ex seipsis permansivi sunt: & tamen voluntas potest eos abijcere eligendo facere contrarium: ita perseverantia primo, & secundo modo datur cum alijs virtutibus simul, quando infunduntur: & per perseverantiam primam firmatur mens, ne remoueatur ab eo, quod est secundum virtutes propter tristitias, & difficultates concurrentes: & tamen quia voluntas est libera, potest abijcere istam firmitatem: cum non sit firmatio cogens, sed solum determinans. Et ita abijciatur perseverantia sicut & ceterae virtutes. Secunda quoque perseverantia dat propositum perseverandi in bono vsque ad finem vite: & tamen quia illud propositum est liberi arbitrii, quod est vertibile, potest abijcere propositum illud & mutare: & ita peribit secunda perseverantia: ideo istae duae perseverantiae, licet ex seipsis apte sint ad faciendum per manere hominem semper in bono: tamen quia abijci possunt, pereunt interdum, & non sufficiunt: sed necessaria est tertia perseverantia, quae est actualis duratio in bonis vsque ad mortem, quae non provenit neque provenire potest ex aliquo habitu dato nobis hic: quia quilibet habitus manet in nobis hic secundum conditionem subiecti: & tamen conditio subiecti hic est esse vertibile: ideo semper posset verti ad contrarium, & abijcere habitum, & illius inclinationem: ideo non potest provenire perseverantia ista, nisi ex exteriori motivo per actualem motionem. scilicet, quod quando fuerit mens nostra ad hunc articulum deducta, ut ad hoc, vel ad illud verti debeat, illud agens moueat eam ad id, quod bonum est: sed nemo est, ad quem pertineat convertere hominem ad se, nisi ad Deum, ut ostensum est precedenti questione, ideo ab ipso petenda est perseverantia: quam ille hoc modo dare potest nobis. scilicet, quod quando cunque tentatio aliqua incidit, per quam mens nostra ad malum ellici, & flecti possit siue mota desiderio fruendi delectationibus, siue fugiendi tristitijs Deo actualiter pulset mentem nostram interius inclinando illam, vel excitando ad id, quod bonum est, vel offerendo aliqua exteriora, per quae excitetur voluntas ad eligendum id, quod bonum est, ut dicebatur precedenti questione, & hoc est liberari nos a tentationibus, a quibus ut nos liberemur a Deo ipse Christus iussit semper orari Deum a nobis: ideo ipse est perseverantiam largiri, & a tentationibus omnibus liberare.

Ad primum dicendum, quod non eget quis auxilio gratiae ad hoc, quod virtutes habeat, prout habere dicit esse informatum illis: secus ut dicit possidere illas per temporis durationem, quod est perseverantia: ita ad habendum perseverantiam, primo & secundo modo, quae ponuntur habitus, vel dispositiones quaedam, & infunduntur simul cum gratia, & alijs virtutibus, non indiget auxilio gratiae, qui in gratia constitutus est: secus autem accipiendo perseverantiam tertio modo, prout est actualis continuatio in bono: quia illa non infunditur cum virtutibus, neque datur aliquo tempore simul, sed quotidie datur per partes, secundum quod a tentationibus quotidie liberamur, ne incidamus in peccatum, & non perdimus gratiam semel acceptam.

Ad secundum dicendum, quod verum est de perseverantia primo, & secundo modo: quia ille non ponitur, ut habitus vel dispositiones, sed ut sunt a Deo habitus sunt, & infunduntur cum alijs virtutibus: sed perseverantia tertia non potest infundi cum alijs virtutibus: quia non est habitus, sed datur partim per successiones, ut dictum est.

Ad tertium dicendum, quod sicut dicit Augustinus in libro de Natura & gratia, homo in primo statu accepit donum, per quod perseverare posset: non accepit autem, quod perseveraret: nunc vero per Christi gratiam recipiunt homines donum, per quod perseverare possunt, & istud est gratia habitualis, & virtutes infusa: accipiunt etiam multi, quod perseverarent, & ita non solum est maius donum Christi, quam delictum Adam, sed etiam est maius quam donum datum Adam. Nam ei non datum fuit quod perseveraret, cum actualiter non perseveraverit: hoc tamen differt, quia per illud donum, quod tunc habebat Adam facilius poterat perseverare, quam nunc homo per donum gratiae, quod a Christo accipit, licet maius sit istud donum, quam illud, eo quod tunc illa rebellio erat in carne humana ad spiritum, secundum quam impelleretur homo ad cadendum in peccatum, & per delictum donum, quod habebat: nunc vero magna rebellio est, eo quod reparatio facta per Christum, licet sit inchoata quantum ad mentem, non est tamen consummata quantum ad carnem, quae consummabitur in patria, ubi homo non solum perseverare poterit, sed etiam peccare non poterit: & ita cum Adam non receperit quod perseveraret, sed vnde perseverare posset, & ita etiam per gratiam nunc homines recipiunt, vnde perseverare possunt, non fuit maius donum Adam, licet non perseverarent nunc omnes, qui gratiam accipiunt.

Virtutes sunt permanentiores disciplinis.

Virtutes & gratiam perficiunt sed minimè cogunt.

Homo in statu naturae lapsae per Christi gratiam accipit donum per quod perseverare possunt in bono.

An homo possit per seipsum sine gratia mereri vitam aeternam. Questio CLXXXIII.

QVAERETVR, an homo possit per seipsum sine gratia mereri vitam aeternam. Aliqui dicunt quod sic: quia supra in litera dicitur, si vis ingredi ad vitam, serua mandata: & ita in voluntate hominis positum est ingredi ad vitam, sed id, quod in nostra voluntate constitutum, est per nos ipsos possumus: ergo homo per seipsum poterit mereri vitam aeternam. Secundum, quia vita aeterna est premium vel merces, quae redditur hominibus a Deo, iuxta illud supra quinto capitulo, merces vestra copiosa est in caelis, sed merces, vel premium redditur homini a Deo secundum opera eius, iuxta illud Psalmi 61. tu reddis unicuique iuxta opera sua. Cum ergo homo sit dominus operum suorum, videtur quod in potestate eius constitutum sit ingredi ad vitam, & ita per se merebitur vitam aeternam. Tertio, quia vita aeterna est ultimus finis humane vite sed quilibet res naturalis per sua naturalia potest consequi finem suum, ergo a fortiori homo, qui est altioris naturae, per sua naturalia poterit consequi finem suum, & ita poterit habere vitam aeternam sine gratia.

Dicendum, quod non potest homo per sua naturalia mereri vitam aeternam. Sic dicitur ad Roma. 6. Gratia Dei vita aeterna. Vbi dicit Glo. hoc dictum esse, ut intelligamus Deum nos ad vitam aeternam pro sua misericordione perducere. Ad cuius evidentiam considerandum, quod actus perducentis ad finem debent esse proportionati fini: nullus autem actus excedit proportionem sui principij actiui, & ita in naturalibus videmus, quod nulla res potest per suam operationem perficere effectum, qui excedit virtutem suam actiuam, sed solum potest producere effectum proportionatum suae virtuti: vita autem aeterna est finis excedens proportionem naturae: & ideo homo per sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata vitae aeternae: sed ad hoc exigitur altior virtus, quae est virtus gratiae, quae excedit naturam: quia illam non habet homo a se, neque habere potest, sed oportet quod a Deo accipiat. Et ita sine gratia non potest homo mereri vitam aeternam, sed solum potest facere opera perducenda ad aliquod bonum homini connaturale, sicut colere agrum, bibere, masticare, habere amicum, & similia, ut dicit Augustinus contra Pelagianos.

Ad primum dicendum, quod homo non potest facere opera meritoria vite aeternae sine gratia: quia tamen habere gratiam est in potestate hominis, in quantum faciendum id, quod in se est, statim Deus dabit ei gratiam, dum ingredi ad vitam est in voluntate eius constitutum.

Ad secundum dicendum, quod vita aeterna datur, ut merces operibus nostris, sed non nisi operibus meritorijs, quae sunt facta in gratia, quae sunt nostra in quantum sunt a nobis facta, sed non sunt nostra quantum ad id, per quod sunt meritoria, id est quantum ad gratiam: ideo licet per opera nostra mereamur vitam aeternam, non sequitur, quod possimus per nos ipsos sine gratia Dei mereri vitam aeternam.

Ad tertium dicendum, quod argumentum procedat de fine, quae est connaturalis rei. Natura autem humana habet finem aliquem, ad quem possit pervenire virtus naturae suae, sed in quantum ipsa est excellentior ceteris naturis habet, quod possit auxilio gratiae perducere ad altior finem, quam ipsa virtus proprijs possit attingere: ceterae autem res non possunt per exterioris auxilium perducere ad aliquem finem excellentiorem, quam ipsae naturaliter possint habere virtus suis, & in hoc non est homo minoris perfectionis quam ceterae res, sed potius maioris: quia si ceterae res haberent finem, ad quem proprijs virtutibus possent pervenire, homo autem nullum finem haberet, ad quem per sua naturalia possit pervenire, esset inconueniens: sed falsum est, quia aliquod bonum connaturale est homini ad quod homo ex operatione propria potest pervenire, ut supra dicebatur. Et supra illud est amplioris perfectionis natura humana, quae virtute agentis exterioris potest elevari ad finem aliquem excellentiorem, ad quem non potest pervenire virtus suis: & ita maior est sua capacitas, quam sua actiuitas. Ceterae res propter suam imperfectionem non sunt capaces alicuius ulterioris boni quam eius, quod per vires proprias habere possunt. Sic dicit Aristoteles secundo de celo & mundo, quod ille est melius dispositus ad sanitatem, qui aliquibus auxilijs medicinae potest acquirere sanitatem, quam qui non potest per medicinam illam acquirere.

Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum federit filius hominis

Ad tertiam rationem. Natura humana est excellentior ceteris naturis.

Luc. 22. c.

Multis datur gratia quibus non datur perseverantia in bono opere vsque in finem vitae.

Nemo est ad quem pertineat convertere hominem ad se nisi ad Deum.



hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Mar. 10. d. Luc. 13. e.

Mar. 10. d. Luc. 13. e.

Tunc respondens Petrus. Hic ostenditur paupertatis voluntariae premium. & dicitur. Tunc. postquam Christus dixit de iuvene diuite, qui tristis abierat: & quod diuites difficile intrant in regnum caelorum. Respondens Petrus. Magis est quaerere, quam respondere, cum petat: quid ergo erit nobis? Sed dicit respondens. i. adiciens verbum ad verba Christi, qui iam locutus fuerat. Ecce nos. Nominem omnium apostolorum loquebatur. Relinquimus omnia. Scilicet omnia, quae possidebamus. Et secuti sumus te. Ad hoc reliquerant, ut sequerentur: quia nihil proderat relinquere nisi Christum sequerentur. Quid ergo erit nobis? Id est, quid habebimus boni propter hoc magnum bonum quod egimus. Iesus autem dixit illis. Id est, omnibus apostolis, sed solus Petrus quaesivit: quia nomine omnium quaerebat. Amen dico vobis. Id est, certe, vel in veritate dico. Quia vos qui secuti estis me. Id est, qui nunc sequimini, & usque nunc secuti estis. In regeneratione. Non est determinatum huius verbi secuti estis, sed illius sedebitis. Nam in regeneratione nemo Christum sequitur: sed in regeneratione sedetur super sedes. Vocatur autem regeneratio resurrectio. Et vocatur largè regeneratio: quia sicut per generationem accipit homo esse: ita & per resurrectionem accipit esse: quia homo resolutus fuerat, & accipit esse: & ita vocatur baptismus renasci. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Vel regeneratio eo quod in baptismo accipit homo esse spirituale: & tamè largè vocatur regeneratio ipsa resurrectio: quia generatio dicit accipere esse de nouo: ita & regenerari est de nouo accipere esse. Et propter hoc quòd homo de nouo accipit esse naturale, dicitur generari: quia ante hoc esse naturale non habebat homo esse humanum. Cum autem baptizatur quis, dicitur regenerari vel renasci: eo quod de nouo accipit esse spirituale. Siquis verò perdat esse totum spirituale, ut si perdat fidem & charitatem, & postea recuperet: licet detur sibi esse spirituale, quod non habebat: tñ nō dicitur renasci vel regenerari: quia non accipit de nouo, cum iterū habuisset: ita quātum ad esse naturale, cum quis primò illud accipit dicitur generari. Cum autem perditum esse recuperat per resurrectionem, cum nō accipitur ibi de nouo, non dicitur propriè renasci, vel regenerari: sed largè vocatur hic regeneratio. Cum sederit filius hominis. Id est ego, qui sum filius hominis. De se enim quasi de altero loquitur. In sede maiestatis sue. De tempore resurrectionis intelligitur. Nā tunc sedebit Christus in sede maiestatis suae. in qua maiestatem ostendit: quia ad iudicandum venit in nubibus caeli in potestate magna, & maiestate infra 24. c. Sedebitis & vos. Id est, nō solum ipse sedebit in sede maiestatis suae: sed etiam vos sedebitis cum illo partē huius honoris accipientes. Super sedes duodecim. Quia ipsi erant duodecim apostoli. Iudicantes duodecim tribus Israel. Ut dēt eis honor iudicarij. quòd sicut Christus iudicabit, ita & ipsi iudicabunt: & dicitur de duodecim tribus Israel: quia erant duodecim tribus, & duodecim apostoli. Et ita singuli singula tribus iudicandae correspondent.

In baptismo accipit homo esse spirituale.

Et omnis, qui reliquerit. Posita fuerat supra excellentia duodecim apostolorum: & quia putaret aliquis quòd istis solis deberetur honor, ostendit Christus, quod etiam omnibus alijs, qui secuti fuerint ipsum, erit magna retributio. Domum. Per domum intelliguntur oēs possessiones urbanae: & etiam intelliguntur omnia mobilia: ut diuitiae pecuniarum, etiā si nulla immobilia possideantur. Vel fratres, vel sorores. Relinquere istos est ab eorum consortio, & conuersatione recedere propter Christum, actualiter sequendo Christum. Aut patrem aut matrem. Sive filius familias sit, qui adhuc manet actu in familia patris, & potestate eius, & recedat deserendo eos propter Christum, sive sit emancipatus extra patriam potestate constitutus, aut saltem non manens actu in familia patris, & sub custodia eius. Vterque enim potest patrem, aut matrem deserere cessando ab eorum conuersatione, ut Christum sequeretur. Aut uxorem. Dimittendo illam, & non redeundo ad eam, vel non manendo cū ea continuè sicut alias manebat. Aut filios. Cessando ab eorum conuersatione dulci. Aut agros. Omnia genera possessionum, vel rusticorum praediorum nomine hoc accipiuntur, ut vineae, oliueta, horti, agri, seminarij, & quidquid aliud est. Propter nomen meum. Id est, propter me. I. ut sequatur me: nam qui propter iactantiam mundani honoris, vel propter alias commoditates humanas faciunt, ut propter timorem, amorem: ut quia melius sibi iudicant esse relictis istis personis alibi viuere, non habent aliquid praemij, quia non propter Deum faciunt: ideo eū non constituunt in aliquo debitorem. Centuplum accipiet. Id est, qui ista abijcit pro me, non putet se illa perdidisse, quia quilibet accipiet centuplum: quod quomodo accipiatur, infra dicitur. Et vitam aeternam possidebit. Istud est summum bonum: & datur sequentibus Christum, & custodientibus mandata eius. Multi autem erunt nouissimi primi. Id est, aliqui erunt hic nouissimi, & infimi in honore & statu & in iudicio: sed in vita aeterna efficiuntur primi, id est, maximi in honore: & ita fiet ista mutatio secundum differentiam meritum. Et primi nouissimi. Id est, qui erant hic primi in honore, forte in die iudicij, vel in statu resurrectionis erunt nouissimi, id est, abiecti vel minores in honore. I. quia, dum viuerent non praecesserunt ceteros meritis, sicut statu & honore praecedebant.

Quare Petrus nunc Christum interrogauit. Questio CLXXXV.

Quare Petrus nunc Christum interrogauit. Dicendum quod, siue Petrus, siue aliquis alius apostolorum, siue omnes simul interrogati erant Christum ex causa, quae tangitur sequenti questione. Petrus tamen nunc specialiter interrogauit: non quidem quasi occurreret aliquid speciale sibi, de quo interrogare ad ipsum solum attineret: quia nomine omnium interrogauit, ut dicitur in litera. Ecce nos reliquimus omnia: sed quia Petrus audacior erat siue confidentior apud Christum: ideo potius quam ceteri loquebatur. Secundò, quia fortassis videbat se constitutum in maiori honore apud Christum, quam ceteri essent: & ita ut maior, & representas personam omnium pro oibus loquitur: & ob hoc nō solum nemine pullante ipse pro omnibus periebat, sed etiā quòd sito aliquo dubio ab omnibus respōdebat Petrus pro omnibus, sicut supra 16. ca. cum Christus dixit ad oēs discipulos. Vos autem quem me esse dicitis: ait solus Petrus, tu es Christus filius Dei uiui. Tertio, quia Petrus erat ardentior, & sollicitior ad ista querenda: ideo fortassis citius occurrit ei in mentem ista querere, quam alicui aliorum.

Quare

Quare questum fuit nunc istud nomine apostolorum. Questio CLXXXVI.

Quare Petrus, quare questum fuit nunc istud nomine apostolorum. Ecce nos reliquimus. Dicendum, quod hoc fuit, quia de re hac sermo inciderat. Et primò ad tollendum dubium. Dixerat enim Christus supra, quod facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum caelorum, & quod qui pecunias habent difficile intrant in regnum caelorum. Quaesierunt ergo discipuli, cum ipsi reliquissent omnia, an sic esset eis futurum, quod difficile intrant in regnum caelorum. Christus autem respondet, quod non erit de eis sic: sed quod habebunt vitam aeternam: quia diuitiae non impediunt eos, cum illas propter Christum dimiserint. Secundò potest introduci, & adhuc melius, quod audierant discipuli, quomodo iuuenis quaerebat vitam aeternam: & quia diuitias abijcere iussus est tristis recessit: in quo apostoli putabant rem magnam esse diuitias contemnere, cum ille, qui omnia praecipua seruauerat a iuuentute sua, & desiderabat vitam aeternam, neque propter desiderij magnitudinem, neque per assuetudinem in praecipis trahi potuerit, ut diuitias contemneret, sed tristis recessit au dito hoc: apostoli autem hoc fecerant omnia deserentes, ideo rem magni meriti se fecisse putantes quod fierunt, quid eis pro hac re daretur, cum dixerunt: quid ergo erit nobis? Sic dicit Glo. quia iuuenis audito consilio saluatoris de rerum dimissione tristis abscesserat. Discipuli autem Christi praemissum consilium iam adimpleuerant, solliciti ceperunt de premio, estimantes magnum aliquid fecisse, cum iuuenis, qui praecipua legis impleuerat, hoc sine tristitia neque audire poterit: unde & Petrus pro se, & alijs dominum interrogat. Ecce nos reliquimus &c.

Quomodo Petrus, dixit reliquimus omnia, & an sit verum. Questio CLXXXVII.

Quomodo Petrus, dixit reliquimus omnia: nam omnes isti, de quibus loquebatur pauperes erant: quia quae infirma, & stulta, & ignobilia sunt huius mundi elegit Deus, ut confunderet sapientes & potentes. I. Corin. 1. c. i. elegit apostolos, & discipulos, pauperes, ignobiles, impotentes, illiteratos, ut per eorum praedicationem subiiciendo sibi totum orbem ostenderet sapientiam, potentiam, & nobilitatem humanam coram Deo nihil esse. Dicendum, quod verum est, quod pauperes erant, & tamen omnia dereliquerat. Quod dupliciter intelligi potest. Vno modo, quod dereliquerant omnia, scilicet, omnia quae habebant: ideo & si pauca haberent, dum tamen de illis nihil sibi referuarent, sicut fecerant Ananias, & Saphira fraudando de parte precij agri, Actu. 5. c. dicebantur omnia dereliquisse. Secundò potest accipi, quia omnia dereliquerant. i. concupiscentiam omnium: nam licet pauca possiderent, multa poterant concupiscere, & multa sperare: quia nemo tam infelix est, qui omnem sibi spem detrahare debeat, ideo omnia relinquebant, quia omnia poterant concupiscere. Causa autem sic dicendi fuit affectio: nam ex magna affectione reliquerat, quae possidebant, relicturi multo plura, si illa possiderent: & ita opus suū magni meriti aestimabant, & tanquam de magna re loquebantur dicentes, reliquimus omnia. Sic dicit Origenes: Petrus quia non facile rem constamauerat, fiducialiter quaesuit, etsi minima cū fratre reliquit: sed non minima sunt aestimanda apud Deum considerantem quoniam ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt. Unde & si multas habuisset

sent possessiones, omnia reliquissent. Et puro, quòd magis Petrus confidens de affectu suo quam de ipsa quantitate rerum relictarum, fiducialiter interrogauit, ecce nos reliquimus &c. Secundò fuit ad dandum fiduciam pauperibus de impletionem istius consilij. Dixerat enim Christus iuueni diuiti, vende omnia, quae habes, & da pauperibus. Ideo pauperes cum pauca aut nihil haberent, cum non putarent se hac implere quasi non darent omnia: ideo Petrus, qui pauper erat ait. Ecce nos reliquimus omnia. Et ita qui pauca aut nulla possidet, potest omnia relinquerere implens dominicum consilium. Sic dicit Chryso. Ecce nos reliquimus omnia, quae omnia, obteate Petre? arundinem, rete, nauigium. Omnia quidem haec dicit non propter munificentiam, sed ut per interrogationem hanc inopem inducat plebem. Quia enim dominus dixerat: si vis esse perfectus vade, & vende omnia &c. ne dicat aliquis inopem: quid igitur, si non habueris non possum esse perfectus? Interrogat Petrus, ut tu inops discas, quoniam in nullo hinc diminutus es. Qui enim clauis regni caelorum acceperat pro eis, qui illius sunt, iam iam confidit, & pro orbe terrarum vniuersa interrogat.

Quare dixit Petrus: Et secuti sumus te. Quest. CLXXXVIII.

Quare dixit Petrus: Et secuti sumus te. Dicendum, quod primò fuit ad ostendendum perfectionem operis: nam relinquerere omnia bonum erat, sed non erat bonum in se, sed solum in quantum ordinabatur ad alterum. Et illud est sequi Christum: ideo enim omnia relinquebant, ut Christum expedite sequi possent: cum igitur dixisset, quod omnia reliquerant, addidit: & secuti sumus te. Sic dicit Hieronymus, scilicet: Quia ergo non sufficit tantum relinquerere, iungit quod perfectum est, & secuti sumus te. Secundò fuit, quia Petrus volebat respondere iuxta ea, quae dixerat Christus: ipse enim dixerat iuueni diuiti: Vende omnia, quae habes, & sequere me: & ita duo mandabat: & quae non fecit illa iuuenis, locutus est Christus contra diuites: nunc ergo Petrus volens innuere, quòd Apostoli impleuerant omnia, quae Christus mandauerat: & ideo quòd nō deberet eis esse difficilis ingressus regni caelorum, sed quod magna praemia eis danda essent: repetiuit illa duo, quae dixerat Christus, & ait: ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Sic dicit Origenes: Intuere autem qualiter respondet diligenter: sicut Christus inquisiuit. Etenim Christus a iuvene duo expetiit, dare pauperibus quae habebat, & sequi se. Propter hoc ipse addidit, & secuti sumus te. Sciendum autem, quòd licet ista duo Christus praeeperit, non praecipiebat ea aequaliter quasi essent aequaliter bona, sed vnum propter alterum: sequi enim se directè tanquam bonum suadebat. dimittere autem omnia non ob aliam causam iubebat: nisi quia possidens adhuc terrena, & illorum curis implicatus Christum sequi non poterat quocumque ireret: ideo tanquam dispositio ad sequendum se fuit venditio omnium: & ideo quando Christus suadebat diuiti sequi ipsum, quod fieri non poterat nisi dimittendo omnia, & principium operis debet esse ad dispositionem dixit: vade & vende & vnuerfa: et subintulit, sequere me. Quando autem de premio boni operis loquebatur, non posuit ista duo quasi pro ambobus, velut pro operibus distinctis daretur praemium, sed solum alterum, ut supra dicitur, scilicet vos, qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis, sedebitis & vos super duodecim sedes. Et non dixit, vos, qui reliquistis omnia & secuti estis

estis me: quasi totum bonum huius operis sit in sequendo Christum, relinquere autem omnia non sit bonum nisi in quantum ordinatur ad sequendum Christum. Unde si quis omnia reliquerit non cum intentione sequendi Christum, nullum premium habet: & illud multi philosophi fecerunt, quibus nullam laudem operis meritorij attribuimus. Sic dicit Hieronymus: Secuti estis me. Non dixit, qui reliquistis omnia: hoc enim & Socrates philosophus fecit, & multi alij diuitias contempserunt: sed qui secuti estis me, quod proprium est apostolorum atque credentium.

In quo secuti sunt apostoli Christum. Questio CLXXXIX.

Resp. ad quæsitum questio. i. modo.

QVAERETVR, in quo secuti sunt apostoli Christum. Dicendum, quod apostoli secuti sunt Christum in oibus. Primum in fide & virtutibus. In fide quidem, quia crediderunt in eum, & hoc erat maximum: quia cum eum Deum suum crederent, facile erat cetera eo iubente agere, & tolerare. In virtutibus etiam imitati sunt: quia doctrinam viuendi ab eo data tenuerunt, & quantum ad hoc eos laudabat Christus dicens: vos amici mei estis si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Ioan. 15. ca. & generaliter quantum ad totius vite puritatem se eis imitabilem præbuit, ut ita ipsi facerent. Ioan. 13. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Et etiam in morte, sicut in vita exemplum dedit, ut nos libere vel saltem patienter iniurias toleremus. prima Pet. 2. Christus passus est pro nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit: neque inuentus est dolus in ore eius, qui cum maledice retur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. De his dicit Orige. Dicit potest secundum omnia, quæ pater reuelauit Petro esse filium suum, secuti sumus re: iustitiam, sanctificationem, & huiusmodi, propter quæ quasi victor athleta interrogat, quæ sunt præmia certaminis. Secundò secuti sunt apostoli Christum corporaliter euntes, quocumque ille ibat. Sed dicendum, quod licet de omni sequela intelligatur, & sequi corporaliter Christum, nisi virtutibus & fide consequamur, nihil valet, sed magis nocet: sicut Iudas Christum secutus est, qui manens cum eo deterior effectus est, quæ Christo dabatur furando, & tandè dominum vendendo, & prodendo: tamen principaliter intelligitur de sequela corporali. scilicet quia Christum sequerentur, quocumque iret adherendo ei inseparabiliter, multi quippe verbis eius credebant, & tamen eum non sequebantur: sed manebant in proprijs gaudetis, & mundo vtentes. soli autè apostoli, & discipuli Christum sequebantur non recedentes ab eo: & quia ista sequela magnam virtutem secum adiunctam habebat, valde laudatur: non enim solum sequebantur corporaliter, qui eum sequebantur, sed multis virtutibus, & difficilibus operam dabant. Nam credebant in eum, sequebantur doctrinam viuendi ab eo traditam quantum ad virtutes necessarias, insuper omnia dimittebant, cum intentione nunquam redeundi ad illa: & dum cum Christo viuerent, etiam si aliquid acquirere possent, vel eis spontè daretur, nolabant illud possidere, quia non licebat eis accipere aurum, neque argentum, neque saltem sacculum, aut peram portare in via ad cibos ferendos, neque vestem duplicem, neque calciamenta, supra decimo capitulo: sustinebant quotidie iniurias, & abiecti atque odiosi erant hominibus, sicut Christus dixit: Mundus gaudebit, vos autem tristabimini. Io. 16. & illud. Eritis odio omnibus hominibus propter me, supra decimo capitulo. sequi ergo Christum corporaliter, ad quod comitabantur omnia hæc,

Qui Christi sequuntur multas virtutibus operam dabant, & corporaliter eum sequebantur.

magna perfectionis erat, & ita pro illa permittitur premium. Et patet, quod de ista sequela intelligatur: quia Christus dixit iuueni, vade, & vende vniuersa, quæ habes, & sequere me: & tamè si solum deberet eum sequi quantum ad fidem, & virtutes, non oportebat vendi possessa: sed dicebat, quod venderet possessa ad hoc quod comitaretur Christum: quia non poterat eum sequi corporaliter, & inseparabiliter, quadiu possideret aliqua: quia oportebat, ut rediret ad procurandum res suas, & continuam illarum etiam cum Christo manens gereret sollicitudinem, & ita de sequela corporali intelligebat, de qua loquitur, ad quam iubebat omnia vendi, & dari pauperibus, cum non possent comode possideri.

Quare Christus direxit verbum suum ad omnes, cum solus Petrus quæsiisset nunc a Christo. Questio CXC.

QVAERETVR, cum solus Petrus quæsiisset nunc a Christo, quare respondendo direxit Christus verbum suum ad oes. Dicendum, quod, ut ait Theophil. Petro tantum interrogante dominus vniuersalè responsionem facit. Et hoc fuit primò, quia causa erat omnium: non enim solus Petrus reliquerat omnia, & secutus fuerat Christum, sed etiam ceteri: ideo etiam si ipse solus diceret, ego reliqui omnia, & secutus sum te, non responderet soli Petro, sed omnibus cum esset causa communis. Secundò fuit, quia licet solus Petrus loqueretur, non tamen solum pro seipso loquebatur, sed expressè pro omnibus cum ait: ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: ideo Christus debuit respondere ad omnes: nam si Petro sic quærente responderet solum Christus ei dicens: tu, qui reliquisti omnia, & secutus es me sedebis &c. putarent ceteri, quod eis nihil premij daretur, sed soli Petro: ut ergo putarent in premio participes, qui in laboribus erant confortes, ad omnes respondere debuit. Sed dicendum, quod cum Petrus solus loqueretur, & non alij, licet vice eorum loqueretur, poterat Christus respondere de eis in tertia persona dirigendo sermonem ad solum Petrum. scilicet, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt me sedebunt &c. Fuit tamen rationabilius dirigere sermonem ad eos: quia quando Petrus nomine illorum loquebatur, erant ipsi presentes, & quodammodo videbantur contemni, si ad eos non loqueretur Christus: ideo dixit: vos, qui secuti estis me &c.

Quomodo accipiendum est, quod dicitur: Vos qui secuti estis me in regeneratione. Quest. CXC I.

QVAERETVR, quomodo accipiendum est, quod dicitur: vos qui secuti estis me in regeneratione. Dicendum, quod est causa dubitandi secundum quod variè potest construi iste ablatiuus regeneratione: nam potest construi cum isto verbo secuti estis me, vel cum illo verbo sedebitis. Accipiendum primo modo, necesse est accipi regenerationem pro aliquo quod sit in vita: quia homo non potest sequi Deum nisi in vita. Et ideo accipiunt aliqui regenerationem pro baptismo. Nam in baptismo dicitur homo, regenerari vel renasci. Ioan. 3. Oportet vos renasci denuo, & iterum: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto. Sic accipit Hylarius dicens: Secuti sunt quidè discipuli Christum in regeneratione. i. in lauacro baptismi in fidei sanctificatione. hoc est enim illa regeneratio, quam apostoli sunt secuti, quam lex indulgere non potuit. Et est sensus, vos qui secuti fuistis me in baptismo, qui baptizati fuistis, sicut & ego baptizatus sum: quia ille baptizatus fuerat a Ioanne, & apostoli a Christo baptizati fuerant. Vel secuti estis me in baptismo, i. accipi-

itis

itis baptismum, quem ego ministraui vobis, & istum sentum etiam tenet Chrysof. Secundò potest accipi tenendo regenerationem, quæ fit in vita, quod regeneratio sit accipere esse spirituale de nouo, quod est per fidem. ideo acceptio fidei vocatur regeneratio. Nam per fidem incipit homo esse filius Dei. Ioan. 1. Dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Et tunc est sensus, qui secuti estis me in regeneratione. i. qui secuti estis fidem, quam ego prædico accipiendo eam, per quam homines regenerantur. Sic dicit August. Sicut enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem, sic anima nostra regenerabitur per fidem. Tertio modo potest accipi construendo illum ablatiuum regeneratione, cum illo verbo sedebitis: & tunc est sensus: vos, qui secuti estis me. scilicet hic corporaliter mecum permanendo, & doctrinam meam sequendo, sedebitis in regeneratione. i. in die iudicij super duodecim sedes. Et accipitur regeneratio pro resurrectione, quia sicut in generatione homo accipit esse: ita in resurrectione quodammodo esse accipit: quia perdiderat corpus esse, quod habebat ab anima, & in resurrectione illud recuperat. Et iste est verus sensus: Sic enim accipit Hieron. dicens: Aliter debet construi. Vos, qui secuti estis me sedebitis in regeneratione, id est, quando mortui ex corruptione resurgent incorrupti, sedebitis vos in solijs iudicantium condemnantes duodecim tribus Israel.

Quare dicitur cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. Questio CXC I.

QVAERETVR, quare dicitur, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. Dicendum, quod in hoc significauit tempus gloriæ sanctorum: dixit enim, quod sedere deberent super duodecim sedes: & ut non putarent, quod statim hoc futurum erat, ostendit per hoc quo tempore accideret & ait: cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. Hoc autem dupliciter accipitur propter equiuocationem huius nominis regeneratio, ut dictum est præcedenti quæstione. Accipiunt quidam pro baptismo, vel regeneratione in fide, & est sensus, vos sedebitis super duodecim sedes in regeneratione. i. tempore regenerationis. scilicet quando fides Christi accipietur ab hominibus, & hoc erit, quando filius hominis sederit in sede maiestatis sue. Et hoc fuit statim post Christi ascensionem ad celos: nam tunc Christus sedet in sede maiestatis: quia sedet a dextris Dei, Mar. 16. & sedet in throno, ut dicitur ad Hebr. 1. cap. Tunc apostoli sedere ceperunt super sedes: quia ceperunt esse magistri totius orbis, quod ad Christum conuertebatur. Sic accipit Chrysof. dicens. Per hoc, quod dicit, in regeneratione, promittit Christus, tempus christianitatis futurum post ascensionem suam: quando homines regenerantur per baptismum, & illud est tempus, quando Christus sedet in sede maiestatis sue: & vide, quia non de tempore iudicij futuri dicit, sed de vocatione gentium. Secundò potest accipi, pro tempore iudicij generalis. scilicet in resurrectione: ut concordet quæstioni præcedenti: nam regeneratio pro resurrectione accipitur, & quando est regeneratio sederit filius hominis in sede maiestatis: ideo debet intelligi de aduentu Christi ad iudicandum. Nam tunc sedebit, ut rex magnus in folio suo, & tunc verum est, quod sedebunt apostoli ad iudicandum in duodecim sedibus. Sed istum sensum impugnat Chrysof. dicens: Vide, quod non de tempore futuri iudicij dicit, sed de vocatione gentium vniuersarum: non enim dixit, cum venerit filius hominis, sedens super sedem maiestatis sue: sed cum sederit in sede maiestatis sue. Quod ex tunc fuit ex quo gentes credere ceperunt in Christum, secun-

Ad illud Psalmi. Regnabit dominus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Sed dicendum, quod melior est præcedens sensus. scilicet quod intelligatur de extremo iudicio. Primò, quia conuenit iste modus loquendi sacre scripture. Nam infra vigesimo quarto, vbi de iudicio agitur, dicitur. Videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute multa & maiestate, & infra 25. ca. dicitur: Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo. Secundò, quia ita communiter exponitur, ut in die iudicij dicamus filium hominis, venire in maiestate. Tertio, quia si non acciperetur pro tempore iudicij, cum eodem tempore, quo filius hominis sederit in sede maiestatis, debeant sedere apostoli super duodecim sedes, non manebit apostolis, quod sedent in die iudicij ad iudicandum cum Christo, & tamen communis, & vera assertio tenet, quod in die iudicij sedebunt apostoli iudicantes simul cum Christo: ergo oportet accipi, quod sedeat in sede maiestatis sue in die iudicij. Et iste est sensus verus, & ita tenet Hierony. ut supra dictum est. Dicitur autem Christus sedere, vel filius hominis, quia Christus, ut homo iudicabit. Sicut enim dicitur Io. 5. Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit facere filio, quia filius hominis est: & ita in quantum homo habebit istum honorem, quod iudicabit. Causa est: quia sicut Christus in quantum homo iudicatus est ab hominibus, ita ipse in forma humana iudicabit omnes homines. Dicitur autem in sede, quia iudex sedere debet ad iudicandum: quia hoc pertinet ad auctoritatem iudicis, & ostendit quandam tranquillitatem animi, & ita Christus cum iudicabit sedens erit. Dicitur autem in sede maiestatis: quia maiestas, quasi maior status dicitur, & designat quandam exteriorem apparatus, siue quantum ad ornatum circumpositi corpori & loco, & quantum ad frequentiam assistentium. Sic ostenditur infra vigesimo quinto. scilicet cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, scilicet, illa assistentia angelorum faciet ad quandam maiestatem.

An aliquibus hominibus in generali iudicio competat iudicare. Questio CXC III.

QVAERETVR, cum dicatur hic de apostolis, quod sedebunt super duodecim sedes iudicantes Israel, an aliquibus hominibus in generali iudicio competat iudicare. Aliqui dicunt, quod non: quia Ioan. 5. cap. dicitur, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: sed talis honor nulli competit, nisi Christo, qui est filius Dei & Deus: ideo non conceditur alteri iudicare, cum alteri non competat talis honor. Secundò, quia quicumque iudicat habet auctoritatem super ea, de quibus iudicat: sed ea, de quibus oportet esse iudicium sunt premia, & merita humana, & penæ, & demerita. Sed ista non sunt in potestate alicuius hominis, sed solius Dei: ergo non competit alicui homini iudicare. Tertio, quia iudicium finale secundum viorem, & probabiliorem sententiam non exercebitur vocaliter, sed mentaliter, ut quod cordibus nostris notificentur peccata, & scelera nostra, sed solus Deus hoc potest: quia ipse scrutatur corda & renes, ideo ipse solus iudicabit. Dicendum, quod non iudicabit Deus solus: sed etiam aliqui homines cum eo: quia dicitur supra in litera, sedebitis, & vos super duodecim sedes, id est, non solum ego, quando venero in maiestate, sed etiam ad iudicandum: sed etiam vos sedebitis iudicantes. Item Ista. 3. dicitur Dominus ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui. scilicet dominus iudicabit, & cum eo etiam iudicabunt seniores populi: ergo aliqui homines

Quare Christus ut homo iudicabit.

Maiestas quiddam.

Indicatur multipliciter accipitur.

mines iudicabit: isti autem precipue erunt apostoli. Ad hoc tamen considerandum, quod iudicare accipitur multipliciter. Vno modo casualiter. i. causam iudicio prabere: & ita aliquid dicitur iudicare ex cuius comparatione alterum iudicatur bonum esse, vel malum. Secundo modo iudicare, quasi interpretatiue: & ita omnes, qui iudicanti consentiunt iudicare dicuntur, quia de iure qui consentiunt facientibus dicuntur facere, & penam facientium recipiunt. ad Rom. 1. ca. Tertio modo dicitur iudicare, quandam iudicis habere similitudinem, & ita omnes, qui sedebunt in alto loco tempore iudicij, vocabuntur iudicantes, ad iudicem autem pertinet sedere, ad litigantes autem stare. Si autem aliqui in loco excelso sedere videantur, sicut iudices, dicuntur largè iudices per similitudinem quandam. Quarto modo dicuntur aliqui iudicare: quia continent decreta diuinæ iustitiæ, & ita quædam iudicabunt: quia in eis velut in libris canonum, vel legum decreta diuinæ iustitiæ continebuntur, ex quibus iudicabuntur homines: sicut & liber, in quo continetur lex, vel ipsa lex scripta hominem iudicare dicitur. Sic dicitur Apocal. 20. Vidi in conspectu mortuos magnos & pusillos: & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui dicitur vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera eorum. Quanto modo accipitur proprie, & verè iudicare, id est, ipsam sententiam proferre: quia iudicare importat actionem procedentem in alterum ad illius absolutionem, vel condemnationem: & hoc modo solus iudex, qui sententiam profert iudicare dicitur. Sexto modo accipitur iudicare, id est, sententiam alterius auctoritate latam in aliorum notitiam ducere: & hoc licet non sit sententiam facere, vel diffinire, est tamen sententiam pronuntiare, id est, alius annuntiare: & hoc modo omnes illi iudicabunt, qui sententiam Dei alijs manifestabunt. De omnibus istis modis dicendum, quod solus quintus est proprius, & principalis, & ille soli Christo competit: nemo enim iudicabit nisi Deus. Et tamen adhuc iste modus distinguitur: quia iudicare verè, & principaliter contingit dupliciter. Vno modo per auctoritatem. i. quod competit alicui per se sine alterius commissione, vel delegatione iudicare. Alio modo iudicare verè, sed non per auctoritatem, imò per executionem, scilicet, quod verè sententiam faciat, & ius reddat: & tamè non habeat a se, sed ex commissione, vel delegatione. Primo modo istorum solus Deus, qui est beata trinitas, est iudex & iudicabit: quia cum ipse creauerit homines, & legem dederit, per quam uiuerent, secundum quam iudicandi sunt factores legis, vel transgressores, & contra ipsum solum sit tota offensio transgressionis, ad ipsum ex se ipso competit potestas iudicandi: & ista vocatur auctoritas, in quantum ab alio non accepit istam potestatem, sed naturaliter eam habet, quia Deus est: & isto modo primo Christus ut homo non habet potestatem iudicandi, quia licet eadem sit realiter persona, quæ est Deus, & quæ est homo: tamen alia ei competunt, ut Deus & alia ut homo. Nam ut homo competiuit ei potuisse mori, & verè passum esse. Secundum quod Deus competiuit ei, nos ab omnibus peccatis integre laudare: & carnem suam, quando voluit animam reunire: ita & si eadem persona iudicabit secundum auctoritatem, quia Deus verus est: quia tamen verus homo est, in quantum homo est, non competit ei iudicare per auctoritatem: quia humanitas nihil ex se habet, sed totum accepit ab alio. Secundo modo, istorum iudicat Christus in quantum homo: nam ipse verè efficienter iudicabit omnes homines sententiam formando, & profereudo eo modo, quo ibi erit prolatio: & tamè hoc ex delegatione deitatis habebit, cui competit per aucto-

Quod iudicium Christi acribendum est.

ritatem: sic dicitur Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio facere: quia filius hominis est. f. Christus in quantum est filius hominis, non habet potestatem iudicandi: sed pater ei dedit. Trinitas beata, licet Christus non sit filius Trinitatis, sed solus filius Dei patris, & omne quod per auctoritatem iudicandi habet tota Trinitas, contulit Christo per commissionem, vel delegationem. Et ita dicitur de Christo Actu. 10. ca. Quod constitutus est a Deo patre iudex viuorum, & mortuorum. Istum etiam modum secundum iudicandi, nemo habet, nisi Christus in quantum homo: quia nulli alteri delegat tota Trinitas per executionem, quod ipsa habet per auctoritatem: quia per talem delegationem acquiritur ipsi delegato, quidam honor diuinus, quem non est fas alicui dare, nisi Christo. sic dicitur Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit facere filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: & tamè honor patris est diuinus, qui nulli dandus est, nisi filio: quod est Deus, licet non in quantum homo: ideo soli Christo contulit Deus in quantum homini istam potestatem iudicandi. Alij modi iudicandi largè accipiuntur, & illi competunt alicuius hominibus. Primus modus est iudicare per comparationem, ut considerata bonitate alicuius alius iudicetur malus: & istud iudicium comparationis fit de bono ad bonum, de malo ad malum, de bono ad malum. Primo modo iudicatur bonus ex bono, quando quis bonus est, & tamen imperfectus, si adiungatur ei alius valde bonus, comparatus ad illum videbitur iam malus ille, qui bonus est: & ita iudicatur ex illo, & ita minus album comparatum ad valde album dicitur nigrum. Et hoc modo antiqui, qui erant viri imperfecti, licet boni essent, non audebant se coniungere viris perfectis, quasi ex comparatione perfectionis eorum apparet magis eorum imperfectiones: & ita punirentur a Deo. Sic patet 3. Re. 17. Quando postquam mansit Elias in domo viduæ Sareptanæ, mortuus est filius eius: nam dixit illa: Quid mihi & tibi vir Dei? Ingressus es ad me, ut rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum. Quasi dicat, istud bonum habui ex ingressu tuo: quia ante hoc Deus non respiciebat iniquitates, & non me puniebat: nunc verò postquam tu cepisti manere in domo mea, ex comparatione iustitiæ tuæ inceperunt apparere defectus mei: quod fuit illos memorari coram domino: & tunc me puniuit occidendo filium meum. Et tamen vidua Sareptana non iudicabatur peccatrix, sed digna magno beneficio. Sic ostendit Christus Luc. 4. c. Dicens, quod tempore famis, quæ fuit sub Eliâ tribus annis & mensibus sex, multa viduerant in Israel: & tamen ad nullam earum missus est Elias, sed missus fuit ad viduam, quæ erat in Sarepta Sidoniæ: quasi dicat, non inuenta fuit aliqua in tota terra Israel, quam Deus iudicaret digniorem hoc beneficio illa vidua Sareptana. & tamen illa in conspectu Eliæ iudicauit se puniri, & non ante, scilicet per comparationem defectusque bonitatis eius ad excellentem iustitiam Eliæ. Secundus modus comparationis est, de malo ad malum, quæ considerata magnitudine mali unius iudicatur maius, alterius quasi iustum: vel considerato paruo malo vnus iudicatur malum alterius valde maius. Sic accipitur Ezechiel. 16. de comparatione Iudææ ad Samariam, & Sodomam: omnes enim peccauerunt, & tamen collatis peccatis Iudææ ad Samariam, & Sodomam iudicantur Samaria, & Sodoma, quasi iuste, cum dicitur: Vivo ego, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa & filiarum eius, sicut tu & filiarum tuarum: & Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis: Et tamen Sodoma, & Samaria non erant

Apostoli erunt etiam iudices in iudicio per modum comparationis.

erant iustæ, sed valde peccatrices: & tamen collatæ ad iniquitates Iudææ, videbantur esse iustæ: Et ita accipit Christus supra vndecimo capitulo, vbi condemnat Corozaim, & Bethsaiidam in cõparatione ad Tyrum, & Sidonem: quia non egerunt penitentiam, cum tantis miraculis, & predicatione Christi audita, penitissent in Tyrum & Sidonem, si in eis facta fuissent miracula illa: ut requerebant male fuerunt, & condennate: dicit tamen Christus, quod remissius erit Tyro & Sidoni in die iudicij. & idem comparando Sodomam & Capharnaum ibidem. Tertius modus est cõparationis boni ad malum, quæ considerata re bona, magis apparet iniquitas rei male, & iudicatur per illam esse mala: quod ad legem oppositorum pertinet, ut dicitur 2. Elêchoru. ut iuxta se posita quæ magna, & quæ parua, & quæ meliora, & quæ deteriora sint videatur. Sic accepit Christus duodecimo capitulo, de regina Austriæ dicens, quod surget in iudicio cum generatione ista, & cõdemnabit eam. Et hoc est propter aliquod bonum satis paruum. f. quia saltè venit audire sapientiam Salomonis a finibus terræ, & Iudæi Christum presentem audire nolebant. & ita per illud bonum, quod fecit regina Austriæ, iudicatur quantum malum fecerunt Iudæi, qui Christum presentem non solum audire nolebant, sed & doctrinam eius condemnabant, & loqui prohibebant, ut poterant. Sic etiã eodem capitulo dicit, quod Ninivitarum surget in iudicio cum generatione ista, & cõdemnabunt eam: quia illi fecerunt penitentiam ad verbum Ionæ. & tamè Iudæi prædicante Christo, qui erat maior Ionæ, non solum non penituerunt, sed veteribus peccatis maiora addiderunt, ipsam affigentes ligno, qui remissionis peccatorum annunciator, & auctor erat. Et istum modum iudicij comparationis Iudæi habebant: nam peccator si cõstitueretur coram homine iusto iudicabit, se magis peccatorem, & timebat se puniendum a Deo: neque audebat coram eo manere. Sic dicitur Luc. 5. quando Christus intravit in nauem Petri, & fecit miraculum de captura piscium; Petrus prociens ad genua Iesu, dixit: Exi a me Domine: quia homo peccator sum. non maneam tecum: quia periculum est mihi ex tua mansione: & non solum ille timuit, sed etiam oēs alij, qui erant ibi. e. o. c. Istupor enim circumdederat eum, & omnes, qui erant in captura piscium. Et dixit Christus Petro: Noli timere. & ita videtur, quod malum sibi Deo inferendum putabat ex presentia tante sanctitatis. De isto iudicio comparationis non est dubium, quin iudicent apostoli in iudicio generali: quia cum Tyrus, & Sidonem, & Sodomam, & reginam Austriæ, & Ninivitarum ibi iudicent, qui omnes fuerunt peccatores, vel saltem parum boni, a fortiori iudicabunt apostoli, qui erant perfectissimi & primitias spiritus habentes, ut dicitur ad Rom. 8. c. Et tamen an istud sit priuilegium iudicandi, quod eis datur hic, dicendum quod non est istud: quia non esset priuilegium, & specialiter pro tam excellentibus meritis ipsorum dare eis, quod multis alijs etiam malis competit. De hoc tamen magis dicitur sequenti q. Circa secundum modum iudicandi, qui est per approbationem dicendum, quod apostoli iudicabunt: quia Dei sententiam tanquam iustam collaudabunt, cum iam perfectè voluntati Dei voluntas eorum conformata erit, & tamen non est iste modus, qui datur hic in priuilegium: quia hoc videtur dari solis apostolis: & tamen iste modus iudicandi competit omnibus electis tam paruis quam magnis: quia omnium voluntates erunt diuinæ voluntati concordantes, & collaudabunt, quod ille fecerit. sic dicitur Sapient. 3. Fulgebunt iusti, & tanquam scintille in arundinetis discurrunt, iudicabunt nationes. Istud autem dicitur de omnibus iustis: ergo quilibet iustorum iudicabit omnes nationes in iudicio generali, scilicet, approbando, & collaudando

Alph. Toit. super Euang. Matth. Pars V.

sententiam de omnibus illis a Deo latam: ideo alius modus est, qui specialis datur apostolis, qui sit excellentior. Tertius modus est per similitudinem, in quantum sedent aliqui in loco excelso, sicut iudex sedet, licet iudices non sint, sed iudici affidentes, iste modus (ut multi volunt) est ille, qui competit apostolis, & concordat satis literè, in quantum dicitur: Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos, id est, sicut ille sedebit, ita & vos sedebitis. Sed solet dici, quod non conueniat iste modus solis apostolis. Primò, quia conuenit etiam alijs viris perfectis, licet non sint æquales apostolis: quia ad Theod. 4. c. dicitur: Rapiemur obuam Christo in aera, in quo (ut communiter exponitur) innuitur, quod mali in iudicio sedebunt in terra, boni autem saltem perfecti rapiemur obuam Christo in aera, ut ibi sint cum Christo iudicante, & tamè esse in aere est locus excelsum: ideo omnes quotquot in aere sederint, dicentur cum Christo sedere in sedibus, & ita non soli apostoli sedebunt in sedibus cum Christo, sed etiam alijs per modum assessorum. Secundò quia isti, qui sic sedent solum habent, quòd in loco excelso sedent sicut iudices, tamen non habent aliquem actum alterum iudicis, apostolis tamè aliquis actus iudicarij promittitur: quia dicitur sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel: ergo non est iste modus, qui eis in priuilegium datur. Quartus modus iudicandi est continere ea; ex quibus homines iudicantur: sicut ex libris iudicantur, in quibus legum, aut canonum continentur decreta. Et hoc modo dicitur, quòd specialiter iudicant apostoli, quia in mentibus eorum continetur omne illud, ex quo homines iudicantur. Et hoc conuenienter dictum est: quia homines per legem iudicantur, tanquam factores vel transgressores. Nam qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. ad Rom. 2. cap. & ita dicitur. Io. 3. c. Qui non credit, iam iudicatus est, id est, iudicio non indiget, id est, non credidit, ideo antequam moriatur iudicatus est: quia non est aliquid circa eum inquirendum: circa eos verò, qui sub lege fuerunt, aliquid inquirendum est, scilicet, an illam seruauerunt, vel transgressi sunt, & ideo illi iudicantur, qui sub lege fuerunt: & tamen lex per apostolos, tanquam per duodecim totius orbis magistratos pronuntiata & diuulgata est, ideo in eis continetur quasi in libris, vel vase id, ex quo totus mundus iudicabitur, ideo quantum ad hoc ipsi specialius iudicabunt. Nam ceteri viri sancti, & predicatorum, & doctores quicquid de fidei doctrina prædicauerunt, et docuerunt, ab illis duodecim transfusum habuerunt, & illi fuerunt velut capita & columnæ: ideo illis duodecim specialiter conuenit, quod iudicent, velut continentes in mentibus suis decreta, ex quibus homines iudicabuntur. Et ita exponit Ricardus de sancto Victore illud Apocal. 20. Aperti sunt libri, & iudicati sunt mortui ex eis, quæ erant in libris. Dicit enim, quod diuine contemplationi assistunt, qui in libro Sapientie quondam legunt, veluti in cordium voluminibus transcribunt, quidquid iam perspicua veritatis intelligentia comprehendunt, & ita quid aliud, sunt iudicantium corda diuinitus in omnem veritatem edocita, nisi quædam canonum decreta? Quintus modus, ut supra declaratum fuit, nulli competit, nisi toti Trinitati, & Christo in quantum homo: & etiam non competit, & non cõdicatur apstis, quibus honor diuinus non deferret. Sextus modus est iudicare. i. istum alterius auctoritate, & opere latam in aliorum notitiam deducere, & iste modus conuenit viris perfectis: quia alios ducit in cognitionem diuine iustitiæ, ut fiant, quod eis iuste pro meritis debeatur, ita ut ipsa reuelatio iustitiæ iudicare dicatur. unde dicit Ricardus de sancto Victore: Iudices coram iudicandis decretorum suorum libros aperire, est ad cor-

Modus proprius quomodo apostoli in iudicio iudicabunt.

X dium



dium suorum inspectionem inferiorum quorumlibet, vitium admittere sensumque suum in his, quae ad iudicium pertinent reuelare. Et iste modus concordat cum quarto, nisi in quantum isti non solum opere intellectuali, sed etiam per locutionem iustitiam iudicantis, & sententiarum latarum ostendunt. Quod etiam apostolis conuenit, vt sic iudices dicantur.

Ad primum dicendum, quod iudices erant apostoli, non quidem sententiam ferendo, quod solus Christi est, sed veritate sententiae, & iustitiam eius ostendendo: & in solis excelsis, vt iudices sedendo: iudicium autem tale quale tota Trinitas tradidit Christo, in quantum est homo, nullus homo habet, nisi ipse Christus.

Ad secundum dicendum, quod ista ratio procedit de iudicio quinto modo: & quantum ad primam partem sui, vt est iudicium auctoritatis, quod neque etiam Christo, in quantum homo est, competit, sed soli beatae Trinitati: & tamen praeter istum modum, sunt multi alij modi iudicandi, qui competere possunt apostolis, vt dictum est supra.

Ad tertium dicendum, quod etiam si iudicium non fiat per vocalem expressionem sententiae, vel declarationem eius, non est inconueniens, quosdam sanctorum alij reuelare quaedam, siue per modum illuminationis, vt superiores angeli illuminant inferiores: siue per modum locutionis, vt quando inferiores loquuntur superioribus.

Quomodo datum fuit istud privilegium apostolis de iudicando, quia hoc etiam videtur alijs datum esse. *Questio CXCLIII.*

**Q**V A E R E T V R, quomodo datum fuit istud privilegium apostolis: quia videtur, quod non sit privilegium: quia hoc idem competit reginae Austri & Ninivitis: quia hic dicitur de apostolis, quod sedebunt super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, & supra duodecimo capitulo dixit Christus, quod regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: & Ninivites surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Dicendum, quod multum differt inter iudicium reginae Austri, & apostolorum: quia regina Austri, & Ninivites iudicabunt Iudaeos comparatione, vt expressum est precedenti quaestione, & iste est minimus gradus iudicandi: apostolis autem competunt omnes modi iudicandi, praeter quintum: & illi sunt excellentiores. Secundo, quia de Ninivitis, & regina Austri dicitur supra duodecimo, quod surgent in iudicio. Et ita non datur eis dignitas iudicandi vere, neque per similitudinem, sed conditio litigantium: quia surgunt, apostolis autem datur, quod iudices sint: nam dicitur supra in litera, quod sedebunt super duodecim sedes iudicantes Israel. De his dicit Chrysofostomus. Sed dicit aliquis, quid magnum promissit eis: si id, quod Ninivites habent, & regina Austri, hoc ipsi habebunt? Respondet: Maxima quippe alia premia, & ante & post eis promittit, sed hic occulte insinuat aliquid plus illis. De illis enim simpliciter dicit, quod surgent, & condemnabunt generationem hanc: de his autem dicit: cum haberit filius hominis, sedebit super sedes, & non exprimeretur numerus sedium. Secundo patet, quia non solum soli apostoli, sed etiam sancti sedebunt ad iudicandum: nam vel omnes electi sedebunt, vel plurimi eorum. Et patet hoc primo, ga. i. Thes. 4. c. dr. Nos qui residiuimus, rapiemur obuiam Christo in aera. Et ita illi qui rapiuntur erunt cum Christo in aera, quando iudicauerit: & illud erit in sedibus, quod omnes electis competit respectu reproborum, qui manebunt in terra: non soli apostoli sedebunt.

Secundo

*Quomodo impleri poterit istud dictum Christi, scilicet, Sedebitis super duodecim sedes. Questio CXC.*

**Q**V A E R E T V R, quomodo impleri poterit istud dictum Christi, scilicet, Sedebitis super duodecim sedes. Nam istud dicebatur ad duodecim apostolos. Dicendum vno modo, vt aliqui dicunt, quod per istas duodecim sedes non solum duodecim apostoli, sed vniuersi electi designantur, vt dicitur sequenti quaestione. & ideo siue illi multi, siue pauci sint, propter rationem numeri per duodecim intelliguntur: & tunc nulla est instantia de Iuda, siue defecerit de illo numero, siue numerus efficeretur valde maior. Secundo potest dici, quod accipiendum hoc dictum esse specialiter ad duodecim apostolos, qui semper fuerunt duodecim: Christus enim hunc numerum ex aliqua ratione speciali elegerat. Dixit enim Ioh. 6. Nonne ego elegi vos duodecim, & vnus ex vobis diabolus est, & rationem necessitatis huius numeri intellexerunt apostoli: ideo deficiente Iuda de numero, dixerunt necessarium esse, vt subrogaretur alius loco eius, ne numerus duodenarius esse diminutus. Act. 1. ca. & cum Matthias loco Iudae substitutus fuerit, ipse accepit sedem duodecimam, quam Iudas suscepturus erat: non enim dictum fuit hoc specialiter ad personam, sed ad officium, & gradum apostolatus, scilicet, ad illos, qui gradum istum digne tenuerunt Christum sequendo: ideo non solum dicitur, vos sedebitis super duodecim sedes: sed dicitur, qui secuti estis me sedebitis. Sic dicit Chrysofostomus. Quomodo promissio haec completa est, nunquid enim Iudas sedebit? nequaquam: lex enim a domino posita est per Ieremiam prophetam: Loquar super gentem & regnum, vt edificem & plantam illud: sed si fecerit malum in conspectu meo, penitebo. & ego de bonis, quae locutus sum, vt facerem eis, quod si indignos se ipsos promissione faciant, non eis faciam quae promissi: indignum autem se ipsum Iudas principatu ostendit: & propter hoc tunc loquens discipulis non simpliciter eis promissit, neque enim dixit, vos sedebitis, sed adiecit, qui secuti estis me, vt hinc Iudam excludat, & eos qui post futuri erant, attraheret, non ad illos solos dictum est, neque ad Iudam iam indignum effectum.

An ista promissio de sedendo super sedes solis apostolis facta sit, vel extendatur ad alios. *Questio CXCVI.*

**Q**V A E R E T V R, an ista promissio de sedendo super sedes solis apostolis facta sit, vel extendatur ad aliquos alios. Dicendum, quod ista promissio quantum verba Christi sonant solis apostolis facta est: & tamen in multis alijs implebitur, quia multi alij sedebunt super sedes & iudicabunt. Primum patet, quia dicitur: vos, qui secuti estis me: & tamen si Christus non intenderet hoc specialiter dicere de solis apostolis, non diceret, vos, qui secuti estis me: sed diceret, omnes qui secuti me fuerint, sedebunt: ideo de illis specialiter voluit intelligere. Secundo patet istud, & efficacius, quia dicitur, sedebitis super duodecim sedes: & tamen super duodecim sedes non possunt sedere nisi duodecim homines: si enim de omnibus electis intelligeretur, diceretur sedebunt, vel sedebitis super sedes, & non exprimeretur numerus sedium. Secundo patet, quia non solum soli apostoli, sed etiam sancti sedebunt ad iudicandum: nam vel omnes electi sedebunt, vel plurimi eorum. Et patet hoc primo, ga. i. Thes. 4. c. dr. Nos qui residiuimus, rapiemur obuiam Christo in aera. Et ita illi qui rapiuntur erunt cum Christo in aera, quando iudicauerit: & illud erit in sedibus, quod omnes electis competit respectu reproborum, qui manebunt in terra: non soli apostoli sedebunt.

Secundo, quia si apostoli erunt in sedibus, videtur quod omnes aequales eis erunt in sedibus: & a fortiori maiores eis erunt in sedibus, cum sedere ad iudicandum sit honor quidam, sed Beata Virgo est sanctior, & dignior omnibus apostolis, ideo ipsa sedebit ad iudicandum: ergo plures quam duodecim sedes erunt, & non sedebunt soli apostoli. Tertio, quia si soli apostoli duodecim sederent, non esset locus Paulo, in quo sederet ad iudicandum: nam ipse non est de duodecim apostolis, licet habet aliud genus apostolatus: nam licet Iudas cecidit de numero apostolorum, subrogatus est Matthias, qui compleuit numerum: ideo Paulus, & Barnabas licet apostoli vocentur, non sunt de duodecim apostolis, sed Spiritus sanctus elegit eos in apostolos Act. 1. cap. ideo illos oportet sedere cum pertineat ad honorem apostolatus, & tamen non possunt sedere in duodecim sedibus, ergo praeter illos de duodecim sedibus multi alij sedebunt. Sic dicit Chrysofostomus. Adiecit, qui secuti estis me: vt hinc Iudam excluderet, & eos qui postea futuri erant attraheret: non enim ad illos solos dictum est, neque ad Iudam iam indignum effectum. Augustinus etiam 20. lib. de Ciuitate Dei ait: Ex loco addiscimus, cum suis discipulis iudicaturum Iesum. Vnde & alibi dicit Iudas, ideo & indices vestri erunt. Duodenario enim numero vniuersa quaedam iudicantium designata est multitudo: aliqui quoniam in locum Iudae traditoris apostolum Matthiam legitimus ordinatum, apostolus Paulus, qui plus omnibus laborauit, vbi ad iudicandum sedeat, non habebit: qui profecto cum alijs sanctis, ad numerum iudicum se pertinere demonstrat, cum dicit Nescitis, quia angelos iudicabimus.

Quare Christus solas duodecim sedes nominauit, cum non soli apostoli sedere debeant ad iudicandum. *Questio CXCVII.*

**Q**V A E R E T V R, cum non soli apostoli sedere debeant ad iudicandum, quare solas duodecim sedes nominauit, dicens: sedebitis super duodecim sedes. Aliqui dicunt, quod hoc fuit: quia per duodenarium numerum vniuersitas quaedam designatur, eo quod septenarius solet significare vniuersitatem, & duodenarius continet duas partes aliquotas sui, scilicet, tria & quatuor, ex quibus copulatis septenarius redditur. Sic dicit Augustinus vigesimo de Ciuitate Dei, scilicet: Neque quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait, duodecim solos homines cum ipso iudicatos purare debemus: duodenario quippe numero, vniuersa quaedam significata est iudicantium multitudo, propter duas partes numeri septenarii, quo significatur plerumque vniuersitas, quae duae partes, id est, tres & quatuor, altera per alteram multiplicata duodecim faciunt. Sed dicendum, quod licet ista positio habeat aliqualem colorem, non est ista ratio precipua, neque precisa, quare duodecim sedes Christus nominauerit: nam si intenderet significare vniuersitatem electorum, qui sedes habituri sunt, non dixisset duodecim, sed septem sedes, cum per septem potius significetur vniuersitas, quam per duodecim: imo per duodecim, vt ipse Augustinus vult non significetur vniuersitas, nisi secundum comparationem ad septenarium numerum. Dicendum ergo, quod causa vera fuit, quia de duodecim apostolis locutus est: & quia illi erant duodecim personae, quae in hoc numero manere debebant etiam subrogato Matthia, non nominauit, nisi duodecim sedes. Cum autem dicitur, quod non soli apostoli, sed etiam multi alij sedes habituri erant, concedendum est: & tamen Christus licet illud non negauerit, non etiam expressit, non enim dixit, quod soli duodecim sederent super duodecim sedes, sed dixit, quod ipsi sederent super

Alph. Toist. super Euang. Matth. Pars V.

duodecim: quasi tunc non concesserit alicui alteri privilegium istud, nisi illis duodecim. Vel saltem non expresserit de alijs, quibus concedebat, aut concedere aliquando intendebat.

Quare Christus non dixit de discipulis alijs, quod sederent super sedes, sicut de apostolis expressit. *Questio CXCVIII.*

**Q**V A E R E T V R, cum multi alij praeter apostolos super sedes deberent sedere in resurrectione, & nominauerit apostolos, quia voluit eorum privilegium exprimere, eo quod erant praesentes: quare etiam non dixit de discipulis, quod sederent super sedes. Nam etiam discipulos praeter apostolos habebat Christus, & videtur quod ad consolationem eorum debuisset eis dicere, quod sederent super sedes. Aliqui dicunt, quod non nominauit Christus sedes discipulorum, quia apostoli erant in numero determinato, scilicet, duodecim, & ideo illos potuit expresse dicere sessuros, discipuli autem non erant in numero certo: ideo non expressit de sedibus eorum. Sed dicendum, quod hoc non stat. primo, quia falsum est: nam sicut apostoli erant certi, scilicet, duodecim, ita & discipuli erant in numero certo, scilicet, septuaginta duos. c. post haec designauit dominus & alios septuaginta duos discipulos: ergo potuisset sedes eorum expresse poni. Secundo non stat, quia dato, quod non poneretur sedes in numero certo, poterat dici, quod singuli sederent super singulas sedes. Aliter ergo potest dici, quod non fuit mentio habita de discipulis: quia sedere super sedes, licet competat omnibus electis, tamen modus iste, qui hic ponitur est specialis, & solis apostolis competit: cum dicatur, quod sedebunt super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. discipulis autem non competeat tanta dignitas: ideo de eis non dixit, licet ipsi super sedes sessuri essent. Sed videtur, quod non sit ista causa: quia tunc illi, qui aequalem gradum sedendi, vel maiorem cum apostolis habituri erant, exprimeretur hic, quod sederent super sedes: & tamen Paulus & Barnabas, quos Spiritus sanctus in apostolos elegit, habituri erant aequalem gradum cum alijs: & non exprimit sedes pro illis: beata virgo maiorem gradum habitura erat quam apostoli, & etiam non exprimitur sedes eius: ideo non est ista causa, quare subtrahatur de discipulis. Dicendum ergo & melius, quod non dixit Christus de discipulis, sed solum de apostolis, eo quod discipuli non erant tunc cum Christo, sed iam recesserant ab eo. Nam postquam Christus elegit duodecim apostolos. Luc. 6. Et tradidit illis potestatem Luc. 9. Quia adhuc mensis multa erant, & operarij pauci. Luc. 10. c. & supra 10. c. Elegit hos septuaginta duos, quos discipulos nominauit Luc. 10. c. Ista autem manserunt aliquanto tempore cum eo, & postea scandalizati de doctrina eius, & angustis recesserunt ab eo, & manserunt soli duodecim apostoli. Nam quando ipse dixit, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, multi discipulorum eius dixerunt, durus est hic sermo: & quos poterit eu audire? Io. 6. Et subditur ex hoc, multi discipulorum eius abierunt retrorsum, & iam cum eo non ambulabant: & apparet quod tunc nemo de septuaginta duobus mansit cum eo, sed soli duodecim apostoli. Quod patet, quia subditur ibi: dixit autem Iesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire? Et ita apparet, quod nemo manebat cum eo, nisi duodecim, ideo dixit: Nunquid & vos vultis abire? nunquid vultis vos recedere, sicut recesserunt ceteri? Et ita fuit vsque ad tempus passionis: quia soli duodecim manebant: ideo quando dixit istud iam propinquas passionis, non erant cum eo, nisi duodecim apostoli: de sedibus istorum solum dixit, & ista est veritas, sic patet Luc. 22. c. vbi de cena Domini agitur, & dicitur, & hora facta discubuerunt

X 2 duo

duodecim apostoli cum eo, & postea Christus incipiens loqui ad ipsos duodecim, qui manducabant ait: Vos estis qui permanistis mecum in temptationibus meis. q. d. nulli alij permanerunt nisi vos: quia discipuli ceteri abierant. lo. 6. & q. propter hoc, q. soli tunc manebat eis solis dixerit, de sedendo super sedes. Patet, quia ibidem Luc. 22. c. subditur: & ego dispono vobis sicut disposui mihi pater regnum: ut edatis, & bibatis in regno meo super mensam meam, & sedeat super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Ergo quia ad solos duodecim loquebatur, qui soli cum eo manserant, dixit de duodecim sedibus, quasi diceret, vos qui secuti estis me, vel permanistis mecum, sedebitis singuli super thronos singulos iudicantes Israel, vel iudicantes totum Israel. Sed obijcietur q. discipuli manserunt cum Christo, usque ad passionem, & non soli duodecim apostoli: quia Christo ascendente in celum erant ultra apostolos multi alij. Nam dicitur, q. redcuntes de loco montis Oliueti, de quo dominus ascendit in celum, ascenderunt in superiora cenaculi, & manserunt ibi: erant autem quasi centum & viginti. Actu. 1. capit. Dicit potest, q. isti erant de creditibus in Christum, qui non erant discipuli eius: nam discipuli erant soli, qui eum sequebantur, qui vero audito verbo eius credebant, & manebant in domibus propriis, credentes quidem vocabantur, sed non discipuli: & licet isti, & multi alij essent credentes, tamen discipuli non manserant cum eo ante passionem, sed soli apostoli.

Sed adhuc obijcietur, quod discipuli manebant preter duodecim apostolos, quia Actu. 1. cap. in electione Matthie loco Iudae dixit Petrus. Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiit dominus Iesus incipiens a baptisate Ioannis usque ad diem, qua assumptus est testem resurrectionis nobiscum fieri unum ex istis: ergo apparet, q. aliqui de illis centum viginti qui congregati erant ibi, fuerant cum Christo semper a tempore, quo baptizatus fuit, quod fuit initium gestorum eius, & manifestationis suae: ergo preter duodecim apostolos manserant discipuli cum Iesu. Dicendum, q. septuaginta duo discipuli a Christo recesserant. Ioan. 6. & non manserunt cum eo firmiter aliqui, nisi duodecim, Luc. 22. c. aliqui de discipulis, si manebant non manebant continue, neque firmiter cum Christo: sed aliquando accedebant & aliquando recedebat, & ita verum est, q. soli duodecim erant, qui manserant cum Christo in temptationibus, & ob hoc eis solis dixit, q. sederent super duodecim sedes.

*Quare Christus non assignavit sedem Paulo & Barnabe sicut alijs: cum ipsi essent discipuli electi per Spiritum sanctum. Questio CXCIX.*

**QVAERETVR**, cum Paulus & Barnabas fuerint apostoli: quare non assignavit Christus sedem pro eis, sicut pro alijs: sunt autem isti apostoli electi per Spiritum sanctum Actu. 11. scilicet. Separate mihi Paulum, & Barnabam in ministerium, ad quod assumpsi eos. Et non sunt de duodecim: quia illi a Christo electi fuerant, Paulus autem, & Barnabas post Christi assumptionem segregati sunt a Spiritu sancto.

Dicendum, q. hoc fuit, quia Christus loquebatur ad presentes sibi: tempore tamen quo ista locutus est, non erant cum eo Paulus & Barnabas, sed soli duodecim: ideo non dixit de sedibus illorum. Secundo, quia si de sedibus Pauli, & Barnabe Christus tunc locutus fuisset, siue eos nominans, siue sine expressione nominum ponens ultra duodecim duas sedes, pro illis non nondum essent in comitatu Christi, neq. vnquam fuerint aut futuri erant: quia post mortem, & ascensionem Christi

isti fecit eos Spiritus sanctus accipi in ministerium. Hoc non intelligeret duodecim apostoli, de quibus loqueretur, neque intelligerent verbum Christi, & hoc non erat conueniens: ideo de solis presentibus locutus est. Tercio, quia si de illis loqui vellet, qui accepturi erant sedes, cum essent multi alij sedes habituri erant, de eis loqueretur, ponendo numerum sedium omnium electorum, vel saltem omnium perfectorum, quod non fecit. Quarto, & precipue fecit, quia illa promissio sedium facta est in premium boni operis preteriti: quia dicitur supra in litera: vos qui secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes: & in Paulus, & Barnabas nondum Christum secuti fuerant neq. sequebantur: imo Paulus post hoc sequens Christum preceperat: ergo non debuit exprimi quicquam de sedibus eorum, ne prius videantur habere sedes quam meruerint: quia tunc putaretur a simplicibus, q. premium sine merito daretur, & ista est veritas. Sic innuitur Luc. 22. c. quando Christus locutus est istis duodecim dicens, vos estis qui permanistis mecum in temptationibus meis: ideo ego dispono vobis, scilicet, quia permanistis mecum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat super thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Paulus autem, & Barnabas non manserunt cum Christo in aliquibus tribulationibus: ideo non debuerunt nunc eis assignari sedes, licet illas habituri essent. Quinto fuit, quia quando Christus nunc ista dixit, & potissimum q. dixit ea iterum Luc. 22. cap. erat propinquus passioni, in qua turbanda erant apostolorum corda, & eum relicturi erant, & quod deterius erat fidem perdituri: Christus ergo ad monerem eos voluit, ut manerent & non scandalizarentur propter eius afflictiones: & ut hoc libentius faciant, promissit eis thronos in vita eterna: & quia soli apostoli manserunt in tempore passionis, ideo non erat alijs cum eo: nam isti soli comedebat cum eo in die cenae. Luc. 22. his solis promissit sedes duodecim. Sed obijcietur, quia si solis eis, qui cum ipso manserant, & permanebat promissit nunc sedes, non potuit compleri verbum Christi, quia Iudas erat vnus de duodecim, & in ipse non habuit sedem, quia damnatus est, & per subrogationem Mathiae non potuit impleri verbum: quia Christus non loquebatur nisi eis, qui manserant cum eo in tribulationibus, & in Mathias nondum manserant cum eo in tribulationibus, potissimum quia ut habet Luc. 22. c. cum ipse sederet cum duodecim ad mensam dixit eis: vos estis, qui permanistis mecum in tribulationibus: & in constat q. non erat ibi Matthias, neq. loquebatur ad illum, ideo non intelligebat, q. ipse habitus erat alijs de sedibus 12.

Dicipot vno modo, q. verbum Christi referebatur solum ad eos, qui audiebant: & inter illos erat Iudas, & non erat ibi Matthias, q. postea subrogatus est: & in Iudas non sedit super aliquam sedem, & hoc quia licet Christus videret loqui simpliciter, loquebat sub conditione. Vos qui secuti estis me. i. quia secuti estis me & sequimini: si sequimini me omnes duodecim habebitis duodecim sedes, & dato q. non exprimat conditio subintelligit iuxta illud Iere. 18. ca. 1. repente loquar de gente & regno &c. Sic exponit Chryso. Et quia Iudas non permanet in tribulationibus, sed potius ipse tribulationes adauxit Christo, non erat habiturus sedes: & hoc, ut ait Chryso. satis innuit Luc. 22. vos estis, qui permanistis mecum in tribulationibus: ideo ego dispono vobis regnum. Et ita quia permanerunt dat eis regnum, & sedere super duodecim thronos: & in permanens non dicitur nisi usque in finem quis permaneat: quia talibus solis promissit premium. supra lo. c. q. perseverauerit usque in finem salvus erit. Iudas autem non manserit, quia in fine laqueo se suspendit: ideo ex verbis Christi non debebatur sedes Iudae. Nam dixit: vos, qui secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes.

Iudas

Iudas tamen non secutus fuerat Christum: quia licet corporaliter eum sequeretur, animo tamen multum ab eo recesserat, ita ut eum Christus multo ante hoc diabolus vocaret, dicens: Nonne ego duodecim elegi vos, & vnus ex vobis diabolus est: Ioan. 6. & euangelista eum futrem vocat: eo q. ea, quae Christus dabatur, furabatur, & asportabat. Ioan. 12. ca. Ergo isti, qui non secutus fuerat Christum, non promittebatur ex verbo Christi aliqua sedes. Sed obijcietur, cum Christus loqueretur ad duodecim promittendo sedem eis, qui secuti fuerant eum, & secuturi erant perseverando: & Iudas non secutus fuerat eum, neque secuturus erat: quare nominavit duodecim sedes cum sole vndecim essent pro alijs. Neque valet, si dicas, quod completum est in Mathia, cui data est sedes Iudae, cui subrogatus est: Quia ut dictum est, Christus locutus est solum ad duodecim, qui presentes erant, de quibus non erat Mathias, ut patet precedenti q. Dicendum, q. Iudas non habiturus erat sedem, neque ex verbis Christi debebatur ei: & tamen duodecim sedes expressit Christus, quia si diceret vndecim sedes ostenderet, q. vnus eorum damnandus erat, qui sedem non haberet in vita eterna: & hoc vel daret occasionem fortem suspicam contra Iudam, de quo fortassis aliquis erat iam suspicio: vel omnibus ingereret tristitiam magnam: quia quilibet de seipso dubitaret, an esset ille, cui sedes non daretur in celo, & ita non sequeretur Christum bono animo: ideo dixit, duodecim sedes, licet soli vndecim de tunc presentibus habituri erant sedes. Sed dicitur, quod hoc non obstat, quia dicendo in generali de vndecim sedibus, licet vni deficeret sedes, non apparet, quis esset ille: & ita non esset inconueniens: nam in generali malum dicere de aliquo apostolorum non designando personam, non videbatur inconueniens, cum grauiora iam Christus dixisset: nam. Ioan. sexto dixit duodecim: ego elegi vos & vnus ex vobis diabolus est, quod est deterius, quam non habere sedem. Etiam Christus dixit: qui intingit mecum manum in paropside hic me tradet, & ait, melius est ei si natus non fuisset, infra 26. & Luc. 22. cap. ita ergo poterat dicere de vndecim sedibus. Dicendum, quod deterius erat dicere de vndecim sedibus quam ea, quae dixit. Et ratio est, quia dicendo, de vndecim sedibus ostendebat, quod vnus de apostolis damnandus esset certe, & hoc est pessimum malum. dicendo, quod vnus diabolus est: & quod tradet eum, dicit malum peccati, sed non damnationis, quia ille, qui nunc erat diabolus, ideo exercebat opera diaboli, poterat conuerti, & effici bonus, & habere sedem in regno celorum. Etiam dato, q. vnus traditurus esset eum, & ista esset res pessima, tamen peccatum erat, de quo agens poterat dolere: & ita aliquando haberet vitam aeternam. Dicere tamen, q. non haberet sedem in vita aeterna, erat ei auferre totum bonum, & auferre spem boni, & animam beneficiendi: ideo fuit conueniens, quod annunciaretur Iudae in generali malum, quod faciebat, ut illud caueret, quando poterat cauere: non tamen erat conueniens, quod annunciaretur ei sua certa damnatio, quia hoc non proderat ad aliquod bonum, sed prorsus ad desperationem: ideo non debuit dici de vndecim sedibus. Sed tunc dicitur, quomodo stat tunc verbum Christi in veritate de duodecim sedibus quantum ad istas duodecim personas, cum Iudas non haberet sedem. Dicendum, ut supra, quod intelligitur sub conditione, licet non appareat, & quod omnes duodecim habituri erant sedes duodecim, si impleretur in eis conditio, quae non fuit impleta in Iuda: ideo verbo Christi existente in veritate, non habuit sedem aliquam. Secundo potest dici, quantum ad principale, quod licet verbum Christi, quantum ad id, quod ex

Alph. Toit. super Euang. Matth. Pars V.

preste significabat solum intelligeretur de illis duodecim personis, ad quas tunc loquebatur: quia tamen ipse sciebat, quid futurum erat de eis subintellectu voluit referre vniam de istis sedibus ad Mathiam, qui subrogatus fuit Iudae, qui tunc praesens erat, & ita accipit Chryostomus.

*Quare pro Beata Virgine non assignata fuit sedes ad iudicandum. Questio CC.*

**QVAERETVR**, quare pro Beata Virgine non assignata fuit sedes, cum sedes pertineat ad honorem: & detur propter magnitudinem meritum, & ista fuerunt in virgine maiora, quam in omnibus apostolis. Dicit potest primo, quod hoc fuit, quia sedere ad iudicandum super thronos est quaedam magna gloria, quae competit apostolis: gloria autem, quae competit Beatae Virgini, est valde maior: ideo non connumeratur eius gloria apostolorum gloriae, tanquam ad ostendendum magnitudinem gloriae Virginis dici debet, q. ipsa sederet super thronum ad iudicandum. Secundo potest dici, quod non dicitur de ipsa, q. iudicabit: quia hoc dixit Christus ad consolandum eos de angustijs, quas patiebantur cum Christo, & ad reddendum eos fortiores, quantum ad frequentia tolerantia, cum fragiles essent: Beata autem Virgo tanta firmitate solidata erat, ut his promissionibus non indigeret, ut in fide firma maneret. Tercio, quia non videbatur competere hoc virgini: Christus enim promissit apostolis sedes: quia sustulerant angustias, sequendo eum corporaliter, & tenendo regulam eius, & eundo quod ille mittebat ad praedicandum, & quod missurus esset post ascensionem: Beata Virgo non sequebatur Christum discurrendo cum eo: propter verecundiam enim sexus non ibat quocunque Christus: sed raro ibat cum eo, sed veniebat aliquando ad visitandum eum, ut colligitur supra decimo capitulo, scilicet. Ecce mater tua, & fratres tui stant foris, quarentes loqui tibi. Et ideo illi non competebat premium istud ex causa ista, quae nunc expressa fuit apostolis. Quarto fuit, quia ipsa non erat praesens, quando Christus ista dixit apostolis, neque prebuit causam, ut haec dicerentur: Christus enim bis dixit apostolis, q. sederent super thronos. Primo nunc aliquanto tempore ante passionem, quando occurrit iuuenis diues, qui volebat ingredi in vitam aeternam. Secundo, quando in die cenae vltimae sedebant ad mensam. In prima vice causa fuit questio Petri: quia ex his, quae Christus dixerat contra iuuenem diuitem, fuit Petro occasio querendi, ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis. Isti autem ex quorum persona dicebat, ecce nos reliquimus omnia, erant apostoli soli, qui praesentes erant Christo, ut ostensum est supra questio. 195. & non erat ibi Beata Virgo, eo q. illa non discurreret cum eo praedicante: ideo tunc non responsum est, nisi de sedibus duodecim, quae correspondebant duodecim apostolis. In secunda vice causa verbi Christi fuit disceptatio apostolorum inter se: nam facta est disceptatio inter eos, quis eorum videretur esse maior: & Christus postquam abstulit eis occasionem superbiendi in alterutrum, & dominari volendi, ostendit omnium ipsorum in communi excellentiam, dicens: vos estis, qui permanistis mecum in temptationibus: ideo sedebitis super duodecim thronos: ibi enim non erant contendentes, nisi apostoli duodecim: quia illi soli recumbant ibi. Luc. 22. capitulo. & non erat ibi Beata Virgo, & si esset, non contenderet: ideo etiam tunc non dictum est de ea, & ista est eadem causa, quare in istis duabus vicibus, non dictum est de sedibus Pauli, & Barnabe: quia praesentes non erant: & quia

X 3 & quia

& quia non prebebant ipsi causam his promissionibus Christi, sicut duodecim apostoli.

Quomodo apostoli sedebunt super duodecim sedes, & que erant istae sedes. Questio CCI:

QV A E R E T V R, quomodo apostoli sedebunt super duodecim sedes, & que erant istae sedes. Aliqui volunt, quod iste non erunt solum duodecim, sed p duodecim significatur tota multitudo sedium omnium, qui in iudicio sedebunt. sic tenet Augu. 20. de Ciuitate Dei, & dictum est supra questio. 198. Sed dicendum, quod hoc non stat: quia licet verum sit, quod multi preter apostolos duodecim sedebunt in die iudicij in sedibus: tamen Christus in presenti non fuit locutus nisi specialiter ad duodecim apostolos, vt ostensum est supra questio. 197. Sed tenendo, quod intelligitur de duodecim apostolis, dicunt aliqui, quod tota multitudo christianorum vocatur sedes, vt refertur ad duodecim apostolos, & distinguuntur istae sedes duodecim iuxta duodecim virtutes, vel excellentias apostolorum singulorum: quia quilibet precellit in vna virtute specialiter, in qua non alius: sicut Petrus in fide, Ioannes in innocentia, & sic de singulis. Sic dicit Chrysof. Ex tunc. i. ex tempore ascensionis Christi, apostoli sederunt super thronos duodecim, id est, Christianis omnibus: omnis enim Christianus, qui suscipit verbum Petri, thronus est Petri, & sic de alijs apostolis: omnes autem christiani sunt quidem duodecim sedes apostolorum, sed vna sedes Christi: Christi enim omnes virtutes sunt, quasi vna sedes: quia in omni virtute aequaliter ipse solus perfectus est: vnusquisque etiam apostolorum in aliquo bono speciali est perfectior, vt Petrus in fide: & ideo Petrus requiescit in fide, Ioannes in innocentia, & sic de alijs. Sed dicendum, quod hoc non est ad propositum, quia Chrysofomus, vult quod apostoli sedebant super thronos statim post Christi ascensionem, & quilibet sedebat super omnes christianos, sed in quantum quilibet prestat vnum modum doctrine, quantum ad aliquam virtutem specialem, in qua excellit ceteros, dicatur sedere super vnam sedem: quia tamen vt ostensum est supra questio. 197. intelligitur istud de sedibus apostolorum in iudicio generali, aliter dicendum est, scilicet, quod dicuntur habere duodecim sedes, qui sunt duodecim persone: & quia iudicabunt in iudicio, & iudices sedere solent, dicitur quod ipsi sedebunt: & quia in eadem sede non sedent multae persone, dicitur quod singuli apostolorum super singulas sedes sedebunt, quasi singuli iudices. Et tamen, si quid erunt in veritate istae sedes, non erunt nisi aliquid de aere in loco honorabili iuxta Christum, quod iudicabitur velut tribunal excellens. Nam vt dicitur. 1. Thessal. 4. Omnes qui residui sumus occurremus obuiam Christo in aera, & sic cum Christo semper erimus.

Quomodo apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel: & an aliquos alios iudicabunt &c. Questio CCII.

QV A E R E T V R, quomodo apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel, & an iudicabunt alios, nisi duodecim tribus Israel: & quare istas duodecim tribus iudicabunt. Aliqui dicunt, quod apostoli non solum iudicabunt duodecim tribus Israel, non quidem quod illas solum iudicabunt, sed & totum orbem iudicabunt, & tamen totus orbis significatur per duodecim tribus propter numerum duodenarium, quia sicut per duodecim sedes innuitur vniuersitas iudicantium: ita per duodecim tribus Israel innuitur vniuersitas iudicandorum, vt ait Aug. 20. de Ciuit. Dei. Nam plures, quam

duodecim iudicabunt sedes, sed sicut ex ratione numeri dixit significari totam multitudinem electorum iudicantium. ita ex ratione numeri duodenarii per duodecim tribus dixit significari totam multitudinem iudicandorum, quae ex omnibus gentibus constat. Sed dicendum, quod licet verum sit, quod multis preter apostolos conueniet iudicare, & in sedibus sedere in die iudicij: & etiam verum sit, quod multi preter duodecim tribus Israel iudicabuntur, quia totus orbis iudicabitur: tamen Christus in presenti non locutus fuit de alijs iudicantibus, nisi de apostolis duodecim, vt ostensum est supra questio. 192. ita etiam licet totus orbis iudicandus sit, non intelligit Christus nisi de duodecim tribus Israel, quantum ad aliquid speciale, quod significare voluit. Alij dicunt, quod per duodecim tribus Israel intelligitur omnes christiani, qui diuiduntur in duodecim partes, sicut populus Israel in duodecim tribus. Et hoc propter duodecim virtutes signatas per duodecim nomina tribuum. Sic dicit Chrysof. Sedent apostoli in his thronis in duodecim partes distinctas secundum differentias animarum, & diuersitates cordium, quas solus Deus cognoscit. Sicut enim Iudeorum populus in duodecim tribus fuit diuisus: sic vniuersus populus christianus diuiditur in duodecim tribus: vt quaedam anime sint de tribu Ruben, & similiter de alijs propter diuersas virtutes. Non enim omnes gratiae in omnibus equaliter sunt, sed vnus precedit in ista alius in illa, & sic apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel, id est, omnes Iudeos per hoc, quod verbum apostolorum a gentibus receptum est. Sed dicendum, quod etiam istud non stat, quia si verum loquamur de iudicio generali, non solum iudicabunt apostoli christianos, sed etiam omnes gentes & Iudeos, sicut dicitur Sapient. 4. cap. quod iusti iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. sed Chrysof. intelligit semper de iudicio, quod est per doctrinam & auctoritatem, & agitur in hoc seculo, et incepit statim post ascensionem Christi. Et ita necesse est dici, quod solos christianos iudicant: quia soli christiani tenent doctrinam apostolorum: & tamen vt ostensum est supra questione. 192. intelligitur istud de iudicio finali, quo iudicabunt duodecim apostoli: ideo non intelliguntur per duodecim tribus christiani specialiter. Sed est dicendum, quod per duodecim tribus Israel non intelliguntur nisi ipsae tribus Israel, quae comprehendunt progeniem Iudeorum: licet enim totus orbis iudicandus sit per apostolos, & per singulos electos, quando collaudabunt Dei sententiam latam de omnibus hominibus, siue absoluendo, siue condemnando: tamen nominando duodecim tribus Israel non voluit intelligere, nisi ipsas tribus duodecim: quia sic solet sacra scriptura accipere, vt pater Apocal. 7. c. vbi ponitur numerus signatorum, & de duodecim tribus Israel ponitur specialiter numerus signatorum, & postea dicitur: post hoc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus tribubus, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti stolis albis: Et sic per duodecim tribus Israel non intelliguntur aliae gentes, sed specialiter ipsa gens Iudeorum: & ita nunc. Et ob hoc aliqui dicunt, quod dixit Christus de duodecim tribus ad specialem consolationem apostolorum: quia gaudium magnum est homini, quando in regione originis suae, vel inter suos honoribus magnis fungitur: & quia volunt duodecim apostolos esse de duodecim tribus Israel, scilicet, quod quilibet erat de sua tribu, dedit eis, vt super tribus duodecim praesentem, scilicet, quod quilibet iudicaret tribum illam, de qua ducebat originem.

Sed dicendum, quod non presupponitur verum, quod singuli apostolorum de singulis tribubus essent. Primum, quia hoc

hoc nullam habet auctoritatem neque motiuum, sed A est dictum sine ratione: quod recipiendum non est. Secundo & efficacius, quia est manifeste falsum. Nam multi apostolorum erant de eadem tribu. Petrus enim & Andreas fratres erant, ideo de eadem tribu erant: etiam Iacobus & Ioannes erant fratres, ideo de eadem tribu esse necesse est: etiam Philippus de eodem loco erat, de quo Petrus & Andreas, scilicet, de Bethsaida. Ioan. 1. capitulo. & ita non de diuersis tribubus, imò videtur, quod omnes erant de eadem tribu: quia omnes erant de eadem regione, scilicet, de Galilea, vt dicitur Actu. 2. Nonne omnes hi qui loquuntur Galilaei sunt? Et verum est, quod omnes erant Galilaei: ideo vel omnes erant de eadem tribu, vel saltem non erant de multis. Sed dicendum, quod B iudicabunt duodecim tribus Israel specialiter: Nam licet totum orbem iudicabunt multis modis, vt ostensum est supra questio. 192. Iudeos speciali modo iudicabunt, scilicet, iudicio comparationis. Nam considerata sollicitudine, & obedientia apostolorum ad Christum, qui Iudei erant, & ceterorum Iudeorum contemptu & pertinacia & odio, iudicabuntur valde mali ceteri Iudaei, qui non crediderunt. Et iste est sensus conueniens: quia talem inducit Christus supra 12. capit. vbi Iudaei arguebant, vel calumniabantur Christum, quod demones in Beelzebub eijceret: & Christus ait: si ego in Beelzebub eijcio demonia, filij vestri in quo eijciunt? id est, apostoli qui sunt discipuli mei, & sunt filij vestri, & eijciunt demonia; unde subdit: Ideo ipsi iudices vestri erunt, scilicet, quia ipsi in me crediderunt, ita vt merito fidei demonia eijcere poterunt, sicut ego: vos autem non solum non credidistis, sed & me eijcientem demonia, quasi demonibus fauentem & colludentem accusastis. istud autem iudicium comparationis conuenientius facient apostoli super Iudeos quam super alias gentes: tum quia erant apostoli filij Iudeorum: tum quia Christus predicauit Iudeis, & non alijs gentibus, vt illi essent magis reprehensibiles: tum quia apostoli, & Iudaei simul Christum audierunt, & illi eum secuti sunt, isti vero persecuti. Et istum sensum etiam tenet Chrysof. Futurum erat, vt in die iudicij responderent Iudei: Domine non te cognouimus filium Dei in corpore constitutum, quis hominum videre poterit thesaurum in terra absconditum: solem nube celatum? respondebunt ergo discipuli, & nos homines fuimus rustici, & obscuro in plebe, vos autem sacerdotes & scribae: sed in nobis bona voluntas facta est, quasi lucerna rusticitatis nostrae, in vobis autem malitia vestra facta est, quasi caligo scientiae vestrae. Propter hoc autem non dixit, & iudicantes duodecim tribus Israel, & gentes, & orbem terrarum, sed solum tribus Israel, quoniam in eisdem erant educati & legibus, & consuetudinibus discipuli & Iudaei. Cum ergo dixerit Iudei, quod propter hoc non potuimus credere Christo, quia lex phibuit, discipuli in medium inducentur, qui eandem legem susceperunt. Et istum etiam sensum tenet Hierony. dicens: Sedebitis vos in solijs iudicantium, condemnantes duodecim tribus Israel, quia vobis credentibus, illae credere noluerunt, & iste est verus sensus. Aliter potest dici, quod iudicabunt apostoli Iudeos, non solum iudicio comparationis: quia sic etiam regina Austru & Ninivitarum illos condemnauit supra 12. ca. sed alio superiori iudicio, vt dictum est supra questio. 192. & licet totum orbem isto iudicio essent iudicaturi, dicitur specialiter de duodecim tribus, quia cupiunt homines inter suos potius quam inter alienos honorari. Et sic discipulis dedit potestatem iudicandi duodecim tribus Israel, vt viderentur constituti super illam gentem totam, de qua originem duxerant: & quia discipuli adhuc rudes erant, & quae car-

Alph. Tott. super Euang. Matth. Pars V.

nales maius putarent esse iudicare duodecim tribus Israel, quam totum orbem: ideo de istis solum dixit. Ista positio satis est rationalis: & tamen verior est precedens: quia licet apostoli, qui rudes erant, putarent, aut vellet tanquam melius iudicare solum duodecim tribus Israel, quam iudicare totum orbem: reliquum tamen magis vellent iudicare duodecim tribus, & in super totum orbem, quam solas duodecim tribus. Cum ergo in veritate, tam duodecim tribus, quam totum orbem iudicaturi essent, diceretur de duodecim tribus, & de toto orbe. Dicitur tamen de solis duodecim tribubus. Ergo alia causa est, scilicet, quia iudicant iudicio comparationis, & hoc modo non iudicant nisi Iudeos, qui distinguuntur in duodecim tribus. Et ista causam dat Chrysof. quare dicatur solum de duodecim tribus, vt patet supra, ideo ille est verior sensus. Aliter potest fecundum quosdam dici, quod Christus dixit de duodecim tribus alludens apostolis: quia ipsi erant duodecim, & super duodecim thronos sedentes: ideo totidem res iudicandas eis tradere voluit: nihil autem occurbat ita aptum in numero duodenario, sicut duodecim tribus: ideo dixit, quod iudicarent duodecim tribus Israel. Sed dicendum, quod hoc aliquid motiuum est, sed non est sufficiens. Nam magis ad hoc prestatur causam, quod vellent ibi honorari, vbi abiectioni fuerant. Erant enim apostoli de gente Iudeorum: & inter illos erant ignobiles obscuro, & abiectioni, quia erant pauperes: quod ergo toti illi genti, in qua fuerant ipsi quasi extremi, profiterentur & iudicarent eam: magnus honor erat, & valde desiderabilis ab apostolis, & tamen adhuc istud non sufficiebat, vt dictum est supra, quia poterat poni duodecim tribus, & in super totus orbis, ideo a fortiori non sufficiebat ista positio. Nam poterat poni duodecim tribus, vt duodecim apostolis responderet duodecim tribus, & in super totus orbis, qui augetur gloriam iudicantium, sed non ponuntur, nisi specialiter duodecim tribus: ideo primus sensus est verior, scilicet quod iudicabunt iudicio comparationis.

Quomodo apostoli poterunt iudicare iudicio comparationis duodecim tribus, cum non pertineant ad duodecim tribus. Questio CCIII.

S E D quereatur, quomodo hoc poterit stare: quia apostoli non pertinebant ad duodecim tribus, ita vt iudicio comparationis eas condemnarent. Nam vt dicit Chrysof. Non iudicant apostoli omnes gentes iudicio comparationis, sed solum Iudeos, quia ad illos habebant aliquam causam comparationis, quam non habebant ad alias gentes.

Prima erat, quia erant de progenie eorum, & istam ponit Christus, supra duodecimo capitulo. Si ego in Beelzebub eijcio demonia, filij vestri in quo eijciunt? ideo ipsi iudices vestri erunt. Et apostoli secuti sunt Christum, Iudaei autem oderunt illum: & tamen istae causae non extenduntur ad omnes tribus duodecim Israel. De prima pater primum, quia omnes apostoli erant de vna tribu, & non de pluribus, vt ostensum est precedenti questione, & ita non erat comparatio ipsorum ad omnes duodecim tribus ad eas condemnandum. Secundum, quia non manebant duodecim tribus Iudeorum in terra Israel tempore, quo Christus ita locutus est, sed decem tribus fuerant translatae in Assyrios per Theglathalasar, & Salmanasar cum rege suo Olee filio Hela. 4. Reg. 17. Manebant sola duae tribus, scilicet, Iuda & Beniamin, vt colligitur eo. c. ideo non poterat esse comparatio ad duodecim tribus ipsorum apostolorum, sed solum ad duas. De secunda causa pater, quia cum decem tribus translatae essent in terram Medorum tpe regis Ezechie, & ante captiuitatem Babylonis: & nunquam

X 4 redie-



redierint ille tribus, sed manserunt semper in regionibus, ad quas translate sunt, amplius quam septingentis annis, antequam Christus diceret ista apostolis...

An apostoli iudicabunt tribum Leui, que non erat de duodecim. Questio CCCIII.

QVAERETVR, cum dicatur, quod apostoli iudicabunt duodecim tribus Israel, quomodo sciat: quia videtur, quod tunc non iudicabunt tribum Leui: quia illa non est vna de duodecim, sed preter illam erant duodecim tribus, ut patet Nume. 1. & 2. c. Et tamen videtur irrationabile, quod ceteras tribus iudicent & non Leui. Dicendum, quod tam Leui, quam ceteras tribus iudicabunt: imo potius Leui quam ceteras. Et ratio est: quia istud est iudicium comparationis, ergo apostoli comparati iudeis condemnabunt eos, ut ostensum est supra, & tamen nulli sunt condemnatione digniores, quam tribus Leui: quia sacerdotes erant, qui Christo viuenti magis insidiabantur, & inuidebant & auertebant ab eo populum simul cum Pharisaeis: quorum consilio, & fauore simulate religionis utebantur. Etiam ipsi decreuerunt primo mortem Christi. Nam pontifices & Pharisaei, collegerunt consilium contra Christum, & primus qui diffiniunt, quod debebat Christus mori, fuit Caiphas pontifex anni illius. Ioan. 11. c. Etiam pontifices petebant coram Pilato insisterentem crucifigi Christum: & ipsi sua serunt plebi semper clamare, ut occideretur Christus. infra 27. c. et Io. 18. et 19. & ita Pilatus asseruit dicens: gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Io. 18. c. & etiam pontifices iudicialiter condemnauerunt Christum, ut patet de Anna & Caipha. Io. 18. sed non ausi sunt proferre sententiam mortis contra eum: quia non licebat hoc, nisi Pilato prestanti nomine Romanorum: sicut dixerunt ipsi, Nobis non licet interficere quemquam Io. 18. Pontifices autem, & sacerdotes erant de progenie Leui: ideo tribus Leui fuit culpabilior in morte Christi, quam ceteras tribus: ideo grauius condemnabitur hoc iudicio comparationis: Et etiam quia sacerdotes, & Leuitae erant sapientes, sicut Deus dixerat Aggei. 2. Interroga sacerdotes legem, et Malac. 2. Dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiam. Et ita poterant isti clarij & facilius Christum cognoscere quam ceteri: quod ergo non cognouerint, aut cognoscere noluerint predicantem, digniores erant condemnatione quam ceteri. Sed dici potest primo, quod tam Leuitae, quam ceterae tribus iudicabuntur ab apostolis: & licet non includatur Leuitae in duodecim tribus, quarum nomina ponuntur Nume. 1. & 2. et 26. c. Tamen nominando duodecim tribus Israel volumus significare omnes personas de Israel, eo quod non sunt nisi duodecim tribus in toto Israel: & nihil ultra manet, quod nomine tribus significari possit. Et ratio huius est, quia totam terram Israel fecit Deus diuidi in duodecim sortes, pro duodecim tribus Nu. 18. & 26. et de illis sortibus nulla data est Leuitis. Nume. 18. & Iosue 13. c. Sed in sortibus singularum tribuum accipiebant ciuitates aliquas: quarum numerus, & nomina ponuntur Nu. 35. & Iosue 21. c. & ita Leuitae non retinebant nomen tribus, eo quod non acceperunt possessionem aliquam separatam ab alijs Israelitis, sed tota terra diuisa fuit per alios, & ab illis accipiebant loca ad habitandum, agros vero & vineas non accipiebant aliquas, sed alij Israelitae omnia haec sibi retinebant, & ita cum essent dispersi per alias tribus nominatis, simul cum omnibus duodecim tribus intelligebantur et omnes de stirpe Leui: cum ergo apostoli iudicent duodecim tribus, iudicabunt omnes de Leui. Secundo potest dici, quod cum dicitur iudicantes duodecim tribus Israel, intelligitur Leuitae: non quidem nomine aliarum tribuum, quasi accessorij sint Leuitae: sed quia sunt Leuitae vna de istis duodecim tribus. Sed quia obijcitur, quod preter Leuitas sunt duodecim tribus: et ideo non possunt Leuitae computari hic, ut vna

In quest. 192.

Caiphas primus Christum mori iudicauit.

Tribus Leui in morte Christi culpabilior fuit quae ceteras tribus.

vna tribus, nisi excludatur aliqua alia tribus, quod est inconueniens. Dicendum, quod nulla tribu excluda manebunt solum duodecim tribus. Et sciendum, quod nunquam nominantur, nisi duodecim tribus Israel, neque est aliquis locus in tota sacra scriptura, in quo nominentur tredecim tribus: sed in hoc est difficultas, quia tribus nominantur per filios Iacob, qui fuerunt duodecim: & ita ab illis poterant esse duodecim tribus: sed Ioseph diuisus est in duas tribus, eo quod voluit Iacob, quod duo filij Ioseph. scilicet Manasse, & Ephraim haberent duas sortes, & nominarentur duas tribus: Gen. 48. f. Duo filij tui, scilicet Ephraim & Manasse, quos genuisti antequam venirem ad te, ad terram Aegypti, sicut Ruben & Symeon reputabuntur mihi: reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. Diuiso ergo Ioseph erant tredecim viri, & poterant esse tredecim tribus: & tamen scriptura nunquam vocat tredecim tribus, sed duodecim: quod sic fit quia aut res illa, de qua agitur est temporalis, scilicet, ad habendum temporalia emolumenta, vel possessiones: et tunc Leui non computatur in tribum, sed Ioseph diuiditur in duas tribus. scilicet Manasse, & Ephraim, & sunt duodecim tribus. Et ratio est, quia Leuitis iussit dominus ne acciperent aliquam partem hereditatis, inter Israelitas in terra eorum, quia ipse erat fors, & hereditas eorum. Nume. 18. & Deute. 18. scilicet, quod ea, quae dabantur Leuitis de iuribus Dei, erant eis in sortem. Iosue 13. quae iura, tam sacerdotum, quam Leuitarum & Sacerdotis magni ponuntur Num. 18. c. Aut agebatur de re spirituali, siue ad bonum, siue ad malum: & tunc Leui erat tribus, & Manasse, & Ephraim non erant duae tribus, sed efficiebatur vna tribus Ioseph. Sic patet in benedictione & maledictione, pro confirmatione legis: quia sex tribus sedebant ad maledicendum transgressoribus legis in monte Hebal, & sex tribus ad benedicendum obseruatoribus in monte Garizim. Deuter. 26. & Leui ponitur ibi vna tribus de benedictibus. Sic etiam iussit Deus, poni in duobus onychinis superhumeralis, vel ephod duodecim nomina duodecim tribuum. Et in rationali in duodecim lapidibus iterum eadem duodecim nomina tribuum duodecim. Exod. 28. c. & ibi ponebatur nomen Leui: quia dixit, quod ponerentur nomina duodecim filiorum Israel, iuxta ordinem natiuitatis suae. eod. c. eo quod poni ibi erat ad rem spiritualem, scilicet, ut essent in memoriam coram domino. eo. c. Et ratio horum est, quia licet emolumenta temporalia non essent communia Leuitis cum alijs tribus: tamen spiritualia communia erant: ideo quando de re temporali agebatur non veniebat Leui in numerum tribuum: cum autem de spirituali ageretur, veniebat Leui ut vna tribus: nunc autem de re spirituali agebatur, scilicet, de iudicio & condemnatione non credentium, quae ita competebat Leuitis ut alijs: ideo sicut in confirmatione legis in benedictibus, & maledictibus Leui fuit vna de tribus: ita nunc in iudicando duodecim tribus dicitur Leui vna tribus: & Manasse & Ioseph erunt vna de tribus, quae vocetur tribus Ioseph.

Alis causa est: non enim quia dictum est, iudicantes duodecim tribus Israel, tribus Leui, quae terdecima est ab eis iudicanda non erit, aut solum illum populum, non gentes ceteras iudicabunt.

Sed dicendum, quod licet verè iudicaturi sint apostoli omnes gentes: Christus non intendit hic designare, nisi quod iudicarent duodecim tribus Israel, ut dictum est supra quaestio. 201. sicut non solum apostoli, sed etiam omnes electi, sedebunt ad iudicandum. & tamen de solis apostolis Christus hic intellexit, quod iudicarent, ut dictum est supra quaestio. 197. & quaestio. 202. Quia autem dicitur tribum Leui esse tribum terdecimam, potest quidem largè dici: sed sacra scriptura nunquam recipit istam locutionem, quia licet sint tredecim nomina, a quibus possunt accipi tredecim tribus: nunquam tamen nominat tredecim, sed duodecim: quia quando de spirituali re agitur, ponitur Leui ut tribus, & efficiunt vna tribus Manasse & Ephraim, quae vocatur tribus Ioseph. Cum verò de re temporalis agitur, non ponitur tribus Leui. Et ita in hoc loco Leui debet tribus vna de duodecim computari: quia de re spirituali agitur, & erit alia tribus Ioseph. Contra istam regulam non inuenitur quod obstat, nisi Apocalyp. septimo capitulo. Vbi ponuntur signati de duodecim tribus, & quia erat illa res spiritualis, scilicet, numerus saluandorum, debebat esse tribus vna Leui de illis, & ita ponitur ibi septima tribus Leui, & in hoc non agitur contra regulam. Etiam solè duodecim tribus ponuntur, sed in hoc agitur contra illa: quia ponitur tribus Manasse & tribus Ioseph, ut duae tribus & excluditur tribus Dan: quae quare sic fiant dicitur eodem septimo capitulo. Inuenitur etiam Nu. 17. ca. vbi in inuenienda sorte sacerdotij agitur, quod ponantur tredecim virgae, & terdecima sit virga Leui, in qua erat nomen Aaron: quod multum videtur facere pro dicto Aug. ut dicat tribus Leui terdecima. Et tamen dicendum, quod neque alibi vocantur vnquam tredecim tribus: quia dicitur potius, quod sunt duodecim: & cum nominatur Leui, non dicitur terdecima tribus. Nam dicitur eodem cap. Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, a cunctis principibus tribuum virgas duodecim, & ita non nominauit nisi duodecim tribus. Et postea dicitur: Locutus est dominus ad filios Israel, & dederunt omnes principes ei virgas, per singulas tribus, fueruntque virgae duodecim abiq; virga Aaron. Et ita ibi licet ponatur Leui siue Aaron extra duodecim tribus, non vocatur tribus terdecim, sed duodecim, & ideo scriptura non suscipit istum modum loquendi, quod terdecim tribus ponamus.

Doctoris respon.

Cum apostolis & alijs danda sit auctoritas iudiciaria: an sit hoc solum in premium voluntariae paupertatis, vel propter aliud. Questio CCV.

QVAERETVR, cum apostolis, & alijs danda sit auctoritas iudiciaria. i. quod sedeant ad iudicandum in die iudicij: an sit hoc solum, vel specialiter in premium voluntariae paupertatis, vel propter quid: nam solet dici, quod propter paupertatem voluntariam detur ista potestas. Aliqui dicunt, quod non datur propter hoc: quia supra in litera de solis duodecim apostolis dicitur, quod sedebunt iudicantes: & tamen multi alij sunt voluntarie pauperes, qui non sunt de duodecim apostolis: ergo videtur quod non datur illa potestas propter esse voluntarie pauperes: sed magis detur propter esse apostolos. Secundo, quia sedere ad iudicandum est quaedam magna excellentia, & datur pro excellenti merito: sed alia sunt maiora merita, quam voluntariae paupertatis, sicut martyrium: quia magis est offerre lacrimarum

ficiam Deo de proprio corpore, quam de rebus exterioribus: & tamen martyres, & virgines offerunt sacrificium de corpore suo: martyres quidem moriendo: virgines autem quotidianam mortificationem in corpore suo portando: voluntarij autem pauperes solas res exteriores offerunt: ideo potius martyribus, & virginibus dabitur potestas iudicandi, quam voluntarijs pauperibus. Tertio, quia Io. 5. dicitur: Est, qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis, vbi Glo. dicit: Quia vocem eius non auditis. & Io. 12. dicitur: Sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die: ergo ex hoc, quod aliquis proponit legem, vel verbum exhortationis ad instructionem morum, habet quod iudicet contententes, sed hoc est officium doctorum: ergo sedere ad iudicandum magis competit doctoribus, quam voluntarijs pauperibus. Quarto, quia Christus in quantum iniuste iudicatus fuit, meruit in quantum homo effici iudex omnium in natura humana. Vnde dicitur Io. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio facere, quia filius hominis est: sed qui perfectionem patiuntur propter iustitiam, iniuste iudicantur: ergo potestas iudicaria competit potius patientibus perfectionem propter Christum, quam voluntarijs pauperibus. Quinto, quia superior non iudicatur ab inferiori, sed multi diuites, qui licite vsi fuerunt diuitijs, erunt maioris meriti multis voluntarijs pauperibus: ergo non iudicabuntur ab illis, & consequenter illi voluntarij pauperes non iudicabunt, vel saltem diuites, qui maioris meriti extiterunt potius iudicabunt. Alij dicunt, quod voluntarij paupertati hac comperat potestas iudicandi, quia Iob 36. dicit: Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuet. i. potestatem iudicandi: ergo potestas iudicandi pauperibus competit. Secundo, quia supra in litera dixit Petrus Christo: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? & Christus dicit: Sedebitis super duodecim sedes iudicantes: & ita videtur, quod per hoc, quod sponte abrenunciauerunt omnibus, datur eis potestas iudicandi. Dicendum, quod communiter asseritur, quod voluntarij paupertati detur potestas iudicaria. Et tamen pro hoc sciendum, quod iudicare in die iudicij multipliciter accipitur, vt ostensum est supra, & aliqui modi illorum sunt, qui competunt omnibus electis cuiuscumque gradus, cum etiam quibusdam damnatis competat iudicare. Primo modo, scilicet iudicio comparationis, vt ibidem dictum est. De secundo, & tertio modo certum est, quod omnes electi iudicabunt. Nam secundus modus iudicandi est iudicare. i. iudicanti consentire sententiam approbando: & isto modo omnes electi Deo iudicanti consentient, quia voluntas eorum erit diuine voluntati per omnia conformis. Tertius modus est iudicare per similitudinem. scilicet sedere in folio excelso sicut iudex: & hoc etiam modo omnes electi iudicabunt, quia omnes occurrerunt obuiam domino in aera, & ibi erunt, dum iudicium fiet: & tunc non est quaerendum pro qua virtute, vel merito detur potestas iudicaria, cum nullus sit habens meritum aliquale, cui non competat ista potestas. Accipiendo autem magis stricte, & specialiter potestatem iudicariam, competit quibusdam, & non omnibus electis. Et tunc manet dubium, quibus meritis, vel statui competat illa potestas iudicandi, & solet dici, quod competit voluntarij paupertati propter tria. Primo ratione congruitatis, quia voluntaria paupertas est eorum, qui omnibus, quae mundi sunt contemptis soli Christo inhaerent: & ideo non est in eis aliquid, quod eorum iudicium a iustitia deflectat. Vnde idonei ad iudicandum ex hoc redduntur: quasi veritatem iustitiae praeparant omnibus diligentes. Secundo per modum meriti, quia humilitati competit exaltatio, Luc. 14. Qui se humiliat exaltabit,

Qua. 192.

Inter omnia autem, quae in hoc mundo hominem despectum reddunt, praecipuum est paupertas, & ideo pauperibus talibus excellentia iudicaria potestatis praemittitur, vt sic se humiliat pro Christo, exaltetur. Tertio ratione dispositionis, quia paupertas disponit ad praedictum modum iudicandi: ex hoc enim aliquis sanctorum iudicare dicitur, vt ex praedictis patet, quia cor doctum habebit omni diuina veritate, qua potens erit alijs manifestare ingressum ad perfectionem: & tunc volenti ingredi ad perfectionem, primum quod relinquendum occurrit, sunt diuitiae exteriores, quia istae sunt vltimo acquisite inter omnes res, & quae sunt vltima in generatione sunt priora in destructione. Vnde inter beatitudines, quae dicuntur actus virtutum perfectarum, est secundum eas progressus ad perfectionem, vel in ipsa perfectione ponitur prima paupertas. scilicet beati pauperes spiritu, supra 5. cap. & sic paupertati voluntarij potestas iudicaria tribuitur, in quantum ipsa est prima de dispositionibus proximis ad praedictam potestatem. Et ob hoc est, quod non quibuscumque pauperibus etiam voluntarijs potestas ista repromittitur, sed illis solis, qui relinquentes omnia sequuntur Christum secundum totam vitam perfectionem: & ideo quando dicitur, quod paupertati voluntarij competit potestas iudicaria, non est sensus, quod habenti eam solam detur ista potestas, sed habenti vitam perfectionem, cuius perfectionis principium in via incipiendi est vendere omnia, & dare pauperibus: & deinde sequuntur virtutes multae clarissimae, per quas homo imitatur Christum, perfecte sequendo eum illo modo, quo permittit humana fragilitas, sicut ipse dixit supra in litera: si vis esse perfectus vade, & vende omnia, quae habes, & sequere me: & ita si quis totam causam, quare datur potestas iudicaria exprimere velit, non debet dicere, quod est paupertas voluntaria, sed quod est perfecta vita, vel quod est perfecta vitae imitatio, cuius principium quantum ad viam generationis est paupertas voluntaria, sed non dicit ipsa maximam perfectionem, pro qua detur ista potestas, cum quaelibet alia sequentia sint excellentiora. Ad primum dicendum, quod multi alij praeter Apost. duodecim habebunt potestatem iudicariam, quia sequuntur vitam illorum, & inuenitur in eis illa ratio, per quam Apostoli istam honoris excellentiam meruerunt: Christus tamen solus duodecim Apostolis tunc promissit istam potestatem: non quidem negando eam alijs, sed quia nulla erat causa promittendi tunc alijs quam Christus hoc loquebatur, vt ostensum est supra. Ad secundum potestati dici vno modo, quod virginitas, & martyrium quamquam sint perfectiora, quam paupertas voluntaria: tamen non ita disponit hominem ad tenendum in corde decreta diuina iustitiae, per quam homines iudicantur, sicut paupertas voluntaria, cum paupertas valde disponat ad disciplinam, quia dicit ablationem curarum: e contrario autem diuitiae seculi propter multitudinem sollicitudinis suffocant verbum Dei. Luc. 8. ca. & ita sapientiam impediunt. Aliter potestati dici, & melius, quod paupertas voluntaria per seipsam non est tanta excellentiae, sicut martyrium per Christum susceptum, & virginitas pro eo seruata: & ideo magis facit virginitas, & martyrium ad merendum sedem iudicariam, quam paupertas voluntaria: & tamen attribuitur voluntarij paupertati, quia ipsa est origo ad perfectionem per quam meretur quis sedem iudicariam. De virginitate autem & martyrio non est dubium, quin pertineant ad perfectionem, per quam habetur sedes iudicaria: nam Christus dixit, sequere me, post abiectionem diuitiarum: in qua sequela intelligitur oes modi perfectarum virtutum, de quibus sunt virginitas, & martyrium, & cetera opera excellentiae: & ideo etiam per ista meretur quis sedem, sed non eo modo, quo per voluntariam paupertatem.

Volenti ingredi ad perfectionem quid opus sit factio.

In q. 193. vbi ad q. 196.

Paupertas ad disciplinam ad modum disponit.

Ad tertium dicendum, (vt quidam volunt,) quod qui docuit exhortando alios ad bonum, iudicabit solum casualiter. i. dabit causam, vt alij iudicentur, quia per comparisonem ad verba ab ipso proposita exhortando alij iudicabuntur, qui illa receperunt, vel contempserunt: & hoc non est iudicium, sed iudicandi causam dare: & ita doctrina non respondet potestas iudicaria, sicut voluntarij paupertati. Alij autem dicunt, quod neque voluntaria paupertas, neque doctrina sufficient ad habendum potestatem iudicariam. Sed tria requiruntur, primum est abiectio omnium temporalium curarum, ne impediatur animus a sapientiae perfectione. Secundum est habitus continens diuinam iustitiam scitam, & obseruatam. Tertium est, quod illam iustitiam alios docuerit: & ita doctrina pertinet ad iudicariam potestatem, Ad quartum dicendum, quod conuenienter ex ratione meriti datur iudicaria potestas, quae est exaltatio quaedam pro voluntaria humilitate: & ideo, quia Christus in quantum homo se voluntarie humiliavit, ita vt iudicari posset inique, & iudicari fuerit: meruit potestatem, & exaltationem iudicariam, secundum quam omnia ei subijciuntur. ad Philip. 2. Deus dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine eius omne genu flectatur: & hoc quia humiliavit seipsum factus obediens patri vsque ad mortem: ita & nos meremur potestatem iudicariam per voluntariam humilitationem: & quia nulla maior humiliatio inter homines inuenitur, quam omnia terrena abijcere, cum nemo tam abiectus sit inter homines quantum ille, qui omnino pauper est: recte dicitur, quod pro voluntaria paupertate datur potestas iudicaria. Ad quintum dicendum, quod praesupponendum est, quod iudicium consideratur in bonum, & in malum. Aliqui namque iudicantur, qui saluantur, sicut pluri mi electorum. Alij iudicantur, & condemnantur, sicut omnes damnati, & tunc dicendum, quod quidam electi per alios iudicabuntur: & non est inconueniens, quod aliqui, qui sunt maioris meriti quantum ad praemium essentiale iudicentur per aliquos, qui in praemio accidentali sunt maiores, & in essentiale sunt minores: sicut aliqui existentes iudices ordinarij habent subditos, quibus maiores sunt quasi naturaliter, & illi sunt interdum delegati iudicium superiorum, & iudicant tunc suos ordinarios, & efficiuntur maiores illis, quibus tamen simpliciter loquendo sunt minores: potestas autem iudicaria in effectu pertinet ad praemium accidentale, quia omne gaudium, vel perfectio vitae aeternae, quae non consistit in visione, neque ex illa deriuatur, ad praemium accidentale pertinet: vnde est iudicaria potestas, sicut gaudium de seruata virginitate, & doctrina, & martyrio, quae aureolae vocantur, & ad accidentale praemium pertinet: potestas autem iudicaria cum ad accidentale praemium pertineat, aureola non vocatur, quia non est aliquid permanentis, sed cum ipso iudicio pertransibit: illa autem tria, quae aureolae dicunt, permanentia sunt in vita aeterna: & ita voluntarij paupertati competit potestas iudicaria: & licet sint quidam diuites maioris meriti, & praemij in vita aeterna, non est inconueniens illos non habere potestatem iudicariam, & quod habeant eam alij minores, qui voluntariam paupertatem seruauerunt.

Nulla maior humiliatio inter homines, quam omnia terrena abijcere.

An soli homines aliqui cum Deo iudicabunt, vel etiam angeli. Questio CCVI.

QVAERETVR, cum Apostolis promiserit Christus, quod sedent iudicantes, & illi sint homines: an soli homines aliqui cum Deo iudicent, vel etiam angeli iudicent. Aliqui dicunt, quod angeli

etiam iudicabunt, quia infra 25. cap. dicitur: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo. Et tamen ibi agitur de aduentu ad iudicium, vt ex litera apparet: ergo angeli ad iudicandum venient, & iudicabunt. Secundo, quia angeli sortiuntur nomina ex officio, quod exercent: cum alijs, neque nomina habeant, neque illis indigeant: sed quidam ordo angelorum vocatur throni, quod ad iudicarium actum pertinet, quia thronus est iudicis, solum regis, cathedra doctoris: ergo saltem angeli de ordine thronorum iudicabunt. Tertio, quia hominibus post hanc vitam promittitur similitudo angelorum, infra 22. & aequalitas ad eos, Luc. 20. & hoc quasi pro magna excellentia: & tamen aliquibus hominibus competit potestas iudicaria, vt patet hic, cum illam Christus Apostolis promiserit: ergo a fortiori competet angelis, vel aliquibus eorum saltem. Alij dicunt, quod nulli angeli habebunt potestatem iudicariam, quia omnis potestas iudicandi tradita est Christo homini. Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit facere filio, quia filius hominis est. Et tamen angeli non communicant in aliquo cum Christo quantum ad humanitatem: ergo neque communicabitur eis aliquid de potestate iudicaria. Secundo, quia non pertinet ad eundem iudicare, & esse ministrum iudicis, sed angeli erunt ministri in iudicio finali. supra 13. c. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis: ergo non erunt ipsi iudices. Dicendum, quod verum est, quod non dabitur angelis potestas iudicaria aliquo modo, sicut hominibus quibusdam datur, quia licet nullus hominum sit iudex quantum ad auctoritatem, sed sola Beata Trinitas: & quantum ad effectum proferendi sententiam nemo sit iudex, nisi Christus in quantum homo: tamen quantum ad multos alios modos multi hominum iudicabunt alios, vt ostensum est supra quae. 192. quantum ad nullum autem illorum modorum dabitur potestas iudicaria angelis. Nisi dicantur iudicare, qui iudicis sententiam approbant, quia hoc angelis competit, cum beati sint, & a Dei volito nequaquam discordent: & tamen non accedit hoc ad hoc, quod dicantur iudices, vel iudicantes. Primo, quia verus, & solus iudex per sententiae dictationem Christus homo erit: ceteri autem, qui aliquo modo iudicare dicentur, erunt vt assessores, sed assessores debent esse proportionabiles iudici: ipse autem iudex erit homo, ideo assessores debent esse homines, angeli autem sunt puri spiritus. Secundo, quia iudicium magis fiet ad malorum condemnationem, quam ad bonorum praemiationem, pro qua non erat opus, nisi executione: mali autem, quia erunt ibi in corpore, & anima, non videbunt nisi quae corporalia sunt: angeli vero sunt puri spiritus, qui videri non possunt: ideo ipsi non iudicabunt, quia non poterunt videri ab his, quos iudicarent. Et ista est ratio efficax: ista enim est causa, quare non iudicat Deus secundum diuinam naturam, sed Christus secundum hominem. quia mali non poterunt videre Deum: intelliget quidem Deum praesentem esse, sicut vbi que est, & specialiter ibi ad retribuendum eis mala pro malis: & tamen eum non videbunt, quia Deus oculis corporalibus non potest ab aliquo videri. Per visionem autem intellectualem non videbunt eum mali, sed illa visio, vel intuitio est, quae homines beatos efficit: ideo nullo modo poterunt mali videre diuinam naturam in iudicio, & ob hoc, quia non conuenienter iudicaret, qui non videretur, non iudicabit Deus in forma diuina, sed Christus secundum hominem iudicabit. Deus enim constituit eum iudicem viuorum, & mortuorum. Act. 10. cap. & hoc, quia ipse in natura humana conspici poterit, tam a bonis, quam a malis, &

Thronus quid sit.

Ratio efficax, quare Deus in iudicio non iudicabit secundum diuinam naturam.

& mali videntes torquebuntur nimis, sicut dicitur Apoc. i. cap. quod plangent se super eam omnes tribus terrarum: angeli ergo ex eadem causa non indicabunt: sed soli homines, qui videri poterunt, & erit hoc ad gloriam ipsorum, & ad terrorem eorum, qui videbunt eos sic connumeratos inter filios Dei, cum illos aliquando in derisum habuissent, & in similitudinem improprietatis: Sap. 5. cap. Tertio, quia isti, quibus Christus promittit potestatem iudicariam, dicitur, quod sedebunt iudicantes super sedes. Angeli autem non sedent, quia sedere corporis est habentis locum, & positionem: ipsi vero incorporei sunt, cum sint puri spiritus, ideo non iudicabunt. Et hoc nisi quis diceret, quod angeli, licet non possint videri, neque sedere secundum propriam naturam, possunt sedere assumpto corpore, & videri, sicut nobis quotidie faciunt. Sed dicendum, quod hoc non fiat, quia quilibet res habet perfectionem suam in eo, quod est sibi secundum naturam inexistens, vel quod sibi naturaliter potest aduenire: in eo autem quod est penitus preter naturam, nulla res perficitur: habere autem corpus est omnino extraneum angelis: ideo non potest aliqua perfectio eis aduenire per hoc, quod est corpus habere. Quod autem corpora in terdum assumant, non est propter eos, quasi per istum modum recipiant aliquam perfectionem, quod aliter non possent participare, sed est propter nos: sunt enim administratores spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Ad Hebr. i. c. & ideo oportet, ut taliter se habeant, quod nobis administrare commode possint, & tamen administratio extendit se ad hoc, quod aliquando nobis loquantur, & per corporalem apparitionem nos admoneant exterrendo, vel letificando, & alia agendo, ad que spiritualis, & incorporeus effendi modus non sufficit: ideo interdum angeli corpora assumunt, & tamen ipsi in beatitudine existentes corpora nunquam assumunt, cum ibi non ministrent nobis, sed ipsi percipiant premium suae beatitudinis. Iudicare autem non pertinet ad administrationem, sed ad premium accidentale gloriae, & si daretur angelis, daretur propter se, & non propter nos: ideo non daretur eis in corporibus assumptis, quae sunt propter nos, sed in substantia naturae suae: & tamen in substantia sua simplici manentes non possunt iudicare. Ergo non iudicabunt aliqui angeli, sed soli homines aliqui cum Christo.

Quare angeli interdum corpora assumunt.

Angeli in ipsa beatitudine existentes nunquam corpora assumunt.

Ad primum dicendum, quod, ut dicit Glo. infra 25. angeli non veniunt cum Christo, ut iudicent, sed ut testes humanorum actuum, quos homines sub eorum custodia manentes bene, vel male gesserunt. Aliter potest dici, quod angeli non veniunt ad testificandum, neque ad aliquem actum iudiciale, qui ibi exercentur, sed ad associandum Christum hominem. Nam sunt ei subditi: ideo venerantur illum comitantes illum, & in hoc stabit magnitudo honoris Christi in iudicio, quod multis angelis obsequentibus venit comitatus: & hoc significat littera, cum dicit: Cum venerit filius hominis in maiestate sua cum angelis suis. i. maiestas sua erit in hoc, quod non solus veniet, sed cum multo apparatu angelorum: sic rex dicitur habere maiestatem, quia semper est in magno apparatu, qui ad magnitudinem status pertinet. Sic enim dicitur supra 16. c. filius enim hominis veniet in gloria patris sui cum angelis suis: & ita gloria. i. maiestas, in qua tunc Christus venire dicitur ad reddendum unicuique iuxta opera sua, quod est iudicare, est venire cum angelis, qui ad magnam reverentiam, & honorem eius faciunt.

Ad secundum dicendum, quod aliqui angeli vocantur throni, quod ad iudicium pertinet quantum ad illam rationem iudicij, quod Deus semper exercet omnia gubernando, & huius iudicij illi angeli, qui vocantur throni, sunt quodammodo executores, vel promul-

gatores: & ideo specialiter illi ad rationem iudicij divini pertinent, a quo nomine assumperunt. Iudicium tamen, de quo loquimur quod est finale, semel tantum, & in aperto fiet, & illud non fiet per Deum in forma deitatis, sed per Christum hominem, ut dictum est supra: ideo tales erunt assessores, vel coniudicantes, quales ipse. scilicet homines, qui videri possint, & non angeli.

Ad tertium dicendum, quod intelligitur uno modo, quod erunt homines aequales angelis Dei. scilicet in abstractione ab operibus carnis, non quidem erunt in natura aequales, quia homines corpora habebunt, angeli vero non: sed abstrahentur homines in beatitudine ab actibus corporalibus, ac si essent puri spiritus, scilicet, quod non comedent, non bibent, non dormient, non digerent, non expellent superfluitates villas de corporibus, quia nullae tales erunt tunc, quas expellere necesse, aut conueniens sit: & ideo ablatis his manebit homo, quasi esset purus spiritus. Et iste est verus sensus verbi Christi. Nam ipse dixit hoc contra Saducaeos excludendo errorem eorum, qui putabant in resurrectione homines habere actus venereos, & gustus, & tactus, & quod ad uxores redirent: Christus vero ait, quod in resurrectione non nubunt, neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei, vel aequales angelis Dei. scilicet angeli non possunt venerea exercere, neque alios corporales actus: ita neque homines in resurrectione, id est, in statu beatitudinis, quae est post resurrectionem, non exercent venerea, neque experientur alias delectationes, quae sunt secundum tactum, & gustum, & tunc non agit istud ad aequalitatem, quae est in premio, ut isti, vel illi debeant iudicare. Secundum potest dici, quod intelligatur de premio, scilicet, quod homines sunt aequales angelis Dei, non quidem, quod quilibet homo sit aequalis alicui angelo, vel sit aliqua certa proportio magnitudinis premij hominum ad premium angelorum, sed quod homines possint esse aequales angelis. Nam aliqui homines sunt in vita eterna maiores quibusdam angelis, & minores alijs. Alij sunt maiores omnibus, ut beata virgo. Alij vero fortassis sunt minores omnibus angelis: hoc tamen saltem est, quod non prohibentur homines esse aequales angelis in premio essentiali. De premio autem accidentali non est inconueniens, quod homines excellent angelos. Nam certum est, quod aureolae competunt hominibus, & non angelis, scilicet, aureolae martyrij, & virginitatis, & doctrine, quae in hominibus sunt, & non possunt competere angelis, & tamen aureolae sunt premium accidentale: ita ergo iudicaria potestas, quae ad accidentale premium pertinet, poterit competere hominibus, licet non competat angelis.

Quomodo domus, & agri relinquuntur ab aliquo propter Christum. Questio CCVII.

Quaeritur hic, cum dicitur: Qui reliquit domum, aut agros propter me, quomodo ista relinquuntur. Dicendum, quod ista relinquuntur eodem modo, quo eadem; de quibus supra dictum est diuiti iuueni. Causa autem quare Christus ista dixit, est illa, quae dicitur sequenti quaestione. Relinquit vero domos, & agros pertinet ad illum modum quo Christus diuiti iuueni locutus est, licet tripliciter potest aliqua res possessa deferri. Primo, ut parum ametur. Nam qui ardentem amat, & ab illo ardore cessat, quodammodo deserit, quod amabat, quia licet retineat animo deserit, sic dicitur I. Corin. 7. Qui vultur hoc mundo sint quasi non videntes, & qui emunt quasi non possidentes. Secundo modo deseritur quantum ad animi preparationem, ut quando aliquis secundum charitatem sic habet animum ordinatum, quod licet

Quo intelligit, quod homines in resurrectione erunt sicut angeli.

res suas non deserat est paratus illas deferere, ne in aliquo offendat Deum, vel si sic expediat salutem proximorum. Et ita exponit August. ea, quae habentur supra quinto cap. de contentente super tunica, cui & pallium dandum est, & angariante mille passus. Quia licet ista videantur esse perfectionis, debet homo secundum animi preparationem illa facere, & differt iste modus a precedenti, quia in illo res possessa non deseritur actu, sed animo: in isto autem est animus paratus ad actualiter deserendum, quando expedierit. Tertio modo deseritur res, quando quis ea, quae habet, vendit & dat pauperibus, ut nudus, & sine curis saeculi Christum sequatur. Sic Christus iussit facere iuueni, si volebat perfectionem, scilicet: Vade, & vende omnia, quae habes, & da pauperibus, supra in littera. Et ita fecerunt Apostoli ad hoc, quod sequerentur Christum, supra in littera, scilicet: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et ita omnes, qui transire erant ad famularum Christi volentes eum sequi, deserebant sic prius omnia. Sic dicitur Luc. 9. cap. de illo, qui dixit Christo: Domine sequar te, sed prius permittite me renunciare his, quae domi sunt. Primi duo modi possunt pertinere ad praecipuum; tertius autem ad consilium. Nam quod qui auarus erat, & diuitias plus quam Deum amabat, cesset ab illo ardore amoris, & amet eas quantum licet amari possunt diuitiae, ad praecipuum pertinet, quia sine ista ordinatione amoris charitas seruari non potest. Secundus etiam ad praecipuum pertinet, quia tenetur quilibet habere animum paratum ad hoc, quod si expediat diuitias abijcere, quod abijciat, id est, quod si non potest simul in aliquo casu Christum, & diuitias possidere, abijciat diuitias, ut Christum non perdat: nam si sic non tenet animum paratum potius volet Christum perdere, quam diuitias, & iam charitatem non habet, quia non est ordinatus animus eius. Tertius modus, scilicet, abijcere omnia sola intentione sequendi Christum semper est de consilio, cum possit homo licet utendo possessis Christum amare, & colere: licet duo primi modi etiam ad consilium interdum pertinere possunt, ut si quis diuitias actu possidens illas remissius amet, quam licet possit amare. Nam quanto minus illis animum suum applicuerit, tanto intensius Deo inharebit, & istud ad perfectionem pertinet, quod quis omittat uti licitis, ut magis Deo adhaereat. Etiam secundus modus poterit ad consilium pertinere, ut si non solum quis habeat animum paratum ad deserendum res, si simul non possit illas & Christum tenere, sed & si expedit ad salutem proximorum, vel ad meliorem sui, vel illorum habitudinem. Nam hoc de perfectione est: & tamen isti duo modi regularius pertinent ad praecipuum. Tertius autem semper ad perfectionem. Et de isto tertio loquitur Christus deserente domum, & agros, id est, quod vendat, & det pauperibus, ut ipsum sequatur. Et patet, quia iste sensus est ad propositum precedentis litterae, tam quantum ad ea, quae dicta sunt iuueni diuiti, scilicet: Si vis esse perfectus, vade, & vende omnia, quae habes, & da pauperibus. Et etiam quantum ad ea, quae dixit Petrus nomine Apostolorum, scilicet: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Et ista veniunt dependenter ex illis. Primus, & secundus modus deserendi non faciunt ad propositum: quia isti, qui hic deserunt possessa, deserunt ut Christum libere possint sequi: tamen in duobus primis modis, non deseruntur diuitiae actualiter, sed manent adhuc sollicitudines saeculares, cum quibus nemo perfecte Christum sequitur: ideo de tertia desertione intelligendum est. Quod autem dicitur, qui reliquit domum, aut agros, ad eandem personam per-

tinere. Nam ambo sunt res possessae, & qui pro Christo aliqua deserit, ut eum sequatur, omnia deserere debet, quia manente aliqua re possessa manent sollicitudines circa illam, quae aliquantulum impediunt sequi Christum, vel saltem faciunt non posse eum liberè sequi, & potissimè, quia si qui transirent ad sequendum Christum, non licebat eis quidquam possidere, neque secum portare pecuniam, neque sacculum, neque peram, supra 10. cap. & Mar. 6. etiam post Christi ascensionem in Ecclesia primitiua, qui conuertebatur ad Christum, non retinebat sibi quidquam. Vnde Ananias, & Saphira, qui occultè retinere sibi voluerunt, partem precij agri, mortui sunt: Act. 5. cap. ideo quis ad Christum transire vellet, ut sequeretur eum, si haberet solam domum, illam dimittebat, si solos agros illos desererebat, si vtrumque, oportebat vtrumque relinquere. Et nominauit Christus ista duo, quia per ista intelliguntur omnia genera rerum immobilium, quae possidentur, vel quasi possidentur, ut si quis habeat seruitutes, vel annuos redditus, aut census, vel pensiones, aut quascunque obventiones, quae dicuntur quasi possideri, & sunt immobilia, etiam talia relinquenda sunt ad Christum sequendum: sed per domos omnia praedicta, vel possessiones urbanas accepit: per agros vero omnes rusticas possessiones, vel praedia, aut quaecunque iura percipiendi aliquid de rebus mobilibus: & de pecunijs, & ceteris nihil hic dixit: nomine enim illorum intelliguntur.

Quare Christus dixit, & omnis, qui reliquerit domum. Questio CCVII.

Quaeritur, quare Christus dixit hic, & omnis, qui reliquerit domum, & cetera. Dicendum, quod fecit propter tria. Primo ad tollendum dubium quantum ad personam. Nam dixerat ad duodecim Apostolos: vos, qui secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel: ex quo putaretur, quod solis concessa erat potestas iudicaria: & ita ceteri non crederent hunc honorem sibi deferendum, etiam si relicto omnibus Christum sequerentur, cum solis duodecim promissus esset, & consequenter multi, qui sequerentur Christum cessarent sequi, & qui nondum sequerentur, nunquam sequerentur quasi premium laboris non habituri: ideo ostendit, quod etiam illi preter duodecim Apostolos praemia sequerentur: Christus acciperent. Et iste est precipuus sensus: quod patet ex littera, quia postquam dixit: Vos, qui secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes iudicantes Israel, subdidit: Et omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, & cetera: quasi dicat: non solum duodecim Apostoli premium habebunt, quia me secuti fuerint, sed etiam quicumque, alius me secutus fuerit relinquendo domos agros, & cetera, habebit premium. Secundum fuit dictum ad tollendum, dubium quantum ad res dimittendas, & istud est fuit necessarium, quia dixerat supra Christus iuueni: si vis esse perfectus, vade, & vende omnia: etiam dixerat Petrus nomine Apostolorum: ecce nos reliquimus omnia: dubium erat quid nomine omnium intelligeretur, & quid pro Christo relinquendum esset, & istud Christus explanat hic dicens: & omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, & cetera: in quo innuit, quod omnia haec pro Christo, si oporteat, relinquenda sunt ad hoc, quod ipsum sequamur: nam Apostoli non solum reliquerunt domos, & agros, sed etiam filios, fratres, parentes, uxores, & sorores, & omnia huiusmodi.

Quomodo



Quomodo fratres, sorores, parentes, & cætera relinquuntur, & quando relinqui oportet eas propter Christum. Questio CCIX.

QVAERETVR, cum Christus dixerit, qui reliquerit fratres, sorores, patrem, & matrem, uxores, & filios, quomodo iste personæ relinquuntur, & quando eas relinqui oportet propter Christum. Dicendum, quod potest dimitti tripliciter aliqua istarum personarum. Primò quantum ad conuersationem. Secundò quantum ad consolationem, & gaudium. Tertiò quantum ad necessitatem diuini cultus. Primùm est, quòd aliquis habens aliquas istarum personarum dimitteret eas, vt sequeretur Christum, & hoc accidebat in omnibus, qui sequebantur Christum. Nam illi abiectis omnibus sequebantur eum quocunque iret de loco ad locum, & sic vendebant omnia, quæ habebant, & dabant pauperibus, nè maneret sollicitudo illorum, per quam impedirentur sequi Christum: ita & cum conuersarentur cum patre, & matre, & fratribus, & sororibus, & cæteris personis, ad quas erat aliquod vinculum cognationis, vel affinitatis, vt relinquerebant illas cessantes ab hac conuersatione, & Christum sequerentur quocunque iret: & hoc magni meriti erat, scilicet, relinquere illorum conuersatione, in qua magna consistebat delectatio, vt Christum sequerentur per diuersa loca discurrentem. Secundò modo relinquitur aliqua habitauit in deserto quantum ad gaudium, & consolationem, & utilitatē, H quam quis ex illa percipit, quod coincidit cum præcedenti aliquantulum, in quantum ista in conuersatione habentur, & hoc etiam nunc accidit, vt cum quis propter Christum vult omnia abijcere, & introire religionem. Nam tunc non solum quantum ad conuersationem relinquit personam istam, cum quibus non potest aliter conuersari, sicut quando in seculo laudabat, & etiam si aliquando conuersetur, nunquam iam eodem modo, sicut quando erat sæcularis, quod facit differentiam status, sed etiam perdit delectationem, & utilitatem, quam ex eis percipiebat. De utilitate manifestum est, quia ab istis poterat in seculo manens recipere temporalia emolumenta: manens autem in religione non potest recipere, cum nihil ei liceat possidere: etiam non recipit delectationem, quia aliquis de illustri, vel nobili prosapia existens, dum manet in seculo potest gloriari aliquantulum de nobilitate prosapiae suæ, non peccando mortaliter: cum verò ad religionem transierit, iam non potest de his gloriari, quia transiens ad religionem contempsit omnia, & etiam seipsum, vt solum Christum lucrificeret, & ei inhæreret: ideo iam non licet ei gaudere de quantumcumq; illustri, vel nobili prosapia. Tertiò relinquuntur personæ istæ quantum ad necessitatem diuini cultus, vt si aliqua istarum impedit nos distrahendò à veritate cultus diuini, relinquenda est resistendo ei, & si aliter non possumus cauere molestias illius, & suggestiones, recedendum omnino est ab ea, vt possumus verum Dei tenere cultum, & hoc omni tempore necessariũ fuit.

An liceat alicui dimittere parentes, sorores, & cætera, vel aliamquam earum. Questio CCX.

QVAERETVR, an liceat alicui dimittere istas personas, vel aliquam earum. Dicendum, quod hic ponuntur sex personæ, vel modi personarum, scilicet, fratres, sorores, pater, mater, vxor, filij, & non pertinent omnes istæ ad eandem habitudinē, quia quibusdam earum magis, alijs verò minus tenemur; & per has signantur omnes aliæ, ad quas est cognationis, aut affinitatis vinculum, quibus hō solet quodam amore,

vir nobilis religionē aliq. ígregret ei de nobilitate sua gloriari.

& conuersatione coniungi: istam Christum expressit solum, quia istæ sunt magis coniunctæ, & dicendo, quod istæ abijciendæ, & derelinquendæ sunt interdum propter eum, intelligitur quod à fortiori relinquendæ sunt illæ, ad quas minor amoris nexus, & cōuersationis est. Istarum primæ sunt frater, & soror, quæ in eodem gradu sunt, & æqualiter ad eas tenetur quis, & de his dicendum est, quod non solum licitum erat relinqui illas propter Christum, sed etiam erat, & est laudabile siue relinquantur quantum ad conuersationem, siue quantum ad delectationem, siue quantum ad necessitatem diuini cultus. Primùm enim, & secundum sunt laudabilia, & pertinent ad perfectionem. Tertium verò est de necessitate, & hoc in omni statu, & hoc verum est quantum ad oem statum. Nam in statu legis Moyis ante aduentum Christi, si quis relinqueret cognatos suos, vt arctiorem vitam in eremo, vel cum personis religiosis duceret, laudabilis erat: sic enim erant collegia prophetarum, non solum eorum, quibus Deus dabat spiritum prophetiæ, sed etiam aliorum, qui sequebantur vitam illorum, vt patet. 1. Reg. 10. capitulo de grege prophetarum, qui erat cum Samuele. Et idē 1. Reg. 19. cap. & isti habitabant seorsum ab alijs, vt colligitur. 4. Reg. 6. cap. Etiam aliqua personæ ducebant vitam religiosam manentes semper in locis desertis, sicut faciebat Elias, qui manebat in monte Carmeli, vt colligitur. 3. Reg. 18. & 19. & 4. Reg. 1. cap. Sic etiam Ioannes Baptista à tenera ætate habitauit in deserto iudeæ segregatus ab hominibus vsque ad annum tricesimum, quando prædicare cepit. Luc. 1. & 3. capitulo, & aliqua personæ manebant in templo segregatæ à populo ibi seruietes semper Deo, & nunquam recedentes de templo. Sic dicitur Luc. 2. de Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser, quæ nunquam recedebat de templo manens die & nocte, Deo seruiens in ieiunijs, vigilijs, & orationibus: & omnes istæ personæ laudantur in Sacra Scriptura: & tñ relinquebant omnes cognatos, & affines, vt sic manerent: ergo bonum erat, & laudabile tunc relinqueret omnes istas personas, & potissimè fratres, quia de oibus his sex personis nullæ sunt, ad quas minus teneamur, quæ fratribus tenemur, quia non tenemur eis aliqua lege ad commanendum, neque etiam ad exhibendum aliqua obsequia, sed in quantum fratres comunicant in hoc, quod est ab eodem nasci: & ita habent sanguinem communem, & radicem, vt dicitur. 8. Eth. magis obligamur eis beneficiis, quàm alijs extraneis ceteris paribus: & tñ non obligamur antiqui manere in seculo propter fratres, & sorores, ita vt non transirent ad arctiorem statum, siue manendo in eremo, siue in templo, siue in alijs locis religiosis. Quantum verò ad necessitatem cultus diuini manifestum est, quia cum derelinqui esset laudabile, tunc quando cultum Dei non impediatur: à fortiori esset laudabilius illos deserere, quando impedirent cultum Dei. Vnde non erat solum laudabile deserere, sed etiam necessarium, & non solum deserere, sed etiam interdum occidi. Nam si frater, & soror, aut quicumq; alij cognati suaderent alicui, qui iret, & coleret Deos alienos, debebat eum perdere, vt lapidaretur: & ipse primus debebat eum lapidare. Deute. 13. cap. si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, siue vxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, vt animam tuam, clam dicens: Eamus, & seruiamus dijs alienis, nō acquiescas ei, neq; audias, neq; parcat ei oculus tuus, vt misereris, & occultes eum, sed statim interficies, fit primum manus tua super eum, & postea omnis populus mittat manū, lapidibus obrutus necabitur. Similiter tēpore Christi licitū erat imò laudabile deserere fratres, & sorores quantum ad duò prima conuersationem, & consolationē: imò

Fratres, & sorores propter Christum si expediat abijciēdi sunt.

Fratribus ceteris paribus magis tenemur, quā alijs beneficiis.

imò Christus suadebat dimitti fratres, & sorores, & cæteras personas in quocunque gradu cognationis, vel affinitatis, vt sequerentur eum, & hoc innuitur supra 10. cap. si cum dicitur, qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus, & qui non baiulat crucem suam, & sequitur me non est me dignus: & tamē qui amat plus Christum, quàm filium, & filiam, patrem, & matrem, & cæteras personas, relinquit illas propter Christum: & etiam cum suaderet hominibus vendere omnia, & sequi ipsum supra in litera, suadebat etiam deserere cognatos quia non poterat quis Christum sequi vagantem per diuersa loca: & maxime tenendo regulam viuendi, quam ipse traderat, qui non dimitteret omnes cognatos cessando ab eorum conuersatione. Quantum autem ad tertium, scilicet, ad necessitatem cultus diuini, erat tunc etiam necessarium: quia si impediretur quis sequi Christum per aliquos cognatos suos, vel affines, supra in communione illos deserere, vt non induceretur ad malum per eos: tempore enim Christi, cum prædicaretur noua fides, & noua lex, & quidam crederent, & alij non crederent, contingebat, quod crederet filius, & non pater, vel e contrario, & vt crederet vxor, & non vir, & ita de alijs, & secundum hoc diuidebantur inter se, & oportebat recedere a localiter, vel erat amara eorum communicatio, & potissimè credentium, cum eorum pars esset infirmior viribus, quia minor numero erat. Aliqui autem sponte crederent: quia tamen videbant sibi amaram vitam futuram esse repugnando patri, matri, fratribus, vxori, & filijs, cessabant, vel distrahebantur à fide, & ad hoc Christus suadet, quod firmi maneat tolerantés talem duram conuersationem, vel separationem ab eis, quia de intentione eius erat facere hanc separationē. Sic dicitur supra 10. cap. Nolite arbitrari, quod veni mittere pacem in terra: Non veni mittere pacem, sed gladium: separare hominē a patre, matrem suam, & fratrem suam, & sororem suam, & inimici hominis domesticus eius, & Luc. 12. cap. dicitur: Putatis, quod pacem veni mittere in terra? non dico vobis, sed separationem: erunt autem quinque ex hoc in domo vna diuisi, tres in duo, & duo in tres diuidentur, pater in filium, & filius in patrem suum, & mater in filiam, & filia in matrem: natus in focrum suam, & focrus in nurum suam. Intantum autem procedebat ista discordia, quod non credentes accubabant credentes, & faciebant eos interficere, intantum vt interdum pater faceret occidi filium, & aliquando filius patrem, vel matrem, & sic de alijs: sic dicitur supra decimo capitulo. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filiū, & insurgēt filij in parentes, & morte afficient eos, & eritis odio omnibus hominibus propter me. Ab his autem, quia dura erant, multi distrahebantur: & ideo Christus suadet perseuerare in his dicens: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Mar. 13. & Luc. 21. In istis autem duobus casibus intelligitur litera ista Christi: quod frater, & soror, & cætera personæ pro Christo dimitterent carnales affectus, & delectabilia cōuersationem, quam ad eos habemus dimittendo, vt Christum sequeremur quocunq; euntem: & consonat tunc litera præcedenti, & etiam est totus contextus sub eadem sententiā. Sicut sicut domus, & agri dimittebantur, vt Christum sequerentur possessores eorum eundo quocunq; ille iret, & tenendo doctrinam eius: ita & relinquere fratres, & sorores, & cæteras personas cognatas, vt sequerentur illum non manendo in priori conuersatione ad cognatos: Secundò et potest intelligi quantum ad necessitatem cultus, si quibus cognati impediabant credere in Christum, & tenere doctrinam illius, quia tunc ab illis recedendum erat.

A Sic quantum ad virumq; dicit Hiero. quod dicit, & ois, qui reliquerit fratrem, &c. congruit illi sententiæ qua dixerat, veni separare hominem a patre suo, &c. Chryl. quoque dicit: Videtur autem mihi persecutionis tempus occulte insinuare: quia enim multi futuri erant filios ad impietatem trahentes, cum hoc acciderat, neque pro patribus, neque pro viris habeantur. Accipiendo etiam quantum ad tempus istud in lege Christi verum est, quod est laudabile dimittere fratres, & sorores, & ceteros cognatos propter Christum. i. vt intret quis religionem, vel teneat vitam arctiorem, quæ sit secularis. Nam in veteri testamento erat hoc laudabile, vt ostensum est supra: ergo à fortiori nūc erit laudabilius, quoniam est tempus maioris perfectionis, quæ tunc. Accipiendo quantum ad necessitatem cultus Dei, etiam non solum est nunc laudabile recedere à cognatis, vt quoniam sollicitant hominē ad hæresim, vel ad transeundum ad paganisimam, vel ad quacunque mala, quæ sunt contra legem Christi, sed etiam est necessarium. Nam cum sit de necessitate salutis obseruare legem Christi, erit et de necessitate salutis facere oia illa, sine quibus non potest homo legem ipsam obseruare. Sed hoc differt, quia in veteri test. nō solum obligabatur quis nō assentire, & fugere ab eo, qui suadebat colere Deos alienos, sed etiam tenebatur perdere eos ad mortē, & qui ipse primū lapidem mitteret contra illos, etiam si esset filius, vel filia, vel vxor. Deut. 13. cap. nunc autem non obligatur quis acculare alterum ad mortē, & potissimè non tenetur mittere lapidē ad occidendū reos: erat. n. legem illa quæ ista, & nō iniuste, quia homines tunc erant valde proni ad idolatriam, & nihil erat, per quod distraherentur, nisi per penam. Nunc verò nō est talis inclinatio ad idolatriam, & homines possunt flexi ad bonum aliter, quàm per penam.

An liceat propter Christum patrem, & matrem dimittere. Questio CCXI.

QVAERETVR circa duas alias personas, id est, circa patrem, & matrem, an liceat dimittere illas. Dicendū aut sicut præc. q. quod aut p̄fideratur in veteri test. ante Christū, aut tpe Christi, aut nunc. Dicendum de primo tpe, quod aut patres erant in tali necessitate, in qua non poterat eis puideri sine filijs, aut non. Etiam dicendum, quod aut est hoc deserere patrem, & matrem quantum ad tria polita præc. quæ conuersationem, delectationē, & necessitatem cultus diuini, aut quantum ad obsequia, ad quæ eis tenemur. Omnes iste distinctiones præsupponendæ sunt, vt hoc videatur. Si autē p̄fideretur quantum ad conuersationē, & delectationē, cum ista se teneant ex parte nostra, nō solum est licitum dimittere patrem, & matrem, sed etiam laudabile erat in veteri test. illos dimittere, sicut in illis, qui transibant ad eremum, vt Ioannes Baptista reliquit patrem, & matrem, & omnes cognatos, & Elias, qui eremicola erat, & illi, qui in templo, vel in alijs locis religiosis manebant dimittebant patrem, & matrem, & laudabantur: sic enim, qui transibant ad grege prophetarum, vt patet de Eliseo, quæ transiens.

Necessariū est creditū Christum recedere à parentibus sollicitantibus ipsū ad hęc res: de quo latius scriptum est Deut. 13. c. quæst. 3.

Toa. Bapt. reliquit patrem, & matrem, & cognatos eius in eremum transiens.

colere Deos alienos, quia non solum erant tunc dimittendi, sed etiam occidendi. Sed an filius deberet accusare patrem, & matrem sollicitantes eum de hoc, & mittere primum lapidem contra eum, sicut contra filium, & filiam, uxorem, fratrem, sororem, & amicum declaratum est Deuter. 13. & 33. cap. Si vero accipiat quantum ad obsequia debita, & honorem, est speciale, quam in fratribus. Nam fratribus, & sororibus non tenemur ad aliquid impendendum in quantum tales sunt: eo quod minores eis non sumus, sed equales in gradu attinentiae. Etiam, quia ab eis nihil accepimus, cum non descendamus ab illis: & ideo per legem naturae non tenemur eis ad aliquid, sicut patri, & matri, neque etiam per viam, aut legem contractus, sicut vir uxori, & e contrario. Parentibus autem ad multa tenentur filii propter multa, quae ab eis receperunt, ut patet octavo, & nono Ethicorum: & ideo lex decalogi iussit patres honorare: quod Christus exposuit non solum de verbali reuerentia, & inclinatione, & assurrectione, sed praecipue de subuentione in necessariis, ut patet supra 15. & Marc. septimo capitulo. Et quia ista sunt in fauorem parentum, non possumus recedere ab illis, quando indigent subuentione nostra. Sic dicit Aristot. 8. Ethico. cap. vltimo, quod filius non potest abnegare patrem, neque recedere, quia semper tenetur: pater autem potest filium abnegare, & hoc, nisi fiat malitia patris intolerabilis, id est, si conaretur filium occidere, & non posset hoc filius euitare manendo cum patre, vel si eum sollicitaret multum efficaciter ad malum, quod putaret non posse euadere cum illo manendo. Et tamen an filius desiderans intrare religionem, vel Deo adherere speciali modo, debeat manere in saeculo semper quamdiu parentes viuunt, ut illis succurrat, vel aliquanto tempore, & an postquam fuerit in religione ad subueniendum paupertati parentum exire possit de clastro, etiam sine licentia praesidentis, declaratum est supra 6. c. q. 79. & supra 8. c. q. 69. Accipiendo autem tempus, quo Christus predicabat, dicendum, quod quantum ad conuersationem, & delectationem, quae introducuntur solum in fauorem filiorum, licebat filiis dimittere parentes, sicut supra dictum est, & hoc modo Christus incitabat eos, quibus praedicabat ad dimittendum patrem, & matrem, sicut & omnia, quae possidebant, ut eum sequerentur, & de hoc intelligitur litera. f. & omnis, qui reliquerit patrem, aut matrem: pertinet autem ad perfectionem abdicare a se desideria delectationum naturalium, quibus homo potest licite uti, & talis est conuersatio ad parentes, & cognatos. Si autem accipiat quantum ad necessitatem cultus, dicendum sicut supra. f. q. dimittendi erant parentes, si impedirent acceptare cultum Dei. f. fidem Christi, & hoc modo Christus venit ad faciendum separationem inter filios, & parentes, & ponendum inter eos diuisionem, supra 10. cap. & Luc. 12. c. Si autem accipiat quantum ad obsequia parentibus praestanda, quibus illi indigent. Dicendum sicut supra, quod aliquando tenebantur manere, & aliquid non: & hoc nisi Christus expressè vocaret aliquos, sicut vocauit Matthaeum, dicens: Sequere me. supra 9. cap. Nam si crederet vocatus esse Deum vocantem, tenebatur statim ire quantum eum que teneretur occupatus in obsequiis necessariis parentum: Accipiendo nunc eadem penitus ratio est, quae viuente Christo: nisi quod magis est nunc manifesta veritas, & via perfectionis, quam tunc, quia tunc incipiebat praedicari quod hominibus incognitum semper manserat: nunc vero omnibus iam patet, & manifestatur quotidie magis: & ita sciunt homines laudabilis sibi esse anhelare ad perfectionem, quam tunc, cetera autem sunt, sicut supra dicta sunt.

An liceat uxorem dimittere. Quae. CCXII.

**Q**VAERETVR, cum dicat, qui dimiserit uxorem, an liceat dimittere uxorem. Dicendum, quod aut agitur de tempore ante Christi praedicationem, aut postea. Si ante, licebat dimittere uxorem, quia poterat dari repudium: maxime autem, si quis ad perfectionem vitam anhelans vellet dimittere uxorem, & seruire Deo in castitate perpetua. Nam tunc totaliter dissoluebatur matrimonium per repudium, & ille si vellet aliam poterat accipere, & illa alium, & non manebat matrimonium quantum ad actum, neque quantum ad vinculum. Si autem accipiat post Christi praedicationem, dicendum, quod non licet dimittere uxorem: quia ipse dixit supra in litera, & supra 5. c. q. non liceat dare repudium: licet tamen coniugibus ex communi consensu cessare ab actu coniugali ad tempus, ut orationi vacent. 1. Corin. 7. cap. & etiam licet in perpetuum cessare, & seipsos absoluere introeundo simul in religionem, vel manente altero in saeculo, de quo non fit suspitio fornicationis, & altero proficente ex licentia eius, vel quando propter delictum vnus alius dat ei libellum repudij, quia potest, qui repudiatur alterum sine illius consensu intrare religionem, & perpetuo continere: de quibus magis dictum est supra, cum de diuortio actum est. Dixit autem Christus hic de ferenda uxorem, si quantum ad conuersationem, & delectationem. Quia illa absolute virum a debito, ille praedeciderio perfectionis cessaret ab illecebris coniugalibus, & relicta uxore Christum sequeretur. Nam sicut laudabile erat, quod filij dimitteret patres interdum, ut Christum sequerentur, ut dictum est praecedenti questione: ita & permittente uxore, cui vir alligatus est, laudabile erat viro sequi Christum: & sic aliqui discipulorum suorum eum secuti sunt, qui uxores habebant. Etiam intelligitur, quod si aliquando vxor impediret virum a fide Christi recipienda, vel in ipsa iam recepta turbaret illum, quod dimitteret illam recedendo, sicut & nunc fit de infidelibus coniugibus, quando alter eorum conuertitur altero manente in infidelitate, si non vult cohabitare alij sine contumelia saluatoris, dirimitur matrimonium, extra de diuort. cap. gaudemus: & ita tempore Christi diuidebantur vir & vxor, & pater, & filij, & ceterae personae, quae in eadem domo manebant, quibusdam suscipientibus fide, & alijs non, ut patet supra 10. & Luc. 12. cap. & tunc, qui volebant credere erant deferendi a credentibus dupliciter. Primo quantum ad affectum. f. ut propter eorum affectum, & dulcem conuersationem non suspendant, non cessarent credere in Christum, & colere eum. Secundo si opus esset, relinquendi erant corporaliter: f. si non credentes persequerentur credentes cogere volentes eos a fide recedere. Ad tales enim nulla conuersatio habenda erat: sic dicit Chryl. Cum autem dicit: Qui reliquerit uxorem, non hoc ait, ut simpliciter nuptiae diuellantur, sed ut omnibus praferamus Dei pietatem. Videtur autem mihi, & persequutionis tempore occulte insinuare: quia enim multi futuri erant filios ad impietatem trahentes, cum hoc accideret, neque pro patribus, neque pro viris habeantur.

An liceat propter Deum filios dimittere. Quae. CCXIII.

**Q**VAERETVR, cum dicatur: Dimiserit filios, an liceat dimittere filios. Dicendum, quod sicut ex praecedentibus colligitur, cuilibet homini ad cognatos est duplex habitudo. Vna qua ex illorum conuersatione delectationem, honorem, & emolumenta capit. Alia qua eis ad aliquid tenetur, quod non potest reddi nisi a coicantibus. Quantum

Quantum ad primum generale est, quod quilibet potest relinquere quoscumque cognatos in quocumque gradu ei attrineant, vel distent ab eo: quia illud est in fauorem suum introductum est. Quantum ad secundum dicendum, quod quando quis tenetur alteri, non potest eum dimittere vel abnegare: sed qui non tenetur ad aliquid, potest abnegare alium, ut dicit Aristot. 8. Ethic. cap. vltimo. Circa filios autem an deserere possint hoc considerandum est, scilicet an illi sint adulti, qui bus non sit necessaria cura paterna: vel adhuc paruuli sunt, qui sine materna aut paterna cura viuere non possunt. Si primo modo, dicendum, quod parentes non tenentur filiis ad aliquid: sed possunt dimissis eis ire ad religionem, vel sequi Christum quomodolibet aliis: cum etiam manendo in saeculo possent eos de domo abicere, ut alibi quaerent victum, cum potentes ad hoc sunt. Si secundo modo dicendum, quod non licet parentibus dimittere filios, ut intrent religionem, vel propter quodcumque aliud pium opus: quia hoc esset contra naturalem inclinationem, & debitum agere: nisi forte prouiderent eis de sufficienti cura nutritionis, & educationis apud alios. De hoc tamen magis dictum est supra 8. cap. quae. 68. Dixit autem Christus, qui dimiserit filios. Primo ad notandum opus perfectionis, scilicet quando aliquis habens filios quorum conuersatione delectabatur, qui tales erant, quod sine cura paterna manere poterant, dimittebat illos, ut Christo adhereret abdicans a se delectationem, quam ex eorum conuersatione capiebat, & ad istud opus perfectionis Christus incitabat. Secundum ad ostendendum opus necessitatis, quod tamen erat magni meriti, scilicet quando filius credere nolentibus credere volebant parentes: quamuis in hoc sustineret molestias a filiis, & oporteret interdum recedere ab illis, quod durum erat, & ideo magnum praemium pro eo promittitur.

Quare tale ordinem Christus tenuit in nominando ista, scilicet domos &c. Quae. CCXIII.

**Q**VAERETVR, quare talem ordinem Christus tenuit in nominando ista quae pro eo relinquenda erant: quia videtur quod non tenuit conuenientem ordinem. Nam prius nominauit quod minus erat, scilicet relinquere domos, deinde quod grauius, & maius erat, scilicet parentes & uxores, & filios dimittere. Aliqui dicunt quod Christus non tenuit istum ordinem in locutione sua: sed Matthaeus mutauit ordinem verborum. Sed dicendum quod non stat, quia istum eundem ordinem tenuit Marcus in verbis, & eundem Luc. Mar. 10. & Luc. 18. Cum ergo omnes tres Euangelistae concordent in verbis, & in ordine verborum, non est dicendum quod mutauerit Matth. ordinem, sed quod istum eundem loquendo Christus tenuerit ordinem. Alij dicunt, quod fuit ordo rationabilis praeposendo ea, quae minora erant. Et hoc propter duo: primo quia licet in veritate grauius sit dimittere filios, & uxores, & parentes quam possessiones: tamen Iudeis, qui erant auari, videbatur esse molestius dimittere possessiones quam cognatos. Sic. n. dicunt quidam contra tribum Gad, & Ruben, & dimidiam tribum Manasse, quae petebat partem possessionis ad orientem Iordanis. Nam dixerunt Moysi, caulas omnium fabricauimus, & stabula iumentorum: paruulis quoque nostris vrbes munitas. Num. 32. cap. prius. n. oues, & iumenta nominauerunt, quae filios, quod dicunt illos dixisse, quia auari erant, & magis tristarentur de perditione rerum, quam filiorum. Secundum quia via generationis est, ut a minoribus procedatur ad maiora: Alph. Iost. super Euang. Matth. Pars V.

& ideo dimittere possessa, quod minus erat praeposuit. Sed dicendum quod neutrum istorum stat. Primum quia istud verbum Christi non dictum fuit specialiter ad Iudeos, sed ad omnes gentes, cum non solum Iudei conuertendi essent ad Christum, sed potius gentes omnes, maxime quia Christus hoc ostendit, dicens: Er omnis, qui dimiserit domos, &c. Secundum quia si istum ordinem tenere voluisset, praeposisset omnia, quae pertinent ad possessiones, & subiunxisset ea, quae ad cognatos pertinet: sed falsum est, quia incipit in possessionibus, & finit in illis. Nam dicit, qui dimiserit domos, & in fine dicit, qui dimiserit agros. Dicendum ergo, quod istum ordinem loquendi Christus tenuit, quae euangelista expressit, & non est artificiosus, non quidem quasi Christus non aduerterit, cum nihil inconsideratum dicere posset Dei sapientia, quae Christus erat, sed quia intentio sua erat solum in hoc exprimere res deferendas pro ipso, & hoc quocumque ordine exprimerentur, cum non differret ad rem praeferre hoc vel illud in locutione.

Quomodo Euangelistae discordant exprimendo propter quid ista dimittenda essent. Quae. CCXV.

**Q**VAERETVR, quomodo Euangelistae discordant exprimendo propter quid ista dimittenda essent: nam Matthaeus dixit hic, qui reliquerit pro nomen inueni. Marcus vero dixit: propter me, & propter Euangelium. Lucas dixit: propter regnum Dei. Dicendum, quod omnia ista ad eandem rationem redeunt. Nam veritas est, quod ista propter Christum relinquenda sunt quando relinquuntur: ipse. n. causa totalis debet esse quare hoc fiat, alioquin non est meritum quod sit, & hoc aequaliter Marcus expressit, dicens: propter me. Sed ipsi Euangelistae sub diuersis nominibus expresserunt quae omnia eandem rem notant, licet non sub eadem ratione immediata: dixit enim Matthaeus, propter nomen meum, ac si dicat propter me: quia nomen rei non accipitur, nisi pro ipsa re, quia alioquin inutile est. Vel potest dici propter nomen, id est ad euangelizandum nomen meum, & iste est verus sensus: ideo. n. Christus volebat, quod homines non solum sequerentur eum quantum ad doctrinam fidei, & morum, sed et corporaliter discurrendo cum eo, ut mitteret eos, dum viueret, & post mortem suam ad praedicandum per orbem: sicut faciebat dum viueret. ad hoc enim elegit discipulos, & apostolos supra. x. c. & Mar. 6. & Luc. 9. & 10. & quia sic discurrentes non poterant redire ad procurandum res suas. Vel etiam si dimitterent procuratores, & negotiorum gestores pro rebus suis, teneretur sollicitudine illarum quocumque irent, & de fideo quodam redire ad fruendum, & gaudendum in bonis suis. Oportuit ergo quod ad hoc, quod conuenienter exercerent officium praedicationis commissa eis a Christo, abicerent omnia, quae possidebant, ut iam nulla cura tenerentur, & expedite agerent, quod eis imposuitur erat. Et ista est vera & tota causa quare ad te venientibus iubebat Christus omnia dimittere, & non quasi malum esset illa possidere: & quae causa proxima, & immediata erat praedicare fidem Christi, causa autem remotior erat ipse Christus, conuenienter dicit propter nomen meum: id est ad praedicandum nomen meum. Ita dicit Act. 8. c. q. Philippus annunciauit letum eunucho regine Aethiopiae. Marcus autem expressit ambas causas. proxima & mediam cum dixit: propter me, & euangelium. Nam propter Christum tam hoc quod omnia alia bona fieri debent. Cum dixit Euangelium, tenet causam immediatam, quia Euangelium dicitur euangelizationem. praedicationem. Et est sensus qui dimisit haec ut eat ad euangelizandum, quod ego mitto: cum Lucas dixit propter regnum

gnum Dei, idest propter predicationem regni Dei. Nam lex noua uocatur regnum Dei vel regnum celorum, & ita accipitur supra 4. & 9. cap. scilicet transibat predicando euangelium regni, idest annunciabat fidem, & legem noui testamenti, & non dicitur propter regnum, idest ut habeat regnum Dei: quia tunc non concordaret sententia Matthaei, & Marci: quibus tamen concordare debet, cum omnes tres eandem Christi sententiam referebant. Etiam quia licet aliquid facere liceat, ut habeamus regnum caelorum: nunquam tamen est ille finis praecipuus. Siquis enim solum faceret aliquod opus bonum, ut habeat vitam aeternam, & non ageret propter Deum, nunquam haberet vitam aeternam: quia sic non mereretur illam, eo quod non potest quis mereri sine charitate: & qui uult vitam aeternam, licet Deum uelit cuius uisio est substantia beatitudinis, & ita propter Deum agat, scilicet ut ipsum attingat: tamen hoc est Deum concupiscere, ut illum habeat uelut bonum suum, quo fruendo perficiatur: sed non amat illum ut ei bonum sit: quod est amare amore amicitiae, & tamen charitas dicitur amorem amicitiae, & non concupiscentiae. Christus ergo non dicit, quod aliquid faciamus propter vitam aeternam, sed propter ipsum: licet faciendo dicit, quod habebimus vitam aeternam. De hoc dicit Chrysostomus: Non autem differt dicere propter nomen meum, aut propter Euangelium, ut Marcus dicit: aut propter regnum Dei, ut dicit Lucas: etenim nomen Christi uirtus est Euangelij, & regni. Euangelium enim recipitur in nomine Iesu Christi, & regnum Dei per nomen ipsius cognoscitur, & uenit.

Quae amorem dicit charitas.

Quid sit istud centuplum, & an in uita uel post mortem recipiatur. Quae. CCXVI.

**Q**VAERETVR, cum dicitur, quod qui dimiserit ista centuplum accipiet, quid sit istud centuplum, & quando recipiatur: an in uita, uel post mortem. Aliqui dicunt, quod est centuplum quantum ad omnia, quae quis dimiserit, siue in possessionibus siue in cognatis. Et est iste error quorundam Iudeorum quos chiliaftas, idest millenarios appellamus: quia dicunt quod post resurrectionem iustorum mille annis uacabimus delictis carnis, & iucunditati rerum aliarum temporalium: & in tempore illo restituentur homini omnia haec centuplicata. Sed hoc non stat primo, quia nullum tempus erit, in quo post resurrectionem delictis temporalibus & carnalibus uacemus: quia hoc Christus exclusit in 22. & Luc. 20. dicens quod in regno caelorum neque nubent, neque nubentur: sed sicut sicut angeli Dei, idest quod sicut angeli Dei non fruuntur bonis corporalibus, quia ab hoc eos natura spiritualitatis prohibuit: ita & beati non fruuntur his a quibus perfectio status eos distraheret. Secundo, quod etiam concedendo illam positionem erroneam adhuc erunt hic aliqua impossibilia. Nam qui reliquit patrem & matrem non potest in hoc centuplum recipere, cum vnicus sit pater & vnica mater. Tertio quia quaedam sunt turpissima: quia tunc qui relinqueret uxorem vnica reciperet ibi centum, quod neque audire est. De hoc dicit Hierony. & Beda. Quidam occasione huius sententiae, qua dicitur centuplum accipiet, iudaicam mille annorum fabulam dogmatizant post resurrectionem iustorum, quoniam omnia, quae dimissimus multiplici sunt nobis ignore reddenda: & in super uita aeterna donanda, neque uident quod si in ceteris digna sit promissio, in uxoribus tamen centenis maxima appareat turpitudine: praesertim cum dominus in resurrectione nubendum non esse testetur. Dicendum autem quod totum dubium est ut sciatur an hic uel in futuro

**F** istud centuplum reddatur. Nam si hic reddatur manifestum est, quod in aliquibus bonis corporalibus reddetur: si uero in futuro, cum ibi sola spiritualia bona sint: certum est, quod centuplum de bonis spiritualibus erit. Aliqui autem uidentur dicere, quod erit istud centuplum in uita aeterna, & tunc per centuplum significabatur retributio, quae dabitur in bonis spiritualibus, quae comparata corporalibus centupla ad illa sunt, ualde excedentia. Sic dicit Hier. Centuplum accipiebat, qui carnalia per Saluatorem dimiserit, spiritualia recipiet, quae comparatione, & merito sui sunt quasi paruus numerus si centenario comparatur. Sic et Orig. dicit: Agros multipliciter, & domos intelligere in requie paradisi, & in ciuitate Dei. Sed dicendum, quod istud centuplum redditur omni in uita praesenti. Et patet primo ex modo loquendi Matthaei hic: nam dicitur, centuplum accipiet, & uita aeterna possidebit, & ita uoluit esse illud duo, scilicet centuplum accipere, & habere vitam aeternam: sed omnia bona, quae homini dantur post mortem pertinent ad vitam aeternam: ideo non est centuplum post mortem. Secundo quia si per centuplum uellemus intelligere aliquid, quod daretur post mortem, scilicet magnitudo praemij, quae est centupla quasi esset respectu meriti haberemus istud centuplum accipiendo uita aeternam, & tunc deberet dici vitam possidebit, & centuplum accipiet, & tamen dixit prius centuplum accipiet, & subdidit vitam aeternam possidebit: ergo uidetur quod istud centuplum praecedat, ita non datur in uita aeterna. Tertio & apertius, quia hoc Marcus, & Lucas expresserunt. Dicitur enim Mar. 10. nemo est qui reliquerit domum & c. qui non accipiat centies tamen nunc in tempore, & in seculo futuro uita aeternam, & Luc. 18. dicit. Nemo est, qui reliquerit domum, & c. qui non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo uenturo vitam aeternam. In quo autem reddatur nobis hic istud centuplum dicendum, quod in eo, in quo dedimus, uel quod reliquimus, scilicet domos, agros, fratres, sorores, & ita de aliis. Patet quia Mar. 10. dicit. Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, qui non accipiet centies tamen nunc in tempore hoc domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, & Luc. 18. dicit. qui non recipiat multo plura in hoc tempore, sed de his, quae dimisit. Sed dicendum quod qui ista dimittunt non accipiant centuplum quantum ad possessionem, uel proprietatem rerum, quia tunc non esset uerbum Christi, uerum, cum non uideamus compleri istud in hoc seculo sicut ipse promissit. Secundo quia repugnat intentioni dimittentium ista pro Christo: ideo non dimittunt ut nunquam ista, neque similia habeant, cum ad perfectionem anhelent. Tertio, quia tunc omnis homo dimitteret quicquid habet pro Christo, ut sine labore, uel quomodo eumque centuplicatum illud in hoc mundo reciperet: & ita daret Deus causam auaritia, quod est inconueniens. Quarto & principaliter, quia repugnabat intentioni Christi suadentis homini dimittere, quae possidebat propter eum: ideo enim uolebat quod omnia dimitterent, ut nullam de rebus seculi habentes sollicitudinem lato animo, & toto cordis uigore sequerentur opus predicationis: si tamen ipse in hoc seculo redderet eis centuplum, crescentibus rebus auerteretur sollicitudo secularis, & ita Christus seipsum implicaret, quod est absurdum. Est ideo dicendum, quod centuplum habituri erant quantum ad coeuationem, id est si quis uiam domum dimiserit, in qua habitabat, inueniet centum domos: quia in omnibus domibus fidelium & est infidelium colligetur, & habitabit Christus dante ei hospitium, & ponitur numerus centenarius pro indeterminato, scilicet pro multis, & qui dimisit vnium agrum de cuius fructibus sustentabatur, inueniet centum agros: quia

In quo reddatur nobis hic centuplum

quia de fructibus omnium agrorum fidelium recipiet sustentationem. Et ita qui vnium patrem, & vniam matrem reliquit pro Christo, inueniet omnes fideles habentes eadem viscera paterna, & materna. Et ita fratres inueniet quantum ad affectum & ad impensionem operum. Vxor uero multas inueniet non quantum ad opus carnis: quia qui ad perfectionem anhelat, dimittens omnia haec pro Christo, uel opera carnis penitus deuittauit, sed quantum ad obsequia omnes mulieres, ut uxores inueniet, & ita omnia haec quantum ad usum centuplicata reddantur: sed quantum ad proprietatem, & possessionem nihil redditur. Sic dicit Gregorius: Est quidem centies tantum merces secundum communicationem & non secundum possessionem, & hoc est, quia nihil possidendo participant in omnibus, quae alij possiderent, & sic nihil possidendo quasi omnia possiderent. Sicut dicitur 1. Corin. 7. ca. Quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Ita dicit Augustinus 20. de ciuitate Dei. Hoc quod dicitur centuplum accipiet exponens quodammodo Apostolus ait, quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Centum enim pro ipsa uniuersitate ponuntur aliquando. Quomodo autem sit istud centuplum aperit magis Origenes dicens: Sed & in hoc seculo centuplum redditur: quia pro fratribus carnalibus multos inuenit fratres secundum fidem: sic & parentes omnes episcopos, & presbyteros, & filios omnes etatem filiorum habentes: sunt autem etiam angeli fratres, & sorores omnes, quae exhibuerunt se Christo uirgines castas tam ista, quae nunc habentur in terris quam illae quae iam uiuunt in caelis. De hoc etiam patet, ut Theophilus ait: uxor enim in domo circa cibum uiri negotiatur & uerimenta: uide ergo & hoc in Apostolis: multae enim mulieres erant sollicitae de eorum cibis, & uerimentis, & ministrabant eis: similes & patres, & matres plurimas Apostoli habuerunt, scilicet eos, qui ipsos diligebant: sed, & Petrus vniam relinquens domum postea omnium discipulorum dominos habebat.


Quare Christus posuit hic de temporalibus retributionem. Quae. CCXVII.

**Q**VAERETVR, quare Christus posuit hic de temporalibus retributionem. Nam intentio Christi erat abstrahere homines a terrenis, & animas eorum coelestibus inserere, sicut dixit Apostolus, quod conuersatio nostra est in caelis: quomodo ergo posuit retributionem de temporalibus. Inconueniens enim uidetur primo, quia uidetur repugnare intentioni eius. Secundo quia per hoc deduceret homines ad cupiendum terrena, cum ipse terrena polliceretur. Tertio quia hoc uidetur esse contra conditionem noui testamenti: vnium enim in quo lex Moysi, & Christi differunt, esse asseritur, quod lex Moysi sola temporalia expressit promittit obseruatoribus: lex autem Christi sola spiritualia. Hic autem temporalia promittit cum istud centuplum reddatur in praesenti. Quarto, quia istud centuplum, quod est retributio in praesenti praeposuit, & postea adiunxit aeternam retributionem dicens, & vitam aeternam possidebit: quod adhuc deterius est, quia dato, quod sint duae retributiones, vna in praesenti, & alia in futuro: ea quae in futuro deberet praeponi cum sit maior & appetibilior, & tamen praeposuit retributionem, quae est in terrenis. Aliqui dicunt, quod sunt duae retributiones, vna temporalis, & alia aeterna, & utraque posuit hic Christus. Sed dicendum, quod istud non est satis bene dictum: quia tunc manerent omnes praecedentes obiectiones. Sed dicatur quod Christus vniam posuit retributionem Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

uite aeternae: hoc autem centuplum quod in hac uita reddendum esse dixit, non posuit pro retributione operis, sed pro sustentatione laborantis. Causa autem quare Christus hoc posuit, fuit necessitas quadam. Nam suadebat hominibus dimittere omnia, & sequi ipsum, & nihil postea possidere: & quia ad sustentationem nostram sunt temporalia necessaria, putarent illi, qui nunquam talia fieri uiderant, quod dimissis omnibus non haberent unde sustentarentur, & hoc multum distraheret eos ab eis, quod Christus suadebat, scilicet dimittere omnia: ideo Christus uoluit certos reddere homines, quod nihil deesset eis in hoc seculo, licet omnia dimitterent, quia inuenirent centuplicata quantum ad usum & coeuationem: licet nihil haberent quantum ad possessionem. Et ista est uera causa: & ita fecit supra 10. cap. quando iussit discipulis, quod irent ad praedicandum non ferentes secum aurum neque argentum, neque peram, neque sacculum, neque calciamenta. Nam putarent quod nihil istorum habendo non haberent unde sustentarentur: ideo dixit eis: quod in quamcunque domum intrarent comederent, & biberent, quae apud illos sunt, quia dignus est operarius mercede sua: ideo & hic dixit, quod nihil deficeret, sed redderetur centuplicandum, licet omnia dimitterentur: hoc tamen centuplum noluit esse mercedem, uel retributionem proprie dictam, sed sustentationem, & ideo supra 10. cap. postquam Christus dixit, quod debent nihil portare secum, sed manducare & bibere ea, quae inuenirent apud hospites suos, addidit: dignus est operarius cibo suo: non dixit autem retributionem, sed nomine cibi sola sustentatio intelligitur quantum ad usum, & non recompensatio laboris: ideo noluit esse retributionem aliquam in praesenti: licet Luc. 10. cap. dicatur quod dignus est mercede sua, licet accipiat large merces pro sustentatione necessaria: quia si merces esset, reciperet taxationem, & conuentionem, & non recipit.

Quare Christus addidit hic, & vitam aeternam possidebit. Quae. CCXVIII.

**Q**VAERETVR, quare Christus addidit hic, & vitam aeternam possidebit: nam iam uidetur, quod erat promissa uita aeterna. Dixit enim Christus iuueni, quod si uolebat ingredi ad vitam seruare mandata, & postea ad perfectionem hortatus, quod venderet omnia quae habebat: & tamen discipulis dicebat derelinquentibus omnia, quod ad magnam perfectionem pertinebat: ideo intelligebatur, quod deberet eis dare vitam aeternam, & non erat necesse exprimi. Dicendum uero modo, quod uerum est quod ex praecedentibus poterat colligi, quod isti habituri erant vitam aeternam, & tamen uoluit Christus exprimere ad magis notificandum. Nam circa ea quae sunt post ista, & in quibus consistit totum bonum nostrum, non debet esse aliquod dubium: sed quod sint certissima: talis autem est positio de felicitate uitae aeternae: quia ibi est totum bonum nostrum: ideo uile est de hac aperte loqui, quamuis concludi posset per rationem ex praecedentibus. Secundo, & praecipue fuit hoc ad tollendum dubium: nam dixerat Christus hic, quod qui relinqueret aliquid haberet illud centuplicatum hic, & istud uidebatur esse praemium pro operatione: quo dato putaret quis, quod non erat aliud sperandum. uel quod si daretur aliud esset illud paruus: quia multum receperamus recipiendo centuplum: ideo dicit, quod vitam aeternam possidebit, id est si recipiat centuplum habebit vitam aeternam, in qua est retributio tota: Y 2 &





& ideo dicit possidebit, id est firmiter tenebit, & sic significatur, quod centuplum est solum ad vitam, quia dicitur accipiet. Vita aeterna est ad retributionem, quia dicitur possidebit.

An illi, de quibus hic dicitur, quod reliquerint propter Christum domos, & fratres & cetera: habituri sint sedes ad iudicandum, & an ad istos extendatur ista promissio. Quest. CCXIX.

QVAERETVR, an illi, de quibus hic dicitur, quod reliquerint propter Christum domos, fratres, sorores &c. habituri sint sedes ad iudicandum sicut Apostoli, & an extendatur promissio illa etiam ad istos. Aliqui dicunt quod non. Primum quia Apostolis videtur specialiter facta promissio illa: unde dicitur, sedebitis super duodecim sedes. Secundum, quia istis qui reliquerint agros, patrem, matrem, &c. propter Christum promittitur speciale praemium, scilicet centuplum hic, & deinde vita aeterna: ideo non oportet poni aliud praemium, scilicet, quod hic habeant in iudicio. Dicendum, quod licet Deus retribuatur homini ultra meritum considerando operationes nostras in suo valore: tamen supposito quod operationes nostrae tamen ex charitate, in qua fiunt, quam ex diuina acceptatione, quam ex conditione sui generis aliquid valeant, Deus retribuit equaliter omnibus, qui equalia faciunt. Ipse autem promissit duodecim Apostolis duodecim sedes in iudicio propter hoc, quod omnibus dimissis secuti fuerant eum: ideo dicendum, quod omnes illi, qui dimiserint omnia sicut Apostoli, & secuti fuerint Christum, sicut ipsi praedicando fidem, accipient sedes sicut illi. Si autem aliqui pauca reliquerint, habebunt aliquam retributionem: sed non oportet, quod sedes accipiant, sicut Apostoli. Siquis ergo reliquit cognatos, sed non possessiones, ut qui propter fidem tenenda recessit a cognatis suis, quorum erat ei dulcis conuersatio. & tamen non reliquit domos, & agros, sed possidet quidquid habuit, & postea habere potest, non recipiet sedem, quia non reliquit omnia. Nam ad recipiendum sedem in iudicio, oportet relinquere sicut Apostoli omnia reliquerunt: qui autem omnia reliquit, siue pauca, siue multa habeat de his, quae nominantur, habebit sedem: ceteri vero secundum conditionem operis recipient plus vel minus. Sic dicit Orig. Siquis reliquerit omnia, & secutus fuerit Christum, quae promissa sunt Petro, & ipse recipiet. Si autem non omnia reliquit, sed quaedam, quae specialiter referuntur hic, multiplicia recipiet, & vitam possidebit aeternam. Unde dicendum, quod ista litera potest dupliciter intelligi: uno modo, quod non solum Apostolis, sed et omnibus aliis, qui sequerentur Christum sicut ipsi, dantur sedes, & ad hoc ponatur ista litera, quia dicebatur in litera solum de duodecim sedibus, propter quod putaret aliquis, quod solum Apostolis erat hoc concessum: ideo dictum fuit hic, & omnis qui reliquerit, id est non solum Apostoli percipient sedes, sed etiam omnis, qui reliquerit ista, quae dicuntur hic propter Christum, id est sequatur eum, & maxime ut euangelizet: & ista est una de causis quare fuit posita. Secunda fuit, ut notificaretur hic quae erant illa, quae pro Christo erant relinquenda: quia supra fuerat in litera dictum, quod Apostoli relinquerant omnia, & quod iuuenis diues venderet omnia: ut autem sciretur, quae erant ista omnia, quae relinquenda erant, expressa fuerunt hic, ut dictum est supra. Tertia causa fuit ad supplendum ea, quae deerant supra. Dictum enim fuerat iuueni, quod relinqueret omnia, & quod Apostoli iam reliquerant, & non dictum erat, quomodo prouideretur eis abiectis omnibus: ideo hic suppletur, scilicet centuplum accipiet, quod in praesentia accipitur, ut patet Mar. 10. & Luc. 18. &

In q. 108

In q. 106

ostensum est supra. Et sic accipiendum quod isti, qui reliquant ea, quae habentur hic, habeant vitam aeternam, & sedes iudicarias, quia relinquant omnia sicut Apostoli, & sequantur Christum. accipiet Aug. lib. de pen. f. In hoc ergo numero iudicantium omnes intelliguntur, qui propter euangelium sua omnia dimiserunt, & secuti sunt dominum. Greg. quoque lib. 10. mora. dicit quod si quis n. stimulo amoris diuini excitatus hic possessa reliquerit: illic proculdubio culmen iudicariae potestatis obtinebit, ut simul tunc iudex cum iudice veniat: qui nunc consideratione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Aliiter potest intelligi ista litera, scilicet, de quibus hic dicitur, non accipiant sedes iudicarias sicut Apostoli, sed accipiant ista praemia, de quibus dicitur in litera, scilicet centuplum & vitam aeternam. Sed hoc non est verum nisi de illis, qui non dimiserunt omnia, sed aliqua eorum, quae nominantur hic. Qui vero omnia pro Christo abiecerit, ut eum sequatur, sedem habebit sicut Apostoli. Et dicit Origenes. Qui reliquerit omnia, & secutus fuerit Christum, quae promissa sunt Petro & ipse recipiet. Si autem non omnia reliquit, sed quaedam, quae hic specialiter referuntur, hic multiplicia recipiet. Et tunc ratio quare posita fuit ista litera, est, quia aliqui erant, qui relinquebant aliqua pro Christo, licet non omnia, & putarent se nihil pro hoc recepturos, quod id quod supra de sedibus dictum est, fuit dictum Apostolis, qui omnia reliquerant, & secuti fuerant Christum, & per hoc distrahentur a bono. Ideo Christus dicit hic, quae etiam si quis non dimittat omnia, sed aliqua istorum, quae hic nominantur, recipiet mercedem: quia centupla eorum, quae dimiserit recipiet, & insuper vitam aeternam, siue pauca, siue multa reliquerit. Et tunc est ista causa quarta, quare ista Christus dixerit, & istum sensum tenet Chrysostomus. Discipulis promittit futura, quae excellentiores erant iam, & nihil praesentium requirebant: alii autem quae sunt hic reprobantur, falsis qui non erant tamen excellentiores sicut Apostoli, quia non reliquerant omnia, sicut illi promittitur centuplum, quod est in praesentia, & non sedes iudicaria. Dicendum autem, quod vterque sensus est sanus & rationalis: sed primus videtur esse verior, quod illi, qui nominantur hic relinquentes haec, accipiant sedes sicut Apostoli, quia certum est, quod qui reliquerit omnia, ut sequatur Christum, & maxime euangelizandum, sicut Apostoli, recipiet sedem sicut Apostoli, quia istud est, pro quo illis dantur sedes. Quia relinquerunt omnia, & secuti sunt Christum, ut patet supra in litera: & tamen isti, de quibus loquitur hic Christus, relinquant ista propter euangelizandum. Quod patet, quia Mar. 10. c. dicit: nemo est, qui reliquerit domum &c. propter me, & propter euangelium: & tamen relinquerere propter euangelium est relinquere ad euangelizandum, necesse est, quod omnia dimitteret, quia aliter non poterat conuenienter euangelizare, ut dictum est supra. ead. idem istis est promittunt sedes, et extendit promissio facta Apostolis ad istos. Et istud verum, quod ista promissio non differat ab illa, quae facta est Apostolis, sed potius ista addat ad illam suppleto eam, & ita hic, quod promittitur centuplum licet, non fiat mentio de Apostolis, quod intelligitur de eis: ita enim omnes doctores accipiunt quod Apostoli vna domum dimittentes centum domos inueniebant. domos omnium fidelium. Item, quia dicitur hic, & vitam aeternam possidebit. Si tamen differet ista promissio ab illa de duodecim sedibus, inueniretur, quod illi, qui accipiunt sedes iudicarias, non acciperent vitam aeternam, quod falsum est: Et ita de contrario ista promissio implicat illam de duodecim sedibus in se. Nam sedes iudicariae ad vitam aeternam pertinent, ideo promittendo vitam aeternam intelligitur de sedibus dandis: licet non est verum, quod omni eunti ad vitam aeternam dantur sedes, accipiendum sedem ad iudicandum omnibus illis modis, quibus Apostoli iudicabunt, ut ostensum est supra.

Si

In q. 102. Si autem tota promissio explicitè poneretur, deberet dici, quod ei, qui relinqueret omnia pro Christo ut eum sequeretur & maxime ad euangelizandum, daretur vita aeterna, & insuper sedere in iudicio super sedem ad iudicandum, & in praesentia daretur centuplum eorum, quae relinquerent.

Ad primum dicendum, quod non fuit promissio facta Apostolis specialis, quasi illis solis conueniat id quod ibi promissum est: quia multi alij praeter eos iudicabunt, ut ostensum est supra, sed eis solis dictum est quia soli erant praesentes, quando istud dixit, ut patet ibidem, & quest. 197.

Ad secundum dicendum, quod istis qui relinquit patrem, & matrem, domos, &c. promissit Christus hoc, quod habetur hic in litera, & tamen istud non est praemium distinctum a promissione sedis: sed aliquid explicatur hic addendo quod ibi tacebatur, scilicet centuplum, quod omnibus dimittentibus aliquid pro Christo promittitur, & aliquid ibi magis explicitum fuit quod hic breuius dicitur. Nam quod dicitur ibi de duodecim sedibus, intelligitur hic per hoc, quod dicitur: Et vitam aeternam possidebit. eo quod sedes non dantur nisi euntibus ad vitam aeternam: licet non omnibus euntibus illuc, ut dictum est.

Quare dicitur multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Quest. CCXX.

QVAERETVR, quare dicitur: Multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: Dicendum, quod istud ponitur ad tollendum dubium dictorum. Et potest multipliciter intelligi: uno modo, quod tacite per hoc Christus hortetur nos ad perseuerantiam per haec verba, scilicet quod aliqui incipiunt opera perfectionis cum magno seruiore, & tunc excedunt multos alios, qui prius, vel postea eadem tepidius incipiunt, & deinde labuntur. Putaretur autem quod ex eo quod ceperant opera excellentia, perciperent maiora munera quam alij, qui non ita feruenter inceperant: dicitur hic, quod non, scilicet quia non continuant, & per hoc licet prius essent primi, efficiuntur nouissimi. Sic dicit Rabanus. Verum quia multi virtutum studia non eadem, quae incipiunt intentionis pietate consumant: sed vel tepescunt, vel accelerate labuntur, dicitur, multi autem erunt primi nouissimi & nouissimi primi: quod videmus multos in laico habitu constitutos magnis vitae meritis excellere, & alios a prima aetate spirituali studio feruentes ad extremum otio torpente lacerare, atque inerte stultitia quod spiritu cepere carne consummare. Secundum potest poni ad tollendum dubium, quia cum ponantur ista praemia eis, qui relinquit omnia pro Christo, quia aliqui praecedunt alios tempore in faciendo hoc: putaret illi, qui posteriores sunt parui meriti se esse & non aequales cum illis, qui prius ceperunt: & ideo dicitur, quod non est verum, sed interdum illi, qui tempore sunt posteriores sunt dignitate maiores si merito sunt superiores, & hoc adiuuat eos, qui ad Christum tarde conuertuntur, siue de paganis, siue de Iudaeis: quia licet tempore sunt ultimi & tardi, possunt esse merito tempore eis, qui a christianis parentibus sunt enutriti in ipsa christianitate, ne pusillanimes fiant, quia christianitatis dogmata nouissime receperunt. Et iste sensus est multum conueniens, quia sic dicitur sequens. Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

cap. quando agitur de cultoribus vineae quorum quidam venerunt in principio diei: alij ad vesperum: & tamen primi tempore non praecesserunt in magnitudine pretij eos, qui postremi venerunt: & cum illi, qui primi venerunt conuerterent, quod non accepissent plusquam illi, qui fuerunt ultimi: dicitur eis, quod erunt primi nouissimi & nouissimi primi. Tertio potest intelligi, ut sit quaedam comparatio gentilium & Israelitarum: fuerunt enim Israelitae primi cultores Dei: ad extremum autem, scilicet Christo praedicante venerunt gentiles: & ideo posset aliquis credere, quod omnes Iudaei essent potiores in praemio quam Gentiles conuersi, & dicitur quod non, sed, quod multi nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. Sic dicit etiam Origenes. scilicet: Habet & alium intellectum, ut sint primi Israelitae qui facti sunt nouissimi propter infidelitatem: gentes autem nouissimi primi. Quarto potest intelligi, ut sit comparatio iuuenis & Apostolorum: ille enim iuuenis diues, qui ad Christum nunc venerat, a iuuentute sua fuerat semper bonus, quia semper custodierat mandata, quae Christus dixit esse necessaria ad habendam vitam aeternam, aliqui autem Apostolorum non fuerant boni a iuuentute, sed mali, sicut Matthaeus, qui auaritia lucris inhiabat sedens ad telonium: supra nono capitulo. & ideo putaretur, quod ille iuuenis esset potior in praemio vitae aeternae quam aliqui Apostolorum, licet ille noluerit dimittere diuitias propter Christum, sed tristis recesserit auditio verbo, ut patet supra in litera. Christus autem dicit quod non: quia multi erunt primi in tempore merendi, qui in quantitate meritorum, & praemiorum erunt nouissimi. Sic dicit Remigius: Potest & specialiter referri ad tristitiam diuitis, qui primus videbatur legis praecipua implendo: sed quia terrenam substantiam praetulit Deo, nouissimus factus est: sancti vero Apostoli nouissimi videbantur, sed relinquendo opera per humilitatis gratiam facti sunt primi: & iste etiam sensus est valde conueniens. Quinto potest intelligi, quod tollatur dubium: quia cum dixerit Christus, quod sederent Apostoli iudicantes duodecim tribus Israel, & Apostoli dum viuerent fuerunt viri humiliati, & abiecti inter gentem suam Iudaeorum, & summi sacerdotes, & principes, & Pharisei praerant genti toti Iudaeorum, & iudicabant illam. Mirarentur ergo Apostoli quomodo posset esse, quod ipsi iudicarent duodecim tribus Israel, cum in illis fuerunt viri sublimes, quibus subditi erant Apostoli dum viuerent. Dicit ergo Christus quod hoc satis erat possibile: quia multi, qui erant primi, id est celsiores in dignitate & statu, dum viuerent, fuerunt nouissimi, id est minimi, & abiecti post mortem, propter eorum vitam indignam habentes infimum locum, quia manebant in tormentis: & ita erunt summi sacerdotes, & Pharisei, qui tam Christum quam Apostolos dum viuerent iudicabant, & condemnabant: & aliqui, qui erant nouissimi, id est abiecti dum viuerent, sicut Apostoli, & alij sancti egentes & angustati propter Christum, & quibus dignus non erat mundus. ad Heb. 11. in iudicio & semper post mortem erunt excellentes, & subiectos habebunt eos, qui videbantur aliquid esse in seculo. Simile patet Sapi. 5. quando stulti videntes in iudicio sanctos dicunt: hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos in sensum vitam illorum exultimabamus insaniam, & finem sine honore: ecce quomodo nunc computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Et iste est valde conueniens sensus literae, & praecedens & secundus. Et secundus est verus quem Christus inrecedit, ut patet sequens cap.

In q. 2



**S**IMILE est Regnum Cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum

operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite, & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam, & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimam verò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicit illis: Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi: Acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus. At ille respondens vni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

*Simile est.* In præcedenti docuit Christus virtutes contemplatiuorum siue religiosorum. hic consequenter docet virtutes prælatorum. Vel, vt aliter continetur, docuit in præcedenti Christus mutationem ordinis

De pen. d. 4. ca. si ex hono. Mar. 10. d.

F temporis, scilicet quòd non essent potiores in premio qui erant priores in tempore in merendo: hic autem confirmat, quòd dixit, ponendo exemplum de patrefamilias, & vineæ cultoribus. Et ista continuatio est continuando finem præcedentis cap. ad principium istius, & est vera continuatio. Sed tenendo præcedentem, eo quòd est communior, & potest extendi ad totum cap. dicendum, quòd agitur hic de virtutibus prælatorum. Sunt autem præcipue quatuor virtutes prælatorum, scilicet Feruor ad continuè laborandum in agro dominico. Vigor ad se martyrio exponendum pro grege sibi commisso. Humilitatis tenor etiam in statu excelso. Pietatis dulcor subditis continue benefaciendo. Primum in principio. Secundum ibi. *Et ascendens Iesus Ierosolimam.* Tertium ibi. *Tunc accessit ad eum.* Quartum ibi. *Et egredientibus illis.*

Quatuor præcipue virtutes prælatorum.

*An ista sint continuata ad præcedentia; & nunquid immediate facta. Quæstio. I.*

**Q**VAERETVR circa primum, an ista sint continuata ad præcedentia, & an sint immediate facta, vel interiecto aliquanto tempore. Dicendum ad primum, quòd est continuatio, & non est anticipatio neque recapitulatio ordinis. Et patet primò ex concordia ad alios euangelistas: nam Marcus, & Lucas referunt ea, quæ habentur in fine præce. cap. de his qui relinquunt domos, fratres, sorores &c. & referunt ea, quæ habentur infra in litera: licet subiceant hoc quod ponitur hic in principio. de vinea. Et ponunt ea quæ habentur præcedenti capit. in fine, vt patet. Marc. decimo, & Luc. decimo octauo. Secundo patet ex ordine rerum gestarum: supra decimo octauo c. & decimo septimo. fit mentio, quòd Christus maneret in Galilæa: volebat autem venire in Iudæam vt ascenderet in Ierusalem, quæ erat in Iudæa. Et præced. cap. in principio dicitur, quomodo venit, & mansit in finibus Galilææ circa Iordanem: sed infra in litera dicitur, quomodo pergebat in Ierusalem, & quomodo venit in Ierico, qui est circa Iordanem, & occurrit venientibus de Galilæa in Ierusalem, & ibi sanauit cæcos: ergo ea, quæ habentur præced. cap. necessariò præcesserunt ad ea, quæ habentur hic. Ad secundum dicendum quòd ea, quæ habentur hic, fuerunt facta immediate post ea, quæ habentur præce. cap. nam ea, quæ dicuntur hic in principio non fuerunt introducta nisi ad confirmationem eorum, quæ dicuntur in fine præcedentis cap. quia ibi dictum est, quòd multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, & hoc ostendit hic per exemplum inductum de cultoribus vineæ. Et pater, quia in fine exempli concluditur intentio eius, scilicet, sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: sicut in fine præcedentis capit. dictum est: ergo principium cap. huius, scilicet id quod habetur de cultoribus vineæ, fuit dictum eodem tempore, & in eorum contextu, in quo dicta fuerunt ea, quæ habentur præcedent. capit. in fine, & ideo fuerunt hæc continuata ad illa, & in eodem tempore facta saltem principium eorum, quæ hic dicuntur.

Circa primum dicitur. *Simile est regnum calorum.* Idest status Ecclesiæ militantis, in quo sunt diuersi gradus hominum laborantium pro vita æterna: & in diuerso gradu meritorum. Vel regnum cælorum, i. status Ecclesiæ triumphantis, & vite æternæ: vbi pro bonis operibus diuersa præmiorum redduntur genera, & quantitas. *Homini patrifamilias.* Ad parabolâ pertinet: quia paterfamilias est, qui conducit operarios: sicut

ad

ad Ecclesiam triumphantem, & militantem homines vocantur, & conducuntur. *Qui exiit primo mane.* In aurora, quæ est prima pars diei: quia illa est hora conducendi operarios. *Conducere operarios in vineam suam.* Idest, vt irent ad colendum vineam suam. *Conuentione autem facta.* De taxatione pretij. Et sciendum, quòd licet quinque conduxerit operarios iste paterfamilias, non fecit conuentionem nisi cum primis. *Cum operarijs.* Scilicet cum primis quos prima hora diei conduxit. *Ex denario diurno.* Idest pro vno denario pro tota die. Vocatur denarius diurnus, qui pro tota die redditur. Et ita isti tota illa die operarij erant in vinea pro denario vno: qui quanti fit valoris ignoratur: quia nescitur cuius regionis moneta sit. *Misit eos in vineam suam.* Non iuit paterfamilias in vineam, sed misit illuc operarios: quia ipse mansit in vrbe ad conducendum alios, cum in omnibus horis diei conduxerit operarios, vt patet in litera. *Et egressus.* Scilicet ad forum, vbi conducuntur operarij. *Circa horam tertiam.* Ista est alia conductio operariorum. *Vidit alios.* Scilicet operarios, qui ad locandum operas suas ad forum venerunt. *Stantes in foro otiosos.* Istos dixit otiosos, & non primos: quia iam fere tres horæ diei elapsæ fuerant manentibus eis in foro & nihil facientibus: qui verò in prima hora conducti fuerunt, nullo tempore manserant otiosi, quia illa erat hora conducendi operarios. *Et illis dixit.* Idest et illis, quasi dicat, licet non laborare possent die integro, voluit eos conducere. *Ite & vos in vineam meam.* Scilicet sicut alij iuerunt. *Et quod iustum fuerit dabo vobis.* Cum istis non fecit pactum de certa pecunia: quia cum primis facta erat: sed dixit, quod iustum fuerit dabo vobis, scilicet considerata quantitate temporis dabo vobis secundum proportionem partem danarij. *Illi autem abierunt.* Non curantes de taxatione pretij: quia putauerunt esse iustam conuentionem istam. *Iterum autem.* Scilicet exiit in forum ad conducendum operarios. *Circa sextam.* Idest ad meridiem, & conduxit operarios, quos otiosos inuenit, dicens: Ite vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. *Et circa horam nonam.* Hoc fuit iterum, scilicet in quarta vice. *Et fecit similiter.* Scilicet conduxit, quos inuenit otiosos dicens: quod iustum fuerit, dabo vobis. *Circa vndecimam verò.* Ista fuit vltima conductio: iam enim non supererat nisi vna hora. *Exiit.* Scilicet ad forum. Et inuenit alios operarios, qui locare volebant operas suas. *Stantes.* Idest nihil facientes, sed solum stantes. *Et dixit illis.* Scilicet increpatoriè, quod sequentia verba sonant. *Quid hic statis?* Idest ad quid manetis in foro tota die: idest quasi tota die: quia sola vna hora super erat diei cum circa vndecimam horam hoc operarij dixit, & tamen modus increpantium, & conuerentium est, vt rem deteriorè ostendant: ideo plus quam sit rem aggrauant. *Ociosi.* Fuerunt ociosi, quia per totum diem nihil fecerant. *Dicunt ei.* Responso iusta est. *Quia nemo nos conduxit.* Idest nemo de conductioe nobis locutus est: nam aliter non se defenderent conuenienter, vt si aliquis vellet eos conducere: & ipsi petendo plus iusto non stetitissent taxationi. *Dixit eis.* Volens eos conducere. *Ite & vos.* Idest etiam vos licet sitis extremi, & in fine diei, ite. *In vineam meam.* Ad colendum eam: istis non dixit, quod iustum fuerit dabo vobis: licet iustum esset aliquid eis dari, quia aliquid laboraturi erant. *Cum autem sero factum esset.* Scilicet occasus solis: tunc enim est aduentus operariorum de agris. *Psal. 103: exiit homo ad opus suum, & ad operationem vsque ad vesperam.* *Dixit dominus vineæ.* Scilicet paterfamilias, qui conduxit operarios in vineam. *Procuratori suo.* Idest negociorum gestori, quia non erat procurator ad lites, sed ad negocia. *Voca operarios.*

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

**A** rarios. Iam redierant de agro, & tamen nondum erat eis datum laboris pretium, & ad dandum illud vocati fuerant. *Et redde illis mercedem suam.* Idest conuentam vel eis debitam incipiēs a nouissimis, idest ab illis, qui venerunt hora vndecima in agrum. *Vsque ad primos.* Idest, quòd finiatur solutio in primis conuerso ordine, vt prius soluatur eis, qui in hora vndecima, deinde eis, qui in nona: postea eis qui sexta: deinde eis qui tertia: vltimò verò eis, qui prima hora diei iuerant in vineam. *Cum venissent ergo.* Non est ergo hic illatiua, sed continuatiua. Et dicitur, cum venissent, scilicet ad dispensatorem. Vel venissent, idest introissent ad locum, in quo solutio facienda erat. *Qui circa vndecimam horam venerant.* Idest iuerant in vineam: nam nunc quando venerunt, idest redierant de agro occasus solis erat. *Acceperunt singulos denarios.* Idest quilibet vnum. Et hoc erat admirandum: quia vix vndecimam partem denarij quilibet illorum meruerat: *venientes autem primi.* Scilicet qui primo mane conducti fuerant. Venientes quidem, idest accedentes secundum ordinem datum à patrefamilias ad dispensatorem, vt solueret pecuniam: postquam soluerat eis, qui circa Nonam, & eis qui circa Sextam, & Tertiam. *Arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi.* Idest plusquam denarium vnum singuli, vel plus, idest plusquam vltimi, qui venerunt hora vndecima: cum viderent eis dari singulos denarios crediderunt sibi plus dandum. *Acceperunt autem & ipsi.* Idest etiam ipsi, quasi dicat. ita ipsi sicut alij. *Singulos denarios.* Sicut fuerat cum eis conuentum. *Et accipientes.* Idest dum acciperent. *Murmurabant.* Se iniustum pati asserentes. Et hoc dum acciperent, quia antequam acciperent etiam si suspicarentur solum singulos denarios eis dandos, non auderent murmurare, ne prouocarent animum Domini, dum adhuc incertum erat quantum eis dandum esset. *Aduersus patremfamilias.* Idest non aduersus procuratorem: licet enim procurator solueret pecuniam, quia tamen mandato domini dabat id, quod dabat, non murmurabant contra ipsum quasi ipse non faceret iniustum, sed dominus. *Dicentes.* Idest allegantes pro se ea, quæ sequuntur. *Hi nouissimi.* Scilicet qui venerunt circa horam vndecimam, qui fuerunt nouissimi, idest extremi in tempore laboris, & primi in ordine solutionis. Omnes enim tam, qui hora vndecima, quam qui circa nonam, & qui circa sextam, & tertiam venerunt, acceperunt singulos denarios, & de singulis illorum poterant primi arguere. De illis tamen solis, qui circa vndecimam venerunt arguunt, vt sic efficacius argumentum eorum, quando magis sic grauentur, quam si pares eis fierent, qui circa tertiam venerunt *Vna hora.* Idest, vna hora solum, idest hora vndecima a principio eius vsque ad duodecimam, scilicet à principio duodecimæ quando pulsatur vndecima, vsque ad duodecimam, quando finitur ipsa duodecima, & est occasus solis. *Fecerunt.* Idest operati sunt parum in agro, ex quo apparet, quòd erat dies ille in equinoctio: quia duodecim horarum erat dies. Vel computantur horæ inæquales, de quibus in quolibet die, & in qualibet nocte facimus horas duodecim: sicut inquiruntur horæ ab astrologis per instrumenta. *Et pares illos nobis fecisti.* Idest dedisti singulis eorum singulos denarios, sicut & nobis: honestius, idest cum maiori colore arguerent, si dicerent pares nos fecisti illis: quia hoc prima facie signat depressionem à debito, quòd semper est iniustum. Dicere autem pares illos nobis fecisti signat largitionē supra condignum, quòd ad liberalitatem, vel magnificentiam interdū pertinet, quæ non est contra iustitiā, & tñ ad veritatē idem est considerato, q̄ paterfamilias dedit primis,

Y 4 quan

quantum cum eis conuenerat. *Qui portauimus pondus diei.* Pondus grauitatem notat, & est lentus: sustinuit pondus, vel laborem per totum diem. *Et aestus.* In hoc apparet, quod erat tempus uernale, vel finis temporis aestiualis: quia dicitur, quod erat aestus: & hoc concordat superiori litere, scilicet quod dies ille duodecim horarum erat, hoc non accidit nisi in principio temporis uernalis, & in fine temporis aestiualis, scilicet laborauimus per totum diem, & per totum aestum, quod durum est: ista autem laborauerunt in hora undecima, quando sol iam declinauit, & non est tanta difficultas tunc operari. *At ille.* Scilicet paterfamilias. *Respondens enim eorum.* Idest illorum, qui primo mane conducti fuerant, vni quidem respondit, quia forte ille pro omnibus murmurabat, vel grauius quam ceteri, aut occurrit sibi magis contra illum loqui. *Dixit, amice.* Licet ille mordaciter fuisset locutus, quia murmurabat: tamen paterfamilias benignè loquitur, cum amicum uocans. *Non facio tibi iniuriam.* Iniuria accipitur hic pro iniusto: & large accipitur, & non pro ut distinguitur contra damnum, & ideo extenditur tam ad detrimendum rerum, quam ad offendendam personam. Iniustum siquidem est aliquid de alieno iure tollere: sed paterfamilias nihil tollebat primis, licet gratiam faceret aliis: ideo verum est, quod non faciebat iniuriam. *Nomen ex denario.* Idest pro denario, & istum uocauit supra denarium diurnum: quia pro labore totius diei dabatur. *Conuenisti mecum.* Quasi dicat, tantum tibi dedi, quantum mecum conuenisti, nullam ergo facio tibi iniuriam, & ita non habes ius querelæ. *Tolle quod tuum est.* Idest accipe denarium, qui tibi debetur: & non dixit, tolle, idest accipe quasi non accepisset, quia iam acceperat, ut dicitur supra in litera, acceperunt autem, & ipsi singulos denarios, & accipientes murmurabant: sed dicitur tolle, idest contentus esto cum eo quod tulisti. *Et uade.* Idest non murmures: incepit paterfamilias benignè respondere iustitiam suam ostendendo, quia in fine refumitur uerbum, quod positum est in fine præcedentis cap: scilicet. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: taliter enim solet Christus introducere parabolam: sic patet sup. 18. c. cum dixit parcendum esse proximo, quoniam peccaret, & ad confirmandum hoc statim subiunxit parabolam de rege, qui posuit rationem cum seruo, & remisit ei debitum oranti: ille autem alteri conseruo: remittere noluit sed torquebat eum, & ideo dominus condemnauit eum: & concluditur ibi. sic & pater meus celestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo, ergo hic ad confirmationem præcedentis dicti introduxit Christus istam parabolam. Sic dicit Remig. l. Quia dixerat dominus multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi, ut hanc sententiam confirmaret, subiunxit similitudinem.

qui mendax est, & seminator discordiæ ex uerbis: licet lingua non sit mala, sed habens eam. *Quia ego bonus sum.* Idest iustus, dabo tibi, quod iustum est, & bonus sum, idest liberalis dando nouissimis, & omnibus aliis ultra ea, quæ merentur. *Sic erunt.* Ista sunt uerba Christi applicantis parabolam ad propositum suum, & dicitur, sic, idest sicut paterfamilias fecit nouissimos esse primos, i. æquales primis in quantitate pretii. Vel fecit nouissimos esse primos, i. primos in ordine solutionis, quia iussit incipi solutionem a nouissimis, ita erit in regno cælorum. *Primi nouissimi.* Idest aliqui qui fuerunt primi in tempore colendi erunt nouissimi in retributione. *Multi enim sunt uocati.* Istud pertinet ad aliam sententiam, scilicet, multi sunt uocati ad colendum uineam Dei uario modo, & tamen non omnes recipient retributionem, quia non omnes bene colent eam, sed retrocedent. *Pauci uero electi.* Non quod pauci sint electi, quia magnus est numerus eorum: sed in comparatione ad eos, qui pereunt pauci sunt, qui de malis eliguntur ceteris relictis, & abiectis: ut feces, & stercorea abiiciuntur, & paleæ collectis granis.

*Quare Christus posuit istam parabolam de cultoribus uineæ. Quest. II.*

**Q**VAERETVR, quare Christus posuit istam parabolam de cultoribus uineæ. Dicendum, quod usus parabolarum multum conueniens erat Christo, & sæpe eis utebatur, ut dictum est supra decimotertio capitulo. in præfati autem fuit ista parabola posita ad confirmandum id, quod in fine præcedentis cap: dictum est, scilicet, multi erunt primi nouissimi & nouissimi primi: ut autem magis ostenderet, quomodo fieret hoc, posuit parabolam de cultoribus uineæ quorum ultimis equalis merces data est cum primis: immo ultimis primò data est merces. Quod autem ad hoc ponatur parabola patet, quia in fine refumitur uerbum, quod positum est in fine præcedentis cap: scilicet. Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: taliter enim solet Christus introducere parabolam: sic patet sup. 18. c. cum dixit parcendum esse proximo, quoniam peccaret, & ad confirmandum hoc statim subiunxit parabolam de rege, qui posuit rationem cum seruo, & remisit ei debitum oranti: ille autem alteri conseruo: remittere noluit sed torquebat eum, & ideo dominus condemnauit eum: & concluditur ibi. sic & pater meus celestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo, ergo hic ad confirmationem præcedentis dicti introduxit Christus istam parabolam. Sic dicit Remig. l. Quia dixerat dominus multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi, ut hanc sententiam confirmaret, subiunxit similitudinem.

*Quid uocatur hic regnum cælorum. Quest. III.*

**Q**VAERETVR, cum dicatur hic, simile est regnum cælorum, quid uocatur hic regnum cælorum. Dicendum, quod regnum cælorum proprie dicitur hic uita æterna: quia ibi sancti regnant cum Christo Apoc. 5. c. & illa uita in cælo est. Et tamen solet accipi multipliciter regnum Dei uel regnum cælorum. Aliquò pro uita æterna ut dictum est. Aliquò pro Ecclesia militanti, iuxta illud sup. 11. c. qui minor est in regno cælorum, in nouo testamento malor est illo. i. Ioã. & sup. 13. ca. mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. Et idè Greg. dicit. Sæpe in sacro eloquio regnum cælorum presentis temporis ecclesia dicitur. Aliquando accipitur pro intellectu sacre scripture. inf. 21. c. auferetur a uobis regnum cælorum, & dabitur genti facienti iustitiam eius, idest auferet a uobis intellectus Sacre scripture.

*Regnum cælorum multipliciter accipitur.*

*Inuidus non dolet de proprio damno, sed de alieno lucro.*

oculum dixit, sicut uocamus linguam iniustam in eo,

*In Ecclesia militanti Deum colimus, & mandata seruamus.*

*Quomodo est uerum, quod sit simile regnum cælorum homini patrifamilias. Quest. IIII.*

**Q**VAERETVR, quomodo est uerum, quod sit simile regnum cælorum homini patrifamilias. Dicendum, quod non est simile patrifamilias, sed actui huic, quem egit paterfamilias, scilicet quod sicut paterfamilias conduxit uariis temporibus homines, & omnibus dedit mercedem eandem: ita & in Ecclesia militanti sunt labores uarij temporis, & in uita æterna quantum ad aliquid dantur omnibus præmia æqualia. Sed quis est paterfamilias: & quomodo dicitur conduxisse operarios: & quæ sit uinea, quæ conducit: & quæ domus, cuius est paterfamilias. Dicendum, quod paterfamilias est, qui domui præest: est enim caput uel princeps in communicatione oeconomicæ: & ideo domum habet iste paterfamilias, quod Deus est siue Christus, cuius domus est totus mundus: familia autem eius sunt omnes creaturæ rationales, idest angeli, & homines. Sic dicit Chryost. Homo paterfamilias Christus est: cui cæli, & terra quasi uina est domus, familia autem cælestium, terrestrium, & infernarum creaturarum. De uinea dici potest, quod sit uirtutum congregatio, uel sit Ecclesia uniuersalis. Accipiendo primo modo constat ista uinea ex multis uitis: sicut sunt diuersi modi uirtutum, & species. Et tunc dicendum, quod cultor huius uineæ est omnis homo, quia quilibet tenetur uiuere secundum uirtutem. Sic accipit Chryost. dicens: Uinea autem eius iustitia est, in qua diuersæ species iustitiarum posite sunt quasi uites: puta mansuetudo, castitas, patientia, & ceteræ uirtutes, quæ omnes generaliter iustitiæ appellantur: homines autem uineæ cultores ponuntur. Accipiendo secundo modo Ecclesia uniuersalis à principio sæculi uinea est, quæ uia est tunc, & nunc per continuationem iustorum, extra quam nemo saluatur: cultores autem uineæ sunt omnes homines, quia omnes tenentur esse intra Ecclesiam, & hoc est eam colere: nam qui extra eam fuerit non saluatur: extra de summa trinitate & fid. ca. cap. firmiter: Et illud est uerum pro omni tempore, quia nunquam potuit aliquis saluari nisi intra Ecclesiam. De tempore post Christum

*Quilibet tenetur secundum uirtutem uiuere.*

*Qui sunt uineæ cultores.*

patet, quia iam, qui non crediderit, & baptizatus fuerit, peribit. Mat. 16. & infra 28. ca. Ante Christum autem tam iudæi, quam Gentiles poterant saluari, cum lex Moysi non obligaret nisi solos Israelitas: & tamen nemo saluabatur nisi fide, quæ uia erat in omnibus bonis: sed in quibusdam implicite in aliis explicitè: & id ad hanc Ecclesiam omnes homines mittuntur, ut saluari possint. Quod patet, quia paterfamilias omnes, quos inuenit quocumque tempore, misit ad uineam suam, & tunc cum uinea sit Ecclesia, & homines cultores: id quod colitur est, quod in ea laborando obseruatur, scilicet fidem tenendo, & iustitiam sequendo. Aliter potest dici, quod uinea sit ipsa Ecclesia, & quia partes uineæ sunt uites, uel palmites: homines, qui sunt partes uineæ, & per quorum successionem continuatur Ecclesia, uocabuntur palmites. Sic accipitur Ista. 5. cap. Uinea domini exercituum domus Israel est, & uir iuda germine delectabile eius: & quia cultor, uel palmes, uel uitis non sunt idem, cum homines generaliter sint uites, uel palmites, erunt cultores ipsi doctores Ecclesie, & prædicatores, qui doctrinam, & adnotationem quasi palmites, & uites excolunt, dum homines per doctrinam sacre scripture ad meliorem uitam perducunt. Sic accipit Greg. in homilia, scilicet: Paterfamilias, est conditor noſter, qui habet uineam, uniuersam scilicet Ecclesiam, quæ ab Abel iusto usque ad ultimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Quod autem Christus uocet uitem non quemlibet hominem, sed seipsum solum, & quemlibet hominem palmitem Ioan. 15. alia longè differens comparatio est, ut infra dicitur.

*Quid sit operarios istos conducere: & quare paterfamilias illos conduxit. Quest. V.*

**Q**VAERETVR, quid sit operarios istos conducere, & quare paterfamilias illos conduxit. Dicendum, quod paterfamilias non solum conduxit operarios, sed etiam (ut litera dicit) exiit ad conducendum. Sicut autem acciperetur paterfamilias pro Christo, dicitur exire ad conducendum eo modo, quo dicitur exiisse à patre, & uenisse in mundum per ostensionem operationum in humanitate assumpta, in qua prædicauit, & docuit, quod fuit operarios ad uineam noui testamenti mittere: quia tamen melius accipitur paterfamilias pro Deo, & quod uinea sit a principio sæculi: dicitur exiisse ad conducendum non per aliquam loci mutationem, sed per tuæ bonitatis diffusionem. Et quia operarij dupliciter dicuntur, scilicet, uel omnes homines, uel soli doctores, & prædicatores, aut quicumque, qui aliquo modo alios ad bonum mouent, dupliciter accipitur conducere. Accipiendo secundo modo conducuntur operarij per hoc, quod Deus dedit eis spiritum sapientiæ, & intellectus, & mandauit eis expressè ire ad prædicandum, aut ad denunciandum aliquid. Sicut patet Ista. 6. & Ieremie 1. & Ionæ 1. ita de alijs prophetis, quos Deus mittebat ad aliquas gentes, uel personas: aliquando autem per solam interiorum inspirationem mittebat impellendo in terram, ut irent, & prædicarent. Necessè est autem, quod quod docet aliquo istorum modorum mittatur. Sic dicitur ad Rom. 10. cap. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et quia per conductionem determinatur operarij ad certum opus, etiam obligatur iam illud facere, ita per missionem obligantur missi ad eundem, & et determinantur ad opus quod facturi erant. Accipiendo autem operarios primo modo pro omnibus hominibus: dicitur quod conducuntur in quantum Deus illos obligat ad obseruantiam legis sue, & ad fidem

dem



dem tenendam intra Ecclesiam : conducit autem illos in quantum illis ostendit obligationem ad hoc faciendum per sacram scripturam, vel per predicatores. Vocantur autem omnes homines operarii, vel mercenarii, quia mercenariorum conditionem habere debent, scilicet quia mercenarius facit opus domini, & non suum: ita & nos laboramus in observando mandata Dei, & non voluntatem nostram: & sicut mercenarius parvo tempore manet in cibo, toto autem tempore in laborare: ita & nos circa curam nostram pauco tempore manere debemus: toto autem tempore in cultu Dei. Sic dicit Chryso. Scitote, quia mercenarii sumus conducti.

Quare oēs hoies mercenarij vel operarij vocantur.

Sicut ergo nemo ideo conducit mercenarium, ut hoc solum faciat, qđ manducat: sic & nos non ideo solum vocati à Christo, ut hoc solum operemur, qđ ad nostrum pertinet vsum, sed ad gloriā Dei, & sicut mercenarius prius aspicit opus, deinde quotidianum cibum: sic & nos prius debemus aspiciere, quā ad Dei gloriam pertinent, deinde quā ad nostram vtilitatem, & sicut mercenarius totam diem circa domini opus impendit, vnam autem horam circa suum cibum: sic & nos omne tempus vitæ nostræ debemus impendere circa gloriam Dei: modicam autem partem circa vsum nostrum terrenum. Et si mercenarius quia die opus non fecerit, erubescit intrare domum, & petere panem: quomodo tu non confundaris intrare in Ecclesiam, & stare in conspectu Dei, quando nihil boni in conspectu Dei gessisti? Cum autem queritur quare pater familias conduxisset operarios, cum posset procurator eius eos cōducere, sicut soluit eis mercedem. Aliqui dicunt, quod ideo fit hoc, quia Deus est, qui nos ad fidem, & observantiam legis suæ vocat siue pulsando mentem nostram, siue per sacram scripturam vocando: tangere autem mentem non pertinet ad aliquem nisi ad Deum: ideo ipse, qui est pater familias conducit operarios, & non procurator eius.

Dicendum, quod hoc non stat: primò quia licet pulsatio interior, qua a Deo vocamur ad tenendum fidem, & observantiam legis sit à Deo, & non ab homine: tamen ut communiter fit vocatio ista per sacram scripturam, & adhuc magis per homines, qui illam prædicant, & secundum eam hortantur: isti autem, & etiā scriptura sunt velut procuratores Dei, vel negotiorum eius gestores: ideo per procuratorem poterat dici, quod pater familias conduxerit operarios. Secundò, & efficacius, quia per dationem mercedis factam operariis in sero significantur præmia vitæ æternæ: certum est tamen, quod vita æterna non datur alicui à Deo per ministros, sed per seipsum, quia beatitudo tota est in videndo Deum: & istam visionem concedit Deus cui libet per seipsum. Etiam ipse disponit homines immediate per seipsum ad illam dando eis habituale lumen gloriæ, ut videre possint diuinam essentiam: ideo merces non datur per procuratorem, sed per patrem familias, & tamen in litera dicitur, quod mandauit pater familias procuratori dare mercedem operariis: ergo à fortiori poterat dicere, quod procurator conduxerit operarios. Est ergo dicendum vno modo, quod quando cunque ponitur aliqua parabola, non oportet applicare singulas partes parabole ad rem signatam: sed satis est applicare illud, quod est ad propositum, & propter quod inducta est parabola. Non sicut autem inducta ista parabola nisi ad ostendendum, quod multi erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: & ideo satis est applicari illam partem, in qua dicitur, quod vltimis data est primo merces, & æqualiter eis, & primis data est: de ceteris autem non differt, sed ponuntur ad hoc, quod possit fieri parabola verisimilis: sicut etiam fit in fabulis. Secundò potest dici, & ex eadem radice, & est

ista veritas, quod dictum est hoc ad conuenienter ponendum parabolam, ut esset verisimilis. Procurator enim non est nisi alicuius domini: & ideo ad hoc, quod notitia aliqua de procuratore habeatur oportet haberi notitiam de domino: & ideo in principio parabole cum nulla in præcedentibus præcessisset relatio de patre familias, oportuit de illo fieri mentionem, ut ex eo cognosceretur procurator eius: & quia primus actus, qui ponitur in parabola, est conducere operarios, conueniens fuit, ut pater familias diceretur cōducere operarios, & non procurator eius.

Quare dicitur, quod pater familias exiit primo mane conducere operarios. Quest. VI.

QVAERETVR, quare dicitur, quod pater familias exiit primo mane conducere operarios. Dicendum, quod omnes conductiones, quas facit pater familias in vno die sunt: quod pater in assignatione horarum, de quibus in litera dicitur, s. primo mane, & tertia, sexta, nona, & vndecima hora. Quod potest dupliciter accipi, vno modo respectu mundi. Alio modo respectu vnius hominis. Accipiendo ad eundem hominem significant ista tempora diuersas ætates eiusdem hominis, in quibus omnibus vocatur homo, vel conducitur ad vineam domini, id est ad tenendum rectam fidem, & bonam operationem: & aliqui conducuntur vna hora, alij verò alia, quia diuerso tempore vocati veniunt ad Deum, & omnibus datur eadem merces, id est denarius. Vocantur primo mane aliqui, in pueritia. Hora tertia significat iuuentutem quia sicut sol hora tertia incipit ascendere, & calorem ostendere: ita in iuuentute calor naturalis in homine creuit, & ascendit. Hora sexta significat etatem virilem, quia tunc homo est in statu, & perfectione secundum corpus, & ultra non ascendit: sicut in meridie sol est in maxima eleuatione in circulo meridiano: & tunc est tempus maioris caloris ex dispositione solis. Hora nona significat senectutem, in qua naturalis calor incipit refrigerare: sicut hora nona sol declinat iam à meridiano versus occasum. Hora vndecima signat senium, quia tunc sol est iuxta occasum, & horizontem, sicut homo in senio est iuxta mortis occasum. Prima hora, vel primum mane dicitur pueritia, vel infantia, quia in illa homo incipit vocari à Deo, & consequenter vsq; ad finem vitæ nulla ætas est, in qua homo non vocetur à Deo: nam in infantia à primo die egressus ab utero vocatur homo à Deo: quia licet non vocetur ad fidem, & opera, vocatur tamen ad fidei sacramenta, id est ad baptismum in quo iustificatur. Sed quia conductio nominat passionem, que non fit nisi in re ventente ratione, & etiam qui conducitur ad laborem vocatur, qui non comperit infantibus. Accipitur primum mane, id est pueritia circa cuius principium est aliquis vsus rationis. Sed obicitur, quomodo stat in isto sensu, quod aliqui vocentur primo mane alij hora tertia, & ita de alijs. Nam omni hora, & tempore vocatur homo à Deo, quia Deus semper stat ad ostium, & pulsatur. Apoc. 3. cap. Dicendum, quod licet homo omni tempore vocetur à Deo: tamen non respondet omni tempore, sed aliquando alij citius, alij tardius: & scriptura ponit tempus responsonis, & non vocationis. Respondit autem in primo mane, qui à principio pueritue Deum colere incipit: & ita manet hora tertia, qui in principio iuuentutis Deo incipit adherere. Et ita de alijs, & sic diuersis horis conducuntur homines à Deo: ideo oportuit diuersas horas distinguere. Secundò potest dici, quod sunt diuersæ horæ vocationis, & quando cunque homo vocatur respondere: eo quod est duplex vocatio, quedam leuis, qua

Nulla est etas i qua homo non vocetur à Deo.

Status pastorum, & doctorum durabit in Ecclesia vsque ad finem seculi.

semper Deus animum pulsatur. Alia verò efficax, qua pulsat quando vult. quod efficaciter pulsat semper mouetur homo ad eum: in leui autem pulsatione non: & quia illa efficax pulsatio circa quosdam fit: primo mane, circa alios verò hora tertia, ut dictum est, fuit conueniens distinguere diuersas horas cōductionis: leuis autem pulsatio non distinguit horas, neque vocatur cōductio. Oibus autem his horis hoies vocantur ad vineam, quia diuersis temporibus Deo vocati assentiunt secundum efficacem pulsationem quam tunc facit: sed oibus datur denarius diurnus, qui æqualis est, quia potest esse gloria æqualis eorum, qui tunc non æqualiter Deum coluerunt: nam quod deest in tempore, potest augeri in feruore, & operum multitudine. Accipiendo autem totum diem respectu mundi, distinguuntur istæ horæ secundum diuersas partes temporis in vocatione: & hoc verius est, quia istum modum exponendi tenent doctores: item quia magis conuenienter: nam pater familias vocat omni hora omnes, quos inuenit, & non quosdam vna hora, & alios alia. Et tunc quia pater familias potest dici Deus, aut Christus, erunt vocationes variæ. Sed melius dicitur, quod Deus sit pater familias: & tunc prima conductio huius fuit, quando primò cepit aliquos vocare ad eum colendum. Si Christus dicitur pater familias, erit prima vocatio tunc, quando ipse predicabat: & postea fuerunt alia conductioes. Primū verum est, & tunc iste dies, in quo sunt istæ conductioes, est totius sæculi duratio vsque ad resurrectionem generalem. Sic dicit Origenes: Totum autem hoc seculum præsens diem vnum dicere possumus, magnum quidem quantum ad nos: modicum autem quantum ad Dei vitam.

Quomodo distinguuntur istæ quinque vocationes, vel conductiones, seu horæ. Questio VII.

SE D queretur, quomodo distinguuntur istæ quinque vocationes, vel conductiones. Dicendum, quod istæ diuiduntur, & comprehendunt totum tempus ab exordio sæculi vsq; ad diem iudicij: toto enim tempore hoc operarij conducuntur, quia nullum tempus est, in quo non mittat Deus operarios in vineam suam. Accipi enim possunt dupliciter operarij, ut supra dictum est. Accipiendo, quod omnis homo sit operarius: verum est, quod omni tempore conducuntur operarij, cum nullum tempus est, in quo non sint homines, & omnes illi conducuntur ad vineam: ergo omni tempore vsque ad finem seculi conducuntur. Accipiendo operarios pro doctoribus, & predicatoribus, qui vineam colunt alium docendo, & exhortando: etiam omni tempore operarij conducuntur, quia nullum tempus est, in quo Deus non mittat aliquos doctores, & predicatores in Ecclesiam suam: quia ut dicitur ad Ephe. 4. in Ecclesia sunt quidam Apostoli, alij Euangelistæ, alij propheta, alij doctores, & pastores, & doctores, qui dati sunt in consummationem ministerij fidei, donec occurramus omnes in virum perfectum, id est complectur corpus Christi mysticum finitum numero electorum. Et hoc non erit nisi in fine seculi. ut Greg. dicit: ideo status pastorum, & doctorum in Ecclesia durabit vsque ad finem seculi: & omnes illos dicitur Christus mittere, vel dare: ideo omni tempore conducit operarios. Sic dicit Greg. in homilia. Ad erudiendam autem dominus plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam nullo tempore destitit operarios mittere: quia etiam prius per patres, postmodum verò per legis doctores, deinde per prophetas, ad extremum verò per Apostolos quali per operarios

in vineæ cultu laborauit: quamuis in quolibet modulo vel mensura quisquis cum fide recta bonæ actionis extitit huius vineæ operarius fuit. Cum autem queritur de istis horis quid signent, dicendum iuxta Grego. in homilia, quod prima fuit vel mane primum, ut ipse dicit ab Adam vsque ad Noe. Hora tertia fuit à Noe vsque ad Abraham. Sexta hora fuit ab Abraham vsque ad Moysen. Nona fuit à Moysen vsque ad Aduentum Domini. Vndecima verò est ab Aduentu Domini vsque ad finem seculi. In qualibet autem istarum horarum cōduxit Deus multos, qui eum coluerunt, & specialiter aliquos, qui fuerunt præcipui, de quibus sacra scriptura loquitur. Nam primo mane conduxit viros sanctos, qui fuerunt in prima ætate seculi, s. Adā, qui laudatur in sacra scriptura, Sapi. 10. & Seth, & Henoch, qui ambulauit coram Deo. Gen. 5. cap. & translatus est in Paradisum, Eccle. 45. cap. & alios viros iustos, qui fuerunt in progenie, & linea Seth. In secunda conductione, s. hora tertia fuerunt viri sancti, quos scriptura laudat, ut Noe, de quo dicitur Gene. 6. quod fuit vir iustus in generationibus suis, qui etiam laudatur de fide in catalogo patrum ad Hebræos vndecimo. Potest tamen Noe pertinere ad primam conductionem, quia sexcentorum annorum erat quando in troiuit in arcam, Gen. 6. & incepit tunc secunda ætas, & ita poterit dici de sanctis primæ ætatis, de quibus etiam fuit Abel, quem Christus laudat iustum, infra 23. ca. Sed melius pertinet ad secundam ætatem, cum in ea mortuus fuerit. Fuit etiam Sem, qui iustus fuit, & sacerdos Dei altissimi. Gen. 14. cap. ipse namque est, qui Melchisedech rex Salem dicitur. Fuit & Heber à quo Hebræorum genus aliqui ortum putant. Fuit nouissimus Abraham, qui etiam ad tertiam ætatem pertinere potest. In tertia conductione, s. hora sexta fuerunt viri sancti Abraham, & Isaac, & Iacob, & duodecim Patriarchæ filij Iacob, de quibus omnibus scriptura loquitur. In quarta conductione, quæ fuit hora nona, fuerunt viri sancti. s. Moyses legislator, & Aaron summus sacerdos, & postea Iosue, & omnes iudices: deinde omnes propheta, & multi sancti reges, & doctores legis: fuit enim diuturnior iste status, & pluri sancti in eo fuerunt. Vltima conductio, quæ est in hora vndecima habet plurimos sanctos, scilicet Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, & omnes sanctos noui testamenti.

Ab Heber Hebræorum esse quidam arbitrantur.

Quare istas quinque conductiones distinxit scriptura. Quest. VIII.

QVAERETVR, quare istas quinque conductiones distinxit scriptura: nam potius videtur, quod omni hora conducere deberet pater familias operarios, cum per conductionem signetur vocatio hominis ad cultum Dei: & tamen omni hora Deus vocat hominem ad bonum, quia semper ipse stat ad ostium, & pulsatur. Apoc. 3. ca. Secundò, quia si per ætates hominis distinguatur vocatio, erunt septem vocationes iuxta septem ætates hominis, vel saltem sex. Tertiò, quia si distinguamus ætates seculi, vocationes erunt septem aut saltem sex, quia tot sunt seculi ætates. Dicendum, quod istas quinque vocationes distinxit Christus, quia referendo parabolam, tenuit veritatē rei: & ita fortè acciderat, quod in illis quinque horis vocauit, & non in alijs. Ad argumenta dicendum in generali, quod in parabolis non est necesse applicari singulas partes, sed eas, que sunt de intentione principali parabole, & quia intentio principalis erat, quod laborantes tempore inquali possunt accipere præmia equalia, & quod prius incipientes operari possunt vltimò, & posterus præmiari.

miari: satis fuit applicari parres illas. Quod verò operarij tot: aut tot vicibus fuerint per tot horas cōducti non differt, dum tamen simul non fuerint cōducti: quia tunc non faceret parabola ad propositum, quæ inducitur ad ostendendum, quod multi erunt primi, nouissimi, & nouissimi primi: & tamen facta cōductione omnium in eadem hora nemo esset primus, neque nouissimus, quod tamen in quatuor horis, vel quinque, vel septem fuerint cōducti non differt.

Ad primum autem potest dici, quod non concludit, quod tunc non solum in qualibet hora deberet vna cōductio fieri, sed etiam in qualibet particula horæ, quia nullum tempus est, in quo Deus non vocet hominem pulsando eum: & ita ad illam cōtinuam Dei vocationem designandum, non fuit conueniens fieri cōductionem singulis horis, quia istæ quinque positæ signabant sufficienter vocationem, quæ fit toto tempore. Secundò non stat, quia non conueniret hoc parabola: nam oportet, quod verisimile sit id, quod in parabola refertur. & tamen in singulis horis cōductionem fieri non erat verisimile, quia tunc satis erat, quod tota die occuparetur paterfamilias in conducendo operarios eundo, & redeundo ad forum. Tertio, quia non erat verisimile, quod in singulis horis superuenirent noui operarij in forum quos conducere posset: sed interiectis aliquantibus interuallis: ideo interposita hora vel duabus horis, ibat ad conducendum operarios, scilicet de prima in tertiam, & sextam, & nonam, & vndecimam. Quartò, & præcipuè propter conclusionem intentam, vt ostendatur, quod hi, qui tempore bus inæqualibus laborauerunt, accipiunt interdum p̄mia æqualia: & tamen si singulis horis cōducerentur operarij, vix videretur inæqualitas quasi propter cōtinuitatem temporis. Cùm autem ponitur de prima in tertiam, & sextam, apparet inæqualitas propter aliquanta interualla: & ista fuit etiam causa, quare non multæ cōductiones fieri debuerunt, id est septem, vel octo.

Ad secundum, & tertium dici potest, quod etiam si ad signandum ætates hominis, vel mundi ponerentur distinctæ cōductiones, non oportebat, quod ponerentur plures, id est sex vel septem, quia omnes ætates hominis, & etiam mundi non sunt ita determinatæ, & differentes inter se, quin ad paruum, vel magnū numerum reduci possint: nam quidam ponunt septem, & alij sex solum. Ita ergo s̄m aliquam rationem poterant reduci ad quinque, vel ad quatuor.

Quare dicitur, conuentione sacra ex denario diurno. Quest. IX.

**Q**VAERETVR, quare dicitur, conuentione facta ex denario diurno. Dicendum, quod primò fuit hoc propter conuenientiã ad parabolam: nam intendebat Christus ostendere, quod pretium æquale datum est omnibus operarijs in retribuendo, & quod pro hoc murmurauerunt primi. Et ad hoc oportuit nominari certam monetam, & quia fortè iustum pretium secundum regionis illius modum, & cōductionis tempus erat denarius vnus: dicitur, quod denarius conueniens est pro totius diei labore, quod est esse diurnum denarium: dicitur autem à decem, quia decem minuta æra in valore continebat. Sic dicit Remigius: Denarius enim dicitur, qui antiquitus pro decem nummis imputabatur, & figuram regis habet. Secundò conuenit ad sensum parabolæ: nam nomine denarij intelligitur salus æterna, pro qua est totus labor noster in vinea domini. Sic dicit Origenes: Salutis autem arbitror esse nomen denarium. Et hoc adhuc magis applicatur: quia totus labor noster est in obseruantia

Nullum tempus est in quo Deus non vocet hominẽ.

preceptorum diuinorum, quæ ad decem reducuntur propter decalogum. Sic dicit Remigius: Rectè per denarium designatur obseruati decalogi pretium, quæ vniuersique in agro sanctæ Ecclesiæ pro spe futura remunerationis laborat. Et tñ prima ratio melior est, & efficacior, quia est literalis. Nam verè pretium iustum, & conueniens regioni, & tempori erat denarius, quia aliàs non conuenissent operarij cum patre familias pro denario diurno. Etiam quia dato illis denario dixit pater familias, quod non faciebat illis iniuriam: & ita iusta retributio erat illa pro labore.

Quare dicitur egressus in forum circa horam tertiam. Quest. X.

**Q**VAERETVR, quare dicitur egressus in forum circa horam tertiam. Dicendum, quod iuxta parabolam dicitur egressus paterfamilias, quia primo mane cōductis operarijs rediit in domum: & cùm postea hora tertia voluit conducere alios, oportuit quod exiret: ad forum autem exiuit, quia in foro erat concursus publicus: & ibi conducebantur operarij: non enim dicitur hic forus locus exercendarum litium, sed rerum venalium tractandarum, ad quod genus etiam cōductiones, & locationes operarij pertinent. Circa parabolæ sensum paterfamilias exiit, quia Deus vocando aliquos ad se suam bonitatem diffundit: & dicitur exire ad forum, quia forus extra Ecclesiam est, qui enim conducuntur, vt in vineam vadant extra Dei cultum sunt: quidquid autem extra Ecclesiam est, forus est: & notat humanas conuersationes, quæ non sunt secundum Deum, in quibus frandem facimus, & patimur: iniurias inferimus & recipimus: sicut ementes, & vendentes in foro: qui autem vocatur in foro est, quia secundum hominem viuunt, & vocatur, vt viuat secundum Deum. Sic dicit Origenes: Forum est quidquid est extra vineam, id est extra Ecclesiam Christi: in hoc enim mundo vendendo, & emendo viuunt homines, & iniucem sibi fraudem facientes vitam suam sustinent.

Quare dicitur, quod paterfamilias dixit de cōductis hora tertia, quod inuenit eos otiosos. Quest. XI.

**Q**VAERETVR, quare dicitur, quod paterfamilias dixit de eis, quos conduxit hora tertia, quod inuenit eos otiosos, & non dixit de eis, quos primo mane conduxit. Dicendum, quod qui primo mane cōducti sunt, non poterant esse otiosi, quia nulla pars temporis transierat, in qua operarij deberent: otiosus tamen est, qui ab opere cessat, quando operandum est: ideo de primò cōductis non poterat dici, quod inuenit eos otiosos: secus de cōductis hora tertia, cùm iam fuerat elapsa pars diei, in qua nihil egerant: & eadem ratione de omnibus alijs cōductis dicitur, quod cōstitierant tota die otiosi, quia nihil vsque ad horam vndecimam egerant: & tamen de otiositate istorum dicitur magis sequenti quæstione. Circa sensum parabolæ vocantur otiosi illi, qui peccatores sunt, totis carnis voluptatibus dediti: qui enim vocantur, peccatores sunt: nam qui iusti sunt, non vocantur, quia iam dudum cōducti fuerunt: & ideo conducenti adhæserunt, sine quo iusti esse non poterant. Et ita ipse dixit: non veni vocare iustos, sed peccatores. supra nono ca. Sic dicit Grego. Qui sibi viuunt, qui carnis voluptatibus potitur, rectè otiosus redarguitur, quia fructum diuini operis non sectatur. Vel dicuntur otiosi non quidem illi, qui otiosi sunt, sed qui boni sunt: & tñ bonum non operantur quando possunt, sed pigritant.

Sic

Sic dicit Chryso. Otiosi sunt non peccatores: illi enim mortui dicuntur. Otiosus autem est, qui opus Dei non operatur. Vis ergo non esse otiosus, non aliena tollas, & de tuis des: & operatus es in vinea donum misericordie vitæ colens.

Quare paterfamilias iuit toties in forum ad conducendum operarios. Quest. XII.

**Q**VAERETVR, quare paterfamilias iuit totiens in forum ad conducendum operarios. Alii qui dicunt, quod voluit habere operarios ad colendum sufficienter vineam suam, & quia non inuenit copiam eorum primo mane, exiuit & hora tertia, sexta, nona, & vndecima. Sed tunc obiicitur, quod non est verisimile: primò, quia tunc omnes operarios quotquot primo mane inueniret, conduceret: & omnes quotquot hora tertia, sexta, & nona, cùm etiam hora vndecima conduxerit aliquos. Et hoc non est satis probabile. Secundò, & præcipuè, quia si sic faceret, non posset esse aliqui otiosi, cùm omnes, quotquot inueniret, conduceret: & tamen dicitur, quod inuenit aliquos otiosos hora tertia, & ita vsq; ad vndecimam. Alij dicunt, quod primo mane exiuit, & conduxit tot quot putauit tunc conuenientes: hora autem tertia, & aliis non exiuit ad conducendum operarios, sed ad aliquid aliud: quia tamen ibi inueniebat illos, conducebat eos. Sed obiicitur contra hoc, quia si non exiret intentione conducendi operarios, non conduceret totiens: & tamen quando cūcunque exiuit conduxit operarios, & hoc quæquies: ideo ex intentione videbatur agere. Siquis teneat primam positionem, respondebit ad primum in contrarium, quod non conduxit omnes operarios, quotquot inuenit, cùm etiam alij egerent operarijs, & cōduxisset illos: & si ipse vellet omnes cōducere, oporteret superabundare in pretium ultra mensuram, quæ erat irrationabile: ideo etiam aliis horis quæsiuit operarios, quasi eos, quos non inuenierat primo mane inueniret pro rationabili pretio aliis horis.

Ad secundum dici potest, quod erant aliqui otiosi: & tamen non erant otiosi ex primo mane: sed quod conduxit paterfamilias quos potuit primo mane, & cùm exiuit hora tertia inuenit aliquos, qui de nouo venerunt ad forum conduci quærentes: & non fuerunt ibi primo mane: & ideo non potuerat eos paterfamilias conducere primo mane: & ita alij venerunt hora sexta, qui non fuerant primo mane neque hora tertia: & ita tunc eos nouiter inueniens conduxit. Et sic fecit hora sexta, & idem hora nona, & vndecima: & ita qualibet hora exiuit, vt operarios conduceret, quasi aliis horis non inuenisset adhuc tot quot erant necessarii. Sed tunc obiicitur, quod adhuc isti erant non otiosi hoc modo, quia forsassis ipsa hora tertia, vel nona, aut vndecima isti venerant in forum, vt locarent operas suas: & ita non erant otiosi, sed scriptura vocat eos otiosos. Dicit potest, quod isti erant otiosi, quia licet in foro non manserant ex primo mane expectantes locare operas, manserant in domo: & nunc nouiter in forum venerant: & ita tota die vsque ad illud tempus manserant otiosi: licet in foro non inuenierat eos paterfamilias ad conducendum eos. Sed adhuc dicitur, quod non stat, quia tunc paterfamilias nesciret, an aliqui istorum essent otiosi, quia poterant isti aliquid fecisse in domo vsque ad illam horam, vel de nouo venisse in urbem: & vellet tunc vsque ad noctem locare operas suas: & ita non essent otiosi, & dato quod verè fuissent otiosi in domibus manentes, nesciret hoc paterfamilias, & ita non assereret illud scriptura, & tñ oēs asserit fuisse otiosos præter eos, qui primo mane cōducti fuerunt: ergo in foro erant oēs ex primo

mane, & non venerant de nouo. Secundò, quia hoc dato nesciretur quis fuisset magis otiosus, quia cùm omnes de nouo venirent, poterat esse, quod ille, qui venit hora vndecima fuisset minus otiosus quam qui hora tertia: & tamen paterfamilias, non increpuit aliquos de otio nisi eos, qui fuerunt cōducti hora vndecima: nam de ceteris dicitur, quod erant otiosi. Istos autem ille increpuit dicens: quid statis tota die otiosi? ergo innuitur, quod ille sciebat istos magis otiosos fuisse quam ceteros: quod esse non poterat si illa hora, qua conducebantur singuli veniebant in forum. Tertio, & efficacius apparet, quod non veniebant de nouo, sed à primo mane vsque ad illud tempus manserant in foro, quia dicitur supra in litera: quid hic statis tota die otiosi? & dicitur hoc ad eos, qui hora vndecima cōducti fuerunt: ergo illi tota die manserant in loco illo, in quo fuerunt cōducti, sicut in foro. Etiam de cōductis hora tertia dicitur: vidit alios stantes in foro otiosos: ergo otium eorum in foro erat. Ibi ibi stabant: ergo non venerant de nouo, sed steterant à primo mane vsque ad tertiam, & non fuerant cōducti. Quartò pater, quia quædo dixit paterfamilias eis, quos inuenit hora vndecima in foro, quid statis hic tota die otiosi? illi excusantes dixerunt, quia nemo nos conduxit. Et tamen si nouiter venissent ad forum, potuissent melius dicere, non fuimus otiosi aliqua parte diei, quia nunc nouiter venimus: & ante hoc aliquid faciebamus alibi, & tamen dixerunt, nemo nos conduxit: ergo videtur, quod in foro manebant vbi conduci volebant, & poterant: & ideo solum ob hoc manserant, quia nemo eos conducere voluerat. Dicendum ergo videtur, quod paterfamilias cōduxit primo mane, quos putauit necessarios, vel viles sibi ad opus suum: & iam non erant sibi necessarii operarij: cùm autem exiuit circa horam tertiam, sextam, nonam, & vndecimam, non exibat ad conducendum operarios: sed fortè ad solarium, vel ad aliam causam: & tamen quia inuenit ibi operarios conduxit eos. Et tunc poterant esse otiosi multi: & ille inuenit multos hora prima, quos potuerat conducere, & non conduxit quasi non essent sibi viles, & illi manserunt vsque ad tertiam: tunc egrediens est videns illos, cōduxit aliquos eorum partim misericordia motus, vt aliquid acquirerent illi possent ad sustentationem. Alij multi manserunt, quos putauit forsassis conducendos similiter ab aliis: & cùm exiuit hora sexta inuenit aliquos de illis adhuc non cōductos, & eorum quosdam conduxit alios relinquens: & ita fecit hora nona. Et cùm hora vndecima venisset, adhuc quosdam inuenit, qui nondum cōducti fuerant, & illorum aliquos conduxit. Confirmatur hoc primò, quia quædo exiuit in forum aliis vicibus non conduxit aliquos, statuens cum eis pretium. Sed dixit: ite & vos in vinea meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. In quo innuitur, quod non erat desiderium suum magnum conducendi eos, sed quasi ex superabundantia eos mittebat. Secundò, quia dicitur, egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro: & tamen si iret in forum intentione conducendi operarios diceretur, inuenit alios, quia inuenit occasum rei quæ sita: quia verò dicitur, vidit, innuitur quasi quod acciderit hoc. quod non iret intentione habendi operarios, non conduceret toties operarios. Dicendum, quod conduxit primò ex quadam miseratione, quia illi perdebant diem nihil acquirentes, vt ergo saltem diurnum victum acquirerent, conducebat eos. Secundò, quia vtile erat ei: nam illi qui non cōducti fuerant primo mane, pro paruo pretio locarent operas suas secundum proportionem ad

eos,

eos, qui primo mane conducti fuerant. Et hoc apparet, quia quando ille dixit: ite & vos in vineam meam, non expetierunt ab eo certam conventionem, sed cum ille dixit, ite vos &c. & quod iustum fuerit dabo vobis, statim iuerunt.

Quare paterfamilias cum operarijs, quos primo mane conduxit, convenit ex denario diurno: & cum eis, quos postea conduxit, nihil certum statuit. *Quest. XII.*

**Q**VAERETVR, quare paterfamilias cum operarijs quos primo mane conduxit, convenit ex denario diurno: & cum eis quos postea conduxit, nihil certum statuit. Aliqui dicunt, quod hoc fuit, quia paterfamilias non intendebat tantum dare ceteris quantum eis, qui primo mane, quia non erat labor aequalis: sed quantum laboraret eorum commisit iudicio, ut postea secundum conditionem laboris eorum retribuere eis. Accidit autem quod, qui hora tertia venerunt, tantum laboraverunt quantum hi, qui primo mane: ideo dedit eis denarium secundum, quod primis. Sic videtur dicere Origenes, s. Operarios tertiae horae non inuitavit ad totum opus: quidquid autem potuerunt operari sui iudicio reseravit: poterant enim aequale opus facere in vinea eis, qui ex mane sunt operari: quicunque in tempore brevis volebant operantem virtutem ad opus extendere, quae ante non fuerat operata. Sed dicendum, quod hoc non stat, quia si propter aequalem laborem dedisset aequale pretium, cum non potuissent laborare aequaliter, neque laboraverunt omnes operarij: non dedisset omnibus aequale pretium: & tamen omnibus dedit aequale: non est ergo causa ista aequalitatis denarij, ut ostenditur infra. Secundum dicunt alij, quod fuit, quia paterfamilias intendebat dare illis, quos secundum conduxit tantum sicut cur primis: & tamen non merebantur aequale. Sicut fuisse taxatum pretium conductionis, taxaretur iuxta proportionem residui temporis usque ad noctem: & ita minus conveniret quam cum primis: sed si minus conveniret, & daret denarium, primi cum quibus conveniret ex denario, arbitrarentur rationabiliter dandum esse sibi plusquam denarius: & ideo non taxavit pretium. Sic dicit Chrysost. Istis autem non fecit pactum, quia tantum paratus est retribuere, quantum mercenarij recipere non sperabant. Sed hoc non est satis verisimile, quia istud non conciperet, nisi ad aliquid inde ostendendum, vel significandum, quod non apparet: ideo quod dederit denarium omnibus, non videtur factum pro eo, quod prius conceperit sic facere, quando conducebat eos. Sed quia fortassis quando venerunt de vinea audiens, quod diligenter, & efficaciter laboraverant, qui tarde venerant, licet non tantum mererentur, quantum primi, mortuus est quadam liberalitate, ut omnibus aequalia daret. Tertio dicunt alij, quod cum primis conventum est, quia cum Adam, & hominibus prima aetatis Deus convenit pretium sui obsequij: ne postea declinantes a via Dei, dicerent se egisse, quia nesciebant quid eis pro cultu Dei dandum erat. Sic dicit Chrysost. Nota, quod primis solis convenit specialiter dare denarium, alios autem sub incerto pacto conduxit, dicens: quod iustum fuerit, dabo vobis: sciens enim dominus, quia praevaticaturus fuerat Adam, & omnes postmodum in diluivio fuerant perituri, certum pactum fecit ad eum: ne quando dicat, ideo se neglexisse iustitiam, quia nesciebat, quae premia fuerat recepturus. Sed istud non stat, quia non pertinet iste sensus ad parabolam: nam paterfamilias cui ista in veritate acciderunt, non faciebat ista ad talem significationem, neque sciebat an factum

fuit aliquo tempore a Christo in parabolam deductum.

Dicendum, quod veritas huius est, quod primis operariis convenit paterfamilias dare denarium: ceteris autem nihil certum, & hoc quia qui conducti fuerunt primo mane, nihil de die expenderant: sed illa erat hora conductionis: ideo nolent sine taxatione pretij operari: qui vero postea conducti sunt, perdiderant partem diei, & non erat iam ita tempus aptum ad conductionem, neque etiam erat aliquis, qui eos conduceret: sicut dixerunt illi, quos hora undecima invenit paterfamilias, quibus dixit, quare erant tota die otiosi, & illi inquit, quia nemo nos conduxit. Et ideo quantum cumque paucum eis daretur saltem ad sustentationem, operaretur: unde sine certa taxatione irent. Quod patet, quia dicente paterfamilias: ite vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis: statim iuerunt, non expectantes aliquam certam taxationem. Si tamen illi ire nolent nisi quanto certo pretio, faceret hoc paterfamilias. Secundum, & principaliter fuit, quia ratio hoc suadebat: nam illi, qui primo mane conducti sunt, oportuit quod ex taxato pretio, conducerentur, quia nulli alij erant, per quos sciretur quantum isti mererentur: & ita ex denario conventum est, cum autem taxatum fuit pretium illorum, non oportuit taxari pretium ceterorum, quia per pretium primorum iuxta proportionem temporis poterat sciri quantum dari deberet. Et hoc apparet, quia qui iuerunt tarde in quibuscumque horis non iuerunt sine conductione, licet iuerint sine taxato pretio: nam non dixit illis solum paterfamilias: ite vos in vineam meam, & quod illi statim iuerint: sed dixit eis, quod iustum fuerit dabo vobis, quae iustitia erat ad minus sicut proportionem partium diei ad partes denarij, cum toti diei responderet unus denarius.

Quare de conductione facta in sexta, & nona dixit scriptura simul, de alijs autem per se. *Questio XIIII.*

**Q**VAERETVR, quare de conductione facta in sexta, & nona dixit scriptura simul: de alijs autem per se. Nam de primo mane per se dixit, & de tertia per se, & undecima per se. de sexta autem, & nona simul, scilicet egressus autem circa sextam, & nona horam fecit similiter. Aliqui dicunt, quod fuit, quia sexta, & nona horae fuerunt pro eadem gente, scilicet pro Iudaico populo: ideo ponuntur simul: ceterae vero horae conductionem pro diversis gentibus: ideo ponuntur distincte. Sic dicit Chrysost. Ideo autem coniunxit sextam, & nonam, quia in sexta, & nona generatione vocavit Iudaeos: & frequentavit cum hominibus disponere testamenta quasi definito saluti omnium iam propinquante. Sed non stat: primo etiam si pertineant ad eundem populum sextam, & nonam, non fuerunt istae conductiones simul factae, sed distinctae sicut & ceterae: ideo ex hoc non est maior causa, quod istae duae coniungantur quam aliae. Secundum, quia etiam prima, & tertia ad eundem populum pertinere videtur, scilicet ad existentes in lege naturae, & ideo poni deberent simul ex hac ratione: sed non ponuntur. Tertio, quia (ut Greg. vult) omnes conductiones praeter undecimam pertinent ad populum Iudaicum: dicit enim, undecima vero hora est ab Adventu domini usque in finem mundi. Operator vero mane, & tertia, & sexta, & nona antiquus ille Hebraicus populus designatur, qui in electis suis ab ipso mundi exordio dum recta fide studuit Deum colere, quasi non destitit in vineae cultura laborare: ideo omnes debent hac ratione poni simul praeter undecimam, quod non fit

Dicen-

Dicendum, quod non fuit causa nisi artificiosa brevitatis scripturae. In sexta quippe, & nona nihil novi factum est quam in tertia: ideo si per se poneretur referentur eadem, quae hora tertia facta fuisse relata sunt, quod superuacuum erat: unde non solum non distinguit sextam a nona de quolibet per se dicens: sed etiam de nulla earum, neque de ambabus simul dixit id, quod de aliqua aliarum, sed dicitur, quod egressus circa sextam, & nonam horam fecit similiter, id est fecit sicut in hora tertia: & ita quia nona nihil addidit ad sextam dictum est simul de nona, & sexta, & quia in ambabus non est factum aliquid novi, quod non factum fuisset hora tertia, non dictum est expresse de istis: sed dicitur fecit similiter sicut in tertia fecerat, de ceteris horis necesse fuit poni distincte. De prima patet, quia illa fuit prima conductione distincta a ceteris, & per quam ceterae cognoscuntur: ideo de illa plene narrari debebat. De tertia etiam plene, quia differrebat a prima: nam in prima nemo fuit otiosus. In tertia autem dicitur, quod videlicet alios stantes otiosos. Etiam in prima conventum est pro certo pretio cum operariis, id est ex denario diurno. In tertia autem nihil taxatum est, sed dictum fuit, quod iustum fuerit dabo vobis. De sexta, & nona, quia in nullo differrebat a tertia, nihil expresse, & distincte positum est. De undecima autem expresse positum est, quia differrebat a prima sicut tertia, sexta, & nona in illis duobus: differt autem ipsa a tertia, sexta, & nona. Primum, quia in hac non solum inveniuntur otiosi in foro, sed etiam de otiositate increpantur. Siquid hic stans tota die otiosus in alijs autem nemo increpatur. Secundum, quia ex responsione operarij: nam qui alijs horis conducuntur nihil respondent, qui vero hora undecima dixerunt nemo nos conduxit: ideo de undecima per se dictum fuit.

Quare paterfamilias arguit de otiositate eos, quos conduxit hora undecima, & non alios. *Quest. XV.*

**Q**VAERETVR, quare paterfamilias arguit de otiositate eos, quos conduxit hora undecima, & non alios: nam dixit eis. Quid hic statis tota die otiosi? Alijs autem nihil dixit. Dicendum, quod maior causa fuit contra istos, quam contra alios, quanto maiorem diei partem inutiliter expenderant. Unde ceteri partem diei expenderant, isti vero totum: nam dixit illis, quid hic statis tota die otiosi? Secundum potest dici, quod fortassis paterfamilias etiam arguit ceteros, quos conduxit praeter quam conductos primo mane: & tamen non expressit scriptura illorum redargutionem, sed istorum solum, quia ad propositum Christi introducens parabolam forte faciebat increpatio istorum, & non aliorum.

Quare operarij isti, qui hora undecima conducti sunt, dixerunt nemo nos conduxit. *Quest. XVI.*

**Q**VAERETVR, quare isti operarij, qui hora undecima conducti sunt, dixerunt nemo nos conduxit. Alij autem non dixerunt hoc. Dicit potest uno modo, quod forte paterfamilias quando alios conducebat, non redarguebat eos de otio dicens, quid statis otiosi? & ideo illi non respondebant aliquid. Secundum, quia forte respondebant sicut & isti qui conducti fuerunt hora undecima: nam si argueret eos de otiositate, certum est, quod aliquid responderent. & hoc maxime esset, quia nemo eos conduxerat. Tertio, quia forte aliquid eos conducere voluit: & tamen minus

obtulit quam alij accipere vellent. Eos vero, qui circa undecimam conducti sunt nemo conduxerat, id est nemo conducere tentaverat, quia nemo illis quicquam obtulit. Sed dicendum, quod quidquid sit: ideo non ponitur responsio ceterorum, quia non ponitur increpatio facta ad eos, & quia responsio non ponitur sine quaestione, cum scriptura non posuerit aliquid ab eis quaesitum, non potuit ponere eorum responsionem. Causa vero quare istorum solum posita est responsio, etiam si ceteri interrogati fuissent, & respondissent, fuit quia non conveniebat ad propositum Christi introducens parabolam responsio aliorum: undecima enim hora Gentilium populus vocatur ad fidem. Hi autem increpantur, quod tota die otiosi manserunt, quia ante tempus illud, quod erat iam quasi quaedam vespere senescientis, & inclinati ad occasum mundi cultui Dei non vacabant: & hoc quia nemo eos conduxerat, id est nemo eos ad bonum agendum incitauerat exhortando, docendo, praedicando, neque laboris mercedem proposuerat annuncians eis vitam aeternam: imò quando a principio eis annuntiata est, admirabantur: sicut patet Act. 17. Paulo praedicante Athenis resurrectionem mortuorum, admirati philosophi Epicurei dixerunt eum annunciatorem esse novorum demoniorum. Iudaei autem non poterant hoc dicere, quia Patriarchae, & Prophetae eis praedicaerant: & docuerant, & legisperiti idem quotidie faciebant: ideo non poterant dicere, nemo nos conduxit. Sic dicit Greg. Qui enim transacto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare neglexerant, quasi tota die otiosi stabant. Sed pensate quid inquisiti responderant. Nemo nos conduxit: nullus quidem ad eos Patriarcha, nullus Propheta ad eos venerat. Et quid est dicere, nemo nos conduxit nisi vitae nobis nemo viam praedicauit. Et idem Chrysostomus ait: quae est enim conductione nostra, & conductionis merces promissio vitae aeternae: gentes enim sola neque Deum sciebant, neque Dei promissa.

Quare dicitur, cum autem sero factum esset. *Quest. XVII.*

**Q**VAERETVR, quare dicitur, cum autem sero factum esset. Dicendum, quod hic agitur de retributione mercedis pro labore diurno. & ista retributio fit in sero, significat. n. sero solis occasu, vel tps, quod est statim post solis occasum: nam ante solis occasum semper est dies: & ideo laboris est tempus: occidente autem sole desinit tempus laboris, & incipit quietes: Psal. 103. Exit homo ad opus suum & ad operationem suam usque ad vespeream. Ista autem est consuetudo apud omnes gentes redire de labore agri ad vespeream, id est solis occasum. Gen. 30. c. dicitur: Redeuntque ad vespeream de agro Iacob occurrit Lia. Et Iud. 19. c. dicitur. Ecce apparuit homo senex revertens de agro, & de opere suo vespere. Et ideo illud est tempus solutionis mercedis, s. post solis occasum, vel ante secundu consuetudinem gentis, & maxime si est pauper, ut possit sibi cibos emere, de quibus illa nocte vivat. Sic dicitur Deuterono. 24. cap. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam. Erant autem iste paterfamilias iustus, cum dicitur, ego autem bonus sum. Et non solum iustus, sed etiam liberalis: ideo ut iustus erat voluit eadem die reddere pretium laboris tempore debito, scilicet ad solis occasum: quod est cum sero factum esset. Quantum ad sensum parabolae operarij vocantur in sero, quia sero finis diei est post occasum solis: & significat finem vitae humanae, vel consumma-



summationem seculi, in vtroque sero redditur merces nobis: nam cuiuslibet bono post mortem merces redditur, & non ante: nam bona, quae speramus non sunt carnalia, neque talia qualia in hoc seculo sperantur. Psal. 126. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce haereditas domini, id est quando boni, qui sunt dilecti à Deo, acceperint somnum, id est mortis dormitio nem: tunc haereditas domini eis conceditur, id est vita aeterna. Etiam in sero, id est sine seculi generaliter datur merces, quia finis seculi, & iudicium generale, & resurrectio vniuersalis idem sunt: & tamen in resurrectione accipient homines complementum praemij, quia dabitur omnibus beatis sola corporis, vt sit completa beatitudo.

*Quare Dominus iussit procuratori vineae reddere mercedem operarijs. Quest. XV III.*

**Q**VAERETVR, quare Dominus iussit procuratori vineae reddere mercedem operarijs, quae videtur esse inconueniens: nam merces non reddetur hominibus nisi per Deum, quia siue sit merces beatitudo animae, quae consistit in visione Dei, siue glorificatio corporis, per Deum solum fit. De visione apparet, quia illa est substantia beatitudinis, & est tota merces: & tamen nihil est, quod visum efficiat nos beatos, nisi diuina essentia. Etiam nihil est, quod constituat nos potentes, vel aptos videre diuinam essentiam, nisi Deus, quia ipse solus est, qui dat nobis habituale lumen gloriae per quod sumus capaces visionis eius. Quantum ad glorificationem corporis idem est, quia dotes corporis, vel tota glorificatio eius dependet ab anima in quantum anima perfecte glorificata refertur in corpus: & consequenter, qui dat gloriam animae dat gloriam corporis. Etiam quantum ad dispositionem ad hanc gloriam, quae est resurrectio: nam illa per Deum fit, & non per aliquam creaturam. Aliqui propter hoc volunt, quod dare mercedem ad vesperum non pertinet nisi ad Deum: & ideo aliqui dicunt procuratorem esse spiritum sanctum: dominum esse filium. Sic dicit Chrysostomus. Dicit Dominus procuratori suo, filius spiritus sancti. Alii volunt, quod procurator sit filius, & paterfamilias sit pater: & reddantur mercedes electis per filium. Sic dicit Glossa. Dicit paterfamilias procuratori suo, id est dicit pater filio, quia scilicet pater operatur per filium, & filius per spiritum sanctum, non propter aliquam differentiam substantiae, aut dignitatis. Sed non multum conueniunt istae expositiones, quia non habet apparentiam, quod aliqua persona vocetur dominus, & alia vocetur procurator: cum vna non imperet alteri, neque sit maior, aut minor: & ideo non est dictum hoc ad hunc sensum quasi vna persona dicat alteri, quod mercedem reddat, quia non est vna maior, & alia minor: & vna ex commissione, vel delegatione alterius aliquid recipere possit: licet Christus acceperit à patre potestatem iudicandi: Ioan. 5. Dedit ei iudicium facere. Et iterum: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio facere: sed hoc est in quantum Christus quantum ad humanitatem est minor qualibet persona diuina: & potest aliquid suscipere sicut humanitas Christi creata est. Et ita dixit beatus Ioan. dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est: inter personas, aut diuinas non assignatur inaequalitas quasi vna persona possit recipere aliquid ab alia velut extraneum a se, & quod non habeat ex persona sua in quantum est persona diuina. Secundò, quia etiam si vna persona non recipiat ab alia: tamen non potest vna persona aliquid facere quantum ad extra quod alia persona non faciat: & ita si filius reddidit mercedem, necesse est, quod simul pater,

**F** & Spiritus sanctus mercedem reddant, quia Deus non beatificat nos, vt persona, sed vt essentia: & tñ quantum ad essentiam nulla omnino est differentia inter personas. Alii dicunt, quod iste paterfamilias est Christus, & procurator eius est ipsemet: mercedem reddi iubet & reddit: sicut vocatur ostiarius, & ostium. Sic dicit Remigius: Dominus Iesus Christus ipse est paterfamilias, & vineae procurator, sicut ipse est ostium, & ostiarius: ipse enim venturus est ad iudicium, vt vnicuique reddat secundum quod gesserit. Vocat ergo operarios, & reddit illis mercedem, quando oēs congregabuntur in iudicio, vt vnusquisque accipiat secundum opera sua. Sed non multum conuenit, quia si intentio esset, quod Christus esset paterfamilias, & ipse daret mercedem, non distingueretur de paterfamilias, & procuratore, quod vocasset paterfamilias procuratorem ad reddendum mercedem, praesertim quia hoc non erat necessarium ex conditione narrationis, quia ante hoc nulla de procuratore mentio habita fuerat. Alii dicunt, quod procurator vocetur hic aliquis minister Dei, scilicet aliquis Angelus, vel multi Angeli, qui mercedes tribuant: & tunc bene vocat paterfamilias procuratorem. Sic dicit Origenes. Dicit procuratori suo siue alicui angelorum, qui supra mercedes retribuendas constitutus est, siue alicui ex multis procuratoribus secundum, quod scriptum est: sub curatoribus, & tutoribus esse heredem eo tempore, quo paruulus est. Sed dicendum, quod hoc non statim primò, quia nullus Angelus constitutus est ad reddendas mercedes, quia vt ostensum est supra, Merces est beatitudo, quae nemo dare potest nisi Deus. Secundò, quod dicitur de curatoribus, & actoribus non est ad propositum, quia illud intelligitur de paruulo post mortem patris, quia licet sit Dominus omnium parum differt à seruo: sed sub tutoribus, & actoribus est vsque ad tempus praesentium à patre. Vel secundum intentionem Apostoli intelligitur de differentia populi sub veteri testamento, & sub nouo, quia in veteri testamento erant sub seruitute legis: sicut haeres paruulus constitutus sub tutoribus, & actoribus: nunc vero sumus in libertatem exeuntes ea libertate, quae donauit nos Christus: ad Christum autem in die iudicij non competit hoc quasi ipse sit sub actoribus, & curatoribus, & per illos aliquid agat.

**D**icendum ergo videtur, quod ista particula non est applicanda ad sensum parabola, sed est solum ad reddendum rem verisimilem: vt n. 1. dicitur, non oportet singulas partes parabola ad applicare, sed satis est applicare illas, quae faciunt ad sensum ad quod inducitur parabola: & quia inducitur ad ostendendum aequalitatem praemij eorum, qui tempore inaequali laborauerunt, satis est illas particulas applicare: quod verò per dominum dantur mercedes, aut per procuratorem, dicit tamen aequales reddantur, nihil differt. Sed dicitur, quod Dominus iussit procuratori hoc facere ad reddendum rem verisimilem. Erat enim verisimilis distribui merces per dispensatorem quam per dominum: cum dominus non exerceat per se dispensationem rei familiaris. Si autem dicatur, quare paterfamilias per seipsum conduxit operarios? dicitur vt habitum fuit supra.

*Quare dixit paterfamilias procuratori voca operarios, & redde illis mercedem suam. Quest. XIX.*

**Q**VAERETVR, quare dixit paterfamilias procuratori, voca operarios, & redde tibi mercedem suam, in quo innuit, quod omnibus erat merces data: cum dicat incipiens à nouissimis vsque ad primos: & tamen non habebant omnes mercedem, sed solum primi,

Dicendum, quod omnibus erat merces danda, & non solum danda, sed etiam erat iam certa. Quod pater quia non solum dixit, redde eis mercedem: sed addidit mercedem suam, id est propriam, & commensuratam eis. Et tamen hoc differt inter primos, & ceteros, quia cum primis conuentum est pretium, & taxatum, cum ceteris autem non fuit taxatum, & tamē conducti sunt pro mercede, quia paterfamilias non solum dixit eis: ite vos in vineam meam, sed addidit: Et quod iustum fuerit, dabo vobis. In quo obligauit se ad dandum pretium laboris, quod merces dicitur. Etiam illud pretium certum erat, licet non fuerit expresse taxatum, in quantum dicitur: Et quod iustum fuerit dabo vobis, quia per hoc sciebatur quantum vnicuique dandum erat. Primi enim erant mensura aliorum: quia cum illis conuentum erat pro tota die dari denarium: & tantum erat conueniens dari forte secundum conditionem regionis & temporis: ideo ceteris, qui postea ad cultum vineae venerunt, iustum erat dari denarium tantam partem quanta erat pars, in qua operabatur respectu totius diei, & quota diei pars esset, quae quilibet in vinea operabatur, notum erat quantum cuique dandum erat, licet non exprimeretur pretium in conductione: recte ergo dixit paterfamilias omnibus operariis reddendam esse mercedem suam.

*Quare dando mercedem cepit procurator a nouissimis veniendo usque ad primos. Quest. XX.*

**Q**VAERETVR, quare dando mercedem cepit procurator à nouissimis veniendo usque ad primos. Aliqui dicunt, quod fuit hoc ad ostendendum, quod licet aliqui sancti praecedant alios tempore viuendo, non praecedent eos in retributione, sed erit retributio eorum simul: cum in resurrectione omnes simul corpora resurgent, quod innuit Apostolus ad Hebr. vndecimo capitulo, scilicet: Deo pro nobis aliquid melius prouidente ne sine nobis consumarentur. Sic dicit Origenes: primi autem operarij testimonium habentes per fidem non acceperunt promissionem pro nobis prospiciente aliquid melius paterfamilias, vt non sine nobis perficiantur. Alii dicunt, quod illi sancti, qui fuerunt ante nos, id est ante Christi aduentum, acceperunt mercedem secundum iustitiam nos verò secundum misericordiam, ideo nos praecedimus, qui secundum misericordiam sumus: vt videatur, quod illi, qui sunt sub nouo testamento, & pertinent ad misericordiam, sint melioris conditionis quam ceteri. Sic dicit Origenes: Et quia misericordiam consecuti sumus, primi mercedem speramus accipere, qui sumus Christi: post nos autem, qui post nos operati sunt. Sed hoc non multum stat, quia hoc aequaliter teneret si aliqui acquirerent vitam aeternam ex iustitia operum, & alij ex sola gratia acceptantis Dei: nulli tamen ex operibus consecuti sunt vitam aeternam, sed ex gratia: ideo non stat ista distinctio, nisi forte accipiatur de iustitia fidei, id est iustificatione facta per fidem: nam fides ad iustitiam reputatur. Genes. decimo quinto. & ad Roman. decimo capitulo. Et ita accepit Origenes, dicens: Primi autem operarij testimonium habentes per fidem, sed tunc nemo accipit mercedem ex misericordia: sed omnes ex iustitia, cum nemo illam accipiat sine fide aut sacramento fidei. Secundò, & manifestius, quia istud aequaliter, staret si accipere mercedem à principio fuisset concessum solis his, qui hora vndecima conducti sunt, qui signantes ad Christum conuerfas, quae ex misericordia habuerunt redemptionem, & vocationem, & participationem fructus condemnationis: Iudaeis verò ex iustitia

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

**A**tia quadam promissionis deberi videbatur, nisi se indignos facerent: & tamen Iudaei, qui signantur per nonam, & sextam horam acceperunt etiam mercedem mutato ordine, scilicet prius quam illi, qui prima, & tertia hora venerunt: ergo non factum est propter hoc. Dicendum ergo, quod hoc factum est, vt ostenderet paterfamilias benignitatem, & liberalitatem suam operariis: quando enim iussit dari mercedem operariis, intendebat illis dare equaliter, quod erat ultra meritum. Si autem qui primo mane conducti fuerant, primò acciperent mercedem, quam conuenierant recederent fortassis statim, & non viderent qualiter paterfamilias soluebat denarium posterioribus, in quo ostendebat liberalitatem suam: ideo voluit, quod posterioribus prius solueretur, vt sic primi necessariò viderent liberalitatem patrisfamilias. & ista est vera causa. Secundò, vt daretur locus responsioni patrisfamilias iustificantis actum suum: nam cum operarij primi viderent dari denarium his, qui hora vndecima venerant, arbitrarentur se plus accepturos. Et cum solui daretur eis denarius, murmurarent: quod etiam fieret quantum ad remunerationem sanctorum, quia aliqui fortassis viuentes conquererentur, quod illi, qui vltimò veniunt ad cultum Dei, sunt aequales prioribus in mercede, & vt illis iam satisfactio sit fuit conueniens, quod responderetur ex verbis patrisfamilias, quod fieri non poterat, nisi prius solueretur posterioribus, vt priores illud viderent. Tertiò quantum ad sensum parabola, & etiam quantum ad verisimilitudinem parabola: fuit ad ostendendum magnitudinem bonitatis. Quantum ad parabolam quidem, quia voluit paterfamilias ostendere magnam liberalitatem suam circa eos, qui vltimi venerunt, ostendit ergo in omnibus, in quibus ostendi poterat. Sed poterat in duobus ostendi, scilicet in dando plus quam mererentur, & in dando ante tempus debitum: ideo vtrumque egit, nam dedit eis denarium, quem non meruerant propter tempus, & laboris paruitatem: etiam debebat eis vltimo solui id, quod deberetur, quia vltimi venerunt, & tamen vltimis fuit data prius merces. Et ita valde conueniens fuit incipere ab vltimis ad hoc, quod paterfamilias ostenderet suam benignitatem, & liberalitatem. Quantum ad sensum parabola: etiam fuit hoc conueniens: nam per mercedem operariorum signatur retributio vitae aeternae pro bonis operibus, in qua abundantius recipimus quam meruerimus ex clementia Dei, & ad hoc significantur inducuntur ista de prioritare solutionis: quia sicut solui debitum ante tempus ad liberalitatem soluentis pertinet, ita & in vita aeterna multa dabuntur ex liberalitate, quae homo non meruerit. De his dicit Chrysostomus. Semper libentius damus illis, quibus gratis aliquid donamus: quia pro solo honore nostro donamus: ergo omnibus sanctis Deus reddens mercedem iustus ostenditur, gentibus autem dans misericors: dicente Apostolo: Gentes autem super misericordiam honorare Deum. Et ideo dicit: incipiens à nouissimis vsque ad primos. Aut certe, vt ostendat Deus inestimabilem misericordiam suam, Primò nouissimis, & indignioribus reddit mercedem, postea primis. Nimirum misericordia ordinem non alpexit, aequiuocè enim liberalitas in retributione significatur per hoc, quod est a nouissimis incipere: nam non dabit Deus ex misericordia prius mercedem eis, qui posterioribus ad cultum eius venerunt, quantumcunque ad eos clementer se habeat, quia aut accipietur quantum ad retributionem, quae est habitudo animae, aut quantum ad gloriam datam corpori. Quantum ad primum non est ordo aliquis: nisi ille, qui prius in charitate decedit, & liberatur a penis Purgatorii, prius consequitur beatitudinem animae, siue minus, siue plus meruerit.

Z. Quan-

Quantum verò ad secundum gloria dabitur omnibus simul, quia resurrectio omnium simul erit: ideo quantum ad hoc nulla est clementia, sed solum quantum ad magnitudinem præmij, in qua ostendit liberalitatem suam Deus solum quantum ad beatos: sed paterfamil. poterat ostendere in duobus, idest in prius soluendo, & vltra meritum dando: ideo in ambobus ostendit liberalitatem: sed duo præcedentes modi magis conueniunt ad veritatem, quare paterfamil. tenuerit istum ordinem.

Quomodo tenuit hic paterfamilias talem ordinem in soluendo incipiendo à nouissimis. Quest. XXI.

QVAERETVR, quomodo tenuit hic paterfamil. talem ordinem in soluendo: quia videtur, quòd primò soluerit eis, qui venerunt circa vndecimam horam, & statim eis, qui primo mane, & cæteris postea, cum dicitur: cum venissent ergo, qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios: venientes autem & primi arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi.

Dicendum, quòd non fuit iste ordo: sed eis qui circa vndecimam horam venerant data est prius merces: & deinde eis qui circa nonam: deinde eis, qui circa sextam, & tertiam, & vltimò his, qui primo mane venerunt. Et hoc patet primo ex verbis Christi: dixit enim, quòd dominus vineæ dixit procuratori suo. voca operarios, & redde eis mercedem suam, incipiens a nouissimis vsque ad primos, & ita voluit terminum totius solutionis esse in primis, cum dixit vsque ad primos: ergo aliis, qui circa nonam, sextam, & tertiam venerant, prius solutum est, quam eis, qui primo mane venerant. Secundò, quia si ideo diceretur prius solutum fuisse primis quam eis, qui circa nonam, sextam, & tertiam venerunt, eo quòd statim post eos, qui circa vndecimam venerunt subditur de primis, scilicet, venientes autem & primi: diceretur etiam, quòd eis, qui circa nonam, sextam, & tertiam venerunt nihil, solutum est: eo quòd non exprimitur, quòd eis aliquid fuerit solutum: sed hoc est falsum: quia certum est, quòd paterfamil. daret illis mercedem suam, cum illos conduxisset: ergo debet intelligi, quòd inter eos, qui venerunt hora vndecima, & eos qui venerunt primo mane, soluta est merces eis, qui venerunt hora nona, sexta, & tertia. Causa autem, quare non fuit aliquid expressum de intermediis, fuit prima ppter verba patrisfamilias: dixit enim, voca operarios, & redde illis mercedem suam: incipiens à nouissimis, vsque ad primos. Et sic cum nominauerit solos primos, & nouissimos fuit conueniens in solutione nominare solos primos, & nouissimos. Secunda causa fuit, quia expresso de solutione vltimorum qui venerant hora vndecima, quòd eis denarius solueretur: satis innuebatur, quòd intermediis soluenda erat merces: quia paterfamilias non solum erat iustus, sed etiam liberalis dando vltra meritum, & tamen tenebatur soluere mercedem his, qui circa nonam, sextam, & tertiam horam venerunt: quia conduxerat eos dicens: quod iustum fuerit dabo vobis: ergo certum est, quòd solueret eis mercedem, & sic non fuit necesse exprimi, quòd solueretur. Tertia, quia solutio eorum, qui tarde venerant ponitur ad ostendendam liberalitatem patrisfamilias, & ad ostendendam causam murmurationis primorum, & tamen ad hoc sufficiebat solutio denarij facta eis, qui venerant circa vndecimam horam, quia illi erant, de quibus minus videbatur, quòd daretur denarius, & tamen datus est: ideo ostendatur maior liberalitas circa istos, quam circa quoslibet alios: ideo ad ostendendam liberalitatem patrisfamilias satis erat eos solos exprimere, qui circa vndecimam horam venerant. Ad innuendam causam etiam murmurationis primorum satis erat exprimere solutionem factam eis, qui circa vndecimam venerant: nam illi minus quam cæteri laborauerant: ideo si illis daretur denarius, & eis, qui primo mane venerant non daretur nisi denarius, erat potior causa murmurationis quam si aliis, qui circa tertiam, sextam, & nonam venerant daretur denarius: ideo de his solis, qui primo mane, & qui circa vndecimam horam venerant, mentio facta est.

G

Quare paterfamilias fecit dari denarium omnibus tam primis quam nouissimis & intermedijs. Quest. XXII.

QVAERETVR, quare paterfamilias fecit dari denarium omnibus tam primis quam nouissimis, & intermedijs, & intermedijs. Solet dici communiter, quod fecit ad significationem parabole: quia laborare in vinea est in cultu domini, & mandatorum eius obseruantia proficere, & permanere, & quia omnibus in hoc laborantibus secundum quemlibet statum, & tempus dabitur vita æterna: & nulli dabitur plusquam vita æterna, & nulli minus quam vita æterna: dicitur oibus dari denarius quasi equalis sit retributio omnibus colentibus Deum secundum omne tēpus, & ætatem. Sic dicit Gregor. Eundem denarium accipiunt, qui laborauerunt ad vndecimam, quem expectauerunt toto desiderio, qui laborauerunt ad primam: quia æqualem vitam æternam retributionem sortiti sunt cum his, qui ab initio mundi vocati fuerant, hi qui in fine mundi ad Deum venerunt. Sed dicendum est, quòd aliud est dicere quare paterfamil. iussit singulis dare denarios singulos: aliud verò est, quomodo, vel in quo applicatur metaphora ista quantum ad hoc ad propositum Christi. Quantum ad primum dicendum, quòd intentio patrisfamilias non fuit ad significandum æqualitatem retributionis. Et patet primò, quia iste

H

nesciebat an istud factum suum deduceretur aliquando in similitudinem à Christo ad aliquid significandum: si enim diceremus (vt aliqui falsò imaginantur) quòd ista similitudo, & similes non acciderunt in veritate: sed Christus illas finxit ad significandum id, quod ipse intendebat, posset aliquando stare, scilicet, quòd fingeret idem paterfamil. singulis dedisse denarios singulos, vt innuatur æqualitas retributionis vite eterne. Et tamen verè ista acciderunt antequam ea Christus enarraret, scilicet, quòd quidam paterfamil. operarios sic conduxerit, & soluerit, ergo non fuit ista causa quare singulis dedit denarios singulos. Secundò patet, quia quando primi operarij arguerent contra paterfamil. quare vltimis dedisset denarios singulos sicut eis, & ipse causam daret se defendendo: aliam longe disparatam causam dedit dicens, quòd licebat ei hoc facere: & quòd licebat ei de suo facere, quod volebat: ergo videtur, quòd non fuit illis finis dandi æqualiter, vt signaret æqualitatem retributionis sed alius. Est ergo dicendum, quòd ideo paterfamil. voluit dari denarium tam extremis, quam primis, vt ostenderet liberalitatem suam. Primis quidem dando debitum. Secundis verò & vltimis vltra debitum liberaliter aliquid donando. Et hoc innuit cum dixit: non licet mihi facere quod volo, q. d. licitum est mihi de meo donare cuiuslibet quantum vo-luero. & addit, oculus tuus neque est, ego autem bonus sum, i. bonitatem, & liberalitatem ostendo sic faciendo.

Quantum

Quantum ad secundum, scilicet in quo, vel quomodo: Ad ista similitudo facit ad propositum Christi. Dicitur post vno modo, quòd ista particula non facit ad propositum: quia in applicatione metaphore non oportet singulas partes applicare: sed satis est applicare illas, quæ sunt ad intentionem inducentis metaphoram. Sic dicit Chrysostomus. Non autem oportet ea, quæ in parabola sunt, secundum totum inuestigare, sed intentionem, propter quam composita est intelligere, & nihil vltra scrutari: sed ista parabola inducitur ad ostendendum, quòd non secundum ordinem temporis erit ordo, vel gradus meritorum: sed vltimi possunt esse primi, vel potiores in meritis. Et patet ex conclusione Christi. Nam dixit: sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi: Ideo partem istam de æqualitate denarij non oportet applicare ad sensum metaphore. Secundo potest dici, & melius, quòd ista particula de æqualitate denarij pro singulis operariis est de intentione principali Christi inducentis metaphoram: & est vt ostendatur, quod equalis retributio est quantum ad hoc, quòd est recipere vitam æternam omnibus colentibus Deum, & quod in hoc non sunt potiores illi, qui præcesserunt a principio seculi, quam illi, qui in fine mundi Deum colent. Et magis videtur facere ad propositum Christi æqualitas denarij, quam ordo præcessionis in solutione, licet vtrunque faciat ad propositum. Nam bonus status eorum, qui tarde venerunt ad cultum Dei est in hoc, quòd non sint minores in retributione eis, qui a principio venerunt. Et istud potest intelligi per hoc, quòd non posterius retributionem: aut per hoc, quòd non minorem. Primum quantum ad tempus non facit aliquem ordinem, vel differentiam inter istos & illos: quia non recipiunt omnes simul retributionem sed qui prius moritur de electis prius recipit vitam æternam: nisi loquamur de retributione, quæ est in accipiendo stolas corporum. quia istas accipient omnes simul: quia omnes resurgent in momento & in ictu oculi, & nouissima tuba. Secundum verò multum facit, si licet isti sint posteriores, non recipiant minus de præmio. Sed primum posset aliquando adaptari ad ordinem solutionis: quia prius solutum est his quam illis. Secundò vero ad æqualitatem denarij: idest magis videtur esse ad propositum quòd acciperit singulos denarios: quam quòd primo solutum est his qui venerunt ad vndecimam, quam his qui ad primam. Nam & solutum fuisse prius pretium postremis non significat, quòd posteriores accipient prius tempore præmij in vita æterna, cum potius sit è contrario, sed quid aliud significatur, vt ostensum est supra.

In q. 21.

An paterfamilias, dando nouissimis denarium sicut primis, conuenienter ostendat liberalitatem. Quest. XXIII.

In q. 26.

QVAERETVR, cum paterfamilias voluerit ostendere liberalitatem, dando nouissimis denarium, sicut primis, an conuenienter egerit: & non quaeritur, an egerit conuenienter, idest iuste, vel saltè non iniuste, scilicet nulli præiudicando in hoc, quia de hoc dicitur infra, sed an egerit conuenienter, idest conuenienter per hoc ostendat liberalitatem. Aliqui dicunt quòd non factum est conuenienter: quia cum ex liberalitate dederit denarium vltimis, qui illum non merebantur, quando primis debuerat dare eis, qui venerant hora nona, sexta, & tertia, plusquam denarium, qui plus meruerant quam illi, qui hora vndecima, & exerceret in eis simul iustitiam, & liberalitatem. Dicendum, quòd non stat: non enim erat istud necessarium ad ostendendam liberalitatem: quia aut patet Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

terfamilias volebat hic ostendere opus iustitiæ, aut opus liberalitatis. Si opus iustitiæ, non erat necesse dari plusquam denarium eis, qui hora nona, sexta, & tertia venerant, quia neque adhuc denarij meruerat: Si autem attendatur liberalitas, non oportebat dari certum quiddam quia iustitia habet æqualitatem & proportionem: & ideo sequitur certam regulam. Liberalitas autem non recipit equalitatem, neque proportionem, aut aliquid certum: sed gratuitam voluntatem non agentem contra rationem, & ideo quia non est taxatum quantum quis dare debeat ad hoc, quòd sit liberalis, sicut est taxatum quantum debet dare & accipere ad hoc, quod sit iustus, non fuit necesse dari vltra denarium: sed dando denarium satis erat. Secundò, quia si hoc modo facere deberet paterfamil. ad hoc, quòd ostenderet liberalitatem, vt plus daret quam denarium eis, qui hora nona venerunt, quia operati sunt plus quam qui hora vndecima, quibus vnum denarium dedit: deberet etiam dare eis, qui circa sextam plus quam eis, qui circa nonam, & plus eis, qui circa tertiam quam eis, qui circa sextam, quod non intendebat ille. Nam videretur hoc ad iustitiam, & non ad liberalitatem pertinere, cum attendetur proportio laboris.

Tertiò, quia si daretur plus eis, qui plus laborauerant proportionaliter, perueniretur ad hoc, quòd eis, qui prima hora venerant plus omnibus daretur, quia plus omnibus laborauerant, seruando in eis istam proportionem pretij sicut laboris: & tamen non intendebat hoc paterfamilias, neque putauit necessarium. Voluit enim in illis seruare iustitiam: in aliis autem liberalitatem: ideo non fuit necessarium dare alicui plusquam denarium ad ostendendum liberalitatem.

Dicendum autem, quòd poterat paterfamilias tripliciter ostendere hic liberalitatem. Vno modo dando omnibus supra debitum, scilicet quod his, qui circa vndecimam daret denarium, & cæteris plusquam denarium, & his, qui prima hora etiam plusquam denarium, seruata proportione laboris. Et tunc aliqui acciperent tres denarios, aliqui quatuor, aliqui sex, vel plures secundum proportionem laboris respectu temporis. Vel si veller, quòd daret omnibus his supra debitum, & etiam his, qui primo mane, non seruando tamen proportionem aliquam. Secundo modo, quòd omnibus daret vltra debitum præterquam primis: non tamen seruata proportione laboris, & hoc siue dando quibusdam eorum plus alius minus, sed nulli solùm debitum sed vltra. Tertiò modo quòd solis eis, qui hora vndecima venerant daret vltra debitum dando denarium: aliis autem omnibus daret solùm debitum, scilicet eis, qui primo mane daret denarium sicut conuentum erat: eis verò qui circa sextam, tertiam, nonam daret secundum proportionem partium temporis ad partes denarij.

Primum noluit tenere paterfamilias, primò quia fortassis erat magnus sumpus. Nam si eis, qui circa vndecimam venerant datus est denarius, qui vna tantum hora operati fuerant: eis qui primo mane venerant cum laborassent decem vel vndecim horas, darentur decem vel vndecim denarij.

Secundò, quia isto modo non conuenienter ostenderetur liberalitas: quia cum attendetur proportio excessus laboris, & pretij, quæ consideratio est iustitiæ, & non liberalitatis, putaretur quod ex aliqua causa iusta, quæ ad hoc mouebat, faceret hoc paterfamil. & ita non laudaretur liberalitas eius, sed conuerteret in admiratione volentes inquirere, quare causa iusta esset talis proportionis. Tertiò, quia si omnibus fuisset datum proportionaliter secundum laborem vltra debitum, non murmurassent illi qui prima hora venerant: nã propter hoc murmurauerunt, quia

Liberalitas non est in equalitate aut proportione aut certâ mensurâ.

Quare paterfamil. tenuit istum ordinem liberalitatis.

quia cum tolerassent pondus diei & estus, facti sunt æquales eis, qui solū vna hora operati fuerant: Ista autem murmuratio faciebat multum ad commendationem operis patrisfamilias, vt esset occasio magis illud cognoscendi, & deducendi notitiam multorum. Quarto, quia opposita notificant se ad inuicem quando iuxta se ponuntur, vt magnum & paruum, vel aliquid disparata. 2. Elench. similia verò non se notificant; & quia opera iustitiæ, & liberalitatis habent quandam diuersitatem in modo, quia iustitia considerat æqualitatem, & debitum: liberalitas verò gratiam: magis notificatur opus liberalitatis positum iuxta opus iustitiæ: quàm si ponantur multa opera liberalitatis simul: ideo conueniens fuit, quòd poneretur hic aliquod opus iustitiæ, scilicet dando solum debitum eis, qui venerant primo mane. Nam per id, quod iustum erat, sciretur magnitudo liberalitatis. Dabatur enim eis, qui primo mane venerant denarius quantum dari iustum erat. Et si ceteris daretur solum secundum iustitiam, daretur eis secundum proportionem partium denarij ad partes laboris, & temporis, quo operati fuerant. Nunc autem dando singulis denarios singulos, apparebat quantum dabat cuilibet ultra debitum, quòd ad liberalitatem pertinebat. Sed hoc non apparet nisi ponendo iustum quòd erat mensura: ideo fuit conueniens, quòd aliquibus daretur solum quantum iustum erat, & isti debuerunt esse illi, qui primo mane venerant: eo quòd cum illis solis taxatum, & expressum fuerat pretium. Sic etiam non dedit paterfamilias omnibus supra debitum, licet non seruata proportione ex omnibus causis, sup. assignatis, præter quàm ex secunda, quæ arguit de proportionalitate. Tertium modum tenere noluit paterfamilias: quia ostenderetur parua liberalitas, solum dādo ultra debitum eis, qui hora vndecima venerant. Maxime quia eadem ratio erat circa omnes, qui venerant tarde, scilicet tertia, sexta, nona, & vndecima hora. Cum solis enim illis, qui primo mane venerant conuenienter quantum daret: & ideo illis cum teneretur ex iustitia conueniens ad certum quid, noluit ultra dare. Cum aliis autem, quia non erat determinatum pretium, & erat locus cauillationi, aut contentioni, quòd plus minusve dandum esset, voluit ostendere liberalitatem suam dando illis denarium, & ideo tenuit modum secundum, qui conueniens erat.

An conuenienter significetur, quòd retributio vitæ æternæ erit omnibus æqualis per istam metaphoram. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR, cum Christus induxerit istā similitudinem ad ostendendum, quod retributio vitæ æternæ erit æqualis omnibus: tam his, qui cito, quàm his, qui tardè ad Dei cultum venerunt, an conuenienter significetur hoc per istam metaphoram. Aliqui dicunt, quòd non, quia non est verum, quòd retributio vitæ æternæ sit æqualis, sed quibusdā plus aliis minus datur. Non est enim æqualis gloria sanctorum. Dicendum, quòd conuenienter significatur retributio vitæ æternæ per istam parabolā. Primò quia Christus induxit hoc ad illud ostendendum: ergo conuenienter ostenditur hoc per illud. Secundò quia litera dicit: simile est regnum celorum homini patrifam. i. simile est status vitæ æternæ quantum ad retributionē solutionis mercedis, quam paterfam. fecit operariis. Sed dicendum, quòd non est totalis similitudo inter hæc. Primò, n. differunt, quia circa operarios vineæ cū quibusdam actum est ex iustitia sola, cum aliis vero ex liberalitate ultra debitum iustitiæ, & tamē circa vitam æternam aut cum omnibus agitur ex gratia, aut cum

F omnibus ex iustitia. Nam si accipiatur mereri vitam æternam de condigno: nemo eam vnquam mereri potest, quia non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ad Ro. 8. cap. & tunc cum omnibus qui vitam æternam assequuntur ex gratia agitur. Si accipiatur mereri de congruo, agitur de omnibus ex pura iustitia: quia nemo accipit vitam æternam tam æternam qui illam non meruerit. Secundò differt, quia cultores vineæ omnes æquale pretium receperunt, quocunque tempore laborarent, & quantumcunque: quia singuli denarios singulos: in vita æterna non recipiunt omnes æqualem gloriam, sed quidam plus alij minus, & ista est magna differentia. Tertio, quia in retributione vitæ æternæ, licet fiat nobis aliqua gratia, quia illud quod non poteramus mereri ex condigno datur nobis pro meritis ex congruo: tamen respectu istorum meritorū seruatur proportio: quia quanto quis plus meruit tanto magis ei de gloria datur: & sicut se habent merita quorundam ad merita aliorum, ita se habent præmia in proportione. Et tamen in cultoribus vineæ fuit aliquid datum ex gratia, & aliquid ex merito, & tamen non fuit in eis proportio aliqua seruata: sed omnibus datus est denarius vnus & æqualis. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd in vita æterna datur retributio inæqualis: sed enim omnibus beatis datur visio essentiæ diuinæ per quam visionem sunt beati: non datur æqualiter omnibus videre Deum, & delectari in eo vitu, quamuis desiderium cuiuslibet impleatur. Magnitudo autē gloriæ datur pro magnitudine meritorum, & secundum proportionē illorū datur proportio gloriæ. Quòd autē quis illos actus meritorios in senectute vel in iuuetute exercuerit, & quod in paucis vel in magno tpe non differt: quia in breui tpe potest quis tū mereri sicut alius in tota vita. iuxta illud. Sap. i. c. Cōsumatus in breui: expleuit tpe multa, i. in paucis tpe expleuit tempora multorum annorū. Et per hunc modum non fit maior gratia eis, qui cito inceperunt colere Deum quàm his, qui tardè, & non maior his, qui paucis tpe coluerunt quàm his, qui magno. Pro quo sciendum, quod aut per istas horas diuersas conductionis signantur ætates diuersæ seculi, aut ætates eiusdem hominis. Si enim ætates seculi manifestū est, quod nihil differt fuisse in prima, vel media, aut vltima: tū quia illud quod nullo modo est in potestate hoīs, quòd in ista ætate, vel in illa natus fuerit: ideo nasci in vna vel in alia non facit ad magis, vel ad minus mereritum quia siue nascatur homo in ista ætate, vel in illa, potest tota vita sua Deum colere: ideo non differt plus in ista quàm in illa nasci. Secus autem est de conductionibus factis in eodem die: quia qui conducitur primo mane, potest toto die laborare: qui verò tertia, sexta, nona, aut aliis horis non potest toto die, sed parte diei operari: ideo secundum iustitiam plus debebat eis, qui primo mane conducti sunt quàm eis qui hora tertia, sexta, nona, & vndecima: & tamen sicut iustitiam non plus debet eis, qui in prima ætate coluerunt Deū quàm eis, qui in secunda, vel aliis ætatibus seculi: quia tū tēpore poterat colere Deū ille, qui in secunda incepit quāto ille qui in prima, & id in hoc magna dissimilitudo est inter solutionē operariorū, & retributionem vitæ æternæ. Sic dicit Chryl. quod æqualē retributionē habuerunt illi, qui in prima hora venerunt: & illi, qui in vndecima, & non iniuste. nā & qui in prima parte seculi natus est, non amplius vixit, quàm statutu tps vitæ suæ. Quid illi nocuit, si post illius exitū mundus iterit? Et qui circa finē nascitur, non minus viuunt quod dies, qui numerati sunt eis: Et quod illis prodest ad cōpendiū laboris, si cito mundus finitur: cum pensum vitæ suæ cōpleant ante mundū: Deinde non est in homine quod nascatur prius aut postea: sed

In vita æterna datur inæqualis retributio

sed potestatis diuinæ. Neque ille quidem sibi priorem debet locum defendere, qui prius natus est: neque ille contemptibilior debet esse, qui postea. Si autem per diuersas horas conductionis significantur diuersæ ætates eiusdem hominis, poterat esse æquale dubium: quia ille, qui in prima ætate cepit colere Deum, & cōtinuauit vsque ad mortem, plus videtur Deum coluisse, quàm qui in tertia, vel quarta ætate, aut qui in senectute. Et tamen dicendum, quod non est difficultas: quia non est de actibus meritorij sicut de cultura vineæ, quia cultura fit per continuationem eiusdem actus, qui talis est in principio sicut in fine, & partes æquales secundum quantitatem sunt æquales secundum valorem, & utilitatem. Actus autem meritorij non sunt continuè, sed per interpollationem: Et dato quòd fieret continuè, non sunt æquales. Vnus enim actus meritorius factus in vna hora potest esse magis meritorius, quàm actus facti ab aliquo per totam vitam: & ita ille, qui incipit colere Deum in senectute, potest aliquando magis mereri quàm ille, qui coepit in pueritia, & continuauit vsque ad mortem. Et ideo non solum accipit æqualem retributionem cum eo, qui incepit in pueritia, sed etiam maiorem. Et in hoc etiā differt retributio vitæ æternæ à solutione operariorū, quia eis, qui extremi venerunt, ex liberalitate datum est æqualiter cum primis, & non plus: sed in vita æterna saepe eis, qui vltimò venerunt ad cultum Dei, datur ex iustitia plusquam eis, qui venerunt in pueritia. Et ita magna dissimilitudo est inter parabolam, & id, ad quod inducitur. Sed dicendum, quòd in hoc facit ad propositum: quia sicut omnibus operariis quocunque tempore venerint datus est denarius: ita omnibus colentibus Deum quocunque tempore colant, & incipient: dum tamen in cultu Dei finiant dies suos, datur vitæ æterna, id est visio diuinæ essentiæ. Vnde siue sint magna merita, siue parua, omnibus correspondet visio Dei: & ita quantum ad hoc omnes æquales sunt, quia omnes Deum vident, sed quantum ad gradum visionis, & gloriæ sunt inæquales, quòd non accidit in operariorū solutione. Sic dicit Aug. Quia verò ipsa vita æterna pariter erit oībus sanctis æqualis denarius omnibus est attributus, qui est hominum merces, quia verò in ipsa vita æterna distincte fulgebunt lumina meritorum, multæ mansiones sunt apud patrem, ac in denario quidem non impari non viuere alius alio prolixior: in multis autem mansionibus honoratur alius alio clarius.

An paterfamilias conuenienter egit, dando nouissimo sicut primo. Quæst. XXV.

QVAERETVR, an paterfamilias conuenienter egit, id est non iniuste dando denarium nouissimo sicut & primo. Aliqui putant quòd sic: quia magis meruit primus quàm nouissimus. Dare ergo eis æqualiter videbatur in conueniens: sed iustitia videbatur exigere, quia factus fuit inæqualitas meritorum, ita esset inæqualitas preciorum. Secundò patet, quia propter hoc conquesti sunt operarij, & murmurabāt, quod æquales fierent illi eis, qui nouissimè venerant, & ita putauerunt sibi iniustum factum. Dicendum, quod quæritur, an egit iuste aut non iniuste. Et dicendum, quod non est verū quod egerit iniuste neque iniuste fecit iniuste. Et ratio est, quia iustitia nominat æqualitatem quādā in dationibus, & acceptionibus: non tenuit autē paterfam. æqualitatem, sed dedit supra æqualitatem: neque et fecit contra æqualitatem: quia licet non esset debitum dari nouissimis vnū

Alph. T ost. super Euang. Matth. Pars V.

A denarium, non tū erat debitum non dari eis, i. nō erat contra debitum: quia tunc esset vetitum: & ita non erat hoc iustum neque iniustum, sed præter iustitiam erat. Pro quo sciendum, quòd aliud est facere præter iustitiam. Distinguitur autē sic: quia cum iustitia impo-ner æqualitatem in actu, qui est ad alterum, tunc fit contra iustitiam, quoniam ei subtrahitur, quòd debetur, vel quòd conditio sua exigit ei dari. Si autem detur alicui de bono plusquam debeatur, non est contra iustitiam: sed præter iustitiam: si ille, qui dat, dederit de propriis: quia non est contra debitum dari plusquam debeatur. Et ita est in omnibus, qui liberaliter operantur. Dant enim plusquam debeatur, id est dant id, quòd non est debitum, & non faciunt contra iustitiam, cum faciunt liberaliter: sed vna virtus non est contra alteram, vt dicitur 5. Ethy. pro eodem computatur minus de malo, & plus de bono: sicut liberaliter quis agit, dando plus de bono, quàm debeatur, & non agit contra iustitiam: ita clementer aut misericorditer agit, & etiam non contra iustitiam, qui minus de malo alicui infert quàm inferre poterat secundum iustitiam. Sed hoc est verum, quoniam malum, & bonum sunt ipsius inferentis, scilicet de alienis. Et ob hoc aut ille, qui dat de bonis, & malis, aut est priuatus, aut iudex, aut Deus. Si est priuatus, aut dat de propriis, aut de alienis: si de alienis siue parum, siue malum det semper peccat: quia vsurpar quòd dat. Si de propriis, quòd dando plus de bono quàm teneatur non agit contra iustitiam, sed liberaliter agit. Si dat minus de malis quàm possit, agit misericorditer, vt si pro peccato commissio in eum ab aliquo possit ei inferre determinatas penas, vel damnas, & minus vult inferre, vel nihil infert. Si autem est iudex non potest dare plus de bono, quàm sit debitum, neque minus de malo, quia peccaret, eo quòd non dat de suis, sed de alienis. Vnde sicut dando minus de bono quàm sit debitum, vel plus de malo, est semper peccare: ita dādo plus de bono quàm sit debitum alicui: necesse est, quod id, quòd vni superabundanter dat, tollat de eo, quòd est alteri debitum: vt si duo litigāt, & debet vnus condemnari alteri ad aliquid, quòd petitur: si iudex iubeat solnere alicui plus, quàm ei debeatur: necesse est, quòd tollat condemnato aliquid de eo, quòd proprium erat: & ad quòd non tenebatur: quòd iniustum est. Idem autem & si iudex det de bonis reipublicæ, dando alicui plus de honore, vel de lucro, quàm debitum ei sit: si enim est honor qui de bonis publicis datur, & datur alicui plus quàm meretur, necesse est lædi reipublicam, cuius bona inutiliter consumuntur & pereunt. Etiam quia grauantur alie partes reipublice, id est alij homines, qui digni erant illum honorem suscipere. Nam cum plures sint homines potentes suscipere honorem quàm honores aut gradus honorū, necesse est, quòd cum alicui superabundanter honor tribuitur, alij honore merito, quem iuxta æqualitatem meriti accipere poterant, defraudentur. Et idem est de lucris, quæ dantur de publicis: sicut, quando prælatus dat beneficia, quæ non sunt eius, sed Ecclesie, dando indignis, vel dando aliquibus plusquam mereantur, peccat. Offendit enim Ecclesiam, & eos, qui in Ecclesia sunt, vel esse possunt. Nam beneficia dantur propter officium aliquod: datur autem alicui plus quàm mereatur, quando non est ipse sufficiens ad totum illud officium, vel vnus, quòd beneficia illa exigunt, in quo Ecclesia defraudatur officio, & sine operato. Etiam cum plures sint potentes recipere beneficia quàm ipsa beneficia, non potest dari alicui beneficiū ultra meritū, quin grauentur alij, quibus dignè illa poterant dari, & pro quibus instituta sunt: ergo in dando plus de bono tempore peccat iudex, siue prælatus, aut quicunque habet administrationem

Contra iustitiam, & præter iustitiam quòd differt.

Prælatus dando aliquibus beneficiis peccat, quia non sunt eius, sed merentur.

Z 3 publi.



publicam, quia semp dat de alienis, & ita illa vsurpat. In dādo quoq; minus de malo q̄ sit debitum semper peccat, quia de iure alieno subtrahit. Nam si quis eo q̄ offendit alium, tenetur sm legem ad certam penā, & iudex vult minuere illam, vel in totum auferre, pra iudicat illi, cui offensa irrogata est, quia in fauorem illius, & quasi in vindicta datur pena delinquenti. Q̄ pater, quia ad petitionem illius infertur: etiam pra iudicat legi, quia lex statuit certam penam, cuius iudex statutus est minister, & executor, & non vult illā exequi. Si autem obiciatur, q̄ interdum penā nō sunt taxatæ, sed sunt arbitrariae, vel si sunt taxatæ, lex conce dit iudici illas minuere.

Dicendum, q̄ tunc iudex dans penā, vel minorē interdum, vel maiorē non peccat, quia non dat minus de penā quā debeat, sed quantum debet, cū lex dederit ei arbitrium, & quantum ipse rōnabiliter arbitrat⁹ fuerit, tantum est iustum. Si aut sit Deus, qui dat plus de bono quā sit debitum, & minus de malo quā sit debitum, nunquam facit iniustum, sed semper est p̄ter iustitiam, eo quod de propriis dat, & neminē grauat. De bonis manifestum est, quia oīa sunt eius. Nam dñi est terra, & plenitudo eius: P sal. 23. Nos verō non sumus domini bonorum respectu eius, sed administratores, vel praecario possidentes: & ideo siue Deus det alicui plusquam mereatur de bonis, quæ nunquā fuerunt in vsum alicuius, siue de eis, quæ fuerunt, & actua liter sunt in vsum alterius, nemini pra iudicat de bonis non possessis. i. quæ possideri nō possunt vt est gratia, & virtus, & bonū desiderium, & sanitas, robur, viuacitas sensuum, pulchritudo corporis, & ingenij acumen, & sapientia, & quæcunq; huiusmodi sunt: siue gratificantiæ, siue naturalia bona qualitercunq; det vni, nō p̄iudicat alteri, quia ista, quæ vni dantur nunquā fuerunt alterius: imō neque esse possunt, quia non sunt bona nobis adiacentia, qualia sunt bona competibilia & circum pugnabilia, vt dicit Arist. 9. Ethic. quæ sunt bona fortunæ: sed sunt inhærentia, quæ aut formaliter vni inhærent, non possunt alteri inesse, quia talia in diuiduantur per substantiam quibus inhærent. Si verō sunt bona fortunæ, quæ ab aliis possideri possunt, aut actualiter possidentur aut non, si non possidentur, sed Deus de nouo alicui dat, cū nullus ea vnquā possederit, nemini pra iudicat. Aut si quis ea aliquando possedit, & tamen nunc in nullius bonis sunt, sicut res habitæ pro derelictis, quæ etiam sm humana iura occupantur efficiuntur: vel quod præ vetustate desit possideri, licet non fuerit habitum pro derelicto: sicut thesauri ab antiquo defossi humo, quia illorum iam nemo dominus est, nisi forte quidam largissima fisione iuris, aut hominis. Vnde de talibus dando alicui nemini pra iudicabit Deus. Si autem dat de illis, q̄ actualiter ab aliquo possidentur non pra iudicat illi: tum quia propter peccata potest trasferre dominia in alios, cū etiam de iure humano hoc fiat, sicut dicitur Eccle. 10. ca. Regnum transfertur à gente in gentem propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos: tum & principaliter, quia etiam si nō peccauerit, p̄ter Deus ei auferre, quod possidet, quia non est dominus, sed praecario possidens: & ita de quibuscunq; bonis Deus det alicui plusquam mereatur, non facit iniustum: quia non pra iudicat alicui, cūm Deus de propriis det. Dando etiam minus de malo quā possit iuste dare, non facit iniustum, quia nō pra iudicat alicui, cūm remittat penas pro malis commissis in eum, & non in alterum, & ita de suo dat. Nam quomocunq; quis peccet, semper peccat in Deum.

Bona, quæ Deus sine pra iudicio dat.

Quocunq; peccat in Deum.

Interdum autem peccat contra Deum, & proximum, vt furando, occidendo, adulterando. In primis, quia peccatum est totaliter contra Deum, pena est debita peccati solum propter offensam commissam in eum: & ideo quidquid Deus de ea poena remittat, etiam si totam auferat, tollit de suo: ideo nulli pra iudicat. Si autem sit peccatum contra Deum, & proximum, debetur ei pena pro peccato illo, in quantum est commissum in Deum, & partem illius, qui totam remittere potest, & de suo remittere: imō pro toto peccato potest penam debitam remittere, quia licet per peccata aliqua offendatur proximus: tamen tota rō quare pena sit debita, est, quia Deus offenditur. Nā p̄ter hoc, q̄ in illo peccato Deus offenditur in quantum legislator, quia p̄tra legem ab eo datā agit, & p̄ter hoc, q̄ honor eius alteri datur. q̄ qui peccat mortaliter, auertitur à Deo, & cōuertitur ad creaturam cōstituentem eam finē operationis suæ: qui honor soli Deo debebatur, q̄ ipse solus esset finis oīum operationum nostrarum. Adhuc quidquid mali infertur hōi infertur Deo: sicut n. seruus non est capax iniuriæ, sed dominus su⁹ recipit iniuriam, vel dānum per ea, quæ seruo fiunt: ita cū oēs sūt serui Dei, imō plusquam serui, quia sunt possessio eius, non inferretur eis iniuria, vel dānum quin illud sit Deo illatum: & sicut seruus nō potest remittere iniuriam in se commissam, quia in dñm commissā cōfertur, sed dñs illam remittit: ita & penas debitas pro peccatis in nos commissis nō possumus nos remittere, sed Deus. Vnde licet quis remittat peccatū p̄tra se factum totaliter, imō etiam si nunquam voluerit reputare ad iniuriam, vel dānum, nihilominus De⁹ exiget penam totam ab eo, q̄ peccauit, ac si ille, contra quem peccatū est, nihil remississet: & ideo est p̄trario. si nō remittente eo, in quem commissum est peccatum, p̄ter De⁹ remittere totam penam debitam pro peccato, & non p̄iudicat illi, q̄a pena non est debita propter illum, sed p̄ Deum. Imō neq; peccatum p̄prie accipiendo est commissum p̄tra hoīem illum, sed p̄tra Deū. Nam licet materialiter passus sit illud malum ille, qui recepit vulnera, vel cōtumelia, sicut damna: tñ rō peccati non est in isto actu p̄ illum, sed propter Deū, qui rationem debiti, & iusti cōstituit inter hoīes, vt sunt aliquid eius, & ad ipsum se habent: & ideo tota pena est debita p̄ Deum, & consequenter ipse potest totam remittere non p̄iudicando alicui. Et ita dando min⁹ de malo quā dari possit alicui sm iustitiam, non p̄iudicat Deus cuiquam. Considerandum vltterius circa hoc, q̄ circa bonum, & malum in dationibus, & accipiētionibus consistit iustum, & iniustum: sed q̄a tam circa bonum, quā circa malum contingit plus & minus, efficiuntur quatuor extrema, scilicet plus de malo, minus de bono: plus de bono, minus de malo. Circa prima duo semper est peccatum per quemcunq; fiunt: & est iniustum, siue per iudicem, siue per priuatos fiant, & est si per Deum, vt si alicui detur de pena, vel de dāno plus quā dari sibi mereatur: aut si de bono minus detur ei quā debitum sibi sit. Circa duo secunda Deus, & priuati, qui de propriis dant, nunquam committunt iniustum, sed p̄ter iustitiam. Nā licet Deus non sit alicui obligatus simpliciter, quia non est equalitas alicuius ad eum: ex promisso tamen suo efficit se quodammodo debitorem, & ex lege à se condita, ipse autem legem dedit, quæ à ratione sua exēplata est, sm quam competit pena peccato, & p̄miū merito, & determinato peccato determinata pena, & determinato merito determinatum p̄miū. Si ergo Deus daret alicui pro peccato maiorem penam quā exigere peccatum, ageret contra rōnem iustitiæ suæ, sm q̄ vniuersa distribu debent iuxta regulā sapientiæ suæ. Et si alicui pro bono opere minorem retributionē daret quā

Ois iniuria vel dñi, nō homini illatum cōtra Deū est.

quā exigat conditio operis, ageret cōtra regulas iustitiæ suæ, sm quas oīa hæc im mobiliter taxata sunt: & ideo Deus nunquam facit neque faciet aliquid istorū duorum. i. dare minus de bono, quā sit debitum, vel magis de malo: licet non repugnet potentie suæ absolute considerando ista posse, quia sub potentia simpliciter tam iusta quā iniusta cadunt, licet iniusta nunquam faciat: & ob hoc Deus non potest damnare Petrū & Catherinam, qui sunt iam beati, quia daret eis magis de malo quā sit eis debitum, & minus de bono q̄ debeatur: faceret n. contra iustitiam. Circa duo alia. i. dare magis de bono, & minus de malo non potest facere Deus iniustus: quia de suo dat q̄d dat, vel remittit: & nulli pra iudicat. Et ita Deus posset absolueri omnes damnatos, & beatificare eos, tamen non faceret cōtra iustitiam, quia non daret eis plus de malo neq; minus de bono quā debeatur, q̄ iniustum est: sed dat eis magis de bono quā debeatur, quod est contra iustitiā, sed non contra iustitiam, cū de suo eis Deus det remittendo penas, quæ propter ipsum sunt illis debita: & de suo det dando eis beatitudinem, quā non merentur. Ex hoc autem apparet, q̄ errant illi, qui ponūt p̄ æquali inconuenienti, q̄ Deus absolueret Iudam, & quod condempnaret Petrum. Nam damnare Petrum esset verē inconueniens, quia esset contra rōnem diuine iustitiæ dando ei magis de malo, & minus de bono quā debeatur: absolueri autem Iudam, & beatificare non est inconueniens, neque est cōtra iustitiam: eo q̄ non datur ei magis de malo, aut minus de bono, quā debeatur: sed dat magis de bono, & minus de malo q̄ debeatur: & tñ neutrum Deus faciet, & licet beatificare Iudam non sit contra iustitiam est cōtra rationem suā p̄scientiæ, & dispositionis: ideo æqualiter manet vtrunque immobile: & tamen quantum ad rōnem iustitiæ facilis est oēs damnatos absolueri & beatificare, & etiam demones, quā etiam alicui existent in putgatorio dare vnā horam pene plusquam debeatur, vel alicui sancto, qui habiturus erat decem gradus gloriæ dare solū nouem: quia primum non est iniustum, sed p̄ter iustitiam: secundū verō est iniustum. Ex hoc etiam apparet, quod in p̄destinatione, & p̄scientiā, vel reprobatione non sit alicui pra iudicium: etiam si alicui existent in peccato mortali datur gratia, per q̄ suscitatur à peccato, & alteri non: neutri fit iniustum, sed ei, qui liberatur à peccato fit gratia, & non fit ei iustum, sed p̄ter iustitiam. Quod autem alteri non detur gratia, neque liberetur à peccato, non fit iniustitia. Neutri n. horum est aliquid debitum: ideo q̄ alicui datur gratia, fit p̄ter iustum, quia datur ei, quod nō est sibi debitum: ei verō, qui gratiam non recipit, non fit iniustum, quia non erat sibi debita: sed Deus siue dando, siue non dando liberē se habet: postquam verō data est gratia, & meruit quis per illam, q̄ detur sibi vitæ æternæ, est iam debitum sm Deī iustitiæ: ideo si non daretur ei, vel si daretur ei minus de gloria quā debetur, esset iniustum. Quod verō ei cui debetur pena non detur, non est iniustum: sed est p̄ter iustitiā, & est liberalitas, quia dat Deus ei de bono suo plusquā debitum est, & remittit de malo, dando ei minus de illo quā debitum sit. Circa patrem familias ergo ita dicendum est, quod dando eis, qui primo mane venerunt denarium iuste egit, quia tantum quantum debiti erat eis dedit. Dando aut ceteris denarium, non erat iustum, quia non erat debitus denarius eis, neq; egit iniuste, quia nō erat debitum, q̄ non daretur eis denarius: sed egit p̄ter iustitiam, quia dedit magis de bono quā debitum esset, & dedit de propriis.

Ad primum dicendum, q̄ magis meruit primus nouissimus: & tamen neutri facta est iniustitia: licet ambobus daretur equaliter, quia ad primos seruata est.

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

est sola iustitia, ad ceteros aut liberalitas. Dare autem nouissimis plusquam eis deberetur non erat iniustum, cū primis datum fuerit quantum eis deberetur: teneret autem ratio si iustis in equalibus meritis daretur inæqualia: & ei, qui minus meruit daretur solum quantum meruit, quia tunc necesse erat eis, qui magis meruerant dari minus quā mererentur, & tamen nō factum est sic.

Ad secundum dicendum, q̄ murmurauerunt, & tñ iniuste, cū pater familias arguat eos dicens: ocul⁹ tuus neq̄ est, ego aut bonus sum. Iō nō facta est eis iniuria, sicut dixit pater familias, amice non facio tibi iniuriā.

Quare, qui primo mane venerunt, arbitrari sunt, quod essent plus accepturi, quā denarium.

Quæst. XXVI.

Quæretur, cur illi, qui venerunt primo mane, arbitrari sunt, q̄ essent plus accepturi, q̄ denarium: cū ex solo denario diurno conuenienter esset cum eis. Dicendum, q̄ non putabant hoc quasi crederent sibi debitum esse accipere plus denario: sed quia viderant, q̄ pater familias dederat denarium eis, qui venerant hora vndecima: ipsi aut valde plus illis laborauerant, ideo verisimiliter credebant, q̄ daret eis plusquam denarium. Sed obicietur, q̄ non deberent hoc putare, quia illi, qui venerant hora nona, sexta, tertia, meruerant plus quā qui vndecima venerant, & non acceperant nisi denarium sicut illi, qui hora vndecima venerant: ergo ita de seipsis putare deberent, q̄ licet meruissent plus quā qui vndecima hora venerant, quod non acceperunt plus quā illi. Aliqui dicunt, quod forte illi, qui venerunt hora nona, sexta, & tertia, acceperunt plus quā denarium, sicut meruerant plus quā qui venerant hora vndecima: & ideo ita putauerunt, q̄ fieret circa eos proportione liter. Sed dicendum, quod non stat: primum, quia saluum est: oēs enim operarij receperunt mercedē equalem. scilicet denarios singulos, vt colligitur ex ltrera, & afferunt omnes sancti doctores. Secundo, quia si ita fuisset, allegassent illud primi operarij, cū hoc esset eis causa murmurandi, & suspicandi: & tamen tacuerunt dicentes solum, q̄ nouissimis daretur tantum quantum eis. Tertio, & efficacius, quia maius argumentum erat operariorum primorum contra patrem familias, q̄ eis, qui venerant hora nona, & laborauerant minus q̄ ipsi, daretur plus quā eis, quā q̄ venientibus hora vndecima daretur tantum sicut eis, quia dari minus laborantibus tantum quantum plus laborantibus videbatur pertinere ad gratiam eis factam: dari tamen minus laborantibus plus quā magis laborantibus, videbatur pertinere ad iniuriam, vel contemptū primorum: & ideo de hoc iustius aut verisimiliter conque-rerentur: licet vtrunq; posset sine iniustitia fieri: ideo dicendum, quod non fuit datum alicui de operarijs vltra denarium. Alij ergo dicunt, q̄ licet nō datum fuerit alicui vltra denarium: primi videntes datum denarium nouissimis, & nescientes quantum fuisset datum medijs, scilicet qui circa nonam, sextam, & tertiam venerant: putauerunt illis datum vltra denarium, quia meruerant plus quā nouissimi: & ideo putauerunt consequenter sibi aliquid vltra dandum proportione liter.

Dicendum, quod non stat, quia si hoc putassent, allegarent istud: & tamen non allegauerunt. Secundo, quia fortius de hoc conquererentur, quod facti essent minores mediocrib⁹, cū essent primi, & maiores: quā quod facti essent equales minoribus, vt dictum est: ideo dicendum, q̄ non putauerunt istud.

Z 4 Est

Est ergo dicendum, quod affectio decipiebat istos: vide- rant enim quod oibus equaliter datus esset denarius, & cum secum esset conuentum ex denario cogitare poterant, quod non daretur nisi denarius: quia tamen videbant, quod paterfamilias dederat omnibus ultra meritum: ita putauerunt, quod daretur eis ultra meritum, & ultra conuentum, & ita ultra denarium daret.

Quare isti primi operarij murmurauerunt accipiendo denarios singulos, & an iuste murmurabant. Quæstio XXVII.

QVAERETVR, quare isti primi operarij murmurauerunt accipiendo denarios singulos. Et an iuste murmurabant.

Ad primum dicendum, quod viderunt se defraudatos spe sua: putauerant enim, quod daretur eis ultra denarium, sicut dicitur in litera. Arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: qui autem fraudatur spe sua, indignatur, & contumelias dicit. Secundò, quia putabant se aliquo modo cõtemni. quod ipsi, qui per totum diem laborauerant, non acciperent plus quàm illi, qui vna hora tantum laborauerant, qui autem putant se cõtemni irascuntur, ut dicitur 7. Eth. cap. 8. imò causa totalis est ista ad quam reducuntur omnes alia: causa: particulares iræ, ut patet ex 2. Retho. cap. de ira.

Ad secundum dicendum, quod iniuste conquerebantur, quia non fiebat eis aliquid iniustum, cum cõuentum esset cum eis ex denario diurno. Quod autem daretur aliis denarius erat gratia eis facta, qua volebat paterfamilias uti ad quosdam, & non ad alios. Nam iniuste agere ad omnes tenemur, liberaliter tamen non tenemur, sed ex electione pendet.

Quomodo applicatur ad propositum Christi hoc, quod de murmuracione dicitur. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR, quomodo applicatur ad propositum Christi: nam quod omnibus tam primis, quàm extremis datur denarius, pertinet ad propositum Christi, quod omnibus colentibus Christum quocunque tempore dabitur visio dei duratura equaliter omnibus, scilicet in æternum, & quantum ad hoc sunt æquales, quod tamen murmurent primi de aequali retributione posteriorum non videtur.

Dicendū, quod verum est, quod in vita æterna nullus murmurat de alterius felicitate, ubi est summa charitas, & nulla inuidia, sic dicit Greg. Sed potest quæri quomodo murmurare dicti sunt, qui ad regnum vocantur celorum, quia nullus qui accipit murmurare potest. Sed potest dici vno modo, quod in re gesta parabola sic accidit, quod operarij murmurauerint: sed non oportet quod applicetur hoc ad sensum parabola: Christus enim, ut rem integrā referret, totam rem gestam, ut accidit retulit, quia aliàs fieret narratio non verisimilis. Ad propositum tamen suum non applicantur singula: particulae, sicut & in aliis parabolis accidit. Sic dicit Chryso. Nō autem oportet ea, quæ sunt in parabolis secundum totum quod dicitur inuestigare, sed intentionem, propter quā dicitur intelligere, & nihil ultra scrutari. Secundò potest dici (ut quidam volunt) dictum esse ad significandū superbiam Iudæorum, qui fuerunt priores gentilibus in vocatione, murmuratio autem ex superbia provenit. Sic dicit Hilarius: Secundum insolentiam populi Iam sub Moyse contumacis hoc murmur operantū est. Tertio potest intelligi, quod non fuerit murmuratio inter sanctos alicuius temporis ad sanctos alterius temporis in retributione assumenda, sed quod tanta excellentia est sanctorum noui testamenti super statum a-

ti quorum sanctorum, quilli poterant inuenire aliquid, de quo murmurarent, sicut in eo murmur cadere possent: & iste est conueniens sensus. Sic dicit Chry. Nō enim inducit hoc, ut ostendat aliquos inuidia mortuos, sed ut ostendat hos tanto esse potius honore, quod etiam inuidiam aliis poterat generare. Et ista inuidia poterat esse circa multa, sed specialiter circa duo. Primum circa abundantiam gratiæ, quæ non fuit in veteri testamento, quia lex erat, & non gratia: quia lex per Moysen data est, gratia autem, & veritas per Iesum Christum facta est: Ioan. 1. cap. fuit autem in nouo, & de ista gratia possent inuidere. Sic dicit Hieronymus: Omnis retro vocatio Gentilibus inuidet, & in euangelij torque tur gratia. Secundum erat, quia sanctis ante nouum testamentum quantumcumque iustis non dabatur introitus ad vitam æternam statim post mortem, sed tenebantur in limbo sanctorum. Sanctis verò post Christi mortem morientibus statim est aditus ad vitam æternam. Sic dicit Greg. quod murmur erat, quia sancti patres vsque ad Aduentum Domini quantumlibet iusti vixerant ducti ad regnum non sunt: eorum hoc ipsum murmurasse est: nos autem, qui ad vndecimam venimur, quia post mediatoris aduentum in hoc mundo venientes ducimur, mox ut de corpore eximus, post laborē non murmuramus. Alius etiam modus murmuracionis erat, de quo dicitur infra.

Quare primi conquesti, & murmurantes solum locuti sunt de nouissimis, & non de alijs. Quæst. XXXI.

QVAERETVR, quare primi conquesti, & murmurantes solum locuti sunt de nouissimis, qui hora vndecima venerant dicentes. Hi nouissimi &c. Dicunt quidam, quod his solis fuerat solutum pretium ante primos: & ideo cū viderent istos solos æquari eis, de his solis inuiderunt, & murmurauerunt. Hoc videtur colligi ex litera, scilicet venissent, qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios: venientes autem & primi, acceperunt & ipsi singulos denarios. Secundò, quia dixerunt: Hi nouissimi sola vna hora fecerunt. Et ita illos ostenderit quasi presentes essent, velut eis immediate ante hoc pretium solutum fuisset, & non aliis in medio. Sed dicendum, quod non stat, quia antequam solueretur pretium primis, solutum fuit omnibus aliis conuerso ordine. Primi nouissimi, deinde eis, qui circa horam nonā venerant, & postea eis, qui circa tertiam, & sextam: deinde primis. Sic dicit paterfamilias procuratori: Voca operarios, & redde eis mercedem suam incipiens à nouissimis vsque ad primos: ergo in primis finita fuit totalis solutio: & ipsi viderunt solutionem omnium aliorum.

Ad primum dicendum, quod non posuit litera nisi nouissimos, & primos, quia non erat conueniens alios ex primis, cum non fuerit circa eos alia solutio quā sicut primis, & nouissimis: & precipue, quia ex precedenti mandato patrisfamilias apparebat, quod alius omnibus danda erat merces ante primos.

Ad secundum dicendum, quod nouissimi erant presentes quia primi ista dicebant murmurando, & tamen non fuerat eis solutum solis ante hoc, sed iam omnibus, & oēs alij presentes erant, vnde & ad illos potuissent loqui si vellent. Dicendum, quod de oibus poterant loqui murmurantes, quia ipsi laborauerant plus illis oibus, & fiebat æquales eis. & tamen locuti sunt de illis solis, in quibus argumentū suum erat efficacius. nulli autem minus meriti erant quā qui circa vndecimam venerant, qui vna hora tantum operati fuerant, & fiebant eis æquales: ideo de istis solis dicere conueniens fuit.

Quare

Quare dixerunt isti murmurantes, qui portauimus pondus diei, & estus, & quomodo istud ad sensum parabola applicatur. Quæst. XXXI.

QVAERETVR, quare dixerunt isti murmurantes, qui portauimus pondus diei & æstus, & quomodo istud ad sensum parabola applicatur.

Ad primum dicendum, quod primi laborauerant tota die laborare pondus quoddam est, quia grauat hominem sicut graue pondus: ideo qui toto die laborat, pondus diei portare dicitur. Pondus æstus dicitur portare, quia laborare per æstum difficilius est quàm in aliis partibus diei: ideo ad ostendendum specialiter magnitudinem laboris dicitur, qui portauimus pondus æstus: qui verò circa vndecimam horam venerant, quando repescit feruor diei qui fuit in meridie, non tantum laborem sumpserant: & specialiter hoc dicitur, quia regio Chanaam in qua Christus erat, & de qua istam parabolam retulit, calida nimis est, in qua per æstum laborare difficultas magna est.

Ad secundum dicendum, quod non oportet applicare istud ad sensum parabola: nam murmuracionem, ut dictum est supra, non oportet applicari ad sensum parabola: & tamen ista est causa reddita à murmurantibus pro se ipsis: ergo non poterit applicari ad propositum. Aliter potest dici, quod applicari poterat, licet non sit necesse applicari: sicut & murmuratio poterat applicari, ut dictum est supra. Sed tunc obiicitur, quod non conueniat, quia in colentibus vineam habebat colorem murmuratio: eo quod quidam tota die operati fuerant: alij verò vna hora tantum, tamen applicatio ad diuersas ætates omnes equaliter laborant. Nam siue in prima, siue in extrema quis venerit tota, vita sua Deum colore potest. Et ita non minus laborat quàm ille, qui in prima ætate natus est. Dicit potest vno modo quod pondus diei tolerauerunt illi, qui in primis ætatibus sæculi Deum coluerunt. Nam videbant sæculi finem longe futurum, & retributionis tempus: quod valde affligebat eos, & laborem intolerabiliorem faciebat: quia autem circa finem sæculi nascuntur, licet tota vita laborent, quia finem sæculi propinquum nouerunt, de propinquitate tributionis gaudentes tolerabiliorem sibi laborem efficiunt. Secundò potest intelligi quantum ad diuersam obseruationū in istis ætatibus. Nam in veteri testamento erant multe obseruationes, quas durum erat custodire. In nouo autem testamento pauciora sunt mandata: vnde onus vel iugum importabile illud erat. Sic dicit Actu. 1. cap. Hoc est iugum, quod neque patres nostri nec nos ferre potuimus. Nouum autem testamentum leue dicitur, sup. 1. c. iugum enim meū suauis est, & onus meum leue. Tertio potest intelligi, quod erat pondus laboris in veteri testamento, quia non dabatur ibi hominibus gratia alienians per opera sacramentalia, sicut nunc datur abundantia gratiæ: & ita illi portabant pondus laboris, isti autem non. De istis dicit Chrysol. Si autem verum est, quod diximus, quod primi, & posteriores tempus suum vixerunt, & non amplius neque minus, & vnicuique mors sua est consummatio ipsius, quid est, quod dicunt, portauimus pondus diei & æstus: quia, scilicet magna est nobis virtus ad faciendam iustitiam cognoscere prope esse finem mundi, ut & Christus nos armans dicebat, appropinquauit regnum celorum. Illis autem infirmatio erat scire mundi spacia esse longinqua. Quāuis ergo non per omne sæculum vixerint: tamen totius sæculi grauamina pertulisse videntur. Aut pondus totius diei dicit onerosa legis mandata: æstum autem vntem erroris tentationem, quam constabant spiritus maligni in eos, ad amulationem eos gentium pro-

uocantes: à quibus omnibus gentiles liberi extiterunt Christo credentes, & per compendium gratiæ ad plenum saluati. Sed aliqui dicunt quod possit hoc conuenientius intelligi referendo diuersas conductiones ad ætates eiusdem hominis, scilicet quod aliqui incipiant colere Deum in iuuentute, alij in pueritia, alij in senectute, & cum detur omnibus vita æterna, manet color querelæ eis, qui pueritia incipientes durauerunt vsque ad mortem: quia isti tolerauerunt pondus diei & æstus: quod non fecerunt qui in senectute ceperunt adherere Deo, qui vna hora tantum fecisse videntur. Dicendum, quod non stat, quia non datur in vita æterna gloria æqualis: sed omnibus secundum proportionem, & commensurationem meritorum. Vnde si magis meruit, qui incepit in pueritia, quàm qui in senectute, habebit abundantiorē gloriam, & è contrario: potest tamen qui in senectute cepit tantum mereri, quantum qui in iuuentute, aut pueritia, & ita non potest esse colorem querelæ. Sed melius intelligitur, ut supra expositum est.

Quis erat iste vnus, quem allocutus est paterfamilias de murmuratoribus, & quomodo applicatur hoc ad sensum parabola. Quæst. XXXI.

QVAERETVR, quis erat iste vnus, cui locutus est paterfamilias de murmuratoribus, aut quare vni locutus est, cum multi murmurarent, & quomodo applicetur hoc ad sensum parabola.

Ad primum potest dici vno modo, quod licet omnes primi murmurarent, tamen inter eos fuit vnus, qui magis clamabat: & contra illum solum locutus est paterfamilias: quia exclusa querela illius excluderetur à fortiori aliorum querela. Secundò potest dici, quod locutus est ad vnum quia, licet omnes murmurarent, vnum tamen iuxta se inuenit, cui quasi viciniori potuit loqui conuenientius. Et hoc colligitur, quia etiam non dixit de omnibus nouissimis, quod volebat illis dare sicut primis, sed de vno dixit, scilicet volo huic nouissimo dare sicut & tibi. Et ita ille nouissimus erat ille, quem acciderat tunc iuxta eum inueniri, cum dixerit, volo huic nouissimo. Ergo sicut de solo inuenit to nouissimo locutus est, ita & ad solum murmuratorem apud se inuentum fuit locutus. Tertio potest dici, quod paterfamilias fuit locutus generaliter ad omnes murmuratores: quia tamen erat ratio eadem de omnibus, omnes vocauit Christus per vnum, ad quem loqueretur paterfamilias. Ad secundum potest dici, quod non oportet hoc applicari ad sensum parabola: quia istud est pars murmuracionis, id est reponso ad illam, cum murmuracionem non sit necesse applicari ad sensum parabola, ut dictum est sup. Applicando tamen si volumus ad sensum parabola dicendum, quod debent intelligi omnes sancti, qui fuerunt ante nouum testamentum, & qui conquerebantur se tolerasse pondus diei, & æstus, ut dictum est sup. q. 29. Alij dicunt, quod iste vnus intelligitur totus populus Iudaicus, qui contra cõuersos de gentilitate murmurabant, & eis respondetur, quod non fiat eis iniuria. Sic dicit Remigius. Per hunc vnum potest intelligi oēs, qui ex Iudeis crediderunt, quos amicos propter fidem nominat. Alij dicunt, quod iste vnus erat Adam, & satis hoc erat verisimile. Si enim murmuratio aliqua, vel querela sanctorum antiquorum fuisset, esse potuisset contra Deum pro gratia, & supererogationis noui testamti: sic enim nemo erat, cui magis vice omnium cõpeteret aliquid petere, aut dicere quod Adam, qui caput erat, & pro omnium veterum sanctorum. Et sic dicit Origenes: Fortitam autem Adæ dicit, Amice, non facio tibi iniuriam.

Quare

Quare paterfamilias dixit: Amice, non facio tibi iniuriam, vocans eum amicum, cum esset murmurator. Quest. XXXII.

QVAERETVR, quare paterfamilias dixit, amice non facio tibi iniuriam, vocans eum amicum, cum esset murmurator, & potius tanquam amulus & maledicus deberet redargui. Dicendum, quod ratio est, rã ex parte parabole, quã ex parte sensus eius. Quantum ad parabolã potest primò dici, quòd hoc fecit paterfamilias ad ostendendum benignitatẽ suã, & excellentiam virtutis. Sicut. n. erga immeritos operarios ostendit liberalitatem vltra meritum tribuendo: ita & circa murmuratores ostendit clementiam, benignitatem, & leuitatem eis blandẽ respondendo, cum posset eos iustẽ increpare: & ita Christus fecit, quando Iudas venit ad tradendum eum Iudais per osculum cũ posset eũ vocare hostem & proditorẽ, vocauit eum amicum, dicens: Amice, ad quid venisti infra 26. cap. Secundò potest dici, quòd ponitur amicus per antiphrasim: sicut interdũ subditos nostros, quando redarguimus vocamus dominos: & quando eis grates loquimur minus quã dominos appellamus: ita hic increpãdo amicum vocat quasi inimicum, vel iniustum vocet. Tertio potest dici, & melius, q̄ paterfamilias tenuit processum in verbis suis ordinatum contra illum murmuratorem. Primò ei loquitur blande, secundo iustẽ, tertio durẽ & increpatoriẽ: & conuenit iste processus ad hoc quòd ostendatur, quòd non mouebatur ex ira, sed ex ratione. Nam primò vocauit eum amicum, quod blandum est, & ad affectionem pertinet. Secundo defendit se rationabiliter contra eum, dicens: Non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tertio durẽ loquitur vocando eum malum & iniustum, scilicet, oculus tuus nequam est, ego autem bonus sum. Quantum ad sensum parabole conueniebat vocare istum amicum: quia ista murmuratio transfertur ad sanctos: siue illã fecerint siue facere potuerint: iuxta illud quod declarãt est supra quest. 29. sancti autem amici Dei sunt. 16. Vos autem dixi amicos: quia omnia, quã audiui à patre meo nota feci vobis: ideo vocat eum amicum. Aliter potest dici, quòd est ista murmuratio populi Iudeorum quantum ad conuersos ad Christum, qui conquerebantur pro gratia, quã fiebat cõuersis de gentilitate, vt dicitur sequenti quest. licet tales possent increpari, qui nondum sancti erant: tamen quia ad fidem Christi conuersi erant amici vocantur. Sic dicit Remigius: Per hũc possunt intelligi omnes qui de Iudeis crediderunt, quos amicos propter fidem nominat. Sed magis standum est in rationibus primis quã sunt ex parte parabole: quia paterfamilias qui ista dixit non putabat aliquo tempore traheretur ista ad significandum aliquid per Christum: ideo non ordinaret verba sua ad finem significandi aliquid: sed sic protulit propter rationes supra positas.

Quomodo est verum, quòd paterfamilias non faciebat iniuriam huic. Quest. XXXIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd paterfamilias non faciebat iniuriam huic. Dicendum, quòd siue accipiatur quantum ad parabolam: siue quantum ad sensum parabole: est verum quod nõ fiebat iniuria aliqua. De primo patet. Nam paterfamilias poterat cum omnibus operariis habere se iustẽ solum dandum vniciuque quantum ei debitum erat. Et ita primis dedit denarium: ceteris verò dedit minus quã denarium: singulis secundum proportionem partium diei, quibus operati fuerant ad partes denarij. voluit autem nouissimis, & intermediis dare denarium faciendo eis beneficium: sicut potuisset.

etiam eis dare, si nihil in vinea fuissent operati, primis autem voluit quãtum iustum erat dare, & nihil vltra: ideo primis fecit beneficium, secundis, id est eis, qui venerant primo mane non fecit iniuriam. Et ita ostẽdit dicens: nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est: quasi dicat nihil plus cõuenisti mecum: ideo non teneor tibi aliquid vltra. Quantum ad sensum parabole etiam est verum, quòd Deus nõ faciebat eis iniuriam, id est sanctis primis, qui murmurasse dicuntur, quòd non acceperunt plus quã denarium. Nam illi acceperunt quantum cum eis conuentum erat, scilicet vitam æternam. Et de illa tantum gradum, quantum meruerant. Imò manifestius apparet hic, quã in paterfam. nam paterfam. primis operariis dedit solum quod debitum erat, aliis vltra debitum: Deus autem in vita æterna omnibus dat solum quantum meruerunt, & si aliquid dat vltra meritum sanctis noui testamenti in vita æterna, etiam dat sanctis veteris testamenti: cum nõ sint condignę passionis huius temporis ad futuram gloriam, quã reuelabitur in nobis. Accipiẽdo autem meriti congruo, nemo accipit plus in vita æterna, quã meruerit: Et quantum ad hoc non est aliquis fauor potius istis quã illis: ideo est magna dissimilitudo: Et quantum ad hoc non potest esse color aliquis querelę sanctis antiquis. sicut fuit primis operariis contra patremfam. Accipiẽdo autem querelam eorum, quod tolerauerunt pondus diei, id est labores eorum fiebant eis intolerabiliore, quia, longe erat finis mundi, vt dictum est supra, non fiebat eis iniuria: quia hoc erat q̄ cito nati essent, & tamen q̄ Deus nos tali tempore aut tali nasci fecerit, non est iniuria: quia nõ erat alicui debitum, quòd tali tempore aut tali produceretur, ita quòd faciendo eum nasci alio tempore iniuria ei fieret. Et si dicatur, quòd difficiliore erant eis operationes quã nobis. Non perdidit enim meritum suam, quia quãto essent difficiliore, essent magis meritorie ceteris paribus, i. supposito, quod ab equali charitate fierent: & ita acciperent maiorem retributionem. Si autem sit querela, quòd sustinuerunt pondus diei, id est grauiora mandata quã sancti, qui erant in nouo testamento, non fit eis iniuria: quia licet vetus testamentum quantum ad aliquid habebat grauiora mandata: tamen quantum ad aliquid nouum testamentum est difficilius obseruatione. Sed adhuc dato, quòd simpliciter vetus testamentum esset difficilius obseruationis, non fieret eis iniuria, quia quanto maiora sustinerent, tanto abundantiore acciperent retributionem. Si verò pondus diei & æstus sit p. longa tempora sustinere labores: sicut dicit Gregor. pondus diei, & æstus ferre, est per longioris vite tempora carnis siue calore fatigari. Et ita querela illorũ sit, quòd longiori tempore viuerent quã nos, & cum toto illo in cultu Dei manerent, videbatur iniuria, q̄ non plus quã eos reciperent qui breuiori tempore viuerent: non tamen erat iniustum, quia quantum plus laborarent tanto plus reciperent de retributione. Aliter potest dici, quòd isti, qui conquerebantur non essent sancti, sed Iudæi ad Christum conuersi in Ecclesia primitiua, qui murmurabant de æqualitate conuersorum de gentilitate ad eos. In duobus enim conquerebantur conuersi de Iudaismo. Primum erat quia gentes vocabantur ad fidem Christi, & fiebant participes gratiarum spiritualium. Secundum erat, quòd in prælationibus, & dignitatibus spiritualibus equales fierent. De primo patet: nam Christus erat de semine Patriarcharum, & Iudæis promissus, & non gentilibus. Nulli enim gentili promissus Deus, quòd mitteret Saluatorem mundi. Et ob hoc excedebant Iudæi, quòd Gentiles non erant vocandi, neque recipiendi

In q. 29.

piendi ad legem Christi, neque communicaret Deus eis gratiam redemptionis factę per Christum. Et ideo quando viderunt quòd Deus diffundeat gratiam suam in illos, faciendo quòd etiam illi loquerentur variis linguis, & caderet super eos Spiritus sanctus, admirati sunt. Act. 10. cap. Nam Petrus stans in ecclasi, quando audiuit vocem allatam ad se, quòd manducaret de animalibus, quã erant in linteo, & erant imunda, horruit, & dixit: Absit domine, quoniam commune & immundum nunquam manducaui. Et dictum est ei, quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris: etiam intelligebatur de incorporatione Gentilium ad finem: & apparet ex sequentibus eo. cap. nõ qñ iubente angelo iuit Petrus ad Cornelium, dixit ad eos, qui conuenerant: vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudeo coniungi aut accedere ad alienigenam: & tamen ostendit mihi dominus neminem cõmunem, aut immundum dicere hominem. Et propter istam æqualitatem, quia Deus vocabat ad se gentes sicut & Iudeos, & effundeat super illos Spiritum sanctum sicut super Apostolos qui Iudæi erant, murmurauerunt multi conuersi de Iudeis ad Christum contra Petrum. Cum enim Petro prædicante coram Cornelio & alijs, cecidisset Spiritus Sanctus super omnes, qui audiebant verbum Act. 10. cap. dixit Petrus: nunquid & aquam prohibere quis potest, vt non Baptizentur hi, qui Spiritũ Sanctum acceperunt, sicut & nos: cum verò redisset in Hierusalem disceptabāt grauitate accusantes eum, qui erant ex circuncisione dicentes: quare introisti ad viros preputium habentes & manducaisti cum illis? Petrus vero multis excusationibus indignuit, vt eos placatos redderet. Vehementer enim commoti erant, & enarrato toto processu conclusit: Cum autem cepissem loqui, cecidit Spiritus super eos, sicut & in nos in initio. Si ergo eandem gratiam dedit Deus illis, sicut & in nobis, qui credidimus in dñm Iesum Christum, ego quis eram qui posse prohibere Deum. Act. 11. cap. & sequitur: His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes: Ergo & gentibus Deus penitentiam ad vitam dedit. Alia murmuratio erat circa temporalem dignitatem, vel habitudinem. Nam etiam si Gentiles vocarentur ad legem Christi, putabant Iudæi, q̄ futuri essent minores, q̄ conuersi de Iudeis: sicut in veteri lege, qui conuertebantur de gentibus minores erant Iudeis in multis. Et aduẽq̄ vel proselyti vocabantur, & in populo nullum principatum exercebant, vt tactum est Deut. 23. cap. in lege autem Christi nulla fuit talis differentia, sed omnes erant equales: quia omnes iusserat Christus esse fratres, & vocari fratres, infra 23. ca. ideo murmurabant interdum conuersi de Iudeis, sicut inter Romanos erat cõtentio inter conuersos de Iudeis, & conuersos de Gentilibus: quibusdam se præponere aliis volentibus: quam contentionem Apostolus tollit per totam Epistolam ad Romanos, vtrosque ostendens imperfectos, & indignos grãtiã mediatoris: & tamen nihilominus conuersi de Iudaismo nitebatur se præponere conuersis de gentilitate quasi honorabiliores existentes. Ita q̄ interdũ conuersi de Gentilibus nõ potentes tolerare contendent contra conuersos de Iudeis. Sic patet Act. 6. scilicet. In illo tempore crescente numero discipulorum, factum est murmuracorum aduersus Iudæos, eo q̄ despicerent in ministro quotidiano viduę eorum, id est non prouidebatur ita abundanter in cibo illis sicut conuersis de Iudeis, quasi illi essent digniores. Et secundum hoc posset tota litera exponi ab illo loco, scilicet cum sero factum esset, id est cum venisset tempus Christi quod vocatur sero, scilicet dies nouissimi. Ita. 2. & Michæ 4. ca. & Ioannes dixit: Filioli hora nouissima hęc est.

Io. 2. cap. Apostolus quoque 2. ad Corin. 10. cap. dixit nos esse, in quos fines sæculorum deuenirent. Dixit dominus, id est tota Trinitas procuratori suo, id est Christo in quantum homo: qui in quantum homo est minor tota trinitate. Voca operarios, id est voca Iudęos, & Gentes ad colendum vineam noui testamenti. Et redde eis mercedem suam. Licet enim merces propriẽ sit in vita æterna: tamen gratia, quã hic datur, pot vocari quãdam merces in quantum gloria, quã est propriẽ merces est quãdam gratia cõsummata: sed gloriam meremur, gratiam autem non, saltem primam gratiam. Da ergo eis mercedem, id est gratiam vel statum manendi in ecclesia. Cum venissent aut, qui circa vndecimam horam venerant, scilicet gentiles, qui conuertebantur ad Christum, acceperunt singulos denarios. i. gratias spirituales, quã sunt quãdam artha futurę glorię: quã per denarium designatur. Venientes autem primi, id est Iudæi conuersi, qui fuerant primi, scilicet quia iam erant in veteri testamento Deum coluerant, arbitrati sunt, q̄ plus essent accepturi, scilicet q̄ de gratis spiritualibus, & de statu temporalia plus acciperent q̄ conuersi de gentilitate: acceperunt aut & ipsi singulos denarios, id est tantum de spiritali gratia, & honore temporali solum quantum conuersi de gentilibus, & accipientes murmurabant qui talem Ecclesiam suam instituerat. Sed dicendum quòd non fiebat iniuria aliqua eis. Nam etiam conuersi de Iudæis fecerat Christus gratiam: cum eos ad legem suam vocasset: quia multi manserant increduli. Quod etiam effuderit in eos Spiritum Sanctum abundẽ, non fuit ex operibus iustitię, quã fecissent Iudæi, sed ex misericordia Christi, vt Apostolus dicit. Quod ergo eandem misericordiam præstaret gentib? vocando eas ad penitentiam, sicut ipsos vocauerat. Act. 11. non faciebat eis iniuriam. De æqualitate etiã status temporalis nulla fiebat iniuria conuersis de circuncisione: quia illi non meruerant aliquid honorem super gentiles, vt eis præferri deberet, vt ostendit Apostolus per totam epistolam ad Roma. potissimẽ quia lex Christi quã docet omnem humilitatem, vitat istum modum voluntarię prælationis: potius monens subditos nos esse omni creaturę propter Deum 1. Pe. 2. cap. & Ro. 12. cap. honore vos inuicem præuenientes: nõ querebantur iustẽ isti de Christo, neque de Petro: & quantum ad murmurationem multum conuenit ista expositio: licet quantum ad ceteras partes literę magis cõuenit expositio quam sup. tradidimus.

Quare dixit paterfamilias: Volo, & huic nouissimo dare sicut & tibi. Et quis erat ille nouissimus. Quest. XXXIII.

QVAERETVR, quare dixit paterfamilias. Volo & huic nouissimo dare sicut & tibi. Et quis erat ille nouissimus.

Dicendum, quòd in hoc ostendit paterfamilias iustitiam suam, & iustitię causam. Ad hoc enim, quòd quis de suo det alteri, & non, iniuste non requiritur quòd præcedat aliqua causa meritoria, sed sola voluntas sufficit: ideo dixit volo id est non queras aliam causam à me, nisi quia volo, facere: quia sicut in opere iusto opus meritorium est causa eius quod datur: ita in opere liberali sola voluntas est sufficiens causa. Ita quãtum ad vocationem ad fidem, & in collatione ad gratiam sola voluntas est causa: quia sine penitentia sunt gratia, & vocationes ad Ro. 11. cap. & ita quòd Deus dirigat aliquem per viam vitæ æternæ, non est petenda causa, sed solum, quòd ipse vult. Non enim potest aliquis ire per viam illam, nisi ipse traxerit eum. Ioa. 6. ca. Non potest aliquis ad me venire, nisi pater meus



meus traxerit eum. Aug. autem super illo verbo dicit. Quare hunc trahat, & illum non trahat, dimitte querere, si non vis errare. Et Gregorius dicit: Quia ipsa regni perceptio eius est bonitas voluntatis, recte subiungitur: aut non licet mihi, quod volo facere? stultitia est. n. qd hois contra Dei bonitatem murmurare. Conquerendu quippe, esset non si dat quod non debet: sed si non daret, quod deberet. Cum autem qritur quis ille erat nouissimus. Dicendum quantum ad parabolam q per vnum nouissimum intelliguntur omnes; & non erat ille aliquis designatus. Vel potest dici, q forte erat aliquis, quem occurrit propinquire inueniri patrifamilias quado loquebatur contra murmuratorem: & ideo in illo posuit exemplum. Quantum ad sensum parabolae eodem modo dicendum, quod per illum vnum designantur omnes sancti noui testamenti, qui nouissimi sunt, vt dictum est preceden. quast. Aliqui autem volunt, q iste nouissimus sit Paulus, qui de seipso dixit: nouissime tanquam abortiuo visus est mihi. i. Corin. 15. cap. & iste non minus accepit quam ceteri Apostoli, qui primò fuerat: imò fortassis plusquam multi illorum, quia vt ipse ait: plus omnibus laborauit. Et hoc tenet Origenes dicens: Non incredibiliter potest quis arbitrii hunc nouissimum esse Apostolum Paulum, qui vna hora operatus est, & excessit omnes; qui ante eum fuerunt.

Quomodo fiat quod dicitur: Oculus tuus nequam est, ego autem bonus sum. Quast. XXXV.

QVAERETVR, quomodo fiat, quod dicitur: Oculus tuus nequam est, ego autem bonus sum: nam non videtur contineri parabola.

Dicendum quod quantum ad parabolam, planum est: nam primi, qui murmurabant eo quod patrifamilias dederat nouissimis denarium, inuidi erant. Non enim dolebant, quod eis daretur minus debito, sed quod alijs plus debito daretur. Nam dixerunt, pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei. Sed inuidus habet oculum nequam: quia cupit videre mala proximo suo: & non potest sustinere videre bona illorum: ideo recte dictum est, quod oculus eius esset nequam. Sic dicit Chrysostomus. Non autem dolebant quasi fraudari de mercede: sed quod illi amplius quam merebantur acceperant. Sic enim dolent inuidi, quando aliquid alteri additur quasi eis subtrahatur. Ex quo patet, quod ex vanâ Gloria nascitur inuidia: ideo enim dolet esse secundus, quia desiderat esse prior: de se autem dixit patrifamilias: Ego bonus sum, id est liberalis, & iustus. Nam circa eos, qui primo mane venerunt iustus existit: circa alios vero liberalis. Circa sensum parabolae non oportebat istud applicari: nam sancti in vita aeterna non sunt inuidi, sicut dicit Augustinus in homilia, quod inuidere fas non est eis, qui ita perfecti sunt, vt a sponso recipiantur. Sed intelligendo murmurationem istam de Iudeis conuersis ad Christum, vt expositum est supra, satis stat, quod oculi illorum nequam erant: quia contendebant, & emulabantur contra conuersos de Gentilitate: & ita oculi eorum erant nequam. Sic dicit Remigius. Per oculum enim vult intentionem intelligi: iudei nequam oculum nequam habuerunt: id est intentionem malâ: quia de salute gentium dolebant.

Quomodo dicitur: Sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Quast. XXXVI.

QVAERETVR, quomodo dicitur: Sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Aliqui dicunt, quod refertur ad solutionis tempus, non solum

enim nouissimi acceperunt denarium sicut primi, in quo erant aequales eis, sed etiâ prius eis quam primis solutum est pretium. Nam a nouissimis vsque ad primos iussit incipi solutionem patrifamilias, vt patet supra in litera. Sed dicendum, quod non stat, quia istud esset, si posset ista litera referri ad factum patrifamilias quantum ad operarios: sed non potest quia non est pars parabolae, sed est verbum Christi post finitam parabolam, in quo ostendit ad quid induxerit parabolam: cum ergo non dixerit patrifamilias, sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, sed Christus illud dixit: non potest referri ad ad solutionem operariorum factam a patrifamilias: sed neccessè est referri ad regnum celorum. Alij ergo dicunt, quod intelligitur de comparatione Iudeorum ad nos, qui putauerunt se futuros caput in nouo testamento, & nos pedes eorum. Factum est autem e contrario, vt nos caput, & ipsi exstant pedes. Sic dicit Remigius. Sic erunt primi nouissimi, & nouissimi primi, eo. i. quod Iudei de capite vertantur in caudam, & nos de cauda mutamur in caput: non est tamen intelligendum de Iudeis, qui manent extra fidem Christi, quia illi non solum facti sunt cauda, immo & scabellum pedum, & tamen illi ad regnum celorum non pertinent: sed isti, de quibus dicitur, quod sunt nouissimi, & primi, pertinent ad regnum celorum: quia soluitur eis merces, & datur retributio: ergo debet intelligi de Iudeis conuersis ad Christum: sed illi quomodo efficiantur cauda, vel posteriora non apparet: quia Christus nos aequales omnes constituit, qui fratres esse voluit. infra 23. cap. Dicendum ergo aliter est, vno modo, quod primi tempore sunt nouissimi in retributione: non quidem in tempore accipiendi retributionem: quia qui prius decedit prius retributionem accipit. Sed primi in tempore efficiuntur nouissimi. i. minores in retributione: quia minus accipiunt de gradu vite aeternae: eo quod sancti noui testamenti fuerunt excellentiores meritis quam sancti antiqui, & nouissimi, id est sancti noui testamenti, q posteriores tempore fuerunt. efficiuntur primi. i. maximi in retributione: Et iste sensus satis conuenit: licet in veritate non praestetur fauor alicui circa hoc: sed ei, qui plus meruit maiora datur: siue sit de sanctis antiquis siue de nouis. Aliter etiam potest dici, quod erunt primi nouissimi: primi: non quidem, q primi efficiantur nouissimi. i. minores eis, qui prius erant nouissimi, & qui nouissimi erant efficiantur primi. i. priores illi, qui ante fuerant primi. Sed efficiuntur primi nouissimi. i. similes nouissimis: vel sicut nouissimi. i. non maiores eis: & nouissimi efficiuntur primi, id est sicut primi, siue aequales primis, & non maiores eis, licet quia omnes aequalem retributionem accipere possunt, si equaliter laborauerunt: & non nocet his fuisse tempore posteriores ad merendum: neque alijs praedeest fuisse tempore priores: cum non tps ordo, sed meritorum proportio attendatur. Sic dicit Chrysostomus. Iohannes dicit: primos futuros nouissimos & nouissimos primos, non vt nouissimi digniores sint q primi: sed vt coequentur, & nulla sit inter eos differentia tps causa. Et iste est sensus conueniens: licet alij sensus conuenientes assignati fuerint supra in expositione literae. Incitatur ista parabola eos, qui tota vita seruientes vanitatibus seculi ad finem Deo adherere volunt, ne desperet te ex hoc fructum consequi posse, quia eis, qui a principio inuentatis colere ceperunt & permanserunt poterunt aequales fieri: eos quoque iuuat, q aliqui coluerunt, & postea cadentes abierunt retrostrum. Nam si aliqui redeant, non est eis desperandum. Sic dicit Chrysostomus. Quod dicit, erunt primi nouissimi, eos occultè insinuat, q a principio claruerunt, & postea virtutem contempserunt: & rursus eos, qui a malitia reducti sunt, & mul-

tos superexcesserunt. Composita est ergo haec parabola, vt eos audiores faceret, qui in vltima senectute conuertuntur, ne existimarent se minus aliquid habituros. Et licet ista parabola omnes inciter ad cultum Dei: siue eos, qui nunquam vsque ad senectutem coluerunt, sed vitis dediti erant: qm Deum nemo illis predicauerat, aut sufficienter eos ad bonum induxerat; & in senectute colere eum volunt: siue eos, qui aliquando colentes spote abierunt retrorsum post saeculum, & concupiscentias: & volunt tandem saltem in extrema senectute redire. Nam etiam his non est neganda spes retributionis: facilius tñ cum illis fit, qui nunquam Deum agnouerant neque coluerunt. Sic dicit Origenes. Non autem dicitur, quid statis tota die ociosi his, qui Spiritu incipientes, carne consumuntur: si postea regredi volunt vt iterum spiritu viuant: quod non dicimus dissuadentes, ne ad domum paternam reuertantur lasciuu filij, qui viuendo luxuriose euangelicæ doctrinae substantiam consumpserunt: sed qm non similes sunt eis, qui peccauerunt in iuuentute sua, cum nondum deditissent quæ fidei erant. Alij volunt intelligere, accipiendo per ista horas conductionis non quidem diuersas aetates seculi, sed diuersas aetates eiusdem hominis, in quibus fiunt vocationes ad gratiam: & tunc fiunt primi nouissimi, & nouissimi primi, qñ contingit, q illi, qui posterius vocati sunt, moriantur prius, & accipiant prius retributionem, licet non maiorem. Sic dicit Gregorius. Qui ergo vsque ad vltimam aetatem Deo viuere neglexerunt, vsque ad horam vendicam ociosi steterunt: & tñ tales patrifamilias vocati, & plerumque ante remunerantur: quia prius de corpore ad regnum exeunt, quam hi, qui in pueritia vocati esse videbantur. Iste sensus licet sit conueniens quia tamen est de eo, quod est accidentale, magis conueniunt praecedentes sensus.

Quare dicitur, multi sunt vocati pauci vero electi. Quast. XXXVII.

QVAERETVR, quare dicitur, multi sunt vocati pauci vero electi. Aliqui dicunt, q ista sententia coincidit cum superiori, aut dependet ex illa. Dixerat. n. q illi, qui venerunt primo mane acceperunt solum quantum illi qui venerunt in vndecima hora. Diceret autem aliquis, quò isti, qui plus laborauerunt, non acceperunt plus? Responderetur, quia pauci sunt electi: licet multi sunt vocati, i. illi non fuerunt de electis: ideo licet vocati fuerunt, non acceperunt plusquam qui in vndecima hora venerunt. Sed dicendum, q non stat, quia tunc pertineret hoc ad increpationem illorum, q primo mane venerant, quasi non bene laborassent: & tñ non increpantur de hoc, cum potius illi se laudauerint, q sustinuerant pondus diei & estus: & patrifamilias non obiecerit pra hoc. Secundò q non pertinet ad sensum parabolae. Nam oēs qui sunt in vita aeterna, electi sunt, licet quidam alijs beatiore: & tñ dicitur hic, q multi sunt, q non sunt electi: ergo non intelligitur de illis, q primo mane venerunt: cum oēs dicantur recepisse mercedem. Tertio, & principaliter, q dicitur: multi sunt vocati, pauci vero electi, & ita de illa multitudine aliqui sunt boni, & alij non: tñ oēs, qui primo mane venerat laborauerunt, & equalè mercedem acceperunt, & nemo de illis increpat: ergo non intelligitur de illis. Dicendum ergo, q ponit ad tollendum dubium: qa cum laudasset nouissimos, q reciperent equalè mercedem cum primis: & isti nouissimi intelligebant oēs, q conuertebantur tpe Christi, vel postea conuertenterentur ad doctrinam eius: putaret aliquis, q omnes, q conuertebantur saluarentur eo ipso, q conuertebantur: Christus autem dicit, q non: sed multi de conuersis peri-

rent. Nam aliqui conuersi non viuerent fm veritatem Euangelicam, & isti perirent: & tamen isti vocati sunt. Nam nemo potest conuertere ad fidem Christi nisi a Deo vocatus, q conuertere ad fidem est venire ad Christum: & tñ ipse dicit Io. 6. c. Nemo potest ad me venire, nisi pater meus traxerit eum: istud autem trahere est vocari, quia principium ois boni est vocatio. Ideo verum est, q multi erant vocati, q non erant electi, scilicet q vltimate non consequerentur beatitudinem. Secundò dicit hoc ad immitendum quadam sollicitudinem creditibus, vt non crederent, q eo ipso q ad Christum conuersi erant, saluadi erant, et si ab eo vocati essent, vt Apostoli vel discipuli eius: qa tñ fierent pigri ad operandum quasi certum de beatitudine sua, quod erat inconueniens. Nam tunc Iudam, q vocatus fuerat, cum esset Apostolus, credere deberemus saluandum: ille autem erat de vocatis, & non de electis. Tertio dicebatur, vt non videretur istud dictum suum discordare alijs praecedentibus dictis eius: nam dixerat ante hoc Io. 6. Ego duodecim elegi vos, & vnus ex vobis diabolus est: & tñ si oēs saluandi essent, non esset aliquis eorum diabolus: ergo non erant oēs saluandi, qui vocati erant. Nam Iudas vocatus erat, & a Deo tractus ad Christum, sic patet Io. 16. cap. pater sancte serua eos, quos dedisti mihi in nomine tuo, cum esset cum eis, seruabam illos, & nemo perit ex his nisi filius perditionis, id est Iudas, & ita ille datus erat Christo a Deo. & hoc erat eum esse vocatum. Si autem obicitur quod erat electus: quia dicitur Io. 6. ego duodecim elegi vos, electi autem non pereunt. Dicendum, q intelligitur de electione ad Apostolatam, quæ est electio ex tempore quando ascendit in montem, & elegit quos voluit, & fecit vt essent duodecim, Luc. 6. ca. Alia vero est electio ad vitam aeternam, quæ coincidit cum praedestinatione, & simul sunt. ad Ephe. 1. ca. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, quando praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositum voluntatis suæ: electio autem Iudae fuit ad Apostolatam, & non ad beatitudinem. Nam dicitur Io. 6. ego duodecim elegi vos, id est duodecim Apostolos: nam electio ad beatitudinem multorum est, Iudas autem non erat electus ad beatitudinem, id est praedestinatus, vt dicitur Io. 13. Beati eritis, si feceritis. Et sequitur: non de omnibus hoc dico: ego scio, quos elegerim. Et ita videtur, quod non erant futuri beati omnes illi duodecim, ad quos loquebatur: & statim ostenditur ibi, q propter Iudam fiebat ista exceptio. Quarto potest hoc dictum esse ad propositum de iuvene diuite, qui ad Christum venerat petens vitam aeternam praecedenti cap. Nam tota parabola ista introducta fuit ad confirmandum sententiam quandam, quæ posita fuerat in fine precedentis cap. scilicet multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Et statim post illam adiuncta fuit ista parabola, scilicet. Simile est regnum celorum hominum patrifamilias & c. & tñ illa sententia fuerant intrudenda propter iuuenem diuitem, vt ibi ostensum est: ideo & ista, quæ est conclusio istius parabolae, erit ad propositum de iuvene. i. multi sunt vocati, qui non sunt electi. Nam iuuenis ille vocatus fuerat a Deo: & ideo ardentè venerat ad Christum petens: quid faciendo vitam aeternam possideret: & tamen non erat electus: ideo retrocessit: & ita de multis alijs innuere volebat, quod ad fidem conuertenterentur: & tamen vel non permanerent in ea, vel non operarentur licet, crederent: & isti non haberent vitam aeternam.

Et ascendens Iesus Ierosolimam, assumpsit duodecim Discipulos secreto, & ait illis.

Quid sit ad fidem conuertere. Principium ois boni est vocatio.

lis: Ecce ascendimus Ierosolimam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

Et ascendens. Hic ponitur secundum huius capituli iuxta diuisionem supra factam. s. secunda virtus prelatorum, id est vigor ad tolerandum martirium si oportuerit pro grege sibi commisso. Et hoc docet per exemplum sui, qui uoluntarie iuit in Ierusalem ad sustinendum mortem pro salute mundi. Vnde Grego. super illud Io. 16. cap. scilicet ego sum pastor bonus, & pono animam meam pro ouibus meis: de se & aliis prelatiis dicit. in hoc sensa est nobis via, quam sequamur iuxta literam est continuatio secundum tempus, ut dicit sequenti quest. & dicitur. Et ascendens Iesus. Scilicet de loco, in quo erat iuxta Iordanem eundo uersus Ierusalem erat ascendere. Ierosolimam. Nunc ibat illuc, ut conuenerentur ibi de eo omnia que scripta erant, ut colliguntur statim in litera. Et dicitur Luc. 19. cap. Assumpsit duodecim discipulos secreto. Non intelligitur, quod eos assumpsit ad ambulandum in uia: quia per uiam multi alij ibant cum eo: & uocantur hic discipuli ipsi Apostoli. Nam discipuli plures erant quam duodecim: & ibant cum eo, si qui de discipulis taperant, & etiam copiosa turba, que circundabat eum, ita ut uix posset uideri. Quod patet: quia quando nunc ibat per uiam, & transiit per Iericho, ut dicitur infra in litera, uoluit Zachæus, qui pusillus erat, uidere eum: & non poterat pre turba: ideo ascendit in arborem ficomorum. Luc. 19. ca. Sed assumpsit illos, id est segregauit a turba ad loquendum eis secreta ea, que sequuntur, ut patet ex litera, assumpsit duodecim discipulos suos secreta, id est seorsum a turba, ut nemo alius audiret nisi illi, quis ipse uolebat scire rem. Et uicillis: Ea que sequuntur. Ecce ascendimus. Attentos eos reddidit, quasi dicat non putatis, quod nunc in uanum, uel ex causa leui vadami in Ierusalem, uel uadam solum ad predicandum, sicut solent discipuli per alia loca, sed uado illuc, ut fiant ista, que dico. Ierosolimam. Idem est quod Ierusalem, sed pertinet ad formam Latine declinationis: Etiam uenit ex alia compositione. nam locus ille uocatur interdum Solima iuxta illud:

Solima, Luza, Bethel, Ierosolima: Tebuque: Urbis sacra Ierusalem dicitur, atque Salem;

Ut declaratum est Gen. 12. & 28. capi. & dicitur de Ierusalem, quia non erant consumanda in alio loco ea, que pertinebant ad passionem Christi nisi in Ierusalem. sic ipse dixit Luc. decimo tertio capit. Non capit propheta perire extra Ierusalem, id est non est possibile Messiam, qui est propheta magnus, perire extra Ierusalem, id est pari & occidi. Et filius hominis tradetur. Id est ego tradar. Seipsum enim uocat filium hominis: quia de seipso communiter loquitur quasi de altero. Et dicitur: tradetur, quia a discipulo traditus est: ipse enim eum vendidit, & oportunitatem qua fuit, ut traderet eum: quia uenditor debet tradere emptori possessionem rei uendite. Sic dicitur infra 26. ca. & exinde querebat opportunitatem, ut eum traderet. Principibus sacerdotum. Vnus erat princeps sacerdotum, qui uocabatur summus sacerdos, uel Pontifex, ut colligitur Leu. 21. ca. & tamen interdum uocantur multi principes sacerdotum. De quo dicitur

Annas, & Caiphas fuerunt duo principes sacerdotum in Christi passione.

credendum quod est ordo continuatus. Secundo, & precipue quia Matthæus, Marcus, & Lucas, qui soli istud referunt, tenent istum ordinem: nam post precedentia statim istud subiiciunt. Et tamen Marcus & Lucas aliquid a Matthæo deuiant, quia statim post illam sententiam, que habetur in fine precedentis capituli de eo, qui dimiserit patrem, & matrem, & agros & cetera, subiiciunt istam narrationem de Christo esse Ierosolimam. Matthæus autem interposuit parabolam de cultoribus uineæ. Et ratio est quia in ueritate Christus postquam dixit, quod qui dimitteret patrem, & matrem, & agros &c. subdidit: multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. quod Matthæus & Mar. exprimunt: ad confirmationem autem illius sententie subdidit istam parabolam de operariis uineæ, quam Marcus & Lucas tacuerunt, & solus Matthæus expressit: ad exprimentum autem nullus fuit locus, in quo deberet poni nisi hic: ideo statim post illa addendum fuit de ascensu in Ierusalem, ut teneret Matthæus eundem ordinem, quem ceteri euangelistæ. Nam si illi istam parabolam alicubi inserere uoluissent: in nullo loco posuissent nisi hic: & ita istud continuatum est ad precedentia.

Ad secundum dicendum, quod istud fuit factum statim post precedentia. Nam nunc quoniam Christus istud fecit, ueniebat de Galilea, ut iret in Ierusalem. Sic enim dixerat de morte sua supra 17. cap. & ad illam consummandam ueniebat de Galilea in Ierusalem. Erant autem circa Iordanem nunc, ut patet supra prece. ca. & ibi dixit omnia, & egit omnia, que habentur prece. cap. Et infra in litera dicitur, quod uenit in regionem Iericho: & tamen Iericho non longe distat a Iordane: ideo inter ista, que habentur hic, & supra in litera, non uidentur aliqua fuisse interposita, precipue quia omnes tres euangelistæ istud referentes nihil interponunt. Sic continuat ista Chry. dicens Dominus a Galilea ueniens non repente Ierosolimam ascendit: sed primò miracula fecit: Phariseos confutauit: & discipulos de uitæ perfectione, & remuneratione instruxit. Nunc iam ascendens Ierusalem rursus eis de passione loquitur.

Quare ascendit nunc in Ierusalem Christus. Quest. XXXIX.

Quare ascendit nunc in Ierusalem Christus. Dicendum, quod Christus uoluit complere mysteria passionis sue, & tamen extra Ierusalem non poterat illa consummare: ideo illuc debuit ire. Sic ipse dixit Luc. 13. ca. Non capit propheta perire extra Ierusalem. non est possibile, quod occidatur Messias extra Ierusalem, qui est caput prophetarum: ideo oportebat, quod uel ipse iret illuc, uel ab alio traheretur, uel aliquando hæc consummarentur. Non decuit autem, quod traheretur ab alio. Primò quia secundum ueritatem ipse non poterat ab aliquo trahi, nisi sponte iret: quia erat Deus omnipotens. Secundò quia si traheretur, uideretur quod per passionem suam, nihil aut minus mereretur, quia inuitus tolerabat, & tamen debuit apparere magni meriti: cum ad redemptionem omnium suffecerit. Tertio ad implendum scripturam: quia dicitur Isa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit: ideo ipse ad locum pene sponte ire debuit. Quarto ad ostendendum nobis diuinas bonitatis sue, & ut nos sibi maioris amoris debito alligaret: cum sponte ueniret ad locum tantæ pœnalitatis sciens omnia, que uentura erant super eum. Ioan. decimo octauo. Et illa etiam ipse prædixit, ut appareret, quod illa sciebat. Nunc autem specialiter uenire uoluit. Nam ante hoc per terram Galilee discurrebat, scilicet

quia tempus diffinitum a tota Trinitate ad explendum mysterium redemptionis nunc implebatur, uoluit nunc ire in Ierusalem. Quinta cautè potest adhuc addi ad prædictas. Nam Christus in Ierusalem passurus erat, & non alibi: ergo uel oportebat, quod illuc traheretur, uel quod ipse sponte iret: non poterat autem trahi: quia nunquam Iudæi curarent trahere eum in Ierusalem, nisi ipse sponte ueniret, & eis occasionem daret mortis sue: ergo necesse fuit, quod ipse sponte iret.

Quare Christus secreto nunc discipulos assumpsit. Quest. XL.

Quare assumpsit nunc Christus discipulos secreto. Dicendum, quod sicut dictum est in expositione literæ assumpsit eos, non quidem ad secreta eundem cum illis, quia turba multa ibat cum eo, & iuit postea: ita ut præ turba non posset eum uidere Zachæus, nisi ascenderet in arborem ficomorum. Lu. 19. sed assumpsit eos secreto, scilicet ad dicendum eis secreta hæc, que in litera habentur. Causa autem quare in secreto dixit ista discipulis, fuit ut alij nescirent hæc. Primò quidem, quia res ista erat ardua: & talia non sunt publicanda, sed solis fidelissimis. Secundò quia impediret fortassis passio, Christi: nam si populi audiret, quod Christus passurus esset in Ierusalem, & illuc iret, dissuaderent ei clamando ut illuc non iret: & si iret conarētur ipsi, qui aliqualem zelum boni habebant, impedire Ierusalem, ne hæc fieret. Cui uerò non fuit prænunciatum, sed subitò, & quasi ex turbatione quadam mors eius tractata, & petita est, potuit obtinere: quod non potuisset modo humano, si ante hoc aliquanto tempore diuulgata fuisset res ista populis: hoc enim timebant Iudæi dicentes de morte Domini: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. infra 26. Tertio quia si hoc audiret populares, turbarentur ualde, & trepidarent circa fidem: imò quando ipse propinquus suæ passioni dixit, quod oportebat exaltari filium hominis. Io. 12. cap. quod de morte intelligebatur, turbæ dubitauerunt dicentes: nos audiuimus ex lege, quia Christus in æternum manet: & quomodo tu dicis quod oportet exaltari filium hominis: Si ergo tunc quando non clarè audiebant de morte Christi scandalizabantur: quanto magis scandalizarentur, si aperte eis de morte loqueretur? non enim crederet eum esse Messiam, qui moriturus esset: & ita fidem perderent, quam habere ceperant: ideo melius fuit, quod ignorarent illud. Nunc uero occultata eis res ista non scandalizabantur, & licet quædam Christi mortuus esset manserunt increduli etiam ipsi discipuli: tamen statim per apparitiones quas fecit resurgens, fidem perditam receperunt: quod non fieret, si uiuens diceret publicè de morte sua populo, quia prius quam moreretur, & crederent, recederent ab eo: & non esset eis postea cura reuertendi: sicut discipuli, quibus uisum est uerbum durum de manducatione corporis eius: nam abierunt retrorsum: & iam non ambulabant cum illo, nec apparet, quod redierint: ideo debuit nunc tacere ad non scandalizandum animos hominum in fide. Quarto fiebat propter feminas, que ambulabant cum Christo ministrantes eis in Galilea, Mar. 15. & Luc. 8. cap. nam propter tenebritudinem harum, si audissent de morte eius, aliquantulum ante clamarent, & fierent importunæ: in quo Christum ualde molestant, & impediunt passionem eius uariis modis. De his dicit Chryso. Omnis salus hominum in Christi morte posita est: nec est aliquid, propter quod magis Deo gratias agere debeamus quàm propter mortem ipsius: ideo duodecim Apostolis in secreto mortis sue annun-

Luc. 3. cap. fuerunt enim in passione Christi saltem duo principes sacerdotum, scilicet Annas, & Caiphas. Io. 18. sed solus Caiphas erat Pontifex anni illius Io. 11. capitu. Et scribis. Vocantur scribae doctores legis: erat enim officium eorum interpretari legem, & docere. Sic dicitur infra 23. cap. Super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisei: quæcunque dixerint uobis, facite: & quæcunque docuerint. Et ideo ubi alij euangelistæ dicunt interdum scribas: alij dicunt doctores legis, ut patet supra 9. cap. ubi dixit Matthæus Scribas esse, qui dixerunt Christum blasphemasse: quoniam dixit: Remittuntur tibi peccata tua. Et Luc. 5. uocantur doctores legis: ideo dabatur istis magna auctoritas potissimè circa iudicia, & fideri. Et ita in morte Christi ipsi fuerunt de precipuis, qui dixerunt eum dignum mortem. Et condemnabunt eum morte. Nō est sensus quod condemnauerint eum ad mortem, id est iusserint eum occidi: quia hoc solus Pilatus fecit infra 26. & Io. 19. cap. & Iudæis non licebat condemnare quemquam ad mortem: quia Romani hoc uetuerant. Sic ipsi dixerunt Io. 18. Nobis non licet interficere quemquam: sed intelligitur, quod condemnauerint eum morte, id est diffinierunt inter se eum esse reum mortis: & tantquam talem tulerunt ad Pilatum, ut eum occideret. Sic patet infra 26. & Mar. 14. dicitur, quod omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Ante istam. n. condemnationem inter eos habitam nequaquam dixerunt ad Pilatum, ut occideret. Sed facta ista condemnatione, surrexit tota multitudo illorum, & duxit eum ad Pilatum. Mar. 14. & Luc. 23. & ita Pilato quærente, quam accusationem afferrent aduersus eum, dixerunt: si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum. Io. 18. Et tradent eum gentibus: scilicet post condemnationem, quam Iudæi de Christo fecerunt inter se, tradiderunt eum gentibus, i. Pilato qui Gentilis erat, & prætes nomine Romanorum, & ministris suis. Nam Pilatus tradidit eum ministris, i. Centurioni, qui congregauit uniuersam cohortem ad executionem mortis Christi. Ad deludendum. Non importat causam finalem ista dictio, Ad, hic, sed solis consecutionem. Non enim tradebant Iudæi Christum Pilato, ut deluderetur, sed occideretur. Quod autem deluderetur non intendebant ipsi. Nam quicquid circa eum fieret, dū tamen occideretur, non curabant. Sed ita accidit, quod tradito Christo gentibus per Iudæos delusus est. Istud fuit, quod indueretur ueste purpurea, & poneretur arundo in manu eius, & spinea corona in capite, & percuteretur dicendo. Aue Rex Iudæorum. infra 26. & Marc. 15. cap. Et flagellandum. Etiam non fuit traditus ad flagellandum: sed ita accidit, quod flagellatus est. Et crucifigendum. Ad hoc enim tradiderunt eum, quia istud expresse petuerunt sæpe clamantes, ut crucifigeretur. Ioan. decimo nono capit. Et tertia die resurget. Scilicet omnia precedentia fient in eo: & cum fuerit crucifixus, morietur. Et tamen non manebit diu mortuus, sed tertia die resurget, sicut & factum est. infra 28. capit.

An ista sint continuata ad precedentia, & an statim post illa facta fuerint. Quest. XXXVIII.

Quare ascendit nunc in Ierusalem Christus. an ista sint continuata ad precedentia: & an statim post illa facta fuerint, uel interposito aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quod ordo continuus est. Quod patet, quia semper est credendum, quod narrationes tenent ordines rerum gestarum: nisi cum constiterit quod deuiant ab illo. Hic tamen non constat de anticipationem, neque de recapitulationem, ideo cre-

nunciavit mysteriū: quia semper preciosior thesaurus in melioribus vasis includitur: si autem alij audissent passionem Christi, viri forsitan turbarentur propter infirmitatem fidei, & mulieres propter mollitiē suā nature: ex qua in tali negotio ad lachrymas excitātur. Sciendum tñ quōd licet Christus non dixisset de morte sua aperte populo, tñ occultē, vel sub verbis velatis saepe dixerat: iuxta illud Io. 2. Soluite templum hoc, & in triduo reedificabo illud. Et vt ibi dicitur, loquebatur de templo corporis sui, idest de morte sua. Vnde & discipuli audientes non intelligebant tunc. Item dixit eis: Generatio hæc signum querit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionę propheta: sicut enim fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in corde ceti: ita erit filius hominis in corde terrę. supra 12. cap. Quod est de morte sua & sepultura dixit. Et illud Io. 12. cap. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Et illud Io. 3. sicut exaltauit Moyses serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis. Sed hæc omnia velata erant, ita vt de eis possit dubitari. Sic dicit Chryso. Dictum est quidem de passione & ad multos: tamen occultē: sicut ibi: Soluite templum hoc &c. & signum non dabitur ei nisi signum Ionę prophete: discipulis autem manifestē exposuit.

An Christus reuelauit hoc duodecim discipulis suis secreto simul cum Iuda. Quæstio. XLI.

**Q**VAERETVR, quomodo Christus reuelauit hoc duodecim discipulis suis secreto. Nam ex hoc apparet, quod etiam Iudę reuelauerit. Nam sine illo non erant duodecim, & tñ videtur mirum, q̄ illi voluerit hanc rem ostendere: tum quia ille tractator futurus erat passionis: tum quia indignus erat audire, quę non nisi dignis dicenda erant. Aliqui dicunt vno modo, q̄ solis dignis dicta sūt: & tñ Iudas dignus erat: quia fortē nondum erat malus, qñ Christus ista dixit: Sic dicit Origenes. In duodecim adhuc erat & Iudas, adhuc enim forsitan dignus erat cum aliis seorsum audire, quā passurus erat magister. Sed dicendum, quod quę dignitas ad hoc audiendum requireretur nos nescimus: & tñ hoc saltem certum erat, q̄ conueniens erat Iudam audire hoc. Nā si fuisset inconueniens nequaquam illa audisset: sed q̄ Iudas tunc malus esset, certum est. Nam non solum Iudas fuit malus, qñ vendidit Christum, sed et prius erat malus: quia erat auarus, & fur, & cum loculos Christi haberet, omnia, quę dabantur Christo ad sustentandum, infideliter tractabat asportans ea clam in vñibus suis. Io. 12. cap. Fur erat & loculos habens, ea, quę mittebantur, asportabat: imō ex hoc incidit sibi occasio vendendi Christum: quia videns vnguentum effusum, quod poterat trecentis argenteis vendi: & si venderetur committerentur ei argentei, quos ille in vsus suos ferret: effuso autē vnguento caruit optata pecunia, dolens vendidit salutē quasi recuperaturus pecuniam, qua se priuatum existimabat, vt colligitur Io. 12. & infra 29. cap. Et tñ a principio vocationis suę Iudas malus erat. Nam Christus dixit Io. 6. Nonne ego duodecim elegi vos, & vnus ex vobis diabolus est? quod de Iuda dixit, vt patet ibidē q̄ plus q̄ vno anno ante Christi mortem dictū est: nam ea quę hñtur Io. 6. facta fuerunt paulo ante pascha: ga dicitur ibi, q̄ erat proximum pascha dies festus Iudeorū. & Christus passus est in pascha. sed plus i pascha sequētis anni: ideo inter illa verba dicta à Christo. & vnus ex vobis diabolus est, & mortē Christi non potuit minus de tempore esse q̄ vnus annus. Et ita plusquam vno anno ante Christi mortem iam Iudas diabolus erat. Quod non est solum eē malum, sed abundanter malū. Hęc autem pauco tempore ante Christi mortem ac-

**F**ecerunt, quia nunc ascendebat Ierosolimam, vt pateret. Etiam patet, quia illa verba dicta sunt à Christo de Iuda, qñ fecit saturationem turbarum. Io. 6. & tamē saturatio illa fuit eadem cum illa, quę habetur supra 14. cap. & ibi declaratum est. Et illa saturatio multo tpe ante hoc facta est, vt apparet ex ordine literę: ergo iam Iudas erat malus qñ Christus ista dixit. vnde non est verum q̄ tanquam bonus existens dignus esset audire hęc in secreto cum aliis. Est ergo dicendum, q̄ Iudas nunc malus erat, & nullo bono dignus: & tamē ad audiendum istud non requirebatur dignitas meritum, vel gradus charitatis aliquis: sed q̄ conueniens esset audire ei cui diceretur: conueniens autē erat Iudę istud audire: imō fortassis nulli tam conueniens erat. Nam licet Iudas malus esset, & periturus: tñ Deus nō desinebat circa eum agere, quā ad salutem illius pertinebant: sicut circa eos, quos Deus nouit perituros nō desinit exercere suę gratię suffragia dando eis angelos custodes: & licet Christus vtens potestate magna posset Iudam reuocare à malo suo, vt neque ipsum venderet, neque periret: tñ exercendo solitum modū motionis, & pulsationis cordis quem ad alios habet, non poterat Iudas curari, quia nolebat. Christus ergo inquantū homo, & magister, & prædicator quidquid honestē poterat agebat: omnem operam sollicitam dādo, ne ille periret, & cum expresse monuisset non facere, & prædiceret, ne eum venderet: & q̄ eum vendere cogitabat nisi quia ista non conueniebant, vt tã getur infra 26. vel Io. 13. iō cum illud non conueniret, saltem bonum erat, vt in vniuersali diceret ei Christus de morte sua: quia hoc audiens fortassis cogitaret: & tunc quando incidere ei tentatio de vendēdo ipsum, rediret ad seipsum, & non faceret: quod non ita faciliter occurreret sibi, si de morte Christi nunquam eum loqui audisset. Quod patet, quia non solum generali, sed etiam magis in spirituali Christus de morte sua locutus est coram discipulis: & tñ hoc fiebat ppter Iudā: vt qñ dixit: vnus ex vobis me traditurus est infra 26. & ita per hoc tangebatur Iudā in corde: licet expressē ei nō diceret eum nominando. s. vt à malo, quod conceperat abstinere: iam enim eum vendiderat quando Christus ista dixit, & surgere volebat, vt iret ad vocandum Iudę, vt traderet Christum eis ipsa nocte, quē iam per diem vendiderat, vt colligitur infra 26. & Io. 13. Etiam dixit aliud ad dissuadendum per viam timoris & prænnunciationis penarum. Nam postquam dixerat, vnus ex vobis me traditurus est, adiunxit: filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: vñ autem homini illi, per quem tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset. Dixit etiam aliud, quod magis tangebatur cor Iudę, scilicet qui intingit mecum manū in paropside, hic me traderet. Ex quo Iudas poterat non solum cogitare de malo, quod faciebat, & redire ad cor: sed & credere poterat se deprehensum esse à Christo: & quod ille poterat euitare traditionem, quam ipse Iudas facere intendebat, & inferre ei malum pro hoc, quod intendebat: & ita cessaret. Fuit etiam aliud maius: quia postquam omnes discipuli inceperunt dubitare quis esset, qui traditurus erat dominum: & ille quasi malè cōsciūs aut fortassis videns se designari à Christo, diceret: Nunquid ego sum? dixit Christus: tu dixisti. In quo rem dubiam reliquit: non enim dixit non es tu: & tamen cum Christus ostenderet se scire hoc, quod secreto tractabatur, & per quem tractaretur, dicente Iuda, nunquid ego sum. si Christus intenderet eum excusare diceret: non es tu, & tamen dixit: Tu dixisti, idest nō assero ego hoc. q. d. licet ita sit, ego non assero illud, iō aperte videre debuerat Iudas se esse deprehensum, & cessare ab iniquitate, quia nihil apertius dici poterat.

184

Nisi forte diceret: tu me vēdidisti, & tradere me vis: A quod non decebat, vt ostendetur infra 26. vel Ioan. 13. ideo postquā omnia hæc Christus dixit ad Iudę monitionem, & noluit redire ad cor: neque erat iā via vlla honesta humanitas, per quam reuahi posset à malitia concepta, quia diabolus eum totum possidebat, qui introiuit post acceptam buccellam. Io. 13. cessauit Christus vltra circa eum agere quasi circa incorrigibilem: relinquēs eum demonibus, qui eum possidebat: sed eum honestū à se expēdiuit dicens: Quod facis fac citius. & intelligitur de traditione faciendā Iudæis. Io. 13. ille verō statim surgens iuit ad Iudęos: cum ergo omnia hæc tam manifestē de morte sua dixisset Christus discipulis presente Iuda, & omnia propter Iudā: à fortiori dicere poterat nunc in generali de morte sua presente illo: & conueniens erat presente illo dici, licet malus esset Iudas.

Quare Christus prædixit discipulis suis, quod occidendos esset ad Iudæis. Quæstio. XLII.

**Q**VAERETVR, quare Christus prædixit discipulis suis, q̄ occidendos esset ad Iudæis. Dicendum q̄ propter multa. Primò vt ostenderet se ista præscire: & consequenter ostendebat se esse Deum, qui futura contingentia prævidebat, iuxta illud Is. 41. cap. Annunciate vobis, quæ ventura sunt in futurum, & dicemus, quia dii estis vos. Christus autem nitebatur se ostendere esse Deum per multa signa, quę circa hoīes faciebat: ideo etiam, & hoc modo prænnunciando de passione sua futura voluit se ostēdere esse Deū. Sic patet Ioan. 13. ca. Cum de Iuda, qui traditurus erat eum diceret, qui manducatur panē meum leuabit cōtra me calcaneum suum, adiunxit: amodo dico vobis priusquam fiat, vt cū factum fuerit, credatis, quia ego sum, idest quia ego sum Deus, qui prænnunciavi vobis hoc. Sic dicit Chryso. Videte, quia volūtarie vado ad mortem: cū ergo videritis me in cruce pendentem, ne estis meritis me hominem esse tantum. Nam & si posse mori hominis est, vellem tamen hominis non est. Secundo fuit ad confirmandum fidem.

Nā si Christus de morte sua nihil prædixisset: & postea occideretur, putaretur q̄ ipse nesciuerat se occidendum, quia aliās euitasset mortem recedendo de regione illa: & tñ quia nesciuerat, euenit sibi mors inopinata: & ita putaretur, q̄ sicut deceptus esset in hoc non putans se esse mortuum, & occisus fuerit, ita & circa oīa, quæ prædicauerat deceptus fuerit, vel sponte mentiri voluerit. Hoc autē erat magnum inconueniens: iō voluit illud vitare prædicans de morte sua, vt cum accideret mors sua eo mō, quo ille dixerat, nihil circa dicta sua dubitari posset. Tertio factum est, specialiter propter articulum de resurrectione, qui erat de maximis articulis: non enim poterat predicare se resurrecturum, nisi diceret se moriturum: & quia mors sua non erat futura naturalis, sed violenta expressit, quod esset occidendus, & q̄ resurrecturus esset. Si autem de morte sua nihil diceret: & consequenter neque de resurrectione, quando moreretur, & postea resurgeret nemo crederet eum surrexisse: sed putarent phantasma esse: cum nō haberent ex præcedentibus aliquod motuum ad credendum. Quarto fuit ad ostendendū, q̄ sponte moriebatur, sic enim scriptura de eo prædixerat. Is. 53. oblatus est, quia ipse voluit. Ipse verō debuit ostendere, q̄ scripturas de se loquētes implebat: nam ita moriens dixit: cōsummatum est, infra 27. idest oīa, quæ de me scripta erant consummata sunt. & tamen si non prædixisset mortem suam putaretur, q̄ nō sponte mortuus fuerat, sed nolens, & nesciens se occidendum: ideo debuit illa prædicere. Quinto fuit ad ostendendum. Alph. Toit. super Euang. Matth. Pars V.

dendum passionem suam valde meritoriam: nam si non moreret sponte, sed nesciens, minoris meriti reputaretur mors sua: & tñ debuit esse maximū meritū: quia totum mundum redemit: ideo debuit ostendere se voluntarium per hoc, q̄ erat illam prædicere. De his dicit Theophylactus, q̄ passionem reuelat, vt discipulorum corda firmaret, vt ostenderet, q̄ voluntariē patitur: qui enim prænoicit, & potest fugere, & non fugit, manifestum est, q̄ voluntariē seipsum passionibus tradit. Sic etiam dicit Cyrillus: Vt sciret, quia passionem prænoicit, & spontaneus ad eam accessit, ne dicerent qualiter in manus hominum incidit, qui non prōmittebat saluare. Sexto fuit, vt tolerabilior resisteret discipulis: minus enim iacula feriunt, quæ præquidentur. Si enim mors Christi incautos, & inopmatos animos discipulorum inuenisset: fregisset eos intolerabili dolore: nunc verò cum præuisa erat saepe eis illā annunciando non tanta afficiebantur angustia. Sic Theophylactus dicit. Vt discipulorum corda firmaret: & cum hæc audirent leuius postmodum sustinerent, & in repentis non formidarent. Septimò fuit, vt nos sibi magis obligatos ostenderet, & acceptos inquantū pro nostra vtilitate sponte mortem subibat, quā ipse querebat: non enim solum volens sustinebat, sed etiā vt sibi inferretur occasionem daret: & ad locum mortis ipse spontaneus ibat: quod nemo crederet, nisi hoc constaret inde illud priusquam pateretur annunciaret. Octauò fuit ad tribuendum nobis imitationis exemplum, quia ipse moriens reliquit nobis exemplū moriendi si oporteat sponte. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius: & maxime prelati relictum hoc exemplum, vt pro grege sibi commisso, quando oportuerit morti se impendant: & ad hoc spontanei esse debent: ideo Christus exemplum hoc dedit ostendens, quod sponte ad mortem ibat, quam ipse prænnunciabat, & locum, & modum mortis. Sic dicit Origenes: Hoc ergo considerantes scire debemus quoniam frequenter et cognoscētes tentationes aliquas subitum sumus nos ipsos offerre debemus.

Quare Christus totiens prædixit discipulis de morte sua. Quæstio. XLIII.

**Q**VAERETVR, quare Christus totiens prædixit discipulis de morte, iam enim supra de hoc dixerat, supra 17. ca. Aliqui debent, q̄ Christus semel tantum hoc dixit: & tamen Mattheus illud repetiuit, ita vt saepe poneret.

Dicendum, q̄ non stat fieri enim potest, vt aliquid Christus saepe dixerit, quod Euangelista semel tantum dicat: q̄ tamen aliquid dixerit Christus, & Euangelista repetat non est possibile, quia nulla esset talis repetitionis vtilitas: quia vna sententia sufficit eam semel dicendo. Sic dicit Origenes super eis, quę habentur supra 17. cap. vbi iterum Christus prænnunciavit mortem suam. Videntur quidem hæc illis, quæ supra dixerat esse similia, vt facile quis dicat Dominum eadem ipsa repetere: quod non est ita. Est ergo dicendum, quod Christus saepe discipulis de morte locutus est antequam accideret. Primò locutus est postquam ostenderat se esse filium Dei viui, supra 16. ca. Nam dicitur: Exinde cepit ostēdere discipulis suis, q̄ oportebat eum ire Ierosolimam, & multa pati à senionibus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi. Iterum autē dixit eis cū essent in Galilæa supra 17. cap. l. conuertentibus eis in Galilæa dixit illis Iesus: filius hominis tradēdus est in manus hominum, & occidetur, & tertio die resurget. Tertio autē dixit eis hoc nunc, quando ibant Ierosolimam circa Iordanem intra Iordanem, & Iericho.

Aa Quar-



Quartò dixit eis in ipsa nocte, qua tradendus erat, scilicet. Vnus ex vobis me traditurus est, infra 26. & Io. 13. cap. & forte pluries dixit. Euangelistæ tamen non referunt pluries dictum: & istæ sunt vices distincte temporibus distinctis, & locis distinctis, & tenent se secundum ordinem temporum sicut enarratae sunt. Prima vice dictum est in regione Cæsareæ Philippi, vbi Christus ostenderat discipulis se esse filium Dei, supra 16. c. Secunda vice dictum est in Galilæa circa Capharnaû. Sic dicitur supra 17. cap. f. conuersantibus illis in Galilæa. & statim sequit ibi, quomodo venerint in Capharnaum discipuli cum Christo. Tertia vice dictum fuit cum esset Christus inter Iordanem & Iericho, & ascēderet in Ierusalem. Quarta vice dictum est in Ierusalem ipsa nocte, qua ultimo cum discipulis cenauit. Et dicendum, quod fuit conueniens sæpe hoc dici. Et primo hoc fuit, quia non reuelauit aliquid, sed semper se habebat per additionem aliquid. Nam prima vice dixit, quod oportebat eum multa pati: & tamen non dixit aliquid de traditione sua. f. oportet eum ire in Ierusalem, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi. In secunda autem vice dicitur de traditione eius, supra 17. capi. scilicet. Conuersantibus illis in Galilæa dixit Iesus: filius hominis tradendus est in manus peccatorum, & occidetur illum. Et istam differentiam ponit ibidem Origenes, dicens: Videntur quidem hæc illis, quæ supra dixerat similia esse: vt facile quis dicat Dominum eadem ipsa reperere, quod non est ita: tradendum enim eum superius non est dictum: hic autem non solum tradendum, sed & in manus hominum tradendum audiuitur. Tertia vice dixit de morte, & de traditione: & tñ magis aperuit, quia dixit, quod condemnandus erat à Iudæis, & tradendus gentibus ad occidendum. In quarta vice etiam magis apertum est, quia non solum dixit mortem, & traditionem, sed etiam ostendit, quod vnus de discipulis suis eum traderet, & quasi quis ille esset aperuit, infra 26. & Ioan. 13. ideo conueniens erat sæpe dici, quia in vna vice nō aperiebatur tota res. & hoc innuitur supra 16. cap. f. Exinde cepit ostendere discipulis suis, quod oporteret eum ire Ierusalem, & multa pati à senioribus. Et dñ cepit ostendere, quod duo significat. Primum est, quod ante illud nihil de passione sua clare locutus fuerat, quod vocetur ostentio: nam in figura longè iam locutus fuerat de morte, supra 12. ca. & in figura templi soluendi, Ioan. 2. cap. & in figura serpenti exaltati à Moyse, Io. 3. cap. ibi autem cepit clare dicere, quod fuit ostendere. Secundum est, quod non dixit totam rem, sed partem, quia dicitur cepit: nam principium pars rei est, & non tota. Sextò fuit, quia ista res ita erat dura, quod vix poterant concipere eam Apostoli, & ex quadam pietate mouebantur ad non credendum. Vnde si semel tantum dixisset, non crederet: & ita maneret res quasi nunquam dicta: sæpe ergo dici debuit. Sic patet supra 16. nam quando prima vice hoc Christus dixit, accedens Petrus ad Christum cepit illum increpare dicens: absit à te domine, non erit tibi hoc: & non solum in prima vice, sed etiam in secunda, quoniam ista dixit, non intelligebant istud verbum discipuli, vt patet Luc. 9. cap. f. Ponite sermones istos in cordibus vestris. Filius hominis futurum est, vt tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, ita vt non sentirent illud: & timebant interrogare. Et idem patet Mar. 9. ideo erat necesse illud sæpe dici. Si enim semel tantum dictum fuisset: putaretur, quod forte illud dixerat sub metaphora, vel ad terrorem, aut ad aliud finem, & non quasi sic futurum esset, quia non est facile credibile, quod quis de malis proprijs loquatur: & ita quando moreretur Christus, essent discipuli inopinati, & sequē-

rentur omnia mala, quæ sequerentur, si non prædixisset mortem suam, vt dictum est procedenti questio. Tertio fuit ad hoc, quod facilis tolerarent discipuli amaritudinem mortis Christi, & cetera inconuenientia, quæ eis ex illa sequi poterant. Sæpe enim audiendo, ipsum dolorem de Christi morte per ætatem in cogitandi veterem sibi faceret, & tolerabilius esset. Sic dicit Remigius: Sæpe dominus mysteria suæ passionis discipulis prædixerat, vt quando acciderent, Iesus ea ferrent, quanto magis præcognita haberent. Quartò vt magis certitudinem scientiæ suæ ostenderet: nam si semel tantum dixisset, putari posset, quod non animo determinato hoc asserendi dixisset: & iō licet postea accideret, non firmiter crederent, quod ipse hoc præcognisset. cum autem toties istud asseruit, manifestum erat, quod ostendebat se illud scire: & quando postea eueniret, sicut ille prædixerat, manifeste apparet, quod ille sciebat. Quintò fuit, vt non posset res ista de memoria labi. Erat enim res ista memoratu digna: & ideo, vt non caderet de memoria, sæpe repeti debuit. Sic dicit Ierony. Crebro autem de passione sua dixerat discipulis: sed quia multis in medio disputatis poterat labi de memoria, quod audierant: iturus Ierosolymam, & secum ducturus Apostolos ad tentationem eos parat, ne cum veniat persecutio, & crucis ignominia scandalizarentur. Vnde omnibus istis vicibus conuenienter dictum est de Christi morte. De prima patet, quia tunc Christus ostendebat Apostolis se esse filium Dei viui: & postquam hoc crediderunt, cepit eis dicere, quod moriturus erat. Nā si prius diceret se occidendum à Iudæis, nō crederent eum postea esse filium Dei, quia Deus non moritur. Postquam ergo iusserat eis, quod fortius erat, scilicet se esse Deum: voluit ad minora declinare, scilicet se passurum esse predicere. Secundò autem conuenienter hoc dixit, quia aliquantum tēpus elapsum fuerat: & fortè à memoria exciderat: ideo illud repetiuit, vt firmaret magis in animo illorum. Nunc verò tertio conuenienter illud dixit, quia nunc appropinquabant Ierusalem euntes illuc recto gressu. cum ante hoc Christus discurreret hinc inde predicando: & quasi nunc rei propinquiores essent, debuerunt admoneri efficacius: quia magis pericula mouent, quando presentia sunt, quam cum de longe expectantur: & ideo aliter hic locutus est quam alius vicibus dicens: ecce ascendimus Ierusalem, id est ecce res, quæ sæpe vobis dixeram in manibus est, & ante oculos, quia iam ascendimus Ierosolymam, vbi ista ostensa sunt, quæ prædicebam. Quartò conuenienter dictum est, quia ipsa nocte incipiebat passio eius: & ita debuerunt admoneri: & præcipuè, quia hoc factum est ad ostendendum per quem tradendus erat, quod ante hoc nunquam dixerat.

*Quomodo Christus nunc sciebat ibat in locum, in quo occidendus erat: cum discipulis mandauerit fugere persecutionem.*

*Questio XLVIII.*

**Q**VAERETVR, quomodo Christus nunc sciebat ibat in locum, in quo occidendus erat: potissimè sciens, quia extra Ierusalem nullum malum pati poterat: dixerat enim Luc. 13. Non capit propheta perire extra Ierusalem, id est occidi & pati. Et tamen ipse dixerat discipulis: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam. supra decimo capitulo. ideo videtur, quod potius debebat longe abire, ne intraret in Ierusalem. Dicendum vno modo, quod illa regula moralis data à Christo non astringebat eum.

Sic

Sic enim & alia Christus iubebat discipulis seruire, quod ipse non seruabar: sicut illud. scilicet iubebat discipulis non habere aurum, neque argentum neque pecuniam aliquam in zonis suis, quando irent ad predicandum, supra 10. & Mar. 6. ca. & tñ ipse pecuniam accipiebat, de qua viuēbat, & dispensatorem constituerat: ille enim habebat loculos Christi, & oia, quæ ei dabantur ipse accipiebat. Io. 12. ca. sed discipulis non licebat aliquid accipere licet eis daretur. Secundò, quia non licebat discipulis portare secum in via facculum neque peram, supra 10. & Luc. 9. & 10. Imò, neque panem in via portare licebat Marc. sexto capi. Et tamen Christus portabat in via panem: & soliti erant discipuli eius portare panes in via, & quia semel obliiti sunt accipere panes, vt portarent in via, putauerunt se à Christo redargui, supra 16. ca. & iterum quoniam pavit turbas Christus in deserto. f. secunda vice quæ fuit à discipulis, quot panes habetis: & illi dixerunt, septem, & paucos pisciculos, supra 15. & ita secum portabant panes in via: quod non licebat discipulis. Tertio, quia quoniam discipuli ad predicandum ibant, intrabant in domum, & comedebant, & bibebant, quæ apud hospites suos inueniebant quando inueniunt apud illos erant, supra 10. & Luc. 10. ca. & tamen Christus non faciebat sic, sed de pecuniis, quæ dabantur ei, quas Iudas dispensator suus recipiebat, faciebat sibi & suis parari cibos, vt patet infra 26. & Marc. 14. & Luca 22. nā discipuli dixerunt Christo, vbi volebat parari sibi manducare Pascha: & ipse misit eos ad certum locum, & ibi parauerunt ipsi pro Christo de expensis suis, & non patrisfamilias domus: vnde & ipsa die facta cœna, cū Iudas exiret, putauerunt discipuli, quod cum, ipse haberet pecunias Christi, iret ad emendum aliqua necessaria ad festum. Sic dicitur Ioan. 13. cap. f. post buccellam introiuit in eum, i. in Iudam Iatanas. Dixit ei Iesus. Quod facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut vt egenis aliquid daret. Cum autem accepisset buccellam, exiuit ille continuo. Non ergo seruabat Christus omnia, quæ mandabat discipulis seruire: & ita hic licet mandaret alijs fugere de ciuitate i. ciuitatē, quoniam eos persequerentur, non fecit ipse sic. Aliter potest dici, quod etiam Christus seruauit illam regulam. nam Christus fugit etiam interdum, & aliquando se obtulit: sicut & nos facere debemus. Nam semel ipsum persequerentur Nazareni volentes præcipitare ipsum de monte: ipse verò transiens per medium illorum recessit ab eis, & iuit in Capharnaû. Luc. 4. cap. etiam iterum in templo sumptis lapidibus voluerunt eum lapidare Iudæi: ipse verò abscondit se, & exiuit de templo. Io. 8. ca. & ita etiam aliquanto tempore ante passionem suam non audebat publice ambulare in Iudæa. Io. 7. ca. f. post hæc autē ambulabat Iesus in Galilæa, non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere: & iterum quando in porticu Salomonis dixerunt ei Iudæi: si tu es Christus dic nobis palam: quærebant eum interficere, & exiuit de manibus eorum, & iuit iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum. Ioan. decimo ca. postea autem rediit in Bethaniam, quæ est iuxta Ierusalem distans solum 15. stadiis. Ioan. vndecimo. Et hoc quando venit ad suscitandum Lazarum. eodem cap. sed quia tunc pontifices, & Pharisei collegerunt conciliū contra Christum, vt eum occiderent, fugit de Bethania. Dicitur enim, quod Iesus iam in palam non ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Nunc verò Ierosolymam iuit sponte ad locum passionis vadens. Et ita regulam illam seruauit.

*Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.*

aliquando fugiens, & aliquando se offerens: quod etiam à nobis faciendum est: nam quando specialiter quaritur persona, & mors sua non est utilis ad fidei exaltationem, neque conseruationem, fugere debet: quādo autem ex occultatione detrimentum fidei sequitur, nemo se occultare debet: de quo late fuit declaratum supra 10. ca. & quia nos nescimus semper quæ mors nostra est Deo accepta ad laudem eius, & fidei exaltationem, fugere est nobis communius quā expectare, vel nos offerre. Si quis tamen sciret, quod voluntas Dei erat, quod se exponeret persecutoribus, peccaret mortaliter, si fugeret, vel se absconderet: sicut quando Petro recedente de carcere ex licentia Comentarientis, occurrit ei Christus, & dixit Petrus Christo: Domine quod vadis? & ille dixit: Vado Romam iterum crucifigi. Et tunc Petrus agnita voluntate Dei rediit, & martyrio coronatus est. Si autem post hæc verba adhuc Petrus recederet, vt non toleraret mortem, peccaret mortaliter: quia contra voluntatem expressam Dei faciebat. Sic etiam de nobis esset: vel dato, quod aliquis omnino putaret, quod recedere ipso de loco persecutionis fides irrideret: vt si esset prælati: & eo fugiente hostes fidei irrideret eam quasi nihil esset: vel si eo recedente grex dominicus maneret desolatus nullo confortante eum in verbo doctrinæ: si tunc prælati recederet, & crederet ista mala secura ex absentia sua peccaret mortaliter, etiam si non reuelaretur sibi specialiter, quod manere deberet.

**C**ret. Christus autem sciebat voluntatē Dei: ipse enim Deus erat: & ad hoc solum carnem sumplerat, vt in natura assumpta moreretur pro nobis: & sciebat quādo, & vbi, & qualiter, & per quos, & qua de causa occidendus erat, & quid circa hoc Deus disposuerat: ideo conuenienter agebat se tunc offerendo: imò etiam se ingerendo. Nam si ipse non venisset, nemo eum quæreret: & tamē occidi non poterat, nec pati quicquam nisi in Ierusalem, Luc. decimo tertio cap. ergo debuit ipse illuc ire: & necesse erat, quod illuc iret necessitate finis. quia nos redimere volebat per modū à Deo institutum. De hoc dicit Origenes: Sed quoniam supra dictum est, si quis vos persecutus fuerit in vna ciuitate, fugite in aliam: sapientiæ in Christo est, vt cognoscat quale tempus exigat declinationem: quale autem obuiationem periculorum.

*Quare Christus dixit discipulis expresse, quæ erat passio illa referendo sigillatim.*

*Quest. XLV.*

**Q**VAERETVR, quare Christus dixit discipulis expresse ea, quæ passurus erat, illa referendo sigillatim: nam videtur, quod iussiebat, quod diceret eis se occidendum, & resurrecturum tertia die: dixit tamen se tradendum, illudendum, flagellandum, occidendum.

Dicendum, quod fuit, primò ad ostendendum sapientiam suam, vt non solum rem vniuersaliter, sed & particulariter diceret: nam ad minus sapientes peruenit rem dicere vniuersaliter propter defectum cognitionis. Sic dicit Ptolemeus de astrologis in Centiloquio propositione prima, scilicet: Astrologus non debet dicere rem specialiter, sed vniuersaliter: vt qui eminus videt rem aliquam: sicut facit qui cognoscit rem aliquam per materiam eius, & non peruenit ad certā cognitionē illius: vt ergo Christus ostenderet se hanc diuinam scientiā, & non astrologicam, in quā dicitur res in vniuersali, & non in particulari: voluit dicere de morte sua in particulari: vnde omnes circumstantias tetigit, quas non erat possibile sciri nisi diuinitus.

*Aa 2 Dixit*



starum prædicere pp causas dictas supra: principium aut passionis Christi quantum ad effectum, fuit qd Iudas venderet Christum Iudæis promittens se eum illis dare, & postea tradidit in manus eorum. Nam Iudæi Christum occidere cupiebant, sed modum capiendi eum nesciebant: tñ quia timebant, qd effugeret de manibus eorum: sicut qñ voluerunt eum lapidare, & abscondit se, & exiit de templo. Io. 8. Et qñ voluerunt eum precipitare de monte Nazareth, Luc. 4. Tum quia, & volebant eo mō illum tenere, quo non fieret scandalum, inf. 26. c. consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent, & dixerunt: non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. Hunc aut tumultum poterat euitare, qui Christum traderet in manus Iudæorum in loco secreto, & tpe secreto. Et ad hoc nemo erat aptus nisi aliquis de familia Christi, qui sciret, qua hora, in quo loco maneret, & qñ esset maior opportunitas tradendi eum. Hoc aut fecit Iudas, qui erat de familia Domini: & iō dederunt ei Iudæi pecuniam, quasi conueniret hoc facere posset: & ille tradidit eum hora secreta. In nocte profunda, & in loco secreto. Extra urbem in orto, vbi dormire aliquando solebat: & erat ille modus satis aptus tradendi eum ad euitandū scandalum populi in captione eius. Et quia istud fuit primum mysterium, à quo tota passio ortum habuit, non debuit omitti: iō dicitur traditur. Et ponitur hic duplex traditio: vna, qua principibus sacerdotum traditus est. Alia, qua traditus fuit gentibus. Iudas autem non tradidit eum Gentibus, sed sacerdotibus, quia cū Gentibus nihil conuenerat, neque Gentes querebant Iesum, sed Iudæi. Dicitur tamen qd tradidit Iesum Gentibus. scilicet Scribæ, & Pharisei, & Principes Sacerdotum tradiderunt eum: non tñ dñ, quod eum tradiderit Iudæis: & rō est, quia Iudas tradidit eum principibus sacerdotum: & tamen Christus noluit nunc exprimere se traditum esse ab aliquo discipulorum suorum: quia non conueniebat pp causas assignatas præced. q. ideo dixit solum, quod traderetur principibus sacerdotum. Et hoc verum est, quia principes sacerdotum, & scribæ, & seniores consilium faciebant contra Christum, vt eum dolo tenerent, & occiderent, qñ Iudas venit dicēs: quid vultis mihi dare, & vobis eum tradā? infra 26. cap. Et ipsi scilicet ministri eorum postea per noctem tradidit Iesum comprehendendum.

*Quare Christus dicitur de morte sua dixit, quod principes sacerdotum, & scribæ condemnabunt eum morte.*  
Quest. XLVIIII.

**Q**VAERETVR, quare Christus dicitur de morte sua dixit, qd principes sacerdotum, & scribæ condemnabunt eum morte, quia videtur hoc nō pertinere ad mortem suā: eo qd p̄dēnatio principū sacerdotum nihil faciebat: ipsi. n. non poterant quemquam condemnare ad mortem. Sic. n. ipsi dixerunt coram Pilato. Io. 18. Nobis non licet interficere quēq̄. Dicendum, qd ad aliquid faciebat condēnatio ista ad mortē Christi: si. n. non faceret ad eam, non condemnassent eum principes sacerdotum. Etiam Christi de morte sua p̄nunciaturus non inleret hoc: est ergo verū, qd Iudæis nō licebat occidere quemq̄ ex quacūq; cā quātūcūq; grauiſſima, & p̄tra legē: sed oē iudiciū sanguinis exercebatur tunc p̄ Romanos, qui hoc sibi referauerant. Nā si Iudæi hoc potuissent, non petuissent à Pilato, qd crucifigeret Christum: & tamen ista sententia principum sacerdotum fuit quoddam p̄ambulū necessariū ad mortē Christi. Non. n. fuit Christus adiudicatus morti petente aliquo priuato viro de Israelitis, sed toto populo simul, & principibus sacer-

**F**dotum petentibus eum crucifigi: sicut dixit Pilatus, gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Ioan. 18. c. & tamen totus populus non peteret mortem alicuius simul, nisi iudicaretur apud populū ille reus mortis: ideo debuit præcedere necessariō ista cōdēnatio. Secundō fuit, quia ista cōdēnatio suppleuit locum multarum probationum. Ad hoc. n. qd Christus adiudicaretur morti s̄m formam iuris oportebat, qd vel sponte confiteretur crimina obiecta in eum, quæ essent iusticia ad damnationem, vel conuinceretur apertē de illis. Ipse tamen nullum crimen de se confessus fuit, quia nullum commiserat: ideo licet taceret clamantibus contra eum Iudæis non erat morti adiudicandus, sed necesse erat, quod conuinceretur de criminibus p̄ testes. Locum aut istarum probationum suppleuit apud Pilatum licet iniuste auctoritas pontificum, & totius populi. Dicente enim Pilato, quā accusationem assertis auertis hōiem hunc? dixerunt illi. Si non esset malefactor, non tibi tradidissimus eū. Io. 18. Hoc tamen non assereret totus populus, nisi prius eum dignum morte iudicaret: ideo eum prius condemnauerunt dicentes. Reus est mortis, infra 26. & Mar. 14. Luc. 22. Tertio fecerunt hoc Iudæi. scilicet pontifices ad honestandum, vel colorandum aliquo modo factum suum: non. n. mouebantur contra eum ex aliqua iusta causa: & tamen, vt non penitus viderentur ex odio processisse prætermisso omni ordine iuris, congregauerunt concilium, & testes adduxerunt contra eum, & tandē cōdemnauerunt eum oēs, dicentes. Reus est mortis. Et propter istas causas Iudæi condemnauerunt Christū: & ideo ipse mentionem fecit, qd condemnauerunt eum principes sacerdotum. Quarto fuit ad ostendendum peccatum populi Iudæorum, quia non solum petuērunt Christū condemnari à Pilato, sed etiam ipsi prius eum condemnauerunt.

*Quare Christus dixit, quod resurget: cum hoc ad mortem non pertineret.*  
Quest. XLIX.

**Q**VAERETVR, quare Christus dixit, quod tertia die resurget, quia hoc nō pertinere ad mortem. Dicendum, qd fuit necessarium. Primo ad confortandum discipulorum mentes: nam si diceret se occidendū, & nō diceret se resurrecturū, ineffabīli dolore teneretur: sed cū dixit se resurrecturū, erat aliquo modo consolatio, quia dolor erat momentaneus. Sicut Chrysolost. Hoc huius gratia dixit, vt cū tristitia viderint, resurrexerunt expectarent. Secundō fuit, quia magis necesse erat resurrectionem prædicere, q̄ mortem. Nam etiam si mortem non p̄nunciaret, viderent illam aliquando discipli. Si autem resurrectionem non prædiceret, nunquam illam crederent, quia illa non erat ita patens. Tertio fuit, vt videretur, quod ipse sciebat oia, quæ futura erant circa eum. Sic dicitur Io. 18. Sciens autem Iesus omnia, quæ ventura erant super eum. Et quia resurrectio erat vnum de p̄cipuis, debuit illud prædicere. Quarto fuit, vt posset esse fides de illa. Nam si non prædixisset Christus se resurrecturū, etiam si resurget, non crederetur, quia verisimile erat, quod si se resurrecturum sciret, p̄nunciaret illud, cū glorioſius esset resurgere quā mori: & tamen libentius de se homo dicit felicitia, & læticia humilia & tristitia: licet ergo post mortem resurgens appareret, nō crederetur esse ille, sed esse phantasma, cū nihil de se prædixisset. Nam prædicendo sepe vix credi potuit, quando postea apparuit: quanto magis si nihil prædixisset. Quinto fuit, vt esset argumentum aliquale contra Iudæos: & ideo non solum in secreto dici debuit, sed etiam aliquo modo in manifesto, vt Iudæis p̄taret, qd ille dixerat se resurrecturum: nam si nihil iniquā de hoc

Hoc diceret, & postea Apostoli eū resurgentem assererent, viderentur deridēdi, & falso laudare magistrū, cū ille de se talia asserere noluerit. Nunc aut Iudæi audierant de resurrectione eius, & ob hoc dixerunt Pilato: Domine recordati sumus, quod seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius nocte, & furetur eum, & dicant plebi, quia surrexit à mortuis, inf. 27. c. Et ita qñ custoditus surrexit videntibus militibus, qui custodiebant sepulchrum, non potuit oīno negari resurrectio, quia saltem ipsi principes sacerdotū, & scribæ, & principes totius populi cognouerunt veritatem testificantiū militibus, qui custodiebant sepulchrum: & data pecunia multa militibus impetrauerunt ab eis, vt dicerent, qd dormientibus eis venerant discipuli, & furati fuerat corpus eius, infra 28. cap. & ita tam principes, quā milites, & multi de populo audientes veritatem à militibus cognouerunt, qd verum esset. Si autē non prædixisset Christus se resurrecturum: ita aliquo modo p̄ueniret ad notitiam Iudæorū, non possuissent custodiam monumenti: & licet postea resurget, non putaret, qd resurrexisset: sed verisimiliter credere possent, qd discipuli eius furati fuerant corpus eius nocte, vt dicerent plebi, qd à mortuis surrexerat: & hoc multum militaret contra fidē resurrectionis: iō fuit valde necessariū, qd Christus prædiceret de sua resurrectione nō solum discipulis in secreto, sed etiam taliter, vt ad publicum venire posset. Sexto fuit, vt tempore illo medio, quod fuit inter mortem, & publicatam resurrectionē, discipuli non perderent penitus fidem, & sp̄ circa eum. Si enim dicēs de morte nō diceret de resurrectione, putaret, qd non verē resurrecturus esset: & satis rationabiliter. Nam cū de morte prædiceret verisimile erat, qd de resurrectione p̄nunciaret, & illam sciret si futura esset: si ergo non diceret de illa, putaretur qd non esset resurrecturus. Magis enim putari adhuc posset de resurrectione, si neque mortem neq; resurrectionē prædiceret, quā prædicens mortē nihil diceret de resurrectione, quia putaretur, qd nihil euenturum erat, nisi qd ille prædicebat. Si tñ moriente Christo nulla fides, neque opinio aliqualis maneret discipulis de resurrectione, penitus recederent ab inuicem, quasi oia, quæ ad magistrum suum pertinebant, iā consummata essent: & nō esset de eo iam vlla spes: & hoc erat maximum inconueniens, quia si discipuli mortuo Christo nihil sperarent, & abinuenire recederent: etiā si Christus resurget non crederent. Et dato qd crederent aliqui, quibus appareret, nemo eos rursus congregare posset sicut prius erant ad hoc, qd irent ad prædicandū, & expectarent simul Spiritum sanctum, & manerent vult vnius populus facti, in Ierusalem testimonium reddentes resurrectionis Iesu Christi, sicut fecerunt: nisi iterum veniret Christus, & corporaliter atque manifestē conuerfaretur inter homines, & prædicando ad se congregaret eos, sicut prius, quod non decebat, quia post resurrectionem suam non dedit eum Deus notū fieri omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. Act. 1. o. c. ideo debuit prædicere de sua resurrectione.

*Quare dixit se tertia die resurrecturum.*  
Quest. L.

**Q**VAERETVR, quare dixit se tertia die resurrecturum. Dicendum, qd eadem necessitas erat dicere, qd tertia die resurget. Et fuit primo propter rei veritatem: nam ita futurum erat, quod tertia die resurget: ideo cū de resurrectione dictum est, conueniens est, quod diceretur tertia die eum resurrecturum. Secundō, quia si diceret se resurrecturum, & non dicitur. Alph. Toit. super Euang. Matth. Pars V.

ceret, quod tertia die, vel qñ: nihil dicere viderentur, quia etiam omnes hoies resurrecturi sunt: & ita Iudæi credebant saltem Pharisei, & sapientes eorum. Act. 23. cap. sic patet Io. 11. cap. qñ dixit Martha ad Iesum: Domine si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus. Dixit aut Christus: resurget frater tuus. Et illa ait: scio qd resurget in nouissimo die. Et tñ si dixisset Christus, resurget hodie frater tuus, vel cras, aut determinato tempore, non diceret Martha scio, qd resurget in nouissimo die: ergo si Christus diceret se resurrecturum, & non qñ, crederetur, quod in nouissimo die: debuit ergo designare tempus, & quia illud erat die tertia, dicit quod tertia die resurget. Tertio fuit, quia Christus dixit discipulis de resurrectione, vt non frangerentur animi eorum audita morte: & tamen si nullum tempus p̄signaret resurrectionis, non consolarentur, quia putarent, quod resurrecturus erat in nouissima die, vel tali tempore, quod ipsi non essent superstitēs, aut non viderent eum resurgentem: iō dixit, quod tertia die resurget: & tunc magna consolatio erat, quod pauco tempore manebant sine eo. Sic dicit Chryl. Neq; enim multum tempus dicit, quo maneret in morte: sed tertia die se dixit resurrecturū. Quarto fuit ad ostendendum sapientiam suam, & magis confirmandam fidem, quia ad sapientem pertinet cognoscere rem determinatē, & non solum in vniuersali, sicut astrologus futura, vt dictum est supra: nihil autē particularius esse poterat q̄ determinare numerum dierum, quando resurrecturus erat: ideo conueniebat, quod terminum prædiceret. Quinto fuit ad magis ostendendam veritatem rei. Nam si diceret se resurrecturum, & non p̄signaret tempus, nesciretur quādo fieret: & consequenter non attenderent discipuli ad inquirendum veritatem p̄nunciationis, quia poterat esse, quod post multa tpa istud impleteret, & non possent esse omni tempore solliciti circa hoc: iō penitus cessarent à re inquirenda. Cū autem designauit eis diem tertium, quia terminus erat certus, & breuis, poterant vsque ad illud attingere, & inspicere, an verū p̄nunciasset Christus, & ita fecerunt. Nam die tertio iuerunt ad monumentum, & inuenerunt eum surrexisse, sicut dixerunt illi duo discipuli, qui ibant in Emmaus. Inos sperabamus, quod ipse redempturus esset Israel: insuper tertia dies est hodie, qd hæc facta sunt: sed & quædam mulieres ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem iuerunt ad monumentum: & nō inuento corpore eius venerunt, dicentes, se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eū viuere: & abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum verō non inuenerunt: ideo conueniens erat designari diem, & propinquum quidem. Sexto fuit, vt esset argumentum efficax contra Iudæos, vt resurrectionis fides esset verisimilis. Nam per hoc multum comprobata est resurrectio, quia posuerunt Iudæi custodes ad monumentum, qui asseruerunt dominum surrexisse, & viderunt. Non tamen possuissent illos Iudæi si non asseruissent. Christus se vsque ad certum diem resurrecturum, quia dicendo, quod resurget sine p̄signatione temporis, putaret, quod vel in die nouissimo resurget, vel nesciretur tempus, ideo non custodiretur: & ita multū adimeretur de fide Christi. Debuit ergo resurrectioni designari tempus. Septimo, vt ostenderet Christus, quod implebat scripturas. De resurrectione enim sua scripturæ testantur, quod tertia die futura esset, vt dicitur primo Corin. 15. capi. ergo debuit etiam designare diem certum ad resurgendum.



Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic, ut sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit: nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illi: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.

Tertia virtus, quæ in prelati debet ac eiusdem diuino.

Tunc accessit. Hic ponitur tertium huius cap. i. humilitatis tenor, & est tertia virtus, quæ debet esse in prelatis. Vt non optent præesse, sed prodesse. Quod Christus facit hic circa duos fratres petentes indebita. Et diuiditur in duo, quia primò ponitur humilitatis occasio. ipsa res, propter quam documenta datum est. Secundò subiungitur humilitatis instructio ibi. Iesus autem vocauit eos. Circa primum. Tunc accessit. Scilicet, statim post verba ista dicta discipulis. Ad eum. Id est, ad Christum. Mater filiorum Zebedæi. Id est, mater Ioannis, & Iacobi, qui erant filij Zebedæi. Erat enim Zebedæus pater eorum, quem reliquerunt in nauì, cùm mercenarijs, quòs vocauit Christus ad se eos. Mar. i. ca. Cum filiis suis. Id est, cum Ioanne, & Iacobo, qui matrem comitabantur. Adorans. Scilicet, Christum. i. antequam peteret aliquid ab eo, adorauit eum, id est, exhibuit cœremoniam adorationis inclinans caput, vel genua flectens. Et petens aliquid ab eo. Scilicet, concedi sibi ab eo. Et petiuit hoc quod sequitur. Vel dicitur petens aliquid, id est, veniens in similitudine petentis: licet nondum peteret. Et hoc, quia forte flexis genibus manebat coram Christo, qui erat habitus petentis: & tamen nihil adhuc verbo exprimebat: & ob hoc Christus ab ea quæsiuit, quid vis, id est, quid petis? Ait illi. Id est, mulier respondit Christo. Dic. Id est, inbe: quasi dicat: si tu iusseris fiet, quia nemo potest euitare, quod tu fieri volueris. Ut sedeant hi duo filij mei. Scilicet, isti præsentis Ioannes, & Iacobus. Vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram. Id est, vnus in dextra, & alius in sinistra: petiuit eos fieri Christo propinquiores loco, & consequenter petiuit eos cœteris maiores fieri quantum ad omnia, quia conditio sedium hoc exigebat. In regno tuo. Id est, quò tu regnaueris, siue de regno huius sæculi, siue futuri intelligat, vt infra dicitur. Respondens autem Iesus. Leuiter se expediuit de ista petitione, quia irrationabilis erat, & ex ignorantia habens originem. Nescitis quid petatis. Id est, insipientes estis in petendo hoc, quod petitis. Vel nescitis quid, aut quale est illud, quod petitis: & ideo adhuc insipientiores estis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Id est, ad hoc quod petitis non potest perueniri, nisi bibendo calicem passionis, & totius amaritudinis: ideo cùm hunc honorem petatis, quæro à vobis, an calicem illum bibere possitis, & dixit, quem ego bibiturus sum. i. tolerare mortem, sicut ego tolerabo: quasi dicat: ego pro mortè acquirò honorem: ideo vos si honorem hunc, aut simile vulnus calicem mortis bibere debetis. Dicunt ei. Respon-

derunt Iacobus, & Ioannes, & non mater, quia ad illos dixerat Christus verba. Possumus. Insipienter est ipsi loquuntur, quia nesciebant, an possent, sed honoris cupido inflàmauerat eos, vt sic dicerent. Ait illi. Replicat Christus. Calicem quidem meum bibetis. Id est, martyrij, vel passionis: ambo enim pro Christo multa passi sūt. Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram. Quod illi concesserant ipse acceptauit asserens, quò verè biberent calicem eius patiendò, pro eo: & tñ quòd petiuerant nõ aperte pcedit: imò non pcedit: quia non sunt ipsi, qui sedèrad dexteram, aut sinistram Christi. Non est meum dare vobis. i. non pertinet ad me eo modo, quo vos pertinere putatis: licet verè ad ipsum pertineret facere quidquid vellet. Sed quibus paratum est à patre meo. Patre vocat Deum. q. d. non putetis, quò ista danda sint ex affectione carnalis cognationis, in qua vos confiditis, sed s'm dispositionem diuinã dantur, cui nemo cognatus est s'm carnè, quia ille spiritus est, sed oēs sunt filij eius, & magis ad eum pertinet, qui ipsum magis colit.

An ista petitio mulieris, &c. sint continuata ad præcedentia, & an sint statim facta. Questio LI.

QVAERETVR, an ista petitio mulieris, & alia, quæ Christus dixit de instructione humilitatis, sint continuata ad præcedentia, & an sint facta statim. Ad primum dicendum, quò ordo continuatus est. Nam quando non apparet anticipatio, neque recapitulatio, credendum est esse ordinem cõtinuum semper in scripturis: & tamen hic non apparet anticipationis, neque recapitulationis ponendæ causa: ideo est tenendum, quò sit ordo cõtinuus. Secundò patet, & efficacius: quia Matthæus, & Marcus soli istud referunt, & ambo concordant in isto ordine. Nam Mar. 10. cap. statim post præcedentia, in quibus prænuñciauerat de morte, & resurrectione sua, subiungitur de petitione ista: ideo dicendum, quòd est ordo continuus.

Ad secundũ dicendũ, quò statim factũ est istud post præcedentia. Quod patet, quia dñs hic. Tunc accessit ad eum. s. tunc quò facta sunt præcedentia: & ita apparet, quò inter Iordanem & Iericho ista facta sunt, dum Christus iret in via, vel diuenteret ad aliquem locum eundo Ierofolyamam. Nam iam transuerat Iordanem, vt dicitur præced. cap. in princ. nondum tamen peruenerat in Iericho, sed postea peruenit, vt colligitur infra in litera.

Quomodo potest stare, quòd mater filiorum Zebedæi accesserit ad Christum petens, quia videtur contrarietas in Euangelistis. Quest. LII.

QVAERETVR, quò potest stare, quòd hic dicitur, quòd mater filiorum Zebedæi accesserit ad Christum petens: nam Mar. 10. c. dñs, quò accesserunt ad Iesum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, & tanta videt esse diuersitas, quòd Matthæus de matre loquitur hic: Marcus autem nõ solum non introduxit matrem petentem, sed etiam omnino nullam de matre mentionẽ fecit, neque in petitione, neque in responsione, neque quò saltem assisteret. Aliqui dicunt, quò non est idem hoc, & illud, sed diuersis temporibus factum est: & ita vna petitio potuit fieri per matrem, sicut hic dñs: alia verò per filios, sicut Marcus posuit. Sed dicendum, quò non stat, sed necesse est dici eandem rem esse. Nam idem peti ponunt ambo, id est, Matthæus, & Marcus: & idẽ responsum à domino datum. Secundò, quia non est verisimile, quò bis petiti fuerit: quia tunc postq̃ repulsa esset mater pro filijs petens introducerentur alio tempore filij petentes pro seipsis, quòd non stat: quia primò repulsi essent, quòd nescirent, quid peterent, quò ergo auderent iterum idem petere nõ est verisimile.

Tertio,

Tertio, quia si repulsi prima vice peterent idem secunda vice, grauius repellerentur secunda quàm prima: & tamen Matthæus, & Marcus ponentes repulsam eorum omnino eadem verba ponunt: ideo non fuit alia, & alia repulsa. Quarto, quia quando ponit hic Matthæus petitionem, & responsionem subdit, quò indignati sunt decem de duobus fratribus. Item illi videntes indignationem eorum, non auerteret postea idem petere: potissimè quia Marcus eodem modo ponit indignatos decem, & ita non fuit alia petitio. Quintò, quia præsupponitur, quò primò mater petens repelleretur, quòd Matthæus ponit, & postea filij peterent & repellerentur, quòd ponit Marcus. Sed non est verũ, quia licet Matthæus introducat hic matrem petentẽ: tamen responsio Christi non fit ad matrem, sed ad filios, & ipsi repelluntur. Et ita, tam apud Matthæum, quàm apud Marcum soli filij repelluntur. Non est ergo verum, quòd bis hoc actum fuerit, quia tunc filij bis repellerentur, quòd non est verisimile.

Dicendum ergo, quòd vna & eadem petitio, & responsio fuit, quæ apud Matthæum, & Marcum commemoratur. Et tamen fuit veritas, quò mater non fuit mota ad petendum aliquid pro filijs: sed filij sollicitauerunt matrem, vt peteret pro eis, & petiuit, quòd habetur hic. Et quia verè illa petiuit, & non filij, licet filij irent cũ ea, dixit hic Matthæus, quòd accessit illa ad Iesum cum filiis suis petens ab eo. Et sic Matthæus puram, & nudam facti veritatem recensuit non curans originem vel causam. Marcus verò ad causam potius attendit: sciebat enim, quòd mater non a seipsa, sed a filijs mota est ad petendum, & ideo illi petere videbantur, qui peti pro se fecerant. Illos ergo petere dixit, & non matrem: sicut ille dicitur edificare domum, qui edificare iubet, & non edificatores, qui manibus suis illã construunt. Sic dicitur, quò Salomon edificauit, vel fundauit domum Domini. 3. Reg. 6. & tamẽ non posuit manum ad lapides, aut ligna, sed fabricatores. Quod uero Marcus dicit, accessisse Iacobum & Ioanem filios Zebedæi ad Christum, verum est quàm ad rem gestã. Nam etiam Matthæus dicit illos iuisse cum matre sua petente: sed quòd asserat illos petiuisse cum matre petiuerit intelligendum est, vt dictum fuit. Sic dicit Augustinus libro de Concord. Euange. Quòd autem hic per matrem dictum esse expressit Marcus, ipsos filios Zebedæi perhibet dixisse, cum illa eorum voluntatem attulisset ad Dominum. Vnde magis ipsos, quàm illã dixisse, quòd dictum est, Marcus breuiter intimaui.

Quomodo Ioannes, & Iacobus potuerunt aliquid a Christo petere per matrem: quia ipsa non erat cum Christo. Questio LIII.

QVAERETVR, cum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, uellent aliqd petere a Christo: quomodo potuerunt per matrem petere, quia ipsi discurrebant cum Christo: illa verò mulier erat, & non discurreret, sed maneret in vrbe sua Nazareth. De illa enim erat Dominus, & ibi habitabat mater eius, & sorores eius, & tota cognatio sororum eius, & familia ipsarum, vt testati sũnt Nazareni, vt patet supra decimo tertio cap. & Mar. 6. ca. Ista autem petitio non fuit facta in Nazareth: ideo non posset hoc petere mater pro filijs. Aliqui dicunt, quòd fuit facta in Nazareth, & ideo mater petere potuit. Nam aliquando Christus ibat in patriam suam Nazareth, sicut patet Luc. 4. Cũ petiuerunt, quò faceret ibi signa, sicut in Capharnaum: & iterum iuit illuc & predicauit: fecit tamẽ pauca miracula propter infidelitatem Nazarenorum. supra 16. & Mar. 6. Ita & nunc quãdo istud accidit, poterat esse in Nazareth, & ita peteret ibi mater pro filijs.

Dicendum, quò non stat: quia istud accidit extra Nazareth: est enim Nazareth in Galilæa, & ideo Christus, qui erat Nazarenus vocabatur Galilæus: & ita vocatur propheta a Nazareth Galilæe. c. sequenti. Simile patet Ioan. 1. & 7. Vbi ostenditur Nazareth de Galilæa esse: nunc tamẽ Christus erat extra Galilæam, quia de Galilæa uenerat in Iudæam, & iam intrauerat in Iudæam: quia præcedenti quæstione, in principio fit mentio, quò uenerit in fines Iudæe & Galilæe. Nunc autẽ aliquantum transuerat, vadens uersus Ierusalem, & ita in Iudæa erat, & verè erat in via inter Iordanem, & Iericho, cùm infra in litera fiat mentio, quòd uenerit in regionem Iericho: non ergo erant in Nazareth. Est ergo verè dicendum, quò non factum est in Nazareth, sed in Iudæa, & tamen potuit esse ibi mater Iacobi, & Ioannis dupliciter. Vno modo, quòd casu uenisset nunc ad uisitandum Christum, aut filios suos. Secundo modo, quò fortè iam ex toto sequeretur Dominum.

De primo patet, quia sic fuit de Virgine Domina nostra: illa enim non discurrebat cum Christo, quocunque ille ibat ad predicandum, sed aliquãdo uenibat ad uisitandum eum, ex aliquibus causis ad loca, per quæ discurrebat. Sic patet supra duodecimo capitulo cùm dicitur: Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater sua, & fratres sui stabant foris, quærentes loqui ei. Et dixit ei quidam: ecce mater tua, & fratres tui stant foris quærentes te. Et ita apparet, quòd non discurrebant cum eo de loco in locum, sed nunc eo prædicante superuenerunt. Quia si cum eo ambularent, nunc non starent foris prædicante eo, neque uellent tunc loqui: & ita ergo poterat nunc uenisse mater filiorum Zebedæi ad uisitandum eos aut Christum. De secundò patet, quia fortè sequebatur mater istorum duorum Christum, sicut aliquæ alię mulieres sequebantur, & maximè, quando nunc uenit de Galilæa in Iudæam, secutę fuerant eum aliquę, & quando in Galilæa erat, sequebantur eum aliquę, & ministrabant ei necessaria de expensis suis. Luc. 8. c. & ita nunc de Galilæa ascenderant multæ cum eo mulieres in Iudæam, & in Ierusalem. Mar. 15. et Luc. 23. Et isto modo uenerat ista mater filiorum Zebedæi cum Christo de Galilæa usque in Ierusalem, & secuta fuit eum usque ad mortem: & ipsa fuit vna de eis, quæ ipsum uingere uenerat ad monumentum, infra 27. ca. l. Erant ibi mulieres multæ a longe, quæ secutę fuerant eum a Galilæa ministrantes ei, inter quas erant Maria Magdalene, et Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Sed illa mater filiorum Zebedæi est, de qua hic dicitur. Ipsa ergo potuit esse in via inter Iordanem, & Iericho cũ Christo, ubi ista acciderunt, vt peteret a Christo pro filiis suis ea, quæ habentur hic. Ista est, quæ uocatur Maria Salome, cuius nomen non posuit hic Matthæus, sed Marci. 16. ca. ponitur. Quomodo autem fuerit secuta Christum non patet. Aliqui dicunt, quòd sicut filij eius patrem dimiserant, vt Christum sequerentur, ita & illa uirũ reliquerat, vt sequeretur saluatorem. Alij uolunt, quò non reliquerit uirum, sed post uocationem Iacobi, & Ioannis a Christo, quo tempore uiuebat pater eorum Zebedæus, quem in nauì cum mercenarijs reliquerunt Marci. 1. cùm mortuus fuerit Zebedæus, tunc uxor eius mater Iacobi, & Ioannis secuta fuit Christum, quem nunc sequebatur. De hoc dicit Christus. Hęc mater filiorum Zebedæi, & Salome, cuius apud alterum euangelistam ponitur nomen, uerè pacifica, quæ uerè filios genuit pacis: magna enim laus mulieris ex hoc loco colligitur: quia non solum filij reliquerunt patrem, sed & ipsa reliquerat uirum suum, & secuta fuerat Christum: quia ille, id est, Zebedæus sine ista uiuere poterat: ista autem sine Christo salua esse nõ poterat: nisi fortè quis dicat, quò inter tempus uocationis aposto-

apostolorum, & passionis Christi mortuus est Zebedæus: & sic illa lexu fragilis, etate defecta, Christi vestigia sequebatur: quia fides nunquam, senescit, & religio fatigationem non sentit.

*Ad quid Ioannes & Iacobus voluerunt matrem suam aliquid pro eis a Christo petere. Quest. LIIII.*

**Q**VAERETVR, dato quod mater Iacobi, & Ioannis pro eis petere posset aliquid, ad quid ipsi voluerunt, quod pro eis peteret, poterant enim ipsi pro seipsis petere. Dicendum, quod matri suaserunt, ut peteret, quasi cōuenientius illa petere posset, quam filij. Et hoc primò, quia facilius exaudiretur, eo quod ipsa erat mulier, & viri solent maximè honorare matronas, potissimè cum honeste sint, & etate graudeque, talis autem erat mater. Aut, ut Chryso. dicit. Quod erat etate defecta, & femina religiosa: ideo magis eam audiret quam illos. Secundò, quia ipsi erant domestici Christi, & licet quis familiares suos magis quam extraneos diligat: extraneos tamen magis honorat. Unde ad Iacobum, & Ioannem tanquam familiares & discipulos parum attenderet Christus, ad matrem verò eorum, quæ non erat ita familiaris magis attenderet: ideo illam summiserunt rogaturam. Nam circa honorem honestius auderent petere extranei, quam domestici. Cum enim Iacobus & Ioannes discipuli essent Christi, & familiares eius, non videbatur eis honestè, quod ipsi peterent hunc grandem honorem. s. quod sederet vnus ad dexteram, alius ad sinistrâ: ideo honestius mater eorum pro eis peteret. Tertiò fuit, quia facilius cōcederet Christus matri, quam filijs. Nam licet tam matri, quam filijs esset Christus cognatus secundum carnem, tamē ad matrem illorum se habebat, ut minor, ad illos verò ut æqualis: & ideo matri illorum, quæ erat foror matris suæ debebat quandam honorem, quæ fortè illa aliquando adiuuerat Dominam nostram fororem suam ad nutriendum Christum, sicut sorores inuicem faciunt: & ex hoc aliqualem honorem ei videbatur debere ut matri. Iacobus autem, & Ioannes erant cognati Christo in secundo gradu: & ita erant in gradu æqualitatis, & ideo non debebat eis honorem, sed amorem, propter quod facilius exaudiret matrē eorum quam illos. Quartò, quia ex alia ratione videbatur Christus debere honorem quandam isti mulieri: quia ista ministrabat ei expensas aliquas, ut dicitur infra vigesimo septimo, erant autem mulieres a longè, quæ secutæ fuerant Iesum a Galilæa ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi: ideo magis exaudiret istius petitionem quam filiorum. Quintò fuit propter reprehensionem tollendam, & scandalū euitandum. Nam timebant Ioannes & Iacobus, quod eis petentibus hunc singularem honorem turbaretur ceteri discipuli. Si autem mater pro eis peteret, non esset, ita aperta causâ turbationis, & ipsi essent excusabiliores. Sextò, quia ad quemcunque euentum videbatur esse melius, quod mater peteret, quam quod filij: quia aut petitio ista iudicaretur a Christo reprehensibilis aut rationabilis, si reprehensibilis minus redargueretur illa, tum quia erat mulier, tum quia mater. Si autem esset rationabilis, facilius impetraret mater quam filij. De his dicit Chryso. Si nos rogamus magistrum, forsitan ceterorum fratrum corda concutiemus. Si enim vincit a carne iam non possunt, quasi iam spirituales: tamen percuti possunt, quasi adhuc carnales: ergo tubmittamus matrem nostram, ut suo nomine deprecetur pro nobis. Si enim reprehensibilis inuenta fuerit, facile meretur veniam, ipse enim sexus excusat errorem. Si autem non fuerit importuna, facilius impetrabit mater pro filijs suis rogans, nisi non iudicata fuerit petitio importuna, & irrationabilis, ipse enim Dominus, qui maternos animos filiorum ueneratione impleuit, facilius exaudit maternum affectum.

*Quomodo ausa est mater filiorum Zebedæi petere hoc a Christo. Questio LV.*

**Q**VAERETVR, quomodo mater istorum ausa est petere a Christo hoc. Dicendum, quod primò mota est ex affectu materno: erant enim filij eius Iacobus & Ioannes, & fortassis nullos alios habebat: ideo tenebatur nimio affectu ad eos, & ita quidquid illis ad honorem, vel utilitatem cederet, non dubitaret mater petere, quæ illud ardentè cupiebat: hoc autem valde videbatur ad honorem eorum facere, quod sederet ad dextram & sinistram Christi: quod nunc posse obtineri putabant: ideo mater confidenter petijt. Sic enim dicit Chryso. Audacem enim eam fecerat naturæ affectus. s. quod mater esset. Secundò, fuit ipsa cōfidentia propinquitatis nimie in cognatione: dominus enim hunc honorem aliquibus collaturus erat. s. aliquid, quod sederet ad dextram, & aliquid ad sinistrâ, sicut principes terreni faciunt: non tamen videtur aliquis cui potius dare deberet quam istis: quia isti erant propinquiores cognatione: erant enim in secundo gradu ad Christum, & mater eorum erat foror matris Christi: ideo videt ei, quod poterat petere sine spe repulsi. Terriò, quia ipsa ministrabat Christo in expensis, ut dictum est precedenti questione: ideo ex hoc aliquem honorem impenderet ei petenti.

*Quare nunc potius quam alio tempore mater, & filij hoc petierunt a Christo. Questio LV I.*

**Q**VAERETVR, quare nunc, potius quam alio tempore mater & filij hoc petierunt a Christo. Dicendum, quod putauerunt nunc tempus aptissimum: ante hoc autem licet fortassis hoc cuperent, non viderant aptitudinem petendi. Nunc verò viderunt rem de propinquo: nam Christus dixerat nunc ascendens Ierosolymam, quod moriturus esset, & resurgeret tertia die: sed statim post resurrectionem putauerunt, quod Christus esset in regno suo: quia iam nihil restaret agendum, postquam semel occideretur, & resurgeret: ideo antequam alius hoc peteret, & concederet ei, voluerunt ipsi anticipare, ut eis daretur. Et ob hoc statim, ut Christus dixit de morte, & resurrectione suâ, secuta fuit hæc petitio. Et ita dicitur in littera: Tunc accessit ad eum. s. statim postquam mors & resurrectio prænunciata sunt. Est autem intelligendum, quod postquam Iacobus & Ioannes audierunt Christum loquentem de morte sua, & resurrectione iuerunt, & dixerunt matri suæ, & suggererunt ei, quod ipsa ad petendum pro eis iret. Nam ipsa non interfuert, quando Christus de morte & resurrectione locutus est: cum dicitur supra in littera, quod assumpsit duodecim discipulos suos secreto: & ita oportet necessariò intelligi, quod matri suæ illi statim hoc retulerunt, & illa non morata Christum petitura adiit. Sic dicit Hieron. Quia post omnia dixerat Dominus, & tertia die resurgeret: putauit mulier post resurrectionem illico regnaturum: & auditate feminea præsentia cupit immemor futurorum. Sic etiam dicit Chryso. Aestimo autem, quod hi fratres cum audissent

dissent Dominum de passione sua, & resurrectione prophetatam, ceperunt dicere intra se, cum essent fideles: ecce rex cœlestis descendit ad regna tartarea, ut regem mortis destruat: cum autem victoria fuerit cōsummata, quid aliud restat, nisi ut regni gloria subsequatur? Ante hoc autem non fuerat tanta aptitudo ad petendum, quia aliquod tempus erat, in quo Iacobus & Ioannes non habebant secum matrem, ut peteret pro eis: sicut antequam illa inciperet ire cum Christo de Galilæa in Iudæam, & ideo tunc petere non audent. Etiam aliquando erant ita noui apud Christum, quod de regno eius futuro nihil credebant, neque audiverant: ideo nihil erat quod petere posset. Aliquādo autem licet de regno Christi audissent, tamen longè illud esse putabant: ideo petere non curabant, sicut postquam audierant iam bis, quod Christus iturus esset in Ierusalē, & moriturus, & sureretur. supra 16. c. & 17. c. Nunc verò omnia concurrebant in vnum. Nam matrem suam secum habebant, quæ de Galilæa cum Christo ascendebat in Iudæam & Ierusalē, ut colligitur infra vigesimo septimo, etiā iam de Christo credebant, quod regnaturus esset, tum quia eum filium Dei sciebant, eo quod cum ille quæ fuit ab eis, vos autem quem me esse dicitis: respondit Petrus: tu es Christus filius Dei viui, supra decimo sexto capitulo, & ista fuit confessio omnium, ut ibidem ostensum est. Etiam ipse dixerat eis se regnaturum eodem cap. s. filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Etiam quod plus esse sciebant, quod hoc euenturum erat in diebus eorum. Nam dixerat Christus eodem capitulo, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Etiam sciebant hoc non euenturum ante mortem eius: quia postquam ipse inciperet regnare, non cessaret regnum eius: cum esset Messias & filius Dei. Et tamen dixerat se ante illud occidendum & resurrecturum, eodem capitulo: ergo intelligendum erat, quod non inciperet regnare eius usque post resurrectionem suam: imò quod ad hoc resurgeret, ut regnaret, & tamen nunc dixit: ecce ascendimus Ierusalē. Et ut retulit Luc. 18. cap. dixit: & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Non erant tamen longè a Ierusalē: ideo nunc erat optimum tempus petendi, & nunquam fuerat antè hoc: ideo nunc petierunt.

*Quare dicitur accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Questio LV II.*

**Q**VAERETVR, quare dicitur, accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Dicendum, quod voluit Mater notificare mulierem illam, quæ petebat: ideo notificanda erat per nomen suum, vel per aliquid adiunctum aut notius, nomen autem mulieris non erat notum: ideo per aliud erat notificanda. Porrit autem notificari per nomen viri, aut per nomen filiorum: utraque enim erant nota. Nam nomen Zebedæi notum, vel vulgatū est in scripturis. Ponitur enim supra quarto capi. ubi Ioannes & Iacobus in vocatione a Christo vocantur filij Zebedæi, & quod erat, cum Zebedæo patre suo, & idem Mar. 1. & ita infra vigesimo septimo. & sepe alibi nomen Zebedæi ponitur: & ita ex illo poterit cognosci mulier, quæ erat vxor eius: poterat etiā agnosci ex nomine filiorum: vocabantur autem Iacobus & Ioannes, & isti inter apostolos noti erant: ideo vocando eam matrem Iacobi, & Ioannis notificaret. Sed tunc dicitur, cum posset mulier ista notificari ex nomine viri, aut filiorum: quare non notificauit ex nominibus filiorum, ut diceretur, accessit ad eum mater Iacobi & Ioannis, sed notificauit ex nomine mariti, ut

diceretur, mater filiorum Zebedæi. Dicit potest vno modo, quod res notificatur per id, quod de ea notius est, & tamen licet nomina filiorum, s. Iacobus & Ioannes nota essent, notius erat nomē patris. s. Zebedæus: ideo per illud conuenientius poterat notificari mulier. Hoc patet, quia nomina Iacobi, & Ioannis notificantur per nomen Zebedæi patris sui: ideo illud erat notius. Patet hoc, quia ut communiter vbi Matth. Inducit nomina istorum fratrum, vocat eos filios Zebedæi, vel saltem nomen Iacobum, & per ipsum notificat Ioannem fratrem eius esse filium Zebedæi. Sic patet supra quarto capi. s. Procedens vidit alios duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauī, cum Zebedæo patre eorum. & supra decimo cap. dicitur, nomina 12. apostolorum sunt hæc. Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. Aliquando autem notificantur non expressis nominibus eorum, solum exprimendo nomē Zebedæi, ut infra vigesimo sexto capitulo. Assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi, cepit contritari, & mestus esse: vbi Mar. 14. dicitur. Assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem secum: ideo potius debuit notificari mulier ex nomine viri. s. Zebedæi. Secundò potest dici, quod non notificatur solum per nomen viri, sed etiam per nomen filiorum, utrunque enim ponitur: Nam dicitur accessit mater filiorum Zebedæi, & non dicitur accessit vxor Zebedæi, & tamen prima solutio est melior. Nam si ex nominibus filiorum notificaretur mulier, exprimeretur nomina eorum sine nomine Zebedæi, aut saltem cum illo, & tamen expresso illo non exprimitur aliquid de nominibus filiorum: ideo non notificatur per nomina filiorum, sed per nomen viri: imò & filij notificantur hic per patrem Zebedæum, & isto modo notificationis vultur semper Matthæus. Sic etiā patet infra vigesimo septimo c. inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Sed dicit aliquis, quod cum mulier notificetur hic per viri nomen, & non per nomen filiorum, & respectu viri non fit mater, sed vxor: quare non dicitur, accessit vxor Zebedæi, sed dicitur accessit mater filiorum Zebedæi. Dicendum, quod cautè positum est, ut utrunque intelligeretur. s. vxor & mater. Nam non sufficeret alterum eorum: si enim poneretur solum mater. s. ut diceretur mater Iacobi & Ioannis, fortassis non esset sufficiens notificatio, cum & Ioannes & Iacobus per nomen patris sui soleant notificari, ut vocentur filij Zebedæi. Si autem poneretur solum nomen vxoris. s. ut diceretur, accessit vxor Zebedæi ad Iesum, non sufficienter, imò non conuenienter notificaretur, quia licet Zebedæus esset notus, tamen poterat esse, quod vxor sua non esset mater Iacobi & Ioannis: licet enim ille ex vxore sua genuisset Iacobum & Ioannem, poterat esse, quod non haberet nunc illam vxorem sed aliam, utpote quia prior mortua esset, vel quæ Zebedæus eam iam repudiasset secundum cōsuetudinem legis Moyfi, & tamen hic introducitur mulier ista, ut videatur, quod ipsa orat pro filijs, ideo debuit poni, quod mulier ista erat vxor Zebedæi, & quod esset mater Iacobi & Ioannis, & ita cautè Matthæus utrunque expressit, & breuiter dicens: Accessit mater filiorum Zebedæi. Nam si mater filiorum Zebedæi erat, necessario erat, vel fuerat vxor Zebedæi.

*Ad quid filij cum matre ad Christum accesserunt, cum pro filijs petitura esset mater. Quest. LV III.*

**Q**VAERETVR, cum mater petitura erat pro filijs, ad quid filij cum ea accesserunt. Nam videtur fuisse honestius, quod non irent cum ea. Primò, ut magis dissimularēt petituræ rei desiderium. Nam si sola mater

mater iuisset ad petendum, poterat aliquo modo parari, quod illis nihil dicentibus a seipso mota fuisset pro honore filiorum. Cum vero illi cum ea irent, apparebat, quod vel ipsi eam ad petendum induxerant, vel taliter de conscientia eorum petebat. Secundò, quia ista res posset scandalizare ceteros apostolos videntes, quod isti cum essent ceteris equales, vellent esse eis maiores: & tamen si sola mater iuisset, posset credi, quod filij hoc ignorauerant, & ita non scandalizarentur contra eos. Videntes autem, quod illi ibant cum matre, & ideo erant conscij, vel incentores petitionis, indignarentur contra eos, sicut fecerunt, & tamen ipsi volentes hoc euitare, matrem submittebant, ut dicit Chryso. Si nos rogamus magistrum, forsitan ceterorum fratrum corda concutiemus: etsi enim vinci a carne non possunt, quasi iam spirituales, tamen percuti possunt, quasi adhuc carnales: ergo submittamus matrem nostram, ut suo nomine deprecetur: & tamen non euitabant penitus istam suspicionem, si irent ipsi cum matre: ergo ire non debuerunt. Tertio, ut verecundiam non sustinerent: si enim petitio visa esset domino importuna, argueret petentes sicut ipsos arguit dicens: nescitis quid petitis. Et tamen si non essent presentes, non argueret eos: ideo conuenientius erat, quod non irent cum matre. Quarto, propter rem petitam, quia petebatur hic magnus honor eorum. Si vnus sederet ad dexteram domini, & alius ad sinistram, quo honore fortassis non erant digni, imò verè tunc non erant digni, neque etiam illum acceperunt. sicut ergo indecens erat, quod ipsi per se peterent, quia erubescerent talia petere, ita & non debebant interesse petenti pro eis: quod eodem modo erubescerent, cum pro se peteretur.

Dicendum, quod conuenientius erat ad honorem Iacobi, & Ioannis, quod illi non irent cum matre petitura, quam quod irent propter causas suprapositas, & tamen desiderium rei petite tantum eos alliciebat, quod induxit eos ad hoc, ut se modo peteret, quo facilius impetrarent: licet non valde conueniret honestari eorum. Sed adhuc moti sunt ad eundem cum matre. Primo ex causa honesta. ut honorarent matrem, erat enim matrona honorabilis, unde non debuit sola ire ad Iesum. Nemo autem cum matre honestius ire poterat quam filij, potissimè ad introducendam eam ad Christum: quia illa non erat ita familiaris Christo, sicut filij eius, qui erant discipuli eius: ideo ex hac parte conuenientius erat ire cum ea. Secundò, fuit ad accumulationem, licet enim matrem ad petendum submitterant, tamen & ipsi petere volebant, unde & Marcus eos petiuisse introducit: vel saltem multiplicatis petitionibus facilius impetraretur, quam si sola mater peteret, aut soli filij. Tertio fuit, & fortè precipuè ad tollendas excusationes, fortè enim Christus vellet ponere excusationes, quare hoc non faceret, aut quod non esset tempus faciendi, & quia mater non interfuerat verbis Domini, quando dixit, quod ascendebat Ierosolymam, & consummarentur omnia, quæ scripta erant de eo. ut occideretur, & resurgeret tertia die, poterat Christus dissimulare verba ista, quasi non dicta essent, cum in secreto dicta essent, vel aliter intelligerentur: aut aliquid circa ea dicere, per quæ excluderet petitionem mulieris: & fortassis illa nesciret respondere, ideo filij ire voluerunt cum matre, ut si quid esset ad quod illa non sufficeret respondere ipsi responderent, aut si in aliquo illa remissior esset, ipsi peteret agentes causam suam. Inconuenientia autem in contrarium allegata vera erant, & ideo honestius fuerat eis non ire cum matre, & tamen forsitan de impetratione confidentes non timuerunt aliquam verecundiam. Vel tanta cupiditate obtinendi petitam rem erat, quod potius se submittere voluerunt dubio, & alicui in honestati, quam

petitionem suam in aliquo reddere infirmiore.

*Quare mulier ista Christum adorauit, & qua adoratione. Questio LIX.*

**Q**VAERETVR, quare adorauit mulier hæc Christum, & qua adoratione. Ad primum dicendum, quod adorauit eum primò, quia dignum erat, quod eum adoraret propter suam excellentiam. Secundò, quia nunc accedebat ad eum: ideo in primordio locutionis conueniens erat, quod adorationem per honore ei exhiberet. Tertio, & precipuè fuit hoc ad placandum & flectendum eum: quædam enim pars iustificationis erat hæc facere. Nam naturaliter quilibet homo obsequijs flectitur, & suadetur, honor autem magnus obsequij est, potissimè ad animos natura præstantes, ideo multum inclinatur ad concedendum, quod petitur ipse honor exhibitus: & ita mulier cautè egit prius adorans, & deinde petens, ut adoratio conferret aliquid ad exauditionem petitionis. Sic dicit Chryso. Adorans & petens aliquid ab eo. i. reuerentia exhibita petit, ut quod petierit sibi detur. Ad secundum dicendum, quod Christo tam dulcia, quam latria poterat exhiberi: erat enim verus homo, & virtute præditus, ideo ex hoc sibi dulcia debebatur, imò excellens dulcia, propter excellentem virtutem, quæ in eo resulgebat. Erat etiam verus Deus, & ideo latria sibi debebatur, & tamen quid istorum mulier præstiterit non apparet. Nam si mulier crederet eum Deum, certum est quod latriam exhiberet. Si autem hominem putaret, impenderet dulciam. Credebat autem mulier Christum esse hominè, quia hoc videbat, & etiam aliquod supra hominè, quia credebat eum esse Messiam: & ideo assererat eum regnaturum postquam resurgeret: & ita petebat pro filiis dextram & sinistram: & tamen non crederet eum esse Deum non apparet: quia Iudei non credebant Messiam futurum esse Deum: licet ex laticris scripturis hoc inferatur, & licet mulier illa crederet illum esse Messiam, non erat necesse, quod crederet eum esse Deum: sicut Iudei existimabant: & hoc certius videtur. Si illa solè crederet eum hominè, & ideo adorationem dulciæ impediret flectendo genua, vel inclinando caput, & ita de alijs modis reuerentiarum. Sic enim dicit Chryso. Adorans & petens aliquid ab eo, reuerentia exhibita petit, ut quod petierit sibi detur.

*Quare Christus dixit mulieri? Quid vis? Questio LX.*

**Q**VAERETVR, quare Christus dixit mulieri: Quid vis? Nam cum ipsa peteret, iam superna cum videbatur dicere ei, quod vis. Aliqui dicunt, quod adhuc mulier nihil petierat, sed petentis vultum ostenderat, in quantum venerat & adorauerat Dominum. Ipse ergo videns, quod petere intendebat, & tamè adhuc non petebat, & fortassis hoc præ timore, aut verecundia faciebat, abstulit ei verecundiam: dicens, quid vis? Et hoc patet primò, quia dicitur quod adorans & petens aliquid, & tamen si verè mulier petiisset, non diceretur, & petens aliquid: sed poneretur quid est, quod ipsa petiuerit: quia verè aliquid in particulari peteret. Secundò, quia postquam Christus dixit ei, quid vis? dixit ei, dic ut sedeant hi duo filij mei, & tamen nihil petiuit mulier, quam hoc, quod pater ex Christi responsione, qui non respondit nisi ad hoc: & tamen hoc petiuit mulier, postquam Christus dixit, dic ut sedeant, ergo videtur, quod prius nihil petiuerat, sed dicitur petens, id est, petentis vultum habens. Aliter tamen dicendum est, & verius, scilicet, quod mulier petiuit antequam Christus diceret ei, quid vis, & tamè non petiuit aliquid in speciali, sed in generali, scilicet, ut concederet ei id quod postea exprimeret, & ideo tunc Christus debuit ei dicere.

Honor ex  
hibiti mul  
tum homi  
nem incli  
nat ad cō  
cedendum  
quod peti  
tur.

cere quid. i. quid petebat in speciali, & hoc consonat litera, ut teneantur omnes termini in propria significatione. s. ut dicatur, petens. i. verè petens, & non petentis vultum habens. Et patet hoc, quia Mar. 10. c. ubi Iacobus & Ioannes introducuntur petentes hoc, quod mater dicitur petiuisse: & dicitur accesserunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi dicentes: Magister volumus, ut quodcumque petierimus, facias nobis: at ille dixit eis: Quid vultis, ut faciam vobis? & quia in veritate mater petiuit, & non filij, sed filij dicuntur petiuisse, quia matrem petere suaserunt, & compulerunt: ut dictum est supra. Illa verba, quæ Mar. 10. dicuntur filij dixisse, verè dixit mater. s. Magister, vel Domine volo, ut quodcumque petiero, facias mihi: Et ille ait, quid vis? & tunc illa expressit petitionem. s. dic, ut hi duo filij mei &c. via fuit autem mulier isto modo petitionis, quasi ex generali petitione Christum teneret, & postea facta promissione non faceret contra verbum suum, in quo mulier decipiebatur. Nam verum est, quod si Christus promitteret ei facere quodcumque illa peteret, quod ita verè faceret, & tamè illa credidit, quod generalem petitionem Christum non recusaret, quia fortè recusaret cedere in speciali, quod hoc putabat, quia non credebat, quod Christus sciret quid illa petere intendere antequam peteret, sicut & nos facimus: unde Christus non promisit facere quidquid illa peteret, & neque postea fecit.

Ad primum in contrarium dicendum, quod aliquid petiuit, sed non fuit illud speciale, quod petere intendebat, sed dixit volo, ut quodcumque petiero concedas mihi. Ad secundum dicendum, quod non est verum, quod nihil petiisset, nisi hoc. s. ut sedeant hi duo filij mei. Nam licet, nihil aliud in speciali petierit, in generali tamen petiuit aliud, scilicet. Volo, ut quodcumque petiero, facias mihi.

*Quomodo Christus dixit, quid vis, cum ipse sciret quid ipsa vellet. Questio LXI.*

**Q**VAERETVR, ad quid, aut quomodo Christus dixit, quid vis. Nam videtur, quod ipse sciebat quia illa vellet, & ideo non oportebat querere. Dicit potest dupliciter: vno modo, quod Christus sciebat, quid illa petere vellet, cum ipse scrutetur corda & renes, & tamen locutus est iuxta id, quod mulier de illo crederat: sic enim Christus sepe faciebat, quod talem se hominibus exhiberet, qualis apud eos esset, sicut quando apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaus die resurrectionis: Nam visus est eis peregrinus, & finxit se longius ire: non quidem, quod aliquid verè finxerit, sed quia ipsi fidem Christi perdiderant, cum dixerunt: nos autem sperabamus, quod ipse redempturus esset Israel, Luc. 24. c. Apparuit eis tanquam peregrinus: quare verè ab animo erat per fidem peregrinus, & alienus erat. Etiam dicitur, quod finxit se longius ire, quia verè longè ab eis erat. Sic dicit Grego. Nihil simplex veritas, per dupliciter fecit: sed talem se eis foris ostendit, qualis interius apud eos erat. Ita & nunc mulier ista putabat, quod Christus nesciebat, quid ipsa vellet petere, & ideo dixit: volo, ut quodcumque petiero, des mihi, ut dictum est præcedenti questione, Christus ergo locutus est, ac si nesciret, quid illa vellet, dicens: Quid vis? Secundò potest dici, & adhuc melius, quod ideo Christus quesivit quid vis, ut ex responsione illius haberet occasionem loquendi, & ostenderet responsionem suam iustam: sciebat enim Christus, quod volebat mulier petere, quod duo filij eius federent, vnus ad dextram, & alius ad sinistram, & hoc ille volebat concedere. Et quia si muliere dicente, volo, ut concedas mihi quodcumque petiero, diceret Christus nolo concedere: non appare-

ret alijs, an Christus iustè hoc negasset: quia licet ipse sciret, quid illa petere vellet, nesciebat hoc alij. poterat autem esse, quod sub illa generalitate vellet petere aliquid iustum, cui condescendi deberet: & cum illa esset soror matris Christi, & deuota nimis Christi sequens eum, & ministras ei de facultatibus suis, videretur indignum, si negaret petitionem non apparente causa negationis: & tamen nisi illa aperiret, quid volebat, non appareret, an iustè denegabat, debuit mulier ergo aperire petitionem, & tamen non aperiret eam, nisi Christus diceret ei quid vis: ideo debuit ei dicere, quid vis. Et ista est vera causa: sic aliquando Christus in interrogata aliqua, ut ex locutione haberet locum dicendi, ut illud supra 9. & Luc. 8. s. Quis me tetigit? sciebat enim quis tetigisset eum, & tamen quesivit, ut ex responsione haberet occasionem loquendi. Nam dictum est ei, præceptor turbæ te comprimunt, & tu dicis, quis me tetigit? & ille ait, aliquis me tetigit. nam & ego sensi virtutem exiuisse de me: & tunc mulier videns se deprehensam confessam est, quomodo tetigerit: & tamen si Christus hoc non diceret, nunquam mulier confessam esset, quod tetigisset Christum, & sanata esset: sic etiam Ioan. 11. quæsiuit: Vbi posuisti eum? ut ex hoc Iudei confiterentur de morte Lazari, & tempore mortis, & etiam esset eis occasio eundi cum eo ad suscitandum Lazarum, ut viderent miraculum. Si autem non quæreret cum ipse sciret, poterat ipse per se ire ad monumentum, & suscitare eum: & tunc non videret Iudei, quomodo eum suscitaret, & quid faceret eum suscitando: ideo conueniens erat circa multa, quod Christus de illis quæreret, licet omnia sciret.

*Quare mulier petiuit a Christo: dic ut sedeant hi duo filij mei &c. Questio LXII.*

**Q**VAERETVR, quare mulier petiuit a Christo: Dic ut sedeant hi duo filij mei vnus ad dextram, alius ad sinistram tuam. Dicendum, quod mulier ista pro filiis suis maximum honorem petebat, quem habere poterant: Christum enim regnaturum credebat, quod verum erat: & ideo in domo, vel familiaria illius volebat, quod filij sui maximum honorem haberent, quem exprimere voluit per hoc quod dixit: sedeant vnus ad dextram, & alius ad sinistram.

*Quare honorem illum maximum petere volendo mater Iacobi, & Ioannis dixit, ut sedeant hi &c. Questio LXIII.*

**S**ED quare honorem illum maximum petere volendo dixit, ut sedeant hi duo filij mei. Dicendum vno modo, quod videbat mulier, quod in regno temporali illi, qui iuxta reges sedent, maximum honorem habent: ideo ipsa volens petere maximum honorem pro filiis suis apud Christum dixit, ut sedeant ad dextram, & ad sinistram. Sic dicit Origenes. Sicut enim in regno mundi in honore esse videntur, qui sedent cum rege, nihil fuit mirum, si mulier muliebri simplicitate, vel imperitia talia se debere petere existimauit, & ipsi fratres adhuc imperfecti, & nihil altius cogitantes de regno Christi talia arbitrati sunt de his, qui sedebant cum Iesu. Alij volunt intelligere, quod Christus erit in regno suo, quando subiecerit omnes potestates malignas sibi, & tunc qui propinquiores Christo erunt, a dextris erunt: qui verò inferiores erunt a sinistris: & ita tenet Origenes. Sed dicendum, quod mulier non sentiebat hoc, volebat enim filios suos inter se æquales esse, vel quasi, ideo vnus a dextris ponere voluit, alium verò a sinistris. Aliter ergo dicendum & melius, quod causa petendi hoc determinatè fuit ex verbis Christi



In quæst. 57.

Christi supra dictis. Nam sicut Iacobus & Ioannes nunc petierunt ista potius quam alio tempore propter verba Christi, quæ supra dixerat. scilicet ecce ascendimus Ierusalem: ut dictum est supra ita: & determinatè petierunt istum honorem propter verba, quæ Christus dixerat præcedenti capitulo. I. Vos, qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis, sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Et ita significatum est ibi, quod Christus sessurus esset in sede regni sui: & quod omnes duodecim apostoli, qui eum secuti fuerant, sederent super sedes singulas, ex quo mulier iam credebatur, quod filij sui super sedes sessuri essent Christo: & tamè tunc manebat differentia, quia illi, qui propinquiores essent Christo in sedendo essent honorabiliores, ideo petiuit hunc honorem pro filiis suis, ut vnus ad dextram, alius ad sinistram sederet. Sic dicit Chryso. Videbant enim seipfos præ alijs honoratos, & audierant, quod super duodecim thronos sedebunt vnde primatum ipsius cathedra petebant accipere.

An Iacobus & Ioannes confidebant se hoc, quod a Christo petebant accepturos. Quæst. LXIII.

QVAERETVR, cum Iacobus & Ioannes induxerint matrem suam ad hoc petendum pro eis: an confidebant se hoc accepturos, & vnde.

Dicendum, quod confidebant se accepturos, quia alijs non peterent expectantes verecundiam, & nullam vtilitatem ex petitione. Ratio autem confidendi, prima erat cognatio, erat enim adhuc carnales, & sicut apud homines solitum est, quod plus cognatos suos, quam alios honorent, & eis magis beneficia præstent, licet minus digni sint: ita & isti crediderunt, quod cum inter apostolos Christi nulli essent ita propinqui Christo sicut ipsi: quod potius eis quam alijs concederet hunc honorem. Secunda erat familiaritas præcedens. Nam licet multos haberet discipulos, & præcipuos duodecim apostolos, tamen inter illos duodecim eos magis honorabat: quia in rebus specialibus, non vocabat omnes, sed tres solitus erat vocare scilicet Petrum & Iacobum & Ioannem. sic patet in suscitacione prima, quam fecit, quando suscitauit filiam archiynagogi, supra 9. & Mar. 5. & Luc. 8. Sic etiam in transfiguratione, quæ fuit res altissima, & secretissima, eos solos vocauit, supra decimo septimo capitulo, & post hoc in passione, quando cepit pauere & regere soli tres coram eo erant, infra 26. & Mar. 14. cap. ideo videntes, quod ipse non petitus dederat eis illam excellentiam inter ceteros, concederet nunc, quod sederet vnus ad dextram, & alius ad sinistram. Tertia erat, quia isti credebant, quod Christus istum honorem alicui donaturus erat, cum reges terreni sic faciant: & etiam ex verbis illius colligi putabant hoc concedendum.

Quare Iacobus, & Ioannes hoc petierunt, scilicet, sedere vnus ad dextram, & alter ad sinistram. Quæstio LV.

QVAERETVR, dato quod confiderent Iacobus, & Ioannes hoc sibi dandum, si peterent, cur petierunt: quia cum causæ assignatæ præcedenti quæstione existerent, etiam eis non petentibus credere possent, quod eis non petentibus Christus illis donaret, & ita non oporteret petere. Dicendum, quod putauerunt necessarium esse petere. Primum, propter benigni-

tatem Domini: erat enim tam benignus, quod cum hoc (ut ipsi credebant) alicui daturus esset, nulli denegaret, & ideo cum nondum concessisset, primo petenti concederet: & ideo habita opportunitate, cum nemo adhuc istud petiuisset, putauerunt conueniens esse illud petere, ne si quis eos præueniret posset illud impetrare. Sic dicit Chryso. Quod Iacobus & Ioannes dixerunt de Christo. Qui autem se ipsum donauit hominibus, quomodo regni sui societatem non donabit? petentis negligentia reprehenditur, ubi dantis misericordia non dubitatur. Secundò, & principaliter fuit, quia videbant se habere competitorum. I. Petrum, illum enim Christus specialiter diligebat: nam ex parte eum illis æquabat: quando enim aliquot præsentès Christo futuri erant, Petrus erat vnus de eis, & ita in suscitacione puellæ, supra nono, Petrus fuit cum Iacobo & Ioanne, & in transfiguratione de tribus fuit vnus Petrus, supra duodecimo, aliquando autem præferri eis videbatur, iuxta illud supra decimo sexto, quando dixit: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & iterum ei dixit ibi, tibi dabo clauas regni cælorum, quod nulli alteri dixit: ideo rationabiliter tenete poterant, quem aliquando eis æquabat, & aliquando præferebat, fortassis in regnando præficeret: ideo necessarium putauerunt, quod ipsi peterent, hoc antequam Petrus peteret. Nam si prius peteret, putarent isti quod dextram concederet. Si verò isti qui ei æquales erant, petendo, præuenirent essent potiores iure, quia erant priores tempore, quod non expectarent, si præueniret eos Petrus in petitione: ideo anticipauerunt petere propter Petrum, & tota ratio anticipationis fuit, quia ipsi credebant, quia etiã si alius ante eos peteret, quod ipse haberet dextram, vel sinistram. Nam Christus nemine petente, sic eos honorabat ante mortem, quod ad secretissima vocabat eos, & Petrum: ideo videbatur rationabiliter, quod ad nullius instantiam vellet ipse turbare ordinem, quem ipse spontè induxerat: dato ergo quod alij peterent, ante eos nulli concederet honorem super eos, nisi Petro, qui eis æqualis erat, & si illi concederet dextram, manebat sinistra pro altero eorum: quia tamen duo fratres erant, & volebant esse æquales, putauerunt, conueniens esse præoccupare, ut Petrus non peteret ante eos: & ita daretur eis dextra & sinistra: & ipsi putabant, quod Christus hoc vellet, ut eos parificaret, & ita Petrum eis minorem faceret, ut ipsi æquales manerent. Et ad hoc necesse esset, quod præcederent Petrum in petitione. Sic dicit Chryso. Videbant enim seipfos honorari præ alijs, & audierant, quod super duodecim thronos sedebitis: vnde primatum ipsius cathedra petebant accipere, & quod quidam plus honore, alijs apud Christum habebant non erant, timebant verò Petrum sibi præferri.

Quomodo potuerunt credere Iacobus, et Ioannes, quod Christus eis concederet sedere ad dextram, & ad sinistram: quia credere debebant, quod Petrum poneret ad dextram: cum ei prius clauas dedit, & principem apostolorum constituerit. Quæstio LXVI.

QVAERETVR, quomodo potuerunt Iacobus & Ioannes, quod Christus eis concederet sedere ad dextram, & ad sinistram, quia videtur, quod Petrum debuerat ponere ad dextram, & quod ipsi sic credere debuissent. Nam in omnibus, in quibus ipsi honorabantur singulariter honorabatur Petrus cum eis: ita ut tres essent, & ultra hoc solum Petrum Christus honorauerat, dando ei clauas regni cælorum, supra decimo sexto capitulo. Et etiam dicendo ibi: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. In quo

quo innuebatur, quod super eum fundaretur ecclesia, & non sit mentio de alijs: ideo verisimile erat, quod illum plus omnibus honoraret, & ita illi daret dextram, & consequenter non daret dextram, & sinistram duobus fratribus. Dicit potest vno modo, quod non putauerunt Iacobus, & Ioannes Petrum se maiorem, propter clauas regni cælorum ei promissas & traditas. Nam non credebant eum solum istas clauas habere: sed quod omnibus datæ erant: quia supra 18. cap. dixit Christus: Amen dico vobis, quod quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Et tamen soluere, & ligare est actus clauium, ergo clauas dabantur omnibus illis, quibus ista dicta sunt, & tamè dicta fuerant omnibus apostolis: imò & pluribus, ut ibidem de claratum est: ideo non putabant Iacobus & Ioannes se minores Petro, quantum ad clauas, & ita posse accipere dextram & sinistram. Secundò potest dici, quod etiam si soli Petro datæ essent clauas regni cælorum putarent Iacobus & Ioannes se posse fieri maiores in regno cælorum, & sedere ad dextram & sinistram, quia crederent, quod habere clauas esset aliquid speciale officium in regno cælorum, & tamen non esset maius: sicut & clauigeri non sunt præcipui in domibus domitorum: & ita Petro clauigero existente possent ipsi esse maiores in regno cælorum, ut sederent ad dextram & sinistram. Et patet, quia etiam collatis clauibus regni cælorum Petro, etiam antequam diceretur alijs apostolis, quæcunque alligaueritis super terram erunt ligata & in cælis, supra decimo octauo capitulo, non credebant apostoli Petrum maiore esse: sed dubium erat inter eos de maiestate, & non solum apud Iacobum & Ioannem respectu Petri, sed etiam inter omnes apostolos istud erat dubium: vnde in via inter se contendeabant, quis eorum esset maior, & fuit hoc post collatas clauas Petro, & post transfigurationem. Marc. 9. & Luc. 9. capit. Istud etiam maxime patet, quia Christus ostendit istam rem dubiam, non manifestans quis esset maior, sed quasi relinquens locum cuiilibet, ut esse posset maior: quia supra decimo octauo capitulo dicitur, quod accesserunt discipuli ad Christum dicentes: quis putas maior est in regno cælorum? & Christus non dixit, quis esset maior, sed ait: qui voluerit primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minimus. Mar. 9. c. & ita non manebat ibi determinatum, quis esset maior, sed poterat quilibet esse maior: ideo non obstante excellentia Petro tradita, quod esset clauiger, poterant Iacobus & Ioannes esse maiores. Quod sederent ad dextram & sinistram. Cum autem obijciatur, quod super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Dicendum, quod hoc verè significat magnam excellentiam, & si de Petro hoc diceretur, ipse indubitanter maior esset omnibus, & tamen non fuit dictum de Petro, sed de confessione, quæ ipse fecit. Dixit enim Petrus ad Christum, tu es Christus filius Dei viui: & quia ista est præcipua confessio fidei, & fides est fundamentum, vocauit Christus istam confessionem petram, super quam fundaretur ecclesia: quia super unitatem fidei ecclesia fundata est: & ab ista confessione, quam Christus dixit petram. i. solidam, quia nunquam periret, ipsum Petrum, qui prius non Petrus, sed Simon vocabatur, Petrum appellauit a petra confessionis suæ, & ita non fundatur ecclesia super Petrum, sed supra petram. i. fidei confessionem, ut declaratum est supra decimo sexto capitulo: & ideo etiam ex hoc non confiteretur Iacobus & Ioannes Petrum maiorem se, cum non dicatur supra eum, neque super aliquem fundata ecclesia, sed supra petram fidei: ideo poterant Iacobus & Ioannes confidere, quod ipsi habere possent maximum honorem in regno cælorum, & sederent ad dextram, &

sinistram Christi non obstante excellentia Petri. Quale regnum mater, & filij putauerunt, in quo ad dextram & sinistram sederent. Quæstio LXVII.

QVAERETVR, cum mater petiuerit hic pro filiis suggerentibus filiis, quod sederent ad dextram, & sinistram eius in regno suo: quale regnum tam mater, quam filij putauerunt, in quo ad dextram, & sinistram sederent. Aliqui dicunt, quod istud regnum erat cæleste, sine vita æterna: quia regnum aliud Christus non habuit: ita enim ipse dixit Pilato Ios. 18. cap. Regnum meum non est de hoc mundo: ergo de regno vitæ æternæ intelligebat. Secundò patet, quia illi, qui loquebantur ad Christum de regno eius, de tali regno loquebantur. Sic patet Luc. 23. cap. Vbi vnus de latronibus cum Christo pendentibus dixit: Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum: & ille non loquebatur nisi de regno vitæ æternæ: quia latro videbat se statim moriturum, & non expectabat in hoc seculo aliquid boni iam neque mali. Et patet etiam ex responsione Christi. Dixit enim ei statim: Hodie mecum eris in paradiso. Tertiò patet, quia Mar. 10. ca. vbi ponitur petitiõ ista ex nomine Iacobi & Ioannis, dicitur: Da nobis, ut vnus ad dextram tuam, & alius ad sinistram sedeamus in gloria tua, & tamen gloria est vita æterna, & ponitur ibi gloria, vbi dicitur hic in regno tuo: ergo intelligitur de vita æterna, & non de temporali regno. Quarto patet, quia cum ista esset mulier religiosa, non peteret pro filiis suis prosperitatem temporalem, sed vitæ æternæ: ipsi quoque cum pro Christo omnia abiecissent, & spontaneè se pauperes effecissent, non erat verisimile, quod diuites effici, & potentes in hoc seculo peterent. Quintò patet, quia idem videtur dicere Chryso. Non dicimus, quod rectè peteret hæc mulier: sed dicimus, quia non terrenam, sed cælestiam filijs suis optabat. Non enim sentit sicut ceteræ matres, quæ corpora natorum, scilicet, amant, animas autem contemnunt. Desiderant eos valere in seculo isto, & non curant quid sint passuri in alio, ostenduntque quod corporum sunt parentes, & non animarum: ergo mater petebat nunc bonum pro filiis in vita æterna, & non hic. Sextò patet, quia mater petiuit pro filiis bonum, quod est post mortem, sed illud non est bonum præsentis vitæ, sed vitæ æternæ: ideo non petebat bonum aliquod temporale. Et patet, quia Christus dixit, quod ascenderet in Ierusalem, & occideretur, & resurgeret, & de regno, quod post resurrectionem eius futurum erat loquebantur nunc Iacobus & Ioannes: imò propter hoc potius quam alio tempore nunc petiuerunt istud, quia nunc de morte, & resurrectione dixerat, post quam statim credebant Christum regnaturum, ut dictum est supra. Septimò patet, quia Christus respondens illis fratribus, dixit: Calicem meum bibetis, sedere autem ad dextram, & sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo, ergo videtur, quod aliqui deberent sedere ad dextram, & sinistram Christi, licet non isti: & tamen in regno temporali, nemo sessurus erat ad dextram, neque ad sinistram Christi: cum non esset habiturus regnum temporale: ergo videtur, quod isti loquebantur de regno æterni, quia alijs Christus responderet istis dicens: Nescitis quid petatis: quia ad dextram, & sinistram nemo se debet, sicut vos putatis: quia neque tale regnum aliquod erit, sed solum spirituale.

Dicendum, quod tam mater, quam filij intellexerunt de aliquo regno temporali Christi, & non de vita æterna. Sic dicit Chryso. Putabant, quod regnum Dei esset in ianuis, i. aliquid sensibile: vnde manifestum est, quod nihil spirituale petebant, neque intelligentiam super-

Gloria est vita æternæ.

riosis

rioris regni habebant. Secundo patet, quia idem tenet Orige. dicens: Sicut enim in regno mundi in honore esse videntur, qui sedent cum rege: nihil fuit mirum si mulier muliebri simplicitate vel imperitia, talia se debere petere existimavit: & ipsi fratres adhuc imperfecti existentes, & nihil aliud cogitantes de regno Christi, talia arbitrati sunt de his, qui sedebant cum Iesu. Tertio patet, quia mater, & filij nihil sciebant de regno Christi in vita aeterna, in quo animas beatificat: ideo non poterant petere quod ignorabant: sed putabant tam isti duo fratres, quam ceteri Christi apostoli Christum temporaliter regnaturum. Nam eum Messiam credebant, de Messia autem erat creditum apud omnes Iudaeos, quod regnare deberet in terra, & congregaret omnes dispersos de Israel, ut esset tunc regnum Iudeorum flores, & non solum ante Christi resurrectionem & mortem, quando minus docti erant, sed etiam post resurrectionem hoc credebant. Nam ante mortem eius tenebant discipuli, quod Christus congregaret dispersos Israel redimendo eos de servitute omnium gentium. Vnde Luc. 24. ca. dixerunt duo illi discipuli: nos sperabamus, quod ipse redempturus esset Israel. q. d. iam non speramus, eo quod iam mortuus est, & nondum resurrexit: & tamen si speraret de redemptione a peccato ad reducendum in vitam aeternam, nulla causa dubitandi erat de hoc: imo nunc erat efficacior causa credendi, quod redemisset quia mortuus erat, & redemptio per mortem fieri debebat, & non per vitam. Item quia isti dixerunt, nos sperabamus, quod redempturus esset Israel, & tamen si de redemptione spirituali a peccato intelligeretur, non solum Israel redempturus esset, sed omnes gentes, & tamen dixerunt de solo Israel: ideo putabant de tali redemptione, quae fieret regnando temporaliter. ita etiam post resurrectionem: imo & tempore ascensionis crediderunt. Nam dicitur Act. primo ca. quod a Christo ascendere volente in caelum quaesierunt quidam de astantibus: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? In quo apparet, quod de regno temporali intelligebant. Nam alias non quaererent specialiter de regno Israel, sed de toto mundo. Item quia si intelligerent de redemptione spirituali a peccato, & ab obligatione mortis aeternae, aut quaererent de illa quantum ad solutionem precij, aut quantum ad efficientiam. Si quantum ad primum, iam redemptus erat Israel, & totus mundus, cum Christus mortuus fuisset pro peccatis omnium. Si quantum ad secundum, redemptionis participatio est, quando quisque moritur, & recipitur ad vitam aeternam, & de hac quaeri non oportebat, quia non dabatur hominibus in aliquo tempore determinato, sed successiue sicut per diuersa tempora moriuntur: ideo non quaerebant de regno aliquo spirituali, sed temporali, & ista erat fides communis omnium apostolorum ante aduentum Spiritus sancti, per quem ab omnibus erroribus purgati sunt, & imperfectiones tam intellectus, quam affectus ablatae sunt: vnde nunc mater & filij non intelligerent de aliquo regno spirituali sed temporali. Quarto patet, quia ad hoc aliqualis verisimilitudo accepta fuerat ex verbis Christi: ipse enim dixerat eis, cum sederit filius hominis, sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel, praecedenti capitulo: & illa verba fuerunt eis occasio petendi, quod sederent ad dextram, & sinistram, ut dictum est supra. Ideo ex illis etiam aliquantulum putauerunt, quod esset regnum temporale: tum quia dictum est ibi, sedebitis & vos super duodecim sedes, & tamen sedere corporale est: tum quia dixit super sedes duodecim: & tamen in vita aeterna non erant futuri soli apostoli, ideo etiam alij sederent super sedes, & tamen ibi solis duodecim hoc promissum est, & ipsi in se solis complendum puta-

In quazst. 63.

bant: ideo de regno terreno credebant hoc dictum, in quo non possunt omnes praesidere, sed pauci & multi subijci: tum quia dicitur iudicantes duodecim tribus Israel: & tamen in vita aeterna, vel iudicio non erunt solae duodecim tribus Israel, sed totus mundus iudicabitur, & de toto mundo erunt ibi aliqui: ideo non intelligebant de regno spirituali, sed quod regnum Israel reparandum esset: ita ut esset tale sicut tempore Dauid, & Salomonis, qui super duodecim tribus principabantur: & credebant apostoli, quod Christus reduceret omnes Iudaeos dispersos per orbem sub quacumque gente essent ad Ierusalem, ut manerent omnes in terra sua sicut prius, & ibi regnaret super eos: quod & usque hodie Iudei futurum expectant per eum, quem putant sibi Messiam venturum, qui nunquam veniet. & tunc apostoli credebant se constituendos velut duodecim principes super tribus duodecim, scilicet, quilibet super vnam tribum, ita enim Dauid & Salomon habuerant praepositos super tribus singulas: Habebat enim Dauid duodecim principes exercitus per menses duodecim, & habebat duodecim principes de duodecim tribubus, super illas. 1. Paralipo. 27. Sic etiam Salomon habebat principes duodecim super duodecim tribus. 3. Reg. 4. capi. ita & de Christo putauerunt, quod constitueret principes duodecim super duodecim tribus: & quilibet apostolus esset princeps vnius tribus: & hoc esset eos sedere super duodecim tribus ad iudicandum duodecim tribus Israel: ideo apparet, quod non intellexerant de regno Christi, id est, de vita aeterna, sed de regno temporali. Quinto patet, quia si de regno vitae aeternae intelligerent, cum illud non datur homini nisi post mortem, non petiuisset nunc specialiter mater pro filiis. Sed nunc creditur specialiter petendum: eo quod statim post resurrectionem credidit Christum regnaturum, ut dictum est supra: ideo non petebat aliquid pro regno vitae aeternae, sed pro regno temporali, quod credebatur Christum habiturum. Sexto patet, quia in vita aeterna felicitas vnius non impedit magnitudinem felicitatis alterius: sed possunt esse multi aequaliter felices, & quod felicitas vnius non impeditur per alterius felicitatem, sicut existente vno virtuoso possunt alij esse multum virtuosi, sine impedimento virtutis illius. Si ergo felicitatem vitae aeternae peteret mater pro filiis, non curaret petere, quod federent ad dextram & ad sinistram, quia quicumque gradus & quantumcunque excellens beatitudinis significetur per sedere ad dextram & ad sinistram, possit communicari multis, & non oporteret specialiter peti pro istis, quasi alij non praeferreretur eis, & tamen ipsi non petierunt hoc nisi optantes, ut nemo eis praeponebatur, cum timerent praeferi Petrum, ut dicit Chrysostramus: ergo non intellexerunt de vita aeterna, sed de temporali regno. Septimo patet, quia si de excellentia in vita aeterna intelligerent filij & mater, cum regnum vitae aeternae equaliter communicabile sit masculis & feminis, & per dextram & sinistram significetur manere in bonis excellentioribus Dei: sicut Christus dicitur sedere a dextris Dei, Mar. decimo sexto, & Act. septimo. Dicitur stans a dextris Dei. Erubesceret mater petere hoc pro filiis: quia rationabilis esset, quod Christus matri suae hoc concederet, quam alicui alteri: ideo non auderet illud petere pro filiis suis: petiuit tamen, quia putauit regnum temporale, in quo foeminae non assumuntur ad principatus vel administrationes, ut iuxta reges sedcant ad iubendum vel consulendum: quia hoc viris competit: & tunc non erat inconueniens peti pro Iacobo & Ioanne, quia nulli alij viri erant magis propinqui Christo in cognatione, quam isti duo. Etiam quia si esset bonum in regno vitae aeternae, potius peteret mater pro se quam

In quazst. 17.

Quid per dextram & sinistram significat

pro filiis: quia nollet ipsa esse illis minor, & tamen petiuit pro illis, & non pro se: ergo innuitur, quod erat regnum temporale, in quo mulier illa partem se habituram non putabat eo modo, quo filij habere poterant. Ad primum in contrarium dicendum, quod verum est, quod non erat aliud regnum Christi, nisi spirituale: & tamen apostoli, qui nondum erant circa ea, quae ad Christum pertinebant, perfecte eruditi, putabant regnum eius futurum temporale, & in tali regno petebant praesidere sedendo ad dextram, & sinistram. Nam etiam post Christi resurrectionem putauerunt regnum eius tale futurum, ut supra dictum est. Et est circa multa alia errabant non cognoscentes ea, quae ad Christum pertinebant. Sic patet Io. 14. cum Christus dixit apostolis. Tanto tempore vobiscum sum, & non me cognouistis. Et tamen illud dixit Christus in vltima nocte post coenam habitam cum discipulis, ut colligitur Io. 13. c. Ergo a fortiori quando istud petierunt a Christo apostoli non cognoscerent eum: & ita non erat mirum, quod peterent aliquid pertinens ad regnum temporale. Ad secundum dicendum, quod latro verè locutus est de regno vitae aeternae, cum non sperabat aliud: quia statim mori debebat, sed illud credidit, quia Deus dedit ei veram cognitionem, & fidem de Christo, & spiritum compunctionis & pretium: & sicut credidit Christum dominum vitae aeternae, ita petiuit ab eo ea, quae ad vitam aeternam pertinebant: alij autem loquebantur de regno Christi, qui non putabant eum regnaturum spiritualiter, sed temporaliter: & ita quae fuerunt ab eo Pilatus de regno, non quae uult de aeterno, sed de temporali, & ideo Christus ei dixit, regnum meum non est de hoc mundo. Io. 18. Ita etiam illi, qui astantibus Christo ascensuro in caelum de regno temporali quaesierunt ab eo dicentes. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel. Act. 1. c. ita ergo mater, & duo fratres non putabant regnum Christi esse spirituale, sed temporale super Israel, & de tali locuti sunt. Ad tertium dicendum, quod gloria ponitur ibi pro regno: quia gloria significat quaedam celebritatem nominis cum laude, & pertinet ad illos, qui sunt in magno statu: quia tales sunt noti apud plurimos, & laudantur saltem de diuitijs, & potentia. Vnde scriptura sacra gloriam accipere solet pro honore magno, & dato hominibus in hac vita, iuxta illud: Gloria & honore coronasti eum. & illud. 1. Macha. 9. Absit ut inferamus crimine gloriae nostrae. i. honori nostro, & maxime regibus solet dare gloriam, ut illud Hester. 1. c. Dicitur de Assuero, quod fecit conuiuium multis diebus, ut ostenderet diuitias gloriae regni eius. & Christus etiam sic loquitur supra 6. c. Salomon in omni gloria sua non est indutus, sicut vnum ex his, & locutus est de gloria. i. splendore regni Salomonis, & praecipue in vestibus: ita hic dixerunt apostoli in gloria tua. i. in regno tuo, in quo eris gloriosus & excellens. Ad quartum dicendum, quod licet esset mulier religiosa, petiuit honorem temporalem, & non erat inconueniens. Nam illud petebat nunc mulier, & filij eius: quod putabant Christum promississe, quando dixit praeced. ca. sedebitis super sedes duodecim iudicantes Israel, sed putabant illud esse temporale: ideo non errabant petendo temporalia bona. Nam non est malum desiderare & petere ea, quae Deus nobis promittit: ipsi autem putabant quod Christus ista bona promiserat, sed in hoc decipiebatur: quia bona, quae ipse promittebat erant spiritualia, sed non erat inconueniens, quod hoc putarent, cum non essent perfecte edocti, maxime quia Deus in veteri testamento bona temporalia promittebat: & regnum Messiae, quod prophetae praenunciauerant, putabant Iudaei esse temporale: ideo rationabiliter petebant temporalia bona, quantumcunque essent religiosi ipsi: & Alpha. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Gloria p honore qn sumitur.

mater. Cum autem dicitur, quod isti, qui pro Christo abiecerant temporalia, & se pauperes effecerant, quod non erat verisimile quod diuites, & potentes in hoc seculo effici vellent. Dicendum, quod non erat inconueniens: nemo enim, nisi in sanis abijcit diuitias, honorem, & potentiam temporalem tanquam per se mala, cum a Deo creata sint: & ipse dicat de se, quod dat nobis bona, quando ista dat. Iuxta illud, quod Deus dixit Dauid: Feci tibi nomen grande, iuxta nomen magnorum, qui sunt in terra. 2. Reg. 7. & 1. Paral. 17. Sed ideo ista aliquando abijcienda iudicamus, quia ad virtutem, & bonam habitudinem contraria illa nobis videmus, aut impeditiua. Vel quia illa dimittendo magis Deo placemus, volentes illi soli adherere: quando autem per ista non tollitur virtus, neque impeditur, neque magis placemus abijciendo, quam tenendo, non est vlla causa abijciendi haec: discipuli autem abiecerant omnia, quae Christus iubebat: quia qui vellet eum sequi omnia dimitteret, vendendo & dando pauperibus, sicut dixit iuueni diuiti praecedenti. c. post resurrectionem autem Christi, quando putabant eum temporaliter regnaturum, non credebant, quod ipse iuberet diuitias contemni & abijci: sed potius magnis fulgere honoribus, ad quos consequentes sunt diuitiae: ideo non erat inconueniens quod illi, qui Christo mandante diuitias abiecerant, ut ei placerent, illas, & honores appetere temporaliter, quando ipse eas dare illis promitteret: ipsi tamen non petebant hic aliud quam id quod Christus promiserat, scilicet, sedebitis super duodecim sedes: cum peterent sedere ad dextram & sinistram: ideo non erat inconueniens, quod hoc peterent. Sed in hoc solo errabant, quia id, quod Christus eis promiserat erat spirituale: ipsi verò putabant esse temporale. Ad quintum dicendum, quod Chrysostramus illud ponit sub dubio, sicut apparet ex continuatione litterarum suarum. Nam ante hoc posuerat contrariam sententiam dicens: manifestum est, quod nihil spirituale petebant: neque intelligentiam superioris regni habebant: & ideo illi sententiae, quae proprie est sua est standum. Potest tamen dici, quod mater volebat bonum alterius saeculi pro filiis: quia volebat bonum in regno Messiae, ad quod licet putarent illud esse temporale, perueniebatur per operationes spirituales, abijciendo prius temporalia bona. Nam per tormeta & mortem Christus ad illud regnum perueniebat: & similiter per afflictiones ad illa bona se sperabant peruenturos, & insuper illud regnum erat iustum: cetera autem dominia habent multum de iniustitia & tyrannide: & ita istud erat quasi spirituale respectu aliorum regnorum, & potentatum. Sed prima solutio melior est. Ad sextum dicendum, quod non petierunt isti bonum post mortem, sed in vita. Nam licet Christus moriturus esset, & resurrecturus, & post suam resurrectionem habiturus regnum: tamen isti non erant morituri statim. Credebant enim, quod mors Christi statim secutura erat, sicut factum est, & sicut ipse dixerat, ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quae scripta sunt per prophetas de filio hominis, Luca 18. Ipsi autem superuenerunt, & possent eo resurgente participes fieri in gloria regni eius: & satis hoc credere debebant, & poterant: quia ipse dixerat supra 16. capi. sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo: & ita antequam illi morerentur, inciperet Christus regnare post resurrectionem suam. vnde non esset regnum post mortem istorum, sed in vita eorum. Ad septimum dicendum, quod Christus non erat regnaturus temporaliter, & consequenter nemo erat seclurus ad dextram eius, neque ad sinistram

Bb in tem-

in temporalis regno eius: ipse tamen praesupposuit, quod aliquis sederet ad dextram, & sinistram eius, sed non isti, qui periebant: & tamen illud sedere non erat in regno temporali. de quo isti putabant: sed in regno spirituali: & aliquo colligitur, quia dicitur, sedere autem ad dextram & sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Quod autem non loquatur Christus ad propositum eorum, non est inconueniens: quia oportebat, quod sic Christus diceret, aut diceret, nemo sedebat ad dextram, neque ad sinistram meam. neque habebat regnum temporale: hoc autem dici non expediebat, quia discipuli non erant adhuc dispositi ut caperent spiritualia: & si Christus diceret eis, quod non erat regnaturus, cum audissent supra de regno eius, turbarentur: ideo debuit eis dicere hoc modo. Potissimum quia hoc dicebant Apostoli per errorem, putantes esse regnum Christi futurum temporale, & per sedere ad dextram, & sinistram innuere volebant communicationem maximorum bonorum, & honorem regni illius. In regno autem vitae aeternae Christi aliqua sunt maxima bona, quae vocari possunt sedere ad dextram, & sinistram. Sicut dicitur Mar. 16. quod Christus sedet ad dextram Dei. & de talibus bonis Christus respondit eis quantum ad intentionem suam licet non ad verba petitionis. sic interdum Christus solitus facere est, ut respondeat ad ea, de quibus non queritur, ut Act. 1. c. quando dixerunt illi, qui astabant: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel, quod manifeste intelligitur de regno temporali, san redempturus esset omnes Iudaeos qui erant dispersi per orbem eo tempore in terram Israel, ut esset vnum regnum: sicut tempore Dauid, & Salomonis, & quod ipse Christus super eos regnaret. Hoc autem nunquam futurum erat, quia regnum Christi super totum mundum erat futurum sicut nunc est regnum Ecclesiae: & non erat futurum super terram Israel, & Israelitas eo modo, quo erat tempore Dauid: & tamen Christus respondit eis, non est vestrum nosse tempora, & momenta, quae pater posuit in sua potestate: in quo videtur innui, quod regnum Israel aliquando restituentum erat, & tamen tempus non erat definiendum quarentibus: quia Deus reseruat sibi scire tempora, & momenta quando res fiant: tamen nunquam erat istud futurum, & tamen Christus sic respondit, quia talem opinionem illi habebant: quia videbatur colligi ex dictis prophetarum, & nondum erat ipsi tollendi eis istum errorem. Nam non poterant nunc recipere cognitionem veram quantum ad omnia, quae ad Christum pertinebant, & de eo erant credenda, sicut ipse dixit eis Io. 16. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis modo portare: & tamen oportebat, quod Christus aut nihil nunc ruderet, aut diceret veritatem quantum ad id, quod querebant, aut loqueretur aliquid, quod non querebant illi, sed viderent simile, vel concordaret aliquo modo cum intentione eorum. Non ruderet, erat inconueniens: quia ex hoc esset mali suspitio, & tristitia paterent illi, quos non dignabatur in sermone, quod non decebat. Ruderet veritatem erat dicere, quod nunquam erat restituendum regnum Israel, & hoc magis turbaret Iudaeos et apostolos, quorum mens adhuc non erat illuminata, neque erat aperta ad hoc capiendum: Dixit ergo aliud simile, id est restitutione (spirituali regni) Israel, siue quantum ad ecclesiam militantem, siue quantum ad vitam aeternam, quod sit per iudicium generale: & quantum ad ista non erat istorum scire tempora, & momenta, quae fierent: quia Deus sibi soli scienda seruauerat. Ita ergo & hic respondit non de eo quod querebatur: & ita dicendum quod regnum, de quo intellegebant mater & filij, erat temporale.

An Iacobus & Ioannes peccauerint suggerendo matri, ut peteret pro eis sedere ad dextram & sinistram. Quaesitio LXVIII.

QVAERETVR, an Iacobus & Ioannes peccauerint suggerendo matri, ut peteret pro eis sedere ad dextram, & sinistram. Aliqui dicunt quod non, quia petebant hoc, quod Christus promiserat. Ipse enim dixerat, quod sederent super duodecim sedes iudicantes Israel, praecedenti. c. & tamen sic sedendo, aliqui duo sederent necessario magis coniuncti Christo, qui dicuntur sedere ad dextram & sinistram, ergo licitum erat petere. Secundum, quia si istud, quod isti petebant malum esset, nulli daretur: quia Deus non dat alicui malum in remuneratione, & tamen Deus dat hoc alicui: sic Christus dixit, sedere autem ad dextram, & sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo: ergo bonum erat, & quibus non peccabant petendo. Dicendum, quod isti peccauerunt petendo istud, & suggerendo matri, ut peteret, & postea instando coram Christo, ut fieret. Et patet primo, quod per scandalizauerunt alios apostolos, ut dicitur in littera. indignati sunt decem de duobus fratribus: & tamen scandalizare proximum est: potius enim quis debet abstinere ab eo, quod sibi licet quam proximum scandalizare, iuxta illud. 1. Cor. 8. c. Si caro scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum. Secundum, quia Christus redarguit istos dicens, nescitis quid petatis: & tamen si non peccassent, non redarguisset eos Christus. Tertium, quia si isti petendo non peccarent, cum pro se peterent, & instanter, concederet eis: & tamen non fuit concessum, quia dixit Christus: sedere autem ad dextram, vel sinistram non est meum dare vobis, ergo peccabant. Fuit autem peccatum eorum superbia quadam, quia concupierunt excellentiam indebitam, sine meritis, erat. n. ista excellentia maior, quam eis conueniret: ideo non fuit data licet eam petuerint, quia maiora merita ad hoc requirebantur. Secundum, quia forte hoc volebant isti in praedictum aliorum, qui abundantius hoc merebantur. Nam fortassis Petrus maioris meriti erat, quam quilibet istorum, vel quam ambo eorum: & tamen ambo volebant eum precedere, cum vnus ad dextram alius ad sinistram sedere deberent. Tertium, quia isti se ingererent ad honores, & tamen ad honores, potissimum ad eos, qui aliquid spiritualitatis habent, nemo se debet ingerere, sed vocari ad Hebr. 5. Nemo sibi indifferenter assumat honorem, sed qui vocatus est a Deo, tanquam Aaron. Quartum, quia isti non putabant se petere rem debitam, sed potius fauore impetrandam, & de qua non confidebant, an daretur eis vel approbaretur a Christo: ideo in occulto petuerunt, & etiam non petuerunt ipsi, sed matrem ad petendum submiserunt. An tamen fuerit peccatum mortale, vel veniale non constat: magis tamen tenendum est, quod esset veniale: quia sicut in auaritia fit: ita & in inani gloria, & superbia: in auaritia non quilibet cupiditas reu est peccatum mortale: est si quis cupiat ultra necessitatem & moderationem. Sed tunc quando quis appetit cum iudicio alieno, vel cum tanta est cupiditas, quod ut assequatur concupiscit rem, non dubitabit agere aliquid contra legem Dei & amorem proximi. Sic enim cupiditas etiam sine exteriori actu est peccatum mortale: ita & de inani gloria, appetere laudem indebitam non est peccatum mortale: nisi constituat, quis in ea finem: vel tanto amore ad eam afficiatur, quod non dubitet contra Deum agere, ut laudem, & gloriam humanam adipiscatur. Ita etiam est de appetitu honoris, & excellentiae quod ad superbiam pertinet. Nam si quis appetat ardentem honorem, vel quantumlibet magnum honorem: si tamen non est dispositus ad agendum contra Deum, vel proximum, ut illum habeat, si aliter habere non potest, non peccat mortaliter.

Cupiditas, quando sit peccatum mortale.

Siqui

Si autem contra Deum agere esset dispositus, quando non posset eum aliter habere, peccaret mortaliter cupiendo: etiam si nunquam assequatur illum, neque faciat aliquid contra proximum, aut contra Deum. Qui enim posset habere honorem, quem valde cupit faciendo aliquid contra legem Dei, & non vult habere, ut non agat contra legem: quamvis desiderauerit honorem, quem non mereatur, non peccat mortaliter. De istis tamen videtur dicendum. Nam quamuis forte putaret se insufficientes meritis ad istum honorem: tamen, quia nullus est sufficiens, suppletur ex Christi benignitate, quod meritis deest: non petebat etiam cum preiudicio alicuius proximi: quia licet fortassis aliquis de apostolis esset equalis, vel maior istis duobus fratribus, & aptior ad istum honorem quam ipsi, tamen ipsi nesciebant alicuius quesiitum esse ad illum, neque in illo, & ita nemini praedictabant illum petendo. Et etiam non putabant esse contra legem Dei petere istum honorem: quia non erat expressum in aliqua lege cautum, nequis valem honorem peteret, aut appeteret. Est ergo dicendum, quod venialiter videtur peccasse.

Ad primum in contrarium dicendum, quod non promiserat Christus alicui, quod sederet ad dextram, aut ad sinistram suam: nam sedere super duodecim thronos ad iudicandam, ut ipsi putabant de temporali regno poterat accipi, & ita non sederent cum Christo, sed seorsum ad iudicandum duodecim tribus, sicut duodecim principes Dauid, & totidem Salomonis. 1. Paralip. 27. & 3. Reg. 4. c. Aliter potest dici, quia etiam si alicui promissum esset sedere ad dextram, vel ad sinistram: tamen non erat promissum istis duobus fratribus: ideo non petebant sibi promissum sed alienum, licet ipsi nescirent esse alienum. Ad secundum dicendum, quod isti non petebant malum, & tamen petitio sua mala erat. Sic enim qui accipit rem alienam, non accipit malum, quia illa res non est sibi mala: nam si mala esset, non liceret eam alicui possidere, sed qui alienam rem accipit, acceptio mala est, licet res bona sit. Et ita cum iste honor esset maior quam isti mererentur, & quia non veniebat ad illum ordine debito, non erat debita petitio, licet res bona esset, sicut si quis vellet tenere in vita aeterna gradum gloriae, quem tenet Beata Virgo cum paruis meritis, quae hic habet.

An mater istorum peccauerit petendo honorem hunc pro filiis. Quaesitio LXIX.

QVAERETVR, an mater istorum peccauerit, petendo istum honorem pro filiis. Aliquis dicit, quod sic, & quod istud sit manifestum, peccauerunt quidem filij, qui matrem petere suggererunt, ergo peccauit mater, quae illud petiuit. Dicendum, quod vel mater nullo modo peccauit, vel minus peccauit quam filij. Primum patet, quia multa licet homini petere, & appetere pro altero, quae non licet pro se petere, & maxime ea, quae ad honorem pertinent. Nam nemo debet saltem in manifesto reputare se dignum honore, quod tamen requiritur ad hoc, quod illum pro se petat: cum autem quis pro alio petit honorem, nihil de seipso iudicat, sed de alio. Circa alios vero non est vituperabile bene iudicare, & quod honore digni sint. de nobis autem non est conueniens hoc iudicare: quia non fit sine quadam praesumptione: ideo mater non peccaret, licet filij peccarent. Secundum, quia in matre erat multum excusabile, quidquid pro filiis peteret: cum naturaliter desideret honorem filiorum sicut suum, & fortassis plusquam suum. Sed ista ratio excusat a tanto, sed non a toto, quia aliud est. Quod si mater cupit ad honorem filij, erit peccatum mortale, ut si manifeste velit contra legem Dei, praecedens autem ratio potest excusare a toto. Tertium patet, quia Christus redarguit filios & non matrem.

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

At tamen, & tamen si mater peccasset in aliquo, etiam ipsa videatur redarguenda. Et tamen si quis dicat istam mulierem in aliquo peccasse: dum tamen minus peccauerit quam filij, non negamus, quia quod non redarguatur, non plene probat eam non peccasse, ut dicitur infra. Sed obijciunt, quod non solum non peccauit mulier, sed et laudabilis est. Dicit enim Chryso. In hoc loco: Magna laus mulieris ex hoc loco colligitur. Sed dicendum, quod non est laudabilis. Nam actus suus non est laudabilis, sed redarguit ipsa ex hoc, quod non erit laudabilis. Patet quia Christus petitionem eius improbauit, licet non in persona matris, sed filiorum, dicens. Nescitis quid petatis: & tamen mater hoc petiuerat: ideo non laudatur actus. Sic dicit Chryso. Non dicimus, quod recte peteret haec mulier, sed hoc dicimus, quod celestia, & non terrena filij suis operabatur: imo & aliqui vituperant istum actum, quasi fuerit quadam tentatio diaboli ad separandum apostolos a Christo. Sic dicit Chryso. Ideo & forsitan res per mulierem agebatur, contulit enim se diabolus ad confutandum arma mulierum: ut sicut Adam per mulierem spoliauerat, ita & istos per matrem, sed iam non poterat per mulierem perditio introire in sanctos, ex quo de muliere saluator sanctorum processit. Ad rationem in contrarium dicendum, quod magna laus mulieris colligitur ex illo loco, non quidem in quantum illud petiuit, sed in quantum dominum sequebatur oblita infirmitatis suae. Sic dicit Chryso. Magna laus mulieris ex hoc loco colligitur, quia non solum filij reliquerunt patrem, sed & ipsa reliquerat virum suum, & secuta fuerat Christum: & ita semper manet, quod in aliquo posset ista mulier redargui, quam nos in nullo arguimus: quia eam argutam non inuenimus sicut filios, sed si redarguere eam placet oportet, quod dicamus, eam minus peccasse quam filios.

In quaest. 72.

Cum mater pro filiis hoc a Christo petiuerit, quare Christus non respondit matri sed filiis. Quaesitio LXX.

QVAERETVR, cum mater petiuerit pro filiis: quare Christus non respondit matri sed filiis, dicens eis: Nescitis quid petatis. Alij dicunt, quod non respondit Christus filiis sed matri: & tamen dixit pluraliter, nescitis quid petatis, loquens vrbane, sicut & nos consueuimus. Sed dicendum quod non fuit, primum, quia non est consuetudo sacrae scripturae, quod ad aliquem loquatur in plurali quantumcunque honoris sit: imo & quando loquuntur subditi domino suo loquuntur in singulari: nisi quod quando vrbane loquuntur, aut faciundum tenere volunt, loquuntur in tertia persona, cum debent loqui in secunda dicentes. Videat dominus noster, vel audiat, aut faciat tale vel tale. In plurali autem nunquam loquuntur, & maxime hoc in Christi verbis innuitur, in nullo enim loco habetur, quod alicui locutus fuerit in plurali: ideo neque loqueretur mulieri isti. Secundum patet, quia ad eam locutus fuerat in singulari dicens: Quid vis? ideo non loqueretur postea in plurali: quia absurdum est, & indisciplinatum hominis ad eundem loqui, aliquando pluraliter, aliquando singulariter. Tertium patet, quia hoc repugnat intentioni eorum, quod propter vrbane loquatur in plurali. Nam vrbane loqui nullam seruat, cum redargutorijs verbis vrbatur, dicens. Nescitis quid petatis. Quartum patet ex verbis Christi sequentibus. I. potestis bibere calicem, quem bibiturus sum. Quod manifestum est, non dixisse ad matrem, quia illa non bibit calicem, neque erat vlla causa dicendi ei hoc: quia ipsa pro se nihil petebat. Quintum apparet ex ratione ad verba Christi. nam cum ipse dixit: potestis bibere calicem, quem bibiturus sum: sequitur. Dicunt ei, possumus. ergo non locuta est mater sed filij, & tamen ista verba non dirigebantur ad matrem, sed ad filios.

Bb 2 Alij



Alii dicunt, quod Christus locutus est ad matrem, & ad filios simul: ideo dixit, nescitis quid petatis. Sed dicendum, quod non stat: primo, quia dicitur statim: Potestis bibere calicem, quem bibiturus sum? & tamen ad matrem eorum, nihil tale diceret: quia non erat vlla causa dicendi. Nam calix propter honores petitis imponitur. Mater tamen pro se nihil petebat, sed pro filiis: ergo non diceret hoc Christus ad matrem, & filios, sed ad solos filios. Secundò patet, quia Christus dixit postea: calicem meum bibetis, & tamè certum est, quod mater non bibit calicem, quod ad tationem martyrij pertinet. Tertio patet, quia addidit Christus: Sedere autem ad dextram & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Et tamen hoc non dicebat de matre cum filiis: quia mater non petierat pro se sedere ad dextram, vel sinistram, sed pro solis filiis, ergo ad solos filios Christus loquebatur. Dicendum ergo, quod licet mater sola petiit, respondit Christus solis filiis. Primò, quia volebat matrem honorare, vel non dirigere ad eam verba redargutionis, & tñ erant ista verba increpatoria. Nescitis quid petatis: ideo noluit ad matrem; sed ad filios dirigere. Secundò, quia (vt aliqui volunt) non solum mater petiit, sed etiam filij cum ea petebant intantum, vt Marcus dicat eos petiisse hoc a Christo Mar. 10. c. Et ita increpari debebant ipsi, & non mater: & fuerunt directæ verba ad eos. Tertio, quia mater non fuit mota a seipsa ad petendum, sed filij eam impulserunt petere, & ideo si petitio esset importuna, ipsi filij merebantur increpationem & non mater. Quarto fuit, vt ostenderet Christus se scire, quomodo, & vnde ista proueniebant. Nam volebat discipuli occultare a se istud petere, & matrem submittebant: ideo Christus ostendens se scire, quod ab illis istud procederet, respondit eis, quasi ipsi peterent & non illa, & quia erat responsio cum increpatione, noluit dirigere ad illa, sed ad illos. Et hoc tatis colligitur, quia a principio, quando illa petiunt in generali, dicens. Volo, vt quocumque petiero, facias. Nondum apparente in particulari iniquitate petitionis, direxit verba ad illam, dicens. Quid vis? quia tunc sine increpatione erat responsio. Nunc quoque, si sine increpatione esset responsio, ad matrem dirigeret, sed quia facta in particulari petitione conueniens erat responsionem esse cum redargutione, quia petitio erat aliquo modo inconueniens, direxit Christus verba ad filios, dicens: Nescitis quid petatis.

Quomodo erat verum, quod duo apostoli nesciebant quid peterent: & quare hoc dixit Christus. *Questio LXXI.*

**Q**VAERETVR, quomodo erat verum, quod nesciebant, quid peterent, & quare hoc dixit. Dicendum, quod hoc dixit propter multa. Primò, quia adhuc de re, quam petebant non habebant cognitionem, & ista est fortis redargutio. Nam quod quis petat, quoniam non est tempus, vel plusquam meretur, vel vbi non debet: dicit quidem aliquod inconueniens, sed non excludit aliquam decentiam, vel rationem. Quòd autè homo nesciat, quid est id, quod petit, dicit errorem generalem, & oia confundit. Nam qui nescit, quid est illud quod petit, non potest petere, quoniam debet nec vbi debet: neque ad finem conuenientem, neque quantum debet: quia cum bñ ista sint accidentia rei, dependet cognitio eorum ex cognitione rei. Qui ergo ignorat quod est id, quod petit aut petere intendit, ignorat rem, & ideo non poterit cognoscere cetera. Hoc autè dixit Christus, cum ait: Nescitis quid petatis: ideo est dura increpatione, quod diceret, non solum non obseruatis rationem circa ea, quod petitis, imò estis inepti, quod adhuc nescitis quid est, quod pe-

titis, & verè nesciebant quod peterent, quia ipsi petebant a Christo sedere ad dextram & sinistram eius in regno temporali super filios Israel, & tñ nullum tale regnum Christus habiturus erat. Dicitur ergo, quod nesciit quid petunt, non quod non intelligant terminos suæ petitionis, quia benè intelligebant, quid esset temporaliter regnare Christum, sicut regnauerat Dauid & Salomon, & quid esset sedere eos ad dextram & sinistram eius, manendo in præcipuo fauore: sed quod petunt rem, quæ nunquam erit: & tamen qui aliquid petit, præsupponit, quod res illa sit aut esse possit, & in hoc isti errabant: erat autem regnum Christi futurum spirituale non aut terrenum. Sic dicit Chryso. Hoc dicit ostendens, quod nihil spirituale petebat. Theophy. quoque, dicit: Nò est hoc, quod creditis, quod sim tpaliter in Ierusalem regnaturus, sed oia hæc, quod ad regnum prinè supra intellectum sunt. Secundò dicit hoc (vt aliqui volunt) quia petebant, quod iam habebant: & ita nesciebant quod peterent. i. quò se haberet id, quod petebant: Nam si illud habebant, & nesciebant an haberent, nesciebant quid peterent. Petebant enim sedere ad dextram, & sinistram, quod erat sedere cum Christo, & tamen iam illis promissum erat sedere cum Christo. (I. sedere super duodecim sedes. Sic dicit Hilarius: Nesciunt quid petant, quia nihil de gloria apostolorum ambigendum erat: indicaturos enim eos sermo superior exposuit. Tertio dictum est (vt aliqui volunt) quia rem non conuenientem meritis suis petebant. Nam sedere ad dextram, & sinistram Christi maiora merita exigebat, quam erant Iacobi, & Ioannis. Sic dicit Chryso. Hoc dicit, vt ostenderet, quod nihil spirituale petebant: vel si nonissent quæ petebant, non ausi fuissent illud petere, quod superexcedit superiores virtutes. Et idem Theophylactus. I. Sedere ad dextram meam, tñ magnum quid est, vt excellat ordinem angelorum. Et idem dicit Beda: Nesciunt quid petant, qui sedem gloriæ a domino, quam nondum merebantur, inquirunt. Quarto dictum est, quia inconuenientia rempori petebant. Nam licet quis petat sibi rem debitam, debet petere eam tempore conuenienti: aliàs erit importunus, ita erat de apostolis, quia nunc Christus prædixerat eis, quod ascenderat Ierololymam, & consummarentur omnia, quæ scripta erant de eo quod occideretur: & quia istud in breui explèdum erat, iam tempus erat luctus & non gaudij, & ita neque de honoris adeptione agendum erat. Isti autem nunc honorem petunt, ideo inordinate & imprudenter petunt, & ita nesciunt quid petant, id est, nesciunt condiciones requisitas ad conuenienter petendum. Sic dicit Chryso. Nescitis quid petatis: ac si dicat, vos de honore loquimini, ego verò de agonibus & sudoribus disputo. Non est enim hoc præmiorum tempus, sed occisionis, pcaliorum & periculorum. Quintò dicitur hoc, quia petebant honorem, & hoc non debebat petere aliquis de eis, qui Christum colebant, sed vocatus recipere: cum ergo peterent, nesciebant quid peterent, id est, an id, quod petebant competeret professioni suæ: cum verè non conueniret: sicut quando isti duo Iacobus, & Ioannes dixerunt Christo, vis vt dicamus, quòd descendat ignis de celo, & consumat istos? scilicet, quandam ciuitatem Samaritanorum. Luc. 9. & sequitur. Et conuersus increpuit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. i. nescitis cuius professionis estis, vel quam intentionem, aut desiderium seruare vos oporteat ad concordandum professioni vestræ, & ostendit addens, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. i. non veni ad occidendum aliquem: sed ad viuificandum mortuos: Ita & professioni eorum, qui Christum colebant non conueniebat honorè petere, neque appetere: sed continere & fugere. ad Heb. 5. Nemo indifferenter sibi

sibi assumat honorem, sed qui vocatus est a Deo sicut Aaron, isti petierunt honorem & magnum quidem: ideo nesciebant, quid peterent. an eis contingeret, quod petebant. Sextò quia dato, quod honor petendus, vel appetendus esset, cum non perueniatur ad istum honorem, nisi per labores, debebant prius querere de laboribus, per quos acquirere possent honorem, & deinde illum petere: & tamen solum petierunt honorè nihil dicentes de labore: ideo nesciebant quid peterent. i. que essent requisita ad illud quod petebant, quia aliàs vel non peterent honorem, vel si peterent apponerent simul requisita ad hoc, & de hoc videtur arguere eos Christus. Nam cum dixit, nescitis quid petatis, subdidit, potestis bibere calicem, quæ bibiturus sum? q. d. ad hoc quod honorem istum habeatis, oportet quod bibatis prius calicem passionis, sicut & ego. Septimò nesciebant quid peterent, quia dextram, & sinistram petebant: & tñ apud Deum sola dextra petenda est, petendo autem sinistram nesciebant quid peterent. Sinistra quippe in malum accipitur. Sic dicit Chryso. Nescitis quid petatis. q. d. Ego vos vocavi ad partem dextram, & vos vestro consilio de dextra curritis in sinistram. Sed dicendum, quod primus modus est verior, & magis conueniens literè: quia verè nesciebant quid peterent, cum putarent esse temporale, quod erat spirituale & æternum: & tamen si quis dicat discipulos etiam de spirituali, & æterna sessione accepisse, dicitur, quod non intelligebant quid peterent: quia petebant ab eo, ad quem dare non potinebat. Nā Christus erat Deus & homo, & in quantum Deus pertinebat ad eum dare vitam æternam, & sedere in gloria, cui vellet: in quantum autem erat homo, non potest ista dare, quia minor est patre, & potius recipit: Iacobus tamen & Ioannes confidebant se ista accepturos, quia erant cognati Christi in gradu propinquissimo: & tamen non erant cognati nisi secundum carnem: & quantum ad istam non poterat Christus dare vitam æternam: ideo petebant ab eo, quæ dare non poterat, vel ex ea parte, ex qua potens non erat: & hoc aperit Christus ostendit dicens: calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dextram vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed eius qui misit me, vel quibus paratum est a patre meo. Et tamen primus sentus est melior: quia verè isti non intelligebant aliquid de sessione spirituali.

Quare Christus matrem filiorum Zebedæ non redarguit. *Questio LXXII.*

**Q**VAERETVR, cum Christus redarguerit discipulos dicens, nescitis quid petatis: quare etiam matrem non redarguit aliquo modo, cum ipsa hoc petiisset. Dicendum vno modo, quod istud pendet ex eo quod dictum est, supra. Iam peccauerit ista mulier petendo hoc pro filiis. Si enim non peccauit aliquo modo (vt quidam putant) nulla increpatione digna erat, & quia fortè non peccauit, non fuit increpata. Aliter potest dici, quod fuit mulier ista redarguta. Primò, quia petitionem istam Christus redarguit dicens: nescitis quid petatis, ipsa tamen petierat hoc: ideo arguendo petitionem arguebatur ipsa; sed hoc differebat, quia arguit Christus petitionem, sed non in persona matris sed filiorum. Secundò, quia in præsentia eius dixit Christus ista verba increpatoria contra filios eius, propter actum illum, in quo mater cõicabat cum filiis, & ita satis arguebatur mater, quod pateretur in facie sua redargutionem filiorum. Hoc autem prouenientius dicitur: nam oportet dici mulierè aliquo modo redargutam fuisse: quia dictum suum fuit redargutum, & in pñtia eius: & tñ fuit gradus in redargutione: quia

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

filij fuerunt expressè redarguti, cum Christus ad eos verba direxerit. Nescitis quid petatis. Mater autem non expressè. Hoc autem fuit primò, quia filij peccauerant in hoc sollicitantes matrem, vt per eis hoc peteret, ipsa verò sollicitata vt mater, & minus intelligens vt mulier petiuit, & ideo vel nihil, vel minus peccauit. Secundò fuit pro reuerentiam. Nam eos quibus reuerentia debet non increpamus licet peccent, sed obsecramus, vt patet. i. Timot. 5. Seniorene ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Mater autem Iacobi & Ioannis respectu Christi habebat quandam reuerentiam. Primò, quia erat antior in pgenie, ipsa. n. erat soror matris Christi: ideo sicut Christus in quantum homo debebat quendam honorem matri suæ, ita & debebat quendam honorem & sororibus matris suæ, & alijs antiquioribus in pgenie: ideo non increparet eam aperte. Secundò, quia illa ministrabat Christo de expensis suis, vt colligit infra 27. c. & Mar. 15. c. Tenemur tñ benefactoribus retribuere, & in super eos honorare: ideo hanc honorare tenebatur, & consequenter nõ debebat eam arguere. Iacobo autem & Ioanni non debebat eam arguere. Iacobo autem & Ioanni non debebat eam arguere. Christus etiam sim quod homo impendere aliquem honorem: tum quia erant iuvenes sicut Christus, & æquales in cognitionis gradu. I. filij duarum sororum. Etiam quia illi non præstabant ei aliquid, sed potius Christus eis, cum essent discipuli eius. Præstabat enim eis temporalem sustentationem, & in super spiritualem doctrinam, quæ maior erat: ipsos ergo licitè poterat redarguere, & non matrem ipsorum expressa redargutione.

Quid erat calix iste, de quo Christus dixit, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. *Questio LXXIII.*

**Q**VAERETVR, quid erat iste calix, de quo Christus dixit, potestis bibere calicem, quæ bibiturus sum. Dicendum, quod per istum calicem intelligit passionem: cum ipse dicat, quem ego bibiturus sum: & tñ ipse non erat bibiturus alium calicem nisi passionis, tenet enim istum modum loquendi Christus. Sic patet Io. 18. c. c. dicitur. Calicem, quem dedit mihi pater non vis, vt bibam illum? non vis quod tolerem mortem, quæ pñ mihi imposuit tolerandam? Nam ibi loquebatur Christus Petro, qui nitebat impedire passionem eius, tpaliter, eum defendendo & percutiendo seruum pontificis. Et infra 26. oras dicit ad patrem: Pater, si fieri potest, trãseat a me calix iste. Et iterum ibidem: Pater, si non potest calix iste transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. i. si non est euitabilis ista mors, sed oportet me tolerare eam. Et ita etiam nos calicem bibimus, quoniam tormèta patimur. Sic dicit Hieron. Calicem in scripturis diuinis passionem intelligimus, vt in Plal. Calicem salutaris accipiam. Statim infert quod fuisse calix. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Cur autem passionem calicem vocauerit, dicunt quidam quod euenit ex consuetudine sermonis Hebraici. Nomen vasis est ibi multum generale, vt ad omnem rem trãferat: & ita aliqui in ista musica vocantur vasa, iuxta illud Psalm. 70. Confitebor tibi in vasis Psalmi. i. in organis, in quibus psallimus: Aliquando arma vocant vasa, vt dicitur aliquis in manu sua habere vasa belli, & ita et arma offensa, quibus possumus homines occidere vocant vasa mortis. Plal. 7. Arcum suum tendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis. i. sagittas, quæ in arcu ponuntur sagittæ: quod statim declarat litera, dicens: Sagittas suas ardentibus effecit. Aliquando etiam transfertur ad signandum homines, in ista illud Act. 9. Vbi Christus dixit Ananiam de Paulo: Vas electionis mihi est. Et et homines mali & boni generaliter vocant vasa: sed boni dicunt vasa in honorem: mali aut vasa in contumeliã. ad Ro. 9. c. Calix autè est vas: ideo nomè calicis transfert ad significandum quocumque: &

Quid per calicem significatur.

Quot modis hoc nomè vas sumat apud Hebræos.

B b 3 verum

verum est, quod nomen calicis generaliter accipiatur. Psal. 115. Dominus pars hereditatis meae, & calicis mei. Ratio tamen in speciali, quare vocetur passio calix, est quia in calice medicinalia dantur nobis ad bibendum aliqua valde amara, & pronocantia horrorem, & ideo est difficile illa gustare: ita est de passione, & morte, quod difficile est eam tolerare: unde & istum modum loquendi nos vulgariter tenemus, quod dicatur aliquis bibere angustiam, vel dolorem, aut quamcumque passionem. Et apparet, quia calix accipitur hic a proprietate continendi potum, cum dicatur. Potestis bibere calicem, quem bibiturus ego sum? & infra 26. ca. dicitur: Calicem, quem dedit mihi pater, non vis, ut bibam illum? Et ita accipit Christus, ubi cumque calicem ponit. Ita ergo nunc calicem accepit, scilicet potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? i. nunquid potestis tolerare passionem sicut ego? Accipitur tamen calix pro amaritudine tentationum, & bibere calicem est tolerare illas. Sic dicit Chryso. Passionem, & calicem Domini dicimus, non solum persecutionem gentiliu: sed omnem violentiam, quam patimur certantes contra peccata. Verum est autem, quod de utraque in presenti intelligendum est, quia vnus calix. Tentationum est necessarius cuilibet homini: cum tentationes insurgentes tolerare obligemur. Alius autem non est necessarius: & tamen si incidit calix martyrij, ita quod ille esse sit calicem martyrij bibere, aut fidem indefensam relinquere, vel abnegare, obligamur calicem martyrij bibere: & tamen dictum Christi non erat, nisi de calice martyrij: licet enim apostoli, utrunque calicem paterentur: Christus tamen non poterat, nisi vnum bibere, quia in eo non erant passiones insurgentes, quibus resistendo difficultatem aliquam toleraret: sed ipse dixit, quod ego bibiturus sum: ergo necesse fuit accipi de calice passionis. Etiam quia dixit quem bibiturus sum: & tamen si passiones aliquae essent in Christo, & de illis intelligeretur calix, non diceretur, quem bibiturus sum, sed quem quotidie bibo: quia sustinere molestias insurgentium passionum quotidianum est. De solo ergo passionis calice ipse dixit, & tamen apostoli utrunque bibituri erant.

Ad quid Christus dixit, potestis bibere calicem. *Questio LXXIIII.*

**Q**VAERETVR, ad quid Christus dixit eis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Nam si ad aliquid hoc prodest, videtur debuisse dici ad ostendendum, quod non poterant sedere ad dextram & sinistram, nisi prius biberent calicem: & tamen ad hoc non dicitur: quia isti calicem biberunt, sed non sederunt ad dextram, & sinistram, sicut Christus eis dixit: Calicem quidem mecum bibetis, sedere autem ad dextram, & sinistram non est mecum dare vobis. Et ita videtur dicendum, quod non profuerit ad aliquid istud dictum.

Dicendum, quod fuit primo dictum ad ostendendum, quod non recte petierant: sicut superius dixerat, nescitis quid petatis. hoc autem erat, quia petierunt honorem non proponendo difficultatem. Nam quereere debent prius, quid agere deberent ad hoc, quod sedere deberent, vel possent ad dextram & sinistram eius. Hoc ergo quod illi omiserunt, expressit Christus, dicens: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? quod d. hunc bibere necesse erat, si deberetis ad hunc honorem peruenire. Secundo dictum est ad ostendendum, quod peritio eorum erat importuna respectu temporis. Nam nunc instabat tempus passionis Christi: ideo magis negociari deberent, quomodo ei compaterentur, quam quomodo honores ab eo reciperent, & ideo ipse in-

**F**erepat eos, quod talia tunc petant dicens: nescitis quid petatis. i. nescitis, vel non consideratis, quomodo id, quod petitis non conuenit huic tempori. Et addidit ad declarationem horum, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? i. nunquid bibere potestis hunc calicem passionis. quod d. potius deberetis a me nunc petere, quomodo mihi compateremini propter calicem, quem bibiturus sum, quam quomodo honorem reciperetis. Sic dicit Chryso. Potestis bibere calicem, ac si dicat vos de honore, & coronis loquimini: ego de agonibus vobis & sudoribus. Non enim hoc est premium tempus. Tertio dictum est ad ostendendum, quod sit via veniendi ad honorem, quem isti appetebant. Nam licet isti non essent habituri quod petebant, quamuis calicem biberent: tamen nemo alius, qui ad illum honorem venire deberet, poterat venire, nisi calice bibito, & hoc satis ostendit, cum ait: potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? & cum illi dixerunt, possumus. Christus ait: Calicem meum bibetis, sedere autem ad dextram & sinistram non est meum dare vobis. Sic dicit Chryso. Ideo Dominus interrogat, potestis bibere calicem, ut oes audiamus, quia nemo potest cum Christo regnare, nisi passionem Christi fuerit imitatus. Quarto fuit hoc dictum, ut ex hac questione esset occasio Christo ad pronunciandum de statu istorum duorum discipulorum. scilicet an pro Christo passuri essent. Nam cum illi quae fuit, potestis bibere calicem: & illi dixerunt, possumus, ille ait, calicem meum bibetis: Et non dixit (solum bibere potestis, sed certificauit, quod illum bibituri essent.

Quare Christus quae fuit a filiis Zebedae, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. *Questio LXXV.*

**Q**VAERETVR, quare Christus quae fuit ab istis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? quia certum erat, quod bibere poterant: quia hoc non est, nisi pati: & tamen quilibet potest pati quantumcumque graui, quae alius agat in eum. Dicendum, quod non accipitur potestis bibere calicem, solum pro potentia passiva ad tolerandum, sed pro dispositione ad se exponendum, & tolerandum sponte illas penas: ista enim toleranda erunt sponte: nam volenti abnegare nomen Christi, & legem eius nulla poena inferetur: sed consentientibus eum, qui in confessione persistere voluerint: sed ad sponte tolerandum tormenta requiritur magna fortitudo animi, quam pauci habent: ideo Christus rationabiliter quae fuit an possent bibere calicem, id est, haberent interiore fortitudinem, per quam possent sustinere, & vellent sponte sustinere potius quam negare nomen Christi. Sed dicendum, quod adhuc ad istud non erat opus quae fuit: quia Christus sciebat an isti essent dispositi ad tolerandum sponte, vel non, penas pro Christo. Dicendum est, quod verum est, quod Christus sciebat omnia: ideo ad hoc, quod aliquid sciret non erat opus, quod querebat ab aliquo, & homo ei responderet: quia ipse sciebat quod homines in corde haberent, ipse nihil dicentibus Io. 6. ca. Non erat opus illi, ut quicumque testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine: etiam non erat opus, quod quis eum interrogaret: quia ipse sciebat, quid volebat quilibet petere ab eo, & antequam peteret ipse responderet, quando volebat. Ioan. 2. 6. ca. quando dixerunt apostoli Christo: Nunc scimus, quia scis omnia: & non est opus, ut quis te interroget. quod d. antequam quis te interroget tu dicis, quid est in corde hominis: & de quo vult te interrogare, & tamen querebat Christus aliqua interdum, ex aliquibus causis. Et ita fuit hic: primo, ut induceret eos ad confitendum ore suo, quid se posse credebant: sicut & nos sepe aliqua nouimus, de quibus quae rimus, ut appareat quid confiteantur respondentes.

dentis. Secundo fuit, ut haberet occasionem ponendi doctrinam de habendo honorem, quem isti petebant. Nam si ex eo quod Christus sciebat, an isti possent bibere calicem non querebat aliquid ab eis, non esset ei occasio dicendi, quae esset via perueniendi ad istum honorem. Cum vero quae fuit potestis bibere calicem ostendit, quod bibendo calicem perueniri essent ad honorem celestem, quicumque illuc peruenirent, ut dictum est prece. q. Tertio fuit occasio ad pronunciandum statum eorum circa passiones tolerandas pro Christo, in quantum dixit eis, calicem meum bibetis: quod non diceret, nisi prius dixisset, potestis bibere calicem: ideo conueniens fuit, quod illud peteret Christus a discipulis duobus.

Quare dixerunt Iacobus & Ioannes, possumus: & quomodo sciebant an possent. *Questio LXXVI.*

**Q**VAERETVR, quare dixerunt Iacobus & Ioannes, possumus, & quomodo sciebant an possent. Aliqui dicunt, quod dixerunt se posse, cum bibere calicem, rem leuem putarent. Nam bibere calicem credebant esse bibere de aliquo vase materiali, & ista accidit propter illa, quae dixit Mar. 10. ca. scilicet. Potestis bibere calicem, quem ego bibo? Aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? ita quod dicat calix potum materiale, & baptismus nomen lotionem quandam, quam Iudei faciebant antequam manducarent. Sic dicit Theophylatus. Qui non intelligentes, quod ille dixerat, responderunt, possumus. Credebant enim, quod de calice sensibili, & baptismate quo Iudei baptizari solebant, lauantes. scilicet se antequam comederent, loqueretur. Sed dicendum, quod non ita iste sensus. Primo, quia Christus ponebat istud tanquam meritum, & viam perueniendi ad honorem celestem: & tamen bibere non est meritum, quia non est actus, qui de se importet aliquam excellentiam. Etiam baptizari. i. lauare corpora non erat dispositiuum ad vitam eternam. Nam sicut corporales sordes non coinquinant animam, ut Christus ostendit supra 15. ita & corporalis munditia non purificat animam, neque reddit nos dignos aliquo bono vitae aeternae, quae sunt bona spiritualia. Secundo & efficacius patet, quia Christus dixit, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, & tamen si de calice materiali loqueretur diceret de presenti, quia quotidie Christus aliquid bibebat: ergo de passione, quae futura erat intelligitur, quam nondum tolerando biberat. Si autem obijcias, quod intelligitur de quotidiano calice: Quod patet, quia Mar. 10. ca. dicit. Potestis bibere calicem, quem ego bibo, & baptizari baptismate, quo ego baptizor.

Dicendum, quod res ista futura erat: & patet, quia Matthaeus hic expressit futurum dicens, quem ego bibiturus sum. Quia vero Marcus dixerit, quem ego bibo, intellexit futurum esse, sed quia propinquum erat, iam videbatur. Nam dixit, ecce ascendimus Ierosolymam. i. nunc ascendimus. i. nunc complebuntur omnia, quae futura sunt circa me. Tertio, quia in quantum dixit potestis non tauit aliquam difficultatem bibendi calicem, & tamen si sit calix materialis, nulla esset difficultas, ideo aliquid durum erat. Quarto, quia si esset calix materialis, non diceret, potestis bibere calicem: nam quotidie bibebant, & comedeant apostoli cum Christo: & ita de eodem calice bibebant: ergo cum calix importet huiusmodi, quod nondum biberant, sed bibere poterant, oportet quod non intelligatur de calice materiali. Quinto patet, ex responsione eorum, quia ipsi dixerunt possumus: & tamen si de calice materiali diceretur, non dicerent possumus, sed quotidie bibimus. Sexto, quia dixit Christus, calicem meum bibetis, & ita nominauit nondum factum esse: ideo ad passionem

Alph. Ios. super Euang. Matth. Pars V.

pertinet, & non ad rem materiale. Septimo, quia quantum ad baptismum, de quo Christus dixit, non poterant intelligere discipuli de Iordane quam Iudaei faciebant, quia Mar. 10. dicitur & baptizari baptismate quo ego baptizor: & tamen Christus non baptizabatur baptismate Iudaeorum: quia illa lotio erat, quam faciebant pharisaei. Mar. 7. ca. Nam non manducarent, nisi frequenter lauarentur: Christus tamen ceremonias istas, quas vocabat traditiones hominum, valde improbauit: ut patet supra 15. ca. & Mar. 7. Non ergo vteretur ipse istis lotionibus. Nam per hoc daret ipse auctoritatem operibus Iudaeorum: & non posset conuenienter ista improbare. Etiam patet, quia si ipse frequenter ipsis lotionibus, exercebat quoque eas discipuli eius, sed non faciebant. Unde de hoc Pharisaei eos arguerunt, quod non lauabant manus, cum manducarent, supra decimo quinto capitulo. non ergo stat iste sensus Theophylati, quod apostoli isti intelligerent de calice materiali. Alii dicunt, quod hoc dixerunt, quia vere erant dispositi ad tolerandum passionem pro Christo: ideo dixerunt, quod poterant bibere calicem. Sic dicit Hilarius. At illi, qui martyrij libertatem, constantiamque retinebant, bibituros se pollicentur. Tertio fuit, ut alij dicunt, quia erant inexperti passionum, & tales putant rem leuem esse tolerare, sed in periculis constituti deficiunt. Sic dicit Chryso. Hoc dicunt non tam ex fiducia suae fortitudinis, quam ex ignorantia: inexpertis enim leuis videtur esse tentatio passionis, & mortis. Quarto dicunt alij, quod fuit solum ex desiderio obtinendi, quod petebant: petierant enim bibere ad dextram, & sinistram. & Christus eis dixerat, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ex quo putabant, quod si illum biberent daretur eis petendum, & aliter non: ideo etiam si non sentirent se potentes ad bibendum calicem, dicerent se potentes, ut non excluderentur a petitione sua. Sic dicit Chryso. Vel hoc ex desiderio dicunt: neque enim hoc dixissent, nisi expectassent audire, quod petebant. Isti duo modi vltimi videtur esse verisimiles: & maxime vltimus. Nam secundus non est satis verisimilis, scilicet, quod scirent se fortes ad tolerandum martyrium. Nam in veritate non erant fortes, quod postea patuit, cum patiente Christo omnes timuerint, & fugerint, & manebant postea absconditi propter metum Iudaeorum.

Quare Christus duobus apostolis dixit: Calicem meum bibetis. *Questio LXXVII.*

**Q**VAERETVR, quare Christus eis dixit: Calicem meum bibetis. Dicendum, quod primo fuit ad ostendendum statum eorum futurum. quod pro Christo passuri essent: hoc enim est bibere calicem. Sic dicit Chryso. Dominus autem propheta his magna bona. i. martyrio eos dignos efficiendos. Secundo fuit, ut per hoc Christus ostenderet suam sapientiam futura manifeste pronuncians & determinate: sic dixit Ioan. 13. c. Et nunc dico vobis antequam fiat, ut cum factum fuerit credatis. scilicet quia ego sum. i. quia ego sum Deus, qui futura nouera antequam fierent. Tertio erat hoc, quia intentio Christi erat predicere oibus discipulis suis statum futurum eorum post passionem eius: & aliquid dicebat in generali oibus, iuxta illud Io. 15. & 16. Mundus gaudet bit, vos autem tristabimini, sed tristitia vestra vertet in gaudium. Et illud, Venit hora, ut ois, qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Quarto, etiam in speciali, sicut praedixit Petro de morte sua, Ioan. 2. 1. c. Cum esses iunior, cingebas te, & ibas quod volebas: cum autem senueris, alius cinget te, & ducet, quod tu non vis: hoc autem dixit significans quia morte clarificatur esset Deus. de Iohanne quoque tetigit statum, dicens: sic enim volo manere do-

Bb 4 nec

nec veniam. In quo ostendebat, quod non transiret per gladium passionis de hac vita, Ioan. 21. c. licet alij intellexerint, quod dixerit eum non moriturum: ita ergo nunc circa istos duos fratres voluit tangere statum eorum futurum. I. q. pro Christo paterentur dicens: Calicem meum bibetis. Quarto dictum est ad inferendum, quod Christus volebat: nam petierant isti federe ad dextram & sinistram Christi, & hoc ipse eis concedere non volebat: dixerat tamen eis, potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? ex quo videbatur inferri, q. si illum biberent haberent petiitum: ideo dixit: Calicem meum bibetis: federe autem & c. i. licet calicem meum bibatis, quem verè bibetis, non sedebitis ad dextram, & sinistram sicut petitis: quia non est meum dare vobis.

Quare Christus dixit calicem meum bibetis: quia potius dicere debebat, calicem meum bibere poteritis. Questio LXXXVIII.

QVAERETVR, quare Christus dixit calicem meum bibetis: quia videtur q. debuisset dicere, calicem meum bibere potestis, vel poteritis: nam ipse petierat dicens: potestis bibere calicem? idest, nunquid potestis: & illi responderunt, possumus, videtur ergo quod Christus debuisset affirmare, quod illi affirmabant, & de quo petierat, scilicet, potestis bibere calicem. i. verum est, quod potestis, vel poteritis bibere calicem. Dicendum, quod primò fuit, quia non poterat respondere verè per presens. Nam si sicut que fuerat potestis bibere, idest, nunquam potestis: ita responderet de presenti, dicens: Potestis. i. verum est, q. potestis falsum esset: nam quando Christus ista loquebatur non poterant illi bibere calicem. i. non habebat animum paratum, & fortem ad tolerandum passionem pro eo, cum Christo capro a ludæis omnes discipuliingerint timentes pati: & etiam nunquam habuerunt istam dispositionem animi vsq. ad aduentum Spiritus sancti, qui infirmos solidauit. Secundo fuit, & precipue, vt ostenderet statum futurum istorum: Nam si concluderet per posse, siue de presenti, siue de futuro, diceret potestis bibere, siue poteritis, nō colligitur aliquando biberent vel non: ideo ad ostendendam rem certam, dicit: Calicem meum bibetis. In quo colligebatur aperte, q. pro Christo passuri essent. Et hoc verum est: nam si solum fieret, vt Christus verum diceret, sicut supra dicebatur, satis erat, quod non diceret in presenti potestis, sed in futuro poteritis bibere calicem, & hoc verum erat, quia aliquo tempore. i. post aduentum Spiritus sancti fortes essent ad tolerandum passionem, & tamen nihil per hoc determinabatur, ideo dixit bibetis. Tertiò fuit ad ostendendum laudem eorum, scilicet, quod tanta dignitas eis communicanda erat, quod aliquo tempore pro Christo paterentur. Sic dicit Origenes: Non ita respondit Christus, calicem meum bibere potestis, sed ad futura eorum perfectionem respiciens, dixit: Calicem meum bibetis.

Quomodo verum sit, quod Christus dixit, scilicet, calicem meum bibetis: quia Ioannes martyrium non accepit. Questio LXXXIX.

QVAERETVR, quomodo verum sit, quod Christus dixit, scilicet, calicem meum bibetis: nam solus Iacobus videtur bibisse calicem passionis, Ioannes verò non, sed consueta morte vitam finierit, & non legatur de eo, quod occisus fuerit, sed de Iacobo legitur, quod ab Herode fuerit decollatus Act. 12. c. Aliqui dicunt, quod mortuus fuerit per viam martyrii sicut alij apostoli. Quod verò nō legatur, non faciat

ad hoc magnum argumentum: nam multa facta sunt, quæ non leguntur: sicut de ipso Christo, qui erat maior omnibus, multa scimus facta esse, quorū nullum scriptum sit, Ioan. 20. & 21. capitulis.

Dicendum, quod non stat: primò, quia licet non sit argumentum necessarium ex forma, quia arguitur negatiuè in loco ab auctoritate: tamen gratia materiae satis tenet ratio: nam de apostolis, qui fuerunt quadam columnæ, & principes Ecclesie, licet non omnia gesta scribantur: exitus tamen eorum scribuntur, & inuenimus de omnibus, quomodo per martyrium vitam finierint: De Ioanne autem non inuenitur, qui tamen non fuit minor illis: ideo cum nō scriptum sit satis est tenendum, q. non fuerit. Secundo & efficacius: quia si nihil de Ioanne inueniretur, posset omnino ignorari, an martyrio, vel in pace vitam finierit, & tamen de eius exitu scribitur, quomodo in desolatum locum sepulchri sibi parati descenderit, postquam a Deo vocatus fuerat, & nusquam postea comparuerit: ideo non finiuit vitam martyrio. Tertiò, & potissimè ex verbo Christi. Ioan. 21. Quando enim Christus dixit Petro, sequere me: & ille de Ioanne dixerit. Hic autem quid? idest, nunquid iste sequetur te? Christus ait: sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere. In quo Christus innuit, q. non erat secuturus ipsum per viam martyrii sicut Petrus: intantum, quod alij apostoli putauerunt, q. Ioannes non moreretur. Et sic dixit ibi litera. Et non dixit Iesus, quia non moritur, sed sic eum volo manere. Vnde de Ioanne est apud quosdam dubium an viuatur, vel an morte naturali, vel aliis sine vulnere obierit. Quod tamen Ioannes martyrio vitam finierit nemo asserit: ideo non est hoc tenendum. Est ergo dicendum, quod sicut Christus asseruit hic, ambo fratres. i. Iacobus & Ioannes calicem eius biberunt, idest pro eo passi sunt martyria, sed nō finierunt ambo vitam in martyrio, sed solus Iacobus, Ioannes verò propria morte obiit, sed dicitur bibisse calicem, quia pro Christo in feruentis olei dolium missus est, & ita martyrio se exposuit, sed gladius persecutoris de fuit: ideo iam quantum ad se calicem biberat. Sic dicit Hieronymus: Quæretur quomodo calicem martyrii filij Zebedei Iacobus scilicet, & Ioannes biberint, cum scriptura narret Iacobum tantum apostolum ab Herode capite truncatum, Ioannes autem propria morte vitam finierit. Et respondet, scilicet. Sed si legimus in ecclesiastica historia, quod ipse Ioannes propter martyrium sit missus in feruentis olei dolium, & relegatus in Pathmos insula: sic videbimus martyrio animum non desuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Et idem dicit Beda.

Quomodo est verum verbum Christi, scilicet, non est meum dare vobis. Questio LXXX.

QVAERETVR, quomodo est verum verbum Christi, scilicet, non est meum dare vobis. Nam si ad illum non pertinet, ad nullum pertinebit, cum ipse sit Deus. Aliqui dicunt, quod Christus dixit hoc, non quod non pertineret ad eum, hoc dare: nam ad ipsum pertinebat, sed quod nō pertinebat dare talibus, quales ipsi erant, scilicet, superbi, elati, honoris cupidi. Sed obijciatur, quia tunc non adderetur, sed quibus paratum est a patre meo. Et ita facit differentiam inter se & patrem suum, quasi ipse non possit, & tamen elatis, superbis, & peccatoribus neque Christus dat vitam æternam, neque pater: quia iniqui regnum Dei non possidebunt. 1. Corin. 6. Et tamen superbi, & honoris cupidi iniqui sunt.

Dicen-

Dicendum, quod est sensus conueniens: Christus enim non negat se posse, quasi se neget posse, & patre posse asserat, quia si differentia fieret ex parte eius, & patris, diceretur: Non est meum dare, sed patris mei. & tamen differentia magis assignatur ex parte eorum, quibus datur: cum dicatur non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo, idest talibus quilibet à Deo paratur. s. bonis, & iustis: quod Marcus magis expressit: nam non dixit, quibus paratum est a patre meo: sed solum quibus paratum est, non distinguens an à se, vel à patre suo paratum sit: quasi innuat, quod bonis & iustis tam ab eo, quam à patre suo paratum est. Superbis verò, & malis neque à se, neque à patre suo datur vita æterna. Sic dicit Remigius. Nō est meum dare vobis, idest superbis quales vos estis: sed humilibus corde, quibus paratum est a patre meo. Beda autem adhuc magis istud expressit, dicens: Non est meum dare vobis, idest superbis. Hoc enim adhuc erat: sed aliis paratum est, & vos alij estote, idest humiles: & vobis paratum est. Secundo dictum est hoc: Non est meum dare vobis secundum humanitatem, secundum quam vos putatis obtenturos: credebant enim, quod ex eo, quia erant cognati Christo in gradu propinquissimo, q. daret eis hunc honorem. Christus autem erat cognatus eis in quantum homo, & nō in quantum Deus: sed in quantum homo nemini dat vitam æternam, sed in quantum Deus: ideo dicit: Nō est meum dare vobis, idest nō pertinet ad me eo modo, quo vos putatis, vt vobis, idest tanquam cognatis meis istud dem: sed ad Deum pertinet, qui iuxta merita distribuit non accipiens personam: & illi sunt, quibus paratum est. s. qui meruerunt. Sic dicit August. 1. libr. de Trinitate. Secundum formam serui discipulis Christus respondet, non est meum dare vobis: accipiendo autem Christum, vt est Deus, quia idem, & vnus Deus cum patre, ad ipsum, & Patrem, & Spiritum sanctum istud dare pertinet. Et ita dicit August. ibidem. s. Quod autem paratum est a patre eius, & ab ipso filio est paratum, quia ipse & pater vnus sunt.

Quare Christus dixit, non est meum dare vobis: & ad quid hoc proderat. Questio LXXXI.

QVAERETVR, quare Christus dixit non est meum dare vobis: & ad quid hoc proderat. Dicendum vno modo, q. Christus voluit per hoc denegare eis petitionem: petierant enim sedere ad dextram, & sinistram: hoc autem erat maiorum meritorum quam essent merita istorum duorum: ideo denegans eis dixit: non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo: quasi dicat aliis paratum est a patre meo, qui sunt maioris meriti, sed non vobis. Sic dicit Hilarius. s. Dominus ergo collaudans fidem eorum ait, martyrio quidem eos compati posse, sed sinistræ eius atque dextræ assidere aliis à Deo patre fuisse dispositum. Secundo dicunt alij, q. dictum est hoc, non q. penitus excludantur isti duo ab honore petito, sed q. istud, quod est ad dextram, & sinistram sedere, non dabitur istis, sed aliis, s. Moyse, & Eliæ: discipuli autem erunt iuxta eos: hoc autem dicunt, quia in transfiguratione illi duo apparuerunt iuxta Christum supra. 17. & Mar. 9. & Luc. 9. capit. Sic dicit Hilarius. s. Et quidem quantum arbitramur: ita honor iste aliis est reseruatus, q. tamen neque Apostoli ab eo erunt alieni, qui in duodecim Patriarcharum sede confidentes iudicabunt Israel. Et quantum sentire ex ipsis euangelis licet, in regno celorum Moyse, & Eliæ assidebunt: quibus communitibus cum gloriæ suæ habitum in monte apparuit. Sed dicendum, q. non stat, quia in vita æterna dantur gradus gloriæ secundum condi-

tionem meritorum: & tamen certum est, quod alij erunt maioris meriti in vita æterna quam Moyse, & Eliæ, vt virgo mater Christi: & etiam Apostoli, de quibus singulis satis est credendum, q. quilibet eorum maioris meriti apud Deum, quam quilibet de patribus veteris testamenti: ideo non erunt Eliæ, & Moyse ad dextram, & sinistram Christi. Cum autem obijciatur, quod in transfiguratione, in qua ostendebatur imago gloriæ, isti duo altiterunt Christo.

Dicendum, q. non factum est quasi nulli alij honorabiliores essent, qui ei assistere possent, sed quia isti, vt testes vocati sunt. s. vt viderent Christo attestari lex & Prophetæ. Lex enim per Moysem significatur: quia ipse eam tulit. Ioan. 1. c. Lex per Moysem data est. per Eliam significantur prophetie, quia Elias fuit propheta. ista duo testimonium perhibent de Christo: vt ipse dixit Luc. 24. Secundo, quia poterat esse, q. tempore transfigurationis Moyse, & Eliæ assisterent Christo transfigurato ad imaginem gloriæ: quasi nulli alij tunc honorabiliores sancti essent inter defunctos: licet hoc dubium est. Et tamen postea manifestum est, quod alij sanctiores fuerunt, vt Ioannes Baptista, & beata Virgo, & Apostoli, qui non erant defuncti tempore transfigurationis saltem Virgo, & Apostoli, quia Ioannes Baptista defunctus iam videbatur: & tamen veritas est, quod verterunt vt testes, & non vt honorabiliores omnium sanctorum: Tertiò quantum ad principale dicunt alij, quod isti duo fratres non petebat verè ad dextram & sinistram sedere, quasi hoc ita ad literam ita futurum esset, quia talis locus nulli homini datur: neque etiam angelo, quia est locus filij Dei: sed petierunt, q. inter omnes Apostolos ipsi essent primi in fauore apud Christum. Nam dixerat ille, quod sederet super duodecim sedes: & Christus quoque sessurus erat: ideo existimabant, q. aliqui eorum propinquius quam alij Christo sederent: & istos ubique que sederent dicunt sedere ad dextram, & sinistram. Talem autem primatum petebat isti nunc: sed adhuc istum promittere eis noluit, vt ostendat, quod non ex voluntate, sed ex meritis datur honor celestis: & quod poterat esse, q. alius superueniret cum maioribus meritis, qui locum illum abundantiù mereretur, & oportebat dare illi: ideo istis promittere noluit. Sed in quantum dixit, sedere ad dextram, & sinistram nō est meum dare vobis, sed quibus paratum est, non innuit per hoc, q. aliquibus dandus erat ille locus, sed respondit intentioni eorum quantum ad primatum, quem appetebant, quod ille non detur nisi pro meritis. Sic dicit Christus. Videtur autem verius, q. locus ille omnibus maior est, non solum hominibus, sed etiam angelis. Sic. n. precipuum vnigeniti ponit Paulus dicens. Ad quem aliquando angelorum dixit Deus, sede à dextris meis? Dominus ergo non quasi existentibus quibusdam, qui assiduri essent, sed condescendens interrogantium suspicioni respondit: hoc enim vnus solum querebant pre aliis stare apud ipsum. Sed dicendum, quod isti verè accipiebant sedere ad dextram & sinistram, idest in latere Christi, quia hoc satis verisimile credebant: putabant enim Christum regnaturum temporaliter super Iudæos: & in illo regno futuros esse propinquiores ei Apostolos super omnes alios homines, sed non æqualiter: imò quod dā alij propinquiores de ipsis Apostolis: & quod illi verè sederent ad latera eius, quia aliqui sic assidere ei debebant cum homo esset. Quod autem dicitur, quod ille locus excedit homines, & angelos: verum est si accipiat, vt sedere est à dextris Dei, sicut dicitur de Christo Mar. 16. q. sedet à dextris Dei. & iste locus est propinquus vnigenito excedens angelos, vt inducit Apostolus ad Hebræos. primo cap. hoc autem isti non petierunt, quia talem

lectio-



sessionem non intelligebant: sed sessionem veram ad dextram, & sinistram Christi hominis temporaliter. Christus verò cum respondit: sedere aut ad dextram, & sinistram non est meum dare vobis, accepit de sessione aeterna, ut ostensum est supra, licet hoc non esset quantum ad propositum secundum eorum petitionem. Quarto dicunt aliqui, quod dixit hoc Christus non quidem, ut videatur eis negare honorem, quem petierunt: sed ut non expressè petitem concedat: nã si concederet expressè quod petebant, cum ista res videatur indiuisibilis, sedere ad dextram, & sinistram: & data duobus non potest aliis dari, videretur ceteris negata: quod erat ceteros irritare, & auferre eis desiderium proficiendi ablata spe honoris: ideo licet non excluderet istos à re petita, non debuit eis expressè concedere quod petebant: & non solum istis, sed nullis aliis quancumque meriti debuit hoc concedere: nec debuit nominare aliquos, quibus prius concessum esset, ut nescito cui hoc concederetur maneret omnibus spes proficiendi. Et ita conuenienter factum est, quia quando Christus sessionis locum negauit istis, non concessit aliquibus expressè: sed ait, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Vnde seruauit in hoc Christus honorem istorum duorum, quia non expressè eis negauit dicens, non sedebitis ad dextram, neque ad sinistram meam, sed ait: non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. poterat autem esse, quod illi duo essent de illis, quibus paratum erat à patre sedere ibi. Etiam abstulit occasio nem scandalizandi aliis: nam si expressè istis concederet, vel aliquibus aliis, ceteri scandalizarentur: nunc verò cum nullum repulit apertè, & nullum expressè recepit, manent omnes aequales. Et ita omnibus seruatur honor, & nemo habet causam scandalizandi. Sic dicit Hieronymus: Mihi videretur, quod ideo sedetum in regno celorum vocabula non dicuntur, ne paucis nominatis, ceteri putarentur exclusi: ideo tamen non dixit, Non sedebitis, ne duos confunderet: neque etiam dixit, Sedebitis, ne ceteros irritaret. Quinto, & principaliter dicendum, quod Christus non concessit istis, neque expressè negauit, quod petebant, quia non conueniebat. Isti enim petebant honorem solum in regno celorum, scilicet sedere ad dextram, & sinistram: honor autem talis datur per merita, & non ex fauore. Si autem Christus nunc istis expressè concederet petitem, videretur quod etiam si alij post eos mererentur maiora, quod non daretur eis iuxta meritum, sed minus meritis daretur maior status: quod erat inconueniens. Si autem expressè negaretur eis petitem, fieret quoque iniustum, quia poterat esse, quod nemo ad tantum gradum gloriae perueniret, ad quantum isti: & ideo deberetur eis gradus summus vitae aeternae, qui tamen non daretur eis cum esset expressè negatus: ideo Christus non debuit alicui illud expressè concedere, neque alicui expressè negare, ut per hoc videretur relinquere libertatem adipiscendi, & desiderium proficiendi in merito. Et quia profectus ex parte nostra est incertus, licet apud Deum nihil sit incertum, debuit relinquere dubia, aut saltem nobis ignota, ut putetur, quod ei, qui magis meruerit, dabitur locus excellentior. Sic dicit Chrysostomus: Dominus respondet: moriemini quidem propter me: tamen hoc non sufficit facere vos primam ordinem obtinere. Si enim aliquis alius venient cum martyrio ampliore virtutem possidens, non quia vos amo, illum expellam, & vobis dabo primatum. His, qui paratur primatus, qui possunt per opera fieri primi. Hieronymus quoque ait: Regnum enim celorum non est dantis tantum sed accipientis: non est enim personarum acceptio apud Deum: sed quicumque talem se prebuerit, ut regno celorum dignus fiat, hic accipiet,

quod non personarum, sed vitae paratum est. Si itaque tales estis, ut consequamini regnum celorum, quod pater meus victoribus preparauit, vos quoque accipietis illud. Sexto potest dici, & conformiter ad praecedentia, quod dixit, non est meum dare vobis, quasi dicat: vos petitis honorem istum non praetextu alicuius meriti, sed ex fauore, quia estis cognati mei: & tamen non datur illud nisi ex merito: & secundum differentiam meritorum, quae merita cognoscit pater meus, id est Deus pater & tota trinitas: ideo non est meum dare vobis, id est vobis sine causa petentibus ex solo fauore: sed dandum est illis, quibus paratum est à patre meo, id est eis, qui merentur. De quorum numero neque dixit istos esse: neque apertè negauit.

Et audientes decem. Iste est effectus consequens per accidens ex petitione duorum fratrum. scilicet irati sunt alij. Et dicitur, quod decem, id est alij decem Apostoli audierunt petitionem duorum fratrum de prelatione eorum: erant enim duodecim, & pro duobus hoc petitem est: ideo decem alij manebant, qui scandalizati sunt de petitione. Indignati sunt. Id est, irati sunt & indigne tulerunt, quia esset indignum, quod existentibus eis duodecim, inter quos nondum apparebat tanta differentia meritorum, quod illi duo specialiter auderent petere primatum, in quo alij contemnerentur. De duobus fratribus. Id est de Iacobo, & Ioanne filiis Zebedaei, qui erant fratres, & pro quibus petitus fuerat iste honor.

Quomodo decem Apostoli audierunt petitionem factam pro duobus fratribus. Quæst. LXXXII.

Quaeretvtr, quomodo decem Apostoli audierunt petitionem factam pro duobus fratribus. Dici potest vno modo, quod praesentibus eis facta est: & ideo audierunt. Et huic consonat quod mater pro filiis petiit, scilicet quia cum coram aliis peteretur hoc, si Iacobus & Ioannes per se peterent, indignarentur ceteri: submiserunt autem matrem, ut quasi à se ipsa videretur mota, & ipsi non essent increpabiles. Si autem in secreto petendum esset, fortassis non submitterent filij matrem, sed ipsi se peterent. Aliter potest dici, quod quando mater petiit pro filiis: decem non erant praesentes, sed clam factum est, quia erat res fauore egressa, & non innitebatur meritis: & hoc satis colligitur, quod dicitur supra in litera, quod accessit ad lesum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis. Et ita de nouo venerunt mater, & filij: & non erant praesentes duodecim discipuli Christo: nam, si quando hoc petitem est, essent decem discipuli coram Christo, essent quoque duos fratres, ut sic essent duodecim, & non venissent duodecim ad Christum: quia per hoc ostendebat, quod ipsi suggererent matri sic petere, & manifestè ab aliis possent redargui: quod ipsi cauere volebant, cum propter hoc matrem submiserunt: ideo videtur dicendum, quod non fuit hoc petitem coram decem aliis. Secundo patet, quia isti duo fratres dubitabant an petiitio sua à Christo acceptaretur: nam licet aequaliter confiderent, de hoc non erant certi, & ideo ut non confunderentur ipsi, & mater sua palam, manifestum esset, quod cum essent prudentes, vellent rem caute agere. sic quod si concederetur secunda maneret, & alios non irritaret. Si autem non concederetur, non confunderentur ipsi, & mater sua: sed hoc non poterat fieri si palam fieret; nam si non concederetur confunderentur coram omnibus, & irritarentur alij discipuli. Si autem concederetur, licet non confunderentur, saltem irritarentur alij contra eos: scientes, quod Christus non concederet hoc eis à seipso motis, sed vehementer oratus. Si verò in occulto concederet eis, non scandalizarentur

tur

alij, quia fortassis non scirent, quod oratus fuerat Christus pro eis. Etiam minus honorabiles viderentur, qui honorem non pro meritis, sed precibus emptum obtinebant. Tertio patet, quia decem indignati sunt de duobus fratribus: & Christus ad tollendam illorum indignationem, & aliorum ambitionem dicitur, quod vocauit eos, & dixit eis ea, quae habentur in litera: & tamen si duo fratres peterent hoc cum matre praesentibus aliis statim ibi indignarentur alij, & Christus compesceret eorum indignationem: & tunc dicitur, quod vocauit eos ad compescendum indignationem: ergo videtur, quod non fuit petiitio duorum coram aliis. Dicendum ergo videtur, quod audierant decem discipuli rem factam fuisse: sed non viderunt eam fieri, audierunt ab aliquo, qui rem nouerat. Si tamen aliquis dicat, quod illi astabant, quando mater pro filiis contendebat, petens honorem, non est instandum.

Quare indignati sunt decem contra duos fratres. Quæst. LXXXIII.

Quaeretvtr, quare indignati sunt decem contra duos fratres. Dicendum, quod causa erat eis indignationis: omnes enim isti ad familiam Christi pertinebant: & omnes videbantur quasi aequales meritis: quia adhuc erant carnales, & nemo excedebat alios valde potissimè quia omnes erant viri pauperes. Etiam Christus ante hoc non constituerat aliquos maiores alios. Quod ergo isti duo appetuerint, & expressè petierunt primatum, fuit molestum aliis, quia ex hoc videbantur alij contemni, & subiici equalibus suis. Sed obiiceretur, quod ex hoc non debuerat quisquam irasci nisi Petrus, quia ille erat maior Iacobo, & Ioanne, vel saltem erat aequalis: ceteri autem minores videbatur Iacobo, & Ioanne apud Christum: ut patet ex specialibus vocationibus, & rebus, quas cum eis tractabat in secreto: ideo non debuerunt alij indignari.

Dicendum, quod non habebat Petrus specialem, & solam causam querelae quasi praepositi forent ei Iacobus & Iohannes, si concederetur hoc à Christo, tantquam ille ante hoc esset maior illis. Non enim erat maior, ita ut ceteri reputarent eum maiorem, & crederent eum à Christo fuisse maiorem assignatum. Et cum dicitur, quod fuerit ei clauis regni celorum data, non obstat: quia etiam omnibus aliis datae fuerunt, supra 18. ca. Quaecumque alligaueritis super terram, ligata erunt & in celo. Vnde quilibet Apostolorum dubitabat post collatas clauis quis eorum maior esset. Et istud dubium mansit usque ad diem mortis Christi. Nam in cena vltima Christi inceperunt inter se conquerere quis eorum maior videretur, Luc. 22. & tamen non facerent publicè istam disceptationem, si putarent Petrum per collatas clauis eis praepositum: ideo adhuc putabant se aequales, cum nescirent quis esset maior. Cum autem dicitur de aliis, quod non habebant causam indignationis, quasi iam scirent Iacobum & Ioannem specialiter vocatos à Christo.

Dicendum, quod non stat, ista enim dabant illis aliquem scrupulum, quod Christus maiorem fauorem daret istis quam aliis: aut quod eos magis amaret quam alios: sed non apparebat ex eo, quod illos maiores constitueret. Vnde post hoc dubitauerunt Apostoli inter se quis maior esset. Sic patet supra 17. capit. vbi post transfigurationem, ad quam specialiter Petrus, Iacobus, & Ioannes vocati fuerant: & post suscitationem filij archidiaconi, ad quam idem tres soli assumpti fuerant, adhuc contendebant inter se discipuli quis eorum maior esset: ideo illae vocationes speciales non

ostendebant manifestè aliquem esse maiorem alio. Et patet magis, quia in vltima cena de hoc contendebant, Luc. 22. & Christus sedauit contentiones, auferens eis opinionem, & ambitionem maioritatis: & statim nocte ipsa vocauit specialiter Petrum, Iacobum, & Ioannem: & coram illis cepit tristari, & maestus esse, infra 26. & Marc. 14. capit. si tamen ex hoc putarent ipsi aliquem preferri illis, Christus non faceret istam specialem vocationem statim cum intrerent eis auferre scrupulum de maioritate: manebant ergo omnes aequales: & ideo cum isti duo expressè petiissent primatum, omnes alij habuerunt causam indignationis: quia quilibet putabat se posse esse maiorem, cum vique nunc fuissent aequales: ideo omnes decem de duobus nunc indignati sunt.

Quare nunc specialiter indignati sunt decem contra duos fratres. Quæst. LXXXIII.

Quaeretvtr, quare nunc specialiter indignati sunt decem contra duos fratres: nam etiam alias videbantur ipsi occupare primatum, vel possidere illum, cum specialiter à Domino vocarentur. Aliqui dicunt, quod ista indignatio fuit, postquam audierunt increpationem Christi factam ad illos, quod nescirent quid peterent: prius enim cum petebant primatum nondum indignabantur decem, quia nesciebant intentionem Christi: fortassis enim concederet eis, quod peterent, & tunc superuacuum erat contra voluntatem Domini indignari: audita autem increpatione, cum viderunt, quod Christus hoc non concedebat, sed velut irrationabilem petitionem indicauerat: habuerunt ipsi locum indignationis, quasi increpatione à Christo facta faueret eorum indignationi. Sic dicit Chrysostomus: Donec Christi sententia incerta erat, non tristabantur alij discipuli: sed tunc tristati sunt, quia eos, id est duos fratres increpauit. Sed ista responsio praesupponit, quod decem erant praesentes, quando mater per duos filios petiuit primatum, quod dubium est, ut dictum est supra. Et quod cum audiebant petitionem, nondum indignabantur quousque scirent intentionem Christi. Cum verò audierunt, quod increpauerit eos, videntes quod illa petiitio irrationabilis ab eo iudicata esset: ipsi quoque indignati sunt, & in hoc intelligunt illam literam, scilicet audientes decem indignati sunt, scilicet audientes redargutionem Christi contra duos fratres. Et non referunt ad petitionem: sed haec incerta sunt. Aliter ergo dicendum verisimilius, quod valde ambiebant omnes discipuli mutuum primatum. Quod patet, quia saepe inter se contendebant quis eorum maior esset, ut patet supra 17. & Luc. 22. Et ideo quantumcunque videbant, quod aliquis inter eos praeponebatur aliis, licet non manifestè praeponebatur, sed ex coniecturis colligerent hoc, indignabantur ceteri: & tamen non manifestè, quia non videbant primatum manifestè ab aliquo peti, neque palam à Christo concedi. & tamen adhuc propter suspicionem de hac prelatione secretè contendebant inter se: sicut statim post transfigurationem, & solutionem didrachmatis contenderunt, quis eorum maior esset, supra decimo septimo, & 18. Nunc verò, quia apertè petitus fuerat principatus pro duobus fratribus, id est per verba clara, & determinata, siue praesentibus decem siue absentibus petitus fuerit, cum illi cognouerunt hoc petitem esse apertè, indignati sunt. Maxime, quia nunc Christi sententiam pro parte sua habuerunt. Sic dicit idem Chrysostomus: Quando autem eos à domino in transfiguratione praehonoratos viderunt: & si famulentem dolebant, in medium afferre non audebant, venerantes doctorem.

Quare

Quare decem indignati sunt contra duos fratres, & non contra matrem ipsorum. Quest. LXXXV.

QVAERETVR, quare decem indignati sunt contra duos fratres. Nam videtur, quod contra matrem potius indignari debuissent: illa enim petiuit & non filij, vt patet supra in litera.

Dicendum, qd contra filios indignati sunt, & nō contra matrem, quia licet illa peteret, non putauerunt, qd à se ipsa mora fuisset ad petendum, sed filiis suggerentibus, vt peteret. Sic dicit Hierony. Nō ad mulieris aut daciā referunt postulantis: sed ad filios, quod ignorantes mensuram suam, non modica cupiditate exarserunt. Secundō fuit, quia alij Apostoli cognoscere potuerunt, qd mater filiis suggerentibus ad hoc venit: ideo enim mater nunc petiuit, quia ante hoc Christus dixerat: ecce ascendimus Hierosolimā &c. & tamen istud Christus dixit occultē solis Apostolis p̄sentibus, vt dicitur sup. in litera. s. assumpsit Iesus duodecim discipulos secretō. Ideo mater scire non potuit, nisi reuelantibus filiis: & ita apparebat, qd illi suggererant ei, qd veniret: & consequenter totam increpationem, & cul: am huius petitionis imponere debebant filiis & non matri. Tertiō, quia hoc agnouerunt decē Apostoli ex verbis Christi: petiuit enim mater pro filiis, & pro indebita petitione Christus non redarguit matrē, sed solos filios, dicens: nescitis quid petatis: ideo alij Apostoli cognoscentes culpam esse solū filiorum, eos solos arguerunt, & cōtra eos solos indignati sunt. Sic dicit Chryso. Intellexerunt enim qd hęc petitio discipulorum fuit, quando eos Dominus increpauit.

An peccauerint decem Apostoli, quia indignati sunt contra duos fratres. Questio LXXXVI.

QVAERETVR, an peccauerint decem Apostoli, quia indignati sunt contra duos fratres.

Dicendum, qd hic fuit peccatum aliquod. Nam fuit ira: Nam dicitur, qd indignati sunt decem de duobus fratribus: ira autem peccatum est, quia vt dicitur Iac. 1. cap. Ira viri iustitiam Dei non operatur. Etiam fuit inuidia: nam isti nolebant, qd duo fratres eis praponebantur, & ira de bono illorum tristabantur: & tamen tristari de bono inuidia est: ira tamen & inuidia s̄m se sunt peccata: ideo peccauerunt isti decem, cum indignati sunt contra duos. Sic dicit Chryso. Sicut autem duo carnaliter petierunt: ira & decem carnaliter irati sunt: nam velle quidem esse super omnes vituperabile est: sustinere autem alterum super se nimis est gloriosum. Sic autem dicit Theophylactus, quia reliqui Apostoli vident iacobum & iohannem honorem petere, patienter ferre non possunt: patientes enim humana inuidia mouebantur, sed tunc primō indignati sunt, cū viderunt ipsos à Domino non susceptos: non autem prius indignabantur, quia videbant ipsos alijs p̄honorari. Tunc igitur sic imperfectē se habebant Apostoli: sed postea in primatibus sibi cedebant adinuicem. An verō peccatum istud esset mortale, vel veniale, non apparet manifestē. Certum est, n. qd poterāt incidere in peccata mortalia: quia nondum erant confirmati per Spiritum sanctum, & ludas, qui tunc erat Apostolus, grauer peccauit: idem aut quātum ad ceteros erat, qd peccaret aut peccare possent mortaliter. An tñ aliquando mortaliter peccauerint post Apostolatū, non quæritur nunc. An verō nunc sic peccauerint dubium est: iō cū non manifestē appareat esse peccatum mortale, melius erit dicere, qd sit veniale, quia nemo cōdemnandus est nisi ex causa manifesta: potissimē quia ira aliquando est peccatum veniale: & etiam inuidia quædam leuis est, quæ non est peccatu

mortale: talem autem pati potuerunt Apostoli: veniale autem peccatum non potuerunt euadere. Siquis tamen contendat eos incidisse in peccatum mortale, non est contendendum.

Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos: non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

Iesus autem vocauit. Hic ponitur humilitatis instructio, & dicitur. Iesus autem vocauit eos ad se. Scilicet, postquam sciuit indignatos fuisse decem contra duos, vt utroque emendaret, vocauit illos ad se, vt loqueretur eis. Et ait. Ea, s. quæ sequuntur. Principes gentium dominantur eorum. Id est ipsarum gentium. Vult ostendere Christus hic, quod non erat ita de principatu gentium sicut de principatu discipulorum suorum, quia inter gentes illi, qui principantur sunt domini, & faciunt sibi exhiberi obsequia à subditis: non erat autem sic de discipulis suis, quia qui principaretur inter eos, non faceret sibi obsequia fieri, sed alijs impenderet obsequia. Vel totam suam operationem in aliorum vtilitatem impenderet. Et qui maiores sunt. Iurisdictione, vel facto, vt quia maiorem potestatem habent, vel diuitias ex quibus possent se reddere alijs potentiores. Potestatem exercent in eos. Id est in subditos sibi, vel in minores: exercere potestatem est facere, quod possunt, etiam si nō sit iustum illud fieri, cū non nominauerit rationem, sed potestatem: & hoc pertinet ad principatum tyrannicum: quasi dicat, qui inter gentes dominantur, non querunt per principatū vtilitatem subditorum, sed exercere potestatem super eos. Non ita erit inter vos. Id est in tota Ecclesia, quam Christus consecrauit in sanguine suo, & acquisiuit sibi, qd principes eius non erunt ad dominandum, sed ad querendum vtilitatem subditorum. Sed quicumque voluerit inter vos maior fieri. Id est inter duodecim Apostolos, & omnes, qui Christi doctrinam sequuntur, quia obus datum est documentum istud. Sit vester minister. Id est minister vobis seruiendo vobis. Et ita principatus inter duodecim Apostolos non erat ad habendū aliquid honoris, sed oneris, & difficultatis. Et quicumque voluerit inter vos primus esse. Eadem sententia est per alia verba iterata. Nā esse maiorē, & esse primū idem est, quia primus est, qui in primo, & honorabiliori loco sedet: & talis locus datur ei, qui potestate, auctoritate, & iurisdictione maior est. Erat vester seruus. Non seruus legalis, quia in Christo non est seruitus, sed maxima libertas. Sicut dicitur ad Gal. 2. propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem, quā habemus in Christo. & ad Gala. 4. cap. dicitur. Itaque fratres non sumus filij ancillæ, sed libertæ, quia libertate liberauit nos Christus: sed est seruitus voluntaria, quæ quis alijs se sponte subiicit, vt apud Deū maior inueniatur. Sicut filius hominis. Id est ego. Vocat se filium hominis, vt de se alta non videatur sapere: quamuis maior sit homine, & est argumentum conueniens: quasi dicat, vos estis mei discipuli, ideo debetis me imitari, quia alijs non eritis discipuli: sed ego

ego non veni ad habendū honorem aliquem humanum neque ad subiiciendum aliquem mihi: sed ad vtilitates aliorum procurandas, & seruiendum eis: ideo & vos sic facere debetis. Sicut dixit eis Ioan. 13. cap. Si ego magister, & Dominus laui pedes vestros, & vos debetis alter alterius lauare pedes: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Non venit ministrari. Id est vt ei ministraretur, & seruiatur. Sed ministrare. Id est seruire alijs, imō omnibus, quia pro omnibus venit, & passus est. Et dare animam suam. Id est vitam suam: nam anima per mortem non perit, & ideo datur: sed quod perit vita est: & ita illa est, quæ datur. Redemptionem. Id est in redemptionem: nam per mortē eius nos à peccato liberati sumus. Pro multis. Scilicet, pro omnibus, qui saluantur. Nam nemo saluatur nisi p̄ sanguinem Christi, quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. ad Rom. 3. id est non possunt gloriam Dei per se habere: sed opus est, vt p̄ aliquem alium ad illam perducantur.

Ad quid Christus vocauit nunc hic discipulos. Quest. LXXXVII.

QVAERETVR, ad quid Christus vocauit nunc hic discipulos: nam videtur, qd nulla causa vocā di eos erat, quia ista vocatio si ad aliquid prodesset, esset ad emendandum discipulos: sed videtur, qd nō fuerit ad hoc, quia aut esset ad corrigendum duos, aut ad corrigendum decem. Non quidem videtur conueniens ad corrigendum duos, quia illi iam erant correcti: cū illos iam increpauisset, dicens: nescitis quid petatis, & alia, quæ supra habentur. Non etiam ad corrigendum decem, quia non ponuntur hicaliqua verba contra illos. Peccatum enim decem discipulorum fuit, qd indignati fuerunt contra duos: tamen contra indignationem nihil Christus locutus est hic, sed solū contra ambitum honoris: ideo videtur, qd superuacue eos vocauit.

Dicendum, qd vocauit discipulos, ad correctionem eorum: nam hic ostendit non esse honorem, vel primatum inter eos appetendum. hoc aut oibus erat necessarium. Etiam eis, qui primatum petierunt. i. sedere ad dextram, vel sinistram: quā eis, qui propter illorum petitionem indignati sunt: omnes enim honorem appetebant: & ideo omnibus erat vtile doceri non esse appetendum honorem: neque erat alia doctrina, q̄ omnibus illis nunc cōis esse possent. erat aut ista multū conueniens vtrique, quia ista excluderat vtrorumq; vitium, & curabat: si enim honorem non appeterent, neque isti, neq; illi peccarent: qui enim petierunt honorem, ideo petierunt, quia appetebant: qui verō indignati sunt contra petentes, ideo indignati sunt, quia illi quoq; illum honorem appetebant, licet nondum illum petuissent: nam si non appeterent, neque aliquid magnum illum honorem reputarent, non indignarentur, qd alij illum peterent, & assequerentur: quæ rem cōtempibilem nemo alijs inuidet, sed rē preciosam: erat ergo conueniens doctrina omnibus duodecim ista de non appetēdo honorem, qd sequentes istā neq; honorem aliqui eorum peterent, aut appeterent, neq; si aliqui peterent indignarent alij. Cū aut dī, qd non erat necessaria nunc doctrina aut correctio duobus, quia supra fuerant correcti.

Dicendum, qd fuerant quidē increpiti: sed non fuerant emendati neque edocti: nam ibi solū Christus responderat ad petitionem istam eorum dicens eam esse irrationabilem: & tamen radicem petendi non excluderat, quia licet nunc ab ista petitione excluderetur, adhuc manebat eis desiderium honoris, quo existeret alia, & alia peterent: ideo Christus, vt nō debe-

ret ad singulas petitiones respondere, abstulit omnem radicem, & motiū petendi: ostendens, qd nullus honor, vel primatus in regno suo in vita p̄sentī petendus esset: & ita nihil peterent, neq; appeterent. Vnde ista doctrina erat necessaria, quæ erat generalis: præcedens verō erat specialis solū quantū ad illam petitionem. Cū aut dī, qd quantum ad decem nō erat ista doctrina necessaria, quia nihil dī hic de indignatione, de qua peccauerant: dicendū, qd erat conueniens, imō conuenientior: nā si cōtra indignationē aliquid dixisset, cessarent quidē ab ista indignatione, sed non ablata radice indignandi rursus indignandi occasio occurreret, & irascerentur Apostoli inter se: nunc verō sufficienter ablata est materia indignationis. pro hoc. n. indignati sunt decem, quia duo specialiter appetuerunt, & petierunt primatum. Christus autem ostendit nō esse primatum appetendum in regno suo: & talem quidem esse, qd nemo illū appetere velit: & ideo, si quis illum appetierit, ceteri non possent de hoc inuidere: & ita, si discipuli bene attenderent doctrinam istam, non irascerent: licet aliqui peterent de cetero principatū. Fuit ergo conueniens doctrina pro oibus decē, & duobus.

Ad quid dicitur, quod vocauerit Christus discipulos ad dicendum eis hæc, cū essent p̄sentes. Quest. LXXXVIII.

QVAERETVR, ad quid dicitur, quia vocauerit Christus discipulos ad dicendū eis hæc: quia videtur, qd non oportebat vocari illos, quia p̄sentes erant, quando indignati sunt decem contra duos.

Dicendum, qd potest intelligi vno mō, qd omnes discipuli nunc essent absentes. s. qd duo fratres cum matre venerant ad petendū primatum: quæ petitio postq̄ peruisset ad decē, qui absentes erant, indignati sūt: Christus autem sciens eos indignatos tam duos q̄ decē vocauit ad se oēs, vt oibus loqueretur: & ita oportuit vocari oēs, quia oēs erāt absentes. Secundō potest intelligi, qd qñ duos fratres cū matre petierunt, non erāt decē p̄sentes: & audientes illud decē indignati sūt: Christus autē antequā isti duo ab eo recederent, sciens decē fuisse indignatos vocauit eos: & ita p̄sentibus oibus locutus est. Sic tenet Chryso. dicens. Quia turbati erant, vocatione eos consolatur de p̄p̄inquo loquens eis: etenim duo à societate decem se ipsos separantes propius stabant seorsum Dño loquentes. Tertiō aliqui volunt, qd petitio matris & duorum fratrum facta fuerit p̄sentibus decē, & ibi fuerint duo increpiti: qd videntes decē indignati sunt: & tūc Christus oibus locutus est, q̄ habentur hic. Sed tunc dicunt qd licet non vocauerit eos cū p̄sentes essent: dicitur, qd vocasse vt appareat quō fuerit iste actus factus coram eis, de quibus non constat ex litera, qd ante hoc p̄sentes Christo erant: & tamē primus, & secundus modus verisimiliores sunt quā tertius.

Quare Christus nunc vocans discipulos non increpuit eos. Questio LXXXIX.

QVAERETVR, quare Christus nunc vocans discipulos non increpuit eos: vtrique. n. redargutione digni erant: duo quidem, quia principatum ambierant, & petierant: decem quidem, quia indignati fuerant contra duos: & tñ neminem tunc redarguit: sed dedit eis doctrinam ad hoc nō faciendū de cetero. Dicunt quidam, qd hoc fecit ex mansuetudine sua, ad mansuetum aut non pertinet acriter redarguere. Sic dicit Hieronymus. Humilis aut magister & mitis neque cupiditatis duos arguit postulantes: neq; decem reliquos indignationis increpat, & liuoribus dicens

dicendum, & puenientius, quod hoc factum est, quia ita conueniebat fm conditionem rei. Nam duos non oportebat vltra redargui: fuerant. n. iam increpiti: cu Christus dixerit eis: nescitis quid petatis, & negauerit rem petitam: decem aut no oportebat redargui, quia peccatum eoru leue fuerat: & hoc quia quadam humana rone moti fuerant in quantum duo specialiter sibi primatum super eos petebat habere. hoies aut non facilliter tolerant alios sibi praeesse: potissimè qn non apparet ca praelationis: sed ex solo fauore praponi volunt. Item quia indignatio illa non processit ad publicu: ita vt contenderent inter se vel pugnarent, sed fuit motus animi ipsorum: secus aut qn iterum inter se in via contenderant quis eorum maior esset, supra 18. & Mar. 9. & Luc. 9. quia tunc Christus eos redarguit: nu vero non redarguit, quia contentio non fuit, sed indignatio leuis. Generaliter autem non fuit redargutio nisi in quantum dedit eis omnibus doctrinam de non concupiscendo primatum in regno eius, quod erat eos redarguere in quantum in hoc vtriq; peccauerant, quia illum ambiebant. Etiam quia satis erat eos corrigi, et si non redarguerentur.

Quare Christus volens discipulos erudire, ne primatus ambirent, non introduxit puerum in medium. Quaes. XC.

QVAERETVR, quare Christus volens eos erudire ne primatus ambirent, non introduxit puerum in medium sicut supra 18. cap. Dicendum, quod non potuit nunc pueru introducere in medium: Christus. n. tunc puerum introduxit: quia volebat ad magis rem manifestandū oculis exempla subicere: talis enim modus vulgares multum mouet: & quia tunc de humilitate loquebatur, quae in pueris inuenitur dixit de pueris, & statuit eum in medium: nu vero non locutus est de pueris, sed de principibus gentium: nullum autem principem habuit, quem in medium statueret: ideo non reduxit rem ad oculum sicut ibi. Secundo, quia statuendo puerum in medio, ostendebat Christus id, qd volebat. Na loquebatur de humilitate, in puero autē ex habitu dicitur ostenditur humilitas, quia locū primum nō vendicat, neq; de aliis curat, ad q ambitiosi anhelant: & iō introducendo puerorū in medium sine alia discussione de operibus eius, statim apparet virtus eius naturaliter circa humilitatem: introducendo aut principem nō apparet ea, quae hic Christus inducit. s. quia principēs gentium dñantur eorum, & qui maiores sunt, potestate exercent in eos. Quare ex solo visu principum non apparet quo ipsi tyrannicè dominentur, nisi quis actus illorum cōsiderauerit. Sed dicendum quare non dixit hic de puerorū humilitate ad reprimendum elationē & ambitum eorum honoris. Dicendum, q non fuit conueniens: quia Christus volebat inducere semper nouam doctrinā: & ibi de puerorum humilitate locutus fuerat, non voluit hic de illa loqui. Secundo, quia volebat rem magis probare. Iam. n. Christus vsus fuerat illa probatione de puerorū humilitate contra elatos. Hic autem voluit vti alia. s. de principum superbia. Et ratio est, quia ex diuersa radice hic probat. Nam ibi ostendit, q cupiendo honorem non poterant habere regnum cēlorum, sed oportebat per humilitatem illud habere: & iō sicut puer se debebat humiliare, qui illud assequeretur. Nunc autem ostendit, quod nemo debet concupiscere principatum in regno suo, quia non est talis principatus, qui concupisci debeat, quia non est ad dominandum sicut est principatus gentiū, sed est ad seruiendum subditis.

Quomodo facit ad propositum Christi, quod induxit de principibus gentium. Quaes. XCI.

QVAERETVR, quomodo facit ad propositum Christi id, quod induxit de principibus gentium. Dicendum, q Christus voluit ostendere q principatus in regno Christi non erat concupiscendus: & hoc quia illi, qui ambiunt principatum iō ambiunt, quia putant rem excellentem esse: sicut inter gentes de principatu aestimatur: & tñ in regno Christi non est principatus talis qualis est inter gentes, sed contrarius: ideo nemo debuit concupiscere primatū in regno Christi, quia ipse non est ex se concupiscibilis: inter gentes enim, qui principes sunt, dominantur, & exercent potestatem: in regno autem Christi, qui princeps est non dominantur, sed seruire debet: & tñ in regno gentium nemo cupit seruitutem, quia non habet aliquid excellens neque delectabile, quod quis per se concupiscere possit. Si ergo in regno Christi talis est principatus qualis in regno gētiū est seruitus: nemo concupiscet principatum, quia non habet in se aliquid concupiscibile. Quod autem talis sit principatus huius Christus ostendit, dicens, quod qui maior est se voluerit, debet esse omnium minister: & qui voluerit esse primus, erit omnium seruus.

Quid est, quod dixit Christus, princeps gentium dominatur eorum. Quaes. XCII.

QVAERETVR, quid est quod dixit Christus, princeps gentium dominatur eorum &c. Dicendum, q voluit ostendere principatum gentium cōstitutum esse in tyrannide quadā: & etiam q ille principatus erat hominibus concupiscibilis. Primum ostendit cum ait, principes gentium dominantur eorum. i. sunt quasi dñi: & ita non est principatus pure minorum, sed quasi seruorum. Na liberi principēs habent, sed non dñm, quia ad dñm seruus refertur: & tamen dicitur hic, q dominantur. i. extendunt principatum abutendo illo: ita vt principatus regalis ueratur in tyrannicum, qui est dñatus. Sic dicit Theophylactus: Gentilium principes tyrannicè, & dominabiliter ad principatum se ingerūt. Et addidit Christ⁹, s. qui maiores sunt potestatem exercent eorum, vel in eos, quod etiam ad tirānidem pertinet. Nam cum dñ, exercent potestatem, innuitur, q exercent opera potestatis, ille aut p̄tatem exercet, qui non qd dñ sed quod potest agit, & hoc tyranni est: quia in principatu liberorum non permittimus dominari hominem, sed rōnem, vrait Aristo. & ita hō non habet homines in potestate, sed lex habet hoies: princeps aut legem & rōnem sequi debet. idem aut significatur ex verbis Marci. s. principes eorum potestatem habent ipsorū, Mar. 10. cap. i. principes retinent potestatem in seipsis, & nō concedunt istam potestatem legi. & tñ in principatu liberorū potestas debet esse in lege & ratione, & non in homine. Ex his autem sequitur secundum, scilicet quod principatus iste sit concupiscibilis: quia omne, qd habet excellentiā aliquam, est naturaliter concupiscibile: & tamen principatus gentium est habens excellentiam: quia dominus habet excellentiam magnam super seruos, & tamen in illo principes dominantur. Et ita tenent illam magnam excellentiā super subditos. Etiā potestas est quedam magna perfectio. Nam de potissimis attributis diuinis ponitur, & tamen principes gentium potestatem habent, quia ut Christus dicit, qui maiores sunt potestatem exercent in eos, ideo multum appetibilis est ab hoibus talis principatus. Ob hoc ergo ad gentes pertinet principatus appetere, quia principatus eorum talis est quod appeti possit. Sic

Sic dicit Christus ostendit aut in hoc q gētile est primatus cupere: & sic gentium cōparatione eorum animā est uantem conuertit. ad Christi autem discipulos nō competit principatum appetere, quia ille non hēt aliquid tyrannicum, neq; potestatem exercet: & iō non habet aliq̄ excellentiam, fm quā appeti debeat: nō est enim ille principatus dominandi, sed diligendi: & nō habet dñationem, sed subditorum sollicitudinem. Sic dicit Origenes: Principes gentium nō contenti tantū regere suos subditos, violenter eis dñari nituntur. Inter vos autem, qui estis mei, non erunt haec, quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritua lia autem in uoluntate: sic & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus non in timore corporali.

Quid intellexit Christus hic nomine gentium. Quaes. XCIII.

QVAERETVR, quid intellexit Christus hic nomine gentium. Dicendū, q in sacra scriptura intelliguntur illi, qui non pertinent ad Israelitas fm cognationem, neq; fm ritum: nā qui de gentibus ad legem Moysi conuersi sunt, iam non gentes, sed populi Dei appellant. Et tamen dicendū, q hic uocantur gentes oēs hoies praeter discipulos Christi, qui nunc eum sequuntur: & illos, qui postea eum sequerentur per doctrinam: origo autē nois est, qa gens significat multitudinem. s. totam speciem: gens. n. de solis hoibus dñ, & idem est gētem dicere ac si hoies dicamus: & ideo quando gentes pluraliter dicimus, oēs hoies significamus. Ita cā fuit, q sacra scriptura gētes appellaret eos, qui non erant Iudēi. Nam Iudēi collati ad ceteros paucissimi erant: quasi nō essent ipsi aliqua pars hoium: sed praeter eos adhuc tota species humana maneret integra: & nihil deesset multitudini hoium: ita & nūc a fortiori paucissimi erant Apostoli. s. duodecim: & iō ceteri praeter eos absolute uocati sunt gentes: quasi ipsi non essent aliqua pars hoium in magnitudine. Qd aut sic intelligatur, patet primo, quia alias acciperentur soli gentes exclusi: & ita inueniretur, q iste principatus de quo Christus loquebatur, pertinebat ad Iudaeos: sed falsum est, quia etiam inter Iudaeos erat principatus, qui inter gētes, scilicet quod principes dominarentur eorum, & opprimerent eos tyrannide, & seruitute. Sic patet ex decursu principum: & maxime patet ex eo, q praxidixit Deus Iudēis quando petiuerūt regem, q reges eorum acciperent filios, & filias eorū, & agros, & vineas, & addecimaret fructus reddituum suorum. 1. Reg. 8. c. Secundo patet, quia Apostoli erāt oēs Iudaei: imō oēs Galilēi Act. 1. & 2. cap. & ita affuerant sub principatu Iudaico. Si ergo iste principatus, quem Christus hic inducit, nō esset distinctus à principatu Iudaico, nō oportebat de nouo illum introduci: & tñ introduxit Christus nunciatū principatum quasi esset alterius cōditionis quā ceteri principatus, & q nū quā aliq̄ talis fuerat, quia oēs principatus, q erāt nūc, erant concupiscibiles: ergo non erat iste principatus Iudaeorum, sed alius: & consequenter cū non distinguatur hic nisi duo principatus oppositi, necesse est, q principatus Iudaeorum intelligatur sub principatu gētiū. Tertio patet, qa dixit, non sic erit inter vos: ex quo manifeste apparet, q oēs principatus distinxit in duos, scilicet principatum gentiū, & principatū Iudaeorum, cū dixerit: principes gentium dominantur eorum: & postea adiunxit, non sic erit inter vos: ergo omnis principatus distinguitur in principatum gētiū, & istorum: & illi qui postea istam legē secuturi erant: ergo principatus Iudaeorum sub principatu gētiū includitur: & sic oēs homines uocant hic gentes praeter Apostolos.

Quomodo Christus dixit hic de principatu gentium, quia uideatur, quod sufficienter non locutus est huiusmodi redarguens principatus. Quaes. XCIII.

QVAERETVR, quomodo Christus dixit hic de principatu gentiū distinguens eum à principatu Apostolorum: in qua assignatione uideretur min⁹ sufficienter dicere. Nam dictum istud intelligitur de principatu tyrannico, cum dicatur, dominantur eorū, & potestatem exercent. Et tamen inter gētes sunt alii qui boni principatus, qa sicut Arist. distinguit 8. Ethic. & 3. Politicorum, principatū Politicorū tres sunt boni, & tres mali, Regalis, Aristocraticus, Timocraticus boni sunt, Tyrannicus, Oligarchicus, Democraticus mali sunt. Ergo qn gentes habuerint istos tres principatus bonos, non poterit redargui principatus gentiū: & tamen Christus deducit hic alium principatū, qui non sit similis principatū gentiū: quasi sit malus principatus gentium semper. Ergo Christus non sufficienter dixit, quia de solo malo principatu gentiū dixit: vel si de omni principatu gentium intellexerit, nō solum arguet Christus tres principatus malos politicos, qui sunt corruptiones politicæ fm Arist. sed etiā tres bonos, quod est inconueniens.

Dicendum vno modo, quod licet inter gētes essent tres principatus boni politici fm speciem, & tres mali: & tamē fm actum raro inueniebatur bonus principatus, quia quilibet principatus se extendebat ad aliqd, ita ut in principatum malum incideret in partem, vel in multum: Rarum autē erat, q aliquis principaretur: penit⁹ iuste, & ita ab eo quod plus erat, accepit nomē dicens, q principes gentium dominantur. s. tyrannicè. Secundo potest intelligi quantum ad appetitum principatus: licet fm speciem sint principatus aliqui boni inter gentes: tamen oēs, qui principatum optabant, ideo optabant, ut dominarentur: non erat autem sic faciendum inter Apostolos. Tertio, quia in principatu gentium etiam bono est excellentia principatus super subditos: licet enim principetur non propter utilitatem priuatam, sed subditorum, quod ad rectū principem pertinet, tamen semper habet, q maior sit subditis: & q habeat vim coactiuam super eos, & obediunt ei ex necessitate: & tributa aut alia debita p̄stent ad status sui honorabilem sustentationem. Vnde licet non conuertatur principatus in corruptionem. s. Regalis in Tyrannicum, vel Aristocraticus in Oligarchicum: adhuc est multum desiderabilis principatus inter gentes, quia multum de honore, & laude habet rectus principatus: ideo & si laboriosum sit bene regere, est tamē valde honorabile: & propter hoc illi, qui honorem de summis bonis putāt, principari summo desiderio cupiūt, etiam in principatu iustissimo: imō & Arist. 5. Ethico. dixit optimis principibus, & rectorib⁹ in premium bonae gubernationis à politia deberi honorem, & gloriam. Et iste sensus est conueniens, quia quicumq; principatus gētiū quantumcunque iustissimus multum habet de honore, & potestate: & ideo propter magnitudinem excellentiae est concupiscibilis, & cōpetit ei litera Christi. s. principes gentium dñant eorū, quia licet non dñentur tyrannicè dñant. i. domini reputantur, quia propter excellentiam, status, & magnitudinem honoris, & potestatis indicantur domini subditorum ex modo loquendi nostro. Et qui maiores sunt potestatem exercent in eos, id est opera potestatis, scilicet habent vim coactiuam, quia habent potestatem incarcerandi, & occidendi, & bona possidētia auferendi, & relegare, & de portare, & omnia genera penarum inferre, quas subditi patiuntur inuerti, & ista est ueritas. Principatus autem Apostolorum non erat



erat sic futurus, quia qui primus esset inter eos nihil plus de honore, & reuerentia, & statu temporali habiturus esset quam subditi, sed ita pauper sicut illi: potestatem autem non exerceret in subditos, quia non cogeret eos per penas ad aliquid agendum, sed per exhortationem verbi Dei. Et ita nihil esset in principatu Apostolorum propter quod concupisci posset, sicut principatus gentium quantumcunque bonus esset, quia in illo erat dominari, & potestatem exercere: licet intendat precipue subditis proficere. Sic dicit Origenes: Inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc: quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita: spiritualia autem in voluntate: sic, & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in subditorum dilectione debet esse positus non in timore corporali: & ita recte ostendit Christus principatum inter suos non esse concupiscibilem sicut inter gentes.

*Quare Apostoli nitebantur assequi istum primatum. Et quare etiam nos, qui sub Christi lege manemus, multum anhelamus ad dignitates, & spirituales principatus. Quæst. XC V.*

**Q**VAERETVR, cum principatus inter discipulos Christi talis esset, quod nihil concupiscibile haberet: quare Apostoli nitebantur assequi istum primatum: quare etiam nos, qui sub Christi lege manemus, valde anhelamus ad spirituales principatus.

Ad primum circa Apostolos Christi dicendum, quod causa fuit ignorantia, & falsa opinio de primatu: nondum enim habuerant ipsi primatum qualem Christus dare volebat: & ideo principatum talem futurum sperabant qualis inter gentes est: ille autem est concupiscibilis: ideo ipsi illum concupiscebant: credebant enim quod regnum Christi futurum esset carnale super duodecim tribus Israel, sicut regnauerant Dauid, & Salomon, & principatus sub eis erat concupiscibilis quamuis esset iustus: ideo operabantur primatum: & licet Christus nunc eos increpauerit de appetitu principatus: adhuc post hoc contenderunt de illo. In cena vltima domini facta est contentio inter eos, quis illorum maior videretur, Luc. 22. ca. & hoc quia viuente Christo nunquam experti sunt istum principatum, & adhuc cum carnales essent, non poterant concipere quomodo principatus regni Christi non haberet aliquid de honore, & potestate, & excellentia, propter quem esset concupiscibilis: post Christi autem resurrectionem & aduentum Spiritus sancti ceperunt Apostoli esse principes Ecclesiarum, & alij multi simul etiam post eos. Et tunc experti sunt qualis esset Christi principatus: & nemo illum cupiebat, sed fugiebat: nisi cum charitas aliquem impelleret aliorum profectibus inuigilare. Et tunc electus, & vocatus principatus assumebat: non autem cupiens, petens, & ad illum aspirans: erat enim tunc nudus principatus spiritualis, sicut principatus non habebat aliquam excellentiam sæculi super subditum: non quidem erat ditior: nullas enim diuitias habebat, quia nullos redditus a subditis exigebant, neque percipiebant nisi sponte oblatum: sicut predicatoribus eleemosynam damus: nullum statum honorem, sicut quantum ad familiam copiosam habebant, sed solitarij manebant sicut priuari: potestatem autem nullam coercendi habebant, neque coercere peccantes per penas: sed sola exhortatione ad bonum deducebant. Siquis autem nollet bonus esse per verbum Dei, non cogebat eum ad hoc penarum illatione: & ita nihil de eo, quod ad principatus pertinet, erat in principatibus noui testamenti: vnde principatum omnes fugiebant in Ecclesia primitiua, quia nulla in eo erat vti-

litas neque secularis honor aut potestas, sed sola periculosa, & laboriosa sollicitudo, qua inuigilare debebat super gregem, & reddere rationem pro omnibus Domino Iesu: talem autem principatum nemo concupisceret nisi insipiens, scilicet qui illum non cognosceret, vel qui Deum non timeret, & intenderet eum transferre ad alterum principatum faciendo de spirituali temporalem, & gentilem principatum. Sic dicit Chrysostomus. Principes Ecclesie sunt, vt seruiant minoribus suis, & ministrent omnibus eis quacunque acceperunt a Christo, vt utilitates suas negligant, & illorum procurent, & mori non recusent pro salute subditorum: primum ergo Ecclesie concupiscere, neque iustum est, neque utile: quis enim sapiens vult vltro se subiicere seruituti, & periculo tali, vt det rationem pro omni Ecclesia: nisi forte, qui non timet Dei iudicium, vt abutatur primatu suo Ecclesie seculariter, ita vt conuertat illum in secularem. Erat enim principatus Ecclesie, secundum quod a Christo institutus est, omni secularitate carens, nihil concupiscibile habens: non quidem diuitias, non potestatem executionem, non honorem, & excellentiam: habere autem debebat multam sanctitatem exemplaritatis, & sollicitudinem ad prouidendum in spirituali salute. Quæ omnia aperte posuit Petrus in canonica 1. cap. 5. scilicet. Seniores obsecro, qui in vobis sunt, pascite, qui in vobis est gregem Dei, prouidentes, non coactè, sed spontaneè lectum Deum: neque turpis lucra causa, sed voluntarie, neque vt dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. In quantum dixit, pascite, qui in vobis est, gregem, ostendit sollicitudinem pastorum in prouidendo spirituali gregi suo: & ista est propria conditio presidentis, scilicet vt sollicitus sit. Sic dicitur ad Romanos duodecimo capi. qui præest in sollicitudine. In quantum dixit: non coactè sed sponte, abstulit exercitium potestatis, scilicet quod non deducerent homines ad bonum per penas, & nolentes credere non cogere: peccantes autem postquam credidissent verberibus non castigarent, sed verbis deducerent, & pro eis Deum oraret, vt daret eis spiritum compunctionis, & penitentiam, & resisterent a laqueis diaboli. 2. Tim. 2. capi. In quantum dixit, non turpis lucra gratia, abstulit diuitias principibus Ecclesie, scilicet quod non exigeret collectas a subditis, neque tributa imponeret, neque lucrum aliquod inde expectarent: sed ipsi met manus suis laborantes victum acquirebant, sicut Paulus faciebat, cui ad omnia, quæ ei erant necessaria, prouidebant manus propria: Actuum decimo octauo, & vigesimo capitu. Nisi quando aliquid gratis dabatur propter prædicationem: & ita omnino inopes erant principes Ecclesie. In quantum dixit non dominantes in clero abstulit excellentiam eorum quantum ad statum, & honorem, & imperium, scilicet non imperarent quasi domini, sed respicerent alios, vt æquales: & ideo sola duo eis tradidit quæ laboriosa sunt, sollicitudinem, & sanctitatem. De sollicitudine dictum est: sanctitatem autem ostendit, in quantum dixit, forma facti gregis, id est debebant ipsi fieri velut quadam regula actionum siue forma exemplaris, quam sequatur populus: & hoc est, quod actiones singulæ prelatorum tam puræ, & emendatæ essent, quod nihil in eis inueniretur reprehensibile: & tunc omnis operatio eorum poterat teneri vt regula, & exemplum, quod ad magnam sanctitatem pertinebat: & hoc idem Apostolus ostendit ad prelatos pertinere, primo Timothei tertio, vbi primam conditionem Episcopi ponit, quod sit irreprehensibilis, qui verò est irreprehensibilis est forma actionum alius. In principatu autem seculari quantumcunque iusto omnia sunt contraria, i. tria, quæ negantur in principatu Ecclesie: scilicet

manent in seculari. Est. n. prima conditio, quod quilibet principatus secularis quantumcunque iustus habet vim coactiuam ad puniendum delinquentes: immo si non punit non est conueniens principatus. Secunda est, quod omnis principatus habet aliquam utilitatem, quia principi datur aliquid ad sustentationem de publico, vel princeps habet exigere aliquid de bonis priuatorum. Tertia est, quod omnis princeps habet honorem, & imperium aliquod super subditos: ita vt aliquo modo eum dominum vocent: quia competit ei de excellentia, et honore id, quod non competit subditis. Sed inter bonum, & malum principatum hoc differt: quia in bono principatu exigit princeps ista secundum legem, & quantum lex se extendit, & ea intentione, vt per hoc utilitates subditorum procurentur. In malo autem principatu facit ista princeps vltra legem & rationem, in quantum concernunt priuatum commodum, honorem, & excellentiam: ideo principatus, quem Christus inducebat non est talis, qualis principatus gentium: siue bonus, siue malus ille sit. Cum autem quaritur, quare nunc appetimus primatum spirituales sub lege Christi, cum non habeat aliquid concupiscibile. Dicendum, quod principatus spiritualis est nunc sicut principatus gentium vel secularis, & ideo est concupiscibilis sicut ille: non enim videtur differre spiritualis principatus a principatu gentium nisi quantum ad quandam excessum, scilicet spiritualis habet omnia, quæ habet secularis, & aliquid insuper. Potest enim principatus spiritualis super animam, in quantum habet ministerium remissionis peccatorum per sacramenta, & per aliqua, quæ sunt accessoria: sicut excommunicare, absolueret, suspendere, interdiceret. Quod non habet principatus secularis. Ea tamen, quæ faciunt principatum secularem concupiscibilem, sunt iam in spirituali. Nam habet principatus spiritualis diuitias multas: quia sunt redditus magni annexi principatibus, & dignitatibus ecclesiasticis. Et etiam ipsi principes habent ius exigendi a subditis aliqua genera tributorum, vel utilitatum. Etiam habent potestatem coercendi, quia per penas cogunt principes Ecclesiarum delinquentes ad bonum: licet in hoc aliquo differat, quia spirituales principes non inferunt poenam sanguinis sicut seculares: inferre tamen possunt alias graues penas, quæ ad sanguinis effusionem non procedat: ideo si quis ad malum finem optet ecclesiasticum principatum, habet quid concupiscat, scilicet diuitias, potestatem, honorem, & cetera huius sæculi bona, quæ ad hæc consequuntur, quibus fruatur: sicut omnis peccator vult frui bonis huius sæculi. Si autem ad bonum finem velit, scilicet, vt proficit, adhuc habet aliquid, in quo licet interdum possit gaudere eo modo, quo licet potest quis gaudere in diuitiis, & honore, & aliis bonis huius sæculi, cum Christus ea non vetuerit simpliciter: sed ista bona sunt annexa principatu ecclesiastico iam: ideo quomocunque habeatur ipse principatus, habet iam aliquid, quod concupisci possit: sed non habuit illum, quando Christus instituit illum principatum.

*An principibus ecclesie licuit statuere talem principatum, vt concupisci valde possit. Quæst. XCVI.*

**S**ED quæretur, cum Christus statuerit principatum Ecclesie talem, qui non posset concupisci, an licuit, & quomodo licuit postea principibus Ecclesie transferre illum ad talem conditionem, quod concupisci valde possit. Dicendum, quod vt dictum est supra, tria sunt in principatu seculari quantumcunque iusto, quæ ad excellentiam pertinent, & faciunt eum concupiscibilem, scilicet potestas coercendi, diuitias, honores, vel

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Imperium, & omnia ista tria negabantur in principatu ecclesiastico eo tempore, quo Christus illum instituit, & sic mansit in ecclesia primitiua, & ita nihil concupiscibile habebat, sed solum duo, quæ difficillima, & onerosa erant, scilicet sollicitudo, & sanctitas: postea autem omnia tria abundanter adueniunt principatu ecclesiastico, ita vt iam principatus sacerdotalis videatur regalis, immo regali maior: vt impleatur verbum Petri. vos estis genus electum, regale sacerdotium: sed vnum istorum per accidens venit ex deuotione plebis. Secundum ab ipsa ecclesia institutum est. Tertium per se ad duo sequitur, & comitatur illa necessario. Primum est diuitias, secundum potestatem coercendi, tertium est honor excellentia, & Imperium. De primo patet, quod Christus instituit Apostolos Principes ecclesiarum, quia inopes erant, & Petro commendauit oues suas, qui etiam pauper erat. Christus autem diuitias eis non dedit, neque vnde illas haberent: cum potius fecisset, quod propter illum omnia dimitterent, & sequerentur eum, præcedenti c. nunc vero ex eleemosynis fidelium facta sunt diuites ecclesie, & prelati multos redditus habent: in ecclesia autem primitiua hoc non fuit, nec esse potuit. Primum quia non erat vnde prelati diuitias haberent, quia nuncillas habent ex donationibus, & eleemosynis fidelium factis Ecclesie. Tunc verò nullæ factæ erant: erant enim etiam ipsi Christiani inopes, & nihil dare possent ad hoc, quod Ecclesiam ditarent. Secundum quia erat tunc Ecclesia in quotidiana turbatione cum fideles paterentur quotidie ab infidelibus persecutionem & mortem, cum illi essent cupidi, quidquid ecclesie donatum esset auferrent, & ita non prodesset ecclesie dare, quia non poterat permanere: sed melius erat pauperibus quotidie distribui, quod illis prodesset, & quotidiano vltimo consumeretur, & non haberent quid raperent infideles, quæ ecclesie ditare quas subito infideles spoliarent. Sic patet de tempore Laurentij, quando dictum est Decio, quod apud Laurentium essent thesauri ecclesie, pro quibus Laurentius captus est, sed videns eos auferendos distribuit pauperibus tacite. Et tunc procedens ad martyrium dixit: Assatum est, verba, & manduca, nam facultates Ecclesie quas requirit manus pauperum in caelestia deportauerunt. Tertio quia diuitias Ecclesie cederent fidelibus ad malum. Infideles enim qui propter fidem Christianam persequebantur, habita occasione magis persequerentur ministros Ecclesie propter diuitias eius. Si enim Ecclesia diuitias publice haberet, vt possessiones, & loca, raperent illud infideles, quasi bona damnatorum de crimine. Si autem haberet Ecclesia diuitias occulte: vt aurum, argentum, & similia, ad inquirendum hæc affligerent ministros Ecclesie: sicut Laurentius non fuit captus propter confessionem fidei, sed propter thesauros Ecclesie qui apud illum dicebatur esse absconditi: licet postea gloriose pro fidei confessione occubuerit. quoad ergo infideles inspicere tur Ecclesie esse diuites, pro inquirendis diuitiis affligerent ministros Ecclesie. Vt ergo cessaret hoc, melius erat, quod Ecclesie essent pauperes: & hoc manifestum esset infidelibus. Ita cessaret ex hac causa affligerent ministros Ecclesiarum: sed solum pro fide eos affligerent, quando vellent.

Quarto quia ad hoc, quod Ecclesie diuites essent, oportebat Ecclesie esse fundatas, & distinctas: vt videretur quid esset vnius Ecclesie, quid alterius. In Ecclesia tamen primitiua, quia erat quasi continua persecutio, vix audebant Christiani habere Ecclesias manifestas: sed occulte conueniebant propter timorem infidelium: id diuitias tunc Ecclesie dari non poterat: cum Ecclesie nondum essent manentes, & de quibus

Cc confi.

considerent Christiani, q̄ longo tēpore manerent, & ista fuit causa, quare data pace ecclesie cessante persecutione, quę fiebat cōtra fidē, ceperunt fideles magna dona ecclesiis dare, de quibus locupletata sunt. Vnde ipse Constantinus Imperator, sub quo pacem habere cōpit ecclesia, & publicē ceperunt fieri consilia, & congregationes Christianorum, vt dī, j. lib. Histor. tripartita, dedit Ecclesie B. Petri Rom. Imper. l. vrbem. Roma, & multa alia, & post eum ceteri fideles dederunt ecclesiis multa donaria, de quibus ecclesie, & ministri earum locupletati sunt. Quinto fuit, quia licet fideles vellent in ecclesia primitiua ditare ecclesias, & ministros, non erat conueniens. Nam si haberent diuitias in locis suis nollēt propter solitudinem illarum extra vagari, vel si vagarentur non attenderent toto animo ad id, quod agendum erat, & tamen in ecclesia primitiua officium praelatorum fuit vagari per totum orbem ad pradicandum verbum Dei, cum nondum esset vbiq; verbum Dei diuulgatum, & pauci adhuc crederent, ideo nō debebant habere alicubi diuitias, ne pro desiderio administrandi illas, & fruendi illis recedere nollent de locis, in quibus bona sua habebant, & si recederent tenerentur solitudine illarū, & non attenderent totaliter verbo Dei. Et ista fuit causa quare Christus omnibus ad se venientibus iubeat vendere omnia quę habebant, & dare pauperibus, & tunc sequi ipsum: sicut patet de iuvene diuite pradicanti c. & ita fecerant omnes Apostoli, vt patet ibidem, l. ecce nos relinquimus omnia, & secuti sumus te. Et etiā ob hoc iussit discipulis, q̄ non ferrent in via tecum aurum, neque argentum, neque pecuniam, neque duas tunicas, neq; panem, sup. 10. c. & Mar. 6. Et hoc vt neque in præsentiā, neq; in absentia pro aliqua re essent solliciti, sed soli verbo Dei intenderent: ideo non debuerunt tunc Ecclesie diuites esse, & praelati. Sexto, quia dato, quod Ecclesie essent pauperes, et vellent fideles providere fidelibus praelatis de diuitiis, vt sic possent ire ad pradicandum non relinquentes aliquas possessiones alicubi, sed secum sufficiētiam rerum, & statum honorabilem ferentes, non conueniebat, quod Christus nō solum vetuit Apostolis, & discipulis euntibus ad pradicandum possidere bona immobilia, sed etiam ferre tecum aurum, & argentum, & duas tunicas, & sacculum, & peram, vt dictum est. Ergo non licebat praelatis, qui illud officium habebant, & eodem tempore ista ferre: & potissimē quia pradicabant legem perfectionis, quę bona seculi cōtemnit: ideo verendum erat eos diuites, & omnium abundantes Christi paupertatem pradicare, & rerum abiectiōē, & ita verbum eorum rari reciperent. Item quia Christus volebat ostendere sanctitatem in pradicantibus, vt ceteri eorum exemplo facilius ad bonum, & fidem deducerentur. Quaedam tamen magnę sanctitatis offensio est in abiectiōe temporalium rerū, quia qui ista abiicit de mundo non est: quia bona illius nō recipit: tales autem esse debebant Christi discipuli, sicut ipse eis dixit Io. 17. De mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: si enim de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret: ideo non debebant tecum ferre aliquas diuitias. Item vt Christus ostenderet, q̄ ista conuersio fieret diuinitus. Nam si pradicatores diuites eēt, aliquid per diuitias facere possent, quia multa per diuitias operata sunt, vt dicitur. 1. Ethyc. & tunc posset aliquid conuersionem gentium, vel aliquid eius attribuerē humano operi vel ingenio: ideo decuit, q̄ pauperes essent, & in glorij qui fidem pradicabant: vt quicquid facerent totum diuino operi ascriberetur, & ita magis laudaretur Deus in conuersiōe gentiū: & non haberet fides nostra vllam calumniam, & ita Christus constituit principatum inopem, quia nullas

Offm pla  
torū ec  
clesia pri  
mitiua.

diuitias dedit praelatis, quos ipse constituit, & qui esse debebant in ecclesia primitiua, quia non erat vnde illas haberent: neque etiam erat conueniens, quod illas haberent propter pradicata. Data autem pace ecclesie, ceperunt esse Ecclesie locupletes, & praelati, quia nihil erat, quod obfaret. De primo patet, quia in Ecclesia primitiua erant pauperes, & pauci qui conuertebant, & non poterant ditare ecclesias. Postea verō conuerso orbe, fuerunt qui possent ditare praelatos, & ecclesias. De secundo patet, licet tunc non proderat donationes fieri, quia infideles spoliarent ecclesias: nunc tamen prodest, quia nemo poterit eas spoliare nisi ipsi fideles qui eas ditant. Tertium ē non obest, quia cum data pace Ecclesie cessauerit oīs persecutio, non affliguntur ministri ecclesie, neq; p̄ fidei professione, neque pro inquisitione facultati ecclesie. Quartū nō obest, quia ex eo tpe quo pax data est fidelib; edificatę sunt multe ecclesie ab eis sperantibus firmiter illas mansuras, et q̄ iam contra fidē tribulatio non insurgeret, & ideo illas tunc conuenienter ditare poterunt locupletando diuitiis. Quintum, & cetera non obstant, quia data est pax ecclesie, erat fides extensa per maiore partem orbis: immo fere per totū, & ita iam non erat necesse vagari praelatos per orbem pradicando ad conuersionem infidelium: sed satis erat conuersos confirmare, et ecclesias commissas regere: ideo non erat inconueniens, q̄ possiderent ecclesie multa, & praelati essent diuites. Sed adhuc obiicitur, q̄ non licuerit ecclesiis & praelatis diuites esse, quia Christus dixit hic, quod non esset sic in principatu spirituali sicut in principatu gentium, & tamen in illo diuitię possidentur, ideo non erat licitum hoc fieri in principatu ecclesiastico. Dicendum, quod satis est longa questio circa bona ecclesiarum, et clericorum an aliquid sit proprium eorum, & ad quid teneantur propter bona, quę recipiunt, de quo magis dicitur Mar. 6. vel Luc. 9. aut 10. et aliquid tactum est, sup. 6. cap. cum de elemosynis clericorum ageretur. Sed pro nunc potest dici vno modo, q̄ istud verbū Christi non obstat, quia ibi nihil quantum ad diuitias dicitur, sed solum quātum ad preminentiam honoris, & coercionem, quę est per potestatem, cum dicitur: Principes gentiū dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: et ideo stante adhuc illo verbo, licet praelatis possidere diuitias. Si autem obiiciatur de auctoritate, j. Pet. 5. Pascite gregem, qui in vobis est, prouidentes non coacti, sed spontaneē s̄m Deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie. Dicendum, q̄ verū est, quod praelati tempore Petri inopes erant, quia Ecclesia nullas diuitias habebat, et tamen Petrus non vetuit in auctoritate illa praelatis habere diuitias, sed vetuit desiderare praelaturam propter diuitias acquirendas, vel exercere actum pastoralem ad quæstum. et istud etiam nunc est peccatum.

Secundo potest dici ad pradicatum, quod etiam si ex verbis illis colligatur, quod principatus suorum praelatorum esse deberet sine diuitiis, deberet intelligi quantum ad illos, quibus Christus hoc dixit: non autem quantum ad omnes successores eorum: alia enim similia sunt: iubeat enim Christus, quod omnes qui eum sequi volebant venderent omnia, quę habebant, & tamen nunc ad sequendum Christum, non est necesse, quod vendamus omnia, quę habemus. Sic etiam patet, quia Christus iussit Apostolis, q̄ irent ad pradicandum, q̄ non possiderent aurum, neq; argentum, neq; pecuniam, neq; portarent duas tunicas, neq; calciamenta, neq; sacculum, neq; peram, neque panem, etiam q̄ neminem in via salutarerent, & idem iussit discipulis septuaginta duobus Luc. 10. ca. Sed manifestum est, quod nemo tenetur nūc ad ista, quia

An liceat  
Praelatis  
ecclesiasticis  
esse di  
uites.

quia licet cuiunque homini quantumcunque perfecto salutare alterum in via: etiam portare panem, & calciamenta: ideo licet illis fuerit datum, non intelligebatur de successoribus: & hoc fuit, quia ita expediebat ad actum pradicacionis, ad quem mittebantur. Nobis autem non est impositum vagari ad pradicandum: ideo licet possidere diuitias, & non obligamur ad aliquod illorum. Item patet efficacius, quia si ista essent sub necessitate obseruanda a nobis, & eo animo Christus illa dixisset, seruasset ipse illa: & tamen non obseruabat: ipse enim pecuniam ferebat in via, cum Iudas portaret loculos eius. Io. 12. & 13. c. & ex pecunia illa emebat omnia necessaria. Etiam panem ferebat Christus in via, vt colligitur supra 15. & 16. ideo noluit nos ad hæc astringere, sed ideo cum Apostolis & discipulis obseruanda mandasset, non obseruabat, ipse illa, vt apparet, quod nolobat nos obligare ad illa: nam si ipse obseruaret, dubium esset, & crederetur, q̄ etiam nos obligare voluisset: sed illis specialiter ista seruanda imposuit propter causam supra tactam: vnde & ipsi Apostoli, & discipuli quando cum Christo manebant, non obseruabant hæc. Cum verō mittebat eos ad pradicandum, seruabant illa: & ita dixit illis Luc. 22. Quando misi vos sine sacco, & pera, nūquid aliquid defuit vobis? & non dixit eis: Nunquid aliquid defuit vobis postquam mecum estis, scilicet quia Christus sacculum, peram, & pecuniam portabat: eos vero sine istis mittebat ad pradicandum. Non est ergo verum ecclesiis, & praelatis diuitias possidere. Cum ergo illicitum non esset possidere hæc deo iustitiam dicitur, sed de quo omnes Ecclesie ministri ditati sunt. Viderunt enim hoc esse conueniens: quia in veteri testamento Deus approbauerat oblationes istarum: immo mandauerat dicens, non apparebis vacuus coram me. Exo. 23. & specialiter iusserat offerri aurum, & argentum pro sanctuarij ædificatione: Exo. 25. & ideo Iudei assueti erant multa offerre templo domini: vt patet de oblatiōe duodecim principum: Num. 7. ca. & de oblatione David & principum eius pro ædificatione templi. 1. Paralip. 22. & 28. & 29. & non solum volebat Deus ista cedere ad vsus ministrorum, sed et Sacerdotum & Leuitarum, & ideo descriptis omnia iura, & reditus eorum Num. 18. ca. in nouo ergo testamento sic futurum erat, quod fideles aliquid offerrent in vsus ecclesiarum, aliquid verō in vsus ministrorum: potissimē quia Christus istud approbauit: nam quadam die vidit offerentes munera in templo, & mittentes ea in Gazophylacium, & inter omnes laudauit viduam offerentē duo minuta era Luc. 21. Ideo in nouo testamento sic fieri volebat: & ex talibus donationibus magnificis ditatę sunt ecclesie, & ministri earum: & ita principes ecclesiarum possident diuitias, & nō est inconueniens, quia non est contra præceptum Christi: sed hoc solum habent, quia cum diuitię ecclesie sint elemosynę fidelium: tenentur omnes ministri ecclesie, qui pascuntur de bonis Ecclesie magis ad elemosynam, quàm ceteri homines: de quo dictum est supra sexto cap. Dicendum, quod est in principatu gentium potestas coercendi cogendo homines ad bonum per penas impositas a lege, vel per penas arbitrarias, quando defunt pœnę legales. Hoc autem nō fuit in principatu Apostolorum Christi. Sic enim ipse dixit: Et qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, & conclusit: Non sic erit inter vos, scilicet quod principando non exercebitis potestatem, id est coercionem. Sic dixit Origenes: Sicut omnia carnalia in necessitate posita sunt: spiritualia autem in voluntate: sic & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione subditorum debet esse positus non in timore

Christus  
approba  
uit quosdā  
ecclesiis  
offerentes

corporali, & ideo praelati inter Apostolos, & in ecclesia primitiua non regebant deducendo ad bonum per pœnas, & verbera sed per exhortationem. Causa autem prima erat, quia tunc legem nullam habebant nisi legem Christi, illa autem nullas pœnas imponit criminibus in speciali, neque in generali, ideo iudicantes per illam non imponunt pœnas: sed exhortantur per comminationem pœnę eterne, quam ipsa Christi lex prænunciat. Secunda causa erat, quia in ecclesia primitiua erant pauci Christiani, & non habebant per se potestatem alicuius regionis, ita quod illa regio iudicaretur per legem eorum, & iudices ab eo positos, sed vbiunque erant, subditi erant potestati gentiliū, & Iudeorum: apud quos erat potestas coercēdi tam pro crimine, quàm in ciuilibus: & ideo non poterant ipsi exercere ipsam potestatem, et si exercerent agerēt contra dominationē regionis illius quasi vsurpatores potestatis, et ita reputarentur, vt hostes. Sic enim Romani subiecta regione Iudeorum abstulerant eis omnem potestatem circa criminalia. Non enim poterant quemquam condemnare ad mortem, vel membri mutilationem, aut aliquam sanguinis effusionē: sicut ipsi dixerunt Ioan. decimo octauo c. Nobis non licet interficere quemquam: cum ergo iudeis, qui ante hoc habuerant iurisdictionem criminalem subtraxerant illam Romani relinquentes solum ciuilem, a fortiori Christianis, qui nullam vnquam habuerant cum nondum cępissent esse aliquis populus determinatus, sed partes populorum, sicut hicaliqui, et ibi alij conuertebantur, non concederent Romani, et alij domini terrę iurisdictionem aliquam, neque criminalem, neque ciuilem, potissimē, quia Christiani erant odiosi principibus terrę: sicut Christus dixit. Eritis odio omnibus hominibus propter me. supra decimo cap. et quicunque interficiat eos, arbitrabatur obsequium se præstare Deo. Ioann. decimo sexto cap. Ideo non haberent aliquod genus coercionis, quia coercere est compellere ad seruandum rem iudicatam, vel ad obseruantiam legis, et hoc est opus iurisdictionis, quę distinguitur in criminalem, et ciuilem, qui ergo non haberet iurisdictionem aliquam, neminem poterat coercere, et ista est causa potissima: nam dato quod lex Christi imponeret penas circa criminalia, et ciuilia, et tribueret iudicibus potestatem coercendi subditos per illas, non exercerent Christiani istam potestatem in ecclesia primitiua, quia cum apud Apostolos, in quibus isti habitarent, reputabantur priuata personę nullam prorsus iurisdictionem habentes, quam si exercerent, siue criminaliter siue ciuilitate, viderentur vsurpatores illius, et ideo iudicarentur hostes reipublicę. Et ita apparet, quod iurisdictionem nullam exercebant in Ecclesia primitiua. Nam si aliquam exercerent, illa saltem esset ciuilis, quę est minima, et tamen istam non exercebant. Quod patet, quia primæ Corinth. sexto. Apostolus redarguit Corinth. quod in causis ciuilibus inuicem litigabant coram infidelibus, Apostolus increpat eos, quare potius non constituunt inter se aliquem de Ecclesia, qui causas iudicet ciuiles, et quia in veritate non habebant ipsi iurisdictionem aliquam, quam confiterentur alia gentes eos habere, non poterant constituere aliquem in iudicem ordinariū, qui cogere posset litigantes ad standum iuri, sed quasi per viam compromissi erant compromittendę causę in manibus eorum, qui nulli præerant iurisdictioni, et per sententiam illorū iudicarentur, et hoc Apostolus fieri suadebat: quia tñ nemo cogitur compromittere cām suam, cū sint aliqui iudices ordinarij respectu cuiuslibet hois, qui de causis eius cognoscere possint, et cōpellere si interdū esset aliquis, qui nollet compro-

Modus  
compo  
nendi lites  
inter Chri  
stianos in  
Ecclesia  
primitiua.

mittere causam suam iudicibus illis, quos ecclesia statueret, vel si coram eis tanquam coram iurisdictionem habentibus citaretur, & nollet comparere, non poterat cogi: & ideo contra tales non erat remedium, nisi, quod citarentur coram infidelibus, qui erant iudices ordinarii, & potentes coercere. Hoc ergo fiebat, & ideo Apostolus conqueritur dicens, quod potius deberent Corinthij perdere causas, & pati damna rerum suarum, quam conuenire quemquam coram iudicibus infidelibus. Vnde postquam dixerat, quod pro iudicibus foralibus constituerent contemptibiles, qui in Ecclesia erant, sed verecundiam vobis dico. Sic non est inter vos sapiens quicumque possit iudicare inter fratrem suum: & frater cum fratre contendit, & hoc apud infideles, addidit. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos: id est quando iudicia inter vos habetis coram infidelibus, & subdit, quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini: sed vos iniuriam facitis, & defraudatis, & hoc fratribus. Quando aliquis esset ita proteruus, quod nollet stare mandatis iudicum a vobis statutorum, & ob hoc non posset fieri contra eum executio iuris: melius erat vobis pati iniuriam, id est tolerare eam, quam receperatis, & fraudem, & bonorum vestrorum diminutionem sustinere quam coram infidelibus litigare: non enim poterant iudices statuti, si qui statuerent per Ecclesiam tempore illo, cogere aliquem ad standum iuri, vel ad soluendum alteri debitum, & si cogere, & ille conquereretur iudicibus infidelibus, illi punirent iudices Ecclesie, tanquam usurpantes iurisdictionem, cum sint persone priuatae, quae nulli iurisdictioni praesunt: & ita verum est, quod praelati Ecclesiae nullam omnino iurisdictionem cum coactione exercebant tempore Pauli, neque criminalem, neque civilem: & ita erat vbicumque erant Christiani: quia erat tunc subditi principibus infidelibus. Ob hoc ergo Christus expresse dixit, quod habentes primatum inter Apostolos non exercebant potestatem, sicut principes gentium: sed solum ministrarent exhortantes per verbum bonum ad obseruationem legis, & iuris equitatem: si enim Christus absolisset concessisset primatum in Ecclesia: vel si non expressisset, quod primates temporibus Apostolorum non haberent vim coercendi: fortassis vellent exigere pecuniam ad sustentationem status sui, sicut principes gentium a subditis exigunt: et vellent per penalem coactionem homines ad obseruationem legis, & aequitatis cogere, ex quo sequerentur scandala: quia principes Gentilium iuste eos persequerentur tanquam inuadentes alienam iurisdictionem, & hostes reipublicae: et tamen non decebat, quod ipsi inuaderent alienam: aut, quod quis iustam causam quaerela contra eos haberet: neque eis aliquid obicerent, pro quo eos ad poenam peterent: nisi, quod Christiani essent. Sic dicitur 1. Pet. 4. cap. Nemo autem vestrum patiat quodam hominibus, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine: ideo fuit conueniens, ut Christus expresse diceret Apostolis de conditione primatus eorum scilicet ut non niterentur habere coactionem, sicut principes gentium. Item Christus dedit principatum suum Apostolis in exemplum de principatu, quem illi habituri erant: ut patet in litera: & tamen Christus non principabatur, ut habens coactionem: sed solum, ut ministras, praedicabat enim hominibus, & per verbum disuadebat hominibus malum, & nitebatur eos ad bonum conuertere, sed nolentes hoc non puniebat, sed liberos relinquebat: imo, & profitebatur se non exercere opus iurisdictionis. Nam semel dixit ei quidam, Luc. 12. c. Magister dic fratri meo, ut diuidat mecum hereditatem: & ille ait: homo, quis me constituit iudicem, aut di-

Tpe Pauli  
plati Eccle  
siae nullam  
iurisdictione  
ne cu coer  
tione exer  
cebant.

uisorem inter vos? quasi dicat iubere hoc est opus iurisdictionis, & pertinet ad iudicem, vel ad diuisorem datum: nullus autem mihi talem iurisdictionem tribuit, ideo ad me non spectat hoc mandare, sed solum exhortari, ut faciat quod bonum est. Et est opus praedicatoris non habentem iurisdictionem coercitiuam: talem ergo principatum Apostoli habere debebant. Nunc autem Ecclesia, & praelati habent potestatem coercendi: quia nihil eis obstat. Non enim prima ratio, quia tunc Ecclesia non habebat aliquas leges, quae essent Christianorum nisi legem Christi, quae non imponit penam peccanti: nunc autem habent legem: quia praeter hoc, quod habent legem Christi, cum Christiani habeant regiones proprias & principes, qui sub lege Christi viuunt, habent istas leges politicas praeter legem Christi, & ille leges sunt in criminalibus, quam in civilibus ponunt coactionem: & ideo intra Ecclesiam quae dicit multitudinem Christianorum, erant aliqui, qui principarentur habentes coactionem, scilicet principes seculares, & hoc fuit post datam pacem Ecclesiae, quando regna integra, & gentes iam pertinebant ad legem Christi, & in talibus regionibus principes conuertebant leges suas ad conuenientiam legis Christi, scilicet si aliquae erant iniquae totaliter contrariae legi Christi, tollebat eas, & manebant illae, quae non repugnabant legi Christi, & secundum illas erat potestas coercendi ipsos principes, & iudicibus, tam criminaliter, quam civiliter. Secunda autem causa non obstat: quia data pace Ecclesiae, Christiani sunt multi, scilicet, aliquae regiones sunt, quae totaliter ad Christum pertinent: vel saltem principes regionis illius, & hoc sufficit ad hoc, quod aliqui in Ecclesia habeant potestatem coercendi, & non solum hoc quantum ad seculares principes est: sed etiam quantum ad praelatos Ecclesiae, de quibus Christus locutus est. Isti enim iam ultra legem Christi habent alias leges, secundum quas habent potestatem coercendi, tam criminaliter, quam civiliter. Et ordo fuit in hoc, quod prius oportuit esse aliquos principes seculares in Ecclesia, quam praelati Ecclesiae haberent vim coercendi: Nam si ante datam pacem Ecclesiae vellent praelati Ecclesiae aliquas tales coactiones facere, non possent: quia qui coerceretur recurreret ad infideles, ad quos tunc tota pertinebat iurisdictione: & illi videntes, quod Christiani usurpabant iurisdictionem, cum essent persone priuatae, persequerentur eos, ut hostes: quod erat inconueniens, ut supra dictum est. Data autem pace, cum iam essent domini seculares, id est reges, & principes Christiani, potuit esse in praelatis Ecclesiae potestas, ut haberent coactionem, & coactionem non possent recurrere, nisi ad fideles, qui Ecclesiam venerabatur, & adiuuabant censuram eius: potuit autem fieri tunc primum, & non ante propter duo. Primum quia, ut dictum est, nemo posset eis imponere, quod usurpabant iurisdictionem: quia recursus esset ad dominos regionis, qui Christiani existentes fauerent Ecclesiae. Secundum propter leges, per quas fieret coactio. Nam oportet, quod qui iudicat, per aliquam legem iudicet, sed per legem Christi nulla coactio, neque iurisdictione poenalis competeat actualiter praelatis Ecclesiae: ideo ad hoc, quod illam, haberent oportebat, quod leges aliquas instituerent, ex quibus competere eis coactio: istae autem leges aut debebant esse particulares aut communes, non fuit conueniens, quod essent particulares ante communes: quia toto tempore ante hoc fuerat ecclesia sine potestate coercitiua: De nouo ergo nemo audeat illam introducere sine consensu, & diffinitione totius ecclesiae, ne circa hoc aliquis error accideret: & etiam quia fortassis putaretur, quod ex statutis vnus praelati coactionem antequam tota Ecclesia

Primum co  
cilium A  
postolos  
fuit Nic  
num.

Ecclesia talem coactionem poneret, vel declararet, non ligarentur subditi: & ideo debuerunt leges circa hoc esse prius vniuersales quam particulares: ut etiam particulares postea ortum, & auctoritatem haberent ex communibus legibus Ecclesiae: & tamen quandiu non erat data pax Ecclesiae, non poterant leges fieri communes ab Ecclesia: cuius ratio ponitur in historia tripartita libro primo, vbi primum Concilium praeter ea, quae fuerunt temporibus Apostolorum fuit per Nicenum tempore Constantini Imperatoris: cuius causa ibi subditur, scilicet quia ante hoc nondum data pace Ecclesiae Christiani non audebant publice conuenire, ut congregationes facerent, quas concilia vocamus: sed sub Constantino Imperatore fuit factum illud clarissimum Concilium Nicenum ad extirpandas haereses, & ibi inceperunt condere leges communes, ut declarationes fidei, & ex illis legibus data est vis coactionis a praelatis Ecclesiae super subditos, & potissime quantum ad crimina Ecclesiastica, & ipsos Ecclesiasticos viros: ideo antequam daretur pax Ecclesiae, non potuit conuenienter esse principatus coercitiuus in Ecclesia: sed statim ut data est pax, potuit esse conuenienter. Sed obicitur, quod nunquam potuit esse licite quia Christus vult talem principatum, ideo nunquam est licitus. Dixit enim: Principes gentium dominantur eorum, & sequitur: Non sic autem erit inter vos. Et ideo noluit, quod inter sequentes Christum esset principatus coercitiuus. Dicendum, quod non fuit contra intentionem Christi: quia ipse vult desiderium principandi omnibus, modum autem principatus coercitiui non vult omnibus, sed solum discipulis suis, ut non induceretur scandalum. Nam si illi vellent coactionem habere, sequeretur scandalum, ut ostensum est supra, ipse autem Christus ita vult: vitare scandalum, quod etiam ab eis, quae debita erant cessare vult, & obligare se vel subicere ad ea, quae non erant debita, id est quae eum non obligabant, ut scandalum vitare: sicut quando soluit didrachma nomine tributi, ut non scandalizaret petentes, supra 17. cap. data pace Ecclesiae, non sequebantur scandalum, ut ostensum est supra, ut quia erant principes fideles, qui permitterent coactionem Ecclesiasticam: ideo conueniens fuit tunc incipi. Item non usurpabat rem alienam, quae non assumebant sibi ipsi iurisdictionem, sed a Deo illam accipiebant, qui est pater, & auctor omnis potestatis, & iurisdictionis: cum omnis potestas a Deo sit: ad Roman. 13. cap. ipse enim Christus dedit potestatem Ecclesiae suae, cuius exercitium est in praelatis. Cum enim dedit clauis regni caelorum Petro, omnem iurisdictionem dedit, supra 16. ca. Et cum omnibus Apostolis dixit: Quaecumque alligaueritis alligat, aerunt: & quaecumque solueritis erunt soluta. Etiam dedit omnem iurisdictionem, scilicet quantum ad omnem causam, & quantum ad omnes homines, supra 18. capi. Etiam quando dixit eis omnibus: sicut misit me pater ita ego mitto vos: dedit Christus Apostolis & successoribus eorum omnem potestatem sufficientem, & conuenientem ad Ecclesiae regimen: in natura enim Deus velut prouisor, & gubernator dedit tam sufficientem regimen, ut nulli rei desit quod ei est conueniens: a fortiori ergo in statu spirituali, qui est excellentior: & ideo magis intentus ab eo daret regimen sufficientem, ergo in lege Christi, in qua fuit perfectio status spiritualis, daret Deus omnem potestatem sufficientem ad regulationem corporis Ecclesiae: sed erat conueniens potestas coercitiua: ideo daret illam, & ideo licet ipse non statuerit leges particulares, per quas regerentur Christiani, quia non conueniebat per multas causas, de quibus aliquid tactum est (sup. in prologo auctoris, reliquit praelatis potestatem constituendi quod

quid eis bonum videretur ad regimen Ecclesiae. Nam data est eis potestas in constructione. 2. Cor. 13. & 10. & fuit hanc potestatem Paulus statuebat, quidquid utile putabat Cor. 1. Cor. 11. Cetera, cum venero, disponam, id est faciam statuta, & ordinationes de illis, & ista statuta ea instituisse, valeret: ita, Praelatis instituentibus, valeret, quia praeterquam, quam ipse in quantum homo accepit a patre ad regulationem ecclesiae, quam sanguine suo adquisierat, commisit praelatis ecclesiae, ut fuit illa operentur, quod Spiritus Sanctus eis dicitauerit. Tertio quoque supposito, quod potestatem haberent ad istam iurisdictionem coercitiuam, & ad ponendum leges pro illa, conuenientius fuit, quod ponerent tales leges, quae quod maneret praelatio ecclesiastica solum exhortatoria, & quod magis essent, vellent manere mali: in ecclesia tamen primitiua non factum est: tum quia erat scandalum, ut dictum est: tum quia pauciores erant, & pauci facilius reguntur quocumque: tum quia erat maior charitas in Ecclesia primitiua per abundantiam charismatum Spiritus Sancti, & ideo erat lex vel potestas coercitiua minus necessaria. Nunc vero est conueniens, & magis necessaria quam tunc potestas coercitiua: quia illa tria non sunt. De primo, supra ostensum est, quod data pace ecclesiae non erat scandalum esse talem legem, & potestatem in ecclesia: licet prius esset scandalum. De secundo patet, quia nunc ecclesia creuit, ita ut multiplicati sint super numerum, & quia inter istos multos, qui vocati sunt, qui non sunt omnes electi, ut dicitur, supra in littera, sunt multi peruersi, & ut dicitur Ecclesiae peruersi diffidenter corriguntur, & si non corrigantur alio morbo suo inficiunt, conueniens fuit talibus legem coercitiuam imponere, & potestatem dare, quae haec diffiniat & exequatur. De tertio patet, quia nunc iam charitas refinguit, ut abundaret iniquitas, & impletur illud. 2. Thim. 3. c. quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: quotidie autem omnia deteriora fiunt vergente in senium saeculi corruptela, et nihil nisi malum per dies singulos operatur, cum totus mundus in maligno positus sit. Et ideo si magis necessaria fuit lex, & potestas coercitiua, quae eos qui lege Christi subditi sunt cogere, et omnem equitatem obseruare: aliam. n. (ut ipsa quotidiana experientia & ratio docet) neque lex Christi, neque aliqua politia Christiana ad modicum saltem ipsi duraret: nam, ut dicit Arist. 3. Polit. circa principium, Distributum iustitiae magis est necessarium quam pannis in ciuitate, et vocat distributum iustitiae ipsum iudicem, & tamen sine pane nulla ciuitas manet, ergo neque sine iudice. Hoc tamen non est nisi in quantum ille habet potestatem coercitiuam: nam quantum ad exhortationem ad bonum non est necessarius iudex, quia quilibet potest exhortari, sed non potest aliquis coercere nisi qui iurisdictioni praesit: ideo est necessaria summum talis potestas pro conseruatione politiae. Alia etiam ratio est, quia fuit simpliciter necessarium in ecclesia data pace esse duas potestates coercitiuas: aut saltem vnam generalem: nunquam. n. fuit tempus aliud quod post peccatum Adae, in quo homines non essent ad malum proni: Gen. 8. ca. Omnis aetas ab adolescentia sua prona est ad malum. Mali autem non retrahuntur a malo amore boni, sed timore poenae. si. n. amore boni retraherentur, iam non essent mali: ideo ad hoc, quod retrahantur, oportet esse poenam: non solum autem in futuro: quia quod absens est parum mouet, sed maxime in praesenti: quia id, quod non est determinatum secundum aliquam certitudinem, potest peruertere, vel per humanam iniquitatem, vel per ignorantiam: necesse est, quod illa poenae sint determinatae aliqua lege, & ita debuerunt semper in qualibet politia esse leges poenales: & quia parum prodest condere iura, ni

Praelatis ecc  
clesiae data  
e potestas  
in constru  
ctionem,  
& non in  
destructionem.

Index qua  
necessariu  
e ciuitate.



si illa executioni tradantur, oportuit in qualibet politia esse aliquos, qui potestatem coercitiuam s<sup>m</sup> legē haberent, quos iudices, vel executores vocamus. Neque potest aliqua politia durare aliquanto tempore sine his duobus: aut sine altero eorum, scilicet iudice, cui competat iudicare, vt ei videbitur, licet iste modus non sit conueniens: quia patitur multas difficultates, & inconuenientia: quoad autem erat Ecclesia primitiua, scilicet post mortem Christi tempore Apostolorum, nulla lex coercitiua, & nulla potestas iurisdictionis coercitiuæ erat in Ecclesia: neque in criminalibus, neque in ciuilibus, vt ostensum est supra, eo q<sup>d</sup> erant tunc Christiani sub principibus infidelibus: qui habebant tam in criminalibus, q<sup>m</sup> in ciuilibus coertionem, & si ipsi vellent in aliquo malignari contra proximos turbando statum politicum, erant iudices & principes infideles, qui eos penarum inflictione à malo cessare cogent. Et ita dato, q<sup>d</sup> maneret Ecclesia semper sub principibus infidelibus non habens aliquā legem, neque potestatem coercitiuam possent manere Christiani & ceteræ gentes in pace politia, quia erāt leges politicæ secundum quas ordinaretur de omnibus tam de fidelibus, quam de infidelibus quantum ad statum trāquillum politicum: data autem pace Ecclesiæ, & multis principibus, & regibus gentium cum tota terra sua ad fidem Christi conuersis: oportuit esse duas potestates coercitiuas intra Ecclesiam vniuersalem, quæ est Christianorum vniuersitas: vel saltem vnam. Nam integris politis iam pertinentibus ad fidem Christi, aut esset aliqua lex & coertio in politis istis, aut non si non esset, non posset manere diu quantumque charitas esset Christianorum: quia licet multi essent in charitate: non accideret omnes, & semper esse in charitate, & ita fierent turbationes irreparabiles, si nemo per potestatem coercitiuam mala impediret, & perpetrata vindicaret. Si autem detur, erit iam saltem potestas secularis coercitiua inter Christianos, & ita erit in Ecclesia, quæ est vniuersitas Christianorum. Ultra hanc fuit necessaria alia potestas coercitiua in prælati Ecclesiæ. Nam aut ministri Ecclesiæ subderent foro seculari, aut non. Si dicas illos subdidi: videtur esse aliquod inconueniens de quo, non infisto. Si autem non subdantur illi, aut nulli subduntur potestati, autalicui. Non primum, quia error est ponere homines absolutos penitus ab omni lege penali: cū omnis homo sit peccabilis: ideo subduntur alicui legi, & potestati, & ita erit alterius fori: & sic ponetur duæ potestates coercitiuæ inter Christianos, vnam seculari, aliam Ecclesiasticam. Et dato, q<sup>d</sup> quis vellet omnes homines pertinere ad eundem forum: sicut in veteri testamento sacerdotes, & Leuitæ iudicabantur p reges, & principes seculares, eo q<sup>d</sup> erant coniugati sicut seculares: tñ saltem non erat conueniens oēs causas pertinere ad eandem iurisdictionem: sunt. n. quedā causæ purè spirituales, quæ in laicos non cadūt, q<sup>m</sup> nihil spiritualitatis habent: & penè sunt spirituales: vt excommunicatio, quas seculares inferre nullo modo possunt, cū ad clauas pertineat excommunicare & aboluere: laici aut clauas non hñt: ideo necesse est q<sup>m</sup> ad quā duas potestates coercitiuas esse i Ecclesia. Et ista est causa præcipua, quare inter Christianos necesse fuit aliquem principatum esse coercitiuum: & tñ si Christus vetuisset simpliciter talem principatum dicens, q<sup>d</sup> nullo modo principatus Christianorum esset sicut principatus gentium, qui dominantur eorū, & potestati exercent, neq; prælati, neq; seculares possent habere principatū coercitiuū, quod est absurdū: iō debet intelligi, q<sup>d</sup> non est simpliciter dictum: sed solum ad Apostolos, quibus Christus loquebatur, & ad illos, qui fuerunt talitpe, in quo non poterat sine

scandalo principatus coercitiuus esse in Ecclesia. Alia ē ratio est, quia quantuncunq<sup>e</sup> esset magis apra Ecclesia primitiua ad manendum sine principatu coercitiuo q<sup>m</sup> Ecclesia nunc propter causas supra assignatas tñ melius fuisset habendo principatum talem q<sup>m</sup> sine illo: & verè illum habuisset, nisi quia propter scandalum non poterat habere. Nā licebat cuilibet tunc facere heresim, vel schisma in fide, & cōuersione Christiana, & nemo illum poterat punire: Christiani. n. nō poterant, q<sup>m</sup> neq; legē, neq; potestati coercitiuam habebant. Si autē recurrerent ad infideles, s<sup>m</sup> Christiani boni accusarent coram infidelibus Christianos malos, q<sup>d</sup> facerent hereses, & schismata: non erat conueniens. Primò q<sup>m</sup> non licebat fidei conuenire fidelem coram iudice infideli: sed potius iniuriam recipere & fraudē pati debebat, vt Apostolus increpat Corin. 1. Coria. 6. cap. Secundò quia infideles nō punirent taliter delinquentes: sed potius laudarent eos q<sup>m</sup> alio modo contra legem & Christianam fidem facerent, q<sup>m</sup> ipsi superstitionem insanam & inimicam reipublicæ credebant: & Christianos velut reipublice hostes, & deorum suorum inimicos persequerentur. Tertio quia dato, quod aliqui essent infideles, qui tenerent Christianos quiete sub imperio suo, tñ non punirent delinquentes cōtra legē Christianam: q<sup>m</sup> qui iurisdictioni præerant iudicabant s<sup>m</sup> leges suas. Quod autē leges eorū non puniebant, nō iudicabant ipsi punitione digni, & tamen obseruari legem Christianam nulla lex gentiliū sanxerat. iō consequenter transgressiones legis Christianæ peccata non iudicarent: & ita nō puniret delinquentes in ea. Et idē iudicium erat de Iudeis subiectione Romano imperio: quia si quis eorū cōtra legē Moyfi faceret, non puniret eum ob hoc iudex gentilis accusatū, & quictum corā se de illa transgressione: sed vli-penderet tales accusationes. Sic patet q<sup>m</sup> corā Gallionem Iudei accusabant Paulū, q<sup>d</sup> Christiū predicaret: & ille noluit audire accusationē istā Actu. 18. cap. cū dicitur. Gallione proconsole Achaie insurrexerunt vno animo Iudei in Paulū, & adduxerunt eū ad tribunal, dicentes: q<sup>m</sup> cōtra legē hic suadet hominibus colere Deū. Incipiēte autē Paulo aperire, os dixit Gallio ad Iudæos, siquidē esset iniquū aliquod aut facinus pessimū dō viri Iudæi rectè vos sustinerem: si verò quæstiones sunt de verbo & nominib<sup>9</sup> legis vestræ, vos ipsi videritis. Iudex ego horum esse nolo, & sequitur ibi, q<sup>d</sup> minavit eos à tribunali. i. repulit nolens audire hanc causam. Ita autē esset si aliqui Christiani alios coram infidelib<sup>9</sup> accusarēt de heresi, & schismate, & aliis transgressionibus legis Christianæ: ideo manerent omnia crimina tunc impunita, quæ erant purè contra legem Christianam, & potissimè insurgebant hereses. Et ista fuit causa quare in Ecclesia primitiua tot hereses insurrexerunt, vt iam ante tempora Aug. nonaginta essent hereses, vt patet in lib. quem ipse de nonaginta heresibus condidit, & tñ ipse pauco tpe fuit post tempora Cōstāntini, q<sup>m</sup> Ecclesiæ primū pax firma data est. Non sustinisset autē Ecclesia primitiua ista incommoda heresum insurgentium, si esset vis aliqua coercitiua ad reprimēdum, & puniendum eas: ideo melius fuisset Ecclesiæ primitiuæ habere principes cum potestate coercitiua, quam sine illa, si sine scādalo eos habere potuisset, & tamen non potuit, vt dictum est. Data autem pace esse potuerunt principes tales sine scandalo: ideo tunc fuerunt, & semper erunt vsq<sup>e</sup> ad finem Ecclesiæ. Tertium q<sup>d</sup> est in principatu gentiū, est honor, excellentia, & imperiū, & ista nūc sunt in principatu Ecclesiastico: sed de his dicere non est necesse, sicut de duobus pcedentibus: quia ista consequuntur ex necessitate ad illa duo, id est ad diuitias & potestatem coercitiuam: necesse est enim à subditis honorari, & timeri

eum qui ista habet: prælati tamen Ecclesiæ habent ista duo vt ostensum est: ideo necesse est quod istud tertium id est honorem, excellentiā & imperium habeant: non potuerunt autem istud habere quandiu durauit Ecclesia primitiua: quia cū non haberent potestatem coercitiuam, neque reditus à subditis, nō poterat habere statum honorabilem. Sed circa prædicta manet dubium, an verum sit, quod principatus Apostolorum non haberet potestatem coercitiuam. Aliqui dicunt, quod habebant Apostoli, & alij prælati istam potestatem, & exercitiū eius. Nam Petrus occidit duos peccantes, scilicet: Ananiā, & Saphiram, quia mentiti sunt, & fraudauerunt proximos. Actu. 5. Etiam Paulus tradidit vnum iuuenem fornicatorem morti 1. Cor. 5. Dicendum, quod hæc neque criminaliter, neq; ciuilitate habebant: Apostoli exercitiū iurisdictionis coercitiuæ: vt dictum est præcedenti quæstione. Et propter causas ibi assignatas: neq; illam habuerūt ceteri prælati Ecclesiæ primitiuæ: cum neque Christus istam coertionem habuerit in exercitio. De Petro autem dicendum, quod non habuit coertionem neque poenas vnquam intulit. Quod autem de Anania, & Saphira dicitur: non est dicendum, quod Petrus eis intulerit mortem neque penam aliquam: sed prædixit illam. Vnde non fuit, vt iudex, vel exequutor Christi, sed vt propheta. Non enim iustitiam inferri poenam aliquam eis: sed prænuuciauit mortem, quam Spiritus Sanctus eis inferre voluit: eo q<sup>d</sup> sibi mentiti sunt & non homini, vt dicitur Actu. 5. cap. De Paulo dicendum, quod directius apparer in eo actus iurisdictionis quam in Petro: quia Petrus solum prænuuciauit penam: Paulus vero intulit, & per modum iudicis. Nam dicitur 1. Corin. 5. Ego autē iam absens corpore: & præsens Spiritu iam iudicam eum. Et postea dicit de reuē tradere eum Satanae in interitū carnis. Et tamen dicendum quod adhuc non erat iste vsus iurisdictionis, sed miraculi: exercitiū enim coertitiuæ iurisdictionis est quātum ad penarum inflictionē, quod cōpellantur subditi per ministros iudicis ad tolerandum, quod ille diffinit: & tales penæ, vel compulsionum humane sunt: sed hæc penæ à Paulo inflictæ nō fuit humana, sed miraculosa: non enim iussit Paulus flagellari, vel exulare, aut priuari facultatibus Corinthium illum pro crimine fornicationis, sed quod demōn inuaderet eum, & torqueret vsq<sup>e</sup> ad mortem: sed hoc à Deo erat: quia demones non subduntur humano imperio: & ita pena à Paulo inflicta fuit per modum orationis: pena autem à Petro data solum per modum prænuiciationis, & ita non habuerunt exercitiū coercitiuæ potestatis, quia illud exercitium hominum est & non Dei.

An sufficienter dictum sit, quod primatum inter Apostolos non esse appetendum. Quæst. XC VII.

QVÆRETUR, cū Christus ostendat hic primatum inter Apostolos non esse appetendū, quali nihil concupiscibile habeat: an sufficienter dictum sit. Aliqui dicunt, quod non, quia aut intelligitur de primatu in Ecclesia militati, aut in vita æterna. Videtur autem, q<sup>d</sup> nō intelligatur de Ecclesia militanti, quia dicitur quicunq<sup>e</sup> voluerit intrare vos maior fieri, sit vester minister: & ita concedit, quod quis appetat primatum, & tamen non licet hic concupiscere illum. Secundò, quia vñ manifestè intelligi de primatu vitæ æternæ: quia dicitur, qui voluerit maior fieri, sit vester minister, i. prius debet fieri minister, & tunc poterit per hoc fieri maior: & ita se habent ista, vt premium & meritum: sed premium est in futuro: ergo iste primatus est in futuro: sed talis primatus est ali-

Alph. Toist. super Euang. Matth. Pars V.

quid excellens, ideo est concupiscibilis. Dicendum quod Christus loquitur de primatu in Ecclesia militanti, & non in futuro. Nam in vita æterna non manet principatus hominis ad hominem: quia iste ordo principatus est ad hoc, quod deducantur homines in finem per reputationem istam, quæ fit vni homini ab altero sed in vita æterna erit iam hoīes in fine suo: iō non regetur vnus ab alio, & ita non principabitur ei. Est ergo differentia excellentiæ in vita æterna: quia quidam sunt multo excellentiores aliis secundum existentiam meritorum, sed non est differentia principatus: in presenti autem est differentia principatus: & subiectionis in Ecclesia. Et licet Christus solūm voluerit ostendere, q<sup>d</sup> principatus hic non sit cupiendus, tñ potest litera extendi ad vtrūque tempus: si enim quis velit primatum vitæ æternæ. i. excedere alium in gloria, & honore, non oportet contendere super hoc, quis maior sit, sed qui hoc voluerit, humiliet se in presenti tantum, q<sup>d</sup> sit seruus omnium, & abiectionis illis, & sic obtinebit primatum illorum: promptum est ergo sic cuilibet habere primatum in vita æterna, & non oportet hunc ex favore petere, sicut petierunt Iacobus & Ioannes sedere ad dextram & sinistram: neque se inuicem superponere aut inuidere, vel irasci super hoc, sicut decem indignati sunt, q<sup>d</sup> duo fratres petiuerunt hoc. Si autem accipiat pro presenti principatū, de quo verè Christus loquitur, bene in fert quod principatus, qui est in ecclesia non est concupiscibilis, quia non habet aliquid propter quod concupiscatur, neq; aliquid, de quo non habentes eum inuideant habentibus: quia principatus iste non est talis, qualis principatus gentium, habet enim principatus gentium excellentiam in tribus, vt dictum est supra q. 95. & specialiter in potestate coercitiua, quam magis hic Christus expressit, & propter hæc principatus gentium est concupiscibilis, & pro illo homines contendunt: sed prius cipatus apostolorum non erat futurus talis, sed sine aliqua excellentia: non enim haberet potestatem coercitiuam, neq; diuitias, neq; honorem, sive imperium, vt ostensum est supra, sed istis ablatis non manet in principatu, nisi sollicitudo & subiectio. s. quod prælati se subiciat subditis, & ministret eis vigilando pro eorum spirituali vtilitate, & exhortando, vt a malo recedant, cū non possit infligere eis penam ad cogendū fugere malum: seruitus tñ & subiectio non sunt s<sup>m</sup> concupiscibilia, ideo principatus apostolorum ecclesiæ primitiuæ non habebat aliquid concupiscibile. Et ita erat solum q<sup>d</sup> quis illum concupisceret, quia labores p se ipsos nemo spontaneus amplectit. Ioannes autem & Iacobus decipiebantur, quia putabāt principatum regni Christi futurum esse sicut principatum gentium. Imò & honorabiliorem, ideo illum cupiebant, regnum n. Christi carnale futurum credebant, sicut Dauid, & Salomonis: ideo Christus dixit, quod non, addens. Principes gentium dominantur eorum & c. q. d. non est principatus meus carnalis sed spiritualis: ideo non est talis qualis principatus gentium.

Ad primum in contrarium dicendum, q<sup>d</sup> principatus de quo Christus loquitur, est principatus Ecclesiæ militantis: & cū dicitur quod concedit appeti principatū: dicendum vno modo, quod non est licitum appetere principatum. Secundò, & melius dicendum, quod non concessit Christus absolute appeti principatum, sed dixit sub conditione: quicumque voluerit intrare vos maior fieri, sit minister vester, i. si quis voluerit maior fieri, oportet quod sit minister omnium: quia non datur alius modus principatus in Ecclesia Apostolis, & aliis prælati primitiuæ Ecclesiæ. Ad secundū, dicendū quod verba ista Christi pnt applicari ad maiortatē, & excellentiā vitæ æternæ.

Cc 4 &

& tamen ipse non intendit loqui nisi de principatu Ecclesie militantis. Quod patet, quia cum poneret exemplum de seipso, non dixit quantum ad statum futurum, sed quantum ad presentem. ostendit enim se esse principem & maiorem: & tamen dixit, quod non venerat ad hoc, quod ei ministraretur: sed ad hoc, quod alius ministraret: in quantum dixit se venisse ostendit statum presentem in seculo. Item quia dixit quod ad ministrandum venit, & dandum animam: hoc tamen non facit in alio seculo sed in isto: ideo etiam locutus est de principatu Apostolorum in presenti, & non in vita aeterna.

An liceat alicui desiderare Ecclesiasticum principatum. Quast. XCIII.

QVAERETVR, an liceat alicui desiderare Ecclesiasticum principatum. Aliqui dicunt quod non: quia Christus hic increpuit duos fratres, qui anhelaabant ad honorem: & dixit quod ad gentes pertinebat talia cupere: non autem ad discipulos suos. Alij dicunt, quod licitum est desiderare. sic enim dicit Apostolus primus Thim. 3. capit. si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, ubi Apostolus non vituperat desiderantes episcopatum, sed potius laudare videtur illos, & tamen episcopatus est maior gradus in Ecclesia quantum ad ordinem: ergo si illud desiderare licet: a fortiori licebit quemcunque alium honorem cupere.

Dicendum ad hoc, quod principatus ecclesiastici aut considerantur per statum ecclesie primitiue, aut secundum statum ecclesie nunc. Primo modo prelationes non habent nisi sollicitudinem & laborem: diuitias vero, potestatem, & imperium non habebant, ut ostensum est supra: nunc vero omnia haec habent sicut principatus gentium: si ergo quis cuperet principatum in Ecclesia primitiua, aut agnosceret qualis ille esset aut non. Si non agnosceret poterat per errorem illum capere, quasi ille esset sicut principatus gentium, sicut duo fratres decepti putabant: & ideo a Christo petiuerunt sedere ad dextram & sinistram eius: quorum errorem Christus videns dixit, quod non erat principatus regni Christi qualem ipsi putabant, scilicet sicut principatus gentium. Et ideo quod non cuperent illum: si quis vero agnosceret qualis sit iste principatus illum cupiat: cum nihil ille habeat nisi sollicitudinem, & difficultatem in bonis operibus, quae circa subditos exercere debet, non cupit nisi labores ad aliorum vtilitatem: sed talia cupere virtuosum est: ideo non est peccatum cupere sic principatum Ecclesiasticum. Sic intelligitur verbum Apostoli: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: quasi dicat, episcopatus nihil aliud habet nisi opus bonum, scilicet circa subditos sollicitudine adhibere, & ministrare eis vitae aeternae pabula: talia autem bona sunt, & laudabile est illa cupere: & licet desiderare istud bonum semper sit bonum & meritorium: qui tamen Ecclesiasticum principatum habere debet, non solum debet ista cupere facere: sed etiam facere realiter. Ad faciendum autem requiritur magna idoneitas in homine, quam nemo de seipso presumere debet: ideo nemo absolute debet cupere episcopatum: quia vel solam relationem cupit: vel putat se sufficientem esse ad omnia, quae episcopi sunt opera, quod difficile est: ideo vanum est, & periculosum episcopatum absolute petere: sed cum conditione appetere est rationabile, ut Martinus dicebat, Domine si adhuc populo tuo necessarius sum, non recuso laborem: ita poterit dicere qui salutem spiritualem proximorum cupit: Domine, si sapientiae tuae videretur & voluntati tuae placet, me aliquid quando futurum esse vtilem gregi tuo, non recuso la-

Quo intelligitur quod episcopi desiderat, bonum opus desiderat.

borem & honorem sustinere, quae imposueris. & ob hoc cum Apostolus dixerit, quod qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, ostendere volens, quod non iussit debet desiderare opus bonum, sed esse idoneum ad illud exequendum subditis: oportet episcopum esse irreprehensibilem, sobrium, prudentem, & c. q. d. si cupit episcopatum, oportet quod ista habeat. Si autem accipitur de honore sine principatu Ecclesiastico nunc, cum in illo sint diuitiae potestas & imperium, quae hominem alliciunt, & sollicitudo, & potestas, & difficultas in operibus cura pastoralis exhibende circa subditos, quae contristare possunt: aut cupit quis principatum propter prima, quae alliciunt: aut propter secunda. Si propter prima, semper peccat, qui principatum sic Ecclesiasticum desiderat. Iste enim non vult esse praelatus Ecclesiasticus, neque quae Christi sunt quaerens, sed quae sua sunt, & quae huius seculi. Si autem propter secunda, id est sollicitudinem & laborem, in quantum ista sunt ad proximorum vtilitatem & aedificationem: qui Ecclesiasticum principatum cupit, laudabile est sic cupere, scilicet profectum illum proximorum: quia tamen illum profectum non potest procurare nisi ille, qui idoneus est ad procurandum: & idoneum se putare presumptio quaedam est: non videtur satis tutum cupere absolute Ecclesiasticam dignitatem: etiam propter proximorum aedificationem. De his dicit Chrysostomus. Et opus quidem desiderare bonum, bonum est: quia nostrae voluntatis est, nostra est merces: primatum autem honoris concupiscere vanitas est: hoc enim consequi iudicium Dei est, propter quod ex primatu honoris nescimus, si mercedem iustitiae consequimur. Neque enim Apostolus laudem habebit apud Deum, quia Apostolus fuit, sed si opus Apostolatus sui bene impleuit: neque Apostolus pro merito suo antecedenti honoratus est, ut esset Apostolus: sed ad hoc ministerium aptus est iudicatus secundum motum animae suae. Primatus & fugientem se desiderat, & desiderantem se horret. Sed quidquid dictum sit de appetendo principatum ecclesiasticum, intelligendum sit de illo appetitu intra terminos suos constituto. Sed de inuasioue principatus dicendum, quod semper est mala. Unde nemo debet sibi honorem accipere ecclesiasticum, vel ingerere se ad illum, sed suscipere quando dabitur. Sic dicitur ad Hebraeos 5. Nemo sibi indifferenter assumat honorem, sed qui vocatus est a Deo tanquam Aaron. De his dicit Chrysostomus, ubi supra: Primatus fugientem se desiderat, desiderantem se horret: conuersatio ergo melior desideranda est non dignior gradus. Volens ergo Dominus & duorum fratrum, aliorum indignationem extinguere, introducit differentiam inter principes mundanos, & Ecclesiasticos: ostendens quod primatus in Ecclesia, neque ab aliquo appetendus est non habente, neque alteri inuidendus est habenti: quia principes mundi, ideo sunt, ut dominantur minoribus suis, & eos seruituti subiiciant, & spoliarent: usque ad mortem eis vtantur ad suam vtilitatem, & honorem: principes autem Ecclesie sunt, ut seruiant minoribus suis: & ministrent eis quemcunque acciperit a Christo: ut vtilitates suas negligant, & illorum procurent: & mori non recuset pro salute inferiorum. Primatum ergo Ecclesie concupiscere, neque iustum est, neque vtile: quis sapiens vult se vltro subiicere seruituti & periculo tali, ut det rationem pro omni Ecclesia nisi forte qui non timet Dei iudicium: abutens primatu suo Ecclesiastico seculariter, ita vt conuertat illum in secularem: & tamen licet ingerere se ad principatum Ecclesiasticum, & petere illum regulariter malum sit, non est sanum dicere, quod quandoocumque quis petiuerit dignitatem vel honorem Ecclesiasticum peccat: quia potest interdum tali animo fieri, quod

Non satis tutum est ecclesiasticum appetere dignitate.

Primatus Ecclesie fugientem se desiderat, & desiderantem horret.

mereatur: ut si quis videret aliquem principatum impius conferendum, qui Ecclesiam dissiparet, quod illum petat ne manus iniquorum veniat, laudabile est vel saltem non vituperabile, si hoc solum vel precipue eum mouet.

Ad argumentum in contrarium dicendum, quod Christus redarguit duos fratres, quia desiderabant principatum Ecclesiasticum solum propter honorem, & excellentiam, & non propter vtilitatem proximorum, & quia nesciebant qualis erat principatum, quem desiderabant, putabant enim, quod esset talis qualis principatus gentium, quod falsum erat. Ad aliud pro alia parte dicendum, quod desiderare episcopatum est desiderare bonam rem, & tamen non est sensus, quod desiderans desideret conuenienter: episcopatus enim in Ecclesia primitiua, quando Apostolus loquebatur, solum habebat sollicitudinem, & laborem, & non honorem, neque potestatem coercitiuam, aut diuitias: ideo ille, qui desiderabat episcopatum sciens quid esset episcopatus, non poterat desiderare nisi bonam rem, cum nihil esset in episcopatu, nisi bonum, quod ad vtilitatem proximorum pertinebat: & tamen poterat peccare: ut si forte cuperet episcopatum presumens se habere ea, quae necessaria erant pro bono episcopo, cum illa non haberet.

Quomodo est verum, quod filius hominis venit ministrare, & non ministrari. Quast. XCIX.

QVAERETVR, cum dixerit Christus, filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & ex hoc velit inducere, quod principes Ecclesie debeant ministrare, & non honorari, quomodo est verum. Nam Christum legimus fuisse honoratum, & ei fuisse ministratum: ministrabat enim ei Martha, Luc. 10. c. Et quod plus est hominibus maiores angeli erant, & tamen illi Christo ministrabant supra 4. cap.

Dicendum, quod exemplum est conueniens: Christus enim erat dominus, & magister noster. Ioan. 13. & satis erat nobis honorabile, quod essemus aequales ei in honore, quia non est seruus supra dominum, neque discipulus super magistrum: sed satis est ei, si equalis ei sit. sup. 10. ca. Si ergo Christus in presenti saeculo honorem non quaesuit, neque accepit: conueniens est, quod nos cum principes ecclesiarum efficiamur honorem non curemus, neque quaeramus. De Christo patet quod non quaesuit honorem, quia si illum inter nos quaesuisset, non se humiliasset usque ad puluerem in omnibus, conuersans cum viris pauperibus, & illos in socios eligens. Etiam non recepit honorem, sed iniurias, quia maledicebatur, & iniurias sustinebat & abieciatur tanquam potator vini, & vorax, & publicanorum amicus, supra 11. cap. Et cum haec pateretur non comminabatur, sed tradebat se iudicanti iniuste. 1. Per. 2. cap. Etiam dominus, & magister existens, discipulorum suorum pedes lauit, Io. 13. ca. Non ergo quaesuit, neque recepit honorem dum inter nos fuit. Cum autem dicitur, quod Martha ministravit ei: dicendum est, quod non ministravit ei ministerio honoris, sed necessitatis: hoc ministerium erat, quod ei cibos pararet, & istud est feminarium potius, quam virorum: unde non solum Christus sed minimo hominum feminae ministrant: quia Deus voluit, quod femina sub viri potestate esset: Gen. 3. cap. Cum vero dicitur, quod Angeli ministrauerunt ei: Dicendum quod illud est valde honorabilius ministerium, quam hominum: quanto excellentiores sunt ministrantes, & tamen ministratio ista non facta fuit Christo in quantum venit ad istud seculum, neque in quantum erat inter homines, non enim ministrauerunt ei Angeli

in quantum homo erat, sed in quantum erat Deus maior omnibus Angelis. Etiam non habuit ministerium istud inter homines: quia quando angeli ministrauerunt ei, nemo erat praesens de hominibus, ut ex hoc Christus inflari posset coram illo quasi excellenti honore sibi exhibito. Secundum potest dici, quod dabo, quod istam ministracionem, aut quamcumque aliam in hoc saeculo recepisset, non venit ad hoc, quod sibi ministraretur, sed ad hoc, quod ipse aliis ministraret. Nam si ipse intenderet, quod alij sibi ministrarent, non oportebat humilitatem assumere, quia cum in forma Dei esset, seruirebant ei Angeli, & Archangeli, & omnis creatura, & ipse nulli ministrabat. Cum autem assumpisset humanam naturam, ipse ministravit alicui, ideo etiam si semel tantum ministrasset, apparet, quod non venerat ad hoc, quod ministraretur ei, sed ad hoc, quod ipse aliis ministraret. Et est argumentum manifestum, scilicet, si Christus intenderet, quod ei ministraretur, maneret in forma illa, in qua semper ei ministrabatur, & nunquam ipse ministrabat: & tamen assumpsit formam illam, in qua aliquando ministrare posset, & actualiter ministraret: ergo non venit ad hoc, quod ei ministraretur, sed ad hoc, quod aliis ministraret. Et hoc est, quod ipse suadebat Apostolis: non enim negabat, quod si eis habentibus principatum, vel non habentibus alij quis interdum ministraret, quod non reciperent ministracionem exhibitam: sed quod non ideo principatum caperent, ut eis ministraretur qualiter, Iacobus & Ioannes videbantur desiderasse, de quo eos increpabat, & alios etiam qui eis hunc innidebant principatum, quasi principibus ministraretur in ecclesia. Ostendit autem quod dixerat, scilicet quod ad ministrandum venerat, quia non solum ministravit, sed etiam animam suam pro subditis posuit. Et ita desiderium honoris, & principatus Christus redarguit, non autem ipsum principatum, quem iuste habere potest, quod illum non concupiuit. De his dicit Origenes, scilicet: Nam & si Angeli, & Martha ministrauerunt ei, tamen non ideo venit, ut ministraretur, sed ut ministraret.

Quare Christus dixit, & dare animam suam redemptionem. Quastio C.

QVAERETVR, quare Christus dixit, & dare animam suam redemptionem. Dicendum, quod Christus instruit praelatos, ut non cupiant principatum Ecclesiasticum sicut ipse non concupiuit, quod non venit ministrari sed ministrare, & vt ostendat quomodo venit ad ministrandum dicit, quod venit ad ponendum animam suam pro subditis. Et hoc prodest ad duo respectu prelatorum. Primo instruit eos circa humilitatem. Secundum circa charitatem. De primo patet, nam ministrare humilitas est, ministrari vero honor: quanto ergo abieciorem ministracionem quis exercuerit, tanto magis se humiliat, & magis contemnit honorem, sed nihil est, in quo magis se abiciat, quam ministrando alicui permittat se pari iniurias, & opprobria usque ad ipsam mortem. hoc autem Christus fecit, quia pro subditis suis sponte mortuus est, ergo nemo magis se humiliavit ministrando quam ille: eum ergo imitari debent praelati Ecclesie. De secundum patet, quia ideo quis ministrat alteri, vel benefacit ei, quia amat illum, vel quia timet: minores autem nobis non timemus: ideo si eis bene faciamus ex amore faciemus, & consequenter quanto fuerit maior charitas, & amor, tanto eis maiora beneficia impendemus: & e contrario quanto fuerint maiora bona, quae eis impendimus, tanto maior charitas arguetur in nobis esse, & tamen nullum est opus maioris charitatis, quam quod quis ponat animam suam pro amicis suis, vel pro

pro subditis. Io. 15. Maiorem hac charitatem nemo habet, quam ut animam suam quisponat pro amicis suis: ideo cum Christus venerit ad ponendum animam suam in redemptionem, nemo poterat circa subditos maiorem charitatem habere quam ille. Et ita Christus per hoc ostendit se imitabilem in duobus, scilicet ipse in principatu suo maxime se humiliavit, quia exer- cuit ministracionem maxime abiectionis, scilicet mori pro subditis: & maxime dilexit eos: quia circa eos exhibuit opus summe charitatis, scilicet pro illis mori ideo nos principatum accipientes non debemus extolli, sed humiliari: non appetentes ministrari sed ministrare. De quo Origenes increpat nos, dicens de Christo: intantum crevit ministrans, ut impletur illud, scilicet: Daret animam suam redemptionem pro multis daret, inquam in mortem: sed quoniam solus erat inter mortuos liber & fortior omni potestate mortis, omnes sequi se volentes liberavit a morte. Ecclesiarum ergo principes imitari debent Christum accessibilem, et mulieribus loquentem, & pueris manum imponentem, & discipulis pedes lavantem: ut, & ipsi similiter faciant fratribus. Nos autem tales sumus, ut etiam principum mundi excedere superbiam videamur: vel non intelligentes & contententes mandatum Christi: & querimus sicut reges acies precedentes, & terribiles nos & accessu difficiles, maxime pauperibus exhibemus: nullam affabilitatem habentes, vel habere ad nos permittentes.

*Quare Christus dixit: quod venerat dare animam suam redemptionem pro multis. Quest. CI.*

**Q**VAERETVR, quare dixit Christus, quod venerat dare animam suam redemptionem pro multis. Nam videtur, quod pro omnibus dedit illam. Nam per mortem Christi saluamur, & aliter non est possibilis salus. Nam non est aliud nomen sub celo datum, in quo oporteat nos salvos fieri, nisi in nomine Iesu. Act. 4. ergo a fortiori non fuit aliud per quod saluaremur quam mors sua. Si igitur aliqui essent pro quibus Christus non mortuus fuisset, illi non possent saluari: etiam si ad salutem conarentur peruenire. Hoc autem absurdum est: quia, ut Apostolus dicit, Omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. Etiam quia aliqui essent, quos impossibile esset saluari quantuncunque bona facerent: etiam si in Christum crederent, & operarentur secundum legem suam: quod est absurdum: ideo videtur dicendum, quod deberet dicere, quod animam suam posuit redemptionem pro omnibus.

Dicendum, quod sanguis Christi effusus fuit sufficiens satisfactio Deo pro peccatis omnium hominum: & tamen non ideo communicatur omnibus hominibus, quia tunc aequaliter saluarentur boni, & mali, cum ad omnium redemptionem sufficiat sanguis Christi: sed saluantur illi soli, quibus communicatur utilitas sanguinis Christi: ista autem communicatio fit secundum conditionem ab eo datam, scilicet quod qui saluari volunt credant, & legem obseruent: qui autem non crediderint condemnabuntur Mar. 16. ca. & quia non omnes credunt euangelio, ad Ro. 10. cap. non possunt omnes saluari: & ita sanguis Christi non prodest omnibus: si ergo accipiatur sanguis Christi sufficienter est pro redemptione omnium: quia si omnes vellent credere, omnes possent saluari & saluarentur: sed efficienter non est fusus sanguis Christi pro omnibus: quia non omnibus prodest, cum damnatis non profit, & ita Christus loquitur communiter, ut infra 26. & Mar. 14. scilicet. Hic est calix sanguinis mei, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sic dicitur

**F** Beda, scilicet: Non autem dixit animam suam dare redemptionem pro omnibus sed pro multis, id est pro his, qui credere voluerunt: & ita Christus dixit Io. 17. cap. pro his rogo, & non pro mundo: & non tantum pro his, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: sed manifestum est, quod oratio Christi toti mundo prodesse poterat: sed nolebat ipse quod prodesset nisi eis, qui in eum credere vellent. Cum autem obicitur, quod si non esset fusus sanguis Christi pro omnibus quod essent aliqui qui non possent saluari. Dicendum quod si determinate Christus voluisset, quod sanguis suus prodesset quibusdam, & non aliis, non possent illi saluari pro quibus non esset fusus: & tamen sanguis Christi pro omnibus fusus est, in quantum pro omnium redemptione sufficit: & tamen, quia ita est, quia non omnes participabunt fructu illius sanguinis, quia nolent: dicitur, quod non est fusus pro omnibus: id est ad omnium utilitatem actu proficiens: & hoc est quod communiter dicitur, quod sanguis Christi datus est pro omnibus sufficienter, sed non efficienter. Aliter potest dici, quod Christus determinate fudit sanguinem suum pro quibusdam, & non pro omnibus: non quidem quasi essent aliqui, pro quibus nollet sanguinem suum fundere, sed quia ipse sciebat aliquos, qui ad eum non pertinebant, neque pertinere volebant, qui damnandi erant: & pro his non fudit sanguinem: & quia tamen isti libertatem habentes conuerti poterant quandiu vivebant, si conuerti vellent, prodesset eis sanguis Christi.

Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa. Et ecce duo caeci sedentes secus viam, audierunt, quia Iesus transiret, & clamauerunt, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

*Et egredientibus.* Hic ponitur quartum, quod debet esse in praelatis, scilicet pietatis dulcor ad continere benefaciendum subditis sicut Christus hic tam in domo quam in via & vbicumque alibi benefacere non ce- labat docendo, & curando infirmos. *Et egredientibus illis a Iericho.* Scilicet Christo & discipulis suis, de quibus supra dictum fuerat, egredientibus de vrbe Iericho per quam transuerant ad hoc, quod ascenderent in Ierusalem. *Secuta est eum.* Id est Christum. *Turba multa.* sicut saepe solebat sequi: quia de ciuitatibus ad eum plurimi congregabantur: ut patet supra 13. & Luc. 8. & Io. 6. *Et ecce duo caeci.* De istis dicitur, quia isti petierunt sanari & sanati sunt. *Sedentes secus viam.* Id est iuxta viam: secus aliquando significataliter, aliquando iuxta, ut hic, & Pl. 1. Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, id est iuxta aquas. *Audierunt.* Scilicet a turba transeunte: est ten- sus, quod cum iret multa turba cum Christo, multi precedebant eum, & multi sequebantur: & caeci au- dientes sonitum multorum transeuntium, quaesierunt

**A** quis erat ille qui transibat: & dictum est eis, quod Iesus transiret, & ita audierunt. *Quia Iesus transiret.* Scilicet per viam de Iericho in Ierusalem. *Et clamauerunt.* Ut audiret eos. *Dicentes, miserere nostri.* Id est fac misericordiam nobiscum. *Ista misericordia est,* quod illuminaret oculos eorum: quia miseros se reputabant qui inter homines existentes lumen caeli non videbant, sicut dixit Tobias. *Quale mihi erit gaudium,* qui in te nebris sedeo: & lumen caeli non video? *Tobi. 5. cap. Fili David.* Id est de Messias: hunc enim Messiam esse credebant. *Turba autem increpabat eos ut tacerent.* Scilicet iubendo, ut tacerent, ne Christum vanis vocibus irritarent. *At illi magis clamabant.* Scilicet quanto plus magis iubebant eis tacere, magis ipsi ad Christum clamabant. *Dicentes, Domine miserere nostri.* Idem in sententia repetunt: in quo apparet eorum confidentia, quia semper idem petebant. *Et stetit Iesus.* Scilicet auditis clamoribus eorum, cessauit progredi, ut exaudiret eos. *Et vocauit eos.* Ista vocatio fuit, quae sequitur in litera, scilicet. *Quid vultis ut faciam vobis?* Apparet ex verbis eorum quod aliquid a Christo peterent cum dixerint: Domine miserere nostri: quid tamen vellent nondum exprofferant: & ideo conuenienter Christus quasi fuit ab eis quid vellent. *Dicunt illi.* Id est Christo. *Domine ut aperiantur oculi nostri.* Nullum maius bonum esse poterat caeco, quam quod videret: magnitudo enim boni reputatur ex indigentia, sicut eger nihil melius salute existimat: pauper vero diuitias reputat summum bonum: ignorans vero quia alios admiranda loqui videt, maximum bonum sapientiam putat. Sic dicitur Aristo 1. Ethic. ca. 4. scilicet. Aegrotans quidem sanitatem medicans autem diuitias: consilij sibi ipsis ignorantie eos qui magnum aliquid, & super ipsos dicunt admirantur: sed caeco nihil magis erat necessarium quam videre: ideo hoc petierunt. *Misertus autem eorum Iesus.* Magnam misericordiam patiebantur: Christus autem qui summum misericors est, eos ex summa misericordia sanauit. *Tetigit oculos eorum.* Ad sanandum eos. sed non dicitur quid tangendo oculos eorum fecerit. *Et confestim viderunt.* Scilicet mox ut tetigit oculos eorum: in quo apparet quod miraculo eos sanauit. Nam sanatio naturalis non fit sine successione. *Et secuti sunt eum.* Scilicet eum in Ierusalem.

*An ista sint continuata ad precedentia: & an statim facta post illa. Quest. CII.*

**Q**VAERETVR, an ista sint continuata ad precedentia. Et an statim post illa facta sint.

Ad primum, dicendum, quod istud est continuatum ad precedentia: quia ubi non apparet ratio discontinuitatis, semper est dicendum, quod sit ordo continuus: & tamen hic non apparet ratio aliqua anticipationis, vel recapitulationis. Secundum patet, quia omnes tres euangelistae qui hoc referunt, tenent hunc ordinem: sicut enim hic post curatam indignationem discipulorum subdidit Matthaeus illuminationem caecorum: ita & post illud Marcus idem posuit, Mar. 10. Lucas vero posuit istud postquam Christus dixit discipulis, ecce ascendimus Ierosolimam, eo quod ipse in nullo loco expressit de petitione Iacobi & Ioannis, & de indignatione decem Apostolorum: ideo continuato ordine postquam dixerat de ascensu in Ierusalem, dicere debebat de illuminatione caecorum, sicut & fecit.

Ad secundum dicendum, quod statim fuit istud factum post precedentia, scilicet quod nulla accidentia intermedia gesta acciderunt, quae alibi in sacra scriptura referantur & satis apparet ex circumstantiis rerum narratarum. Nam ante hoc Christus dixerat quod ascendebat Ierosolimam, ut consumarentur omnia,

quae dicta erant de eo, & ita non moraretur ascendendo. Nam dixit, ecce ascendimus, id est nunc: & tamen eunti in Ierusalem de Galilaea per Iordanem occurrit Iericho in itinere, qui non longe est a Ierusalem: sed ante hoc erat Christus apud Iordanem, scilicet quando fecit ea quae habentur supra 19. cap. ut patet ibi in principio: & nunc dicitur, quod egrediebatur a Iericho: ergo parum intercederat inter haec & precedentia.

*Quomodo secuta sunt hic turbae multae Christum, & quare. Questio CIII.*

**Q**VAERETVR, quomodo secuta sunt hic turbae multae Christum, & quare. Dicitur potest vno modo, quod iste turbae secuta sunt nunc Christum, quia ante hoc erant cum eo. Nam quando de Galilea venit iuxta Iordanem, sequebatur eum turba multa: ut dicitur supra precedenti cap. scilicet: migravit a Galilea, & venit in fines Iudae trans Iordanem: & secuta sunt eum turbae multae. Nunc autem in Iericho existens non longe a Iordane erat, & sic fortassis turba illa, quae eum de Galilea fuerat secuta, nunc quoque egredientem de Iericho secuta est. Sed ante hoc non fiebat mentio de illa turba, quia Christus non mouebatur de loco ad locum, ut turba deberet eum sequi, sed in eodem loco, vel circa eundem facta sunt omnia, quae habentur ex principio precedentis cap. v. que huc nunc verum cum egredereetur Iesus de Iericho, ut iret in Ierusalem, dictum est de turba, quod sequebatur Christum euntem. Alio modo dici potest, quod ista turba erat de ciuitate Iericho: nam ingressus est Christus in ciuitatem Iericho, & ibi fortassis praedica- uit, vel signa aliqua fecit: & ideo turba effecta ei deuota secuta est ipsum egredientem, ut iret Ierusalem, & ita dicitur, quod egredientibus illis de Iericho secuta est eum turba multa. Tertio potest dici, quod ista turba de nouo venerat. Ista erat enim conditio, quod semper veniebant turbae ad Iesum, & manebant cum eo per aliquot dies, & statim recedebant, scilicet post tres vel quatuor dies auditis verbis eius, & curatis egrissus, sicut dicitur supra 15. cap. Misereor turbae quia tri- duo me sustinent, vel perseverant mecum: & recedentibus illis, vel antequam recederent, alij superueniebant: & ita semper erant turbae cum Christo: Sic nunc factum est, quod antequam egredereetur de Iericho, superueniunt multi ad eum, & ita turba multa secuta est eum egredientem de Iericho. Cum autem quaeritur quare turbae sequebantur eum, dicendum quod ex multis causis. Aliqui enim propter doctrinam admirabilem. Habebat enim verba vitae aeternae. Vnde cum recedentibus discipulis Christus diceret ad Apostolos, an ipsi quoque vellent abire, dixit Petrus nomine omnium domine ad quem ibimus: verba enim vitae aeternae habes, Ioan. 6. cap. Alij sequebantur eum propter utilitatem, quam ex eo capiebant: sanabat enim languidos eorum mox, ut ante pedes eius illos proiicerent a quibuscumque tenerent languoribus. supra 4. ca. & 15. Alij sequebantur eum propter curiositatem, scilicet ut viderent opera miranda, quae faciebat, & praecipue in curatione languorum, in quo nimis abundabat. Sic dicitur Io. 6. Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quae faciebat super his, qui infirmabantur. Alij eum sequebantur propter cibos: quia turbae esurientibus solebat cibos miraculose dare: bis enim illos dederat, sicut supra 14. 15. ca. Et veniebant iterum ad eum: ut rursus eos, vel quotidie sic saturaret. Sic dicitur Io. 6. Quaeritis me non quia vidistis signa, sed quia manducauistis de panibus meis, & saturati estis. Alij eum sequebantur, ut audirent ab eo aliqua, de quibus eum possent accusare, & isti



& isti in fidiabantur ori eius: isti sunt Pharisæi, qui obferuabant eum, vt accusarent illum. supra 12. & Luc. 6. & ideo per diuersas fraudes nitebantur capere Christum in sermone, vt patet infra 22. Et ex aliis multis causis eum sequebatur, & vt communiter semper in turba erant boni, & mali. Boni ex deuotione eum sequebantur: mali vero, vt eum accularent, & ita ante hoc fuerant cum eo Pharisæi tentantes illum, & dispantes cum eo super libello repudij supra præcedenti cap.

*Quare Euangelista nunc mentionem facit, quod multa turba ibat nunc cum Christo, Quæst. CIII.*

**Q**VAERETVR, quare euangelista nunc mentionem fecit, quod multa turba ibat cum Christo. Aliqui dicunt, quod hoc fuit quia ita erat verum. Sed dicendum est, quod multa gesta fuerunt quæ non enarrantur: etiam de factis Christi Io. 20. & 21. cap. scilicet: Multa alia fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt. Et ita istud licet esset factum, poterat taceri, si nulla alia dicendi illud causa esset: nisi, quod fuisset factum. Sed dicendum, quod omnia quæ ab euangelistis scribuntur ultra hoc, quod gesta sunt, habent quod ad aliquid profint: siue circa Christi ad aliqua, quæ de eo ostendenda sunt aliquid ad nos instruendum in aliquo.

Dicendum autem ad primum, quod ponitur de turba multa, quæ Christum sequebatur, ad ostendendum, quanta erat deuotio populorum circa Christum, cum de loco ad locum euntem sequeretur extra domos, & terras suas patientes difficultatem. Et istud signum erat excellentis doctrine eius, & admirandorum operum. Nam si ista non essent, nollet turba post Christum cum labore discurrere. Sic dicit Chrysostomus. Sicut testimonium studiosi agricolæ est messis fecunditas: ita assidui doctoris documentum est Ecclesia plena: neminem labor itineris impediuit: quia amor spiritualis fatigationem non sentit. Neminem possessio numerum suarum recordatio retraxit: quia ingrediebantur possessionem regni celestis. Verè enim super terram non habet quid amet, qui bonum celeste in veritate gustauerit. Secundò fuit ad perhibendum testimonium de isto magno miraculo, quod nunc Christus egit, scilicet quod duos cæcos illuminauit, & totus populus laudem dedit Deo, vt dicitur Luc. 18. cap. Terriò, & principaliter fuit, quia substantia narrationis istius miraculi de sanatione duorum cæcorum exigit, quod de turba sequeretur. Nam turba fuit causa, vt cæci scirent Christum transire: nisi enim audissent strepitum transeuntium multorum, non quesuissent quis transiret, & consequenter non scirent Christum transire, & ita neque ab eo sanari peterent neque, obrinerent. Quartò quia à turba didicerunt cæci Christum transire: & fuit sibi clamoris causa. Quintò quia turba compellebat cæcos tacere increpans eos, & quanto magis increpabat eos, tanto magis illi clamabant, quod proderat ad ostendendum magnitudinē fidei ipsorum, & facilius obrinerent petra. Hoc tñ non fieret nisi turba transiret cum Christo, quæ cæcos increparet: ideo vt intelligeret narratio, debuit præmitti de turba, quod multa egrediebatur uem Christo de Iericho: & oportuit, quod diceretur, quod turba secuta fuit eum egredientē de Iericho: quia de turba agitur principaliter propter illuminationem cæcorum: sed cæci fuerunt illuminati circa Iericho: ideo oportuit, quod sciretur, quod turba erat cum Christo apud Iericho.

**F** Quomodo ponitur hic de illuminatione duorum cæcorum: cum Marcus, & Lucas idem referentes vnum cæcum tantum expresserint. Quæst. CV.

**Q**VAERETVR, cum ponatur hic de illuminatione duorum cæcorum, quomodo potest stare. Nam Marcus & Lucas idem referentes, vnum tantum cæcum expresserunt. Aliqui dicunt, quod si idem factum, Christus enim non semel tantum curauit cæcos illuminando sed pluries, & ita poterit esse alia illuminatio duorum cæcorum, quam Mattheus expressit, quam Marcus, & Lucas tacerunt: & alia sit illuminatio vnius cæci, quam Marcus & Luc. expresserunt, & Mattheus illam tacuit. Multa enim huiusmodi sunt, quæ vnus tacet, & alius exprimit. Aliter potest dici, quod fuerit eadem illuminatio: quia identitas circumstantiarum hoc ostendit. Nam omnes Euangelistæ circa Iericho hoc factum asserunt: siue qui vnum, siue qui duos illuminatos asserunt. Etiam quia utrobique ponit turba cogens tacere cæcos aut cæcum, & illi magis clamantes, quanto magis clamare vetentur. Et ita non est facile fingere, quod non fuerit eadem illuminatio: sed videtur, quod fuerit eadem: & tamen vnus Euangelista solum expressit, de vno tantum, & alius de duobus. Sic enim penitus factum est circa arreptitios sanatos. Nam supra 8. cap. Mattheus, dixit duos arreptitios sanatos: sed Mar. 5. & Luc. 8. dicitur quod vnus arreptitius fuerit sanatus: & tamen ostensum est supra 8. cap. quod necesse sit esse eandem curationem ab omnibus enarratam propter indentitatem omnium circumstantiarum ab omnibus tribus inductarum: ita hic esse poterit. Causa autem quare, cum duo essent cæci sicut Mattheus hic expressit, Marcus, & Lucas vnus posuerint, fuit vt vult Nicolaus, quia vnus eorum erat famosior altero, vel quia importunius clamabat, & de illo solo Marcus, & Lucas fuerunt locuti. Sed est dicendum, quod vnus eorum erat famosus valde: cuius signum est, quia & nomen eius & patris eius Marcus expressit Mar. 10. dicens, quod erat Timæi filius Bartimæus cæcus, & cum tam clarus iste esset, fortassis ex aliqua calamitate, vt nomen eius, & patris eius apud Iudeos longe lateque diffusos sciretur, de illo dictum est: vt ex cognitione cæci illuminati ipsius miraculum clarius redderetur, & vbique diuulgaretur. Sic dicit Aug. lib. de Concor. Euang. & lib. de quæst. Euangelic. scilicet: Hoc autem factum & Marcus commemorat: sed de vno cæco factum, quæ ita soluitur quæstio. Nam duorum cæcorum, quos Mattheus interposuit vnum fuisse in illa ciuitate famosissimum, ex hoc satis apparet, quod & nomen eius, & nomen patris eius Marcus commemorauit: Bartimæus enim Thimæi filius ex aliqua magna felicitate deiectus notissimè fuit qui non solum cæcus, sed & mendicus sedebat. Hinc est ergo, quod ipsum solum voluit commemorari Marcus, cuius illuminatio tam claram famam huic miraculo comparauerit, quam erat illis nota calamitas, & tamen an omnino eadem sit illuminatio, quam Mattheus, Marcus, & Lucas factam nominant, dicitur. Itatim quæstionæ sequenti.

*Quomodo potest stare, quod hic dicitur, scilicet egredientibus illis a Iericho quia videtur esse contrarias in Euangelistis. Quæst. CVI.*

**Q**VAERETVR, quomodo potest stare quod dicitur hic, scilicet egredientibus illis ab Iericho secuta est eum turba multa, & ecce duo cæci: in quo innuitur, quod isti duo cæci sanati fuerunt post exitum de

de Iericho, & tamen Luc. 18. cap. innuitur, quod curatio facta fuerit antequam veniret in Iericho, scilicet: Factum est cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat. Aliqui dicunt vno modo, scilicet quod verè facta fuit ista illuminatio post exitum Christi de Iericho, sicut Mattheus, & Marcus scripserunt, & tamen Lucas dixit, quod factum est cum appropinquaret Iesus Iericho. i. cum prope esset: non quidem illuc eundo, sed de ea exeundo: & tunc appropinquare signabit non quidem ad locum, ad quem vadimus fieri propinquos: sed absolute propinquum esse siue eundo, siue recedendo, siue manendo. Quam expositionem Aug. tangit lib. de quæstio. Euangel. & ita Beda tenere videtur, quod idem sit quod Mattheus hic dixit, & quod Lucas retulit, licet vnus duos, alius verò vnum cæcum illuminatum dicant, cum ait: Mattheus duos iuxta viam sedentes, & ad dominum clamantes cæcos dicit illuminatos, Lucas autem cum appropinquaret Iericho pari ordine ab eo illuminatum cæcum perhibet: vbi nemo sapiens autemet euangelistas sibi met contraria scribere: sed alium plenus scribere, quæ alter omisit. Intelligendum est autem vnum eorum fuisse potissimum: quod ex hoc apparet: quod nomen eius, & nomen patris eius Marcus commemorat. Et ita Beda innuit, quod idem sit cæcus, quem Marcus, & Lucas illuminatum dicunt, & sit illa eadem illuminatio cum ista, quam Mattheus ponit de duobus cæcis. Sed dicendum est, quod non fiat. Primò quia non est conueniens: sed multum extora expositio, quod appropinquare dicatur prope esse siue eundo, siue veniendo, siue stando: quia appropinquare motum nominat, & dicit terminum, in quem: quod notatur, quia dicitur appropinquare. i. ad aliud fieri propinquum. Secundò quia manifestè apparet hic, & Mar. 10. cap. quod factum fuerit hoc post exitum de Iericho, scilicet egredientibus illis ab Iericho ecce duo cæci erant secus viam, & Mar. magis aperuit, dicens, & veniunt Iericho, & proficiente eo de Iericho & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta viam, & tñ Lucas ostendit manifestè, quod ante aduentum in Iericho fuerit facta illuminatio: nam etiam si velimus distorquere sensum, accipiendum quod appropinquare sit propinquum esse, & non ire ad locum vicinum, non permittit, litera sequens: quæ manifestè ostendit, quod nodum intrauerat Christus Iericho. Et patet: nam Luc. 18. dicitur: Factum est autem cum appropinquaret Iericho cæcus quidam sedebat secus viam, & postea finita enarratione miraculi, dicitur Luc. 19. continuata litera. Et ingressus perambulabat Iericho, id est postquam sanauit cæcum illum intrauit Iericho, & perambulabat regionem illam. Dicendum ergo, quod non est eadem illuminatio, quæ ponit ab omnibus tribus Euangelistis: sed veritas est, quod apud Iericho fecit Christus duas illuminationes. In prima illuminauit vnum cæcum: in secunda duos. Prima fuit antequam ingrederetur Christus Iericho circa urbem in via. Secunda fuit egrediente Christo de urbe iuxta urbem secus viam erant duo cæci: & illos illuminauit. De prima illuminatione loquitur solus Lucas. De secunda loquuntur Mattheus, & Marcus. Et patet ratio differentie istorum: quia tam Mattheus quæ Marcus consonant in illo loco illuminationis: Dicunt egrediente dño de Iericho factam esse. Lucas verò dicit factum esse appropinquante dño Iericho, & ideo, quæ Marcus, & Mattheus referunt vnum & idem esse potest: quod verò Lucas retulit non potest esse idem cum eo quæ Mattheus vel quæ Marcus retulit. Et satis apparet, quia si esset idem, maximè esset idem cum eo, quæ posuit Mar. cum ita Marc. quæ Lucas de vno, tantum cæco dixerint, & tñ non est idem cæcus, quia Marcus expressit nomen illius

quasi esset vir clarus, & licet duo essent, sicut Mattheus expressit, quia tamen alter eorum tantum erat vir clarus, illum dixit, & nomen illius expressit. Si ergo Lucas ob hoc vnum tantum diceret, quia clarus erat, subditens alterum: expressisset nomen illius, & patris eius, sicut fecit Marcus: & tamen non fecit, sed absolute dixit fuisse vnum cæcum: ideo videtur dicendum, quod ille, de quo Lucas dixit, vnus tantum fuit: & ante introitum in Iericho illuminatus: quia tamen non erat vir clarus non expressit nomen eius. illuminatio autem, quæ à Mattheo, & Marco ponitur eadem est: quia ambo dicunt factam esse egrediente Domino de Iericho. Sed dicitur quomodo stare potest, quoniam Mattheus duos dixit cæcos, Marcus vero vnum. Dicendum, quod in veritate duo fuerunt: & tamen Marcus vnum tantum expressit, & nomen illius protulit, quia ille erat vir cognitus, & ex eo reddebatur miraculum notum. De his dicit Aug. li. de Concor. Euang. & li. de Quæstio. Euange. scilicet: Possimus de appropinquante ad Iericho sic intelligere: vt iam inde egressi prope tamen adhuc essent ad eam ciuitatem, quod quidem minime vtitur dicitur. Sed tamen videri posset hoc dictum: quoniam Mattheus egredientibus eis ab Iericho illuminatos dicit duos cæcos, qui iuxta viam sedebat: de numero quippe nulla esset quæstio, si alter Euangelistarum tacuisset de vno vnus reminiscens. Nam & Marcus vnum commemorat: cum egredientibus eis ab Iericho dicit illuminatum: cuius & nomē dicit, & patris, vt intelligamus eum fuisse notissimum alterum verò ignotum: vt merito ille notus etiam solus commemoraretur: sed quoniam quæ sequuntur in Euangelio secundum Lucam apertissimè ostendunt, quod ipse narrat adhuc venientibus eis Iericho factum esse nihil aliud restat intelligere nisi bis esse factum hoc miraculum, semel in vno cæco cum adhuc veniret illa in ciuitatem: iterum in duobus, cum inde egrediretur: vt de illis vnum Lucas, alterum Mattheus enarraret.

*Quare nunc Christus fecit miraculum istud in cæcorum illuminatione. Quæst. CVII.*

**Q**VAERETVR, quare nunc Christus fecit miraculum istud in cæcorum illuminatione. Aliqui dicunt, quod conuenienter hoc factum est circa Iericho: & conuenienter hoc tempore. Quantum ad tempus, dicunt, quod fuit quia Christus ante hoc dixerat discipulis de prælatione, quod non esset appetenda, & quia discipuli adhuc erant carnales, verba autem spiritualia, quibus verabatur principatus terrenus, non poterat illa capere, iō venit ad miraculum, vt ex hoc patet rectè dictum esse, quod præcesserat. Sic dicit Gregorius, quia carnales adhuc discipuli non volebant capere verba mysterij, venit ad miraculum, & ante eorum oculos cæcus lumen recepit, vt eos ad fidem celestia facta solidaret. Sed dicendum, quod non est querenda causa quare Christus potius vno tpe quæ altero miracula faceret: cum. n. esset omnipotens, & omni tpe equalis esset in eo potentia, non requirebat nisi opportunitas ex parte rerum, & quia nunc se illa offerebat: nunc miraculum fecit: erat autem opportunitas necessitas ex parte petentis, & dispositio. f. fides, non enim videbatur esse, maior necessitas possibilis in aliquo quæ cæcum esse cum priuaretur per hoc maximo bono humano. f. notificatione diuersitatis rerum: visus enim maximas, & plurimas nobis rerum differentias ostendit. 1. Metaphy. cap. 1. fides autem erat in istis: quia clamauerat ad Christum petentes sanari: ideo debuerunt nunc sanari. Nam quo cūque alio tempore existente Christus sanaret illos, si ex tali fide peterent illuminari.

*Quare*

Quare potius iuxta Iericho, & in via illuminauit cecos quam alibi. Quæst. CVIII.

QVAERETVR, quantum ad aliud, scilicet de loco, id est quare potius in loco isto quam alibi illuminauit eos. Dicendum, quod sanauit eos iuxta Iericho, & in via. Quantum ad primum, quod esset iuxta Iericho putant aliqui esse etiam quia Iericho significat lunam, quæ est deficiens: eo quod p defecta carnis Christus præparauit sibi gloriã. nam per hoc, q passus est meruit glorificationem nominis sui. Sic dicit Hieronimus. Passionis domini appropinquãti ciuitati, ciuitatis nomen respondit: dicitur enim: Veniunt Iericho. Iericho enim luna siue anathema interpretatur: defecta enim carnis Christi præparatio est Ierusalem celestis. Circa secundum, scilicet quare in via. Dicunt quidam, quod ideo in via curauit eos, vt ostenderet, quod nullo tempore cessandum esset a bono: in ciuitate enim Iericho multa bona fecerat, scilicet prædicando, & conuertendo Zacheum, vt innuitur. Luc. 19. cap. vr autem in via non esset ociosus, curauit cecos in via: & per hoc exemplum Apostolis dedit, vt in nullo loco, & nullo tpe a bono cessarent, cū et Christus in via ab operatione miraculorū non cessauerit. Sic dicit Theophylactus, scilicet. Et ne incensus Domini esset inutilis, in via fecit cæci miraculum hoc, in documento discipulis suis dans, vt in omnibus simus proficui, & nihil sit nobis ociosum. Sed dicendum, quod neque etiam circa locum est querendum quare potius in vno loco quam in alio miracula faciat Christus: operatio enim miraculorum diuina est, quæ nec loca determinat, neque temporibus subiicitur: sed solum respicit oportunitates faciendi: cum potestas faciendi in omni loco, & in omni tempore æqualis sit: obrulit autem se nunc oportunitas, quia circa Iericho & in via occurrit inueniri istos cecos, qui ex fide petuerunt illuminari: ideo conueniens fuit, quod Christus faceret istud miraculum nunc. Est enim regula generalis, quod nemo petit aliquando a Deo cum fide, qui non obtineat: quia non solum fides obtinet hoc, quod petens consequatur se exaudiri, vt fiat in eo miraculum: sed etiam obtinet, quod ipse faciat miracula. Nam qui habet fidem sicut granum sinapis: si dixerit monti, iacta te in mari, obediet ei: vt dicitur supra 17. & sequen. cap. isti autem cæci petierunt cum magna fide: quia ad eum, quem nunquam viderant clamabant, & a turbis increpiti non cessabant: sed magis inualescebant ergo debuerunt exaudiri. Causa autem prima, quod nunc Christus faceret plura miracula, quam alio tempore ex opportunitate astantium sumitur: multa enim turba nunc conuenerat ad Christum, cū dicitur supra in litera. Eredientibus illis de Iericho, & ista turba poterat esse testis miraculi ad totã Iudæã, et Galileã & insuper ipsi laudarent Deum viso tanto miraculo, vt verè factum est, vt dicitur Luc. 18. capitu. ideo nunc debuit facere plura miracula, quam alio tempore, quando non occurrerant turbe. Secunda causa est ex parte appropinquationis ad finem vitæ, & ad locum passionis: Christus enim nunc ascendebat Ierosolymam, vbi consumanda erant scripta, scilicet de morte eius, & ita erat propinqua mors, & vicinus locus mortis, & ob hoc debuit nunc plura miracula facere quam ante hoc, vt darent consumationem operibus suis, & testimonia clariora, & recentiora essent contra eos, qui eum iniuste morti tradiderunt. Vnde non solum in Iericho, sed & quanto magis appropinquaret Ierusalem, tanto maiora miracula facturus erat, quod sic accidit. Nam in Bethania, quæ distat quindecim stadiis solum a Ierusalem Io. 11. suscitauit nunc Lazarum. eod. ca. & ideo fuit con-

F ueniens, quod solum data opportunitate faceret hic Christus miracula, quod etiam alibi faceret: sed etiã non existẽte opportunitate faceret quod esset oportunitas, vt esset sibi locus faciendi miracula.

Quomodo isti cæci erant iuxta viam, quando sanati sunt. Quæst. CXI.

QVAERETVR, quomodo isti cæci erant iuxta viam, quando sanati sunt. Aliqui dicunt, q hoc fuit, quia isti eiiciebantur de ciuitate, & ideo manebant iuxta vias circa ciuitatem, sicut & leprosi manebant, & ita ibi inuenit eos Christus, & curauit: sicut circa urbem Capharnaum inuenit leprosum, quem curauit supra 8. cap. & circa quoddam aliud castellũ ad introitum eius inuenit decem viros leprosos, quos sanauit Luc. 17. cap. Ita ergo, & cecos nunc circa urbẽ sanauit. Sed dicendum, quod non stat: quia cæci non eiiciebantur de urbibus: afflictio enim afflictis non est addenda, & tamen cæci afflicti sunt, qui nullum gaudium suscipere possunt: cum lumen coeli non videant, sicut dixit Tobias. Et generaliter alij ægri, & quocunque languore grauati non sunt, affligendi: eiicere tamen eos de urbibus est quedam afflictio nimia: ideo non eiiciuntur. Quod autem alij qui eiiciantur, hoc est quia nocui sunt pp esse morbũ contagiosum, sicut lepra: eos enim dominus de castris eiici iusserat: Leui. 13. & 14. & Numeri. 5. cecitas autem non est morbus contagiosus: ideo non expellebantur cæci de castris: leprosum ergo Christus curauit extra portam vrbis Capharnaum, quia non licebat ei in urbem intrare: cæcis tamen licebat in vrbe manere: ideo non ex hac causa curati sunt in via. Et patet hoc, quia Christus illuminauit cecum vnum in Ierusalem quando exiuit de templo. Io. 9. c. etiam Mar. 8. c. dicitur, q Christus venit Bethsaida & obtulerunt ei cæcum, & eduxit eum extra vicũ, & illuminauit eũ, & ita apparet, quod intra urbem Bethsaida erat cecus, quando Christo oblatum est. Etiam duos alios cecos Christus sanauit in vrbe intra domum, qui erant in via transeunte Christo: & deinde venerunt ad domũ, in qua ille manebat, & sanauit eos. supra 9. cap. Dicendum ergo, quod isti cæci in via erant, & omnes quidem in via, & ibi manebant non quidem quasi de urbibus expulsi, sed quia ibi ab omnibus transeuntibus petebant eleemosynam, & quia commeatus, & discursus maior erat in viis, & potissime circa portas vrbium, vbi erat introitus & exitus: ibi cæci sedebant ad petendum eleemosynam. Et hoc patet quia Mar. 10. capit. vbi ponitur de ista illuminatione cecorum facta circa Iericho, dicitur quod Bartimæus sedebat cecus iuxta viam mendicans: etiam ille cecus, de quo dicitur Luc. 18. capitu, qui non est aliquis de istis duobus, quos ponit Mattheus, iuxta viam sedebat mendican. seod. cap. ita etiam alij duo cæci, quos sanauit supra nono. capit. in via erant transeunte Iesu, & secuti sunt eum vsque in domum, & ibi sanauit eos. In via autem erant ad mendicandum. Etiam de cæco alio a natiuitate quem sanauit dicitur, quod erat mendicans Ioan. 9. cap.

Quomodo isti cæci audierunt Christum venire, & quare dicitur, quod audierunt. Quæst. CXI.

QVAERETVR de istis duobus cæcis, quomodo audierunt Christum venire: & quare dicitur, quod audierunt. Dicendum, quod dicuntur audiuisset, quod ille veniebat, quia videre non poterant eũ quando cæci erant, ideo non erat eis alius sensus ad eũ cognoscendum nisi auditus, et ita audierunt. Cum autem

autem queritur, quomodo adierunt. Dicendum, quod A modus est, quia isti cæci sedebant iuxta viam, vt eleemosynam peterent a transeuntibus. Et quia non videbant, oportebat, quod essent iuxta viam, ita vt audierent sonitum omnium transeuntium, & petere possent ab eis: nunc verò cum Christus transiret, quia ibat cū illo turba multa, vt dicit supra in litera, scilicet egredientibus illis ab Iericho secuta est eum turba multa, aliqui de illis præcedebant, & aliqui sequebantur, vt ipse iret in medio sicut, fuit qñ ipse intrauit in Ierusalẽ sequen. ca. scilicet: turbe autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant. Quando ergo audierunt cæci strepitum transeuntium viderunt, qñ non erat vnus sed plurimi: & ideo putauerunt, quod aliquis magnus vir esset, qui transiret: quem tota gens illa comitaret: & ideo queruerunt quis transiret, & tunc præcedentes dixerunt ei, quod Iesus transiret, & tunc ipsi ceperunt clamare. Sic dicit Chryl. Opportune oblati sunt ei duo cæci, vt aperti oculis quasi testes virtutis eius ascenderent cum eo in Ierusalem: hi currentium strepitum audiebant, & personas non videbant. De hoc et dicitur Luc. 18. cap. cecus quidam sedebat mendicans iuxta viam, & cum audiret turbam prætereuntem interrogabat quid hoc esset: dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret.

Quare cæci isti clamauerunt. Quæst. CXI.

QVAERETVR, quare cæci isti clamauerunt. C Dicendum, quod isti cupiebant illuminari a Christo, quod petere oportebat: ideo clamabant illud petendo. Secundò, quia clamor non solum dicitur petere rem simpliciter, sed cum vocibus excelsis. Hoc autem isti faciebant, quia Christus absens erat. Nam progrediebatur per viam, & illi cum essent cæci, nesciebant an esset iuxta eos, vel longe, & ideo oportunum fuit clamare. Tertio etiam propter turbam: multa enim turba cum Christo veniebat, cuius sonitũ motus cæci audiebant, & quia fortè strepitu pedum non veniret vox simplex ad Christum, clamauerunt. Quarto fuit, quia non poterant ipsi appropinquare Christo, nesciebant enim vbi esset: potissimè quia progrediebatur, & ideo quem pedibus prosequi non poterant vocibus sequebantur. Sic dicit Chryl. Hi currentium strepitum audiebant, & personas non videbant nihil solum habentes de toto corpore præter vocem, & ideo quia pedibus eum sequi non poterant voce sequebantur. Quintò fuit ad exprimendum magnitudinem desiderij, & fidei ipsorum: tanta enim saluti, & visus capefcendi cupido erat, & confidentia, q leuiter loqui non poterant, sed clamabant.

Quare isti cæci dixerunt Christo, miserere nostri &c. Quæst. CXII.

QVAERETVR, quare isti cæcidixerunt Christo miserere nostri: cum visum petere intenderent, & cur non directè petierunt dicentes, Domine illumina nos. Dicendum, quod ille, qui aliquid dicere vult, non debet incipere ab ipsa re, velut manibus illotis, sed præmittere aliquid, per quod auditorem attentum reddat aut beneuolum, quia isti petere volebant visum, debuerunt aliquid præmittere, & conuenienter præmiserunt istud. Secundò & principaliter fuit ad reddendum Christum beneuolum, & facilem ad concedendum quod petebatur: valde autem petens flectit, cum aut rem iustam, id est debitam, aut piam esse ostendit: hoc autem non erat debitum: quia Christus nihil debebat istis cæcis: ideo eum flectere voluerunt ostẽ-

dendo esse rem piam: est autem piam valde, quod circa personas miserabiles impeditur: idem isti se miserere ostenderunt dicentes, miserere nostri, & iste modus petendi erat aliorum, qui sanari cupiebant. Sic alij duo cæci de quibus dicitur supra 9. ca. dixerunt, domine miserere nostri: mulier quoque petens liberari filiam a demone dixit, miserere mei domine fili Dauid, & ita dixit, qui petebat filium lunaticum liberari, siquid potes adiuua nos, miserere nostri.

Quare vocauerunt eum filium Dauid isti duo cæci: & quid per hoc intendebant. Quæstio CXIII.

QVAERETVR, quare vocauerunt eum filiũ Dauid isti duo cæci, & quid per hoc intendebant. Dicendum, quod per hoc volebant eum vocare Messiam. Erat enim Messias futurus de semine Dauid: ei enim promissus fuerat. Pl. 131. De fructu vberis tui ponam super sedem tuam. Et Ier. 23. dicitur: Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit & sapiens erit: quod de Messia intelligitur, & multa alia testimonio scripturæ sacre, & ob hoc certum, & vulgari erat apud omnes Iudeos, quod Messias de semine Dauid, & de ciuitate Bethlehem nasciturus erat, vt Iudæi dixerunt Io. 7. c. De istis autem cæcis, quomodo scirent Iesum esse Messiam, vel quomodo audebant hoc dicere. Dicunt aliqui, quod quia per prophetas audierant Messiam futurum de semine Dauid, & nunc erat tempus aduentus eius, ut omnes Iudæi ex computatione septuaginta hebdomadarum Danielis credebant, & ex aliis multis indiciis credebant, & ideo de quolibet, in quo aliqua signa apparerent faciliter credebant, quod erat Messias: sicut crediderant multi de Iuda Galilæo, & alij de Theoda. Act. 5. cap. in Christo autem erant signa talia: ideo facile erat de ipso talia credi. Secundo, & specialiter propter magnitudinem rerum talia in Christo apparebant, qualia in nullo homine alio apparuerant, neque apparere poterant: tam quantum ad doctrinam, quam quantum ad opera: iõ Messiam eum credere poterant. De doctrina patet, quia non solum discipuli sui, qui eum diligebant admirabantur: sed & hostes sui, & vulgus. De primo patet, quia Io. 6. quando Christus dixit ad duodecim, nūquid et vos vultis abire. Dixit Petrus nomine omnium, Domine ad quem ibimus? Verba enim vitæ æternæ habes, id est nemo alius est, qui loquatur sicut tu: ideo nemo est ad quem ire possemus dimittentes te. De secundo patet, quia quando principes sacerdotum, & Pharisæi miserunt ministros, ut caperent Iesum: ministri audientes verba eius, quæ prædicabat, noluerunt mittere manum in eum: & dixerunt illis principes, et pharisæi, quare non adduxistis eum? & illi dixerunt: Nunquam sic locutus est homo, sicut homo hic: Io. 7. cap. & supra 7. cap. dicitur, quod admirabantur turbæ super doctrinam eius. De operibus patet, quia nemo talia, & tanta, & taliter fecerat: et hoc ipse dixit Ioan. 15. Si non uenisssem, & opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, & ipsi Iudæi confitebantur hoc dicentes: Christus quando veniet nunquid plura faciet, quam quæ hic facit? Ioan. 7. cap. et ideo ibi concludebant multi ex operibus eius, quod ipse erat Christus: cæci vero audierant de operibus Iesu, quia per totam terram Iudææ, & Galilææ, & finitimas regiones exierat fama de eo. Sic dicitur supra 4. cap. quod opinio eius, id est fama abiit in Assyriam, et hoc erat in principio operum suorum; vt patet ex ordine narrationis: ergo a fortiori nunc circa finem vitæ ascendente eo Ierosolymam esse vbi que dilatata fama eius. Et ita cæci scirent de operibus eius. Tertio fortè fuit, quia audierunt cæci aliquos de turba

turba laudantes Christum vocantes eum filium Dauid, aut aliqua similia: ipsi eum sic vocarent. Sic dicit Chryl. filium Dauid vocat cæcus dominum præterentis turbæ laudem audiens aut prophetarum expectatione completa certificatus. Quarto potest dici, quod isti cæci fuerunt à Christo per fidem illuminati: ita quod, antequam quidquam peterent, Christus de derat in cordibus eorum fidem, secundum quam peterent, & ideo vocare potuerunt eum filium Dauid. Sic dicit etiam Chryl. de illo cæco, de quo dicitur Mar. 10. qui est vnus istorum duorum, vt dictum est supra scilicet. Clamauit Iesum fili Dauid, & ait: quis te hoc docuit, o homo? Non perlegisti libros priuati luminibus: vnde ergo nosti luminare mundi? Verè dominus illuminat cæcos.

*Quare turba increpat istos cæcos, vt tacerent.*

*Quest. CXIII.*

**Q**VAERETVR, quare turba increpat istos cæcos, vt tacerent. Dicendum secundum quosdam, quod hoc faciebant aliqui de turbis contemnentis cæcos: erant enim illi personæ abiectione, & inopes, & non dignabantur, quod ille loqueretur ad Christum. Sic dicit Chryl. Videbant fordidas vestes, & non considerabant conscientie claritatem: ecce fatua sapientia hominum: existimant enim iniuriam pati magis, si à pauperibus honorentur. Quis enim pauper autius est diuitem publicè salutare? Secundò fiebat hoc à quibusdam quasi ad honorem Christi, & quietem: volebant enim, quod homines illi suis importunis clamoribus Christum turbarent, & ad eum accederent in vestibus fordidas, quasi ex hoc aliquid honoris Christi detraheretur. Tertio faciebant, quia quidam eorum erant infideles circa Christum, & amuli, & displicebat eis confessio ista, quam de Christo faciebant vocando eum filium Dauid, & ideo increpabant eos, vt ista tacerent ne ista laus tanta Christi audiretur. Sic dicit Hieronymus: Silèntium non cauta honoris exigunt, sed quod acerbè à cæcis audiunt, quod ipsi negabant, scilicet Dominum esse filium Dei, vel Dauid. Et istud potest esse verisimile, quia inter multitudinem illam essent pharisei aliqui, & scribæ, sicut esse solebant, & conueniebant ad Christum, vt raperent verbum ex ore eius. supra 12. & Luc. 6. & paulo ante hoc cum eo fuerant, & tentantes disputauerant iuxta Iordanem, præcedenti cap. isti inuidebant laudibus Christi, & impediunt laudantes suadendo, quod tacerent: sic enim quando introiit Christus in templo, & pueri clamarent ei, osanna filio Dauid: dixerunt sacerdotes, & scribæ indignati contra Christum: audis quid isti dicunt? id est nunquid non audis? id est cum audias, quare non compefcis talem laudem? Et ipse ait, quod rectè eum laudabant, & quod si ipsi laudare cessarent lapides clamarent, sequen. cap. & Mar. 11. & Luc. 20. & iterum quando turba dixit Christum filium Dauid, indignati fuerunt Pharisei dicentes, quod in Beelzebub demonia eiceret. supra 12. cap. Quia tamen non dicebant hoc aliqui specialiter increpantes cæcos, dicitur quod turbæ increpabant cæcos: turbæ autem bonum animum habebant ad Christum: ideo non est verisimile quod hac intentione dicerent. Quarto fuit vt aliqui putant, quia indignati sunt multi, qui in Christum credebant audientes istam paruum laudem Christi: volebant enim, quod non vocarent eum filium Dauid quasi hominem, sed filium Dei. Sic dicit Origenes, scilicet. Qui crediderant increpabant eos, vt non appellarèt eum contempribili nomine, dicentes filii Dauid:

*F. sed dicerent filii Dei miserere nostri. Quintò fuit, vt aliqui volunt, quia Christus per viam docebat turbas, & impediabantur turbæ audire clamantibus cæcis vel quia fortè credebant, quod si Christus audiret eos, clamantes, vt exaudiret eorum petitionem, interrumperet verbum doctrinæ vt illis condescenderet, & molestum eis erat, quod in hoc impediretur: ideo increpabant cæcos, vt tacerent.*

*Quare quanto magis turbæ increpabant cæcos, ipsi tanto magis clamabant.*

*Quest. CXV.*

**Q**VAERETVR, quare quanto magis turbæ increpabant cæcos, ipsi tanto magis turbæ clamabant.

Dicendum, quod primo fuit ex magnitudine desiderij ipsorum: tanto enim tenebantur desiderio sperare illuminationis, quod vt illam obtinerent, nihil timebant, & nullum reuerentur, sed importunè clamabant.

Secundò fiebat hoc ad ostendendum fidem cæcorum: si enim paruum fidem haberent, & increpantur à turbis cito desisterent: sed quia fidem certam, & spem firmam habebant de Christo, quod hoc ab illo obtinerent, nulla ratione compefcere poterant: sed quanto magis impediabantur ab eo quod appetebant, tanto magis importunè clamabant: hoc enim fidem magnam ostendit.

Sic dominus laudauit fidem mulieris Chananeæ, supra decimo quinto cap. Cum enim peteret abiectus, & illa tanto magis clamans perseuerabat. Vnde Christus dixit ei: mulier magna est fides tua. Ita & nunc cæci laudabiles fuerunt. Sic dicit Chryl. Innitebantur autem magis veriti quam compefciebantur: fides autem quando veratur magis accenditur: ideo in periculis secura est, & in securitate periclitatur. De hoc etiam dicit Cyrillus: Nouit fides omnia triumphare, & omnia vincere: vtile est enim pro cultu diuino pudorem deponere. Nam si causa pecunie sunt impudentes nonnulli, pro anime salutè non decet bonam induere impudentiam?

Tertio fuit quia Christus volebat quod turbæ increparent cæcos, vt magis eorum fides appareret. Et hoc vt dum magis ipsi suam fidem ostenderent, magis fierent dispositi ad obtinendum quod petebant. Ena vt miraculum fieret manifestius. Nam si accideret cæcos apud Christum esse, & mox, vt peterent illuminationem, Christus eam faceret nullo turbante: forte multi de turba non viderent veritatem rei, & non aspicerent modum faciendi Christi, facilitatem operationis, & ita miraculum apud aliquos esset ignotum: apud alios verò minus laudabile. Nunc verò cum cæcis clamantibus obstarent turbæ, & quanto magis impediabantur tanto magis clamarent, oportuit quod ad omnes turbas perueniret clamor cæcorum, & viderent quomodo illi cæci erant, & petebant illuminari. Et ita quando eos illuminare vellet, omnes attententi essent, & viderent facilitatem operationis, & modum. Sic dicit Chryl. clamabant quidè primò quia cæci erant. Secundò magis clamant: quia verantur ad lumen accedere: Christus autem permittebat eos vetari, vt eorum plus desiderium appareret hinc autem disce quoniam si abiecti fuerimus cum studio accedentes ad Deum per nos ipsos assequimur, quod petimus. Tertio fuit, vt Christus audiret voces eorum: nam quoniam à principio clamauerunt non increpantibus eos turbis, poterant audiri à Christo facilius minus clamantes: cum vero turbæ incre-

increpabant eos, strepitus, vel clamor turbarum impediret cæcos audiri à Christo: ideo oportebat eos, vel penitus desistere, vel multo altius, & intensius clamare, & hoc faciebant.

*Quare Christus fecit ad se vocari cæcos.*

*Quest. CXVI.*

**Q**VAERETVR, quare Christus vocari fecit cæcos ad se. Dicendum, quod Christus audiens petitionem cæcorum voluit eos exaudire, quia tñ ipsi nondum determinatè petierant quod intendebant, debuit ipse loqui eis: & quia longe ab illo erant, oportuit, vt ipse iret ad illos, vel faceret eos ad se adduci, quod erat perueniens: id hoc fecit. Vnde sicut dixit hic Matth. quod vocauit eos, dixit Marc. quod fecit ad se adduci. Secundò fuit etià causa curationis, quod licet posset sanare absens, existens tamen voluit sanare tangendo oculos eorum sicut & fecit: & ad hoc fuit conueniens, quod vocari faceret eos. Tertio fuit ad conferendum audaciã cæcis. Nam fortassis ipsi irent ad Christum facientes per duces suos se ad illum portari, & tñ non auderent, quia turbæ prohibuerant. Vt ergo venire audeant, vocari eos iubet. Quarto fuit ad compendendum turbas, quia si cæci videntes Christum transire vellet eum sequi, sicut duo alij cæci, qui eum per viam transuentem audierant, & illuminari petierant, & quia non fuerant ibi exauditi, iuerant in domum, vbi sanati sunt. supra 9. cap. fortassis turbæ, que iam increpauerant eos ne clamarent, impedirent ne ad Christum peruenirent: ideo vt nemò eos impedire auderet iussit eos vocari: Sic dicit Hieronymus. Vocari autem iubet, ne turbæ prohibeant.

*Quare Christus, cum vocauit cæcos, stetit.*

*Quest. CXVII.*

**Q**VAERETVR, quare Christus, cum vocauit cæcos, stetit. Dicendum primò, quod hoc fuit ad ostendendum eius bonitatem, & benignitatem: non enim indignatus est expectare homines pauperes, mendicos, abiectos, & inutiles ad se venientes, & alloqui eos. Secundò fuit ad tollendum difficultatem itineris. Nam illi nescirent progredi si Christus recederet: nunc verò Christo præsentem, & turbis, illi qui vocarent eos ex parte Christi, deducerent eos ad ipsum: & ita tolleretur difficultas hæc. Tertio, quia via circa Iericho erat lapidosa, & prærupta, & non conueniens cæcis: & impingerent fortassis sepe, vel ruerent antequam ad eum veniret si ipse non expectaret eos: ideo stetit. Sic dicit Hieronymus: Ideo stetit Iesus, quia cæci, quod pergerent ignorabant: multæ foueæ erant in Iericho, multæ rupes, & prærupta in profundum vergentia. Quarto erat, vt cæci non fatigaretur multo labore. Nam si Christus tunc non staret expectans cæcos, oporteret, quod sequeretur eum vsque ad locum, in quo hospitaretur, & ad hoc multum fatigaretur: id com passus eis stetit. Neque est simile de aliis duobus cæcis, quos inuenit in via, & noluit eos in via sanare: sed ipsi secuti sunt eum, & intrauerunt in domum, in qua ille introiit: & ibi eos sanauit: illi enim erant iuxta ciuitatem, vel locum, in quem Iesus introitus erat ad hospitandum: cum isti cæci soleant federe ad mendicandum iuxta vias circa loca secundum consuetudinem terræ sancte: & ideo modicum laborandum erat eis ad hoc, quod irent in Christi hospitium: nunc verò quando isti cæci clamauerunt ad Christum, egrediebatur ipse de Iericho: cum dicitur in litera: egredientibus eis de Iericho: & isti cæci erant ad portas vrbis: & si Christus non staret nunc expectando eos, oportebat, quod illi sequerentur Christum per totam diem, Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

**A** scilicet vsque ad locum illum, in quo ipsa nocte maneret: quod difficile erat cæcis per terram lapidofam, præruptam, & foueis plenam Christum diu sequi. Quintò fuit ad manifestationem miraculi: nam si nunc non expectaret cæcos: sed illi sequerentur eum, & peruenirent ad locum, in quo ille hospitaretur, & curaret eos ibi, sicut curauit duos cæcos, de quibus supra 9. c. pauci viderent: & ita turbæ nescirent rem gestam, neque laudarent Deum: & tamen ipse nunc circa mortem suam manifestabat opera sua magis quam à principio: vnde à principio, quando illos duos cæcos sanauit, de quibus supra 9. c. dicitur, quod comminatus est eis dicens: videte ne quis sciat: illi tamen euntes diffamauerunt eum per totam regionem: ideo conueniens fuit eos in domo curari, & non in via: & tamen nunc volebat omnia sua manifesta esse: quia etiam aliqua de se recebat, vt se esse filium Dei, & Messiam, & nolebat illud reuelari aliquibus per Apostolos, quod ipse morti propinquus publicè confessus est, vt patet Mar. 14. vbi dixit: ego sum, filius Dei sicut quæsitum fuerat ab eo: & id cum vellet manifestari curationem istorum duorum cæcorum, debuit expectare eos, vt coram toto populo sanaret. Sextò, quia dato, quod ipso non expectante veniret ad eum cæci, & in via consequerentur eum, & ibi sanaret eos: non esset attēta turba: sed quæ præcederēt, & alij sequerent: & ita non manifestaret miraculū. Cui autē Christus postquæ fecit eos vocari stetit expectans eos, erat totus populus attentus quid faceret, & quomodo: ideo erat sic conueniens modus faciendi ad hoc, quod manifestaretur miraculū, ideo sic fecit. Septimò fuit, quia post quæ vocati erant cæci, si Christus non expectaret eos, sed progrediretur, illi putantes, quod non possent peruenire ad eum vsque ad locum hospitij, in quo erat magna difficultas, fortassis ire non curarent: & ita non fieret miraculum. Octauò fuit ad dandum eis maiorem fidem: cum enim cæci audirent, quod Christus vocasset eos ad se, & etiam quod eos expectaret, conciperent magnam fidem, & spem: & ita confidentius irent, & essent magis dispositi ad recipiendum, quod petebant: & ita colligitur Mar. 10. vbi hoc ponitur: licet de vno cæco tantum ponatur, scilicet. Et stans præcepit eum vocari, & vocant eum, dicentes ei: Anime quior esto, surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo exiliens, venit ad eum.

*Quare Christus interrogauit cæcos quid vellent, cum ipse sciret, quid vellent. Quest. CXVIII.*

**Q**VAERETVR, quare Christus interrogauit cæcos quid vellent: ipse enim sciebat quid vellent. Dicendum, quod Christus quæsiuit ab eis dicens, quid vultis, vt faciam vobis? apparebat enim ex verbis eorum, quod petebant aliquid à Christo sibi fieri cum dixerant: Domine miserere nostri: & tamen non dixerant determinatè quid vellent: ideo conuenienter quæsitum est, quid vultis, vt faciam vobis? Est tamen dicendum, quod non interrogat Christus quasi nesciat quid vellent, quia antequam clamare inciperent, sciebat quid peturi essent: sed conueniens fuit, quod quæreret hoc, primò, vt excitaret eos ad iterum petendum, cum in particulari desiderium suum exponerent: & per os eum disponit se homo, vt obtineat quod optat. Sic dicit Beda. Nunquid qui lumen reddere poterat, quid vellent cæcos ignorabat? Ad hoc ergo requirit, vt petat: ad hoc regerit, vt cor ad orationem excitet. Secundò fuit, vt ex petitione determinata cæci appareat quid velit: sciebat enim Christus quid vellent. Sed turbæ hoc nesciebant, & aliquis putare posset, quod cæci non petierant, sed aliquid aliud, specuniam, vel aliud bonum: sicut claudus, qui erat ad portam speciosam templi petebat à Petro, D d &



& Ioanne non quidem sanitatem, sed pecuniam. & illi dederunt ei sanitatem, Act. 3. cap. quia tñ alicui videretur ad imprudentiam pertinere petenti vnum aliud dari: voluit Christus, q̄ turbę audirent quid cęci petebant: & ita quęsiuit, quid vultis. Tertio, quia consuetudo Christi erat, quod qñ aliquid ab eo peteretur in generali, semper peteret a petentibus quid vellent in speciali, vt ex eorum dictis haberet occasionem respōdendi eis, aut conuincendi eos. Sicut fecit supra de muliere dicens, quid vis, quando petiuit pro duobus filiis iuis. Ita & queniens erat hic petere, vt audito verbo cęcorum, videretur rō Christi ad eos conuenientior. Sic dicit Chryso. sc̄ quærīt ne aliquis æstimaret, q̄ aliud volenti accipere aliud daret: etenim consuetudo erat eius voluntatem curandorū vniuersis facere manifestari: & tunc medelam inducere, & vt alios in zelum induceret: & vt ostenderet eū, qui curandus erat dono gratiæ digne potiri. Sic etiam dicit Cyrillus: Dis pensatiuē interrogat non quasi ignorans: sed vt scirēt astantes, q̄ non petebat pecuniam, sed diuinam efficaciam. Quarto fuit, vt ex petitione cęcorum respondendo Christo fieret manifestū miraculū: cū enim Christus dixit: quid vultis, vt faciam vobis: petiuerunt illi, q̄ illuminarentur: & ita se cęcos confitebantur. si aut hoc non confiterentur, fortē aliqui dicerent, q̄ isti nō fuerant, qui petebant mendicantes in via, sed alij similes eis: sicut Iudei facere nitebantur quantum ad cęcū a natiuitate, quem sanauit in Ierusalem. Nam postq̄ sanatus erat, volebāt Iudei negare eum fuisse cęcum, Io. 9. cum autem præsente populo ipsi confiterentur se cęcos, res fieret manifestior. Sic dicit Hierony. Interrogat quid velint, vt ex responsione cęcorum manifesta debilitas appareat: & virtus ex remedio cognoscatur. Sic etiam dicit Chryso. q̄ calūniatores veritatis Iudei possent dicere, vt i cęco nato, nō est hic, sed similitis eius: voluit, vt cęcus prius ostenderet defectum nature, & tunc cognosceret gratiæ maiestatem. Quinto (vt aliqui volunt) fuit ad incitandum cęcos ad rectam cōfessionem de Christo. Ante hoc enim solūm confessi fuerant Christum filium Dauid: iō vltra hominem nihil videbantur de eo confiteri: voluit aut, q̄ magis confiterentur, tacitē eos trahens ad confitendū eum esse Deum, & ita fecerunt, quia nunc non vocauerunt respōdentes eum filium Dauid, sed solū Deū, quo videtur signare Deum. Sic dicit Chryso. Interrogat propter fidem, vt dum cęci Christum Dei filium confiterentur: cōfundantur Iudæi videntes, qui eum tantum hominem putabant, Deum idē Christum vocauerunt, & verum dixerant. Sed dicentes filium Dauid dissipabant qđ bene cōfessi sunt. Nam abusuē, & homines Dei dicuntur. Verē aut nemo nisi Deus. Cū autē dicerent: Domine fili Dauid, abusuē Christi fm̄ quod hominem honorant. Si autem solummodo Deū dicerent, deitatem confiterentur: iō interrogat quid vultis. Tunc illi iam nō dixerunt Domine fili Dauid, sed tantum, Domine, filius. n. Dauid cęcos illuminare non potest, filius Dei potest. Quādiu ergo dixerunt, Domine fili Dauid suspensa est sanitas: mox autem, vt dixerunt, Domine, infusa est sanitas.

*Quare Christus nunc non petiuit a cęcis de fide, sicut petiuit ab alijs duobus cęcis, quos curauit. Quęst. CXXIX.*

**Q**VAERETVR, quare Christus nunc non petiuit a cęcis de fide, sicut petiuit ab alijs duobus cęcis, quos curauit supra 9. cap. nam cū petiuerunt illum minari dixit eis: creditis, quod hoc possum: & illi, dixerunt, vtique domine: tunc Christus tangens oculos eorum dixit: secundum fidem vestra fiat vobis. Nūc autem de fide non petiuit.

**F** Dicendum vno modo, q̄ illud miraculum de illis duobus cęcis fecit Christus circa principium manifestationis sue: & ideo cū hoīes de potestate eius dubitarent, cōueniens fuit illam sic ostendere, & fidē de illa petere. Nunc verō manifesta erat nimis potestas eius circa finē vitę: ideo non erat ita necesse petere de fide. Secundō potest dici, q̄ nō fuit nunc necesse circa istos cęcos petere fidē, sicut circa illos duos, de quibus supra 9. cap. quia fortē de illis Christus vidit, q̄ aliquid dubie ratis habebant: & iō quousq; plane crederent, noluit eos sanare, & ita dixit eis: fm̄ fidem vestra fiat vobis. Et ita etiam circa illum, q̄ petebat pro filio suo lunatico sanitatem, q̄ dixit: siquid potes adiua nos misertus nostri. Dixit Christus: si potes credere, oia possibilia sunt credenti. Et tunc dicente p̄re, credo Dñe: ait Christus, q̄ sanaretur. Mar. 9. c. isti duo cęci fortē manifestā fidem ostenderant: ideo non oportuit peti ab eis fidē, sed potius eorum fidem ipse laudauit: licet Matthæus hic taceat. Nam idem est, quod hic dicit Mar. & quod d̄ Mar. 10. c. licet Matt. duos cęcos, Marc. verō vnum exprimat, vt ostensum est, sup. & tamen Marcus dixit, q̄ Christus dixerit illi cęco: Fides tua te saluum fecit.

*Quare Christus ad sanandum nunc cęcos tetigit oculos eorum. Quęstio CXX.*

**Q**VAERETVR, quare Christus ad sanandum nunc cęcos tetigit oculos eorū. Nam poterat sanare non tangendo, sicut seruus ceterionis sanauit absentem, sup. 8. & Luc. 9. c. Dicendum, q̄ primō fuit fortē propter paruitatem fidei Iudæorum: credebant Iudæi, q̄ Christus sanare posset languentes: sed tangēdo quidem illos, quasi per tactum deriuaretur virtus, & ita languens curaret, & ob hoc oēs quærebant tangere Christū, vt tangentes sanarent per deriuationē virtutis. Sic d̄ Luc. 6. Ois turba quærebat tangere eū, quia virtus exibat de illo, & sanabat oēs: & iō quasi credentes nō posse aliter se sanare nisi tangerent, petebant ab eo, q̄ permitteret se ab eis tangi, vt patet sup. 14. c. vbi in regione Genesareth petebāt hoīes a Christo, q̄ saltem simbriā vestimenti eius tangere permitterentur: & quotquot tetigerunt salui facti sunt. Christus autē descendens infirmitati eorum circa fidē, cū tñ aliquid crederent, & bono aīo essent, sanabat eos iuxta exigētiā fidei: & qm̄ non sanabat Christus vnq̄ nisi credētes. Illos, qui credebant anteq̄ peterent, vel Christus dabat eis fidē, vt peterent, debuit fm̄ exigētiā fidei sanare eos, & q̄ fides sua erat, q̄ tangēdo posset eos sanare, sic eos sanauit. Centurio autē credidit, quod Christus poterat sanare non tangendo: iō sic sanauit seruū eius, & ob hoc Christus laudauit fidem illi⁹ super fidē oīum Iudæorum dicens: non inueni tantam fidem in Israel, sup. 8. cap. i. nemo Iudæorum petens sanitatem aliq̄ tantam fidem habuit, quia non credebant fieri posse nisi per tactum. Secundō fuit propter manifestationem, & certitudinē miraculi. Nam si non tangente eo sanarentur oculi cęcorū, aliqui putare poterant, quod non fuerant sanati virtute Christi, sed quod oculi eorum erant sani, & naturaliter sufficientes ad vidēdum, & tñ clausi erant: sicut dicuntur quædam aīalia oculos habere sub pelle, tunc contingit aperiri, vt aut videretur, quod per eum fiebat eo tangente sanati sūt. Tertio fuit, quia dato quod putarent miraculosē hoc fieri, si Christus non tangeret: fortē crederent, quod tunc placuit Deo aperire oculos cęcorum, & non ad petitionem Christi neque eo aliquo agente: cū verō ipso tangente aperti fuerunt oculi, negati non potuit, quin per ipsum factum fuerit: ideo conueniens mod⁹ faciendi erat tangere oculos quantum ad Iudæos.

*Quando*

*Quando tetigit Christus oculos cęcorum quid aliud egit. Quęst. CXXI.*

**Q**VAERETVR, quando tetigit Christus oculos cęcorum quid aliud egit. Nam videtur, q̄ aliquid egerit: quia qñ sanauit cęcum a natiuitate spuit in terram, & lutum fecit de sputo, & liniuit oculos cęci, & ita vidit: nunc autē tetigit oculos cęci, ideo videtur quod aliquid aliud egerit. Dicendū videtur, q̄ nihil aliud egerit Christus nisi tangere oculos. Primō, quia cum ad conditionem miraculi pertineat fieri sic, vel sic, & non modicum differat sic, vel aliter fieri: si aliud factum esset, sicut expressit euāgelista, q̄ tetigerat oculos, ita & cętera exprimeret: & tñ non expressit. Ergo nihil aliud fuit nisi tetigit oculos. Secundō colligitur, quia Mar. & Matth. ponunt de ista illuminatione, & Marc. expressit aliqua quæ tacuit Matthæus, vt colligitur Marc. 10. & tamen circa tactum oculorum nihil dicit, nisi q̄ tetigit: ergo videtur, q̄ nihil aliud fuit. Tertio hoc cōueniebat p̄ populum astantem ad ostendendum magnitudinem potentię suę. Sicut enim conueniebat, q̄ Christus sanaret oculos cęcorum tangendo propter cōditionem fidei Iudæorum, vt dictū est p̄re. q. ita conueniebat, q̄ ad ostendēdū potestatem suā nō apponeret nūc aliquid aliud: vt appareret, q̄ virtus egrediēs de eo sicut Iudæi credebant sanaret hoīes. Si autē aliqd apponeret, posset credi, q̄ aliqd lateret, & p̄ hoc hec fiebat, vel saltē non appareret tanta facilitas miraculū faciendi. Quarto, q̄ vt ex litera vt colligi non fuit aliquid nisi tangere. Nā dicitur, tetigit oculos eorum, & confestim viderunt: ergo videtur, q̄ post tactum oculorum nihil aliud factum est: sed statim secuta fuit illuminatio. Quinto, q̄ si aliqua alia fieret circa modū curationis exprimeretur hic, sicut Euāgelistę solent exprimere in alijs: sicut circa illum cęcum, qui curatus est, loā. 9. exprimitur, q̄ factū luto de sputo liniuit est: & deinde iustus ē ire, & lauare se in natoria Syloe. Etiam alium cęcū curauit Christus in Bethsaida, educens extra vicum: & spuit in oculos eius, & imposuit manus tangens: & interrogauit, an aliquid videret, & aspiciens ait: Video hoīes sicut arbores ambulantes: deinde iterum posuit manum super oculos eius, & cepit videre, & restitit. D est, ita vt videret clarē omnia. De hoc Mar. 8. capit. ita ergo exprimeret hic euāgelista quid factum esset, si aliud factum esset: ideo nihil factū est nisi, quod oculos eorum tetigit. Cū autē obiicitur, q̄ curauit illum cęcum factū sputo. Concedendum est: & tamen non est necesse, quod sic iste fuerit curat⁹: quia multis modis Christus curabat, vt dicitur seq. quæst. q̄ ille mod⁹ non conueniebat in præsenti, quia quando Christus sic curabat, non curabat coram turba, sed quasi solus: nunc verō coram turba multa erat. Et patet, quia qñ curauit cęcum, qui erat a natiuitate, non erat præsens populus, neque aliqui leguntur interfuisse: sed ipse inueniens cęcum illum dixit ei an videre volebat, & illuminauit eum mittens illum in natoria Syloe. Etiam quando illuminauit cęcum illum, de quo Mar. 8. nemo erat præsens. Nam obtulerunt ei illum in Bethsaida: & ipse duxit eum extra vicum apprehensum manu: & ibi curauit eum bis spuendo in oculos, & tangendo manibus oculos eius: & ideo, quod faceret, sic curationes non erat inconueniens, neque ex hoc aliquis miraretur: nunc autem coram tota multitudine erat, vt dicitur in litera: ideo sicut nunquam legitur aliā, quod coram multitudine talia faceret: ita & nunc, cū esset coram tanta multitudine, non faceret hoc.

*Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.*

**A** *Quare Christus fecit, quod cęci quorum oculos tetigit statim viderent. Quęstio CXXII.*

**Q**VAERETVR, quare Christus fecit, q̄ cęci quorum oculos tetigit statim viderēt. Dicendū, q̄ hoc fuit ad ostendēdum, q̄ miraculosē hoc fiebat, non operante in hoc natura. Nam natura sēper facit fm̄ successionem: eo q̄ potestas eius est limitata, & habet repugnantiam in opere: iō non pōt in instanti operari: Deus autē habet esse, & posse illimitatum, & nihil pōt ei obfistere in operando: iō non habet successionem in operatione, sed statim fit quod vult: hoc aut miraculosum erat: ideo in instanti factum est. Sed obiicitur, q̄ aliqua opera Christi erant miracula, & fiebant in successionē, sicut illuminatio cęci Io. 9. cap. Dicendum, q̄ oīs operatio miraculosa fit in instanti, quia est operatio diuina, & non habet resistantiam aliquam ex parte patientis: & ideo qñcunq; Christus faceret miracula sēper operatio sua in miraculo erat i instanti: & tñ opatio exteri⁹ dispositiua ad miraculū nō erat i instanti, sed aliqñ in instanti, & aliqñ fm̄ successionem. Ad quod sciendum, q̄ in operationibus Christi ad miraculum erat quadruplex modus. Vnus modus erat, q̄ Christo loquente, vel tangente statim fieret, quod ipse volebat. Effectus miraculi siue curationis, siue alterius rei. De verbo pater, vt qñ Christus imperauit mari dicens. Tace & obmutescet, & statim facta est tranquillitas, supra 8. & Mar. 5. & Luc. 8. Sic et Mar. 9. cap. dicitur de puero lunatico, cuius dēmoni Christus dixit: surde, & mute spiritus exi ab eo, & statim exiit. De tactu patet, vt quando tetigit leprosum apud Capharnaum. nam statim curatus est, supra 8. cap. qñ socrum Petri febricitatem tenuit manu: nam statim surrexit. eo. cap. & Mar. 1. & Luc. 4. c. & ita fuit nūc de duob⁹ cęcis. Nā statim vt tetigit oculos eorū, viderūt: & ita et factū ē de alijs duob⁹ cęcis quos in domo curauit, sup. 9. c. Secundus modus erat, q̄ Christus per successionē faceret opera. I. q̄ circa eūdē hoīem, & ad vnū hoīem curandū faceret multa opera, & in primis non sequebatur aliquis effectus sanitatis: & q̄ sumato vltimo opere sequebatur sanitas in instanti. Sic patet Mar. 7. c. de hoīe surdo, & muto, quem inter fines decapoleos Christo obtulerunt. Nam primō eum sequestrauit a turba, deinde misit digitos in auriculas eius: postea spuens tetigit linguam eius: deinde suspiciens in cęlū ingemuit: & tunc dixit, epheta, quod est adaperire, & apertum est vinculum linguę eius, & loquebat rectē: & etiam audiebat. & ad istum modum pōt pertinere suscitatio Lazari. Nam prius orauit ad patrem petens se exaudiri, & clarificari: & post aliqua verba ait: Lazare, exi foras, Io. 11. c. Tertius modus erat, q̄ Christus faceret aliqua opera ad sanandum aliquem, & factis illis non sanaretur statim; sed postquā a Christo recederet in absentia eius sanabatur. Sic patet de cęco nato quem illuminauit in Ierusalem: nam spuens in terrā lutum fecit, & liniuit oculos eius de illo luto: & dixit: Vade lauare in natoria Syloe: & cū se ibi lauisset, visum recepit. Io. 9. cap. & ita non erat præsens Christus, quando sanatus est. Sic etiam est de decem leprosis, Luc. decimo sexto cap. Nam petiuerunt a Christo, q̄ mundaret eos: ille autem dixit, ite & ostendite vos sacerdotibus: & cū irent in itinere mundati sunt absēte Christo, & vn⁹ illorū rediit, vt Christo gratias ageret. Et iste modus differt a præcedenti, quia licet vterque habebat successionem temporis, & multitudinem operationum: tamen in præcedenti modo fiebat sanitas ad vltimā operationem Christi, & præsente eo: in isto autem modo fiebat per multas operationes, & non fiebat in fine operationis vltimæ neq; præsente Christo.

*Quartus modus erat, q̄ fierēt multæ operationes a Christo. D d 2 Chri.*

Christo ad vnum effectum miraculi intentum: & tñ ille effectus intentus non deduceretur totus simul in fine operationis vltimè in præsentia Christi, sicut in secundo modo: neq; post vltimam operationem in absentia Christi, sicut in præcedenti modo: sed deducebatur per partes, sicut qñ sanauit cecū in Bethsaida extra vicum. Mar. 8. c. nā spuens in oculos eius imposuit manus, & quæsiuit siquid videret: ille autē ait video homines sicut arbores ambulantes. Deinde imposuit manus super oculos eius, & cepit videre, & restitutus est, ita vt videret omnia clarè. Sed considerandum, q in oibus quatuor modis Christus operabatur miraculosam operationē in instantiagens: & non solū ipse effectus pductus, q erat aliqua forma, vel multa, aut ali-quod cōpositum in instanti producebat, quia ē natura pōt hoc quantū ad productionem oīum substantiarum formatū, & ē multarum accidentalium, q non partibiliter produciunt: iō necesse est in instanti pducipē esse suum p sistere in indiuisibili: sed quantū ad dispositiones pcedentes ad illam fiunt per successionem: in operationibus autem miraculosis neq; ipsa forma sanitatis, neq; cetera, quæ cū illa inducuntur, neque dispositiones præuic fiant in successione, sed oīa simul. Cū autē obicitur, q multa operationes fiant in secundo, tertio, & quarto modis.

Dicendum, q per illas operationes non inducitur aliquid, s. neque effectus intentus, neq; dispositio aliqua ad illum, sed i vltima operatione, aut post vltimā inducuntur simul tam dispositiones, q effectus intentus. Sed obicitur, q saltem in quarto modo non fit sic: sed pars effectus inducitur per vnam operationem: & pars per aliam. Dicendum, q licet illud fiat: tñ qlibet actio miraculi fit in instanti: nam sicut Christus multa miracula fecit, & non fecit oīa in eodem instanti, neque in eodem anno, sed diuersis temporibus: & tamen quodlibet eorum factum fuit in instanti: ita fuit de illuminatione cæci, quem Christus illuminauit Mar. octauo. Nā in prima vice vidit, licet imperfectè. hōies sicut arbores ambulantes: & ille visus dat est sibi in instanti, & postea posuit iterū manus, & illuminauit eum pfectè. ita vt oīa videret clarè. Et fuerit hic duo miracula, & duo effectus distincti pducti. In prima vice fuit pductus: tñ visus, ad certum gradum solū. In secunda vice fuit deductus ille visus ad perfectionem, ita vt videret oīa clare. Manifestum est autē, q isti erant duo effectus distincti: licet vnus includat aliū, sicut siquis naturaliter accepisset visum breuē, & malè distinguentē res visibiles: & Deus postea subito faceret eum vidētē pfectè sicut quoslibet alios hōies: manifestum est, q isti actus, & effectus erāt distincti: s. ille, p quē actione naturali factus est iste videns. alius, per quē Deo faciente iste fuit pfectè videns: Christus autē nō fecit illos actus, & duos effectus, quasi ex necessitate oporteret illos esse distinctos. Nā poterat vnico actu totū effectum producere, q tñ sic voluit, fuerūt illi duo effectus distincti: & quilibet eorū in instanti pductus est. Cōsiderādū autē, q licet Christi istos quatuor modos faciendi miracula habuit, vnus eorū. i. primus erat sibi de lege cōi: ceteros at raro exercuit, qā ille pertinebat ad rōnem miraculi: ceteros verò ex rōnibus specialibus interdum exercebat: & iō vbicumque Christus miracula faciebat, primum modum inueniemus: de ceteris autē rara sunt exēpla, & pauciora de quarto q de tertio, & pauciora de tertio quā de secundo. Rō autē istorum est, qā miraculum est operatio diuina, & consequenter in instanti facta. iō sicut operatio latens diuina est in instanti, & effectus in instanti, & impartibiliter deducitur: ita & operatio exterior conuenienter

esse debebat simul cum ipsa productione effectus, & vnica quidem operatio, vt non putaretur, q per exteriores operationes partibiliter deducebatur dispositio ad effectum intentū præcedēs. Quantum verò ad fmodum, q fierent multæ operationes interdum erat pp diuersos effectus, quos per vnica miraculi operationem inducere volebat: sicut qñ sanauit eūdem hominem, qui erat surdus & mutus. Nā ad ostendendū, q eum à surditate sanare volebat, misit digitos in auricularas: ad ostendendum verò, q mutū volebat loquentem reddere, spuit in linguam eius: q verò suspexit in celum, & ingemuit, ad aliam cām pertinet. Interdum aut fiebat ad eruditionem, vt qui præsentēs erant, per verba Christi & facta instruerentur: vt qñ, faciendo miracula, præmittebat orationem, faciebat non quasi esset ei necessaria oratio: sed vt ostenderet hoibus, q ipse à Deo erat, & q instrueremur nos à Deo singula petere, & pro impetratis gratiarum impendere actiones. Sic enim, quando suscitare voluit Lazarum, fecit lapidem tolli de monumento, & eleuatis oculis in celum dixit: pater gratias ago tibi, qm̄ audisti me. Er addidit: ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum, qui circumstat, dixi, vt sciat, quia tu me misisti, hæc cū dixisset, clamauit voce magna dicens: Lazare veni foras. Quantum ad tertium modum causa erat vna ad probandum eorum gratitudinem. san pro susceptis beneficiis rediret ad gratias reddendū: & ita fuit de leprosis decem, quos misit ad sacerdotes, & dum irent per viam mundati sunt: & vnus eorum rediit ad Christum, ipse verò quasi indignatus ait: nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? nō est inuētus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Luc. 17. c. Alia causa erat quantum ad ostensionem fidei illorum, quibus Christus ista faciebat. Nā cū Christus liniret luto oculos cæci nati, & non sanare tur, sed mitteret eum, vt se lauaret in natatoria Syloe, fortassis crederet, q non prodesset ei, cū per tactum manuum non fuisset curatus, & aqua illa nō habebat virtutem illuminandi cæcos, & ideo ire nollet: quod autem ire vellet, ad fidem pertinebat, qua credebatur Christi verbo. s. q sanandus erat in natatoria Syloe. Simile fuit quantū ad Naaman Syrum, qui venit ad Herodiam, vt sanaret eum à lepra: & ille misit eū ad Iordanem, dicens: Vade laua te septies in Iordane, & sanitatem recipies. Et ille nolēbat, dicēns, quod meliora erant flumina Damasci Abana, & Pharpar, & in illis non sanabatur: ideo non credebatur, quod sanaretur in Iordane: & ideo ire nolēbat quouique ab aliis suafus iuit. 4. Regum. 5. cap. De leprosis mundatis à Christo, id est de decem eadem rō erat. Nam non sanauit eos, quando petuerunt sanari: sed dixit, q se ostenderent sacerdotibus, & illi iuerunt: & dū irent mundati sunt: & tñ si fidem non habuissent, cū Christus loquens eis non sanasset illos, & scirent, q sacerdotes non habebant virtutē sanandi, non irent ad eos: & tamen statim vt Christus illud dixit: parauerunt se ad obediendum, & ibant: & ideo conueniens modus erat iste ad ostendendum fidem, si erat in illis. Quantum ad quartum modum dicendum, quod Christus faciebat saltē, vt ostenderet magnitudinem potestatis suæ in diuerso modo operationis, quia quanto aliqua potentia maior est, tanto pluribus modis potest in suum effectū. Si enim Christus facere posset miracula, & potissimè in curationibus languorum, non nisi vno modo: videretur potestas sua coarctata, cū esset limitata ad certū modum. Nūc verò cū posset variis modis idem facere, videretur apertius magnitudo potestatis suæ: & etiam si ad nihil aliud prodesset, conueniens hoc erat. Alia autem causa multa sunt, quare sic fierent istæ operationes, de quibus sigillatim in locis suis magis dicitur.

Et ita verum est, quod quomodocumque miraculum Christus ageret, ipse effectus intentus in instanti fiebat, & dispositiones quæcumque cum illo inductæ: & ita hic statim visum receperunt cæci postquam Christus tergit oculos eorum, quia ad primum modū operationis miraculosæ istud pertinet.

*Quare isti cæci mox vt illuminati fuerunt, secuti sunt Christum. Quest. CXXIII.*

**Q**VAERETVR, quare isti cæci mox, vt illuminati fuerunt secuti sunt Christum ascendentes cum eo Ierosolymam.

Dicendum, q primo egerunt ipsi hoc ad ostendendum gratitudinem reddendo Christo vicissitudinem quandam pro beneficio, vt sicut ab eo acceperant sanitatem: ita & ei præstarent obsequiū. Sic dicit Chryso. Hi autem sicut ante dationem sanitatis fuerant per seuerantes: ita & post sanitatem fuerunt non ingrati, & hoc conuenienter Christo obtulerūt pro munere, quia Deus vult, quod solliciti ambulemus post ipsum. Michæ 6. cap. Sic dicit idem Chryso. Bonum. n. munus obtulerunt: ergo sanati. s. secuti sunt eum. hoc. n. Deus à te requirit in prophetam, sollicitum te ambulare cum Deo tuo. Sic etiā dicit Theophylactus. Grata. n. erat aīa cæci in eo, q sanus effectus lesum nō dereliquisset, sed secutus est eū. Secundo fuit, vt Christus ostenderet, q cæcos istos penitus illuminauit: in corpore enim eos illuminauit, quia cæcis visum dedit, siue eis qui nunq visum habuerant, siue qui illum perderant. Sic dicit Chryso. Præstat enim artifex quod natura non dederat: aut certe quod debilitas tulerat, donat: misericordia illuminauit in aīa, quia eis fidem dedit, & sui secutores fecit. Sic dicit Hierony. Qui ergo in Iericho contrafacti sedebant, & clamare tantum nouerant, postea sequuntur Iesum: & non tā pedibus, q virtutibus. Tertio fuit, quia isti cæci cū illuminati fuissent à Christo, audi facti mellifui sermonis eius, voluerunt sequi eum, sicut eum sequebantur alij, qui ab eo talia nulla receperant: & potissimè, quia cū nūc Christus ascenderet in Ierusalem, & erat ibi templum dñi, & tota religio legis, & sapientes, & sacerdotes, & caput totius gentis Iudeorum, putabant, q ibi aliqua magna Christus ostensus erat adhuc maiora quā in Galilæa ostenderat: ideo multi ex desiderio videndi hæc, sequebantur nunc eum ascendētem in Ierusalem. Quarto fuit, quia fortè Christus indidit mentibus istorum duorum cæcorum, vt ascenderent cum eo in Ierusalem, vt miraculum de illuminatione eorum manifestum fieret, & celebrius apparentibus eis, qui sanati fuerant: nunc enim volebat opera sua maiora, & manifestiora omnibus facere, cū morti esset propinquus: vt ait Remigius.

*Quomodo Christus permisit nunc istos cæcos secum ire, quos curauerat. Quest. CXXIII.*

**Q**VAERETVR, quomodo Christus permisit nunc istos cæcos secum ire, quos curauerat. Nam cū curauit arreptitios, & vn⁹ eorum vellet cum eo ire, non permisit Christus: sed dixit, q rediret ad domum suā, & ad suos, & narraret quæta fecisset ei Deo. Luc. 8. capitu.

Dicendum, q fuit hoc primò, quia in regione illa, in qua Christi sanauit illos duos arreptitios nihil aliud fecit, nisi hoc, & mittere demones i porcos, & statim reuersus est de regione illa, neq; erat ad eam reditur⁹ eum incole rogauerunt, q recederet, & ipse nō introiuerat in ciuitatem aliq: quia antequā introiret in ciuitatem occurrerunt ei ciues rogantes, quod recederet Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

A sup. 8. & Mar. 5. & cū nemo maneret ibi, qui prædicaret miracula illa duo, q Christus fecit: fuit conueniens, q dimitteret ibi illum arreptitiū, vt prædicaret facta Christi, ne abirent in obliuionem: & ita non permisit, q iret cū eo: sic colligitur Lu. 8. f. Dixit ei Iesus vade ad ad tuos: siue redi in domum tuam: & narra quanta fecit tibi Deus. Et sequitur, q ille rediit in ciuitatem, & prædicauit quanta fecisset ei Iesus. Isti autē duo cæci iam illuminati nō erant necessarii in Iericho, vt prædicaret id, q ibi fecit Christus, quia oibus erat notissimū, sed fuit conuenientius, q irent cū eo, vt viderentur in Ierusalem, & fidem facerent de miraculo nūc factō. Sic dicit Chryso. Hic autē necesse est quæri, cū ipse demoniacum quidem curati sequi prohibet: cæci autē illuminati sequentē non prohibet. Sed neutrum irrationabile puto: ill. n. mittit pconē, vt ex sua p sistentia bene factorē prædicent erat. n. excellēs miraculū videre furiosum sanq mētis effectū: cæci verò permittit sequi, quia Ierosolymam ascendebat per crucem perfectur⁹ altum mysterium, vt recentē habentes miraculi mentionem, non existimarent eum infirmitat eporius quā misericordia pati. Secundo fuit, quia non ascendebat sic cæci illuminati cum Christo sicut arreptitius sanatus ire volebat. Nam ille volebat ire in familia eius, vt esset discipulus eius, & de familia eius. Sic patet Luc. 8. cap. f. Rogabat illum vir, à quo demonia exierāt, vt esset cum eo. Nam si solū vellet sequi eum ad audiendum verbū eius, non oportebat peti ab eo licentiā neque p solum, sed poterat ire sequendo Christum p loca, per quæ ille iret, & audiret verbum eius, sicut oīs turba audiebat, & ipse neminem audire prohibebat, sed potius ad audiendum oēs incitabat, quia ad hoc se venisse dicebat Mar. 1. & Luc. 4. ca. Cæci autem illuminati non ibant in familia Christi tanquā discipuli eius, & de domo eius effecti, sed sequebantur eum sicut cetera turba sequebatur: iō non erat aliqua causa repellendi eos neq; recipiendi, neq; etiam illi se recipi petierunt: vnde fortassis si peterent, non reciperet eos. Tertio, quia dato, q cæci illuminati peterēt à Christo se recipi ad familiam illius, fortè illos reciperet, & arreptitium sanatum non reciperet, quia Christus volebat ad confortiū admittere solū personas honestas, licet pauperes essent. eas verò, quæ infames, turpes, & abiectæ essent recipere non volebat, quia diminueret hoc de honore Apostolat⁹, & officio prædicationis, & prælationis, ad quod discipuli assumebantur: arreptitius autem ille fuerat multum abiectus, & infirmatus & vilificatus. Nam nudus ambulabat, & in monumentis dormiebat, & feritates exercebat, & multa demonia passus fuerat, ex quib⁹ vilis reddebatur, & verbum esset contemptibile in ore eius: ideo noluit eum. Christus recipere inter suos ad honorem discipulatus: cæcitas autem non infamat hominem de factō, neque contemptibilem reddit: ideo tales ad prædicationis officium, & prælationis dignitatem recipi poterant. Sed obicitur, quomodo ergo Christi misit illum ad prædicandum, si verbum in ore eius erat contemptibile? Dicendum vno modo, q Christus non mittebat eū ad hoc, quod haberet officium prædicandi, & discurreret de loco in locum, sicut Apostoli, & Discipuli ei⁹ discurrebant, quia ad hoc oportebat, quod eum doce-rēt, & daret ei potestatem faciendi miracula, sicut dedit Apostolis, & Discipulis, supra 10. & Mar. 6. & Luc. 9. & 10. cap. Et tamen neque eum docuit, neque potestatem aliquam ad miracula dedit: ideo non dedit ei officium prædicandi: sed fecit eum simplicem enarratorem beneficii sibi impensī: & adhuc non iussit, q ad hoc diuulgandum discurreret per diuersa loca, sed quod rediret in domū suam, & narraret quanta fecisset ei Deus, Luc. octauo: vnde inquam dixit, narra, D d 2 &

Et non dixit prædica, non fecit eum prædicatorem, sed simplicem relatores: & in quantum dixit redi in domum, ostendit quod non imposuit ei officium divulgandi hoc per diuersa loca. Secundò, quia dato, quod constitisset eum prædicatorem, non erat inconueniens, quia licet simpliciter loquendo in aliis regionibus esset cõtempibile verbum in ore illius, & non esset ille idoneus prædicator: tamen in regione illa, qui Christum non receperant, sed excluderant, non merebantur meliores prædicatores. Sic dicit Chryso. Quia n. beneficia adepti abigebant eum, non restitit, sed recessit: & eos, qui indignos se annunciauerunt eius doctrina, dereliquit: dans eis doctores a dẽmonibus liberatos, & porcorum pastores.

CAPITVLVM XXI.



**L**T cum appropinquasset Ierofolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos Discipulos, dicens eis: *Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam, alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.* Hoc autem factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam dicentem: *Dicite filia Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filii sub iugalis.* Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus: Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cederant ramos de arboribus, & sternerant in via: turba autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: *Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis.* Et cum intrasset Ierofolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: *Quis est hic: Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ.*

*Et cum appropinquasset. Descripta in præcedenti fundatione Ecclesiæ in fide, & doctrina: hic ponitur reprobatio synagoga Iudæorum. Et hoc triplici rone. Primò, quia Iudæi fuerunt contemptores diuinæ maiestatis. Secundò, quia fuerunt contradictores, & impugnatores diuinæ veritatis, seq. cap. Tertiò, quia fue-*

runt quantum in eis fuit damnatores diuinæ bonitatis, infra 23. cap. Prima diuiditur in tres partes: quia primò ostendit propositum in signo excellenti, & celebri. Secundò in signo potenti ibi. *Et intravit Iesus.* Tertiò in verbo rationabili ibi. *Quid autem vobis videtur.* Prima in duas: quia primò ponitur veritas adimpletio. Secundò Iudæorum cõtradictio ibi. *Cum intrasset.* Prima in duas, secundum quod Christus ostendit propositum suum per duplex celebre signum. Secunda ibi. *Plurima autem turba.*

*An ista sint continuata ad præcedentia. Quest. I.*

**Q**VAERETVR circa primum, an ista sint continuata ad præcedentia, & an sint facta immediatè vel interposito aliquo. Ad primum dicendum, quod est ordo continuus: nam Christus nunc ascendebat in Ierusalem, vt dicitur præcedenti capi. & dicitur quò in Iericho illuminauerunt duos cecos: hic autem ponitur, quò peruenient in Ierusalem, & quid ibi fecerit: ergo illud fecit ante istud, & non est anticipatio, neq; recapitulatio. Secundò, quia semper est stādum ordini literę, nisi aliqua ratio manifesta ostendat eum esse mutatum: & tñ hic non est aliqua ratio, quæ ostendat esse mutationem: ergo dicendum est, quod sit ordo continuatus, & rectus. Tertiò patet, quia oēs tres Euangelistę. i. Mattheus, Lucas, & Marcus. qui scribunt hæc, & præcedentia, concordant in hoc, quod ponunt præcedentia antequam ista, quæ hic ponuntur: quod non facerent, si non esset ordo rectus, quia saltem aliquis eorum discordaret i ordine, quod sepe facere solent. Et ita continuat Remigius dicens: *Narravit superius euangelista dominum egressum à Galilæa, & cepisse ascendere Ierofolymam. Postquã ergo ascendẽdo narravit quid in via gesserit, in capta intentione perseverans dicit, cum appropinquasset, Ierofolymam.*

*An ista sint immediatè facta post præcedentia &c. Quest. II.*

**Q**VANTVM ad s̄m quæretur, an ista sint immediatè facta post præcedentia, vel interiecto aliquo quanto tempore, vel interiectis aliis, quæ ad sacrã scripturam pertineant. Aliqui dicunt, quod statim fuerunt ista post præcedentia. Primò, quia non apparet contrarium: & iò sic tenendum v̄. Secundò, quia concordat in hoc Mattheus, & Marcus. nam sicut hic Mattheus statim post sanationem cecorum, de qua in fine præcedentis ca. (subdidit de appropinquatione ad Ierusalem. ita & Marcus facit, Mar. 10. cap. ideo credendum videtur, quod statim ista post illa fuerint facta. Dicendũ, quod si accipiatur, quod facta fuerint ista statim post præcedentia. i. paucò tempore interiecto, vel quasi nullo, satis hoc potest dici: nam vltimò narrat præcedenti cap. de illuminatione duorum cecorum, quæ facta est ad portam vrbis Iericho egrediẽte Domino de Iericho, vt patet præced. c. & Mar. 10. Hic autẽ d̄r de appropinquatione ad Ierusalẽ: & tñ de Iericho ad Ierusalẽ s̄m computationẽ terrę sanctę sunt solũ octo vel septẽ leucę: & hic agitur de Bethania, vel Bethphage, ad quæ venit anteq̄ Ierusalem, & distat Bethania à Ierusalem vna leuca, vt patet ex eadem descriptione terrę sanctę, vel quindecim stadiis, vt d̄r Io. 1. cap. & ad idẽ redit: & ita inter præcedentia & hæc non fuit nisi spaciũ quinq; vel sex leucarum. i. temporis, in quo leucas illas Dominus perambulauit. Nam non moratus est, quia recto gressu procedebat tunc in Ierusalem, cũ ipse dixerit: ecce ascendimus Ierofolymam.

Aliter

Aliter adhuc potest dici, quod inter præcedentia, & hæc non fuerit aliquod tẽpus: quia post curationem duorum cecorum præced. cap. d̄r, quod secuti sunt eum. i. comitabantur eum euntẽ in Ierusalem, sed illud signum ipsam progressionem itineris, quæ potest referri ad totum actum itinerandi vsque in Ierusalẽ: iò non est aliqua interpositio inter præcedentia & ista quantum ad tẽpus: sed quantum ad hoc, cũ dicitur hic, quod appropinquabat Iesus Ierofolymis, adhuc durabat ille actus, qui erat, quod ceci illuminati sequebantur eum. Si autem quaratur an inter præcedentia & ista interposita, aut facta fuerint aliqua, quæ pertineant ad sacrã scripturam, dicendum est sic, quia inter curationem cecorum, quæ fuit apud Iericho, & peruenientiam ad Bethphage, de quo hic dicitur, interpositum fuit aliquid, vel factum est simul cum illo: & est, quod ponitur Luc. 19. de Zachæo suscipiente Dñm, & de parabola hoĩs nobilis, quæ ibat, vt assumeret sibi regnum: & hoc rationabiliter patet, quia post illuminationem cæci subdidit Lucas de Zachæo suscipiente Dñm hospitio, & statim de parabola regni: & tunc addidit. f. & his d̄ctis procedebat ascendens Ierofolymã, & factum est cũ appropinquasset ad Bethphage &c. Sed dicendum an illa facta fuerint post cecorum istorum duorum illuminationem, de quibus præced. cap. dictum est, nõ apparet totaliter: constat tamen, quod si non facta fuerint post illa, quæ facta fuerunt quasi simul: & tñ Mattheus, & Marcus tacuerunt ea: Lucas verò ea expressit, sed tota diuersitas est, quia Lucas ponit sanatum cecum, Luc. 18. & statim ponit de Zachæo, & de parabola regni, Luc. 19. & tamen illa cæci illuminatio, quæ ponit Lucas, non est illa, quæ ponit Mattheus, & Marcus. præced. capi. & Mar. 10. vt ostensum fuit præced. cap. & hoc, quia illuminatio Luc. facta est ante introitum in Iericho: illa verò, quam Mattheus, & Marcus ponit, fuit facta statim post egressum de Iericho: sed de receptione Christi à Zachæo apparet, quod fuerit facta post ingressum Christi in Iericho: sed non apparet, an fuerit facta in ipsa ciuitate, vel in alio loco foris, quia dicitur Luc. 19. c. E ingressus perambulabat Iericho: & ecce vir nomine Zachæus. Et post pauca d̄r, quod videns Christus Zachæum dixit, Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Vnde si domus Zachæi erat in ciuitate Iericho, est dicendum, quod quasi eodem tempore fuit factum, quod d̄r de Zachæo post illuminationem cecorum inter exitum de Iericho, & progressionem Ierusalẽ: vnde in principio parabole dicitur, quod quia erat Christus iuxta Ierusalem, dixit illam parabolam: iò dicendum, quod tam quod dicitur de Zachæo, & parabola, quæ simul dicta est, fuerunt quasi eodem tempore cum illuminatione duorum cecorum, vel parum post, siue parum ante si in vrbe Iericho acciderunt.

Cum autẽ d̄r, quod facta fuerint ista statim post illa, quæ nõ apparet aliquid interpositum. Dicendum, quod licet Matt. & Mar. nihil interposuerint: tamen interposuit Lucas, & hoc sufficit. Ad s̄m dicendum, quod licet Matt. & Mar. concordet, ponendo statim appropinquationem ad Ierusalem, post illuminationem duorum cecorum, tñ nõ dicit, quod statim accidit hoc post illud, quia interdum multa iubticent Euangelistę, cũ non enarrant oia gesta Christi, sed multa omittant: Ioan. 20. cap. Et ideo licet vnũ post aliud ponant, potest esse, quod multa intercederint: potissimẽ, quia non eodem ordine referunt oēs Euangelistę ea, quæ referunt: licet ergo Mar. & Matt. ista continent, cũ Lucas aliquid interposuerit, magis standũ est illi, intelligendo vt supra declaratum fuit: an quod de Zachæo d̄r, fuerit ante illuminationem duorum cecorum, vel postea. Circa primum dicitur. *Et cũ appropinquasset.* Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

*quassent.* Iesus, & turba, quæ cũ eo ibant. Nam turba multa sequebatur eum egredientẽ de Iericho, præcedenti ca. & Mar. 10. *Ierofolymis.* Id est ciuitati Ierusalẽ. Non enim longe erat a ciuitate, quã fecit, quod sequitur, scilicet quod misit discipulos, quia erat apud Bethaniam, & Bethphage, quæ iuxta urbem sunt. *Et venissent Bethphage.* Locus paruus est circa Ierusalem in itinere venientibus de Iericho in Ierusalẽ. *Ad montem Oliueti.* i. venissent ad montem Oliueti: idẽ enim erat venire ad montẽ Oliueti, & Bethphage, cũ Bethphage sit in latere montis Oliueti, & vocatur mons Oliueti, i. oliuarum, quia in illo sunt magna prædia oliuarum. *Tunc Iesus misit.* Scilicet de monte Oliueti misit discipulos, quia erat circa urbem. *Misit duos discipulos.* Id est duos Apostolos, qui etiam vocantur discipuli, quia addiscebant: & tñ gradus superior eorum erat quod discipulorũ 72. & quorumcunq; aliorum. *Dicens eis.* i. iubens eis, quod sequitur. *Ite in castellum.* i. in ciuitatem Ierusalem, quæ erat fortior munita, sicut castella excelsa. *Quod contra vos est.* i. ex opposito situm est. Aliqui putant dictũ esse, quod est contra vos, i. inimicum vobis, sed falsum est. *Et statim inuenietis.* i. in introitu portæ, & statim vt peruenieritis illuc. *Asinam alligatam.* Circa portã vrbis erat alligata, vt eam accipere posset, qui operam eius desideraret. *Et pullum cum ea.* i. filium eius, qui cũ matre manebat ligatus. *Soluite, & adducite mihi.* i. tam asinã, quã pullum. *Et si quis vobis aliquid dixerit.* i. increpando, ne soluerent pullum, aut asinam. *Dicite.* i. nihil aliud respondeatis nisi hoc. *Quia Dominus.* i. Iesus. *His opus habet.* Id est indiget his. i. asina, & pullo: & vocauit se Dñm quasi alij intelligerent quæ discipuli Dñm vocabant. *Et confestim dimittet eos.* i. asinam, & pullũ, s. permittet, quod portetis ea non repugnando intentioni vestra. *Hoc autem totum.* Scilicet, quod Christus mitteret pro asina, & pullo, & quod adduceretur sibi ab Apostolis, & quod sederet super eos. *Factum est.* Dat cũ Mattheus istius facti Christi. i. quia alicui videretur hoc imprudenter, vel sine causã factũ. *Vt adimpleretur.* In Christo. n. impleta fuit ista propheta. *Quod dictum est per prophetam.* i. per Zachariam: *Zachæa 9. c.* quem absolute vocauit prophetam quasi anthonomasice ipse sit propheta. *Ecce rex tuus.* Propheta loquitur de Christo, qui Rex fuit. *Naita dixit Angelus.* Dabit ei Dominus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob: Luc. 1. c. & loquitur ad Sion, & Ierusalem: iò dixit: *Ecce rex tuus.* *Venit tibi.* i. ad te. Vel tibi, id est ad tuam vtilitatem. Ita enim nunc Christus veniebat ad vtilitatem Ierusalem si cognoscere voluisset: & hoc est, quod planxit Christus videns ciuitatem. i. si cognouisset, & tu, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis Luc. 19. ca. *Mansuetus.* Id est non cũ exercitu armatorum, neq; in apparatu faciendi superbiam. *Sedens super asinam.* Ita. n. venit ad urbẽ sedendo. *Et pullum filium subiugalis.* i. pullum filii ipsius asinę subiugalis. i. subiugo posita, vel iugo, i. seruitio assueta. *Euntes autem discipuli.* Illi duo, quos Christus miserat in Ierusalem. *Fecerunt sicut præcepit illis Iesus.* Scilicet soluerunt pullum, & asinam, & duxerunt ambos ad Christum. *Et adduxerunt asinam, & pullum.* i. de Ierusalem ad Christum in loco, in quo erat circa Bethphage. *Et imposuerunt super eum.* i. super pullũ. *Vestimenta sua.* Non habebat pullus stramenta, quia nondum quamquam super eum sederat: iò loco stramentorũ posuerunt vestimenta sua. *Et cum desuper.* i. Christum super pullũ cui imposuerant vestimenta sua. *Sedere fecerunt.* Id est Apostoli fecerunt eum sedere. Nõ intelligitur, quod fecerunt eum sedere, id est coegerunt, quia ipse sponte sedit, cũ ipse misisset pro asina, & pullo ad sedendum: sed fecerunt eum sedere, id est ministrauerunt eum sedendo, id est faciendo quod honeste ascēderet sicut famuli dominis obsequuntur quantum ad hæc.



Quare Christus fecit hac: scilicet mittere discipulos, quando erat circa Ierusalem porius quam alibi existens.

Quest. III.

QVAERETVR, quare Christus fecit hac. f. mittere discipulos, quando erat circa Ierusalem porius quam alibi existens. Aliqui dicunt, quia mittebat pro asina, & pullo, & illi erant ad ministerium pauperum, sed non ad longum, & diuturnum, ut multis posset pdesse, & non occuparet vnus totaliter illos in ministerio suo: si aut longè à Ierusalem esset, occuparet illos i logò ministerio: id nō misit, nisi qñ erat iuxta Ierusalem. Secundo posset dici, quòd quando Christus erat aliquantulum longè à Ierusalem, non progrediebatur continue, sed declinabat ad diuersa loca, & manebat ibi prædicando, vel alia faciendo: & tunc erat si peruacuum, q̄ haberet secum asinam, & pullum: qñ autem fuit prope Ierusalem, non erat iam declinaturus ad alia loca neque alicubi mansurus: ideo non misit ante pro asina sed tunc. Tertio potest dici, & adhuc melius, q̄ Christus non misit discipulos pro asina quasi pro necessitate, sed magis ad significandum, & ad ostensionem rerū, ut infra dicitur: & ideo non oportebat mittere pro asina ex longa distantia, sed solū ex aliqua. Ex illa, ex qua videri posset: & ideo ex illo, ex quo cepit videre Iesum, misit pro asina: & patet, quia Christus dixit discipulis: ite in castellum, quod contra vos est. Ex opposito: hoc autem non dicit nisi de re, q̄ oculis conspicitur, quia aliter nominasset locum ex nomine proprio: id dicendum, q̄ visa primum ciuitate, misit discipulos illuc. & hoc fieri poterat antequam ascenderet in montē Oliueti circa Bethaniam, & Bethphage, licet forassis ex aliis locis ante possit videri, aut videatur Ierusalem venientibus de Iericho contra Ierusalem. Quarto potest dici, & ex eodem sensu, quòd cum Christus nō faceret ad necessitatem corporis sui, sed ad ostensionem rerū, & ista ostensio facienda erat eis, qui veniebant de Ierusalē obuiam ei, debuit ex illo loco equitare, ex quo verisimile erat, q̄ poterat obuiari aliquibus venientibus de Ierusalem: & tñ ex descensu montis Oliueti multi de Ierusalē, qui exierunt obuiam comitabantur eum, ut colligitur infra in litera, & Luc. 9. cap. & Mar. 11. ideo aliquantulum ante hoc equitauit. Ex Bethphage, & patet hoc, q̄ statim, ut egreuit, misit mēto quō turba multa sternebat vestimenta in via, & cedebat ramos de arboribus. Quinto, quia dato, q̄ Christus vellet habere asinam, & pullum ad alium finem. Scilicet releuationem laboris itineris cū per diuersa loca transiret, & prædicaret, & prodesset illis, ab eis acciperet ista obsequia petendo equitaturas ab illis: & non mitteret in Ierusalem: sed qñ esset in territorio Ierusalem extra territorium aliorum locorum, esset conueniens mittere in Ierusalem, & ita fecit, quia cū fuit in Bethphage iuxta Ierusalem ad cōspectum illius, misit pro asina, & pullo.

Quid sit Bethphage. & vbi. Quest. IIII.

QVAERETVR cum dicitur, q̄ venerat Dominus Bethphage, quādo misit discipulos, qd sit Bethphage, & vbi.

Dicendum, q̄ Bethphage nomē loci est, qui est paruus locus, vel viculus, & est iuxta montem Oliueti: & ideo dicitur in litera: cum venissent i Bethphage ad montem Oliueti: est enim iste mons ex parte Orientali Ierusalem, & venientibus de Iericho versus ciuitatem occurrebat mons iste in medio circa Ierusalem: & quia Iericho est ad orientalem partem terræ promissionis, scilicet circa Iordanem, quæ est in parte Orientali Numeri 34. Cū veniret nunc Christus de Iericho, ad cuius portam & exitum illuminauerat duos

Fæcos, ut colligitur præced. cap. erat transitus per montem Oliueti. De Bethphage dicit Remigius, & Beda: Bethphage viculus fuit sacerdotū situs in latere montis Oliueti distans vno miliario à Ierusalem: Sacerdotes, n. qui per certos dies in templo deseruiebāt, cōpleto officio vicis suæ illuc diuertebant ad manendum: Similiter & illi, qui accipiebant officium illuc diuertebant, quia præceptum fuit in lege, ut nullus diebus sabbatorum plus quàm mille passus incederet. De hoc dicit Orige. q̄ Bethphage interpretatur domus maxillarum: quia maxilla propria erat pars sacerdotum in lege. Sed dicendum, q̄ istud pertinet ad sensum mysticum, & non est conueniens argumentum arguere ex significatione nominum propriorū locorum, quia cū ponantur ad placitum, non puenit nomen loci rebus, quæ in loco geruntur. Potissimè, quia maxilla non erat pars sacerdotum: nam de sacrificio holocausti nihil pertinebat ad eos, cū totum cremaretur: Leuit. 1. cap. præter pellem, quæ referuabatur: & ita pertinebat ad ius sacerdotis in molatris: Leui. 6. cap. De sacrificio pacifico pertinebat ad sacerdotē pectusculum, & armus dexter: Leui. 7. cap. De sacrificio autem pro peccato sacerdotis magni, vel populi, quia sanguis inferebatur in sancta sanctorum, nihil comedebat: sed totum ipsum animal cremabatur. De sacrificio pro peccato, vel delicto, quod non erat pro peccato totius populi, neque sacerdotis tota carnes ad sacerdotem immolantem pertinebant: Leui. 4. & 5. capi. 6. ideo non est verū, q̄ maxilla ad sacerdotem pertinebat s̄m legē. Quod autem dicitur, q̄ sacerdotes expleto officio vicis suæ diuenterent ad locum illum, non est verisimile, q̄ sacerdotes ministrabant distincti per vigintiquatuor fortes vel partes: & ita Leuita cantores 1. Paralip. 24. & 25. cap. & quælibet fors ministrabat vna hebdomada. Intraabant ad ministrandum Sabbatho, & exibant Sabbatho, ut colligit 4. Reg. 11. & 2. Paralip. 23. & ita in 24. hebdomadibus, id est in dimidio anni mutabantur omnes sacerdotum vices, quia fiebat ministratio omnium. Quando autem illi de vice vna fiebat ministratio suam: nō diuertebant in Bethphage, qui viculus paruus est, & est iuxta Ierusalē, quia hoc est si vna die, vel valde pauco tpe mansuri ibi essent: erant tñ iam cessaturi à ministratioe per mediū annum: & non erat necesse amplius redire in Ierusalē ad ministrandum vsque ad 24. hebdomadas: ergo non diuenterent in Bethphage, sed irent in loca, in quibus solebant manere: & ita non erat ad hoc Bethphage. Secundo patet, quia non erat possibile, quòd sacerdotes expleto ministerio diuenterent in Bethphage. Nā non possent ibi capi: erant enim multi sacerdotes cū essent distincti in vigintiquatuor partes, & in qualibet parte essent multi viri. Bethphage autē erat paruulus locus. Viculus. Tamen si illuc esset consuetum sacerdotes diuertere completo officio vicis suæ, omnes diuenterent, sed non erat possibile ibi eos capi, neque in multis talibus viculis. Tertio patet, quia hoc modo sacerdotes nunquam irent in ciuitates suas, & domos suas. Nam eo tempore quo sacerdotes ministrabant manebant in templo, & non egrediebantur de circuitu templi: sed manebant ibi in custodia suis, ut colligitur 1. Paralip. 9. cap. & 2. Paralip. 22. & 23. & 4. Reg. 11. capit. & hoc fiebat, ut eo tempore sacerdotes non possent diuertere ad alias occupationes, & potissimè, ut non miscerentur vxoribus suis, & idem colligitur, Luc. 1. c. de Zacharia patre Ioannis Baptistæ, qui erat sacerdos, & eo tempore, quo accidit eum ministrare apparuit ei angelus. Et dicitur ibi, q̄ cōpletis diebus officij abiit: & ita videtur, q̄ quandiu ministrabat non poterat exire de templo: si autem qñ non ministrabat, completo ministerio diuenterent in Bethphage.

Eleazar filius Aaron summus sacerdos.

vt ibi manerent quousque iterum ministrarent, nullum esset tempus, in quo irent ad vrbes suas, & manerent in eis: & ita superuacuum esset, quòd vrbes haberent. Sed hæc falsa sunt: quia Leuitis & Sacerdotibus data erant quadraginta octo ciuitates, siue oppida, Num. 35. c. Et de istis erant tredecim, quæ pertinebant ad sacerdotes: cæteræ autem ad Leuitas: Iosue 21. c. Et ille tredecim erant in tribu Iuda & Symeon Iosue 21. c. Patet etiam hoc Iosue 24. c. vbi dicitur de Eleazar, filio Aaron sacerdote summo, qui sepultus est in Gaas ciuitate, quæ data erat ei in monte Ephraim. Habebant ergo sacerdotes vrbes, in quibus manebant, & suburbana: ergo non est verum, quòd quando fiebant ministratioem suam, diuertebant in Bethphage. Quarto patet, quia ita fuit de Zacharia patre Ioannis Baptistæ, qui ut dicitur Luc. 1. c. ministravit in ordine vicis suæ, & cū completi essent dies officij eius, abiit in domum suam: constat tamen, q̄ domus sua non erat in Bethphage, sed in quadam ciuitate Iudeæ, quæ erat in montana siue deserto: sic patet Luc. 1. c. exurgens Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione, in domum Zachariæ. Bethphage autem non erat ciuitas Iudæ, sed terre Benjamin: quia erat vno miliario distans a Ierusalem: & Ierusalē est in sorte Benjamin. Iosue 18. ca. Etiam quia locus, in quo erat domus Zachariæ erat ciuitas, cum dicitur in ciuitatem Iudæ, & tamen Bethphage non erat ciuitas, sed vicus paucarū domorum, ut doctores Beda, & Remigius dicunt.

Item quia Bethphage non erat in montanis, sed erat in latere montis Oliueti: maximè quia ciuitates sacerdotum erant in sorte Iudæ, & Symeon. Iosue 21. c. & in sorte Iudæ est quedam, quæ vocatur montuosa: alia, quæ vocatur desertum. Iosue 15. & in deserto illo erant ciuitates quedam datae sacerdotibus, & in vna illarum morabatur Zacharias: & ita non est verum, q̄ Bethphage esset vicus sacerdotum: iad quod illi declinarent consumato officio suo. Sed potest concedi, quòd erat locus sacerdotum: quia forte parabant ibi hostias animalia, quæ ad sacrificium erant necessaria, vel alia quæ ad libamina pertinebant, eo quòd locus ille erat propè Ierusalē.

De monte Oliueti dicendum, q̄ erat mons iuxta Ierusalē, & distabat a Ierusalem per dimidiam leucā, vel per mille passus, quod idem est. Sic patet Act. 1. c. Reuersi sunt Ierosolymam a monte, qui vocatur Oliueti. Qui est iuxta Ierusalē, Sabbathi habens iter: & tamen iter Sabbathi est mille passuum. Quantum licebat Iudæis Sabbatho ambulare: & hoc erat per mille passus: erat autem iste mons cōtra orientem respectu Ierusalem, & in illo fecerat Salomon tēpla idolis vxorum suarum, quæ permanserunt vsq; ad tempora Iosue regis. 4. Reg. 23. ca. Ipse enim deleuit illa. Et de illo monte ascendit Christus in celum. Fit magna mentio in scriptura de isto monte, eo quòd erat iuxta Ierusalem. In isto monte dicitur Deus aliquando appariturus, Zacha. 14. Et stabunt pedes eius in die illa sup montem oliuarum, qui est cōtra Ierusalē ad Orientem: & scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem prarupto grandi, & separabitur medium montis eius ad Aquilonem, & medium ad Meridiem. Vocatur autem iste mons Oliueti, vel oliuarum: quia abundat oliui, cū sint ibi prædia oliui plena: & ideo aliquando vocatur mons oliuarum, & aliquando Oliueti, quod idem est: Et etiam vocatur interdum filius Olei, ut dicitur Ios. 5. ca. Vine facta est dilecto meo in cornu filio olei. Cornu dicit extremitatem, sicut dicimus dextrum, vel sinistrū cornu altaris. Quòd vinea illa erat in quadam extremitate montis oliuarum. Et vocatur filius Olei, quia sub oleo est, quia oliuæ super illud crescunt, & se extollunt;

& omne, quod alteri subditum est, vel minus vocatur filius. Sic Ierusalē vocatur filia Sion, quia est subdita monti Sion. Quia ciuitas circumfunditur lateribus montis, & vertex montis supereminet vrbi: Ad istum montem venit nunc Christus de Iericho, ut transiret in Ierusalē.

Quare Christus misit discipulos pro asina. Questio v.

QVAERETVR, quare misit Christus discipulos pro asina. Aliqui dicunt, quòd Christus labore itineris fatigatus voluit releuare illum equitando: & ideo misit pro asina, cū illa esset in promptu. Dicendum, q̄ verum est, quòd Christus fatigabilis erat, & sæpe fatigabatur labore motus & operationis. Primum patet, quia Christus assumpsit veritatem naturæ humanæ, quæ in se fatigabilis est. Verum est autem, quòd non suscepit omnes defectus & passiones eius, sed quasdam passiones. Illas, quæ veritatem naturæ ostendebant, & quæ ad opus redemptionis necessariae erant: redempturus erat Christus homines liuoribus suis Ios. 33. Ideo necesse erat, quòd pati talia posset: & simile est de fatigatione: ideo etiā illam assumpsit: sed verum est, quòd quascunq; passiones assumpsit, spontè accepit: ipse quippe cū esset dominus naturæ potuisset naturam humanam sine his passionibus assumere: sed quia illas spontè assumere voluit, patiebatur eas postea naturaliter: & affligebatur in eis, sicut ceteri homines. Secundum patet, quia aliquando legimus Christum fatigatum, & tūc se apodiabat, ut recrearetur paululum. Sic dicitur Io. 4. ca. Quòd Iesus fatigatus labore itineris, sedit ad fontem. Verum est autem, quòd poterat Christus, quando istæ passiones venirent, auferre illas. Scilicet fatigationem, dolorem, so-porem, famem, & frigus, & tamen hoc faceret opere diuino & non humano. Et quia ipse circa se rarò volebat miracula exercere, tolerabat istas passiones, quando accidebant, & ita sæpe fatigaretur labore itineris, & posset indigere recreatione, vel equitatura ad releuandum laborem. Sed dicendum, quòd nunc non petiuit asinam ex hac causa.

Primo, quia licet interdum Christus itineris labore fatigaretur, cū ex quo prædicare cepit, semper per diuersa loca pedester discurreret: tamen nunquam legimus eum petiuisse equitaturā ab aliquo, neq; nunquam equitasse: non ergo peteret nunc ex hac causa. Secundo quia dato, quòd ad releuationem peteret, nō mitteret discipulos suos duos in Ierusalē pro asina: quia facilius erat per loca, per quæ transibat equitaturam aliquam petere, & spontè ei daretur. Tertio, quia si ad equitandum solūm faceret, sufficiebat adduciasinam solam, vel pullum solum: & tamen vtrunq; iussit duci: ergo non erat ad releuandum laborem, sed ad aliam causam. Quarto, quia non erat verisimile, q̄ ad releuandum laborem faceret, quia hoc faceret in medio itineris, vel cum multum de eo superesset: & tamen misit pro asina, & equitauit iuxta Ierusalē vix miliario vno, & sic introiuit in vrbe, ergo non fiebat pp fatigationem. Sed dicendum, q̄ solūm factum est ad implendum prophetiam dictam: oportebat. n. q̄ Messias intraret in Ierusalē equitans super asinā: & patet hoc ex litera, cū dicit Matthæus. Hoc totū factum est, ut impleteret, quod dictum est per prophetam. Et ita nulla alia necessitate stāte petiuit asinam, licet nullam tunc peteretur fatigationem, & hoc a propinquo petiuit illam: quia satis erat ad implendum dictum propheticum intrare in Ierusalē super asinam equitando.

Quare

Nonnullorum resp. ad questū questio. 1. Doct. resp. ad questū questio. 1. Primum.

Vera causa quare Christus misit discipulos pro asina.

Quare Christus cum aliis intrauerit in Ierusalem non introiit tunc equitans super asinam. Quæst. V I.

QVAERETVR, cum Christus miserit nunc pro asina ad implendum dictum prophetæ: quare cum aliis intrauerit in Ierusalem, non introiit tunc equitans super asinam.

Dicendum quod ad implendum dictum propheta sufficiebat venire semel super asinam, quia propheta non dixit, quod sæpe veniret equitans super asinam, sed quod veniret equitans super asinam, & ideo siue nunc, siue ante hoc veniret equitans sufficeret ad implendum vaticinium. Sed dicendum, quod nunc fuit conueniens venire sic, potius quam alio tempore, eo quod istud fiebat ad ostendendum se regem. Nam dicitur: Ecce rex tuus venit tibi sedens super asinam. In eo ergo, quod super asinam veniebat, ostendebat se illum esse, de quo prophetæ loquebantur: & tamē Christus non voluit ante hoc se ostendere regem, sed nunc in fine vite: ideo non debuit ante hoc sic intrare, & sic ita multa alia Christus tacebat dum viueret, quæ propinquus morti declarauit: sicut quod esset Christus, & filius Dei prædicari noluit quamdiu viueret, sed in ultimo die vitæ, cum esset ante Caiphā ipse asseruit se esse filium Dei, Mar. 14. cap. Secundò, quia Christus circa mortem suam omnia egit clariora, tam in verbis, quam in dictis. Nam prius erat periculum aliquod, si se ostenderet: quia vel impediretur passio sua, vel acceleraretur, & non posset omnia consummare, quæ intēdebat: circa mortem autem non erat inconueniens, licet mors acceleraretur: ideo tunc omnia clariora faciebat. Sic dicit Chrysof. Postquam dominus suæ virtutis sufficientem experientiam dederat, & crux inflabat in ianuis, omnia cum maiori agit claritate, quæ aduersarios in flammatura erant: & ideo quāuis multotiens prius ascenderit Ierusalem: nunquam tamē cum tanta excellentia sicut modo. Tertio, vt non esset Iudæis occasio exultationis, quod cum ex ignorantia occidissent, ideo nunc clariora opera quam prius agit, vt agnoscere possit quod Messias sit, & si agnoscere noluerint, non habeant excusationem. Sic dicit Theophylactus. Equitans super asinam venit, vt si velint, valeant gloriam eius cognoscere, & prophetias de eo compleras scirent, & quod est verus Deus: si verò noluerint, maus fieret eis præiudicium, quia tot apertis, & claris miraculis non crediderunt.

Quare Christus misit duos discipulos pro asina & pullo. Quæstio VII.

QVAERETVR, cum Christus misit pro asina, & pullo quare misit duos discipulos.

Aliqui dicunt, quod hoc fuit, quia ita Christus facere solitus erat. s. quod nunquam vnum mitteret, sed duos. Sic dicitur Luc. 10. c. quod misit illos binos ante faciem suam. Dicendum, quod non sit propter illud: quia illud non fuit dictum de apostolis, sed de discipulis. Nam vltra duodecim, quos elegit & apostolos nominauit, Luc. 6. c. accepit alios septuaginta duos, qui solū erant discipuli, & non apostoli, de quibus dicitur Luc. 10. Post hoc designauit alios septuaginta duos discipulos. i. post apostolorum electionem, & potestatem eis traditam, designauit septuaginta duos discipulos. Et de istis dicitur, quod mittebat eos binos ante faciem suam in omnem locum, in quem ipse erat venturus, isti autem, qui misit sunt apostoli erant: ideo non competeat eis illud. Sed dicendum, quod licet apostoli non essent sub illa lege, quod bini mitti deberent, misit eos nunc duos. Primò, quia honestius erat duos mittere, quam vnum quantum ad personas ipsorum

F missorum. Nam quando duo sunt, vnus testimonium alteri perhibet an bene, vel male egerit: Etiam vnus est alteri causa honestatis. s. ne ad malū occasio ei sit: solus enim neminem erubescit: duo autem si fuerint, vnus alterum erubescet, & erit ei quædam necessitas probitatis, nisi ambo mali sint, & in malo participes: Christus autem habebat discipulos, ad quos pertinebat custodia honestatis: ideo conuenientius erat eos ire binos, quam solos & singulares mitti. Secundò ex causa mittentis: honestius enim representatur mittēs per duos, quam per vnum: potissimè quia nunc Christus omnia agebat cum quadam claritate ante mortem, vt Chrysof. dicit: ideo duos mittere debuit: sic enim & ad parandum Pascha duos discipulos misit Mar. 14. cap. Tertio fuit fortè ex conditione actus, vt melius exercerent, iusserat enim Christus eis deferre asinam, & pullum, quod aptius facerent duo quam vnus: ideo conueniens fuit duos mittere.

Qui fuerunt isti duo discipuli. Quæst. VIII.

QVAERETVR, qui fuerunt isti duo discipuli. Dicendum, quod non apparet qui essent: quia nemo trium euangelistarum, qui hanc rem scripserunt, scripsit hoc. Aliqui autem dicunt, quod fuerunt Petrus & Ioannes, vel Iacobus & Ioannes. Nam istos tres habebat Christus familiares sibi super ceteros, ut patet in suscitatione puellæ, supra 9. & Mar. 5. & Luc. 8. & in transfiguratione, supra 18. & Mar. 9. & Luc. 9. Et in passione infra 26. ideo duos de istis mitteret. Sed poterat dici, quod cum illos tres haberet velut honorabiliores inter ceteros, quod committeret eis ministraciones clariiores, ire autem pro asina & pullo non videbatur talis ministratio: ideo sufficiebat quemcunque mitti. Dicendum, quod verum est, quod ministratio non erat excellens, & tamen etiā circa res minimas, si vnus committeret potius quam alteri, videbatur quandam specialem gratiam, & acceptiōnem illi habere circa Christum. Et patet, quia parare cibos similis ministratio est. s. nullius honoris: & tamē ad istam faciendam misit Christus Petrum & Ioannem, quando vltimam cenam parari fecit, vt patet Luc. 22. c. ita ergo: & nunc verisimile est, quod illos duos mitteret: & maximè quia mittebat eos coram Iudæis, qui eis repugnaturi erant super pullo & asina ducendis: & ipsi dicturi erant, quod Christus mittebat eos: ideo honorabilius erat, quod tunc duo apparerent misit quam vnus, & quod isti essent de præcipuis. s. Petrus & Ioannes: credendū est ergo, quod illi fuerint. Alia causa est, quia dicitur quod erant duo, & non dicitur, qui erant. Nam verisimile erat, quod præcipui essent, & ideo quod nominum expressiōne opus non esset, sicut & de paratione ciborum dicunt Euangelistæ, quod duos discipulos misit non expressis nominibus: & Lucas expressit, quod illi essent Petrus, & Ioannes.

Quomodo potest stare, quod Christus miserit pro asina, & pullo quando erat iuxta Bethphage: cum Mar. dicat contrarium. Quæstio IX.

QVAERETVR, cum dicatur hic, quod hoc factum est. s. quod miserit Christus pro asina, & pullo, quando erat iuxta Bethphage, quomodo potest stare: quia Mar. 11. dicitur quod hoc fecerat, quando ierat iuxta Bethaniam. Dicendum, quod non est aliqua difficultas in hoc: quia Christus appropinquauit ad Ierusalem, cum veniret in Bethaniam, & cum veniret in Bethphage, & hoc quia vnus locus circa alterum est, & ideo appropinquando vni appropinquamus alteri. Hoc patet, quia ambo sunt in monte Oliueti.

Nam Bethphage est in monte Oliueti, vt dicitur hic A. s. & venisset Bethphage ad montem Oliueti. Bethania etiam est in monte Oliueti, Mar. 11. Appropinquauerunt Ierusalem, & Bethaniam ad montem Oliueti: sed mons Oliueti, & Oliueti idem sunt. Aliqui ergo dicunt propter istud quod Bethphage, & Bethania sunt idem locus numero, habens multa nomina, sicut Ierusalem vocatur multis nominibus, & ita vnus euangelista dixit Bethphage, alius Bethaniam: in se non differunt. Dicendum, quod non stat, quia oportet poni duo loca esse. Sic patet Luc. 19. c. vbi ambo ponuntur: dicitur enim: Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage, erat viculus sacerdotum in monte Oliueti, Bethania quoque villula, siue ciuitas in latere montis eiusdem: & licet ista duo loca sint inter se propinqua, & ambo circa montem Oliueti. In latere eius: tamen Bethania magis distabat a Ierusalem quam Bethphage: distat enim Bethania quindecim stadiis Io. 11. & est leuca vna. s. passus duo millia centū & viginti quinque. De Bethphage dicitur solet, quod minus distet, scilicet, vno milliario, id est, mille passibus a Ierusalem, vt ait Remigius. Sed hoc non est omnino certum. De monte enim Oliueti manifestum est nobis, quod mille passibus distet ab vrbe. Act. 1. c. s. iter habens sabbathi: & tamen iter sabbathi erat mille passuum. Bethphage autem est in latere montis Oliueti: ideo potest plus aut minus distare, sed in hoc parum differt: sed hoc nobis constat quod Bethania, & Bethphage propinqua sunt, & ideo appropinquando vni appropinquatur alteri, & sic acceperunt Mat. & Mar.

Quare Christus dixit, ite in castellum, quod contra vos est. Quæstio X.

QVAERETVR, quare dixit ite in castellum, quod contra vos est. Dicendum, quod hic accipitur pro Ierusalem, & valde largè vsus est nomine per Tapinosin figuram, quæ est humiliatio rei magne: vt si dicatur mare gurgis, ita Ierusalem, quæ erat magna ciuitas domina gentium: Thren. 1. c. Facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub-tributo. Vocatur hic castellum, quod ad locum paruū pertinet, est enim castellum locus fortis & munitus & paruus, qui magis fortalicium dicitur, quam locus habitacionis: & tamen Ierusalem erat ciuitas magnæ habitacionis, ideo largè castellum dicitur. Aliqui autem dicunt, quod Christus vocauit eam castellum diminuendo eam ex nomine, & hoc ex indignatione, scilicet, quia erat locus inimicus sibi. Et hoc dicunt expressisse Christum, cum ait, quod contra vos est. i. inimicum vobis & mihi. Sed dicendum, quod non stat: quia non dixit, quod contra vos est. i. aduersatur vobis, sed contra vos est, id est, ex opposito, vel a fronte est. Ibat enim Christus in Ierusalem, ideo necesse erat, quod quando primò inciperent videre urbem, illa esset ex opposito contra frontem ipsorum, quia non recedebant ab ea, neque etiam erat ex latere aliquo: sed ad ipsam ibant, ideo contra eos erat. Castellum ergo vocauit Christus nunc Ierusalem: quia ex parte, ex qua videbat eam, apparebat fortalicium illius, scilicet, mons Sion, vbi erat templum, pars autem plana & populosa occultabatur: ideo ad modum castelli, vel fortalicij erat id, quod Christus de Ierusalem tunc videbat: & sic potuit eam tunc vocare castellum, & tñ quoniam non videbat eam, sed loquitur de ea, vocat ipsam ciuitatem, vt infra 26. c. ite in ciuitatem ad quendam, & dicit ei. s. ire in Ierusalem, & parate Pascha. Nec inuenitur in aliquo loco euangeliorum, quod Christus vocet Ierusalem castellum, nisi in loco isto, eo quod tunc loquitur vidēs eam ex opposito, vt dictum est.

Quid per castellum Christi intellexerit.

Cuius erant asina & pullo, vel qua de causa erant in Ierusalem. Quæstio XI.

QVAERETVR de asina ista, & pullo, quos Christus nunc duci iubet, cuius erant, vel quomodo se habebant. Aliqui dicunt, vt Nicolaus, quod ista asina erat communis. s. erat de bonis publicis, & erat posita ad vsuū communem pauperum, vt qui indigeret ea tolleretur eam, & daret ei cibum, quando operabatur in ea, & factò opere reducebat eam ad locum determinatum, vt alius indigens posset eam accipere: & cum ea nutriebatur pullus eius ad simile opus, vt cum esset fortis applicaretur laboribus.

Sed dicendum, quod istud non est satis probabile. Primò, quia si hoc esset, non esset nouum in ciuitate Ierusalem, sed antiquum, & apud omnes notum, & ita omnes discipuli, qui sciebant consuetudines vrbs Ierusalem, scirent de asina illa & pullo: & non oportebat illis dicere: Ite, & inuenietis asinam in tali loco. s. in introitu vrbs, sicut Mar. & Luc. Expresserunt Mar. 11. & Luc. 19. Hoc enim ad explicandum rem ignotā ponitur: ideo videtur, quod ipsi nesciebant aliquam talem asinam de publico esse, sed erat alicuius priuati: simili modo certificandi vsus est Christus, quando voluit ostendere discipulis, vbi pararent ei Pascha: illi enim dixerat: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Et ait Christus, ite in ciuitatem, & occurrat vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus: magister dicit, vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem: & ipse demonstrabit vobis cenaculum grande stratum, illic parate vobis. Ibi manifestum est, quod nesciebant discipuli locum, sed Christus direxit eos ad rem ignotam per signa, Mar. 14. Ita ergo hic. Et licet Matth. hoc breuiter dicat, tamen Mar. & Luc. expriment de pullo, quod nullus hominū super illum adhuc sederat: & tamen si de publico ista essent, scirent discipuli de asina & pullo, & non oporteret eis dici, vbi erant asina, & etiam qualis erat pullus: quæ tamen Christus expressit, ideo videtur quod alicuius priuati erant asina & pullus. Secundò patet, quia Christus nunciavit eis, quod aliquis eos impediret, quando vellent soluere asinam & pullum: & dixit eis qualiter responderent. Si tamen essent de communi, & ad opus pauperum assignati, nemo eos impediret: aut ipsi scirent, si aliquis posset eos impedire, & ipsi quærerent a Christo, quid facerent, si ab aliquo impedirentur: & tamē non quæsierunt, sed ipse instruxit eos nihil quærentes: ideo videtur, quod ipsi nihil sciebant de asina, & pullo: & sic erant alicuius priuati. Tertio patet, ex modo excusationis, quem dedit eis, scilicet, quod si quis diceret eis quare solvebant asinam & pullum, dicerent: Dominus his opus habet. Et ita videtur, quod permittentur portare asinam & pullum: quia dominus, id est, Christus indigebat: & nemo esset, qui ei rem suam negaret, vel saltem ille, ad quem pertinebant asina, & pullus non negarent: talia enim signa & causas petendi: & obtinendi Christus ponit, quādo solet petere res priuatorum: sic enim quādo misit ad petendum locum, in quo manducarent Pascha, dixit discipulis, quod dicerent, magister dicit, vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem: & tamen constat, quod ibi petebatur locus a priuato, qui tamen concessurus erat, cum diceretur ei: magister dicit &c. & similis modus ponitur hic, scilicet dicitur, quia dominus his opus habet: ergo videtur, quod ad priuatum pertinebat asina & pullus. Quarto, quia dixit eis, & confestim dimittet eos. Et ita prænunciatur hoc discipulis, quasi ipsi nesciret, an dimitterentur portare pullum, & asinam ad non: & tamen si essent de publico, scirent apostoli Christi an quis



an quis premitteret vel impediret. Quinto, quia ex hoc quod dixit, cōfessim dimittere eos, videtur innuisse, qd aliquis habebat specialiter ius super pullum, & asinam, qui poterat prohibere, vel permittere portari: quod non fieret, si de publico essent. Sexto patet & edictacius: quia pullus & asina habebat dominum, vel plures dominos, ergo non erant positi de publico ad prædictum usum. Sic patet Luc. 19. c. f. soluentibus autem eis pullum dixerunt domini eius ad illos, quare soluitis pullum? illi dixerunt: quia Dominus necessarium habet. Idem asserit Chrysostr. dicens: Quis enim suavit dominis iumentorum. i. pulli & asinae nolle contradicere, vel nolentes silere, & concedere, & iterum dicit: magis aperiens hoc, scilicet, intelligibile est, quod animal postquam ingressum est in Ierusalem ad dominum suum remissum est a Christo. Hoc enim tenendum est: & nō quod esset de publico ad usum pauperum: Potissimè quia non videretur hoc conuenienter factum. Nam si aliquod animal sic esset positum, periret: quia cum ad publicū pertinere, nemo illius diligentem curam gereret, & cito periret.

Ad quid Christus dixit discipulis, quos mittebat: statim inuenietis asinam. Questio XII.

QVAERETVR, ad quid dixit Christus discipulis, quos mittebat: Statim inuenietis asinam. Aliqui dicunt, qd Christus dixit hoc ad ostendendum sapientiam diuinam in se, scilicet, quia futura purè cōtingentia certissima veritate prædicebat. Sed dicitur, quomodo stabit hoc si teneatur, vt communiter dicitur, qd asina, & pullus de publico erant: nam non oportebat tunc aliquod prædicere apostolis, quia ipsi sciret locum, in quo asina, & pullus essent: & ita superuacuum esset circa hoc eos instruere. Dicendum, qd illa positio non est vera, vt dictum est præcedenti questione, quia asina, & pullus ad priuatos dominos pertinebant, & non ad publicam rem: & tamen si teneretur, quod erant de publico, non obstarer ista ratio, quia licet apostoli essent certi de loco, in quo asina & pullus religari solebant, & vbi possent inueniri: tamen non essent certi de tempore, scilicet, an quando illuc irent inuenirent eos, quia cum ad hunc usum essent assignari, vt dicit illi, qui hoc asserunt, fortè alius tulisset eos ad usum suum, & non possent inuenire illos, & redirent vacui: Vel fortè discipuli, si prudentes essent hoc quærerent dicentes: Quid faciemus, si non inuenimus pullum, & asinam in loco solito? & Christus a se rens eis istud dubium dicit, statim inuenietis, scilicet, statim vt veneritis ad locum, in quo solent religari inuenietis illos. Sed quia ista positio non est vera, vt dictum est præcedenti questione, non oportet excusare illam, sequendo eam. Ideo dicendum, qd dixit Christus statim ad designandum discipulis locum, in quo inuenirent asinam, & tempus. Nam supposito, quod ista animalia pertinebant ad priuatos, nescirent discipuli, vbi ea quærerent, aut quando inuenirent: ideo oportuit, qd assignaret locum. Voluit ergo dicere Christus, quod statim vt discipuli intrarent portam vrbis inuenirent in calle, ante portam cuiusdam domus pullū, & asinam ligatos, & ad hoc dixit statim inuenietis, id est, statim vt ingressi fueritis in urbem: & per hoc notificabatur eis locus & tempus, scilicet, qd non oportebat vagari per urbem ad quærendum, sed in introitu vrbis inuenirent: & etiam quod nō oportebat ibi diu expectare, sed statim vt ingrederebant inuenirent: & hoc patet, qd Mar. & Luc. hunc sensum expresserunt. Nam Mar. 11. ca. dicitur: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim introeuntes illic inuenietis pullum, & Luc. 19. c. dicitur: Ite in castellum, quod contra vos

est, in quod introeuntes, inuenietis pullum. Sed Matthæus breuiter dixit, Marcus verò cōuenienter & sufficienter expressit, tam locum quàm tempus, dicens: Et statim introeuntes, illic inuenietis pullum. Introeuntes dicit locum. Statim dicit tempus, & locū, scilicet, statim post introitum, siue vltra portam vrbis: tale autem signum dedit Christus duobus discipulis, quando misit eos post parum ad parandum Pascha in domum incertam, & illis ignotam, scilicet. Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum, & quocumque introierit dicite domino domus: Magister dicit, vbi est refectio mea? Et ille ostendet vobis cenaculum grande stratum: & illic parate vobis: Mar. 14. c. Sed obijcietur, quod non intelligatur sic, scilicet, quod post introitum vrbis statim inuenirent asinam, imò antequam intrarent in urbem in via ante portam eam inuenirent: quia dicitur Mar. 14. ca. f. & abeuntes inuenierunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio & soluerunt eum. Dicendum, qd asina, & pullus intra ciuitatem erant apud portam domini sui. Nam vt dictum est præcedenti questione non pertinebant ad rem publicam, sed ad priuatos: & ideo dominus suus ante portam tenebat eos ligatos: quia fortè aliquid volebat operari cum asina. Et cum dicitur, qd erant ante portam foris, non est intelligendum de porta vrbis, sed de porta domini eorū. f. quod statim, vt introierit in urbem, occurrebant disinctione duarum viarum, quam Marcus biuium vocat, & in illa interfectione erat domus domini pulli & asinae, & ante ianuam, id est, coram ianuā illius foris. i. non intra domum erant asina & pullus. Necessè est autem sic intelligi. Nam aliàs non poterunt concordari euangeliste: imò ipsemet Mar. sibi repugnabit. Nam dicit: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim introeuntes illic, inuenietis pullum, ergo oportebat, qd prius introirent, & postea inuenirent: Etiam Luc. 19. dicitur, ite in castellum, quod contra vos est: in quod introeuntes inuenietis pullum: ergo intra portā ciuitatis erant, sed erant extra portam domus domini sui coram illa in biuio.

Quomodo dicitur hic, inuenietis pullum, & asinam: cum Mar. dicat tantum pullum. Quest. XIII.

QVAERETVR, cum dicatur hic, quod inuenirent pullum & asinam, quomodo stare potest: quia Mar. 11. dicitur, quod inuenirent pullum inueniens, quod non esset ibi asina. Nam dixit, inuenietis pullum ligatum, soluite, & adducite mihi. Dicendum, quod verè erant ligati simul asina, & pullus, qui erat filius eius, vt dicitur in litera. Ad dictum Mar. dicendum, qd ille de asina subtrahit, dicens de solo pullo, sicut & multa alia tacet vnus euangelista, quæ exprimit alius: & multa sunt, quæ omnes euangeliste tacent: quæ, si scriberentur, mundus non caperet. Ioa. 21. c. & locus ab auctoritate non tenet negatiuè. Sed adhuc obijcietur, quod non sit verisimile hoc subtraxisse Mar. si fuisset: quia si semel de hac re loqueretur, & taceret de asina, esset probabile, & tamen sæpe de hoc loquitur, & nunquam dixit nisi de pullo. Inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit, soluite illum, & adducite mihi. Et iterū si quis dixerit vobis, quid facitis? dicit, quia Domino necessarius est, & continuo illum dimittet. Et iterum abeuntes inuenierunt pullum alligatum: & ita sæpe de pullo dicitur, & non de asina. Dicendum, quod hoc non obstat. Nam non recipitur argumentum tacentis contra loquentem in scriptura. Matthæus enim expressit, quod essent asina, & pullus ligati: ideo etiam si omnes alij euangeliste taceant, manifestum est, quod istud

istud erat. Nam qui tacent, non negant, cum multa A sint, quæ non scripserint. Si autem aliquid asseratur, & dicamus non fuisse sic, facimus sacram scripturam falsam, quo nihil deterius, & absurdius: maximè quia nō solum Matthæus expressit asinam & pullum ligatos: sed etiam Lucas. nam dicitur Luc. 19. c. In quod introeuntes, inuenietis pullum alligatum: ergo ambo erant alligati. Causa autem, quare Marcus tacuit de asina erat, quia non faciebat ad propositum eius. Nam non agit de ea quicquam ipse neque Lucas: ideo de qua non erat profecturus noluit mentionem facere: Lucas quoque nō dixit asinam, & pullum ligatos: sed dixit pullum alligatum asine. Et ratio est, quia de asina non vult dicere, sed soluta fuerit, & tamen si diceret eam ligatam, cum postea de solutione agat, intelligeretur de solutione illius, vel esset superuacuum de illius ligatione dicere, quæ ad propositum non pertinebat: solum enim pullum fuisse solutum dicit, & ideo licet asinam, & pullum simul fuisse asserat: non dicit ambos fuisse ligatos, licet verum esset, sed quod pullus erat asinae ligatus, non enim artificiosus loquendi modus præmittit aliquid, quod in narratione nequam prosequamur, vel quod ad propositum ipsius loquentis non agat.

An Christus iussit discipulis ferre asinam, & pullum simul vel solum pullum. Questio XIII.

QVAERETVR, an Christus iussit discipulis ferre asinam & pullum simul, vel solum pullū. Aliqui dicunt, qd solum pullum iussit adduci: ista enim videtur causa quare Mar. de solo pullo dixerit, licet enim asina & pullum simul essent, de solo pullo dixit. f. quia illum solum ad se duci volebat: vnde dixit, soluite & adducite illum. Etiam quod efficacius est, quia Lucas de asina, & pullo præmisit, & tamen postea de solo pullo profectus est. Inuenietis pullum alligatum asinae, soluite illum & adducite. Et postea de eo solo dicit, qd adductus fuerit ad Christum: etiam satis videt consonare hic litera. Nam licet præmittatur inuenietis asinam, & pullum, subditur: soluite & adducite, qd ad alterum eorum referri potest: & ita consonabat litera Marci & Lucæ. Dicendum, quod Christus ambos iussit ad se ferri: & patet primò, quia discipuli fecerunt, quod præcepit eis Christus, sicut dicitur in litera, euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus: & tamen constat, quod duxerunt asinam, & pullum, quia in litera dicitur: Et adduxerunt asinam & pullum, ergo ambos iussit Christus duci. Secundò patet, quia ex verbis Christi patet, quod de ambobus mandauerit, dixit enim, si quis vobis aliquid dixerit: dicit, quia Dominus his opus habet. i. pullo & asina, ergo ambobus indigebat, & de ambobus præcipiebat. Tertiò quia dicit. Et statim dimittet eos, id est, pullum & asinam, & tamè si non iuberet ipse ferri ambos discipuli nolent ambos ferre, & consequenter non esset opus, qd dimitteret quis ambos portari. Verè ergo dicendum est, qd ambos portari iussit, & ambos portauerunt. Cum autem dicitur, quod Marcus & Lucas de solo pullo dixerunt: dicendum, quod nō tenet ratio: nam taciturnitas ipsorum nō arguit contra Matthæum, qui dixit de asina & pullo, & postea de solo pullo profectus fuerit. Non obstat, quia hoc non fecit, quasi asina non fuerit ducta ad Christum, sed quia de solo pullo dicere intēdebat, quod autem de Matthæo dicitur, quod consonat huic sensui non stat, cum ipse expressè ponat, quod pullus & asina ad Christum ducti sunt: ideo cum dixit, soluite, refertur ad ambos.

Ad quid Christus iussit duci asinam, & pullum simul. Questio XV.

QVAERETVR, ad quid Christus iussit duci asinam & pullum simul: quia sufficiebat sola asina, aut solus pullus ad equitandum: potissimè quia paucò itinere equitaturus erat, scilicet, quasi per miliarium de Bethphage vsque Ierusalem. Dicendum, quod fuerunt ambo necessarij, & non quidem ad necessitatem tolerandi laborē equitationis, quia ad hoc asina sufficiebat, sed primo ad significationem: non enim Christus equitabat modo, quasi itinere fatigatus, sed ad aliquid ostendendum: & quia aliquid significaretur per pullum & asinam, quod non significaretur per solam asinam, fuit necessarium vtrunque duci: asina enim, quæ oneribus assuetæ & attrita erat, populum Iudaicum significat, qui oneribus legis semper fuerat subditus: pullus verò, super quem nemo adhuc hominum federat Mar. 11. & Luc. 19. signat populū gentilem, quem nemo ad obseruationem iustitiæ instituerat, sed indomitus erat: super vtrunque autem Christus sedit: vel vtrunque necessarium habuit: quia vtrunq; populum ad se vocauit, subiiciens legi, faciēs pacem his, qui propè & his, qui longè. Secundo & præcipuè fuit ad complèdum prophetiam. Nam vt dixit Matthæus, hoc totum factum est, vt adimpleretur qd dictum est per prophetam. Zachariam, et tamen Zachariæ 9. c. dicitur, sedens super asinam, et super pullū filium asinae: ideo tam asinam, quam pullum habere debuit, et vtrunque duci iussit.

Quare Matthæus fecit mentionem de asina & pullo, Lucas autem & Marcus de pullo tantum. Questio XVI.

QVAERETVR, quare Matthæus fecit mentionem de asina et pullo: Marcus verò de solo pullo, et Lucas etiam. Dicendum, quod ad veritatem asina et pullus ad Christum adducti sunt simul, vt ostensum est supra. et ideo Matthæus innitens veritati rerum gestarum plenè narrandò dixit de ambobus. Quia verò Marcus, et Lucas tacerint de asina non obstat: nam etiam si Matthæus de sola asina diceret, et Marcus et Lucas de solo pullo, intelligi deberet ambos esse simul dictos: quāto magis, quia Matthæus ambos expressit. Marcus autem et Lucas non intrèderunt toti veritati explicandi ex causa, quæ eos mouit, vt infra dicitur: ideo Matthæus vtrunque posuit. De hoc dicit Augustinus lib. de concor. euan. 1. Matthæus asinam dicit, et pullum, ceteri autem de asina tacent: vbi ergo vtrunque factum potest intelligi, nulla repugnantia est, nec si alius vnus, nec si alius alium commemoraret: quanto minus moueri oportet, si alius vnus, alius vtrunq; commemoraret. Secundò fuit, quia Matthæus allegauit hic auctoritatem Zachariæ, in qua de asina, et filio eius dicitur, vt patet in litera, & Zacha. 9. c. ideo debuit dicere fuisse asinam et pullum deductos ad Christum: quia aliàs non concordaret al legatio narrationi suæ per omnia. Marcus autem & Lucas nihil allegant super hoc: ideo ex hac parte non fuit eis necesse dicere de ambobus, sed sufficiebat de sola asina, aut de solo pullo dicere. Tertiò et principa-liter, quia asina et pullus ducti fuerunt ad equitandum, et tamen Christus super solum pullum videtur equitasse: ideo concorditer de illo solo dixerunt Marcus et Lucas: Matthæus autem non curauit solum deducere ista animalia ad equitandum, sed etiam ad impletam prophetiam ostendendum, ideo de ambobus dixit, sicut propheta ambos expressit. Quarto, potest alia esse causa, dato qd dicatur Christus super ambos equi-

In quest. 13.



equitate, quia de hoc dubium est, ut dicitur sequenti questione. & tenedo quod super ambos equitauerit, est dicendum, quod Marcus, & Lucas de solo pullo dixerunt: quia de illo solo erat difficultas. Nam asina erat labori & oneri assueta, & ideo faciliter dimitteretur ad equitandum super eam: pullus autem erat indomitus, super quem nemo adhuc federat, ut ambo. i. Marcus & Lucas expresserunt. Unde dominus eius non faciliter permitteret illum duci ad equitandum: & tamen permisit, & hoc erat opus admirandum. Matthæus autem non considerauit hoc, sed magis prophetiam, & res gestas: ideo de ambobus dicit.

*An Christus equitauit super ambo animalia, vel super alterum ipsorum. Quæstio XVII.*

**Q**VAERETVR, an Christus equitauit super ambo animalia, vel super alterum ipsorum. Dicendum, quod an super ambo equitauerit non apparet: constat enim, quod super pullum equitauerit, de asina autem non constat: ideo pro vtraque parte possunt adduci rationes. Et primo, quod Christus equitauerit super vtrumque: nam si non equitauerit, nisi super pullum, non iussisset adduci nisi pullum, & tamē iussit, tam pullum, quam asinam: ergo super ambos equitauit. Secundo, quia hoc videtur innui ex verbis Christi: dixit enim, si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet, id est, asina & pullo indiget: & tamen indigentia eorum, erat ad equitandum, ergo super ambos equitauit. Tercio patet, quia per pullum & asinam, significantur populus Iudæorum & gentilium: & tamē super ambos Christus sedit subiciendo eos legi suæ: ergo videtur, quod verē Christus super vtrumque equitauerit. Sic dicit Rabanus: Matthæus solus, qui euangelium Iudæis scripsit, asinam domino refert adductam: ut eidem etiam genti Hebræis, si peniteat non desperandam monstrat esse salutem. Sic etiam Beda dicit: pullus enim asine laicius, & liber populum nationum signat, super quem nemo adhuc hominum sedit, quia nemo rationabilium doctorum frequenter corripit, quo vel lingua cohiberet a malo, vel in arctam vite viam ire cogeretur, vitia suadendo contulerat: & tamen sicut gentiles docuit, qui per asinam pullum significantur: ita & Iudæos etiam docuit, & sibi subdidit, qui per asinam convenienter significantur: ergo ascendit super asinam, & super pullum. Quarto, quia Zacharias aperte hoc dicit. Ascendens super asinam, & pullum filium asinæ: ergo oportet, quod super vtrumque ascenderit. Contra verò videtur, quod super pullum tantum equitauerit: autem primo patet, quia licet Matthæus dicat adductos esse asinam & pullum: tamen super solum pullum ascendisse commemorat. Dixit enim: Adduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eum vestimenta sua, id est, super pullum. Et sequitur: & de super eum sedere fecerunt, scilicet, super pullum. De asina autem nihil dicit, & tamen sicut de asina, & pullo locutus est, quod adducti fuerunt ad Christum, si super ambos equitasset, diceret de hoc Matthæus, ut manifestius ostenderet, quomodo illi fuerint necessarii, & tamen de asina nihil dicit: ergo videtur, quod asina non fuit ad equitandum. Secundo patet, quia Marcus & Lucas, de solo pullo locuti sunt, & ipsi dicunt quomodo Christus equitauerit in Ierusalem: ergo videtur, quod si equitasset super asinam, quod etiam de illa dicerent, quia non esset maior ratio, de vno quam de alio: sed non dixerit de illa, ergo non equitauit super illam: & ista ratio satis mouet. Tercio patet, quia constat, quod statim, ut animalia ad Christum deducta sunt, ascendit Christus super pullum, & illud erat non longè a Ierusalem: sed

postquam equitauit super eum, non videtur aliqua causa, quare descenderet, & ascenderet super asinam: ergo non ascendit super asinam.

Dicendum, quod vtraque positio potest sustentari: tenet enim Nicolaus, quod super ambos ascenderit, non quidem simul, quia non erat possibile, sed successiue. Scilicet primo super pullum, deinde super asinam, & dat causam. Scilicet quia pullus erat indomitus, cum nemo adhuc hominum sedisset, ut dicit Mar. 11. & Luc. 19. & ideo, quia fortassis non bene tolerabat equitatem, ascendit postea super asinam, quæ domita erat.

Et tenendo hoc potest dici, ad primum in oppositum, quod licet Matthæus faciat mentionem, quod super pullum sederit, & non de asina: tamen sedit super asinam, sed fecit mentionem de solo pullo, quia super pullum sedit prius, & postea super asinam.

Ad secundum dicendum, quod Marcus & Lucas de solo pullo dixerunt, licet super asinam etiam equitauerit, propter aliqua, quæ ad hoc mouerunt eos, ut dicitur sequenti questione.

Ad tertium dicendum, quod licet non longè esset a Ierusalem, quando Christus equitauit super pullum: tamen siue, quia ille erat indomitus, siue propter significationem, ut Nicolaus vult, ascendit postea super asinam: & ita super vtrumque ascendit. Si autem tenere quis velit, quod solum ascendit super pullum, potest responderi ad primum in oppositum, quod Christus fecit duci vtrumque. Primo, quia pullus erat paruus, & nutrebat eum asina: & fortassis illo ablato nollet ea quiescere. Secundo & efficacius: quia ad significationem hoc pertinebat. Nam tam populus Iudæorum, quam gentilium ad legem Christi venturi erant, & vtrumque populum Christus vocaturus erat: et ideo per asinam, & pullo mittere debebat, et tamen super asinam non oportebat ascendere, quia iam ascenderat: quia legem Dei populus Iudæicus tenuerat et tenebat: & ideo iam super asinam Christus ascenderat, populum autem gentilium, nondum tenuerat aliquam legem Dei positam: ideo super pullum nondum ascenderat, & ita conueniens erat, quod super pullum ascenderet, et non erat necessarium quod ascenderet super asinam. Ad secundum dicendum, quod Christus illis opus habebat, non quidem ad equitandum super vtrumque: quia suffecisset asina, sed ad significationem, sed tamen ad significationem satis erat mitti pro vtroque: licet super solum pullum equitaret, propter rationem ostensam in precedenti solutione, ergo non oportuit, quod super vtrumque equitaret. Ad tertium dicendum, quod illa comparatio conueniens est, & tamen iam Christus federat super asinam in quantum legem Dei populus Iudæicus tolerauerat, et nunc tolerabat: super pullum autem nullo modo federat, ideo super illum nunc sedere oportebat.

Ad quartum dicendum, quod non potest dici Christus ascendens super asinam et pullum non simul: quoniam non erat possibile, neque etiam successiue ascendens, quia semper super pullum equitauit, postquam ascendit in illum, sed quia pullus et asina simul ducebantur, pullus quidem, super quem ipse equitabat, et asina iuxta pullum, licet super eam non equitaret, et hoc quia si propter istam prophetiam deberemus dicere, quod Christus prius ascendit super vnum, deinde super alium, oportebat dici, quod prius super asinam equitauerit, deinde super pullum: cum ita dicatur ascendens super asinam, & pullum filium asinæ, et tamen constat, quod statim ut ducta fuerunt ambo animalia ad Christum, ascendit super pullum, ut dicitur supra in littera. et idem ostendunt Marcus & Lucas.

Dicendum ergo est, quod ista questio est problema neutrum: et licet vtrumque opinari. Et verum est, quod aliqua-

aliqua litem mouet dictum Zacharie ad ostendendum, quod Christus super vtrumque equitauerit: quo non existente, manifeste diceretur, quod super solum pullum ascendisset, cum magis faueant rationes istis parti. Et tamen dicendum, quod adhuc stante dicto prophético verisimilius est, quod super solum pullum sederit Christus, quam super asinam & pullum: quia hoc magis consonat rationi, & literæ euangelistarum: omnes enim tres de pullo dicunt, & de asina nemo asserit, quod super eam ascenderit, licet Matthæus eam ductam asserat ad Christum. Rationes autem, quas Nicolaus inducit. i. modus, quo dicit hoc factum fuisse, non consonat. Primo, quia dicit, quod Christus ascendit primo super pullum: & quia ille nondum erat domitus, quasi ex hoc sequeretur, quod non esset aptus ad equitandum, quod dimiserit eum, & ascenderit super asinam. Hoc autem videtur ostendere quandam ignorantiam in Christo. Scilicet quod putans pullum bonæ equitationis ascendit super illum, & postea inueniens, quod erat malæ equitationis, dimiserit illum, & ascendit super asinam: sed hoc est inconueniens, quia sicut ipse veritatem huius rei sciebat: ita non debuit in eo aliquid apparere, per quod putaretur istud ignorare. Secundo, quia quando dicit, quod etiam hoc factum fuit ad significationem, non conuenit: primo, quia cum hoc, quod Christus aliquid faceret ad assignandum aliquid, oportebat quod ex parte rei factæ materialiter appareret aliqua causa faciendi, quæ sufficeret etiam si non intendere agens inde aliquid significare: vel si non esset talis, oportebat ostendere ex modo faciendi, quod faciebat ad aliquid significandum, & tunc ut nemo posset Christum imperitiæ arguere, euangelista exprimeret causam faciendi: vel saltem in generali ostenderet, quod non faciebat rem sine mysterio. Sic patet, quando maledixit ficulne, dicens: Non manducet quis ex te fructum in aeternum. Infra in littera, & Marc. 11. Nam dicitur Mar. 11. quod non erat tempus ficorum quado Christus iuit ad ficulneam: & ideo manifestum est, quod si ipse non esset pure insipiens & bestialis, quod non iret ad illam solum, ut comederet ficus. Iuit ergo ad aliquid significandum, & tamen hic non ostendit euangelista, aliquam causam, quare postquam ascendit super pullum dimiserit eum, & ascenderit super asinam: imò non asserit, quod super asinam ascenderit, ergo videtur, quod non ascendit super illam. Tercio, quia non conuenit actus Christi significatiuum: Nam si ad significandum, quod Christus legem posuerit super Iudæos, & Gentiles, equitaret super ambo animalia, oporteret, quod prius super asinam equitaret, deinde super pullum. Nam quomodo cūque accipiatur semper fuerunt Iudæi priores in onere legis quam gentiles, habuerunt enim Iudæi legem Moysi, quæ erat lex Dei eo tempore, quo gentiles nullam legem habebant, & ita priores erant in tolerando onus. Etiam in lege Christi priores fuerunt Iudæi, quam gentiles: quia Christus prædicauit Iudæis, & non gentilibus, & conuertit ad se multos, & post mortem Christi apostoli manentes simul in Ierusalem multos conuerterunt, quorum vita simul erat Act. 2. et 3. et 4. et 5. et non iuerunt ad prædicandum gentilibus, quousque Iudæos repulerunt eos. Act. 13. i. Primū oportebat loqui vobis de regno Dei, sed quia repulistis illum, & indignos vos fecistis verbo vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Apostoli quoque ipsi, qui fuerunt primi in lege Christi, & vocant se primitias creaturæ ad Rom. 8. c. Iudæi erant, & ipsi conuerterunt gentiles ad Christum: ideo si ad significandum, quod vterque populus esse deberet sub lege Dei, Christus federet super ambo animalia, primo sedere debebat super asinam, deinde super pullum, & tamē prius sedit super pullum, ut littera innuit, & idem Ni-

colaus dicit: ergo non conuenienter federet postea super asinam. Quarto patet, quia si concederetur, quod Christus super ambo animalia sedisset, maximè hoc fieret ob dictum Zacharie, quia alia non vrgent: & tñ Zacharias dixit, sedens super asinam, & filium asinæ: ergo si super ambo successiue sedit, oportet quod primo super asinam sederit, sed non fecit, ergo prius sedit super pullum. Quinto patet, quia etiam hoc non conuenit significationi: nam si ad significandum, quod ram populus Iudæicus, quam gentiles legem Christi suscepturi essent, Christus federet super asinam, & pullum, non conueniret, quod postquam sedisset super pullum dimitteret eum, & ascenderet super asinam: quia per hoc innueretur, quod populus gentilis, qui accepisset legem Christi, aliquando recederet ab ea, vel Christus desineret sedere super eum. Sed falsum est, quia semper tenuit, & tenebit legem Christi vsq; ad finem seculi: ergo postquam sedit super pullum, non descendit, ut federet super asinam: & consequenter non sedit nisi super pullum: Deinde quod super asinam sederit, non resistimus, sed præcedens est verisimilius.

*Si Christus equitauit super ambo animalia, quare Marcus & Lucas de solo pullo dixerunt. Quæst. XVIII.*

**Q**VAERETVR, si daretur quod Christus sederit super asinam & pullum, quare Marcus & Lucas de solo pullo dixerunt. Dicendum, quod super solum pullum sedit, ut verisimilius videtur ex his, quæ dicta sunt præcedenti questione, & ideo non oportuit, quod facerent mentionem, nisi de eo: & tamen supposito, quod etiam super asinam sederit, fecerunt de solo pullo narrationem. Primo, quia super eum primo sedit. Secundo propter difficultatem: nam de asina pauca difficultas erat, & tamen pullus non erat adhuc domitus, cum nemo super eum sedisset: ideo de hoc erat specialis ratio, & hoc videtur ambo euangelistæ sensisse. Nam ambo dicunt, quod nemo adhuc hominum super illum federat. Tercio videtur hoc factum ad ostendendum Christi intentionem de significatione per hoc facta. ut innuat, quod ipse ad aliquem speciale finem hoc fecerit: quæ pullus non erat ad hoc aptus, quia erat indomitus, cum nemo hominem adhuc super illum sedisset: & tamen ipsemet Christus dixit, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominem sedit. Soluite & adducite illum: ideo videtur, quod ad significationem faciebat. ut ostenderet, quod populus gentilis, qui erat velut pullus laicius, & indomitus suscepturus erat legem suam. Quarto fuit ad ostendendum potestatem Christi, sedendo animum domini pulli: nam cum non esset pullus aptus ad equitandum, non concederet illum portari, nisi magna vis diuina animum illius tetigisset.

*An quis vetuerit discipulos accipere pullum & asinam. Quæstio XIX.*

**Q**VAERETVR, cum dicatur hic, si quis vobis aliquid dixerit: an quis vetuerit discipulos accipere pullum & asinam. Dicendum, putant quidam, quod non: quia in littera non fit mentio, sed solum, quod adduxerunt asinam, & pullum. Item quia putat, quod pullus & asina pertinerent ad rem publicam, ideo nemo prohiberet accipere. Est dicendum, quod discipulis volentibus accipere pullum, & asinam fuerunt, qui prohiberent, & non permisissent, nisi dixissent, dominus his opus habet, sicut ipse Christus dici iusserat. Et patet, quia Mar. 11. dicitur & abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt eum: & quidam de illicastantibus dicebant illis, quid facitis soluunt.

soluentes pullum: & dixerunt eis sicut praeceperat Iesus, & dimiserunt eis. (pullum). Et etiam Luc. 19. c. dicitur: Soluentibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos, quid soluitis pullum? At illi dixerunt, quia Dominus eum necessarium habet. Imò dicendum, quod erat conueniens, quod esset aliqua resistentia, ut magis appareret virtus Christi, ut dicit sequenti q. Ad rationem primam in contrarium dicendum, quod licet Matthaeus taceat, tamen ita accidit cum Marcus & Lucas illud enarrant, ut dictum est, & non est aliquis euangelistarum, qui multa tacuerit, & omiserit, ut apparet ex his, quae quidam tacent, & alij exprimit: & etiam multa sunt quae ab omnibus tacentur, cum dicatur Ioan. 21. Quod si singula scribantur, mundus non capiet eos, qui scribendi sunt libros. Ad secundum dicendum, quod falsum praesupponitur: nam asina & pullus non pertinebant ad rem publicam, sed ad specialem dominum vel ad aliquos dominos, ut ostensum est supra, & ita ad aliquos pertinebat ius prohibendi, sicut de facto prohibuerunt.

In quest. 11.

Quare Christus dixit discipulis, si quis vobis aliquid dixerit. Questio XX.

QVAERETVR, quare Christus dixit discipulis: si quis vobis aliquid dixerit. Dicendum, quod fuit primò ad ostendendum diuinam sapientiam suam: nam per hoc innuebat, quod eis aliquis diceret verba prohibitionis: sicut enim Christus ostenderat sapientiam per hoc, quod designauerat eis locum, & tempus inueniendi asinam, quae erant contingentia futura, & hoc ad sapientiam diuinam pertinebat: ita & praedicando eis, quod aliquis resisteret non permittendo ducere asinam, & pullum, ostendebat diuinam sapientiam: quia ista futura erant, & contingentia, scilicet, quod aliquid eos prohiberet. Secundò ut instrueret discipulos, & non irent inaniter: nam si Christus diceret eis, quod irent pro asina, & pullo praemonstrando locum, si nihil aliud ultra diceret, putarent discipuli, quod nemo eos impediret: ideo quando inuenirent impediētes recederent, non ferendo asinam & pullum, ut ergo ducerent, quod Christus inuebat, instruit eos circa ea, quae ventura erant. Tertiò fuit, ut aduerteret responsum eorum ad dominos asinae & pulli: nam si discipuli soluerent asinam & pullum, non permitterent domini illos ducere, nisi dicerentur verba Christi, quae virtutis cuiusdam esse videbantur, scilicet, dominus his opus habet, quibus dictis confestim dimitterent domini discipulos solvere, & portare asinam & pullum, & ita factum est, ut patet Marc. 11. & Luc. 19. et tamen istud non diceret Christus discipulis, nisi prius dixerit eis, si quis aliquid dixerit vobis, ergo debuit hoc dicere.

Quare Christus locutus est conditionaliter. s. Si quis, cum sciverit certissime sic futurum esse. Questio XXI.

QVAERETVR, quare Christus dixit, si quis vobis aliquid dixerit: nam ita futurum erat, quod aliquid eis diceret: ideo potius dicere debuisset determinate, quod aliquid eis dicendum esset ad prohibendum eos. Aliqui dicunt, quod ita Christus dixit istam rem determinate annunciando eam futuram: & tamen Matthaeus posuit conditionaliter, quia saepe euangelistae seruata identitate sententiae mutant verba Christi. Sed dicendum, quod non fiat, quia omnes tres euangelistae concordant in hoc: nam sicut Matthaeus dixit, si quis vobis aliquid dixerit: ita Marcus dixit, & si quis vobis dixerit, quid facitis? Et Lucas dixit: si quis vos interrogauerit, quare soluitis? Et ta-

men si Christus posuisset sine conditione, aliquis eorum saltem poneret sine conditione, sed omnes posuerunt cum conditione, ergo dicendum est, quod ita Christus dixerit. Est ergo dicendum, quod Christus sciebat, quod aliquis prohiberet discipulos, & tamen noluit ponere determinate, sed sub conditione, ut non videatur sub necessitate ponere actum eorum, qui apostolos prohiberent, cum ista sint libera. Secundò potest dici, quod licet ponatur conditionaliter, resoluitur in simplicem temporalem, scilicet, si quis vobis aliquid dixerit, id est, quando vobis aliquid dictum fuerit, respondebitis.

Quare Christus sic respondere iussit discipulis: & quid per hoc voluit signare. Questio XXII.

QVAERETVR de istis verbis quae Christus iussit dici, scilicet, dominus his opus habet, quare sic iussit dici: & quid per hoc voluit signare.

Dicendum, quod voluit ostendere quis erat, qui petebat ista animalia, erat enim ipse apud omnes cognitus, & pro amore & reuerentia nemo esset qui talia ei negaret: voluit autem se manifestare ex nomine quo cognitus erat, nam vulgariter eum omnes dominum vocabant, aut magistrum, sic ipse dixit discipulis suis: vos vocatis me magister, & domine. Ioan. 13. capitulo, illi enim qui magis affecti erant ad eum, vocabant ipsum dominum, ut discipuli: sic Petrus dixit, Dominus est. Ioan. 21. c. & Martha dixit, domine si fuisses hic. Io. 11. Populus autem interdum eum dominum, interdum magistrum vocabat. De domino patet praecedentibus. Vbi duo caeci eum dominum vocauerunt filium David: et ita alij duo caeci, supra 9. cap. sic etiam mulier Chanaan eum dominum vocauit, supra decimo quinto. Miserere mei Domine, fili David. De magistro patet, quia adolecens dices dixit, magister bone quid faciam, supra decimo nono capitulo, & pharisaei dixerunt, magister scimus, quia verax es, infra vigesimo secundo: & quidam de turba dixit, magister dic fratri meo, ut diuidat tecum hereditatem, Luc. 12. cap. Et cum ista duo nomina essent, quibus vocarent eum populares, & quibus apud eos notus erat, quando ipse volebat se notificare, vocabat se altero eorum: sicut quando misit duos discipulos ad parandum cenam, & pete dum locum dixit eis, quod diceret, magister dicit, tempus meum prope est, infra 26. & Mar. 14. capit. ita & nunc cum istos duos mitteret, dixit eis, quod dicerent, quod dominus opus habebat illis animalibus: quasi sub hoc nomine scirent, quis hoc peteret. Aliqui autem dicunt, quod hoc dixit ad ostendendum potestatem suam, & ideo vocauit se generaliter dominum, non istius rei, sed absolute dominus, cum ait, Dominus his opus habet. Sic dicit Chryl. Non dixit discipulis dicitis: dominus tuus his opus habet, vel dominus noster, ut intelligat, quia ipse solus sit dominus, non solum animalium, sed & omnium hominum. Nam & peccatores conditione quidem sui sunt, voluntate autem sua diaboli. Sicut dicit Titus, maiestatium. n. nomen est dominus, rex enim erat venturus in conspectu multitudinis. Sed dicendum, quod verius est, quod supra dictum fuit. Nam licet verum esset, quod Christus esset dominus simpliciter omnium: non videtur, quod ad hanc intentionem ponebant verba. Prius enim constare debebat de substantia personae, & de conditione eius: & tunc si dominus poneret hic, ad significandum potestatem Christi, non esset aliqd per quod significaret, quis esset ipse, qui petebat haec, & non cognita persona non poterat aliquid de ea cognosci, vel predicari: ideo vocauit se dominum, non ad ostendendum excellentiam, sed notificandum personam: vel ut diceret, dicitur quia Iesus de Nazareth his opus habet. Alij dicunt, quod Christus specialiter

Christus magister & dominus appellabatur.

D. Tho. in euang. Luc. cap. 19.

capitulo, ubi ipse dixit: ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me: respondit turba, Nos audiui-mus ex lege, quia Christus manet in aeternum, & quo modo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? quis est iste filius hominis? Ergo a fortiori possent dicere domini asinae & pulli dicentibus apostolis, filius hominis his opus habet, quis est iste filius hominis? ut ergo non dubitaretur, non debuit se vocare nunc filium hominis, sed dominum, vel magistrum, quae erant nomina, quibus ipse apud populum notus erat.

Secundò potest dici, quod non repugnabat humilitati, quod Christus se vocaret dominum, & hoc vno modo, scilicet, quia ipse non vocaret se dominum, quasi volendo asserere se esse dominum, sed dominum, id est, quem vulgus dominum appellat, & hoc humillimus hominum de se dicere potest: quia non dicit, de se nomen ad significationem proprietatis nominis, sed ad notificationem personae, quam alij per nomen intelligunt: unde si populares vocarent eum communiter praedicatorum vel oratorum: aut philosophum, talem se tunc iuberet vocari ab apostolis, ut sciretur quis erat, qui loquebatur.

Non reputat humilitati, quod Christus se vocaret dominum, & hoc vno modo, scilicet, quia ipse non vocaret se dominum, quasi volendo asserere se esse dominum, sed dominum, id est, quem vulgus dominum appellat, & hoc humillimus hominum de se dicere potest: quia non dicit, de se nomen ad significationem proprietatis nominis, sed ad notificationem personae, quam alij per nomen intelligunt: unde si populares vocarent eum communiter praedicatorum vel oratorum: aut philosophum, talem se tunc iuberet vocari ab apostolis, ut sciretur quis erat, qui loquebatur.

Aliter potest dici, quod non erat contra humilitatem in Christo, quod se dominum vocaret: omnia enim quae ipse loquebatur nobis proficiebant: erat enim ipse habens perfectissimè omnem virtutem, & quidquid faciebat, & loquebatur, ad virtutem proficiebat: Quando enim loquebatur de se parua, proficiebat, non quidem ad suam humilitatem, sed ad nobis humilitatis exemplum dandum: quando verò magna loquebatur ad fidem proderat, ut nos doceret ea, quae de ipso credenda erant, quae magna erant: & ideo ad Christum vtraque dicere conueniebat: ideo aliquando se vocabat filium hominis, in quo docet nos humilitatis exemplum, & aliquando magna de se dicit, asserens se magistrum, ut scirent domini pulchri & asinae quis esset, qui peteret pullum & asinam: si autem diceret, dicitur quia filius hominis, his opus habet, non intelligeret illi, quis iste esset: quia omnis homo est filius hominis, etiam non erat aliquod nomen tale vulgatum apud populum de Christo: sed quod ipsi vocarent eum filium hominis, sicut vocabant eum dominum, vel magistrum: ipse enim Christus vocabat se filium hominis: & tamen populares non vocabant eum filium hominis, sed dominum vel magistrum: ideo si seipsum vocaret filium hominis, dicitur dicitur, quia filius hominis his opus habet, non intelligerent, quis esset, qui peteret: ideo non debuit se vocare sic: Christus enim quando de seipso loquebatur ad aliquos praesentes ei, poterat conuenienter dicere se filium hominis, & ita saepe dicebat, loquens ad turbas, supra 9. c. ut sciat, quae potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata: apostolis etiam loquens se filium hominis vocat, ut supra decimo sexto cap. quia tunc erat persona loquens manifesta: ideo solum restabat ostendere conditionem, vel humilitatem vti, aut sicut ipse vellet: quando tamen de seipso loquebatur, ipse ad absentes tantumquam de alio, non conueniebat istud nomen, quia tunc non erat cognita persona loquentis: ideo debebat vti nomine, per quod notificaretur persona loquentis, & tamen dicendo de seipso, filius hominis his opus habet, non intelligeretur quis erat ille, pro quo petebatur ista: ideo debuit se vocare magistrum vel dominum: quia sub his nominibus cognoscebant eum populares, & non sub nomine filij hominis. Secundò, quia aliquando Christus loquebatur praesentibus, vocando se filium hominis, & non cognoscebant eum sub hoc nomine: quanto magis si cum apostoli de eo loquerentur ad alios, vocarent eum filium hominis. Sic pater Ioannis duodecimo

Aliter potest dici, quod non erat contra humilitatem in Christo, quod se dominum vocaret: omnia enim quae ipse loquebatur nobis proficiebant: erat enim ipse habens perfectissimè omnem virtutem, & quidquid faciebat, & loquebatur, ad virtutem proficiebat: Quando enim loquebatur de se parua, proficiebat, non quidem ad suam humilitatem, sed ad nobis humilitatis exemplum dandum: quando verò magna loquebatur ad fidem proderat, ut nos doceret ea, quae de ipso credenda erant, quae magna erant: & ideo ad Christum vtraque dicere conueniebat: ideo aliquando se vocabat filium hominis, in quo docet nos humilitatis exemplum, & aliquando magna de se dicit, asserens se magistrum, ut scirent domini pulchri & asinae quis esset, qui peteret pullum & asinam: si autem diceret, dicitur quia filius hominis, his opus habet, non intelligeretur illi, quis iste esset: quia omnis homo est filius hominis, etiam non erat aliquod nomen tale vulgatum apud populum de Christo: sed quod ipsi vocarent eum filium hominis, sicut vocabant eum dominum, vel magistrum: ipse enim Christus vocabat se filium hominis: & tamen populares non vocabant eum filium hominis, sed dominum vel magistrum: ideo si seipsum vocaret filium hominis, dicitur dicitur, quia filius hominis his opus habet, non intelligerent, quis esset, qui peteret: ideo non debuit se vocare sic: Christus enim quando de seipso loquebatur ad aliquos praesentes ei, poterat conuenienter dicere se filium hominis, & ita saepe dicebat, loquens ad turbas, supra 9. c. ut sciat, quae potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata: apostolis etiam loquens se filium hominis vocat, ut supra decimo sexto cap. quia tunc erat persona loquens manifesta: ideo solum restabat ostendere conditionem, vel humilitatem vti, aut sicut ipse vellet: quando tamen de seipso loquebatur, ipse ad absentes tantumquam de alio, non conueniebat istud nomen, quia tunc non erat cognita persona loquentis: ideo debebat vti nomine, per quod notificaretur persona loquentis, & tamen dicendo de seipso, filius hominis his opus habet, non intelligeretur quis erat ille, pro quo petebatur ista: ideo debuit se vocare magistrum vel dominum: quia sub his nominibus cognoscebant eum populares, & non sub nomine filij hominis. Secundò, quia aliquando Christus loquebatur praesentibus, vocando se filium hominis, & non cognoscebant eum sub hoc nomine: quanto magis si cum apostoli de eo loquerentur ad alios, vocarent eum filium hominis. Sic pater Ioannis duodecimo

Quomodo in verbis discordant euangelistae.

Questio XXIII.

QVAERETVR, quomodo potest stare, quia euangelistae non concordant in his verbis: nam Matthaeus dicit hic: Dominus his opus habet. Marcus verò ait, dicitur quia domino necessarium est. Lucas verò ait, dominus operam eius desiderat. Aliqui dicunt, quod omnia haec dixit Christus, & nemo euangelistarum expressit omnia, sed ex dictis omnium illorum colligit vna perfecta

liter se vocauit nunc dominum, quia veniebat nunc, ut rex. Nam in sedendo super pullum, & asinam ostendebatur rex, sicut dicit Zacha. Ecce rex tuus venit sedens super asinam: & tamen tunc petebat Christus asinam & pullum, ut desuper sedens de seipso ostenderet id, quod Zacharias dixerat: & quia reges domini sunt, dicitur quod petendo asinam & pullum, in quibus se regem ostendebat, vocauit se dominum. Dicendum, quod non stat licet hoc videatur tenere Titus dicens: Maiestatium nomen est dominus, rex. n. erat venturus in conspectu multitudinis. Quia ut dictum est supra, necesse est constare prius de persona, quam de qualitate personae: sed non erat aliquid, per quod manifestaretur persona eius, si accipiamus per dominum dignitatem eius: ideo vocauit se dominum ad notificandum personam. Secundò, quia non videtur conueniens, quod nunc se dominum, vel regem vocaret volens se talem esse ostendere: quia ista de se dici non conueniebat, nisi quando ostenderet, talia sibi conuenire: & tamen nunc Christus petens asinam, & pullum adhuc nihil faciebat, per quod se dominum, vel regem ostenderet, licet postea fecerit, vel ante hoc, ergo non vocaret se tunc dominum ad ostendendum dominationem, sed ad notificandum personam solum.

Quare Christus vocauit se nunc dominum vtens nomine tantae excellentiae. Questio XXIII.

QVAERETVR, quare Christus vocauit se nunc dominum vtens nomine tantae excellentiae: cum vt cõter soleat vocare se filium hominis, quod pertinet ad humilitatem: ita ergo vtr, quod nunc dicere debuisset. Dicendum, quod conueniens fuit, quod vocaret se dominum, & non filium hominis. Primò, quia istud dicebat ad notificationem personae suae, ut scirent domini pulchri & asinae quis esset, qui peteret pullum & asinam: si autem diceret, dicitur quia filius hominis, his opus habet, non intelligeret illi, quis iste esset: quia omnis homo est filius hominis, etiam non erat aliquod nomen tale vulgatum apud populum de Christo: sed quod ipsi vocarent eum filium hominis, sicut vocabant eum dominum, vel magistrum: ipse enim Christus vocabat se filium hominis: & tamen populares non vocabant eum filium hominis, sed dominum vel magistrum: ideo si seipsum vocaret filium hominis, dicitur dicitur, quia filius hominis his opus habet, non intelligerent, quis esset, qui peteret: ideo non debuit se vocare sic: Christus enim quando de seipso loquebatur ad aliquos praesentes ei, poterat conuenienter dicere se filium hominis, & ita saepe dicebat, loquens ad turbas, supra 9. c. ut sciat, quae potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata: apostolis etiam loquens se filium hominis vocat, ut supra decimo sexto cap. quia tunc erat persona loquens manifesta: ideo solum restabat ostendere conditionem, vel humilitatem vti, aut sicut ipse vellet: quando tamen de seipso loquebatur, ipse ad absentes tantumquam de alio, non conueniebat istud nomen, quia tunc non erat cognita persona loquentis: ideo debebat vti nomine, per quod notificaretur persona loquentis, & tamen dicendo de seipso, filius hominis his opus habet, non intelligeretur quis erat ille, pro quo petebatur ista: ideo debuit se vocare magistrum vel dominum: quia sub his nominibus cognoscebant eum populares, & non sub nomine filij hominis. Secundò, quia aliquando Christus loquebatur praesentibus, vocando se filium hominis, & non cognoscebant eum sub hoc nomine: quanto magis si cum apostoli de eo loquerentur ad alios, vocarent eum filium hominis. Sic pater Ioannis duodecimo

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Et narra.

narratio: sicut de similibus solet dicere August. lib. de Concordan. euang. e. quando occurrunt verba Euangelitarum varia, sicut in verbis eius, quando locutus est ad mare compescendo illud, & quando locutus est ad demones, & ad arreptitios supra octavo cap. & ibi declaratum est in aliquibus questionibus. Sed dicendum, quod hoc non potest stare: nam illud habet locum, quando verba vnius euangelistae possunt addere aliquid in sententia ad verba alterius: quia tunc verba vnius possunt se habere per modum supplementi ad verba alterius, ut ex illis simul sumptis efficiatur vna perfecta narratio: & tunc hic omnia verba significant eandem sententiam: ideo non possunt esse quadam addita ad alia. Sed dici potest vno modo, quod verba omnium euangelistarum significant eandem rem. scilicet Christus habebat necessarium usum horum animalium. Hoc enim quod Mathaeus dicit, dominus his opus habere: est hoc, quod dicit Marcus. scilicet Dominus necessarius est: & idem Lucas dicit. scilicet Dominus operam eius desiderat. Illam enim rem desideramus, quam nobis putamus necessariam vel vtilem: & id quod vtile est etiam necessarium vocamus: & ideo ad idem omnia redeunt. Sed est dicendum, quod realiter nullum istorum Christus dixit: quia ipse non locutus fuit in lingua Latina, sed in Hebraea, vel in vulgari terra Chanaan, & dixit aliquam orationem, quae significabat indigentiam illorum animalium: hoc idem in lingua latina significant verba omnium euangelistarum. Secundum potest dici, & melius, quod certum est, quod verba Marci, & Lucae non fuerunt hic verba Christi: nam Christus locutus est de asina, & pullo iubens ad se ambo adduci, ut ostensum est supra questio. 14. Marcus autem & Lucas, de solo pullo loquuntur, quasi solum pullum iusserit ad se adduci, cum Mar. dicat, domino necessarius est: & Luc. dicit, dominus operam eius desiderat: ideo necesse est dici, quod magis dixerit Christus verba Matth. scilicet. Dominus his opus habere. i. asina & pullo: non quod ista verba in lingua Latina dixerit, sed alia aequivalentia eis in significando.

An haec verba, scilicet. Dominus his opus habere, aliquam efficaciam habuerint ad flectendum dominos asinae. Questio XXXV.

**Q**VAERETVR, cum Christus dixerit discipulis, quod dicerent, dominus his opus habere: an ista verba aliquam efficaciam haberent ad flectendum dominos asinae, & pulli ad dandum ea apostolis. Dicendum quod sic: primo patet, quia Christus posuit ista verba in remedium contra prohibentes ducere pullum & asinam: non tamen esset conueniens remedium, nisi haberent aliquam efficaciam ad hoc, quod domini pulli, & asinae cessarent a prohibitione: ergo vim aliquam habebant. Secundum patet, & manifestius, quia Christus dicit, & confestim dimittet eos, id est, permittet vos portare asinam, & pullum, postquam ista verba dixeritis. Sed dicendum, quod poterat hoc esse tripliciter: vno modo, quod per ista verba non induceretur aliqua efficaciam, ad mouendum animos dominorum asinae & pulli: sed solum, quod per ea notificabatur persona petentis, siue pro quo petebatur, & quod Iudaei, saltem populares talem animum habebant ad Christum, quod quidquid ab illis peteret, vel pro eo peteretur ab alijs, concederet libenter: & ideo siue per ista verba, siue per quaecunq; alia notificaretur, darent quidquid peteretur nulla virtute existente verborum. Secundum modo, poterat fieri, quod Deus daret quandam gratiam discipulis petentibus, scilicet, quod inuenirent gratiam in conspectu eorum, a quibus peterent. scilicet, quod nihil esset, quod peterent, quod statim illi

**F** non concederent. sic. n. fuit de Israelitis petentibus ab Aegyptijs vasa aurea & argentea, & vestes: quia dominus dedit gratiam Iudaeis coram Aegyptijs, ut non negarent aliquid eorum, quae petebantur. Sic dicit Exo. 3. Dabo gratiam populo huic coram Aegyptijs, & cum egrediemini non exibitis vacui, & Exo. 11. cap. dicitur: Dic omni plebi, ut possulet vir ab amico suo, & mulier a vicina sua vasa argentea & aurea: dabit autem dominus gratiam populo suo coram Aegyptijs. Tertio modo, potest fieri, quod Deus dicitis verbis istis ab apostolis inueneret timorem quandam dominis Asinae, & pulli, ut non auderent negare petita: aut moueret animum eorum penitus flectendo ad dandum, quod petebatur. Quilibet istorum duorum modorum potest stare, sed potius secundus, & tertius: ad ambos. n. conuenit dictum Chryl. scilicet. Neque parum existimes, quod factum est. Quis enim suadet dominis iumentorum non velle contradicere: vel nolentes silere, & concedere? Dicta autem aliorum conueniunt magis tertio modo. Sic dicit Theophylactus. scilicet. Non autem permitterent, hoc dominus iumentorum, nisi diuina virtus eis incumberet cogens illos: perferunt quia existentes rurales, & coloni permiserunt pulum auferre: sic etiam dicit Titus. scilicet. In hoc autem diuinam fore uocationem paruit: non enim potest aliquis resistere Deo, qui sua sunt euocanti. Et ideo dicit ipsemet Titus: Obmutescunt autem ob excellentiam fortis virtutis, neque uentes resistere saluatoris eloquijs, qui ligauerant asinum: & ita magna uocatio est, quasi necessitas ostenditur fuisse super dominos pulli & asinae ad flectendum corda eorum statim, ut verba dicta sunt: non est tamen credendum, quod virtus aliqua realiter esset in verbis apostolorum, quae Christus iusserat dicere illis, sed quod statim, ut verba illa dicta sunt Deus per interiorum preparationem mouit mentem eorum ad id, quod uoluit.

Quare Christus dixit, & statim dimittet eos. Questio XXXVI.

**Q**VAERETVR, quare dixit: Et statim dimittet eos. Dicendum, quod per eos necesse est, accipi asinam, & pullum, pro quibus Christus mittebat. Et potest intelligi dupliciter: vno modo referendo ad dominum iumentorum, alio modo referendo ad Christum, accipiendo primo modo est sensus, quod Christus ostenderet, quod nulla contradictio esset contra apostolos petentes asinam, & pullum, sed quod ipse moueret cor domini iumentorum ita, quod statim, ut diceret apostoli verba Christi, non resisteret illis. Et sic duo ostendit hic Christus. scilicet. diuinam sapientiam & potestatem: sapientiam quidem, in quantum praedixit futurum esse, quod dominus iumentorum resisterent a principio. Potestatem uero, in quantum dixit eis verba, quibus dictis statim cederet, qui resisterat: & quia quanto aliqua virtus in minori tempore operatur aequalia, tanto est fortior, & nulla operatio fit uelocior, quam facta in instanti, quae non habet successione aliquam, signauit diuinam uirtute hic operari cum dixit: Statim dimittet eos. i. ille, qui uobis aliquid dixerit impediendo, ne tollatis pullum, & asinam, statim ut audierit uerba, quae ego dico uobis, dimittet eos. i. permittet uobis, quod liberè ducatis asinam & pullum, sic dicit Glo. scilicet. Confestim dimittet eos. i. dominus iumentorum, dimittet eos. i. pullum & asinam in Christi seruitio mancipandos. Secundum modo referendo ad Christum est sensus, quod ista essent uerba ad placandum dominum iumentorum faciendo eum certum de reditu iumentorum, quoniam discipuli soluerent pullum, & asinam forte domini illius nescientes, an redituri erant aliquid ad eos, & quando fierent difficiliore ad concedendum. Ob hoc ergo ipsi certificant dominos, quod statim reducerent asinam, & pullum. i. parum de iumentis: ga non facturus erat Christus aliud,

aliud, nisi quod equitaret usque Ierusalem, & illico remitteret animam ad dam: & tunc tota litera refertur ad Christum. scilicet. si quis uobis aliquid dixerit. scilicet. uolens retinere pullum & asinam: dicit quia dominus his opus habere. i. indiget illis, & statim dimittet eos. i. non tenebit eos, diu ad operam suam, licet nunc illis indigeat: sed statim illos remittet ad vos. Sic dicit Chryl. Statim dimittet eos. scilicet. intelligendum est, quod animal postquam ingressum est in Ierusalem, ad dominum suum remissum fuerit a Christo: & ita isti duo sensus possunt esse in uerbis Marci. scilicet. si quis dixerit uobis, quid facitis: dicit, quia domino necessarius est, & continuo illum dimittet huc. i. postquam dixeritis, domino necessarius est, dominus pulli statim dimittet illum. i. concedet, quod ducatis huc, id est, ad me pullum, de quo solus Marcus loquitur, vel continuo dimittet illum. i. dominus, cui necessarius est pullus, continuo. i. statim dimittet illum ad vos, ut non diu careatis uisui rei uestrae: sed primus sensus magis applicatur literae, & ille tenetur communiter.

Quare Matthaeus allegauit hic auctoritatem Zachariae potius quam ceteri euangelista. Questio XXXVII.

**Q**VAERETVR, quare potius Matthaeus allegauit, hic auctoritatem Zachariae, quam ceteri Euangelistae, cum Marcus, & Lucas idem factum enarrauerint: & tamen dictum propheticum non posuerunt. Aliqui dicunt, quod Matthaeus fuit peritior in literis Hebraeis: ideo potuit magis inducere testimonia legis, & prophetarum quam Marcus & Lucas. Sed dicendum, quod non stat. Primo, quia non constat, quod Matthaeus esset alij peritior, imò uerisimile est, quod Matthaeus, quod erat deditus negotiationi, & in telonio sedens, in eis esset peritior in literis sacris. De Marco autem esset uerisimilior, quod esset peritus, eo quod ipse erat de genere Leuitico, ut dicit Hiero. in prologo super Marcum, & in libro uirorum illustrium: Leuitae autem & sacerdotis erant, & esse debebant ceteris in lege peritiores: quia dicitur Malac. 2. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem ex ore eius exquirent, quoniam angelus domini exercituum est. & Aggei. 2. c. dicitur interroga sacerdotes legem. Secundum, quia dato quod Matthaeus esset peritior in literis Hebraeis, non allegaret solus Hebraicas auctoritates, vel non peritius quam ceteri, quia euangelistae, & ceteri scriptores sacrarum literarum non scriperunt humano ingenio & scientia, sed scientia diuina perfusi, & a Deo moti, & inspirati ad scribendum, ut dicitur. 2. Petri. 1. cap. 1. Hoc primum intelligentes, quod omnis propheta scripturae, propria interpretatione non fit. i. non fit propria scientia aut uiribus, & sequitur: Non enim uoluntate humana allata est aliquando propheta, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, & tamen Spiritus sanctus sufficientem scientiam dabat ad posse allegare omnes scripturas sacras: ideo non ex hac causa allegat auctoritates ueteris testamenti, potius Matthaeus quam alij. Sed dicendum, quod hoc fit quia Matthaeus scripsit euangelium Hebraeis, ut patet in prologo super Matthaeum, & dicit illud Hierony. in libro illustrum uirorum: & ob hoc solus Matthaeus scripsit in literis Hebraeis, & lingua: ceteri uero Graeca lingua scriperunt, ut tangit ibidem Hierony. Et August. libro 1. de concord. euang. Iudaei autem Messiam expectabant solum, in quantum erat eis promissus a Deo, ut appareret ex scripturis: & ideo nihil plus de eo considerabant quam de illo scripturae attestarentur, & consequenter illum in Messiam reciperent, cui constaret concordare sacras scripturas, quibus magnam fidem Christi dabant: & ideo Christus aliqui contra eos allegabat scripturas in testimonium suum, & remittebat eos ad concordantiam. Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

**A** fiderationem scripturarum, ut uiderent si concordabant factis eius, lo. 5. Scrutamini scripturas: quia uos putatis in eis habere uitam aeternam, ipse uobis, quae testimonium phibent de me. Fuit ergo magna cura Matthaeo omnes auctoritates ueteris testamenti allegare, quando docuisset ad propositum gestorum Christi, ut ex his magis Iudaei ad credendum suaderentur, & ideo non solum auctoritates illas, quas Christus allegabat, sed etiam quascunq; alias, quae ad propositum facere poterant, uicunq; studet inducere: euangelistae autem alij non scriperunt Iudaeis, sed alijs gentibus ad Christum conuersis: ideo non fuit studium eorum probare facta Christi testimonijs sacrae scripturae, & ob hoc solas illas auctoritates, quas Christus allegabat contra Iudaeos inducunt ipsi: non quidem, ut ipsi allegent, sed ut rem gestam referant: & ista est causa, ut Rabanus dicit, quare solus Matthaeus scripsit de asina, & pullo aduchis ad Christum, cum alij de solo pullo scribant. scilicet. quia per asinam populus Iudaeorum significatur: ceteri autem, quia Iudaeis non scriperunt, de asina tacuerunt. Sic. n. ait: Matthaeus solus, qui Iudaeis euangelium scripsit, asinam domino refert aducham, ut eidem etiam genti Hebraeae, si peniteat non desperandam monstraret esse salutem. Sed de hoc, quae sit causa dictum est supra q. 16.

Ad quid profuit hic allegare auctoritatem istam Zachariae. Questio XXXVIII.

**Q**VAERETVR, ad quid profuit hic allegare auctoritatem istam Zachariae. Dicendum, quod primo fuit ad excusationem: aliquis enim pauca sentiens fortassis irrideret, quod Christus super pullum indomitum equitando introisset in Ierusalem, quasi ex aliqua leuitate factum esset: tollit autem hic immissionis, & murmuracionis occasio, cum ostendatur, quod factum est propter dictum prophetam: & ita non fiebat equitate. Secundum quia dato, quod aliquis putaret omnia gesta Christi recte, & prudenter & grauiter facta esse: tamen quare equitans super asinam & pullum nunc attendisset in Ierusalem, quod nunquam sibi fuerat in consuetudinem admiraretur. Nam non fuit factum propter aliquid leuiandum laborem itineris, cum per rotam Gallileam progrediens nunquam hoc fecisset. Sic dicit Chryl. Non equeidem, quod ex necessitate a monte Oliueti usque Ierusalem ire dominum super pullum oportebat, cum Iudaeam & omnem Gallileam pedester perambulauerit, sed signum erat, quod fiebat. Redditur ergo causa, hoc totum factum est, ut impleteretur, quod dictum est per prophetam. Tertio fuit ad condemnandum Pharisaeos, & doctores legis, qui Christum cognoscere poterant, si uellent. Nam ipsi sciebant signa eius aduenientis. scilicet. super asinam, & pullum uenire: cum autem sic eum uenire uiderunt, aut contemplerunt eum recipere ut regem agniti, aut malitia excecauit eos, ut non agnoscerent, quem clare poterant cognoscere: unde si dicerent aliqui, quod non cognouerunt, vel non potuerunt cognoscere nunc Iudaei Christum, allegat contra eos, quod potuissent agnoscere: quia signum sufficiens erat quod ueniret Messias equitans super asinam. Et ut ostendat, quod esset istud signum conueniens allegat auctoritatem Zachariae, quod praedixerat sic dicit Glo. Adhibet autem huic facto prophetam testimonium, ut appareat dominum omnia, quae de ipso scripta erant impleuisse, sed inuidia cecatos Scribas, & Pharisaeos ea, quae ipsi legebant, intelligere noluisse. Quarto fuit, ut ostendatur, quod de eis, quae scripta erant de Messia, ut appareat dominum omnia, quae de ipso scripta erant: sic enim Christus dixit Petro an putas, quod non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modum plura quae duodecim



legiones angelorum: quomodo ergo implebunt scri-  
pturam: quia sic oporteret fieri. & tamen de eo scriptum  
erat, quod veniret ascendens super pullum & asinam:  
ideo venit: hanc autem necessitatem quomodo Christus ex-  
pleuerit, ostendit Matthaeus, postquam Christus sic  
equitavit, ostendens quomodo hoc erat necessarium  
in iudicis auctoritatem prophetae. & sic dicit Glo. ubi  
supra. Assubetur autem huic facto prophetae testimo-  
nium, ut appareat deum omnia, quae de ipso scripta er-  
ant, impleuisse. Quomodo fuit ad condemnationem Iudeo-  
rum, quod Christus non decenter acceperint ascenden-  
tem in templum, sed potius laudibus eius restiterint:  
quoniam ipse ibat laudabant eum pueri, dicentes: Hosanna fi-  
lio David, indignati sunt autem sacerdotes & scribae,  
& dixerunt ei, quare non compesceris illos sic clama-  
res: Christus autem ostendit, quod recte dicebant, quia ex  
ore infantium erat perfecta laus, ut dicitur infra in lite-  
ra, & Mar. 11. imò quod erat necesse tunc per aliquos dari  
illam laudem Christo: quia si illi tacerent, lapides clama-  
rent, Luc. 19. c. & in hoc peccaverunt Iudaei sacer-  
dotes & scribae. Si autem aliquis diceret, quod excusa-  
bantur, quia nesciebant quis erat, tollit propheta occa-  
sionem excusationis, ostendens, quod Messias rex eorum  
super pullum & asinam ascensus erat, & ut videatur  
quomodo ex hac auctoritate tollatur eorum defen-  
sio postquam illam Matthaeus. Sexto, & principaliter fuit,  
ut dictum est precedenti quaestione, quia intentio Mat-  
thaei erat ostendere Iesum esse Messiam, & ad hoc vo-  
lebat singula, quae de Messia dicta erant, applicare ad ip-  
sum: ideo enarrando actus eius, ubique aliquod testi-  
monium est, ex quo ostendatur, quod talia facere  
deberet Messias, inducit illud in concordiam gestorum  
Christi. Et quia istud, quod nunc fecit Christus, factum  
debet super asinam, & pullum ad introeundum in Ieru-  
salem praenunciatum erat per Zachariam, praedixit illud  
nunc in loco suo, & ita de omnibus alijs, quae ad Mes-  
siam pertinent inducit ea in locis suis, ut per hoc ostē-  
so quomodo Iesus expleverit omnia, quae de Messia di-  
cta erant, sine scrupulo tenerent cum esse Messiam, &  
magis afficerentur ad facta eius.

*Quare Christus equitans super pullum, & asinam potius  
venit in Ierusalem, quam in alium locum terrae Iu-  
deorum. Quaestio XXIX.*

**Q**VAERETVR, dato quod Christus deberet  
venire equitans super pullum & asinam, quare  
potius venit in Ierusalem, quam in alium locum ter-  
rae Iudaeorum. Dicendum, quod primo fuit ad imple-  
dum prophetiam. Nam sicut propheta praedixit, quod su-  
per asinam & pullum ascenderet, ita dixit quod iret. Ait  
enim: Exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalem, ec-  
ce rex tuus venit tibi. Et hic in litera dicitur: Dicitur fi-  
lia Sion, ecce rex tuus venit. Vtrobique autem signifi-  
catur Ierusalem: ergo debuit Christus venire in Ieru-  
salem, ascendens super asinam & pullum. Secundò,  
quia dato quod non diceretur in prophetia locus ad  
quem Christus veniret sic equitans, debuit intelligere,  
quod veniret in Ierusalem, eo quod Ierusalem erat  
caput regni: Christus autem veniebat nunc ut rex, &  
quasi suscepturus regnum: quia dicitur, ecce rex tuus  
venit tibi, ergo ad Metropolim regni venire debuit,  
sed Ierusalem erat metropolis, ergo debuit illuc ire.  
Tertiò, quia Christus erat rex promissus in lege, &  
prophetis, & non rex talis, quales reges mundi, sicut ip-  
se dixit Pilato, regnum meum non est de hoc mundo.  
Ioan. 18. Ideo quod rex esset non poterat cogno-  
sci ex apparatu, & ex manifestis signis exterioribus,  
sed solum ex signis datis in scriptura, sed scripturam  
non intelligunt nisi sapientes, ergo debuit venire in

locum sapientum: erant autem omnes sapientes & do-  
ctores praecipui legis in Ierusalem: ideo illuc conue-  
niens erat, quod Christus iret sic, quia alias poterat calu-  
mari Iudei, quod Christus venisset inter gentem rudem,  
& indoctam, quae non poterat eum cognoscere, ideo  
si maneret incognitus, sibi imputaret.

*Quare Matthaeus allegando auctoritatem Zachariae non recita-  
vit eam ad literam, sed mutavit verba: & quomodo  
est intelligenda, quo ad singulas eius partes.  
Quaestio XXX.*

**Q**VAERETVR, cum hic Matthaeus allegeret  
auctoritatem Zachariae, quomodo non secutus  
est eam, sed mutavit aliquantulum. Nam Zacharias di-  
xit: Exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalem, ecce  
rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper & as-  
cendens super asinam, & super pullum filium asinae.  
Matthaeus vero ait: Dicitur filia Sion, ecce rex tuus ve-  
nit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum fi-  
lium subingalis. Dicendum, quod quando Christus vel  
apostoli allegant testimonia de veteri testamento, non  
solent allegare penitus quantum ad literam: sed satis  
est allegare quantum ad sententiam. Nam & nos quo-  
tidie hoc facimus, quia quandoquocumque inducimus ali-  
qua testimonia, sine sacra scriptura, siue alterius scri-  
pturae, non allegamus ea prorsus quantum ad literam,  
sed tenemus sententiam: quia non est res sermone, sed  
rei est sermo subiectus, ut Hilarius ait: & extra de ver-  
bo. signi. c. intelligentia. non est ergo contendendum  
aliquando an eadem verba recitentur, dum tamen non  
varietur sententia: quia tamen interdum sub intelligē-  
tia verborum ambiguitas est, allegatur tunc testimo-  
nia penitus quantum ad literam, ut tota serie verborum  
prospecta de sententia iudicari possit: de Christo tamē  
manifestum erat, quod veritate scripturae allegaret, quia  
ipse eam in spiritalibus mentibus prophetarum: apostoli  
quoque allegarent, si veritatem sententiae: quia in spi-  
ritu sancto loquebantur. 2. Pet. 1. c. ideo etiam  
si non teneant eadem verba, planum est nobis, quod sen-  
tentiam sequuntur: & ideo propter nos non oporteret  
conari exponere & applicare literam Christi, vel apo-  
stolorum ad literam veteris testamenti, sed ne nobis  
Iudei insultent dicentes, quod in eadem pro veritate acce-  
pimus, conandum est in omnibus talibus allegationi-  
bus applicare, quomodo litera inducitur a Christo, vel apo-  
stolis conveniat veritati, & literae Hebraicae: ut Iudaei nega-  
re non possint concordiam: est autem in presenti dicen-  
dum, quod aliqua verba ponuntur a propheta, quae non  
allegavit Matthaeus: & hoc quia non erant necessaria:  
vel quia ex alijs colligebant. De enim in Zacharia, exul-  
ta satis. hoc non posuit Matthaeus. Et ratio est in tribus:  
primò, quia illud non inducitur per modum assertio-  
nis, sed exhortationis: propheta enim loquitur ad Ierusalem  
hortando, quod in adventu Messiae gaudeat, & ideo in se-  
cunda persona loquitur dicens: exulta. Matthaeus autem,  
quia non loquitur ut propheta dicens aliquid ad Ieru-  
salem, sed adducens auctoritatem istam per modum  
testimonij, non curavit de illa allegare nisi illud, quod  
ad assertionem pertinet. Secundò, quia licet istud non  
ponat Matthaeus per modum exhortationis, quasi lo-  
quendo de re futura, quod ad prophetiam pertinebat,  
recitat illud per modum rei gestae, sicut ad historiogra-  
phum pertinet: unde ad laetandum hortatus est hic Za-  
charias, & Matthaeus laetatum fuisse ostendit, inquan-  
tum ait: plurima autem turba strauerunt vestimenta  
sua in via, & cetera, quae sequuntur de ramis, & Hosan-  
na ad laetitiam magnam pertinet, quam tunc Ieroso-  
lymitae conceperunt.

Tertiò, quia licet Matthaeus non retulit per eadem verba,  
tenuit

tenuit tamen sententiam: quia loco huius, quod dicitur  
exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalem: dicit Mat-  
thaeus: Dicitur filia Sion. Quia cum ait Zacharias, exul-  
ta filia Sion, dicit Matthaeus, dicitur filia Sion: nam si di-  
ceretur ei, quod rex tuus veniebat, certum est quod exul-  
taret: ideo idē erat, quod diceretur ei exulta filia Sion,  
vel dicitur filia Sion, ecce rex tuus venit. Nunc autem  
applicanda est litera: dicitur enim, Exulta satis. Verè sa-  
tis exultandum erat, quia nulla maior letitia esse pote-  
rat Ierusalem, quam quod rex tuus, & Deus & salua-  
tor veniret, qui eam ab omni malo liberaret: ideo non  
solum exultandum, sed & satis. i. abundanter exultan-  
dum erat. Dixit filia Sion, quod de Ierusalem intelli-  
gitur, quae erat filia Sion: id est civitas posita sub monte  
Sion, & circumfusa illi: Et quia subdita vocatur filia,  
quia filia matri subiicitur, vel quia mons Sion erat for-  
talitium protegens urbem, cum ibi esset templum, &  
domus regia, quae erant fortalicia urbis, & protegebant  
eam, sicut mater filiam. Rabanus enim dicit, filia Sion  
historialiter dicitur Ierusalem civitas, quae sita est in  
monte Sion. Dicitur ultra (& iubila filia Ierusalem)  
ad eandem sententiam pertinet: quia eadem est, quae  
est filia Sion, & filia Ierusalem: sed est repetitio qua-  
dam qualis fit in carminibus, & in modo loquendi  
prophetarum, iuxta illud Psalmi 143. Qui docet ma-  
nus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum.  
Nam bellum & praelium idem sunt: Et idem est do-  
cere manus ad bellum, & digitos: cum vnum sine al-  
tero non moueatur, & 2. Reg. 20. & 3. Reg. 12. c. dicitur,  
quae nobis pars in David, aut quae hereditas in filio Isai.  
Et idem est: quia David & filius Isai, idem est, & pars,  
& hereditas: unde idem est habere partem in David,  
quod habere hereditatem in filio Isai. Ita ergo hic fi-  
lia Sion, & filia Ierusalem. Sed dicendum, quod filia  
Sion vocari potest ipsa civitas, prout murorum ambi-  
tu continetur: vel ipse populus habitans in civitate:  
filia autem Ierusalem non potest accipi, nisi gens ha-  
bitans in civitate. Ratio differentiae est, quia tota ci-  
uitas Ierusalem, ut murorum ambitu clauditur sub  
monte Sion erat, & ei circumfundebatur, & ab eo pro-  
tegebatur, ut filia a matre: & tamen non est aliquid,  
quod ipsi toti civitati Ierusalem esset subditum: vel  
quod filius, aut filia eius vocari possit nisi gens, quia  
ista claudebatur intra urbem: & tamen utrobique est  
eadem sententia: quia quando dicitur: Exulta filia Sion,  
non locutus est ad lapides, sed ad homines. Dicendum  
autem, quod propter hoc Matthaeus non posuit ista duo  
sicut Zacharias, sed dixit solum: Dicitur filia Sion, cum  
idem filia Sion, & filia Ierusalem sit in praesenti, & non  
attendit repetitionem verborum, sed sententiae inte-  
gritatem Matthaeus: & ita hic ponitur verbum, idem  
significans, scilicet iubila, & exulta, quia iubilare can-  
tum nominat, exultare verò exteriorem saltationē,  
quae cum cātico fit. Dicitur ultra (ecce rex tuus) dictio  
demonstrativa, quasi ille, de quo sermo erat, ad oculo  
videretur. Sed dicitur, quomodo hoc stat, cum  
Christus non venerit, quando ista dicta sunt, sed mul-  
to post, cum dicta fuerint ista a Zacharia, qui fuit sta-  
tim post reditum de Babylone. spauco tempore post.  
Dicendum, quod si istud ad Matthaeum referatur, non stat  
obiectio: quia quando Matthaeus istud dixit, res erat fa-  
cta. Et tamen dicendum, quod non debet referri, ut  
sunt verba Matthaei, sed Zachariae. Primò, quia Mat-  
thaeus inducit hic allegando, & ideo debent referri ad  
illud tempus, in quo loquebatur Zacharias. Secundò,  
quia etiam non convenit, ut referatur ad Matthaeum:  
quia eo tempore, quo Matthaeus ista dixit, iam praete-  
xerat, & non erat conveniens dici, filia Sion, ecce rex  
tuus venit: quia iam venerat, & eum occiderat: potius  
simè cum dicat Matthaeus. Hoc autem totum fa-  
Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

atum est, ut impleatur, quod dictum est per propheta-  
tam. Et ita inducit prophetiam esse completam: ideo  
ad tempus, quo propheta locutus est referendum est.  
Sic autem referendo dicendum, quod hic fit demon-  
stratio non ad oculos, sed ad intellectum: scilicet ec-  
ce rex tuus, id est, considerate spiritualiter opera eius.  
Secundò potest intelligi, quod Christus ostendit a  
propheta: quia licet nondum venerat in carne assum-  
pta, tamen in persona sua iam erat: quia persona Chri-  
sti, cum sit divina aeterna est. De istis duobus dicit  
Chrysostomus: Ecce ostēditur est verbum, id est, non  
carnali aspectu, sed spirituali intellectu opera virtutum  
eius aspice. Ante tempora, quidem multa dicebat  
ecce, ut ostenderet, quod ille, de quo loquebatur ante-  
quam nasceretur iam erat. Tertiò potest dici, &  
melius, quod ista est demonstratio ad oculos: nam  
ea, quae sequuntur istud ostendunt, cum dicitur, rex  
tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam: & di-  
cat Matthaeus, hoc completum esse nunc, & tamen  
completum fuit realiter: ergo Zacharias demonstra-  
bat istud realiter, & non ad intellectum, etiam non  
demonstratur Christus pro esse, quod habet in aeter-  
nitate, quod competebar ei tempore Zachariae: quia  
pro illo competit sibi esse diuinam personam, sed non  
intrare in Ierusalem, super pullum & asinam: & tamen  
Zacharias ostendit illum, ut sedentem super pullum  
asinam, ergo non est sensus ille praecedens, sed quod  
fuit demonstratio ad oculos, non quidem quia rea-  
liter illum ostenderit Zacharias, sed quod ita propin-  
quus esse videbatur, quasi iam praesens esset, ut dem-  
strari posset, & hoc quia propheta loquuntur iuxta di-  
uinam inspirationem eis factam. 2. Petr. 1. Apud  
Deum autem multi anni sunt sicut momentum, vel  
ictus oculi, ideo quod valde longè est respectu nostri,  
est quasi iam sit respectu Dei, & quasi ad oculos de-  
monstrari possit. Sic dicitur Psal. 49. Quoniam mille  
anni ante oculos tuos, sicut dies hesterni, quae prete-  
riit. Et ita Petrus respondens illis, qui dicunt nihil ma-  
li futurum post nos, & seculum mansurum in statu,  
in quo est, quia semper illud in isto statu viderunt, di-  
cit: vnum hoc non laeat nos charissimi, quod unus  
dies apud dominum sicut mille anni: & mille anni sicut  
dies vnus. 2. Petr. 3. Et ita in sacra scriptura multa dicitur  
esse, quasi nunc sint, quae tamen multum distant.  
Sic Christus dicit, de resurrectione futura loquens.  
Io. 5. Venit hora, & nunc est, quando mortui audiunt  
vocem filij Dei, & qui audierint vivent. Et intelligitur  
de resurrectione corporali, cum dicitur statim: Venit  
hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient  
vocem filij hominis, & procedent, qui bona egerunt in  
resurrectionem vitae, qui verò mala in resurrectionē  
iudicij. Et tñ postquam illud Christus dixit, multa tē-  
pora transierunt, & adhuc nescimus, quoniam erit resurre-  
ctio. Et 1. Io. 2. c. dicitur, Filioli hora nouissima est, &  
tñ multae horae, & anni postea transierunt, ita et de ipso  
adventu Christi dicitur, statim veniet ad templum san-  
ctum suum. Malac. 3. c. et tñ illud statim longum erat.  
Et Aggei. 2. c. dicitur: Adhuc vnum modicum, & ego  
mouebo caelum, & terram, et veniet desideratus cun-  
ctis gentibus: et tamen tempus inter Aggeum, et aduen-  
tum Christi magnum fuit, scilicet, plusquam quadrin-  
gentorum annorum, et tñ apud Deum vocat modicu-  
m. Ita ergo nunc, licet inter tēpus, quo locutus est Za-  
charias haec, & aduentum Christi fuerint anni plusquam  
quadringenti: tñ respectu Dei inspirantis prophetam,  
ita parum erat quod videbatur iam in esse, & quod esset ad  
oculum demonstrabile: ideo dixit, ecce rex tuus venit.  
Dixit autem (rex tuus) quia de Messia loquebatur,  
qui rex erat. De semine enim regali David erat, & cui  
promissum erat, quod regnaret Lu. 1. et Iere. 23. dixit autem,  
Ecce 3 Tuus,

*Quid per  
filiam Sio  
quid ve p  
filiam Ieru-  
salem intel-  
ligatur.*

Tuus, non quasi solum gentis Iudæorum rex esset: quia non erat futurus rex carnaliter, id est, temporaliter, sicut David & Salomon, qui præfuerunt solum genti Iudæorum, sed est rex omnis terræ Deus: Psal. 36. & est princeps omnium terræ regum: Apoc. 1. cap. Qui constitutus est a Deo iudex, & rex viuorum & mortuorum. Actu. 10. c. Et tamē vocatur specialiter, rex tuus, quia specialiter erat promissus genti Iudæorum, scilicet, quia de stirpe Iudæorum venit, & eis promissus est: & non fuit promissus gentibus, sed omnes promissiones factæ fuerant patribus de gente Iudæorum: & ita apostolus dicit ad Romanos decimo quinto; Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare Deum. i. gentibus non fuit promissus Messias: ideo super misericordia, id est, de misericordia debent laudare Deum: quia cum non promissus esset eis Messiam, dedit illum in redemptionem eorum sicut & Iudæis: & ita Christus vocatus est rex Iudæorum in titulo passionis, qui titulus Deo placuit, tanquam cōueniens, ideo licet Iudæi voluerint illum delere, Deus non permisit, dans in mentem Pilato, quod sic maneret titulus. Io. 19. c. Et cum Christus omnium Iudæorum esset specialiter rex, adhuc specialius erat rex Sion, & Ierusalem: quia ibi erat metropolis regni, & ita solent reges denominari ab eo, quod in regno præcipuum est, & talia loca vocamus sedes regni. Dicitur ultra (venit tibi) id est, venit ad te, scilicet, quia in Ierusalem intrauit Christus, sic equitans super pullum asinæ, & non in alium locum: vel venit tibi, id est, venit ad utilitatem tuam, vel ad damnum tuum. Significat enim acquisitionem datium ille. q. d. magnam utilitatem consequeris nunc ex isto aduentu ad te si receperis illum, & magnum damnū: si non receperis. sic dicit ipse Christus Luc. 19. c. flens super Ierusalem: Si cognouisses, & tu, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Sic dicit Chryso. Ecce rex tuus, cum ergo videritis eum, nolite dicere, non habemus regem nisi Cæsarem. Venit tibi. i. si intellexeris, ut saluet te: si non intellexeris, venit contra te. Et hoc est sicut litteram Matthæi. Nam Zacharias dixit, veniet tibi, quod de futuro est, sicut futurū erat tempore Zachariæ, & ita poterat responderi, quoniam quærebatur quoniam Zacharias posuit, ecce, quæ est dictio demonstratiua, cum ista res non esset præsens. Nā dici potest, quod non demonstrat ad oculum rem quasi fieret, cum verbum non posuerit de presenti, sed de futuro: sed, ecce, ponebatur, ut dictio excitatiua ad considerandum. i. considera, quod res tuus veniet tibi: & tñ ponendo, quod sit demonstratio aliqua, respondendum est sicut supra. quod multa tempora sunt coram Deo, sicut momentum, & ideo id, quod post illa tempora futurum est, potest demonstrari respectu Dei, tanquam præsens. Dicitur ultra (Iustus,) & hoc expositione non indiget: erat. n. iustus, qui peccatum non fecit, neque inuētus est dolus in lingua eius. 1. Pe. 2. c. d. & cuius erat iustitia cingulum renium eius Isa. 11. c. & ita dicit Iere. 23. c. Suscitabo David germen iustum. i. Messiam iustum, qui est de stirpe David: & postea dicitur, hoc est nomen, quod vocabunt eum, dominus iustus noster. Dicitur ultra (saluator) hoc soli Christo competit ipse solus est, qui saluare potuit & saluauit, vnde non est datum sub celo aliud nomen, in quo oportet nos saluos fieri, nisi in nomine eius. Actu. 4. c. Et hoc quod omnes prophetae huic testimonium perhibent redemptionem, & remissionem peccatorum accipere per ipsum: Actu. 10. cap. Et vocatur hic saluator, id est, ad saluandum veniens, cum dicatur, veniet tibi iustus, & saluator. Nam ea vice, qua nunc venit in Ierusalem, ad saluandum venit: quia post paucos dies ibi occisus est,

Quare dixit saluator.

per cuius mortem saluati sumus. Dicitur (Et ipse pauper) est verum, quod pauper veniebat: quia ascende-bat super pullum filium asinæ, & non in apparatu regum mundanorum, & tam pauper fuit, quod licet aues celi nidos haberent, ipse non habuit, vbi reclina-ret caput suum, supra octauo caput. Matthæus autem ista non posuit, non enim dixit iustum, saluatorem, & pauperem. Et hoc primo, quia solum ea posuit, quæ ad propositum suum pertinebant. Ipse autem indu-cebat hæc ad ostendendum, prænuñtatum esse a pro-pheta, quod Christus super asinam equitaret, & ad hoc non facit, quod fuerit iustus, saluator, & pauper, sed potius sunt conditiones, quæ ad personam Messie pertinent. Secundo, quia Matthæus non posuit illa, eo quod loco il-lorum posuit vnum equiualens. I. mansuetus, & istud est verius. Nam si Matthæus penitus vellet illa subuce-re, sicut taceret illa, ita & quodlibet æquiualens, vel lo-co illorum ponendum, & tamen posuit loco illorum hoc, quod est esse mansuetum: ideo non penitus ta-cuit: sicut loco illius. s. exulta filia Sion, posuit, dicite filie Sion, & vocauit eum mansuetum: quia conuenit hoc in proposito, cum dicatur: sedens super asinam. Satis enim mansuetus erat rex, qui super asinam sede-re volebat. Nam si superbus esset, nollet nisi in curru aureo, vel in equo feruido. Sic dicit Chryso. Mansue-tus, inquit, non ut propter potentiam timeretur, sed ut propter mansuetudinem amaretur: vnde non sedet in curru aureo, prægiosa purpura fulgens: neque, ascen-dit super feruidum equum discordiæ amatorem & li-tis: sed super asinum tranquillitatis, & pacis amicam. Vel posuit mansuetus: quia dixerat Zacharias, pauper, & tamen qui pauper venit cum diues esse possit, man-suetus venit. Dicitur autem vltra (sedens super asinam & pullum) secundum Matthæum. Zacharias verò di-xit, ascendens super asinam, sed idem est: quare au-tem Christus nunc equitans super asinam, vel pul-lum voluerit intrare in Ierusalem, posita fuerunt cau-sæ supra, & præcipua est, ad implendum dictum pro-pheta, scilicet, ecce rex tuus, sicut dicit hic Matthæus, scilicet, hoc totum factum est, ut impleretur quod di-ctum est per prophetam. Et tamen alij, adhuc aliam causam apponunt, scilicet, quod factum est ad exem-plum humilitatis, & mansuetudinis præbendum, sci-licet, quod non est necesse equitare ascendens equos, cum sufficiat asina ad itinerandum. Sic dicit Chryso. Mihi autem videtur, quod non propter mysterium solum super asinam sederit, sed & mensuram nobis sapiētię tribuens demonstrat, scilicet, quod non super equos ferri necesse est, sed sufficit asino vti, & eo quod necessita-tis est esse contentum: interroga autem Iudæos, quis rex super asinam delatus intrauit Ierolimam. An ve-rò Christus super asinam & pullum sederit successiue, vel super solum pullum, dictum est supra. Dicit enim Re-migius quod poterat fieri, quod super vtrumque ani-mal dominus sederit: alij autem non reputant hoc ve-risimile, licet esset possibile: ideo dicunt, quod non se-dedit realiter super vtrumque, sed super solum pullum: & hoc est verius, & tenet illud Hieronymus dicens. Sed videtur, quod super vtrumque animal in paruo spa-tio itineris dominus sedere nequiebat: ergo cum hi-storia, aut impossibilitate habeat, aut turpitudinem, ad aliorum transmittitur: & ita videtur intelligendum, ut dictum est supra q. 17. quod ascendit super asinam & pullum: quia super pullum verè ascendit: asina autem cum pullo du-cebatur, & ita super eam equitaret, vel ascendere vide-batur. Quod propheta dixit ut inueneret, quod Christus tã super Iudæos, quã super gentiles, qui per asinam & pul-lum significabant, iugum legis suæ posuerit. Dicitur ultra in littera Matthæi, & pullum filium subiugalis. Zacharias dixit, super pullum filium asinæ, & idē est: quia

ipia

ipsa asina subiugalis dicitur, quia subiugo posita erat. Aliqui autem putant, quod subiugalis sit accusatiuus plu-ralis numeri, & sit accusatiuus inuinitatis, & referat ad asinam, & pullum simul, qui essent subiugales. Sed di-cendum, quod non stat, sed est genitiuus singularis, & ad solam asinam referatur. Et patet primo, quia dicitur, a-sinum & pullum filium subiugalis. Nam si subiugalis non sit genitiuus, non erit aliquis, cuius dicatur pullus filius: cum tamen in littera filius dicatur: ergo oportet quod subiugalis sit ipsa asina, cuius pullus dicatur filius. Secundo patet hoc, quia idem ponitur in littera Zacha-riæ: Matthæus enim secutus est sententiam Zacha-riæ: sed ille dixit, ascendens super asinam, & pullum filium asinæ: ergo dicere filium subiugalis est dicere filium asinæ: Tertio patet, quia non poterat stare sen-tentia: nam si esset accusatiuus, diceremus quod asina & pullus essent subiugales. Sed non stat, quia pullus non erat subiugalis: quia subiugalis dicitur, qui sub iu-go ponitur, vel labori subijcitur: hoc autem de pullo non fuerat, quia Mar. 11. & Luc. 19. dicitur, quod super pullum nemo vnquam hominum federat: ergo sola asina erat subiugalis, quæ laboribus & oneribus subijciebatur, nunc verò Christus de nouo super pul-lum ascendit.

Quare discipuli posuerunt vestimenta sua super pullum. Questio XXXI.

QVARETVR, quare discipuli posuerunt ve-stimenta sua super pullum. Dicendum, quod discipuli inierunt pro pullo & asina, & adduxerunt eos, sicut Christus iussit. In quo est notandum, quod non erubuerunt, hoc paruum ministrerunt: sed exequi sunt illud ad mandatum Christi. Sic dicit Titus: Discipuli au-tem iussi ducere pullum, non resutauerunt hoc offi-cium, ut paruum: sed abierunt, ut addicerent eum: in quo nos instrumur, quæcumque parua pro Christo non erubescere subire: quia nihil tam paruum pro illo fieri potest, quod non efficiat nos dignos regno cælorum. Sic dicit Basilus: Sic quoque docet nos infima opera plurimo cum affectu & studio aggredi, scientes quod quidquid inuita Dei fit, non est paruum, sed dignum re-gno cælorum. Adducto pullo, tam illi duo discipuli, quam alij portauerunt vestes suas super pullum: cuius prima causa est, quia pullus ille fortassis non habebat stramenta, super quæ Christus sederet, & hoc verisimile est. Certum est enim, quod super pullum nemo vnquam loco stramentorum poneretur vestes discipu-lorum. Secunda causa fuit ad ornatum, & decentiam Christi: nam dato, quod pullus haberet stramenta, vel pos-set stramenta asinæ imponi pullo, adhuc non decen-ter federet Christus super pullum: ideo apostoli posue-runt vestimenta sua super pullum, ut decentius orna-tus Christus sederet, & procederet.

Quomodo Christus sedere voluit super pullum: cum tria ei obstarent. Questio XXXII.

QVARETVR, cum dicatur hic, quod Christum sedere fecerunt super pullum, quomodo ipse sedere voluit super eum: tria enim obstabat. Primum quia pullus erat indomitus, cum nemo adhuc super eum sedisset, ut dicit Mar. 11. & Luc. 19. c. Secundum, quia videbatur impotens ad tolerandum onus, quia erat ad-huc valde tener, & fortassis non posset eum tolerare. Tertium, quia habebat conuenienter equitaturam: Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

A vt super asinam sederet: nā si non haberet nisi pullum, poterat aliquantulum tolerari, quod pullum ascenderet: cum tñ haberet pullum, & asinam & esset asina conuenien-tior ad tolerandum onus, erat mirandum, quoniam pullum indomitum ascendere vellet. Dicendum, quod causa ascē-dendi Christo nunc super asinum, vel asinam non e-rat fatigatio ex itinere, vel aliqua necessitas corpora-lis, quia qui totam Galilæam prædicando ambulauerat, poterat nunc paruum terræ spatium pertransire a mon-te Oliueti in Ierusalem, ut dicit Chryso. l. Non quidē, quod ex necessitate a monte Oliueti, vsque Ierusalem super pullum ire dñm oporteret: cum Iudæam & omnē Ga-lilæam pedes perambulauerit, sed signum erat, quod fiebat, & quoniam ad significandum aliquid fiebat, debebat ascendere super illud animal, quod magis ad significa-tionem conueniebat: istud autem erat pullus. Nā asina significat populum Iudaicum, qui diuinis manda-tis, & legibus semper subditus fuerat, & tolerando at-ritus: pullus autem qui indomitus erat, super quem nemo adhuc sederat, restante Marco & Luca, signifi-cat populum gentilem, quia nullum doctorem ad ius-titiā & salutem animæ habuerat, ut dicit Hiero. & Ra-banus: Et quia super synagogā iam Christus federat, & sedebat, cum adhuc Iudæi legem a Deo datam tem-pore Christi seruarent: non oportuit tunc actualiter, & de nouo ascendere, super pullum autem nemo a-scenderat: ideo Christus super eum nunc ascendere debuit, ut ostenderet, quod populus gentiliū, qui indomitus erat, sibi subijciendus esset: vnde etiam si super asinam, & pullum ascendere posset successiue, non fuit conueniens: quia si super vnum eorum ascenderet, & illo relicto ascenderet super alterū, significaretur quod populus significatus per illud animal a Christo abijcere-tur: & tñ istud est falsum, quia nullum populum, quē subiecit sibi Christus repulit vnquam, sed tam Iudæos quam gentiles, ad se conuersos semper in lege sua te-nuit: ideo non fuit conueniens, quod ascenderet super vnū, deinde super alterum: sed postquam super vnum ascēderet, non dimitteret illud, & ita factum est. Sed fuit conueniens, quod ascenderet super asinam pullum, propter causam datam: ergo vsque Ierusalem non debuit il-lum dimittere.

Ad inconuenientia facile respondere. Ad pri-mum dicendum, quod licet pullus esset indomitus, & ex hoc videretur ineptus ad equitandum, scilicet, asper et non equali gressu incedens sed cursitans: tamen Christus hoc ei auferret faciens illum mansuetum, ac si semper assuetus esset oneribus ferendis.

Ad secundum dicendum, quod fortassis pullus e-rat iam fortis ad tolerandum onus: potissimum in tam paruo itinere, licet nemo super illum ascenderit: & ita sine miraculo posset Christum tolerare: & tamen dato, quod esset tener, ipse ei daret vires, ut tunc eum posset supportare, & grauius onus. Ad tertium di-cendum, quod illud procedit, quando nulla causa mo-ueret ad potius equitandum super pullum, quam su-per asinam: quia tunc super asinam, quæ aptior esset ad eum ferendum equitaret: & tamē cum causa sub-esset, quare super pullum ascendere deberet, licet asina corporaliter esset magis ad hoc disposita, posset Christus disponere pullum, ut esset sufficienter dispo-situs ad hoc: & ita super illum Christus ascenderet.

Prima autem turba. Hic ponitur secundum signum celebre, quia sicut præcedens signum fuit testificatio ex verbis propheta: ita istud fuit quedam incunctitas admirabilis, secuta de aduentu Christi in urbem Ieru-salem, quæ etiam ad dictum prophetiam pertinet: quia ille dixerat, exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusa-lem: et nunc cōpletum est in introitu Christi in Ierusalem, ex quo poterat, & debebat Iudæi moueri ad credendum

Et 4 quod

quod ille esset Christus, & suscipiendum eum, & dicitur. *Plurima autem turba.* In hoc ostenditur magnitudo honoris Christo exhibitum: quia multi erant exhibentes. plurima turba. *Strauerunt vestimenta sua.* Id est, extenderunt ea. *In via.* Scilicet, per quam transiturus erat Christus equitans super pullum asinae. *Alij autem.* Scilicet, qui vestes non habebant, quas commodè possent in via sternere: vel fortè, non tantum afficiebantur, vt vestes suas pedibus asinae, & transeuntium subicere vellent. *Cedebant ramos de arboribus.* Via illa, per quam Christus transibat, vndique multas arbores habebat, & de illis cedebant ramos, & in via sternebant sicut vestes. *Sternebant in via.* An eadem pars viae esset, in qua vestes sternebantur, & rami arborum non apparet: & poterat esse, quod simul ista sternerentur, vel in diuersis partibus viae, ita quod vbi ponerent rami, nullae vestes sternerentur, & è contrario. *Turba autem quae precedebat, & quae sequebantur.* Iste est alius honor Christo exhibitus: non solum enim opere eum honorabant vestes & ramos in via sternentes: sed etiam vocibus clamabant, apertè eum Messiam asserentes. Dicitur autem, quae precedebat, & quae sequebantur: quia Christus ibat in medio, & ita illi, qui precedebant canebant, & qui sequebantur canebant. *Clamabant.* Hoc erat ad maiorem laudem. scilicet, quia non solum profitebantur Iesum esse Messiam: sed etiam illud excelsa voce dicebant clamando, quasi non erubescerent hoc dicere, neque timerent. *Dicentes, Hosanna filio Dauid.* Istud est, quod Christo in laudem dicebant. i. honor & gloria fit filio Dauid, id est, Messiae, qui est filius Dauid: & volebat innuere, quod Iesus esset Messias, cui istam laudem & honorem dabant. Quid sit Hosanna, infra dicetur. *Benedictus, qui uenit in nomine Domini.* Ad laudem Christi pertinet. i. Christus, qui venit in nomine Domini. ab eo missus, vt redemptor noster benedictus sit. ab omnibus laudet & benedicatur. *Hosanna in altissimis.* i. gloria, vel pax sit Deo in excelsis habitanti, qui dignatus est nobis Messiam redemptorem nostrum mittere.

*Quae turba erat ista, quae strauit vestimenta, & clamabat.*  
Quaestio XXXIII.

**Q**VAERETVR, quae turba erat ista, quae strauit vestimenta, & clamabat. Dicitur, quod multi erant isti, qui hoc faciebant: & ideo turba vocabantur. Sic dicitur Mar. 11. Multi autem vestimenta sua strauerunt in via. Ista autem turba ex multis congregata erat, & est sensus, quod omnes, qui nunc fuerunt in via venientes cum Christo, vel occurrentes ei, exhibuerunt ei hunc honorem. Tota enim multitudo plebis Iudaeorum hoc circa Christum faciebat, quod eum honoraret, licet aliqui eum specialiter persequerentur, scilicet Pharisei & scribae, & sacerdotes: Ideo ceteri hunc honorem exhiberent. Sic dicit Hieron. Multitudo, non donec corrupta non fuit, cognouit quod congrui erat, propter quod honorauit Iesum, vnusquisque secundum propriam virtutem. Et tamen ista turba congregata erat ex tribus. scilicet, ex discipulis Christi, & ex eis qui sequebantur eum ex Hiericho, & ex illis, qui exierunt ei obuiam de Ierusalem: omnes hi clamabant, & vestes, & ramos sternebant. De discipulis patet Luc. 19. scilicet, cum appropinquasset iam ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbæ descendentium discipulorum laudare Deum. De turba veniente cum Christo de Hiericho patet, quia dicit Hieronymus: Turbae quae egressae fuerant de Hiericho, & secuta fuerant Saluatorem, superposuerunt vestimenta sua, & strauerunt viam ramis arborum. De turba occurrentium apparet, quia Ioan. duodecimo cap. dicitur: Turba multa, quae venerat ad diem festum, cum audisset, quia Iesus Ierosolymam

venit, acceperunt ramos palmarum, & exierunt obuiam ei. Sed obijciatur, quod soli discipuli hoc faciebant, quia Luc. 19. c. dicit: Ceperunt omnes turbæ descendentium discipulorum laudare Deum. Dicendum, quod non soli discipuli, sed & multi alij hoc faciebant: & ramen euangelista, & tota sacra scriptura, hoc modo se habet: quia id, quod in pluribus locis scribitur, si in vna parte plenè non fuit scriptum, scribitur in alia: & ita Lucas dixit de discipulis solis. Ioannes vero dixit de turbis, quae venerant ad diem festum: & ramen omnes, tam hi quam illi venerunt. Sed obijciatur, quod non potuerunt esse discipuli isti, quia dicit Luc. 19. c. Turbae omnes descendentium discipulorum. Et tamen discipuli ita pauci erant, quod non solum non faciebant multas turbas, sed neque vnā constituerent. Dicendum, quod non accipit Lucas discipulos pro solis duodecim apostolis, vel pro septuaginta duobus, de quibus Luc. 10. c. siqui de illis adhuc supererant: sed pro omnibus, qui Christum sequebantur, largè vocando discipulos ab addiscendo: omnes tamen, qui eum discipule audiebant, addicebant aliquid ab eo, & ita discipuli erant. Sic dicit Theophylactus: Discipulos uocat non solum duodecim, aut septuaginta duos, sed omnes quicumque Christum sequebantur, seu causa miraculorum, seu ad aliquam delectationem doctrinae.

*Ex quo loco cepit turba Christum laudare, & vestimenta sternere.*  
Quaestio XXXIII.

**Q**VAERETVR, ex quo loco cepit turba facere ista ad Christum. scilicet, laudare eum, & vestimenta sternere. Dicunt aliqui, quod hoc fuit ex loco, quod Christus ascendit super pullum: nam ante hoc non fiebat. Est dicendum, quod antequam Christus ascenderet super pullum, non fiebat ei aliqua istarum solennitatum: & tamen an statim, vt ascenderet ceperunt ista fieri, vel interiecto aliquanto tempore non apparet. De primo patet, quia turbæ non dederunt honorem Christo, quousque ipse voluit ab eis honorari, & hoc eis inspirauit, vt dicitur sequenti quaestione, et tamen non voluit honorari, quousque ascendit super asinum: ergo non fuerunt prius ista exhibita. Ob hoc enim, cum ante hoc nunquam super pullum ascendisset, tunc ascendit quia voluit tunc specialiter honorari. Secundo patet, ex ordine litera: quia prius referunt omnes euangelista, quod super asinum sederit: & deinde, quod turba strauit ramos, & vestimenta, & quod canebat. De secundo patet, quia poterat esse, quod statim vt ascendit laudarent eum turbæ, vel aliquanto tempore prius ceperint: sed satis videtur, quod non statim ceperint, sed aliquantū post, quia ante descensum montis Oliueti ascendit Christus super asellum: & tunc cum essent in descensu ceperunt turbæ hoc facere. Sic patet ex ordine litera. Luc. 19. c. f. Et cum appropinquarent iam ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbæ laudare Deum. Sed dicendum, quod veritas est, quod ista duo Christo exhibita sunt. scilicet, claus vocalis, & stratio vestimentorum, & ramorum in via: & non fuerunt simul inchoata, sed prius fuerunt vestes stratae, postea vero ceperunt laudare: vestes autem & ramos illico sternere ceperunt, ut Christus ascendit super asellum, laudes vero aliquantū post: & hoc colligitur Luc. 19. c. Nam dicitur: Duxerunt pullum ad Iesum, & iacentes vestimenta sua supra pullum imposuerunt Iesum: exeunte autem illo substernebant vestimenta sua in via: & sequi: & cum appropinquarent ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbæ laudare Deum. Et ita dicit, quod eunte Christo. i. incipiente progredi, postquam ascenderat a sellam. Si autem simul vtrunque; inceptū fuisset, non poneretur diuersæ determinationes, ita quod vnū diceretur factum

exente

exente. scilicet, aliud verò cum appropinquaret ad descensum montis Oliueti: etiam quia ordo litera significat ibi prius fuisse vestium strationes quam laudes vocales.

*Quare turbæ honorauerunt nunc Christum sternentes vestimenta sua, & laudantes eum vocaliter.*  
Quaestio XXXV.

**Q**VAERETVR, quare turbæ honorauerunt nunc Christum sternentes vestimenta, & laudantes eum vocaliter. Dicendum, quod fuit primò ex quodam gaudio spiritali, quod conceperant de mirabilibus, quae viderant, eum facere: ideo tanquam debitum honorem impendebant ei hunc. Sic dicit Luc. 19. cap. Ceperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant virtutibus. Et sciendum, quod licet pro omnibus miraculis eum laudarent, ramen specialiter pro suscitatione Lazari, quae erat miraculum magnum, & recens. Sic dicitur Ioan. 12. ca. Testimonium ergo perhibebat turba, quae erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis: propterea obuiam venit ei turba, quia audiebat eum facere hoc signum. Secundo, quia Christus indidit mentibus turbarum, quod eum sic laudarent, & honorarent. Nam ante hoc multas virtutes fecerat, & nunquam eum sic laudauerat aut honorauerant; nunc verò nullum miraculum fecit. Quod ergo nunc ipsum honorarent fuit, quia Deus mouit mentes eorum, vt specialiter eum nunc honorarent. Sic colligitur Luc. 19. ca. quando laudantibus sic turbis Christum dixerunt Pharisei: magister increpa discipulos tuos: quibus ille ait, dico vobis quod si hi tacerint, lapides clamabunt: quasi dicat, tacerere non possunt, quia mentibus suis impressum est, quod laudent, quia Deus vult istam laudem fieri intantum, quod cum Deus velit istam laudem fieri, si tacerent isti alij laudarent: & si nulli laudaret, lapides laudaret. Et hoc est innuit in littera, quod principes sacerdotum indignati sunt propter laudes puerorum, & dixerunt Christo: audis quid isti dicunt? ille autem ait. Nunquam legistis, ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? id est, Deus perfectam reddit laudem per ora puerorum, sed laus quam Deus perficit per os alicuius est illa, ad quam faciendam ipse mouet mentem humanam: id ipse inclinavit turbas ad laudem hanc, & reliquum honorem exhibendum.

*Quare Deus voluit, quod honor iste nunc exhiberetur Christo.*  
Quaestio XXXVI.

**Q**VAERETVR, quare Deus voluit, quod iste honor nunc exhiberetur Christo. Dicendum, quod primò fuit ad implendum prophetiam, quia sicut praedixerat Zacharias Christum venturum super asinam, & pullum: & ideo impletum est, vt inducit Matthaeus: ita praedixerat, quod filia Syon exultaret, & iubilaret tunc: ideo etiam hoc debuit impleri, & istud fuit per honorem nunc impensum: & ita fuit conueniens; quod nunc honoraretur Christus a turba. Secundo fuit ad mouendum Iudaeos, vt Christum susciperent, vel si nollent, non haberent excusationem. Exhibitus enim fuit tunc Christo honor, quem praedixerat Zacharias, quem cum viderent impleri Iudaei, poterant iudicare hunc esse Messiam, quod si nollent inexcusabiles essent. Si autem non intelligerent fieret excusatio eos malitia, quae non excusat, sed aggravat: cum aperta indicia apparerent. Tertio fuit, quia cum Christus esset mortui iam propinquus, vo-

lebat de se oia manifestari, quae occulta manserant: ante hoc enim neque ipse se Deum aut Messiam aperte, & publicè dicebat, neque per Apostolos praedicari volebat. Mortui autem propinquus se filium Dei aperte dixit coram Caipha. Mar. 14. capi. ita & se Messiam publicari voluit, quod nunc factum est, cum turba diceret, Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit, id est, iste est, qui venit filius Dauid, Messias: & venit in nomine Domini. scilicet, ad accipiendum regnum. Quod magis expressit Marcus. scilicet, Hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini, & benedictum quod venit regnum Dauid patris nostri. Regnum autem Dauid erat regnum Messiae Iere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Hoc autem de Iesu praedicari manifestè viderunt nunc Pharisei, & sacerdotes, & scribae: & doluerunt, quod tales laudes de eo dicerent: nam Pharisei, qui veniebant cum Christo in via, dixerunt ei, magister increpa discipulos tuos. scilicet, tacerent laudes illas, Hosanna filio Dauid: Christus autem noluit eos increpare, sed magis eos confirmauit dicens, quod necesse erat eas dici, quia si illi tacerent, lapides clamaret. Similiter postquam fuit Christus in templo, & pueri clamabant, Hosanna filio Dauid, indignati super his sacerdotes, & scribae dixerunt Christo, audis quid isti dicunt? quasi dicat, non debes tolerare a: Christus autem dixit, quod erat bona laus, & ita ex honore nunc ei exhibitio, fuit ostensum palam, quod erat Messias, & tanquam Messias receptus est in vrbe, ideo fuit conueniens hunc honorem impendi. Quarto fuit ad maiorem confusionem Iudeorum, vt cum post quinque dies Christum occiduri essent, quem nunc velut regem, & Messiam receperat populus, & publice ei, vt Messiae acclamatum fuerat, appareret magna eorum iniquitas.

*Quare potius istum honorem quam aliquem alium impenderunt turbæ nunc Christo.*  
Quaestio XXXVII.

**Q**VAERETVR, quare potius istum honorem, quam aliquem alium impenderunt turbæ nunc Christo. Dicendum, quod fuit, quia hoc tempore non videbatur ei posse alium honorem deferre. Nam recipiebatur Christus in Ierusalem, & honorandus erat in introitu suo: in hoc autem non poterat nisi verbo, & opere honorari. Vtroque autem modo honoratus est. Opere quidem, quia vestes in via sternebant, & ramos de arboribus iaciebant. Verbo autem, quia clamabant Christo Hosanna. Sic dicit Hieron. Cumque opere cuncta complessent, vocis quoque tribuant testimonium: & verum est quantum ad opus, quod non poterant tribuere alium congruentiorè honorem. Nam Christus veniebat, & ideo viam ei parauerunt vestibus eam operiendo, & ramis, vtrunque ad gaudium, & solennitatem pertinet: sed maior erat solennitas, quod vestes sternentur in via, quia quod rami: & tamen quia quidam non erant apti ad vestes sternendas, quia fortè simplices vestes habebant, & manerent nudi: vel quia vestes eorum erant rusticanae, & nullum honorem praestarent, iaciebant ramos: sic quilibet secundum suam dispositionem, & facultatem faciebat. Ita dicit Hieron. Multitudo enim donec corrupta non fuit, cognouit quod congruum erat, propter quod honorauit Iesum vnusquisque secundum propriam virtutem. De laude vocali dicendum, quod fuit multum conueniens, neque poterat alia esse magis conueniens, quia totus iste honor exhibebatur Christo, vt Messiae, & erat ad ostendendum eum esse Messiam, cum vocaretur filius Dauid, & diceretur nunc venire regnum Dauid. Mar. 11. ideo iste honor fuit multum conuenienter tunc Christo exhibitus.

Quare



Quare iacebant vestes in via.

Quest. XXXVIII.

**Q**VAERETVR de illis, qui vestes in via iacebant, quare faciebant hoc. Aliqui dicunt, quod fiebat, ut a felis non offenderet ad lapides, & foueas, & spinas: sed molliter super vestes incederet. Sic dicit Hierony. Turbæ, quæ secuta fuerant Christum de Iericho, supposuerunt vestimenta sua, & strauerunt viam pedibus asini necubi offendant lapidem, neque calcet spinam, neque labatur in foueam. Sed hoc non multum conuenit, quia minus offenderet a felis, quando via esset nuda, & quæcumque offendicula via, quàm cum vestibus operirentur, quia tunc facilius laberetur asinus in foueam aut impingeret ad lapides sub vestibus latentibus, vel ad spinas, & fieret sibi via inæqualis, neque super solidum pedes figeret. Secundo, quia ad hoc valde obstat ramos sternere: nam vestes, quæ planæ sunt aliquo modo prodesse poterant ad ea, quæ dicta sunt: rami tamen, qui inæqualem viam faciunt, potius impedirent a felis, & impingendi atque offendi causa essent: & tamen vestes, & rami simul sternerantur, ergo non erat ista causa.

Dicendum, quod ad honorem hoc factum est. Et hoc primo, quia tantum honorem nunc voluerunt Christo dare, quod etiam id, quod hominibus non datur, a felis Christi dederunt, scilicet quod super vestes hominum graderetur. Secundo, quia non potest aliquis magis alium honorare, quàm quod ea, quæ sibi chara sunt, ei impendat: homines autem diligunt vestes, quia in eis honorantur, & sicut eas: quod ergo illas quas mundas, & nitidas seruare quis cupit ad honorem suum subiciat pedibus alterius, sternendo per terram, ubi est maxima contaminatio, magnus honor est. & ideo conuenienter isti Christum sic honorabant: hoc autem deductum est in exemplum, ut quædam non iter recipimus aliquos multum venerabiles viros, aut dominos, sternamus viam prætoris stramentis, quod etiam ad sacras ceremonias transferatur, sicut quando Eucharistiam, aut crucem, aut aliquod aliud multum sacrum volumus venerari.

Qui rami erant, qui sternerantur, & ad quid.

Quest. XXXIX.

**Q**VAERETVR de ramis, qui sternerantur, & qui portabantur, qui rami erant, & ad quid. Dicendum, quod Ecclesia cantat ramos istos fuisse palmarum, & oliuarum. Nam dicitur, quod pueri Hebræorum tollentes ramos oliuarum obuiauerunt Domino: Euangelistæ autem tres, scilicet Mattheus, Marcus, & Lucas, qui rem istam perfectius referunt, ramos dicunt stratos in via, sed non dicunt quales fuerint. Sed dicendum, quod sicut Ecclesia cantat, rami fuerunt palmarum, & oliuarum. De palmis patet, quia Ioan. 12. dicitur multa turba, quæ conuenerat ad diem festum, cum audisset, quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & exierunt obuiam ei. De ramis oliuarum patet, quia supra in litera, & Mar. 11. quod plurima turba strauerunt in via vestimenta sua: alij cedebant ramos de arboribus. Arbor autem sicut consuetudinem sacre scripture significat arbores fructiferas: arbores vero non fructiferas ligna vocamus, ut colligitur Gen. 1. & Deuterono. 20. cap. & ideo arbores istæ, de quibus rami cedebantur, erant fructifera: & tamen cedebantur in monte Oliueti, ut patet in litera, quia in descensu montis Oliueti cepit fieri ista solennitas canentium, ut patet Luc. 19. cap. Sternere autem vestes, & ramos fuit.

**E**tiam ante descensum montis, cum venisset Christus ad ipsum montem, ut innuitur in litera, sed in monte Oliueti nihil erat principaliter nisi oliuæ: & ob hoc vocabatur mons oliueti: ideo apparet, quod de oliuis erant illi rami. Sic dicit Hierony. Alij cedebant ramos de arboribus. scilicet fructiferis, quibus erat mons Oliueti confitus: & tamen ille oliuis confitus erat. Sciendum autem, quod isti rami erant duplices. quidam fuerunt, qui manibus portabantur: alij verò, qui sternerantur in via. in manibus portabantur rami palmarum: in via autem sternerantur rami oliuarum. ratio autem fuit, quia quando Christus introiit in Ierusalem, quædam turba veniebat cum eo, & alia exierunt ei obuiam de vrbe illæ quæ veniebat cum eo, & sequebantur ex Iericho, non ferebant ramos in manibus, sed vestes sternerant in via, & ramos, ut per viam sic statim transiret Christus equitans super a felis, & isti cedebant ramos de arboribus, quas in via inueniebant: & rami quando ipsi inceperunt hunc honorem Christo exhibere, erant in monte Oliueti, & ibi non erant nisi oliuæ: vel saltem principaliter erant oliuæ: ideo rami de oliuis erant, qui cedebantur, & sternerantur in via: illis verò, qui de vrbe Christo obuiam exierunt occurrerunt rami palmarum. Nam iuxta urbem erant palmæ, & de illis tollebant ramos, quos in manibus ferebant. Verum est tamen, quod aliqui non potentes accipere ramos palmarum, vel qui de hoc non cogitauerunt, acceperunt ramos de oliuis. Et ita cantat Ecclesia.

**H**ic quod pueri Hebræorum tollentes ramos oliuarum obuiauerunt domino. Ioannes tamen solos ramos palmarum nominauit. Et ratio est, quia præcipue ramos eorum, qui de vrbe exierant nominauit, & isti erant rami palmarum. Aliqui autem dicunt, quod ratio quare de oliuis, & palmis fuerunt rami, fuit: quia isti conueniebant ad significationem eius, quod gerebatur. Nam oliua misericordiam significat: palma autem victoriæ, & quia Christus ex misericordia voluit supportare de factos nostros, & pro nobis morti, rami de oliuis conueniebant: & quoniam post passionem triumphauit de morte, ut ei amplius non dominaretur, neque nos morti æternæ essemus subiecti palmarum rami ad victoriam istam ostendendam ei conueniebant, & fuit conueniens ordo. Nam sicut primo fuit mors quàm triumphus de morte: ita prius fuerunt rami de oliuis quàm de palmis, quia ramos de oliuis sternerant turba, quæ cum Christo veniebat: ramos autem de palmis portabant turba, quæ de Ierusalem exierunt obuiam Christo, etiam quia sicut passio Christi fuit ignominiosa, resurrectio autem, in qua fuit victoria de morte fuit gloriosa: ita rami oliuarum celi de arboribus sternerantur in via, ut ab omnibus conculcarentur: rami autem palmarum in manibus in honorem tollebantur. Sic dicit Augustinus, Rami palmarum laudes sunt signantes victoriam, quæ erat dominus mortem moriendo superaturus, & tropheo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus.

**S**ed dicendum, quod licet ratio assignata satis pulchre aptetur: tamen non fuit illa causa motiua ad hoc faciendum, quia qui ramos de oliuis, & palmis accipiebant, nesciebant isti rami aliquid significarent. Ideo dicendum, quod causa motiua fuit, quia isti rami potius quàm alij occurrerunt: nam turbæ cum Christo venientibus, non occurrunt cedere ramos nisi oliuarum, quia erant in monte oliueti: turbis autem venientibus in occursum Christi accipere ramos de palmis, quia iuxta ciuitatem palmæ erant.

Quomo-

Quomodo potest stare, quod turbæ clamabant.

Quest. XL.

**Q**VAERETVR, cum dicitur hic, quod turbæ clamabant, quomodo potest stare, quia infra in litera dicitur, quod pueri erant clamantes, & videntes mirabilia, quæ fecit: & pueros clamantes in templo. Aliqui dicunt, quod isti clamantes non erant pueri, sed viri: & tamen vocantur pueri modo loquendi scripture, & probatur: quia Luc. decimo nono capit. dicitur, quod discipuli Christi erant illi, qui clamabant, & Pharisæi dixerunt, magister increpa discipulos tuos, ut patet ibidem: ergo illi erant, qui clamabant. Tertiò, quia de istis erat verisimilius, quod laudarent magistrum suum quàm de aliis. Dicendum, quod clamantes in via, non solus erant discipuli Christi, sed & omnes alij, qui cum eo veniebant. Et patet, quia dicitur: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur: & tamen discipuli Christi pauci erant: ita quod non possent vocari turbæ. Secundo patet, quia dicitur, quæ præcedebant, & quæ sequebantur. In quo videtur, quod omnes significatur, qui cum Christo veniebant, quia non poterant plures esse quàm qui præcedebant, & sequebantur: hæc autem adhuc apertius expressit Marcus dicens: & qui præibant, & qui sequebantur, clamabant. Et tamen nulli erant cum Christo nisi qui præibant, & qui sequebantur. Tertiò patet, quia Ioan. 12. cap. dicitur, quod turba, quæ venerat ad diem festum exiit obuiam Christo: & ista clamabat Hosanna. Et tamen isti non erant discipuli Christi, quia illi cum eo veniebant de Iericho, & non exierunt de vrbe in occursum eius: sed inter istos clamantes erant etiam discipuli eius, quod illi non minus laudarent Christum quàm ceteri: ipsi enim erant vestimenta sua sup pullum posuerant, ut Christus sederet. Ad rationem primam in contrarium dicendum, quod putant quidam, quod discipuli Christi fuerunt, qui inceperunt clamare, deinde turbæ secutæ sunt. Dicendum, quod non ita ex eadem litera: nam dicitur, quod turbæ discipulorum ceperunt clamare: ergo illi, qui ceperunt clamare turbæ erant: discipuli autem Christi non erant turbæ, sed pauci. Sed dicendum est, quod illi, qui clamabant multi erant tam discipuli, quàm omnes turbæ: sed Lucas vocauit ibi discipulos, non solus Apostolos duodecim, vel discipulos alios septuaginta duos, si quod de illis supererat: sed omnes quotquot eum Christo veniebant, dicuntur discipuli ab addiscendo, & quia omnes turbæ, quæ nunc cum eo veniebant addiscerent ab eo, quia ideo sequebantur eum, ut audirent verbum eius, vel ut miracula viderent, omnes erant discipuli. Sic dicit Theophylactus super Lucam: Discipulos vocat non solus duodecim Apostolos, aut septuaginta duos: sed omnes, qui Christum sequebantur, seu causa miraculorum, seu ad aliquam delectationem doctrine, & tunc conuenienter stat litera, quia dixit Lucas cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbæ descendentes discipulorum gaudentes laudare Deum. & ita in quantum dicitur turbæ apparet, quod non sint Apostoli aut discipuli Christi soli, quia illi non solum non sunt turbæ, imò neque faciunt vnam turbam. Item quia dicitur, omnes turbæ: & ita innuitur, quod nemo manebat in tota multitudine, qui non clamaret: & dixit hoc Lucas, ut innueret, quod alij dixerunt, quod tam turbæ, quæ præibant quæ quæ sequebantur clamabant, ut dicitur hic in litera, & Mar. 11. istæ enim sunt omnes turbæ, vel vocantur omnes turbæ. Illæ, quæ cum Christo veniebant de Iericho, & illæ quæ exierunt sibi obuiam de Ierusalem, quia tam istæ, quàm illæ laudabant eum. De venientibus cum eo planum est, quia de istis verisimilius erat, quod laudarent eum, quia magis erant ad ipsum affectæ. De venientibus obuiam de Ierusalem, patet Ioan. duodecimo capit. quia dicitur, quod illæ

Qui erant, qui clamabant in via.

Quest. XLI.

**S**ed queretur de istis clamantibus in via, qui erant. Aliqui dicunt, quod erant discipuli Christi: quia dicitur Luc. 19. quod cum appropinquaret ad descensum montis Oliueti, ceperunt turbæ discipulorum clamare. Secundo patet, quia Pharisæi indignati de hoc dixerunt Christo: magister increpa discipulos tuos, ut patet ibidem: ergo illi erant, qui clamabant. Tertiò, quia de istis erat verisimilius, quod laudarent magistrum suum quàm de aliis.

Dicendum, quod clamantes in via, non solus erant discipuli Christi, sed & omnes alij, qui cum eo veniebant. Et patet, quia dicitur: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur: & tamen discipuli Christi pauci erant: ita quod non possent vocari turbæ. Secundo patet, quia dicitur, quæ præcedebant, & quæ sequebantur. In quo videtur, quod omnes significatur, qui cum Christo veniebant, quia non poterant plures esse quàm qui præcedebant, & sequebantur: hæc autem adhuc apertius expressit Marcus dicens: & qui præibant, & qui sequebantur, clamabant. Et tamen nulli erant cum Christo nisi qui præibant, & qui sequebantur. Tertiò patet, quia Ioan. 12. cap. dicitur, quod turba, quæ venerat ad diem festum exiit obuiam Christo: & ista clamabat Hosanna. Et tamen isti non erant discipuli Christi, quia illi cum eo veniebant de Iericho, & non exierunt de vrbe in occursum eius: sed inter istos clamantes erant etiam discipuli eius, quod illi non minus laudarent Christum quàm ceteri: ipsi enim erant vestimenta sua sup pullum posuerant, ut Christus sederet.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quod putant quidam, quod discipuli Christi fuerunt, qui inceperunt clamare, deinde turbæ secutæ sunt. Dicendum, quod non ita ex eadem litera: nam dicitur, quod turbæ discipulorum ceperunt clamare: ergo illi, qui ceperunt clamare turbæ erant: discipuli autem Christi non erant turbæ, sed pauci. Sed dicendum est, quod illi, qui clamabant multi erant tam discipuli, quàm omnes turbæ: sed Lucas vocauit ibi discipulos, non solus Apostolos duodecim, vel discipulos alios septuaginta duos, si quod de illis supererat: sed omnes quotquot eum Christo veniebant, dicuntur discipuli ab addiscendo, & quia omnes turbæ, quæ nunc cum eo veniebant addiscerent ab eo, quia ideo sequebantur eum, ut audirent verbum eius, vel ut miracula viderent, omnes erant discipuli. Sic dicit Theophylactus super Lucam: Discipulos vocat non solus duodecim Apostolos, aut septuaginta duos: sed omnes, qui Christum sequebantur, seu causa miraculorum, seu ad aliquam delectationem doctrine, & tunc conuenienter stat litera, quia dixit Lucas cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbæ descendentes discipulorum gaudentes laudare Deum. & ita in quantum dicitur turbæ apparet, quod non sint Apostoli aut discipuli Christi soli, quia illi non solum non sunt turbæ, imò neque faciunt vnam turbam. Item quia dicitur, omnes turbæ: & ita innuitur, quod nemo manebat in tota multitudine, qui non clamaret: & dixit hoc Lucas, ut innueret, quod alij dixerunt, quod tam turbæ, quæ præibant quæ quæ sequebantur clamabant, ut dicitur hic in litera, & Mar. 11. istæ enim sunt omnes turbæ, vel vocantur omnes turbæ. Illæ, quæ cum Christo veniebant de Iericho, & illæ quæ exierunt sibi obuiam de Ierusalem, quia tam istæ, quàm illæ laudabant eum. De venientibus cum eo planum est, quia de istis verisimilius erat, quod laudarent eum, quia magis erant ad ipsum affectæ. De venientibus obuiam de Ierusalem, patet Ioan. duodecimo capit. quia dicitur, quod illæ

cla-

clamabant Hofanna. Omnes enim iste turbe erant discipuli Christi, qui libenter verba eius audiebant, & miracula considerabant: nam turba, que de Ierusalem venit: ideo obuiam venit, quia sciebant miraculum, quod fecit de suscitacione Lazari.

Ad secundum dicendum, quod Pharisei dixerunt magister increpa discipulos tuos, id est omnes istos, qui tecum veniunt, qui discipuli tui sunt, quia omnes isti clamant: sicut ante hoc ipse omnes turbas Lucas vocavit discipulos Christi. Vel potest intelligi, quod Pharisei videntes omnes turbas clamare putauerunt, quod discipuli Christi suaserunt ceteris clamare, & ideo illos solos increpandos putabant: sed primum verius.

Ad tertium dicendum, quod licet verisimilius esset de discipulis, quod laudare vellent Christum: tamen laus esset magis suspecta in ore ipsorum, quia putaretur, quod ipsi ex intentione mendaciter eum laudarent quaretes sibi, & illi fauorem: sicut dixerunt Iudaei ad Pilatum, ne forte veniant discipuli eius nocte, & furetur eum, & dicant plebi, quia surrexit a mortuis, infra 27. cap. ut ergo non esset ista laus suspecta faceret Deus, quod non ipsi soli laudarent, & ita fecit, quia omnes turbæ clamabant: etiam faceret, quod non essent primi ipsi in clamando, neque incitarent alios ad clamandum: sed turbæ a seipsis domino inspirante incitarentur, & ita ille feruenter clamarent sicut discipuli Christi. omnes ergo tam turbæ, quam discipuli clamabant. Sed secundum Lucam omnes clamantes discipuli vocantur.

Quid sit Hofanna. Questio XLII.

**Q**VAERETVR, cū isti dixerint nunc, Hofanna, quid illud sit.

Dicendum, quod variè accipitur: quidam dicunt quod Hofanna non significat conceptum, sed affectum mentis, sicut interiectiones, sicut dicit Aug. Hofanna vox est obsecrantis magis affectum indicans, quia rem aliquam significans: sicut sunt in lingua nostra interiectiones. Alij dicunt Hofanna esse dictionem compositam ex integro, & corrupto. Hofi significat salua, vel saluifica: Anna est interiectio deprecantis. Sic dicunt Beda, & Remigius, Hofanna est compositum ex integro, & corrupto. Hofi enim dicitur salua, vel saluifica: Anna verò apud illos interieccio est obsecrantis. Nam sic apud illos ab obsecrante dicitur, Anna sicut apud nos a dolente dicitur Heu. Alij dicunt, quod Hofanna vna dictio simplex est, & significat salua, vel saluifica. sic dicit Hierony. Quid significet Hofanna nunc perstringam: in cetero decimo septimo Psalmo, qui manifestè de aduentu saluatoris scriptus est, inter cetera hoc quoque legimus: O Domine saluum me fac, o Domine bene prosperare: benedictus qui venturus est in nomine Domini. pro eo, quod in septuaginta habetur interpretibus, o Domine saluum me fac. In Hebræo legimus, Anna Adonai Hofanna, quod manifestius interpretatus est Symachus, dicens: Obsecro Domine saluum me fac.

Dicendum, quod ista est vera interpretatio quam Hieronymus ponit: & ita Iudaei petebant se saluari per Iesum Christum: & ad hanc reduci debent alia duæ expositiones. Nam cum Augustinus dixit, quod erat dictio significans affectum sicut interieccio apud nos, dicendum quod hoc est verum de Anna, sed non de Hofanna, quia Anna cum per se est vna dictio solum affectum notat: cum verò adiungitur, ut dicitur Hofanna, plusquam affectus significatur, quia est verbum imperatum. Cum autem Beda, & Remigius dicunt esse dictionem compositam ex Osi, & Anna ex hoc decipiuntur, quia Anna per se vna dictio est apud Hebræos, quæ est interieccio obsecrantis. Et tunc si fiat

compositio retinebit hæc dictio significatum amborum componentium, ut dicitur Hofanna, id est obsecro salua. & hoc quidem satis esse poterat: & tamen non est negandum Hofanna per se dictionem esse vna simplicem: quæ signet solum salua, vel saluifica. Quod patet, quia si Hofanna significaret obsecro salua, frustra adderetur ei, Anna, ut diceret Anna Hofanna: & tamen ita habetur Psal. 117. vbi litera nostra dicit: O Domine saluum me fac, & litera Symachi dicit: Obsecro Domine, saluum me fac. Dicit litera Hebraica Anna Adonai Hofanna. Anna ponitur pro obsecro, vel o, quæ est dictio optantis, vel obsecrantis: Adonai, id est Domine, Hofanna, id est saluum me fac: Sed quia in presenti isti non dixerunt: Anna Hofanna, sed sola Hofanna, accipi putant pro: Obsecro salua: & tamen Hofanna non propriè significat nisi salua, vel saluifica. Sed obiicietur, quod non signet hoc, quia vbi Mattheus, Marcus, & Ioannes posuerunt Hofanna, posuit Lucas gloriam, & pacem, Luc. 19. benedictus, qui venit in nomine Domini rex, pax in celo, & gloria in excelsis. Alij autem dicunt Hofanna in excelsis: ergo gloriam, & pacem significabit Hofanna.

Dicendum, quod Hofanna est verbum: & ideo non potest significare pacem, & gloriam, quæ sunt signata nominum: sed significat salua, vel saluifica: & tamen Lucas magis posuit, quod illi significare intendebat, quæ quod voce expresserunt: Verum est tamen, quod propter verba Lucæ aliqui sic exponunt Hofanna, id est gloriam, & pacem. Sic dicit Chryso. Hofanna quidam interpretantur gloriam, alij redemptionem. Nam & gloria illi debetur, & redemptio illi competit, qui omnes redemit: & ita etiam Origenes exposuit Hofanna, id est restitutionem in vitam eternam: eo quod addidit in excelsis, cum ait: humanam Christi dispensationem laudant, eo quod dicunt, Hofanna filio David, & restitutionem eius in sancta, eo quod dicunt Hofanna in excelsis. Sed obiicietur, quod signet gloriam, quia adiunctum cõuenit huic sensui, Hofanna in excelsis, i. Gloria in excelsis.

Dicendum, quod saluare signat: & tamen quia salua quam petebant non erat super terram, sed in celo, scilicet ut in æternum ibi viuerent, licet hic ad tempus morerentur, adiunxerunt in excelsis. Sic dicit Glo. quod dixerunt Hofanna, id est salua. Determinant autem vbi se velint saluari, & dicunt, in altissimis, id est in celestibus non in terrenis. Aliter etiam potest dici, quod Hofanna solum significat salua: & tamen ultra hæc dixerunt turbæ aliquid aliud, scilicet pax in celo, & Gloria in excelsis. Et istud non expresserunt alij Euangelistæ, sed solus Lucas: sicut & multa alia vnus tacet, quæ alius exprimit.

Quid turbæ voluerunt significare per ea, quæ dixerunt. Questio XLIII.

**Q**VAERETVR, quid voluerunt significare turbæ per hæc, quæ dixerunt.

Dicendum, quod turbæ tria per hæc significauerunt: Primum est, quod eum Messiam, & regem Israel ostenderunt. Secundò, quod eum laudauerunt bona imprecantes. Tertio, quia sibi ipsi bona ab illo fieri petunt. Primum patet, cum dicitur, Hofanna filio David. Nam vocando eum filium David vocant Messiam, quia filius David est Messias: quia de femine eius futurus prænunciatur, & promittitur. Et ob hoc sæpe Iudaei, qui credebant aliquid sanè de eo, vocabant eum filium David: sicut duo cæci, supra in litera, & alij duo cæci supra 9. cap. & mulier Chanaan, supra 15. capit. & illi etiam, qui nondum credebant, sed admirabantur opera eius, & efficiebantur prompti ad credendum dubitan-

bitando vocabant eum filium David: sicut aliquando vocabant eum Christum, sic patet supra 12. cap. cum turbæ videntes Christum sanasse demoniacum, cecum & mutum demonem habentem, dixerunt: nunquid hic est filius David, & Ioan. 7. cap. dixerunt nunquid est Christus, hoc autem magis apparet ex verbis aliorum euangelistarum, quibus significatur rex Israel. Nam Mar. 11. capi. dicitur: Benedictus, qui venit in nomine Domini, & benedictum quod venit regnum David patris nostri. Sed regnum David erat regnum Messie, de quo dicitur Iere. 23. Suscraibo David germem iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et Lucas dixit 19. capi. Benedictus, qui venit rex in nomine Domini: & ita istum nunc venientem regem vocabant: & Ioan. 12. cap. dicitur: Hofanna benedictus, qui venit in nomine Domini rex Israel. Messiam enim regem Israel vocabant, quia ita futurum esse putabant: & non dixerunt eum regem Iudæ, sicut ante hoc esse solebant illi reges, qui regnabant in Ierusalem, eo quod credebant, quod Messias congregaturus esset omnes Iudæos dispersos per orbem de omnibus tribubus in terram suam, in qua prius fuerant: & ibi regnaret super eos sicut regnauerat David, & Salomon, qui soli super omnes duodecim tribus regnauerunt post Saulem, sed non erat tale regnum eius futurum, sed spirituale. Secundum est, quod eum laudauerunt bona imprecantes: nam dixerunt, benedictus, qui venit, id est benedictus sit, & laudetur ab omnibus nomen eius. Dicitur, qui venit in nomine Domini, id est a Deo missus: & in quo significant eum esse Messiam, & non regem solum terrenum, quorum multi non dantur a Deo, iuxta illud Osee 8. Regnauerunt, & non per me: principes fuerunt, & non cognoui: sed a Deo propter peccata dantur populo nequam, Iob 34. scilicet. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Vel dicitur, in nomine Domini venisse, quia gloria Dei in omnibus quærebat, & non suam, ut erat homo, & omnia ex virtute Dei agebat. Sic dicit Remigius: In nomine Domini venit, quia in omnibus bonis operibus non gloriam suam, sed gloriam patris quæruit. Sic ipse dixit Ioan. 7. capi. Ego a meipso non loquor, qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit, qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hæc verax est. Et hoc ad magnam laudem Christi pertinebat, quod venisset in nomine Domini: & ita ipse contra Iudæos locutus est dicens, quod in nomine patris sui venerat, & non receperant eum: & alius venit in nomine proprio, & recipere eum. Vel aliter, ut Glo. exponit, benedictus, i. gloriosus, qui venit in nomine Domini, i. incarnatus est in nomine patris eum glorificando: & ista duo inter se consonant, id est esse filium David. i. Messiam, & venire in nomine Domini, quia Messias in potestate Dei venit, & ab eo missus. Tertium est, quod sibi ipsi bona fieri petunt dicentes, Hofanna in excelsis, id est da nobis salutem, quæ est vita æterna: & hoc siue Hofanna sit vna dictio simplex, id est verbum imperatiui, & significet salua, vel saluifica: siue sit dictio composita, & signet Hofanna, id est Hofanna. i. salua obsecro: & bene hoc concludunt. Nam Messias non veniebat propter seipsum, sed propter nos, ut saluaret nos: ideo postquam eum laudauerunt, dicunt Hofanna in excelsis, id est salua nos in celo, vbi est vera salua. Sed obiicietur, quod non signet istud Hofanna, quia dicitur Hofanna filio David: & tamen si significaret salua, diceretur Hofanna filio David.

Dicendum, quod illud significat, & etiam conuenit litera sequens. Hofanna in excelsis. i. salua nos in excelsis: sed ponitur datiuus ille, scilicet filio David, quia referri potest ad verbum præcedens, scilicet turbæ clamabant filio David. i. ad honorem filij David dicentes Hofanna, vel filio David, i. ad illum dicendo Hofanna. i. salua nos,

vel potest referri ad sequentia. scilicet filio David benedictus, qui venit, id est dicebant filio David, benedictus, qui venit. Alij Euangelistæ magis expresserunt. Nam Mar. 11. cap. dicitur: Hofanna benedictus, qui venit in nomine Domini: quod exponendum est, ut supra. Et sequitur, benedictum, quod venit regnum patris nostri David. Regnum David dicebant regnum Messie: & illud dicebant nunc venire, quia dicebant Messiam nunc venire ad regnandum. Benedicunt autem, & laudant istud regnum, quia istud erat regnum spirituale, in quo saluarentur homines in celestibus, & liberarentur ab omni malo: licet Iudaei putabant se temporaliter liberandos a iugo seruitutis gentium: & postea concludit, Hofanna in excelsis. i. saluifica, ut ait Hieronymus in excelsis, & imis, ut iusti ædificentur in ruinam angelorum: & terreni & subterranei etiam saluentur. Vel ut exponit Chryso. Hofanna in excelsis. i. gloria, & laus sit Deo vniuersorum, qui est in excelsis: & licet Hofanna non significet hoc propriè, quia est verbum: tamen aliquantulum potest trahi ad hoc significandum non ex conditione vocis, sed ex intentione loquentium.

Et tunc consonat illa litera præcedens. Hofanna filio David, id est laus, vel gloria illi sit, quia tenetur acquisitiue, & non est propriè verbum tunc, & hoc idem voluit Lucas innuere, quia loco huius, quod est Hofanna in excelsis: dixit pax in celo, & gloria in excelsis. Luc. decimo nono cap. Quod non exponeretur sic, nisi Hofanna aliquo modo posset significare gloriam,

& pacem. Dixit autem Lucas: benedictus, qui venit, rex in nomine Domini, id est rex, qui venit: apertius iste dixit. Nam vbi Mattheus dixit filium David, dixit ille rex, quia filius David est Messias, & ille est rex, quod verò dicit benedictus, qui venit, expositum est. Addit autem pax in celo, & gloria in excelsis, id est per aduentum huius erit pax in celo, & gloria, quia Deo est gloria, & honor per aduentum filij sui benedictissimi: & est pax in celo, id est pax Deo celesti ad nos, quæ ante aduentum filij eius eramus velut hostes eius: quia nemo nos ei reconciliauerat. Per ipsum autem filium reconciliati sumus: & hoc idem angeli in aduentu, i. Natiuitate Christi cantauerunt, scilicet gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. sic dicit Theophylactus, scilicet pax in celo. hoc est, quod bellum antiquum, quo Deo aduersabamur, euauit. Et Gloria in excelsis, laudantibus scilicet Angelis Deum in tali reconciliacione. Nam hoc ipsum, quod Deus visibiliter ambulat in territorio inimicorum suorum, significat ipsum nobiscum habere concordiam. Sed obiicietur, quia angeli dixerunt, & in terra pax: isti autem dixerunt, pax in celo.

Dicendum, quod eadem sententia est. Nam inter Deum & homines erat bellum antiquum, et quia reconciliati sumus per Christum, potest dici per ipsum facta pax in celo, id est respectu Dei, qui in celo est, vel pax in terra, scilicet respectu hominum, qui morabantur in terra, quia ab utroque extremo potest nominari. Dixit autem Ioannes decimo secundo capi. clamabant Hofanna, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel Hofanna, id est salua nos benedictus & cetera. exponatur ut supra. Quod autem dicitur rex Israel, vocatur Christus Messias: et ideo rex, et specialiter rex Israel, licet totius mundi rex erat, sed Iudæi carnaliter quodam modo putauerunt eum esse regem, et ita esset specialiter rex super duodecim tribus Israel.

Anturbe, que clamabant, dicentes Hosanna &c. intelligebant, quae dicebant. Quasi XLIIII.

QVAERETVR an turbae, quae clamabant, dicentes Hosanna &c. intelligebant, quae dicebant, scilicet Christum esse Messiam, & a Domino venisse, & salutem per eum futuram. Aliqui dicunt, quod intelligebant ea. Primo, quia si non intelligerent non dicerent ea ita vera, & determinata. Secundo, quia si non intelligerent ea, non dicebant, non exhibuissent honorem, quae exhibuerunt, vestes, & ramos in via sternerere. Tertio, quia isti moti sunt ex causa rationabili ad hoc faciendum, quae hoc satis innuebat eos intelligere. Nam ideo ista fecerunt, quia viderant virtutes multas, quas Christus fecerat Luc. 19. cap. & praecipue, quia viderant suscitationem Lazari, aut sciebant esse factam Io. 12. cap. ista autem diuinam potestatem ostendunt. Cum ergo ex hac causa honorem istum, & laudes Christo tribuerint, videtur quod intelligebant, quod dicebant.

Dicendum, quod non apparet plene an isti intelligerent, quod dicebant: nam isti confitebantur Iesum esse Messiam, & Deum, cum ab eo salutem in caelis perant, scilicet Hosanna in excelsis, vel in altissimis. Salutare autem in terra posset fortassis homo: sed salutem, quae in caelis est, nemo nisi Deus dare potest, quia coelum celi Domino, terram autem dedit filii hominum. Sic dicit Hilarius: laudationis enim verba redemptionis in eo expriment potestatem: filium autem David nuncupant, in quo agnoscerent aeterni regni haereditatem. Etiam asseruerunt per aduentum Christi pacem in caelo, & gloriam in excelsis futuram Luc. decimo nouo: sed talia nemo praestat nisi, qui de caelo est, & super omnes est: ista autem omnia non est verisimile, quod tota illa multitudo clamans intelligeret, quia omnes turbas, quae precedebant, & quae sequebantur clamabant: sed hoc intelligere magnorum erat, ideo potius viderunt, quod non intelligentes ista dicerent introuente in eos spiritu Domini, qui eos ad haec impelleret dicenda: sic dicit Chrysostomus. Merito commouebatur videntes eum mirabilem: homo laudabatur quasi Deus, sed Deus laudabatur in homine. puto autem, quod neque ipsi, qui laudabant sciebant, quod laudabant: sed spiritus subito ingressus in eos veritatis verba fundebat. Secundo apparet, quia ex testimonio, quod Christus induxit ad confirmationem laudis istorum videtur, quod non intelligerent, sed Deus moueret eos ad haec dicenda. Nunquam legitis, quod ex ore infantium, & lactentium perfectam laudem? Non dixit autem infantes, & lactentes perfectam reddiderunt laudem: sed ex ore infantium, & lactentium perfecti illam: quasi Deus per os puerorum loqueretur ipsis non intelligentibus quid dicerent. Nam si ipsi quid dicerent intelligerent, non Deus per eos, sed ipsi a Deo illuminati loqui dicerentur.

Ad primum dicendum, quod si isti loquentes non intelligerent, neque ab intelligente mouerentur, non dicerent vera, & tam determinata: & tamen licet ipsi non intelligerent plene mouebantur ab intelligente, id est a Deo: & ideo vera cuncta loquebantur, licet fortassis ipsi aliquid per haec intelligerent minus quam haec significarent, vel in alio sensu: sicut Caiphas de Christo prophetauit dicens: expedit, ut vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat: quod verum est, quia homo ille Christus mortuus est pro populo, id est pro omnibus populis: & si ille non moreretur, tota gens periret, quia sine eo non esset salus. Io. vndecimo, & tamen Caiphas intellexit, quod expedit, ut moriatur homo vnus, scilicet Iesus pro populo, id est pro pace populi Ierusalem, quia si ille non moritur, peribit tota gens, scilicet Iudaeorum. Et hoc, quia si di-

mitterent Christum, totus mundus crederet in eum, & venientes Romani tollerent locum eorum, et gentem, ut ipsi putabatur. Et ita forte isti, vel multi istorum credebant Iesum esse Messiam, & regnaturum esse reoraliiter sicut alij reges regnauerant, licet diuinus: & hoc adhuc non est certum, an omnes illi, qui loquebantur intelligerent, sed aliqui forte ex solo impulsu Spiritus sancti loquerentur, nihil intelligentes.

Ad secundum dicendum, quod licet non intelligerent ea, quae dicebant, exhiberent Christo hunc honorem, quia sicut a Deo mouebantur ad dicendum ea, quae non intelligebant: ita & mouerentur ad praestandum honorem, cuius rationem ignorarent. Praecipuum autem motuum ad intelligendum, quod loquentes non intelligebant quae dicebant, erat, quia verisimilius est, quod Apostoli, qui cum Christo erant, & praedicatores iam erant, & ab ipso specialiter edocui, ista intelligerent potius turbas: & tamen non intellexerunt ipsi quare ista fecerunt, scilicet quare Christus equitaret super asinam, neque quare sterneretur coram eo rami arborum, & vestes: ideo a fortiori non intelligerent turbas, quare ista facerent, aut quid dicerent. Sic patet Ioan. 12. capit. nam postquam dicitur, quod turba venit ei obuiam cum ramis palmarum, dicitur: Hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini rex Israel. Et sequitur: Et inuenit asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est, nolite timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pululum asinae, adiungitur: Haec non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia haec erant scripta de eo, & haec fecerunt ei: & ita quando stebant Christo isti honores, scilicet sternerdo ramos, & vestes, & laudando ipsum, nesciebant Apostoli quid hoc esset, aut cur fieret: neque intelligebant auctoritatem scripturae, quae hoc significabat agendum, quousque Christus resurrexerit, & venit Spiritus sanctus, aut Christus aperuit sensum eis, ut intelligerent scripturas. Quod fuit post resurrectionem suam. Luc. 24. cap. ergo, neque turbas intelligerent quare hoc faciebant, aut quid erat, quod loquebantur.

Ad tertium dicendum, quod illa causa inclinabat eos ad hoc faciendum, & dicendum: tamen non erat illa causa totalis: sed magis mouebantur interius nescientes: & patet, quia si propter suscitationem Lazari moueretur, tunc exhibuissent sibi hunc honorem, aut similem, aut dicerent de eo laudes, sed tunc nihil de eo dixerunt, neque fecerunt circa ipsum: Ioan. 11. nunc vero Christo nullum miraculum faciente moti sunt ad praestandum hunc honorem. Videtur ergo, quod magis a Deo moti sunt inclinante corda eorum ad hoc, & hoc potissime patet, quia turbas istas non mori fuerunt ad exhibendum Christo honorem aliquem verbo, neque facto quousque ipse ascendit asellum: & tamen nunc ipse volebat iam honorari, non honorabatur isti eum, quia non mouebat eos ad honorandum ipsum: quando autem honorari voluit tunc eos mouit ad hoc: & ita accumulauerunt ei honorem verbo, & opere: & tamen licet Deus moueret interius conueniens fuit, ut essent aliqua motiua, per quae ipsi putarent se aequaliter moueri, & ista erant, quia viderant Christi virtutes, & potissime suscitationem Lazari.

Quomodo nunc Christus libenter hunc honorem regum accepit, quem prius spreuit. Quasitio XLV.

QVAERETVR, cum Christus ante hoc honorem sperneret, imò fugeret: quia quando populus venturus erat, ut eum raperet, & constitueret regem, fugit in montem, ut inueniri non posset. Io. 6. cap. quomodo nunc eundem honorem libenter accepit,

nit, passus vocari se regem Israel publicè: & fieri sibi qualia fortassis alijs regibus facta non fuerant.

Dicendum, quod Christus permisit, & consentit nunc sibi honorem hunc excellentem praestari tam in voce quam in re. Nam super terram stratum vestibus, & ramis ambulauit: & cum fierent haec vidit, & neminem haec facere prohibuit: laudes etiam sibi dari vidit, & audiuit se vocari regem Israel, & benedici: Insuper honorem sibi praestari petiuit, & iussit, quia ipse mandauit discipulis suis ire pro asina, & pullo, ut equitaret: & haec fuerunt principia huius torius honoris. Item honorem hunc legitime sibi delatum asseruit, & defendit. Nam bis fuerunt increpiti laudantes eum, semel in via, quia Pharisei audientes laudem istam, dixerunt Christo, magister increpa discipulos tuos: Luc. 19. & Christus ait: si isti tacuerint lapides clamabunt, id est non debent increpari: sed necesse est, ut laudent, quia etiam si isti non laudauerint, neque aliqui laudare voluerint, ipsi lapides clamabunt ad laudem meam: iterum autem in templo cum principes sacerdotum viderunt pueros canentes, dixerunt Christo: non audis quid isti dicunt? quasi dicat, tu deberes eos increpare cum audias: aut forte non audis. Et ille dixit: nunquam legitis, quia ex ore infantium, & lactentium perfecti laudem, id est ista laus est bona, & perfecta, & est a Deo: ideo non sunt arguendi isti. Causa autem quare Christus nunc voluit honorari, & vocari rex, & tradari ut rex, & tunc noluit: fuit prima, quia nunc erat propinquus passioni, tunc vero distabat, & multa Christus fecit aperte iuxta mortem, quae prius non fecerat. Recepit enim Christus hunc honorem per quinque dies ante mortem suam, ut colligitur Ioan. 12. cap. cum vero fugit, ut non fieret rex, fuit plusquam per annum ante mortem suam. Nam Christus fuit occisus in Pascha. In die primo Azymorum: & tamen quia facta uis turbas, & fugit in montem erat proximum Pascha Iudaeorum Io. 6. & non fuit illud Pascha, in quo Christus occisus est, quia illud Pascha est in Martio, quod est Azymorum: & tunc post Pascha, quod est in quo Christus laudatur turbas Io. 6. fuit festum Scenophaegie Io. 7. & illud est in fine Septembris. Scilicet quinquedecimo mensis septimi: & postea fuit festum Decembrii: & illud est in hyeme in Nouembri, vel Decembri. Io. 10. ca. facta sunt autem Encenia Ierosolymis, & hyems erat: & ambulabat Iesus in porticu Salomonis: Et post hoc fuit iterum Pascha. Azymorum. Io. 12. & tunc Christus venit Ierusalem cum ramis, & cantu eo. cap. et ita fuit vnus post aliud plusquam per annum, sed ante mortem Christus de se multa occultabat, & occultari volebat, quae passione propinquante reuelauit, sicut se esse Messiam, & Deum, quod nunquam ante publicauerat: & tamen in die passionis suae dixit coram Caipha, & omnibus Iudaeis, quod erat ipse filius Dei. Mar. 24. cap. ita Christus rex erat, & ante mortem longo tempore noluerat publicari. Nunc vero cum post quinque dies occidendus esset, voluit ut illud notum fieret, ut non solum ipse esset Messias, & rex: sed etiam, quod appareret, quod ipse talem se esse sciebat, & pro tali aliquando se gerebat. Hoc autem nunquam conuenientius fieri posse visum est, quam quod cum nunc ultimo introiuit in Ierusalem: ideo nunc voluit sibi hunc honorem praestari. Secundo fuit, ut per hunc honorem tam manifeste ei oblatum Iudaei mouerentur ad eum recipiendum in Messiam sicut verè erat: vel si facere nollent sicut ex signis colligere poterant, incitarentur saltem ad citius exequendum mortem illius: & appareret iniquior operatio eorum. De his dicit Chrysostomus. Nunquam antea sibi Dominus adhibuit ministeria iumentorum, neque ramorum virentium circa se ornamenta constituit: nisi modo quando Ierusalem, ut pateretur as-

Christus fuit occisus in pascha die 1. Azymorum.

A cendit: excitauit enim videntes, ut facerent quod prius volebant: ergo potestas eis data est non mutata voluntas. Tertio fuit, quia rex erat Christus regni spiritualis, cum regnum suum non sit de hoc mundo. Ioan. 18. cap. id est non sit tale quale est regnum huius mundi: illi autem, qui volebant eum constituere regem, quod futurauit eos, volebant eum constituere regem terrenalem, & non humano, & ideo noluit. Nunc vero ipsum regem spiritualem vocauerunt, cum ab eo petiuissent salutem in excelsis, quae dare non potest nisi spiritualis: ideo talem principatum non recusauit, neque se sic regem vocari renuit. Sic dicit Beda: Legimus autem in euangelio Ioannis, quia ne facerent eum regem, in montem fugit: nunc autem ubi passurus Ierosolymam venit, non refugit eos, qui se regem nuncupant, ut aperte doceret: quia non temporalis, & terreni regni, sed est in caelis rex esset imperij, atque ad regnum per tempus mortis perueniret. Quarto fuit, quia illi, qui volebant eum regem constituere, quando turbas pauit, non mouebantur bono animo: qui verò eum nunc regem appellabant, honesta ratione mouebantur: ideo illorum honorem fugit, istorum verò acceptauit: illi enim voluerunt Christum regem facere, ut sicut eos tunc pauebat, ita semper corporaliter pasceret: & non esset eis aliquis labor in acquirendo necessaria corpori. Hanc intentionem Christus fugit, & aperte redarguit, quando post saturationem Christo ascendente in montem non inuenit eum turbas, & sequenti die venerunt ad eum, & dixit ei Christus: amen dico vobis quia quia me, non quia vidistis signa: sed quia manducaistis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam, quem filius hominis dabit vobis. Ista autem turbas praestiterunt nunc Christo honorem, non intentione carnali, sed sancta, scilicet quia viderant miracula, quae fecerat. Sic dicit Luc. 19. Ceperunt omnes turbas laudare Deum voce magna super oibus, quas viderant virtutibus, & specialiter propter Lazari suscitationem. Ioan. 12. cap. testimonium ei perhibebat turba, quae erat cum eo, quod Lazari vocauit de monumento, & suscitauit a mortuis: propterea obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Christus autem approbat talem intentionem laudandi eum, & quaerendi ipsum, sicut ipse dixit. Ioan. 6. cap. Quae sitis me, non quia vidistis signa: sed quia manducaistis ex panibus, & saturati estis, quasi dicat, si propter signa, quae viderant eum quaererent, approbaret hoc. Quinto, & principaliter fuit, quia illi volebant constituere eum regem, quasi ab eis acciperet potestatem regni per hoc, quod eum constituerent.

Nam dicitur Io. 6. quod Iesus cognouit, quod venturi essent, ut raperent eum, & constituerent eum regem: talem autem constitutionem in regem Christus detestabatur: quia ipse erat maior hominibus, & natura liter erat rex eorum, & rex omnium regum terrarum. Apoc. primo cap. Quomodo ergo vellet potestatem, quam ipse habebat, accipere ab alio, & potestatem quidem, quam super omnes habebat accipere a paucis, & super paucos? Valde enim in hoc suam potestatem minueret: ideo tali modo nunquam vellet honorem accipere, neque ante mortem neque iuxta mortem. Vnde ad talem honorem, non solum recusauit: sed etiam fugit. Iste autem honor regius aliter ei praestabatur, quia isti non constituebant eum in regem: sed regem esse dicebant, & non quidem ab hominibus constitutum. sed a Deo datum, & missum. Nam dixerunt, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel Ioan. duodecimo, id est a Deo missus. Illi autem, quos Christus pauerat non dicebant Christum esse regem, sed volebant eum rapere, ut constituerent regem quasi aliter ipse ante hoc



non esset rex, ideo illum honorem non acceptauit, istum autem acceptauit.

Dicendum ergo, quod ista due causae simul sumptae fecerunt, quod Christus nunc acceptaret istum honorem, scilicet quia ex iusta causa impendebant, & quia circa finem vitae eius: nam si longe ante mortem ei praestaretur non reciperet eum: unde etiam si saepe intrauerit ante hoc Ierusalem, nunquam similem honorem praestari sibi voluit. *Et cum intrasset.* Hic ponitur Iudaeorum contradictio: nam indignati sunt Iudaei, principes sacerdotum, & alij magni, ut dicitur infra in litera, quod principes sacerdotum indigne tulerunt cautus puerorum: etiam quia ciuitas dicitur hic commota, quod putant aliqui ex indignatione esse: & ita fuit illa commotio quadam contradictio, & dicitur. *Et cum intrasset.* Scilicet in ciuitatem Ierosolymam, & viderunt eum ciues. *Commota est vniuersa ciuitas.* Id est omnes de vrbe commoti sunt propter istam nouitatem receptionis Christi in vrbem. *Dicens, quis est hic?* Scilicet cui tantus honor impenditur. *Populi autem dicebant.* Scilicet homines simplices, vel illi, qui veniebant cum eo in via. *Hic est Iesus propheta.* Prius nomen proprium ponunt: deinde dignitatem, scilicet quod erat propheta. Parum dixerunt, quia plus quam propheta erat. *A Nazareth Galilae.* De vrbe Nazareth, quae est in prouincia Galilae, quia illic nutritus fuerat, quamuis non natus.

*An ista sint continuata ad praecedentia.*  
*Quaestio XLVI.*

**QVAERETVR,** an istud sit continuatum ad praecedentia.

Dicendum, quod in hoc non est difficultas. Manifestum est enim quod continuatum sit, quia ante hoc agitur quomodo equitans super asellum descenderet de monte oliueti, & veniret versus Ierusalem. Nunc dicitur quomodo intrauit in vrbem: & ita istud fuit necessarium post illud. Item fuit immediate post illud, quia inter montem oliueti, & Ierusalem non est nisi media leuca, scilicet mille passus, ut colligitur Actu. 1. scilicet iter sabbathi: ergo in his parum moraretur: & postquam semel equitasset non diuiteret ad aliqua, quousque intraret in vrbem: cum ideo ascendisset super asellum, ut cum illo honore intraret in vrbe.

*Quomodo fuit commota vniuersa ciuitas, & quare.*

*Quaest. XLVII.*

**QVAERETVR,** quomodo fuit commota vniuersa ciuitas, & quare.

Dicunt aliqui, quod ista commotio fuit quadam contradictio Iudaeorum, & indignatio de isto honore, qui exhibebatur Christo: quia erat magnus. Inuidebant enim principes sacerdotum, & Pharisei, & scribae Christo, quod a populo honoraretur plusquam illi, & quod eorum vitia increparet: & quanto maior reuerentia ei a populo exhiberetur, tanto firmior & maioris auctoritatis esset redargutio facta de eis a Christo: & ideo indigni ferebant quemcumque honorem ei a populo delatum: potissimum hunc, qui maximus erat. Et ista indignatio eorum, quam in verbis, & vultu ostenderunt, commotio appellatur: & quia id, quod principes ciuitatis faciunt, dicitur facere ciuitas, licet singuli de vrbe ad hoc non cooperentur: commotis istis, dicitur commota vniuersa ciuitas: & ita exponit Nicolaus, & hoc modo continuata est litera. Alij autem volunt, ut Hieronymus, Chrysostomus, & Origenes, quod ista commotio fuit quadam admiratio, ex qua moti sunt ad querendum de eo, quod videbant. Et dicendum tunc, quod

vniuersa ciuitas dicitur non ipsi principes, sicut dixit Nicolaus, sed omnes de ciuitate, qui ad hoc spectaculum concurrebant: multi enim concurrerant: erat enim res ista magna, quam omnes videre cuperent: & potissimum, quia animus impellebat singulos, ut iret ad videndum quid est, quod fiebat. Et dicendum, quod illa positio Nicolai non est satis conueniens, scilicet quod commotio ista sit indignatio principum. Et patet primo, quia si principes indignantur, potissimum essent principes sacerdotum: ipsi enim, & Pharisei, & scribae persequebantur Christum, ut patet ex decursu Euangelij: & tamen illi non fuerunt indignati in introitu Iesu in vrbem, sed postquam intrauit in templum, et de his, quae ibi viderunt, ut dicitur infra in litera. Videntes autem principes sacerdotum mirabilia, quae fecit, & pueros clamantes in templo, et dicentes Hosanna filio David, indignati sunt: & ita non indignati sunt nisi propter mirabilia, quae eum viderunt facere in templo, scilicet quomodo cecos, & claudos sanauit in templo, infra in litera: ergo commotio, quae praecessit introeunte Christo, non fuit indignatio principum sacerdotum, & aliorum magnatum: sed concursus populi ad videndum eum introeuntem, & dicuntur commoti, quia singuli de domibus suis properabant, ut ad locum concurrerent, per quem Christus transibat.

Secundo patet, quia dicitur, commota est vniuersa ciuitas: multum enim differt dici commota est ciuitas, vel commota est vniuersa ciuitas. Nam ciuitas dicitur aliquando vera, aliquando per representationem: & tunc rectores, vel principes ciuitatis dicuntur ciuitas: sed vniuersa ciuitas addit ad ciuitatem simpliciter dictam: ideo non dicitur vniuersa colligi, nisi singulae partes conueniant, scilicet quando nemo manet in ciuitate, qui ad hoc non concurrat: vel saltem per Hyperbolem, aut Hyperbasia, quae est transgressus veri, pro multis ponuntur vniuersi. Tertio patet, quia isti, qui commoti fuerant, querebant quis est iste: & ita videbantur ignorare, quis erat: & tamen, quod indignabantur contra ipsum Christum nouerant eum, ideo non erat ista commotio indignationis.

Dicendum ergo, ut supra, quod ista commotio nihil aliud fuit, nisi concursus quidam ad videndum Christum introeuntem in vrbem, & quia ad hoc de omnibus suis, & de aliis locis, in quibus erant oportebat eos conuenire in locum, per quem Christus transiret: erat, dicebantur commoueri: & dicitur tota ciuitas commota non quidem, quod nemo manserit in tota vrbe, qui ad hoc spectaculum non conuenit, sed quia plurimi conueniant: ita ut omnes conuenisse viderentur, & tunc vniuersum, vel omnes ponere solemus: & ita hyperbolicè pro multis omnes dicimus. Confirmari tamen videtur expositio Nicolai, quia dicitur, quod illi, qui commoti sunt dicebant, quis est hic? Et sequitur ibi: populi autem dicebant hic est Iesus: & tamen populi distinguuntur contra principes: ergo videtur, quod principes erant, qui commoti fuerant, cum populi essent, qui responderent. Sed dicendum, quod non stat, quia populi non accipiunt ibi pro populo Ierusalem, sed pro turbis, quae cum Christo veniebant in via, & illae poterant respondere, & respondebant toti ciuitati Ierusalem commota.

*Quare commota est ciuitas, ut concurreret ad videndum Christum introeuntem.*

*Quaest. XLVIII.*

**QVAERETVR,** quare commota est ciuitas, ut concurreret ad videndum Christum introeuntem.

Dicen-

Dicendum, quod primo fuit ex conditione spectaculi: libenter enim concurrunt homines ad spectacula, quia delectantur in eis: istud autem spectaculum erat, quia Christus veniebat cum multitudine populi canentis, & habentis ramos in manu: unde quaecumque esset istud spectaculum, concurrerent multi ad illud in tam magna ciuitate, sicut erat Ierusalem. Secundo, & specialius propter conditionem huius spectaculi. Non enim erat tale, sicut cetera: non enim vsque tunc legimus fuisse factum, quod aliquis reciperetur in Ierusalem cum frequentia turbam canentium, & ramos in manibus tenentium stratis ramis, & vestibus in via, & quod magis mouebatur, quia ille, cui tantus deferretur honor, sedebat super pullum asinae, & hoc valde videbatur repugnare illi magno honori. Sic dicit Chrysostomus. Interrogans Iudaeos quis rex super asinam delatus intrauerit Hierosolymam, sed non vtiq; alium habent dicere: & ideo propter rem insolitam esse omnes audientes hoc fieri concurrerent, quia videre vellent. Tertio specialiter commouebantur propter admirationem. Audiebant enim hoc fieri, & causam quare fieret nesciebant. Unde non solum commoti sunt, ut irent ad videndum, sed etiam postquam videbant admiratione commouebantur, quia nesciebant causam huius rei: magnam enim rem fieri videbant, cum tanta populi frequentia cum Christo veniret. Et de hoc nihil ante dictum fuerat, & ideo res subito facta eos in admirationem vertit: potissimum, quia nesciebant quomodo ista inter se conuenirent, quod super asinam sederet, & quod tantus ei honor deferretur. Sic dicit Hieronymus: Introeunte Iesu cum turba tota Ierosolymorum ciuitas commouetur, mirans frequentiam nesciens veritatem. Quarto fuit, & adhuc specialius propter verba canentium: illi enim vocabant eum regem Israel, dicentes, Hosanna filio David, & illud: Benedictus, qui venit in nomine Domini rex Israel. Ioan. 12. cap. erat autem nomen regis: Iudei autem tunc regem non habebant, sicut ipsi dixerunt: Non habemus regem, nisi Caesarem. Ioan. 19. capit. sed erat diuisa regio in tetrarchias, ut patet Luc. 3. cap. & ideo desiderabant valde regem de progenie sua habere: Nunc ergo cum audierunt regem Israel acclamari, & cantari, nemo erat, qui videre non cuperet, attonitus magnitudine rei. Quinto, & adhuc principalius, quia Messiam illum vocabant canentes, cum dicerent: Hosanna filio David, sed filius David est Messias, & Mar. 11. cap. dicitur: Benedictus, qui venit in nomine Domini, & benedictum, quod venit regnum David patris nostri. regnum Messiae, quod est regnum David, & tamen Messias erat valde desideratus, sicut dicitur Aggei. 2. cap. Et venit desideratus cunctis gentibus: Credebant enim Iudei totum bonum suum esse in Messia, & per eum se liberandos ab omni malo, ideo nihil magis, quam Messiam desiderabant. Audito ergo nunc nomine Messiae valde alliciebantur corda omnium ad videndum rem istam: maxime, quia non laudabatur iste ut homo, sed ut Deus, cum peteretur ab eo salus in caelo. Tales laudes nulli vnquam hominum exhibitae fuerant: ideo magis eos in admirationem mouebat. Sic dicit Christo. Merito autem commouebantur videntes rem mirabilem, homo laudabatur quasi Deus, sed Deus laudabatur in homine. Sexto fuit hoc, quia Deus impulit corda hominum Ierosolymitarum, ut iret ad videndum istud spectaculum, erat enim valde conueniens ad Christi manifestationem, & ad ostendendum peccatum gentis Iudaeorum. Nam tunc publice vocabatur a turbis Christus Messias, & rex Israel: & ita cum tota ciuitas ad hoc spectaculum conueniret, non poterant negare se audisse illum esse Messiam, ut saltem circa hoc cogitandi locus eis esset, an verum esset. Cum autem post quinque dies occideretur vidente tota ciuitate, & pe-

Alph. Tolk. super Euang. Matth. Pars V,

*Quomodo poterant quere, quis est hic? quando Christus introiuit in vrbe.*  
*Quaestio XLIX.*

**QVAERETVR,** quomodo poterant quere, quis est hic? quando Christus introiuit in vrbem, quia hoc praesupponit eum ignotum: & tamen non videtur hoc satis verisimile. Dicendum, quod, ut dictum fuit supra, aliqui dicunt commotionem istam ciuitatis fuisse indignationem principum sacerdotum, & aliorum magnatum contra Christum. Et tunc exponitur litera, quis est hic: quasi dicat: non est iste talis, ac tantus, cui tantus honor exhiberi debeat, cur ergo exhibetur? Et ita stat non per modum interrogationis, sed per modum dedignationis, & murmurationis. Sed dicendum, quod non stat, quod ostendunt eum supra, quia non fuit illa commotio indignatio principum, sed concursus totius populi vrbs. Secundo patet, quia necesse est poni istam literam per modum interrogationis, quia quando isti dixerunt, quis est hic? responderunt populi, hic est Iesus: & tamen si non diceretur illud per modum interrogationis, non responderent populi, quia non esset ad propositum respondere certificando ei, qui non querebat dubitando: aut si responderent vellent, cum illi dicerent per modum murmuracionis, & indignationis, responderent populi ad illud ostendendo scilicet, Christum esse talem, cuius iste honor deberetur: & tamen hoc non fecerunt, sed solum ostenderunt quis ille esset: ideo non respondebat populus ad indignationem, sed ad dubitationem de persona. Sed forte aliquis dicit, quia ita responderunt populi, quia non intelligebant verba principum, quod ad dedignationem dicerentur. Dicendum, quod non stat, quia si verba illa, quis est hic? dicerentur per modum dedignationis, dicerentur ad increpationem eorum, qui tales laudes exhibebant Christo, & isti erant populi: ideo si illi non intelligentes verba, putarent dicta esse per modum interrogationis, & ad hunc finem responderent, replicarent illi, qui indignabantur, ut ostenderent reprehensibiles eos, qui tales laudes impendebant, ut sic ipsi intelligerent se redargutos: & tamen nihil replicauerunt: ergo dicta fuerunt verba illa per modum interrogationis.

Dicendum ergo, quod verè fuit per modum interrogationis, & non erat principum indignationem, sed populi concurrentis ad hoc spectaculum. Cum autem dicitur, quomodo ergo poterant ignorare Ierosolymitae quis esset Iesus, cum saepe predicasset in ter eos, & miracula egisset? Dicitur potest vno modo, quod illi, qui erant de vrbe, vel solebant in ea morari, non quaeuerunt hoc, sed cum esset Ierusalem tam grandis, & famosa ciuitas, fiebat ad eam quotidianus concursus gentium nouarum, quae non fuerant prius in vrbe: & ita illae non cognouissent Iesum.

Et possent

possent querere, quis est hic? maximè, quia post quinque dies erat Pascha Iudeorum, ad quod festum de tota terra Iudeorum illic conveniebant omnes masculi, & ita possent esse ibi multi, qui nunquam Christum viderunt. & isti possent querere, quis est hic? Secundò potest dici, quòd licet agnoscerent Ierosolymitæ personam Christi: quia tamen nunc viderant eum in tali apparatu introire, in quali nunquam eum viderant, neque videndum esse crediderant, admirati de hoc compassi sunt querere, quis est hic? Tertio potest dici, & ista est veritas, scilicet, quòd Ierosolymitæ agnoscebant Christum ex vultu si eum viderent: & tamen isti, qui querebant, quis est hic, non videbāt Christum, sed à turbis querebāt quis est hic? id est, iste, qui venit, cui exhibetur iste honor. Nam ut dicitur in litera, aliquæ turbæ precedebant Christum, & aliquæ sequebantur, & ambæ clamabant, Hosanna, Ierosolymitæ: ergo videntes primam turbam, quæ magna, & longa erat, & nondum videntes Christum, dicebāt, quis est hic? id est, iste, qui venit? si tamen eum viderent, non quærerent, quia scirent quis esset.

Qui populi erant isti, qui responderunt querentibus. *Questio L.*

**Q**VAERETVR, qui populi erant isti, qui responderunt querentibus. Aliqui putant, quòd maiores dubitabant, & minores credebant; ideo illi respondebant. Sic dicit Hieronymus: Alij autem, vel ambigenibus, vel interrogantibus vili confitetur plebecula. Sed dicendum est, quòd non fuit ista questio quasi aliqui crederent in eum, & alij non, & non credentes quærerent, & credentes responderent, vel quòd aliqui videntes Iesum non agnoscerent eum, & alij dicerent quis erat, sed vocantur hic populi non quidem populi Ierosolymitani, sed populi, qui cum Christo veniebāt, scilicet turbæ, quia ab illis querebatur. Illæ veniebant clamando Hosanna: ideo ab eis querebant Ierosolymitæ, quis veniret, & illi respondebant.

Quare turbæ dixerunt, hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ, & quomodo scit dictum in veritate. *Questio LI.*

**Q**VAERETVR, de responsione eorum, scilicet, hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ: quare hoc dixerunt, & quomodo scit dictum in veritate. Dicendum, quòd turbæ istæ videbant ignorari à Ierosolymitis personam venientis, & de illa queri: & ideo de persona responderunt: erat autem nomen personæ Iesus: ideo dixerunt hic est Iesus: & quoniã multi hoc nomine vocabantur inter Iudeos, ut notificaretur magis quis esset, dixerunt, quòd erat propheta: rari autem tunc propheta erant: ideo per hoc notificari possent, sed quia adhuc putare quis possent alios esse prophetas in terra Iudeorum, qui fortè nondum manifesti erant, vel quòd nondum notum esset apud oēs Iesum esse prophetam, addiderunt nomen regionis, ut dicerent eum esse à Nazareth Galilææ: & ita iam non possent dubitari, pro quo diceretur, quia non erat alius, qui haberet omnes istas qualitates. De nomine eius apparet, quia istud est, quod ei iusserat imponi angelus, antequam de vtero nasceretur, quando locutus est ad Ioseph postquam virgo conceperat, supra 1. cap. & istud etiam iussit angelus ei imponi, antequam educeretur in vtero, Luc. 2. & dixit illud Mariæ quando eam salutavit, Luc. 1. cap. & istud ei impostum fuit in circumcissione, Luc. 2. & hoc nomine eum omnis populus vocabat: nos verò Christum vocamus, sed Chri-

stus non est nomen personæ, sed dignitatis, quia significat regem, cū Christ⁹ dicitur in Greco vinctus: reges autē apud Iudeos vngentur, & coronantur: ideo pro regno eum Christum vocamus: ipsi verò, quia nondum eum regem, neque Messiam agnoscebant, non vocabant Christum, sed solum Iesum, quia autē in eum credere incipiebant, eum Christum iam vocabant.

Quare turbæ non vocarunt eum Iesum Christum. *Questio LII.*

**S**ED quæratur, quare isti non vocauerunt eum Iesum Christum: poterāt enim eum sic vocare, quia credebant in eum. Aliqui dicunt, quod non poterāt, quia nesciebant eum esse regem, quod Christus significat. Dicendū, quòd non stat, quia isti erant, qui veniebant cū Christo in via: & tamen illi clamabant, Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini rex Israel. Ioan. 12. ca. vbi eum regem vocant, & Messiam, filium David: ergo à fortiori possent eum Christum vocare, quod solum signat regē, & de quolibet rege dicitur, quod est Christus. Dicit potest vno modo, quòd istæ turbæ vocabant Iesum regem, & Messiam non quasi hoc scirent, aut crederent, sed quia Deus impellebat corda eorum ad hoc dicendum, & ipsi nesciebant, quid dicerent. Sic dicit Chrysostomus. Puto autē, quòd neque ipsi, qui laudabant, sciebant quod laudabant, sed spiritus subito ingressus in eos vertens verba fundebat. Et ita declaratum est supra, & quia spiritus Dei movebat eos in precedentibus ad dicendum Hosanna, & benedictus, qui venit rex Israel: nunc verò non movebat eos ad hoc: ideo nescierunt nunc dicere, nisi quod omnibus notum erat, aut creditum. scilicet, quòd erat Iesus, & propheta de Nazareth Galilææ. Aliter potest dici, & melius, quòd isti, qui responderunt nunc Ierosolymitis, non dixerunt eum Iesum Christum, sed solum Iesum, quia etiam si scirent, aut crederent eum esse Christum, & Messiam, tamen non comperiebant, quòd hoc dicerent respondendo, quia qui respondet ad quæsitam, debet notificare quærenti ea, de quibus ille dubitat: omnis autem notificatio, quæ alicui fit debet fieri per ea, quæ illi nota sunt: Ierosolymitæ autem querebant nunc quis erat ille, qui veniebat: ideo isti respondentes debuerunt notificare per ea, quæ illis nota erāt: illis autē notum erat quis esset Iesus de Galilæa propheta, quia edixerat, ut propheta tenebāt. Non autem erant eis notum, an ille esset Messias, vel rex Iudæorū: imò nesciebant, an aliquis tunc esset, cui ista cōpeteret: ideo non debuerunt eum vocare nunc Christum in respondendo, quia Ierosolymitæ saltem oēs non agnoscebant eum, ut Christum: & tñ nemo erat, qui non agnosceret eum, ut Iesum de Nazareth: ergo debuerunt eum vocare Iesum de Nazareth, & non Iesum Christum respondendo quærentibus. Sed obijciatur, quod debuissent vocare eum Christum respondendo, quia ipsi clamando vocabāt eum regem Israel, & hoc erat dicere eum Christum. Dicendum, quod non debuerunt sic eum vocare: quia dato, quod intelligerent ea, quæ dicebant, & quod ille esset rex, & Messias: tñ in laudando Iesum conveniens erat, quod ipsi dicerent optima, quæ de eo nouerāt, & quia eum credebāt esse Christum, regem, vel Spiritus Sanctus impellebat eos ad hoc dicendū, conveniens erat, quod hoc dicerent, ut illi, qui nesciebant, erudiretur per ea, quæ isti dicebant, aduertentes ad ea, siue oēs intelligerent hoc, siue non, non differebat, quia illa debet quis doceri, quod non nouit: quæ autē respondebant quærētib; quis esset ille, non debuerunt respondere, nisi per ea, quæ nota essent quærētib; quia aliàs nō fieret notificatio: & tñ non erat notum oibus Ierosolymitis Iesum esse Christum: ideo non debuerunt respondendo hoc dicere:

Christus est nomen dignitatis.

In. q. 44.

Secu.

Secus autem est proponendo doctrinam, quia ille, qui docet, proponit à principio aliquādo propositionem aliquam ignotam, quam postea paulisper explicat: sed qui respondet non debet, nisi explicare id, de quo iam dubitatum est: ideo non debet respondendo procedere nisi per ea, quæ nota sunt ei, cui respondet.

Quare turbæ vocauerunt Christum Prophetam. *Questio LIII.*

**Q**VAERETVR, cū isti respondentes nō vocauerunt Iesum esse Christum, licet in veritate esset, eo quòd hoc erat dubium apud populum, quare vocauerunt eum prophetam: quia etiam hoc dubitari possent, an essent propheta, & fortè dubitabatur: imò aliqui dicebant, quòd non erat homo bonus, neque à Deo, sed malus, qui sabbathum non custodiebat. Ioan. 9. capit. & etiam in populo erat contentio circa eum, quia aliqui dicebant, malus est, alij autem non, sed quòd erat bonus, Ioan. 7. cap. ergo non erat notum, quòd esset propheta, & consequenter respondendo non debebant eum vocare prophetam, cū per sola nota responderent. Dicendum, quod convenienter vocauerunt eum prophetam respondendo, quia vel omnes in Ierusalem agnoscebant eum esse prophetam, vel cognoscere poterant ex operibus. Videbant enim multa ipsum miracula facere, & occulta notificare, quæ non pertinent, nisi ad homines Dei, quos Iudæi prophetas vocant, & ob hoc non solum poterant eum tenere, ut prophetam, sed verè omnes eum prophetam esse credebant, & apud totum populum hoc persuasum erat. Sic dicitur infra in litera: Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut propheta eum habebant, & licet dicitur, sicut prophetam, non est intelligendum, quòd non crederent eum prophetam, sed aliquid simile prophete habere, sed quòd verè credebant illum esse prophetam. Vnde illud, sicut, nō dicit similitudinem, sed est expressivum veritatis, iuxta illud Ioan. 1. cap. vidimus gloriam eius gloriam quasi vngenti à patre: Et tamen Ioannes noluit dicere, quòd Iesus esset quasi vngenis à patre, sed quod esset verè vngenis. Sic etiam patet, quia infra in litera dicitur: omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam: & tamen Mar. 12. ca. vbi ponitur ista sententia dicitur: omnes enim habebant Ioannem, quia verus propheta esset. & Luc. 20. cap. dicitur: Certi sunt enim Ioannem prophetam esse. Item patet hoc efficitur, quia dicitur Luc. 24. ex verbis duorum discipulorum ad Christum: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognovisti, quæ facta sunt in diebus his de Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere, & sermone corā Deo, & omni populo: Et ita innuebant illum esse solum peregrinum, quia nesciret facta Iesu, quasi ceteri illa scirent, & ita apud ceteros cōstaret de actionibus, & passionibus eius, ex quibus appareret eum esse virum prophetam, etiam & planius, quia dicitur: Qui fuit vir propheta potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo. Et ita non solum erat verum eum esse prophetam, sed etiam totus populus hoc sciebat: ideo poterant isti convenienter eum respondendo vocare prophetam.

Quomodo turbæ intellexerunt Christum esse Prophetam. *Questio LIIII.*

**Q**VAERETVR, cū isti dixerint respondendo, quod Iesus erat propheta, quomodo acceperunt, quod esset propheta. Dicendū, quod potest vno modo accipi, quòd esset propheta. scilicet, vnus de prophetis, eo quod opera prophete faciebat. scilicet, quia miracula faciebat, & occulta Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Alia declarabat, quod ad prophetas pertinet: & ita dicitur infra in litera, quod sicut prophetam eum habebant. Alio modo potest accipi propheta. scilicet, quod esset illè propheta, quem pdixerat Moyses, quod esset similis ei: Deu. 18. c. & iste propheta expectabatur. Alio modo, quod iste erat non propheta de cōibus, sed aliquis excellentior alijs prophetis, qui per excellentiam vocari possit magnus: & ita vocauerunt eum turbæ: Luc. 7. cap. Accepit oēs timor, & magnificabant Deum, dicētes, quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam. Alio modo potest accipi propheta excellenter pro Messia, qui erat caput omnium prophetarum, & erat propheta, qui expectabatur à toto populo Iudeorum. Sic accipitur Ioan. 6. cap. Illi homines cū vidissent signum, quod fecerat, dicebant, quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum. Sed dubitatur in quo modo istorum acceperint isti dicentes Christum esse prophetam. Dicendum videtur, quòd acceperint in primo. scilicet, quod erat sicut vnus ex prophetis. Et ratio est, quia isti respondebant notificare volentes personam Iesu: & ideo loquerentur per illa, quæ de ipso nota essent. Et tamen esse eum prophetam, qui expectabatur. scilicet, Messiam non erat notum omnibus, et eum esse prophetam maiorem alijs, licet nō esset Messias, non erat notum omnibus. Quòd autem esset propheta aliquis, notum erat, quia nemo dubitare poterat eum facere aliqua opera prophete, & quia nullus gradus minor erat, quàm esse eum prophetam vnum de prophetis, & ea, quæ minora sunt faciliora sunt cognitione: ideo nihil facilius cognosci poterat apud populum, quàm eum esse vnum de prophetis: ergo isti vocarēt eum prophetam in illo modo, in quo omnes scirent eum prophetam: & tamen non erat aliud modus, quem magis omnes tenerent: ideo in isto acceperunt. Secundò patet, quia licet multi de populo, qui specialiter sequebantur doctrinam Christi, putarent eum prophetam magnum esse per excellentiam, & alij crederent eum esse Messiam, qui erat caput prophetarum: tñ plus cōiter non tenebat hoc. Et patet, quia quæ Christus quæ fuit supra 16. c. à discipulis suis, quem dicit homines esse filii hoīs. i. quem putant me esse populi, quos cōi appellatione hoīs vocavit: illi responderūt: alij putāt esse Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij Ieremiam, alij vnum ex prophetis. Et ita enarrādo ibi oēs positiones populi de ipso, nulla fuit, quam diceret eum Messiam, siue prophetam futurum in mundum, sed inter ceteras positiones illa fuit communior, scilicet, vnum ex prophetis, quia illa erat verisimilior, & minorem patiens difficultatem: ideo istam magis à populo approbatam, & habitam ponerent nunc isti respondentes. Tertio patet ex modo locutionis duorū discipulorum ad Christum Luc. 24. cap. Nam dixerūt de Iesu Nazareno, quòd erat vir propheta in opere, & sermone potens coram Deo, & omni populo. Et ita dixerunt, quòd coram toto populo constabat eum esse prophetam: & tamen postea dicitur: Nos autem sperabamus, quòd ipse redempturus erat Israel. Redimere autem Israel pertinet ad Messiam, qui est saluator, & non ad alios prophetas, qui solum pñunciant futura, & miracula interdum faciunt: & non dixerūt, quòd totus populus expectabat, quòd ipse redempturus esset Israel, sicut dixerunt, quod ille erat propheta coram toto populo, sed dixerunt, nos sperabamus, scilicet, discipuli Christi: ergo viderunt, quòd discipuli Iesu credebant eum Messiam: populus autem credebat eum prophetam primo modo. scilicet, simpliciter prophetam. Et hoc maximè apparet, quòd isti intellexerint, quia isti non respondebant per ea, quæ nota erant: & tñ de quolibet gradu prophetie notato magis dubitari poterat, quàm si vocaretur propheta simpliciter: ergo isto modo acciperēt.

ff 2 Dicit

Dicit autem Hieronymus, quod dixerunt eum esse Iesum prophetam, de quo dixerat Moyses, quod erat propheta similis sibi, cum ait: a minoribus incipit, ut ad maiora perveniant: prophetam enim eum dicunt, quem Moyses sui similem dixerat esse venturum. Et tamen quod dictum est, manifestius est. Cum autem objiciebatur preceps, quod dubium esset, an propheta esset Iesus. Dicendum, quod non erat dubium, nisi apud eos, qui volebant dubium facere ex intentione cupientes offuscare famam, & opinionem Christi apud populum, quales erant Pharisei, & sacerdotes, qui dixerunt illud, quod habetur Ioan. 9. Nam ita persequerantur Christum, quod volebant eum occidere dicentes, quod si permitterent eum, totus mundus crederet in eum, & omnes irent post eum, Ioan. 11. & 12. capit. Et mandauerant, quod si quis confiteretur eum esse Christum, extra Synagogam fieret, Ioan. 9. cap. Istis ergo nihil credendum erat, cum essent hostes aperti. Nam etiam si crederent Iesum esse prophetam, & Messiam, nolent profiteri, sed negarent. Cum autem dicitur, quod quidam dicebant, bonus est, alij vero non, sed se ducit turbam. Dicendum, quod in turba erant aliqui, qui sequebantur doctrinam Phariseorum, & illi sicut acceperant venenum a magistris suis, ita illud ore enomebant, dicentes, quod non erat propheta, sed seducebat turbas. Istis tamen non erat credendum, neque faciebant opinionem popularem, cum essent discipuli inimicorum Christi, & isti pauci erant: cetera autem multitudo, quae populus absolute vocari poterat, credebant Iesum esse prophetam per opera, quae faciebat: & ita isti respondentes nunc convenienter eum prophetam vocaverunt, & in isto modo. scilicet esset vnus de prophetis.

Quare isti dixerunt Iesum esse prophetam a Nazareth potius quam a Bethlehem. *Quaestio LV.*

**QVAERETVR**, quomodo isti dixerunt Iesum esse prophetam a Nazareth. Nam non erat a Nazareth, sed a Bethlehē, quia in Bethlehē natus est supra 2. cap. & non in Nazareth. Dicendum, quod Christus natus fuit in Bethlehem, & educatus, & conversatus in Nazareth: & tamen nunquam in tota scriptura vocatur Bethlehemites, vel de Bethlehem. Vocatur autem semper de Nazareth. Et dicendum, quod hoc a quibusdam per errorem fiebat: ab alijs vero prudenter. Nam populares, & ceteri Iudei vocabant Iesum Nazarenū, vel Galileum, quod idem est, eo quod putabant eum natum in Nazareth. Mater enim sua, & Ioseph, quod pater suus putabatur, ante conceptionem, & natiuitatem Christi habitabant in Nazareth, & post natiuitatem eius semper ibi habitauerunt: solum autem natus est in Bethlehem, quia cum esset Maria desponsata Ioseph, & circa tempus partus facta edicto Octauiani Augusti, ut iret quisque ad profitendum in civitatem suam: Ioseph, eo quod esset de domo, & familia David, & consequenter erat de vrbe Bethlehem de qua fuerat David 1. Reg. 16. & 17. & Ioan. 7. cap. iuit ad profitendum in Bethlehem, & dum ibi maneret cum Maria coniuge sua, accidit quod illa pareret Iesum. Luc. 2. & inde redierunt in Hierusalem tempore purificationis. scilicet quadragesimo die post partum. eod. c. & cum obrulisset Iesum in templo iuxta consuetudinem legis Moysi, redierunt in Nazareth, & mansit ibi Ioseph cum Maria coniuge eius, & cum Iesu. eodem cap. & erat ibi subditus illis, & inde fugit in Aegyptum nocte admonente angelo; supra 2. cap. & quando de Aegypto reuersus est Ioseph redijt in Nazareth, & habitauit ibi Christus vsque ad tempus, quo coepit praedicare iam triginta annorum factus, ut colligitur supra 2. cap. f. Et veniens habitauit in ciuitate Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est

per prophetas quoniam Nazareus vocabitur. Nemo ergo erat, qui putaret eum oriundum, nisi de ciuitate Nazareth, & tanquam ibi genitum Nazarenum vocabant, & propter istam opinionem de Christo magna erat difficultas ad credendum eum esse Messiam, quia de Messia credebant, quod nasciturus erat de Bethlehem. De Iesu autem putabant, quod natus esset in Nazareth. Sic patet Ioan. 7. cap. vbi dissensio facta est in turba propter Christum. scilicet ex illa turba quidam dicebant, hic est verē propheta: alij dicebant, hic est Christus: alij autē dicebant: Nunquid a Galilea Christus venit? Nonne scriptura dicit, quod ex semine David, & de Bethlehem castello, vbi erat ipse, venit Christus, & facta est dissensio in turba propter eum. Etiam inter Phariseos facta est contentio contra Nicodemum, qui fauebat parti Christi, & dixerunt ei coeteri Pharisei: nunquid & tu Galileus es? id est, credis in Iesum Galileum, & sequitur, scrutare, & vide, quia propheta a Galilaea non surget, id est, non veniet Messias de Galilea. eod. capit. & non solum isti, qui erant bono animo ad ipsum dubitabant, an esse posset Messias, quia erat de Galilaea: sic patet Ioan. 1. cap. cum dixit Philippus ad Nathanael, quem scripsit Moyses in lege, & prophete inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth, & dixit ei Nathanael: a Nazareth potest aliquid boni esse? id est, nunquid potest propheta, vel Messias nasci de Nazareth? quasi dicat: non potest: illi autem, qui sciebant veritatem natiuitatis Christi. scilicet quod esset natus in Bethlehem, vocabant eum de Nazareth, non quasi innuere vellent eum ibi natum, sed educatum: & accipit nunc nomen ab eo loco, in quo diuturnam moram contrahit, quia videtur ei esse patria: ita cum Christus semper mansisset in Nazareth, videbatur ei esse patria: imo vocabatur patria eius, licet ibi non fuisset natus. Sic dicitur supra 13. & Marc. 6. vbi de Christo eunte in Nazareth dicunt Euangelistae, quod venit in patriam suam, & ipsi Nazareni vocabant Nazareth patriam Iesu. Luc. 4. capit. quanta audiuius a te facta in Capharnaum, fac & nunc in patria tua: & Christus ibidem dixit illam esse patriam suam. In eodem est propheta acceptus in patria sua. Et ita Euangelistae, qui veritatem originis Christi sciebant, non vocabant eum Bethlehemitem, sed Nazarenum, etiam Apostoli, quando loquebantur de eo post resurrectionem vocabant eum Nazarenū, ut illud Luc. 24. & non cognouisti, quae facta sunt de Iesu Nazareno? & Petrus dixit Act. 2. cap. Iesum Nazarenum virum approbatum a Deo, & Act. 10. cap. dixit Petrus: Iesum a Nazareth, quomodo vnixit Deus eum Spiritu Sancto, & virtute. Causa autem quare isti, qui sciebant eum Bethlehemitem vocabant eum Nazarenum, erat duplex. Prima propter populum, ut intelligeretur ab alijs de quo loquerentur. Nam populus non cognoscebat Iesum, ut Bethlehemitem, sed ut Nazarenū. Si autem Euangelistae, vel alij cognoscentes veritatem vocarent eum Bethlehemitem, populus audiens non intelligeret de quo loquerentur: ideo oportebat sic eum vocari, ut in nomine conuenirent, & ob hoc ipsemet Iesus vocabat se Nazarenum, ut patet Ioannis decimo octauo, cum dixit Iudejs querentibus eum: Quem queritis? & illi dixerunt, Iesum Nazarenum: ipse vero ait, ego sum. Quia si diceret, ego non sum Iesus Nazarenus, sed Iesus Bethlehemites videretur negare de se quod alij credebant de eo, & cogere eos errare circa cognitionem suam. Secunda causa erat propter auctoritatem propheticam, & voluntatem diuinam. Deus enim ostendit, quod volebat eum vocari Nazarenum, & non Bethlehemitem. Sic dicitur supra 2. cap. Habitauit in Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per prophetas, quoniam Nazarenus vocabitur. Et ideo nobis non licet eum vocare Iesum Bethlehemitem: sed

Quare Christus vocabatur Nazarenus cum esset Bethlehemites.

sed Iesum Nazarenum, quo nomine Deus vocari voluit. De istis, qui nunc respondebant querentibus, dicendum, quod vocauerunt eum Iesum a Nazareth Galilae, quia forte ipsi putabant eum inde genitum, sicut coeteri Iudei credebant. Vel dato quod scirent veritatem, vocarent eum a Nazareth propter illos, quibus respondebant, quia cum respondens intendat notificare querentem, & notificatio fiat per ea, quae nota sunt querenti, debuerunt vocare Iesum de Nazareth, quia populus nesciebat eum esse, nisi de Nazareth, & si vocarent eum de Bethlehem non, intelligerent de quo diceretur: & tamen illi, qui sciebant veritatem, vocabant eum de Nazareth, id est, educatum, & conuersatum in Nazareth, & non natum ibi, vel natum de Nazareth secundum opinionem illorum, ad quos loquebantur: ut si isti dicerent, hic est Iesus a Nazareth Galilae, id est, quem vos putatis esse de Nazareth: & ita etiam aliqua dicuntur in scriptura, quae non sunt vera, sed solum dicuntur, quia sic putata sunt a quibusdam, vel communiter, sicut quando mater dixit Christo: Ego & pater tuus dolentes querebamus te, Luc. secundo: & tamen Christus non habebat patrem in terra. Et quod plus est, illa sciebat hoc, quae eum conceperat, & pepererat in virginitate, sed dixit, quia putabatur ab omnibus, quod Ioseph esset pater Iesu. Luc. tertio: & ita dixit Philippus Apostolus Ioannis primo, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth: sic enim ille tunc putabat: licet iam esset Christi discipulus.

Quare Pharisei cum nunc viderint Christum vocari Messiam, & regem Israel, non punierunt, qui ista dicebant. *Quaestio LV.*

**QVAERETVR**, cum principes sacerdotum, & Pharisei dolerent, quod Christus honoraretur a populo, quare cum nunc viderint eum vocari Messiam, & regem Israel, non punierunt eos, qui ista dicebant. Aliqui dicunt, quod forte Christus postea fuit odiosus istis, ut indignarentur de laudibus eius, sed nunc nondum erat: & ideo non prohibebant eum laudari. Dicendum, quod non ista, quia tam odiosus eis erat, quod iam ante hoc mortem ei decreuerant. Nam ex tempore, quod Lazarum suscitauit, diffinierunt Pontifices, & Pharisei, ut occiderent: Ioan. 11. Et tamen prius illum suscitauit, quam fieret iste honor ei, quia Ioan. 12. cap. dicitur, quod propterea turba exiit obuiam ei, quia audierant, quod a mortuis suscitasset Lazarum: ideo iam erat Christus valde odiosus Pontificibus, & Phariseis. Et patet etiam, quia ex eo, quod quidam de turba vocabant Iesum esse Christum, dicebant Pharisei, quod erant maledicti, Io. 7. cap. ideo nunc vellent laudes eius impedire. Secundo patet, & efficacius, quia verē pro eis indignati sunt. Nam antequam intraret in urbem indignati sunt alij. De primo patet Luc. 19. cap. scilicet: Quidam Phariseorum de turba dixerunt ad illum, magister increpa discipulos tuos. De secundo patet, quia postquam ingressus est in templum, videntes principes caecientes pueros Hosanna, indignati sunt, & dixerunt Christo, audis quid isti dicunt? infra in litera. Est ergo dicendum, quod molesti ferebant principes sacerdotum, & Pharisei, quod ista de Christo dicerentur, & cupiebant turbas prohibere, sed non fecerunt. Primo, quia forte Deus incussit illis timorem, ut non auderent hoc facere, quia Deus volebat nunc Christum honorari a turbis, & si possent principes sacerdotum istud prohibere, non fieret iste honor Christo, quod erat inconueniens, cum per istum honorem manifestatum fuit omni populo eum esse Messiam, &

Alpha. Tot. super Euang. Matth. Pars V.

& regem Israel. Nam ut rex Israel recipiebatur in vrbe, & acclamabatur coram eo, quod non fieret si principes sacerdotum prohibere possent: & ideo Deus incussit timorem principibus, & non ausi sunt quomquam prohibere, neque comminari illis. Sic enim facit, quando vult, ut patet Genesis trigesimo quarto capitulo. Nam quando filij Iacob occiderunt Sichimitas pro violatione Dinæ, & Chananaei, & omnes gentes illius regionis congregari volebant, ut delegerent domum Iacob, quod ille timuit, dicens: Turbafitis me, & odiosum fecistis Chananaei, & Pherezeis habitatoribus terrae huius. Nos pauci sumus, & illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. Et ideo cum recedere vellent Iacob, & gentes terrae illius irruere vellent super eum, Deus immisit terrorem super habitatores terrae: Genesis trigesimo quinto, scilicet: Terror Domini inuasit omnes per circuitum nationes, & non sunt ausi persequi recedentes. Secundo fuit, quia etiam si iste terror non immitteretur principibus sacerdotum a Deo, ipsi timebant multitudinem. Nam isti, qui nunc istum honorem exhibebant Christo, erant multitudo magna, scilicet, plurima turba, quae cum eo veniebat de Iericho, ut colligitur supra in litera. Et ut Hieronymus dicit, erat ista turba tanta, quod Lucas vocat eam turbas multas, Luc. decimo nono capitulo, scilicet: Cum appropinquaret ad descensum montis Oliveti, omnes turbae descendentium coeperunt laudare Deum, & super istos superuenit alia multitudo, quia turba multa de illis, qui venerant ad diem festum, cum audirent, quod Christus venit, exierunt ei obuiam, Ioannis decimo secundo capitulo: Tantam autem multitudinem timerunt principes aggredi: & ideo non solum ad poenam non persecuti sunt multitudinem: sed etiam verbis duris non ausi sunt eas exacerbare. Tertio fuit, quia dato, quod vellent ipsi poenam aliquam pro talibus insolentibus inferre: illa erat poena capitalis, scilicet, quia regem vocabant eum, qui non putabatur ab eis rex: etiam vocabant eum Messiam, quem non credebant Messiam esse: sed talem poenam non poterant inferre principes sacerdotum, neque alij Iudei, sed ad iudices positos a Romanis recurrendum erat, quod patet in Christo: quem licet occidere vellent Iudei, non ausi sunt, sed ad Pilatum duxerunt, & cum ille diceret, secundum legem vestram iudicate eum, dixerunt illi: nobis non licet interficere quemquam, Ioan. decimo octauo: A fortiori ergo non liceret talem poenam exercere in tantam multitudinem, ideo non prohibuerunt de facto laudes illas: & tamen intra se Pontifices, & Pharisei maledicebant populo, quia laudabant Christum, & sequebantur eum. Sic patet Ioan. 7. vbi multi de turba dicebant de Iesu, quod esset Christus, & dixerunt Pharisei: Nunquid & vos seducti estis: nunquid aliquis ex principibus credit in eum, aut ex Phariseis, sed turba haec, quae non nouit legem maledicti sunt: etiam processerunt ad ampliora, quia excommunicationem posuerant si quis diceret eum Christum: & ideo aliqui timebant eum confiteri Christum esse: sic dicitur Ioannis nono capitulo, vbi parentes caeci illuminati ob hoc respondere noluerunt, scilicet: Ipsi interrogate, a tatem habet, ipse de se loquatur. Haec dixerunt parentes eius, quia timebant Iudeos: nam enim conspirauerant Iudei, ut si quis confiteretur eum esse Christum, extra Synagogam fieret, propterea dixerunt parentes eius, quia a tatem habet, ipsius interrogate, sed nunc etiam non ausi sunt istam excommunicationem exequi priuando multitudinem Synagoga, & ingressu templi, aut denunciando eam priuatum: quia tam multus multitudinis fieret contra eos.

Ei 3 Quare



Quare principes sacerdotum, & Romani non procedebant contra Christum, cum viderent eum vocari regem. Quæst. LVII.

SED quæretur, dato quod contra multitudinem laudantem Christum non processerint principes sacerdotum, quare contra Christum non procedebant. Dicendum, quod principes sacerdotum, & Pharisæi oderant Christum, quia arguebat vitia eorum. vt pater infra 23. cap. & Luc. 7. & ostendebat populo nequitiam eorum, & ita eos contempribiles reddebat: etiã quia ei impendebatur magnus honor à populo, & inuidebant, quod non tantus exhiberet eis, & ideo detrahebant ei, & incipiebant paulisper conuitiari. Nam à principio volentes offuscare miracula eius, dixerunt: in Beelzebub principe demoniorum eiicitur demonia supra c. 9. & 12. c. Postea verò, cum populus eum intantum laudaret, quod eum Christum, id est Messiam vocabant, inceperunt Pharisæi non soli Christo detrahere, sed etiam turbam male dicere, eo quod poterant eam auertere à Christo. Et dixerunt: turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Cum autem quotidie miracula frequentarentur, & fauor populi erga Christum cresceret, per singulos dies decretum excommunicationis posuerunt principes sacerdotum contra eos, qui Iesum vocarent Christum. Io. 9. cap. iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum esse Christum, extra synagogam fieret. Sed cum adhuc miracula Christi quotidie frequentarentur, & potissimè de suscitacione Lazari, quæ fuit opus clarissimum, cui plurimi Iudæorum de Ierosolymitanis astiterant, & annunciauerunt Pontificibus, et Pharisæis, indignati sunt plurimum illi, et congregato consilio diffinierunt de morte Christi. Io. 11. scilicet Collegium consilium Pontifices, & Pharisæi, & dicebant: quid facimus, quia homo iste multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Et in illo consilio dixit Caiphas: expedit, vt homo vnus moriatur pro populo. Et sequitur: Ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum: et quia maximus fauor, et testimonium creuerat Iesu, quod Messias esset ex suscitacione Lazari, cogitauerunt Pontifices, vt occiderent Lazarum, et sic posset aliquo modo negari suscitacio Lazari, vel verti in dubium. Io. 12. ca. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt Lazarum interficerent: quia multi propter illum ibant ex Iudæis, & credebant in Iesum: & tunc processerunt ad vltiora: dederunt enim mandatum, quod si quis sciret, vbi esset Iesus, denunciaret, vt possent eum tenere, & occidere. Io. 11. ca. Dederunt enim Pontifices, & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum: & istud mandatum fuit post suscitacionem Lazari, et ante aduentum Christi in Ierusalem, et ob hoc Christus tunc non palam ambulauit per aliquot dies: sed fugit in ciuitatem Ephrem. eod. cap. nunc autem cum venit Ierusalem Io. 12. cap. cum esset post decretum datum de tenendo eum, tenerent illum, etiam si non laudaretur publicè, vt Messias: quanto magis nunc quando publicè à populo vocatus est Messias, et rex Israël, quod nunquam ante publicè fuerat factum: ideo desiderabat Iudæi tenere illum, & occidere, sed non ausi sunt, et doluerunt valde Pharisæi, quando viderunt Iesum introire cum tali honore in urbem, et in templum, Io. 12. cap. scilicet Pharisæi dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus: ecce mundus totus post eum abiit, sed et indignationem suam aliquo modo ostenderunt Christo, quia quando pueri laudabant eum in templo, dixerunt illi: audis quid isti dicunt? infra in litera, scilicet:

licet: Videntes principes sacerdotum, et scriba: mirabilia, quæ fecit, et pueros clamantes in templo Hosanna filio Dauid, dixerunt: audis quid isti dicunt? Et tunc Christus audacter respondit, dicens. Nunquam legis in scripturis: Ex ore infantium, et lactantium perficisti laudem. Ex quo magis indignati sunt: quia non solum contra voluntatem eorum agebat, sed etiam constanter contra illos respõdebat bonum esse quod fiebat, et tamen non ausi sunt mittere manum in eum. Primò quia Deus incussit illis timorem, et hoc quia non erat tempus, quo ille passurus erat, et Deus non permittebat eum tunc pati: ideo non dabat audaciã, sed potius incutiebat timorem Iudæis, vt non auderent mittere manum in eum. Sic patet Ioan. septimo cap. scilicet: Quærebant ergo eum apprehendere, et nemo misit in eum manum, quia nondum venerat hora eius, et etiam si conarentur ei de facto nocere, non possent: quia nondum venerat hora eius. Sicut Ioan. decimo octauo dicitur. Hæc verba locutus est in Gazo phylatio, et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius: quando autem venit hora eius, tunc potuerunt Iudæi eum tenere, et occidere. Sic ipse dixit Lu. 22. c. Hæc est hora vestra, et potestas tenebrarum. Sed obiicitur, quia tunc cum hora concessa Iudæis ad occidendum Christum esset determinata secundum diuinam voluntatem, non poterant ante hoc ei nocere, et ita non expediebat, quod fugeret ante hoc, et tamen aliqui fugiebat et latebat, vt Io. 8. qñ cum lapidare vulerunt fugit, et occultauit se: et iterum etiam quando in porticu Salomonis vulerunt eum lapidare, recessit. Io. 10. c. Et potissimè quando decretum datum est contra ipsum post suscitacionem Lazari, ut teneretur. Io. 11. cap. et dicitur: Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, et ibi morabatur cum discipulis suis. Et postea apparebat, vt quando nunc publicè venit in Ierusalem. Dicendum, quod Christus non se occultabat, vel recedebat nisi eo tempore, quo non poterat euitare: malum sine scandalo, scilicet quando placebat deitati, quod ipse pati posset a Iudæis. Cum autem dicitur, quod hora mortis eius erat determinata, et non poterat preueniri per Iudæos: dicendum, quod non poterat occidi nisi in loco, in quo ipse volebat, et tempore quo volebat. Vnde quando Pharisæi dixerunt Christo in Galilæa, exi hinc, quia Herodes querit te interficere, Luc. decimotertio cap. dixit illis: Ire et dicite vulpi illi: Ecce demonia eiicio, et sanitates perficio hodie, et cras, et tertia die contumor, verum tamen hodie, et cras, et sequenti oportet me ambulare, quia non capit prophetam perire extra Ierusalèm: in quibus palam ostendit, quod etiam si Herodes minaretur, quod eum occidere vellet, non timebat: quia neque poterat tunc occidi, neque etiam in regione illa, in qua erat. De tempore patet, quia dixit: non capit Prophetam perire extra Ierusalem. Non est possibile perire, id est occidi Messiam extra Ierusalem: et tamen dicendum, quod aliquod tempus erat a Deo concessum iniquis, in quo possent Christum occidere, et aliud, in quo possent cum affligere, vel persequi, et neutrum poterat ab eis preueniri. Tempus autem mortis Christus noluit fugere, sed presentem se exhibuit, quia ad hoc veniebat: tempus autem persecutionum interdum declinabat, quia aliqua mala erant, quæ volebant ei inferre Iudæi, quæ non erant conuenientia ad nostram salutem: ideo eo tempore fugiebat ab eis, et abscondebatur ab eis, vel declinabat eos diuertendo in aliam regionem. Et ita fuit quando dederunt Pontifices mandatum de tenendo Christum post suscitacionem Lazari, quia in tempore illo potuissent ex concessione Dei

Dei Iudæi nocere Christo, si præsens esset, ideo declinavit: cum autem illud tempus fuit elapsum, quod valde paruum fuit, venit publicè in Ierusalem: quia tunc non erat hora Iudæis concessa ad occidendum, neque ad persequendum Christum. Et hoc significat ipse Luc. 22. c. cum dixit eis, qui eum tenuerunt in hortu: quasi ad latronem exitis cum gladijs & fustibus, cum quotidie fueram vobiscum in templo, non extendistis manus in me, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. q. d. tunc non potuistis manus extendere in me, licet malam voluntatem concepissetis: quia non erat, tunc aliquid vobis permissum facere contra me: nunc verò quia est hora vestra. i. in qua concessum est vobis nocere, executi estis malum, quod corde tenebatis: & ita nunc non ausi sunt mittere manus in Christum, quia nondum venerat hora eius: imò neque verbum aliquod durum ausi sunt loqui contra ipsum. Secundò fuit, quia timebat multitudinem, quæ fauebat Christo: habebat enim multitudo Christum, vt prophetam: & ideo si quis contra eum, aliquid auderet, ob stare multitudo. Sic dicitur infra in litera, quando dixit Christus parabolas, quas Iudæi putauerunt contra se dictas. s. cum audissent principes sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret: & quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam si cut prophetam eum habebant. Tertio fuit specialiter propter tempus, scilicet, quia erat ante diem festum, & conuenerat multitudo magna, & quotidie conueniebat, viquequo transiret. Multitudo autem fauebat Christo: ideo timebat eum omni tempore persequi, sed magis nunc, quando tanta multitudo conuenerat. Sic ipsi dixerunt infra 26. Consiliu fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent: dicebant autem, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Et maxime, quia nunc viderant totam multitudinem magis ei deuotam, quam vnquam vidissent, cum laudarent eum, vt Messiam, & vt regem Israël. quod nunquam ante hoc fecerant: ideo nequaquam ausi sunt aliquid facere contra Christum, licet mandatum dedissent prius de tenendo eum, sed consiliati sunt nunc quod occultè, & dolosè Christum tenerent, & occiderent, infra 26. quia palam posse facere diffidebant.

Quare Christus non permisit, quod Pharisæi ostenderent contra eum indignationem in opere. Quæstio LVIII.

QUAERETVR, cum nunc indignati fuerint Pontifices, & Pharisæi contra Christum, quare non permisit, quod ipsi ostenderent contra eum indignationem in opere, licet realiter nocere non possent, occultante seipso ab eis, sicut quando prædicante eo in templo tulerunt lapides, vt iacerent in eum, ipse autem abscondit se, & exiit de templo. Io. 8. capitulo. Dicendum, quod non conueniebat: nam fugere vel occultare se ad defectum, & impotentiam quandam pertinet: & ideo nunquam in Christo ista esse debebant, nisi aliqua utilitas sequeretur ex eis. Sequebatur autem primò utilitas eruditionis, scilicet, quod per illa instrueret nos fugere persecutiones, quando opus esset: docuerat enim hoc verbo, dicens. Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam, supra decimo capitulo: ideo vt esset solidior doctrina, voluit etiam opere docere, cum ipse fugit manus persecutorum, & se absconderit. Secundò ad hoc, quod ostenderet Christus potestatem suam varijs modis: nam si semper volentes nocere ei cohiberet incutiendo eis timorem, vt non facerent, esset vnus modus circa hoc ostendendi potestatem suam. Voluit ergo alijs modis

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

dis ostendere: & hoc fuit, quod cum Iudæi sumptos lapides in Iesum iacere vellent, non viderent eum, scilicet, quod eos exceperet pro tunc, vel eis se inuisibilem redderet: ideo erat conueniens hoc aliquando ostendi, quod fieri non posset, nisi illo modo, scilicet fugiendo & occultando se. Tertio fuit, quod etiam præter diuersos modos cohibendi potestatem, adhuc est aliud, scilicet, quod efficacius ostenditur sic potestas quàm aliter: quia maius est cohibere a malo eum, qui iam coepit, quàm eum, qui iam cogitauit, eo quod ille iam totum conatum apposuerat, iste tamen nullum: & tamen hoc fit occultando se ab eis, qui inferre mala volunt, vt palam exire de manibus eorum, qui nocere volunt, & inceperunt: & quod ipsi videant & nocere non possint. Sic fuit Luc. quarto. Quando Nazareni indignati contra Christum, duxerunt eum ad supercilium montis, vt eum inde præcipitarent, ipse autem exiens per medium illorum ibat. Ideo conueniens fuit, vt aliquando se subtraheret ab eis, qui ei nocere iam incipiebant, siue occultando se, siue videntibus eis, & non potentibus tenere & nocere. Quarto erat, quia ista ostensio potestatis erat manifesta, cum inciperent hostes Christi nocere ei, & ipse se subtraheret eis palam, ita quod non possent eum tenere, vel se occultando: quod verò volentibus eis nocere Christo, & nondum actu aliquid factibus incuteret timorem, & comprimeret desiderium eorum, erat quidem magna potestas, sed non erat foris manifesta: ideo conueniens erat, quod aliquando Christus illos modos teneret, vt magis potestas sua manifestaretur. Nunc verò sufficienter Christus istas utilitates expleuerat, exercendo modos illos liberandi se: quia ter se sibi liberauit, scilicet, semel in Nazareth. Luc. quarto. iterum in templo. Io. 8. octauo. Et iterum in porticu Salomonis, Ioan. decimo capitulo: ideo non oportebat quantum ad hoc nunc tenere illum modum, scilicet, quod Iudæi inciperent ei nocere, mittendo lapides in eum, vel volendo eum præcipitare, & quod ipse absconderet se. Secundò, quantum ad hoc fuit: quia Christus erat iam propinquus passioni, & ideo non erat sibi tempus occultandi vel recedendi, sed publicè se ostendendi: & hoc vt videretur, quod passionem spontè tolerabat: nam si nunc paulo ante passionem volentibus eum Iudæis lapidare, vel alio modo occidere, fugeret de manibus eorum: putaretur postea quando occideretur, quod non potuisset tunc latere vel fugere: & ita pateretur inuoluntarius: & tamen ipse voluit ostendere, quod patiebatur voluntariè, per hoc quod publicè apud eos manebat quotidie, & non tenuerunt eum: nunc verò tenuerunt, quia ipse concessit eis hanc horam. infra vigesimo sexto. & Luc. vigesimo secundo. Quotidie eram vobiscum in templo docens, & non me tenuistis, vel non extendistis manum in me, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Tertio, fuit ad confirmandum fidem, vel opinionem bonam, quam habebat populus de illo, & ex eo quod publicè loquebatur, & nemo mittebat manum in eum, vel non fugiebat, ipse putabatur a plurimis, quod esset Messias, Ioannes septimo capitulo, scilicet: Dicebant quidam ex Ierosolymis, nõne hic est, quem quærunter interficere? ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus? Si autem nunc volentibus Iudæis, manum mittere fugeret, detrahebatur valde illi fides, vel opinioni bonæ, quam de eo conceperant: ideo non debuit permittere, quod Iudæi tentarent de facto in eo manum mittere, de quo ipse fugiendo, vel se occultando se liberaret. Quarto fuit specialiter propter magnitudinem honoris nunc Christo impensum, ter se liberauit a morte.

Ff 4 & ma.

& magnitudinem populi astantis, nunquam enim turba talem honorem Christo impenderat, quod cum ramis, & via strata velibus introduceret eum in Ierusalem cantantes publice eum regem Israel, & Messiam. Quod ergo post tantam gloriam statim fugere compelleretur, Iudeis mittere volentibus manus in ipsum, valde detrahebat tanto honori, & rediret in nihilum in conspectu hominum id quod factum erat: ideo nequaquam fuit conueniens, quod nunc fugeret mittentibus in eis manum Iudeis. Quinto fuit, quia cum nunc Christus tam publice se ostendisset, permittens se publice vocari Messiam, & regem Israel, & ostendens bene dicere eos, qui sic eum laudassent, & non mitterent Pontifices manum in eum, confirmaretur opinio apud multitudinem, quod principes sacerdotum, & doctores legis credebant eum esse Messiam, & ideo tacebant: quia alias non permitterent talem blasphemiam. sic dicitur Io. 7. cap. quod dixerunt quidam: iste est, quem querunt interficere, ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus? ideo licet aliàs latuerit aut declinauerit Iudaos volentes mittere manus in eum, non debuit nunc facere.

Mar. 11. a  
Luc. 19. g  
Ioan. 2. c  
Ista. 56. c  
Iere. 7. b  
Mar. 11. c  
Luc. 19. g

Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiciebat omnes vendentes, & ementes in templo: & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis: Scriptum est: Domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos.

*Et intrauit Iesus.* Hic ostenditur, quod Iudæi fuerunt contemptores diuinæ maiestatis in facto patenti: & diuiditur in duas: quia primò ostenditur Christi deitas ex duplici facto. Secundò subditur Iudæorum impugnatione ibi. *Videntes autem principes.* Prima in duas in quantum duplex factum à Christo ostensum fuit, scilicet de potenti mercatorum de templo eiectione, & de infirmorum curatione. Secunda ibi. *Et accesserunt.* Circa primum dicitur. *Et intrauit Iesus in templum.* Scilicet antequam diuerneret ab hospitium vel ad alium locum, postquam introiit in urbem recto gressu iuit in templum, & introiit in illud. *Et eiciebat omnes vendentes, & ementes in templo.* Idest eiecit tunc omnes, quot ibi repetit ementes, & vendentes: ea enim ibi vendebantur, quæ ad sacrificia, & libamina pertinebant. *Et mensas nummulariorum.* Scilicet erant ibi nummularij qui pecuniam dabant, & commutabant, quos campo res dicitur. *Et cathedras vendentium columbas euertit.* Scilicet tam mensas nummulariorum, quam cathedras vendentium columbas euertit Christus per terram omnia dispergens. Columbe vendebantur ibi ad sacrificia: cathedre erant sedes quædam, in quibus sedebant illi qui columbas vendebant, vel in quibus tenebantur illas columbas, quas vendebant. *Et dicit eis.* Scilicet illis quorum cathedras, & mensas euertit, & aliis circumstantibus. *Scriptum est.* Ista. 56. c. *Domus mea.* Idest domus templi domini, quam Deus vocat domum suam quasi specialiter sit domus eius: quia est dicata ad cultum eius: licet ceteræ etiam domus suæ sint in quantum, domini est terra, & tota plenitudo eius, Psalm. vigesimo tertio. Et illud. Impleta est terra possessione tua. Psalm. centesimo tertio. *Domus orationis vocabitur,*

Idest vocari debet, & ideo nihil aliud ibi exerceri debet, nisi quod ad orationem pertinet. *Vos autem.* Quasi dicat, vos non tenetis eam in actu ad quem Deus illa ordinauit. *Fecistis eam speluncam latronum.* Idest locum ementium, & vendentium, & vbi talia fiunt, fures & latrones sunt.

*Quando fuit introitus iste Christi in Ierusalem.*

Quest. LIX.

**Q**VAERETVR, quando fuit iste introitus Christi in Ierusalem, & in templum, de quo hic dicitur.

Dicendum, quod ordo rerum facit, & postquam Iesus de Galilæa venit, & transiit per Iericho venit per Bethaniam, & inde cum esset iuxta montem Oliueti misit pro asina, & pullo, & comitantibus turbis venit in Ierusalem, & cum intraret in urbem, statim iuit ad templum: & tamen manet hic difficultas quantum ad ea, quæ Ioannes narrat. Nam Matthæ. & Marcus, & Lucas concordant nihil interponendo: quasi statim, vt Christus transiit Iordanem venit in Iericho, & illuminauit cæcos, venerit recto itinere in Bethaniam, & Bethphage, & inde pro asina, & pullo miserit, & equitans introiit in Ierusalem. Ioannes autem multa refert quæ acciderunt in Ierusalem, scilicet, quæ in templo predicabat, & sumptum lapides Iudæi, vt iacerent in eum Io. 8. & postea de sanatione cæci nati Io. 9. & post hæc cum in festo Enceniorum iterum eum voluerunt lapidare, & tenere in porticu Salomonis. Io. 10. cap. Et tunc fugit ultra Iordanem ad locum, in quo Io. Bapt. primum baptizauerat, & mansit ibi, eo. c. Interim accidit, quod langueret Lazarus, & sorores eius Martha, & Maria Magdalena miserunt ad Christum ad locum, vbi erat ultra Iordanem, vt veniret ad curandum eum, & ille venit, Ioan. 11. ca. & suscitauit eum, cum iam esset mortuus: quo facto Pontifices, & Pharisei indignati decreuerunt Christum occidere: ideo ipse non ausus est manere in Bethania, vbi Lazarus suscitauerat, sed abiit in ciuitatem Ephrem, quæ est iuxta desertum, & ibi mansit vsque ad sex dies ante Pascha, scilicet in die Sabbathi mansit in Bethania, quia non licebat Iudæis itinerare, & die alia, scilicet die Dominica processit in Ierusalem, & iste est dies Dominicus in Ramispalmarum. De omnibus enim illis, quæ dicuntur per Ioannem vsque sextum diem ante Pascha, quando venit Christus in Bethaniam dubium est, & de istis dicitur in loco suo sup Ioannem, an fuerint ante transitum Christi per Iericho, & illuminationem cæcorum ibi, vel fuerint postea, & quomodo se habeant ad illa, & tamen de illis, quæ dicuntur Io. 12. c. est ordo certus, scilicet quod postquam Christus venit in Bethaniam hac vltima vice, venerunt multi Iudæi de Ierusalem, vt viderent eum, & Lazarum, quem suscitauerat, & mansit ibi die Sabbathi in ante Dominicam in Ramispalmarum, & erant tunc sex dies ante Pascha: quia Pascha incipiebat sequenti die Iouis ad vesperam, & die Dominica post Sabbathum recessit de Bethania: quia dicitur Ioann. decimo secundo capitulo. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audisset, quod Iesus Ierosolymam venit, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant Hofanna, & tunc Christus veniebat in via. Ergo die quinto ante Pascha recessit de Bethania, & introiit in Ierusalem, & iste est dies in Ramispalmarum. Istud enim fuit conuenienter factum, s. vt responderet figuratum figuræ: erat enim agnus paschalis figura Christi pro nobis immolandi: vnde dicit Apostolus 1. Cor. 5. cap. Pascha

Pascha nostrum immolatus est Christus, & tamen de Pascha Paschali iubetur Exo. 12. cap. quod die decimo mensis acciperetur, & teneretur in domo, die autem quartadecima ad vesperam immolaretur: ita, & Christus die decimo mensis Iudæorum venit in Ierusalem: quia venit quinto die ante festum Paschæ computando tam ipsum diem, in quo venit quam diem Paschæ. Primum quia dies primus Paschæ erat quartadecimus mensis, scilicet Iouis ad vesperam, & ita erant quinque dies, s. computando diem dominicam, & diem Iouis, & ex die dominica, scilicet die decimo tenebatur in domo, scilicet in Ierusalem, quæ erat domus occisionis suæ: & die quartadecima ad vesperam cepit immolari: quia cepit pati captus tunc à ministris Iudæorum, & sequenti die consummata est passio eius. De hoc dicit Raba, scilicet: Notandum autem quod hic introitus eius in Ierusalem fuit ante quinque dies Paschæ: narrat enim Ioannes, quod ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam, & in crastinum asino sedens venerit in Ierusalem. vbi notanda est concordia non solum in rebus sed etiam in temporibus veteris, & noui testamenti: decima enim die mensis primi agnus qui in Pascha immolaretur domum introduci iussus est: quia Dominus decima die eiusdem mensis hoc est ante quinque dies Paschæ ciuitatem, in qua pateretur, erat ingressurus.

*Quando Christus introiit in templum, de quo nunc dicitur, & quare.* Questio. LX.

**Q**VAERETVR, quando Christus introiit in templum, de quo nunc dicitur, & quare. Dicendum, quod Christus introiit in illud ipsa die, quæ introiit in urbem, & statim vt illuc introiit: nam mox vt introiit in urbem recto gressu profectus est in templum, & ingressus est illud: non diuertit ad aliqd aliud antequam ad templum veniret: & hoc satis innuit litera, quia mox vt dicit eum ingressum in urbem dicit, quod intrauit in templum, quasi non fuerit vlla distantia inter vnum, & alterum. Causa autem prima fuit, quia Christus istum honorem nunc recepit vt pateret omnibus, quod ipse ostendebat se esse Messiam, & regem Israel: intrauit autem per urbem, vt videret tota ciuitas, quomodo turbæ quæ precedebant, & sequebantur, clamabant vocantes eum Messiam, & regem Israel, & tamen illi, quibus maxime res ostendenda erat, erant Pontifices, & sacerdotes, & Pharisei, quibus Populus credebatur, & isti in templo erant: ideo fuit conueniens, quod iret in templum, & ibi idem ostenderet, quod coram populo ostenderat: nam ibi pueri clamabant, Hofanna benedictus, qui venit rex Israel. infra in litera, & Mar. 11. & cum hoc manifeste viderunt Pontifices, & Pharisei indignati sunt: ideo ita fuit necessarium ire in templum, sicut ire in Ierusalem. Secunda causa fuit propter miracula, quæ ibi fecit ad confirmandum id, quod de eo dicebatur: turbæ enim, & pueri clamabant eum regem Israel, & Messiam, & ad confirmationem huius fuerunt miracula, quæ fecit, s. quod cæcos, & claudos sanauit, isti autem erant in templo: ideo conueniens fuit, vt illuc iret, & occurrerent sibi illi, in quibus ostendere posset statim vera esse, quæ de eo dicebantur: & ita dicitur infra in litera, quod cum introisset ad templum, acceperunt ad eum claudi, & cæci. Tertia fuit, quia Christus volebat ostendere potentiam suam, & vera ea, quæ de eo dicebantur ex alio signo, scilicet eiiciens ementes, & vendentes de templo, in quo potentiam spiritualem ostendebat: quia magnum erat, quod ipse solus omnes illos eiiceret,

& non resisterent ei: etiam ostendebat se à Deo missum, & specialius pertinere ad ipsum quam ceteri homines, cum de domo Dei specialem curam habuerit eiiciens inde ementes, & vendentes, quod facere non posset nisi iret in templum: ideo fuit conueniens, quod illuc iret. Quarta fuit, quia Christus volebat se ostendere magistrum spiritualis salutis. cum de eo diceretur, quod esset Messias sicut verè erat: salus hæc à Deo prouenit, & illa orando impetramus: quia quidquid petierimus fiet nobis. infra in litera, & Luc. 17. & Io. 16. Locus autem orationis licet vbiq; sit, Io. 4. tamen specialiter est in templo Dei, sicut dixit hic Christus: Domus mea domus orationis vocabitur: ideo cum omnes ob hoc ad templum ad orandum conuenire debeant, maxime competeat Christo, qui erat auctor & magister spiritualis salutis, & talem se credi volebat.

*Quare Christus iuit in templum statim antequam ad alia diuerneret, vt introiit in urbem.* Questio LXL.

**Q**VAERETVR, quare iuit in templum statim vt introiit in urbem antequam ad alia diuerneret.

Dicendum, quod primò fuit propter turbam: nam ipse volebat ire in templum honorabiliter, sicut introiuerat in ciuitatem comitatus turbis canentibus. Si autem declinaret prius ad aliquam domum urbis, & post aliquantum tempus iret ad templum, dimitteret eum turbam in domo, & postquam semel dimitteret non rediret ad eum, & ita iret solus, vel cum paucis in templum: quod tam non expediebat: & dato, quod multi conuenirent ad eum, vt irent cum eo in templum: tamen iam non canerent, sicut quando introiit in urbem, quia solum semel recepit hunc honorem à turbis, & tamen conueniens erat, quod intraret in templum canentibus pueris Hofanna de quo indignati sunt pontifices, & per quod manifeste viderunt, quid populus de Christo sentiret: ideo debuit statim ire, vt cum eo iret turba tota canendo, sicut in urbem intrauerat. Secundò fuit propter turbam, & sacerdotes, scilicet vt viderent turbæ quæ cum Christo ibant, quomodo constanter respondebat Pontificibus, & Phariseis, qui indignati fuerunt, quia Christus laudabatur à pueris, & ipse respondit illis constanter, quod illa erat bona laus, quæ non auri fuerint replicare ad eius responsionem pontifices, & hoc tota turba vidit, ex quo confirmaretur nimis fides, quam habebat, vel opinio de Christo: quia mendacium nemo audit sustinere constanter coram potentibus: & ita turba arguebat letum esse Christum, quod audebat loqui coram Pontificibus, & Phariseis, & non cecebat ei, Io. 7. c. f. Nonne hic est quem querunt interficere? ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt: Nunquid vere cognouerunt principes, quia hic est Christus? non tamen videret turba nisi iret cum eo in templum, quod non fieret, nisi statim iret: ideo debuit statim ire in templum. Tertio fuit, vt videret totus populus, quod ipse se talem ostenderet qualem ipsi eum laudabant: nam Messiam eum dicebant, & à Deo missum, vel in nomine Domini: ideo voluit presente toto populo ostendere, quod in nomine domini veniebat, scilicet quia curam habebat de his, quæ ad Deum pertinebant, & quia potentiam exercebat spiritualem eiiciens mirabiliter eos, qui in templo negociabantur: istud autem fecit statim, vt in templum ingressus est, & tamen si non venisset in templum, mox vt venit in urbem, non videret turba miraculum istud, quia non veniret cum eo in templum: ergo debuit statim venire in templum.

templum postquam intravit in urbem. Quarto fuit, quia Iesus erat Messias, & filius Dei, & ideo magis pertinebat ad Deum quam ceteri homines, & ideo ad ipsum maxima cura pertinebat de rebus diuinis: si tamen declinaret prius in hospitium, vel ad alia opera quam veniret in templum, non appareret ipsum habere maximam curam de rebus diuinis: ideo fuit conueniens, quod ante omnia veniret in templum. Quinto fuit, quia ipse veniebat, ut per omnes actiones suas nobis exemplum agendi praestaret, & tamen ipse suaferat, quod in actionibus nostris proponeremus ea, quae ad Deum pertinent secundum tempus. supra 6. cap. Primum quod erit regnum Dei, & iustitiam eius, & cetera adiucentur vobis. Sed regnum Dei orando quaerimus, cum naturaliter ad illud non perueniamus: ergo ante omnia orationi instandum est, & ita Christus debuit ante alia in templum venire, ut sic nobis exemplum praeretur, quod ante omnia orationi instamus. Sexto fuit quia Christus veniebat in Ierusalem, ut medicus animarum, sed medicus attingit originem morbi, ut ex eo incipiat ponere remedium medicinae, & tamen origo mali erat in sacerdotibus, & Pharisaeis, qui in templo erant: ideo ante cetera debuit ire in templum. De his tribus ultimis dicit Chryl. Hoc erat proprium boni filij, ut ad domum curreret patris, & illi honorem redderet: & tu imitator Christi factus, cum aliquam ingressus fueris ciuitatem, primum ad Ecclesiam curras: hoc enim erat boni medicis, ut ingressus ad infirmam ciuitatem sanandam, primum ad originem passionis tenderet: nam sicut de templo omne bonum egreditur: ita de templo omne malum procedit. Si enim sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret. Si autem corruptum fuerit, omnium fides marcescit: sicut enim cum videris arborem palentibus folijs, intelligis, quia vitium habet in radice: sic cum videris populum indisciplinatum, sine dubio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum.

*Quomodo est verum, quod Christus intravit in templum, cum non esset Sacerdos nec Leuita.*

*Questio LXII.*

**Q**VAERETVR, cum dicatur, quod Christus intravit templum, quomodo est verum, quod intraverit: quia videtur, quod non intravit, quia non licebat ei intrare, cum non esset sacerdos, neque leuita. Dicendum, quod hoc procedit ex aequiuocatione: nam templum accipitur aliquando pro quibusdam partibus, & aliquid pro aliis: ad quosdam non licebat Christo intrare, ad quas licebat oibus laicis mundis: aliquid erant, ad quas licebat solis leuitis, & sacerdotibus introire, & aliquid ad quas solis sacerdotibus: Christus enim non ingrediebatur ad aliqua loca templi nisi ad illa, ad quae ingrediebantur meret laici: quia ipse non erat sacerdos neque leuita, cum fuerit de tribu Iuda, de qua nemo fuit vnquam minister templi, vel tabernaculi, sic dicitur ad Hebraeos 7. In quo enim haec dicuntur de alia tribu est, de qua nemo altario praesto fuit, manifestum enim est, quod ex Iuda ortus sit dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus locutus est Moyses, & ita sicut nullum ministerium locorum sacrorum Christo competeat sicut nec laicis: ita nec competeat ei intrare ad aliquem locum templi, ad quem non intrarent laici. Ad hoc considerandum, quod de templo Salomonis, & de tabernaculo Moyli, quod in deserto fabricatum fuerat idem modus erat. Tabernaculum .n. proprie dictum erat quodam domus habens in longitudine cubitos triginta: in latitudine decem, & in altitudine decem, & latera eius tria, scilicet meridiana, aequilonare, & occidentale erant de tabulis. Latus vero orientale quodam

velo, vel tentorio pendente operiebatur. Tectum autem quatuor tegumentis tegebatur. De his patet Exod. 26. cap. & secundum longitudinem diuidebatur domus ista in duas partes, & vna pars, quae erat versus occidentem habebat cubitos decem in longitudine, & consequenter erat quadrata: quia totidem habebat in altitudine, & totidem in latitudine: alia pars quae erat versus orientem, & per quam erat introitus habebat in longitudine cubitos viginti: in latitudine autem decem, & in altitudine decem, & ideo erat quadrangula. prima quae erat quadrata, & ad occidentem vocabatur Sancta Sanctorum. Secunda, quae erat longior, & ad orientem vocabatur sanctum, vel sanctuarium. Exo. 26. Et distinguebantur istae duae partes eiusdem domus quodam velo interposito pendente in postibus siue columnis quatuor, eo. cap. ad partem illam, quae vocatur Sanctam Sanctorum nemo intrabat nisi summus sacerdos semel in anno in die expiationis cum sanguine ad expiandum pro se, & toto Israel. ad Heb. 9. ca. & non intrabant nisi illi quibus competeat ministrare siue ex institutione, siue ex sorte, siue alia: leuitae autem nunquam intrabant in partes istas. & ita apparet, quod in tabernaculo Moyli nemo intrabat nisi sacerdos, neque saltem videre licebat aliquid eorum quae intus erant. Vnde etiam leuitis, ad quos pertinebat portare tabernaculum, & omnia vasa eius de loco in locum quando mouenda erant castra Nu. 3. & 4. non licebat videre vasa sanctuarij, id est tabernacula, quando nuda erant: quia alias morerentur. Nu. 4. & ideo antequam illi ea acciperent, intrabant sacerdotes, & inuoluebant ea operimentis suis: & tunc deposito toto tabernaculo accipiebant ea leuitae eod. cap. ergo non licebat eis aliquo tempore intrare in tabernaculum: quia quando cumque intrarent, viderent vasa nuda, & ita morerentur. Nu. 4. quod Deus euitare volebat: a fortiori ergo nulli laico licebat introire in tabernaculum, quod fecit Moyses. in circuitu tabernaculi erat quasi quidam murus de velis siue de tentorijs factis de bysso retorta, quae pendebant ex columnis quarum quaelibet erat cubitorum quinque in altitudine, & pertigebant tentoria vsque ad terram: & affigebantur terree paxillis, & funiculis, ut non mouerentur a vento: erat autem iste murus per quatuor latera, ut in medio clauderetur tabernaculum. Latus autem aequilonare habebat in longitudine cubitos centum, & columnas 20. in quibus pendebant ipsa tentoria. Latus autem meridiana totidem cubitos, & columnas totidem viginti. Latus occidentale habebat in longitudine cubitos quinquaginta, & columnas decem. Latus vero orientale totidem, id est quinquaginta, & columnas decem: & in medio huius lateris erat porta, & istud spatium clausum hoc muro vocabatur atrium, & erat taliter, qualiter dispositum est Exo. vigesimo septimo cap. & in isto atrio extra tabernaculum erat altare holocaustorum, in quo omnia sacrificia offerebantur. Et de isto atrio dicendum, quod intrabant in illud omnes leuitae quando cumque volebant: laicis oibus licebat illud introire, quando offerre volebant sacrificia, quia accedebat qui offerebat aliquod animal vsque ad altare holocaustorum iuxta ostium tabernaculi: & tamen ista sunt intra atrium praefatum: ideo illuc intrabant laici, & ibi comedebant de partibus sacrificiorum sibi prouenientibus: alij autem temporibus non intrabant illuc. Talis erat habitudo sacerdotum, leuitarum, & laicorum ad sanctuarium, quod Moyses fecit in deserto. Istud autem cessauit tpe Salomonis facti templo

*Quid sanctuarium.*

per ipsum Salomonem, & ideo Christus nunquam introiit in sanctuarium factum a Moyse, neque in aliquam partem eius: quia tempore Christi non erat illud sanctuarium, sed introiit in templum Salomonis. De templo Salomonis dicendum, quod habebat similitudinem magnam cum templo, siue tabernaculo facti per Moyses quantum ad distinctionem locorum: fecit enim Salomon domum quandam longitudinis cubitorum 60. latitudinis vero viginti: altitudinis autem centum viginti cubitorum 2. Para. 3. cap. & secundum longitudinem diuidebatur domus ista in duas partes: pars anterior erat cubitorum quadraginta in longitudine, & 20. in latitudine: & ista vocabatur sanctum vel sanctuarium. Pars posterior, quae erat ad occidentem, erat cubitorum viginti in longitudine, & totidem in latitudine, & vocabatur sancta sanctorum. 3. Reg. 6. & Para. 3. c. & ista domus tota erat operata tecto, & erat in modum turris, quia altitudo erat dupla ad longitudinem, & sexcupla ad latitudinem, & in partem anteriorem non intrabant nisi sacerdotes ad ministrandum quotidie, illi scilicet quibus forte proueniebat ministratio in secundam partem, quae vocabatur sancta sanctorum non intrabat quisquam nisi sacerdos magnus semel in anno, sicut dictum est de tabernaculo Moyli ad Heb. 9. cap. & in totam istam domum, siue in anteriorem, siue in posteriorem non intrabant laici aliqui, neque etiam Leuitae: ideo Christus nunquam intravit in illam: vnde accipiendo templum pro aliqua duarum partium praedictarum non intrabat Christus in templum: Sed extra templum istud: ad partem eius orientalem iuxta portam erat spatium quoddam viginti cubitorum in longitudine, & latitudine cubitorum decem 3. Reg. 6. erat iuxta illud spatium, quod vocabatur porticus: quodam platea quadrata etiam ad partem orientalem templi clausa muro, sed non habens tectum, & vocabatur atrium sacerdotum, in qua platea erat altare holocaustorum, & vasa eius, & fiebant omnia sacrificia intra istam plateam, & vocabatur atrium sacerdotum, quia officia sacerdotum interius fiebant, scilicet sacrificia. ad istud atrium introibant sacerdotes omnes, qui ministrabant Leuitae qui sacerdotes adiuuabant in ministrando, ut canendo, & circa quaedam alia, in quibus Leuitae subministrabant sacerdotibus, & ad istud atrium nunquam intrabant laici, sed quando volebant offerre sacrificia, audebant ad ostium istius atrij, & ibi praestabant animalia immolanda sacerdotibus, qui suscipiebant ea de manibus eorum, erat autem alius murus magnus, qui clauderat templum, & atrium, & porticum supra dicta: intra quem erant magna spacia, quae distinguebantur in tres, & ad omnia ista licebat laicis introire, & ista erant ad orandum, & audiendum doctrinam legis, & erat ibi quaedam pars, in qua erant ibi viri laici, & alia in qua erant feminae, & istae subdistinguebantur: quia quaedam erant pro mundis aliae pro immundis: de quo latius dictum est 3. Reg. 7. cap. & in istas partes, ad quas laicis intrare licebat, introiit Christus saepe ad orandum & praedicandum, & nunc in istam partem intravit, & tamen proprie non vocatur templum nisi domus illa quae diuidebatur in duas partes, ut supra dictum est: in quam nunquam Christus introiit: exteriora autem vocatur atria templi proprie, & non templum, & tamen large vocantur hic templum, & saepe apud Euangelistas quando asserunt Christum intrasse in templum, vel praedicasse in eo.

*An idem sit quod dicitur hic, & quod dicit Ioannes circa ementes, & vendentes. Questio LXIII.*

**Q**VAERETVR, cum dicatur, quod Christus eiecit nunc de templo ementes, & vendentes,

tes, & etiam Ioannes dicat de hoc, an idem sit, quod hic, & ibi refertur, vel diuerso tempore factum fuerit. Aliqui dicunt, quod sic, quia si non esset idem opus istud, & illud, quia refertur a duobus: etiam dicerem quod cum Marcus, & Lucas de eiectione ementium, & vendentium loquantur, quod quater factum est: quia quatuor Euangelistae illud referunt.

Dicendum, quod non fuit factum idem. Quod patet primo, quia illud quod Ioannes scribit, factum est in principio praedicationis Christi: istud autem factum est in fine: nam die in ramispalmarum factum est ista eiectione ementium, & vendentium, scilicet die qua venit de Bethania, & introiit in Ierusalem cum ramis, & turba cantante: & tunc introiit in templum, & eiecit ementes, & vendentes, ut colligitur supra in litera, & Ioan. 2. ca. & ex his, quae dicta sunt supra: sed illud, quod Ioannes scripsit, fuit in principio praedicationis. Quod patet, quia Ioannes posuit in principio euangelij, & postea descripsit omnia gesta Christi. Sed quia aliquis forte diceret, quod est anticipatio vel recapitulatio. Dicendum, quod ordo rectus est, & quod verum fuit illa eiectione vendentium saltem duobus annis ante mortem Christi: quia Io. 2. cap. vbi dicitur istud, ponitur quod erat prope Pascha Iudaeorum, et ascendit Iesus Ierosolymam, & inuenit vendentes, & eiecit eos de templo. Et postea sexto capitulo ponit aliud Pascha Iudaeorum, scilicet quando saturauit turbas, & postea 12. cap. ponit aliud festum Paschae, scilicet quando venit de Bethania in Ierusalem cum ramis, & turba canente. Et tunc tria festa Paschae faciunt duos annos, et tamen in isto festo Paschae, in quo introiit Christus cum ramis in Ierusalem, et quod fuit ultimum Pascha vitae suae, eiecit Christus ementes, et vendentes de templo, ut colligitur hic, et Mar. 11. et Luc. 19. ergo non fuit eadem eiectione. Secundo apparet, quia illa vice, qua eiecit ementes & vendentes, ut Ioannes refert, quae situm fuit signum a Christo quare hoc faceret: & dixit eis: soluite templum hoc & c. nunc vero nullum signum petiuerunt, ut patet hic, et Mar. 11. et Luc. 19. c. Tertio patet, quia istud asserunt doctores nam Aug. lib. de concord. Euang. dicit: Manifestum est autem hoc, id est eiectionem ementium, & vendentium de templo non semel, sed iterum a domino esse factum: sed primum commemoratum est a Ioanne hoc vltimum a ceteris tribus. Chryl. quoque ait: In quo maior est accursatio Iudeorum, quoniam cum bis hoc idem fecisset morabantur in sua dementia. Cum autem de ista eiectione loquantur alij duo, id est Marcus, et Lucas, non ostendit esse idem, quod Ioannes scripsit, cum eo, quod habet hic: nam manifestum est id, quod a Luca et Marco de eiectione templi scriptum est idem esse cum eo quod hic habetur, quia eadem sunt antecedentia, & subsequencia in omnibus tribus: et circumstantiae narrationis ostendunt idem esse, quod narratur: sed quod Ioannes scripsit longe diuersum est: quod omnes circumstantiae narrationis ostendunt, scilicet quia in principio gestorum Christi posuit, et in nullo consonat quantum ad antecedentia et subsequencia cum alijs tribus.

*An ista eiectione facta sit die in ramispalmarum, vel sequenti die.*

*Questio LXIII.*

**Q**VAERETVR, de ista eiectione, quam nunc fecit Christus postquam cum ramis introiit in Ierusalem, qua die facta est, scilicet an die in ramispalmarum qua intravit in Ierusalem, an sequenti die. Causa autem dubitationis est, quia Mattheus videtur hic innuere ex ordine narrationis, quod statim ut Christus intra-



intrauit in Ierusalem venit in templum die in ramis palmarum, & tunc eiecit ementes, & vendentes de templo: Marcus autem ex ordine narrationis videtur dicere contrarium, scilicet quod introiit Christus in Ierusalem, & ipsa die ad vesperam rediit in Bethaniam cum duodecim discipulis, & alia die rediit rursus de Bethania in Ierusalem, & in via maledixit ficui: & post maledictionem sequitur, quod intrauit Ierosolymam, & venit in templum, & eiecit ementes, & vendentes. Aliqui dicunt, quod planum est, quod non fuit in prima die, sed in secunda sicut Marcus narrat: quia Mat. breuiter narrat: Marcus autem magis aperuit, & semper standum est ei qui aliquid dicit, & non ei qui tacet, quia negatiue non arguitur per locum ab auctoritate.

Dicendum, quod postquam Christus venit in Ierosolymam die in ramis palmarum, scilicet die quinto ante Pascha, quotidie redibat ad vesperum de Ierusalem in Bethaniam, & sequenti die veniebat iterum in Ierusalem, & predicabat ibi, & iterum ad vesperum egrediebatur de vrbe, & manebat in Bethania siue in monte Oliueti, vt colligitur infra in litera, & Mar. 11. et Luc. 19. & idem Beda dicit, & quotidie in templum intrabat: nam quando intrauit in Ierusalem in die in ramis palmarum intrauit in templum, vt colligitur hic in litera, et Mar. 11. & quantum ad hoc non est difficultas, sed solum, quod cum quotidie intrauerit in templum istis diebus, qua die earum in templo ementes, & vendentes expulerit: nam in hoc aduentu solum femel hoc egit, & ex ordine narrationis Matthaei videtur colligi, quod prima vice, qua intrauit in templum. Ex narratione autem Marci videtur innui, quod secunda die fecerit. Dicendum, quod satis potest teneri vtunque, cum difficile sit inuenire causam aliquam plane ostendentem, quod potius vna die quam altera factum fuerit. Cum autem dicitur, quod Marcus exprimit rem aperte, & ostendit, quod secunda die factum fuerit: Matthaeus autem tacuit pauciora dicens.

Dicendum, quod non est verum, sed ita est, quod Matthaeus, & Marcus eadem referunt, sed ordine contrario ponunt: nam Marcus dicit, quod die, qua cum ramis venit intrauit Ierosolymam, & intrauit in templum, & sequitur, & circumspiciens omnibus cum iam vespera esset hora exiit in Bethaniam cum duodecim, & cum exiuit de Bethania esuriuit, et videns ficum a longe, in qua fructum non inuenit, maledixit ei. Et sequitur: et venit Ierosolymam, et cum introisset in templum, cepit eiecere ementes, & vendentes: & ita aperte vult, quod in secunda die factum fuerit postquam maledixit ficui: Matthaeus autem ex ordine suo ostendit, quod prius eiecit ementes de templo, & sequenti die maledixit ficui: ait enim quod Christus venit in Ierusalem, et intrauit in templum, eiecitque inde ementes, et vendentes, & sanauit caecos, & claudos, indignatique sunt Pontifices, & Pharisei propter pueros canentes. Et sequitur, & relictis illis abiit foris extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit: mane autem reuertens in ciuitatem esuriit, et vidit arborem fici &c. & ita vult Mat. innuere ex ordine locutionis, quod prima die eiecit ementes & vendentes, & sequenti die maledixit ficui. Dicendum ergo, quod cum non appareat determinata veritas, ad vtumlibet possumus opinari, sed vt tetigimus supra, tenebatur, quod prima vice, qua introiit in templum fecit hoc: si quis tamen velit tenere ordinem, quem Marcus ponit, satis est verisimilis: sed de hoc magis dicitur infra quaest. 98.

Quid isti vendebant, & vbi.  
Quest. LXV.

**Q**VAERETVR, cum eiecerit vendentes de templo, quid isti vendebant, & vbi. Dicendum quantum ad locum, quod large accipitur templum: nam sicut dicebatur supra, proprie templum non erat nisi quantum ad duas domos, interiores, & exteriores, & ad istas non intrabant Leuitae aliqui, neque laici, sed sacerdotes soli iuxta distinctionem ibi datam: atria autem exteriora vocantur templum large. Nunc manifestum est, quod ista, quae vendebantur non erant in templo proprie dicto, sed in atris templi in locis illis, ad quae intrabant laici ad orandum: nam erat ibi magna spacia intra murum exteriorem, & ita poterant ibi esse vt orantes, & etiam concursus mercium, & apparet, quod esset in atris, in quibus orabant laici: nam intra templum proprie dictum non essent venalia, cum nemo illuc introiret, nisi sacerdotes ad ministeria sua, ad Heb. 9. ca. & si quis alius illuc introiret, moreretur, Nu. 4. cap. Manebant sola atria, in quibus laici manebant: potissime quia ista venalia pro laicis proponebantur: ideo non essent nisi in loco, ad quem laici accedere possent. Secundo patet ex redargutione Christi: quia dixit venditoribus: scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum: ergo videtur, quod in loco deputato ad orationem laicorum vendebantur ista.

Quae vendebantur in templo.  
Quest. LXVI.

**Q**VAERETVR, quantum ad aliud de his, quae vendebantur in templo. Dicendum, quod non vendebantur absolute in templo omnia venalia, quasi ibi fierent publice nundinae, sed solum ea vendebantur, quae ad sacrificium pertinebant, scilicet oves, boves, caprae, columbae, & turtures: de animalibus enim nulla alia offerebantur, scilicet tres species, id est bos ouis, capra, de quadrupedibus, & duae species, id est columbae, & turtures de auibus, vt colligitur Leuit. 1. & 3. cap. vbi ponitur omnis modus faciendi sacrificia de animalibus omnia genera, et non ponuntur nisi ista: praeter haec erant necessaria libamina ad sacrificia, & ista erant quinq; scilicet simila, oleum, vinum, sal, et thus: Num. 15. cap. haec sola erant, quae in altari offerebantur, ideo ista sola ibi vendebantur in templo. Sic dicitur Jo. 2. inuenit in templo vendentes oves, et boves, & columbas, & per haec intelliguntur alia, quae ad sacrificium erant conuenientia. Sic dicit Beda: Et quidem credendum est, quod ea tantum in templo vendi, vel emi reperit, quae ad ministerium templi necessaria essent: si ergo ea, quae alibi libere geri poterant temporalia dominus in domo sua negotia geri non patitur: quanto magis ea, quae nusquam fieri licet, plus celestis irae merentur si in aedibus Deo sacris aguntur. Sic etiam dicit Cyrillus: Erat autem in templo multitudo mercatorum, qui vendebant animalia ritu legis tractanda in hostiis. Causa autem quare ista vendebantur in templo, erat prima, quia sacerdotes, & potissime principes illorum erant auari, & per astutias suas varias conabantur acquirere pecuniam de populo. Veniebant autem omnes Iudaei in Ierusalem ad offerendum sacrificia, & oblationes, quia in toto Israel non erat alius locus, in quo liceret ista fieri, nisi in templo Domini in altari holocaustorum. Leui. 17. et Deut. 12. et Iosue 22. c. Et rursus Deus iubebat, quod non appareret coram eo vacui. Exo. 23. Propterea afficiebantur omnes ad offerendum aliquid. Non poterant autem animalia de caetera

terra sua ducere ad sacrificandum: quia multi eorum valde distabant inde, et quia quando venirent non haberent occasionem cessandi a sacrificiis, quasi non haberent animalia in promptu, constituiebant ipsi sacerdotes de familia sua aliquos, qui haberent omnia haec in templo, & venderent, & ita allicerentur magis homines ad offerendum data opportunitate, cum iuxta locum, in quo immolanda erant animalia, venderentur ipsa, & caetera necessaria. Et cum homines in templo introibant mouebantur quadam maiori deuotione quam, cum foris manerent, & ita sic affecti existentes facilius emebant animalia ad immolandum, quam si foras ituri essent ad emendum illa, & hoc redundabat in magnum lucrum sacerdotum: quia iura omnia sacrificiorum ad eos pertinebat, Num. 18. & Ios. 13. capit. Secundo fiebat, vt ex quantitate precij acquirerent: nam vendentes in templo carius venderent quam alibi, eo quod excusabatur labor quaerendi illa animalia, & caetera venalia in aliis locis, & hoc lucrum sponte captabant sacerdotes, ideo de familia sua ponebant ibi venditores harum rerum: quia laici nihil auderent facere in templo, sine licentia sacerdotum, quorum erat administratio domus Dei.

Qui erant isti nummularij: & ad quod erant in templo.  
Questio. LXVII.

**Q**VAERETVR, cum dicitur hic, quod eiecit Christus nummularios de templo, qui erant isti nummularij, & ad quid erant in templo.

Dicendum, quod nummularij sunt, quos campsores vocamus, qui nummos commutant, vt facilius sit nobis vsus eorum, data ea specie nummorum quam voluerimus. Sic dicit Theophrastus campsores vocat nummorum: nummus enim genus ari minuti est. Causa autem ponendi istos nummularios erat duplex, vt ex commutatione pecuniae in pecuniam aliquid acciperent lucri: veniebant enim plurimi in Ierusalem in templum ad adorandum, qui erant de regionibus longinquis, apud quas non erat eiusdem numismatis vsus, cuius erat apud Iudaeam, & Ierusalem: vt ergo venientes inuenirent commutationem pro pecunia regionis suae, erant campsores in templo, qui de omnium gentium monetis aliquid haberent, vt possent dare, & accipere, & lucra inde quaerere: etiam quantum ad illos, qui manebant in regione, in qua erat communis moneta cum moneta Ierusalem, & tamen cum distarent a Ierusalem, non poterant omnem necessariam pecuniam in minutis denariis secum ferre: ideo cum ferrent in numismate magno auri, & argenti, oportebat postea in Ierusalem commutationem habere, & ad hoc campsores erant in templo, qui haec facerent. Secunda causa, & praecipua erat propter accommodationes, vel mutationes, scilicet illi, qui venirent in Ierusalem, & non haberent pecuniam tam ad sacrificia faciendam, quam ad sumptus sibi necessarios, inuenirent ibi mutatores, & ex hoc aliquid acquirerent. Sciendum etiam, quod isti nummularij erant positi a sacerdotibus, & de familia sua, vt ipsi ista lucra quaerent, quia auari nimis erant: quia sicut supra dictum est praecipue posuerant sacerdotes aliquos de familia sua, qui venderent animalia, & omnia necessaria ad sacrificium in templo, vt sic incitarent homines ad emendum, & inde oblati multis sacrificiis ipsi ditarentur: ita & nunc nummularios ad eandem causam posuerunt: aliqui enim erant pauperes, qui paucas pecunias portauerant, vel qui in alios vsus expenderant, & ideo non habebant vnde sacrificia emerent, & consequenter sacerdotes non ditarentur oblati paucis sacrificiis: cum autem viderent ibi, vbi erat locus

amendorum animalium ad sacrificia, esse pecuniarum mutatores, incitabantur omnes ad accipiendum pecunias, & emendum sacrificia. Et hoc proderat sacerdotibus ad duo, primo quia cum sic plurimi offerrent sacrificia quae alia oblaturi non erant, ditabantur sacerdotes, & etiam si nihil aliud consequerentur, de pecunia mutuata magnum lucrum erat. Secundo quia pro accommodatione aliquid lucri habebant, non quidem quod directe vsuram acciperent, sed aliqua parua munera gratis data ab eis, quibus pecuniam mutuabant, & sub spe istorum paruorum munerum mutuabant, sed etiam hoc illicitum erat, cum ex animo esset vsura, licet non ex contractu. De his dicit Hierony. Sciendum, quidem est, quod iuxta mandata legis venerabili in toto orbe templo domini de cunctis penes regionibus Iudaeorum illic multitudo conflante innumerabilis immolabantur hostiae maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum, pauperibus absque sacrificio essent, pullos columbarum, & turtures offerentibus. Accidebant autem, vt qui longe venerant, victimas non haberent: excogitauerunt igitur sacerdotes quomodo praedicta de templo facerent, & omnia animalia, quibus opus erat ad sacrificia vendebant, & vt viderent non habentibus, et vt empti rursus ipsi susciperent, hanc stropham, id est, fraudem se in diuersa vertente crebro venientium dissipabat inopia, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed neque vnde emerent: posuerunt itaque nummularios, qui mutuam sub cautione darent pecuniam, sed quia erat lege praecipuum, vt nemo vsuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia foenerata, et interdum perderet sortem: excogitauerunt aliam artem, vt pro nummularijs colybitas facerent, huius verbi proprietatem Latina lingua non exprimit: colyba dicitur apud eos, quae nos appellamus trageniata, vel vilia munera, ut fruxi ciceris, vuarumque passarum, & poma diuersi generis: igitur quia vsuras accipere non poterant colybitae, pro vsura accipiebant varias species, vt quod in nummo non licebat in his rebus exigeret qui minimo coemuntur, quasi hoc ipsum Ezechiel non predicauerit dicens: vsuram, & superabundantiam non accipietis. Ezec. 22.

Quid fecit Christus de illis, quae vendebantur.  
Quest. LXVIII.

**Q**VAERETVR, cum Christus eiecerit de templo ementes, & vendentes, & nummularios, quid fecit de illis, quae vendebantur: an tradidit ea venditoribus, vel in poenam eorum destruxit, & perdidit illa. Aliqui dicunt, quod mandauit cuiilibet venditori, quod tolleret sua inde, & ipsi tulerunt, & recesserunt obediendo Christo. Sic dicitur Ioann. 2. Scilicet his, qui vendebant columbas dixit, auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.

Dicendum, quod Christus aliquantulum acrius nunc expulit venditores de templo qua prima vice, de qua Io. scribit, & ideo licet tunc illud dixerit, nunc non dixerit: sed quasi indignatus euerit mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas, vt dicitur hic in litera, & Mar. 11. & insuper effudit pecuniam per pauimentum, vt dicitur Io. 2. scilicet & nummulariorum effudit as. Et satis apparet: quia cum dicitur hic, quod euerit mensas nummulariorum, necesse erat, quod effunderetur as cum as supra mensas esset: animalia autem, & caetera, quae vendebantur disperdit hinc inde. Sed dicendum, quod nihil istorum abstulit Christus dominis suis, sed permisit, quod illa auferrent, & alibi venderent: quia ipsae res, quae

quæ vendebantur, non erant illicitæ ad vendendum, cum ad bonum finem proficerent, id est ad cultû Dei: solus autem locus erat illicitus: ideo debuerunt inde tolli, sed non fuit necesse, quod faceret Christus illa perire, sed in pena fuit eis, quod euicerentur de loco illo, in quo erant, & quod cum ignominia eorû hoc fieret, tam in verbo aspero dicendo, quod faciebant domum Dei speluncam latronum quam, etiam facto cum iniuria eos expellendo, & cathedras eorum euertendo, & venalia dispergendo, & effundendo.

*Quomodo Christus voluit euertere mensas nummulariorum effundendo eas. Quest. LXXIX.*

**S**ED queretur, quomodo Christus voluit euertere G mensas nummulariorum effundendo æs, quia sic perderent illi pecunias suas, quæ cum inter multos in templo effunderentur non inuenirentur, quia multi illas furtim subtraherent. Dicit potest vno modo, quod non est inconueniens, quod pecunias euertendo perdi faceret: quia demeruerant hoc domini pecuniarû, & ideo quod Christus hoc damnum eis inferret non est inconueniens, quia simile fecit, quado misit demones in gregem porcorum, & totus grex impetu facto abiit in præceps, & per prærupta in mari precipitati sût, & perierunt in aquis omnes. supra 8. cap. & Mar. 5. & Luc. 8. erant autem porci vsque ad duo millia Mar. 5. cap. & tamen Christus non curauit ob hoc, sed fecit, quod omnes perirent, etiam si domini eorum valde damnificarentur in morte eorum: ergo neque nunc H erat inconueniens, quod faceret perire pecunias quas nummularij in mensis habebant. Secundò potest dici, quod pecuniæ quæ erant in mensis effusæ sunt, sed non perdidit eas domini: quia alij longe aberant à mensis: & ideo nemo erat qui effusæ pecunias acciperet, sed manserunt super pavementum, & domini earum collegerunt illas, & hoc satis verisimile est: quia dato, quod aliqui essent in xta mensas nummulariorum videntes Christum indignatum, & in potestate diuina, fugerent inde: nam illi quorum erant pecuniæ, & cætera venalia, licet illa valde amarent videtes virtutem diuinam in Christo ostensam non ausi fuerunt illa defendere, sed cesserunt Christo faciendi quod vellent de illis: a fortiori ergo illi, quibus nihil istorum atinebat videntes Christum taliter dispositi fugerent, & ita nihil periret de pecuniis, sed possent domini colligere pecunias effusæ.

Dicendum autem, quod licet vtrunque istorum teneri possit: tamen verius est, quod pecuniæ effusæ non perierint, sed quod domini earum colligerent eas, & abierint. Primò, quia nemo hic conqueritur, & tamen si pecuniæ effusæ perirent ab alias occupatæ vel clam subtractæ, conquererentur postea illi, quorum pecuniæ perierant: ergo non perierunt. Secundò quia si Christus vellet, quod pecuniæ effusæ perirent effundendo eas: cum eadem culpa esset vendentium animalia, & nummulariorum, faceret, quod eodem modo perirent animalia, & cetera venalia, & tamen non fecit, quia non erat modus, quo animalia in templo subtraherentur dominis suis, quia non erat locus oculi rationi talium coram toto populo: ergo neque pecunias perire faceret, neque permetteret. Tertio quia ex modo agendi, & loquendi Christi apparet, quod noluerit, quod ista haberent domini, sed quod ea inde tollerent: nam Io. 2. dicitur, quod euertit mensas & effudit æs, & tamen sequitur ibi, quod dixit, auferte ista hinc. Si autem obiciatur, quod ista dixit vendentibus columbas. Dicendum, quod eadem ratio erat, quantum ad omnes, cum columbæ non essent maioris pretij, quam cetera, atq; etiam vendentes colum-

F bas non erant minoris culpe, quam venditores aliarum rerum, & nummularij: ideo dicendum videtur, quod omnibus dixerit, auferte hinc ista, & ita nihil perierit dominis de eo, quod hic habebant. Quarto efficacius, quia Christus faciebat hoc, vt non auergerentur peccata, quia illicitum erat, quod in tali loco exercebantur temporalia negotia, ergo a fortiori vellet prohibere, & euitare ea, quæ essent deteriora. Sic dicit Beda: Si ea, quæ alibi libere geri poterant, Dominus in domo sua temporalia negotia geri non paritur, quanto magis ea, quæ nusquam fieri licet celestis iræ plus merentur, si in edibus Deo sacratis aguntur? & tamen furari, latrocinari, ditari de aliena iactura, nusquam, & nunquam fieri licet: ergo non permetteret Christus hoc fieri: & si effusæ pecunias non recuperarent domini, sed alij colligerent, ditarentur cum aliena iactura: ergo nullo modo permetteret hoc, Christus, ne ipse faceret fures eos, qui aliàs fures non fierent, nisi ipse eis furandi occasionem tribuisset. Quintò, quia deterius erat furari in templo quam videri res proprias in templo, quæ prodesse poterat ad cultum Dei, & tamen Christus faciebat istam effusionem pecuniarum, & euersionem mensarum, & cathedrarum propter hoc, ergo a fortiori cauere vellet rapinas in templo & si fieret acrius illas argueret: & tamen cauere poterat faciendo quod non periret pecuniæ effusæ: ergo euitare hoc, vel si fortè non euicaret redargueret fortiter eos, qui ista agerent, in non redarguit, ergo non perierunt pecuniæ.

Sextò patet, quia causa redargutionis vendentium nummulariorum fuit, quia faciebant domum Dei speluncam latronum, cum dicitur: vos fecistis eam speluncam latronum. Et tamen magis ipse faceret eam speluncam latronum, si pecunias effunderet, & colligerent eas alij non restituendo dominis, ergo nequaquam hoc faceret, quia redargueretur in eo, in quo alios arguebat, cum ipse maiorem præstaret occasionem latrocinij, quam illi. Ideo dicendum est quod pecunias Christus effudit euertendo mensas, & tamen nullus ausus est illas tangere, quia omnes timebant Christum, & fugiebant a facie eius, sed domini earum collegerunt eas: neque ipse eas effuderat volens, quod perirent, & caperentur ab aliis, sed indignationem ostendens in poenam, et correptionem nummulariorum, ne de cetero talia agerent. Cum autem obiciat, quod similia egit Christus, quando fecit precipitare porcos in mare. Dicendum, quod non est simile, quod ibi aliqui perdidit res suas, & tamen nemo illas acquirit, sed simpliciter perierunt non transfundendo ad aliquem: et hoc iuste fiebat, quia domini merebantur porcos illos perdere, quia fortè in multis peccauerant, propter quæ grauioribus poenis merebantur, quæ perdere porcos, et voluit Deus, quod tunc illas penas paterentur: nemo tamen habebat causam acquirendi, quæ illi perdebant: ideo nemini porcos dedit, sed in mari precipitari fecit: Ita de pecuniis nummulariorum: licet enim fortassis meterentur nummularij perdere pecuniam, tamen alij, qui in templo erant, non habebant causam ullam acquirendi illam: potissimè quia non poterant cum bona conscientia accipere pecunias illas, cum manifestè viderent illas ad alios pertinere: secus autem si faceret Christus, quod nummularij alicubi obliuiscerentur pecunias suas, & alij inuenirent eas, quia tunc illi nescientes, ad quem pertinerent, poterant habere meliorem fidem: ideo nequaquam permetteret, quod pecunias effusæ alij occuparent, sed quod domini sui eas colligerent: aut si vellet, quod eas domini perderent, non effunderet eas, ita vt alij colligerent, sed aut in cineres resolueret, ut nulli prodesse, aut aperiret terram, quæ eas deuoraret, & tan. en hoc non fecit: ideo dicendum

dom est, quod de pecuniis nihil perit, sed domini A sui eas collegerunt.

*Quomodo dicitur quod Christus mensas, & cathedras vendentium columbas euertit. Quest. LXX.*

**Q**VAERETVR, quomodo dicitur, quod Christus mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

Dicendum quantum ad mensas nummulariorum, sicut dictum est præc. quæst. quod ideo mensæ euersæ sunt, vt pecuniæ effunderentur: ideo autem effusæ sunt, vt viderent nummularij quantum abiiciebantur & increpatione digni erant: cum pecuniæ quas ipsi summe amabant, & pro quibus negociabantur, à Christo effunderentur, ita vt perire possent nisi ipse faceret, quod non perirent. De cathedris vendentium columbas alij dicunt, quod accipiantur pro cathedris prælatorum, qui columbas vendunt, id est spiritu sancti dona. Sic dicit Beda, scilicet: Quia Spiritus Sanctus in columba super dominum apparuit, rectè per columbas Spiritus carismata designantur. Columba igitur venditur, quando manus impositio per quam Spiritus sanctus accipitur, ad pretium præbetur: cathedras autem vendentium columbas euertit, quia qui spiritali gratiam vendunt, ante homines, vel ante Dei oculos sacerdoti priuantur. Et simile tenet Origenes, & Iero. Sed dicendum est, quod iste est sensus mysticus: oportet autem, quod literaliter fuerit quod Christus euertit columbas vendentium cathedras, vel aliquid aliud tunc realiter fecerit, quod per istam locutionem significetur. Prælatos autem nullos tunc sacerdoti priuauit: ideo materialiter intelligendum est de euersione cathedrarum vendentium columbas. Dicendum ergo pro hoc, quod in templo domini columbæ vendebantur realiter; nam vt dictum est supra vendebantur in templo domini omnia, quæ ad sacrificium opportuna erant: illud vero de carnibus animalium fiebat: libamina verò erant similia vinum, oleum, sal, & thus. Nu. 15. cap. Animalium autem ad sacrificia tria erant quadrupedia; scilicet ouis, bos, hircus. Duo volatilia, scilicet pulli columbarum, & turtures, Leni. 1. cap. Quadrupedia autem erant pro diuitibus: columbæ autem pro pauperibus, qui non poterant emere quadrupedia ad sacrificium. Sic dicitur Leui. 5. cap. Si non potueris offerre pecus, offeras duos turtures, aut duos pullos columbarum. Sic dicitur Leui. 12. De purificatione parientis dicitur quod non inueniret manus eius, neque potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbæ: & quia multi erant pauperes, qui non poterant offerre pecora vendebantur multe columbæ, & pecora pro illis: imò interdum tanta erat paupertas alicuius, quod non poterat offerre duos pullos columbæ aut duos turtures, & offerre modicum de farina. Sic dicitur Leui. 5. quod si non quierit manus eius offerre duos turtures, aut duos pullos columbæ, offeret de similia decimam partem Ephraim. Et ad hoc erant in templo multi venditores columbarum & turturum: sed noie columbarum etiam turtures intellexit: quia breuiter locutus est. Erant ergo cathedras vendentium columbas sedes; in quibus illi sedebant, qui vendebant columbas: vel super quas tenebantur columbæ expostitæ ad vendendum, licet magis cathedra pro viro est quæ pro columbâ. sic dicit Iero. Iuxta simplicem enim intelligentiam columbæ non erant in cathedris, sed in caueis: nisi fortè columbarum insitiores sedebant in cathedris. Et tamen cathedra proprie accipitur pro sede doctoris vel prælati. De doctoribus patet infra 23. cap. Super cathedram, in qua docetur de lege Moyse, sederunt isti ad docendum. De prælato patet Psal. 106. Exaltem eum in Ecclesia

plebis, & in cathedra seniorum laudent eum, id est prælatorum qui habent auctoritatem super populum: pro venditoribus cathedre non competunt: ideo Hieronymus transfert ad alium sensum dicens: Nisi fortè columbarum insitiores sedebant in cathedris, quod absurdum est: quia in cathedris magistrorum magna dignitas designatur, quæ ad nihilum redigitur, cum mixta fuerit lucris. Sed dicendum, quod necesse est accipi literaliter pro sedibus vendentium columbas, quæ euertit.

Sed tunc dicendum, quare posuit potius sedes istorum, quam aliorum venditorum? Aliqui dicunt, quod hoc fecit, quia plures erant venditores columbarum, quam alij: erant enim columbæ sacrificia pauperum. Leuit. 5. & 12. ca. & quia plures erant pauperes, quam diuites, plures offerebant de columbarum filiis, quam de pecoribus: & ita venditores columbarum erant plures: & ita illos nominauit. Sed dicendum, quod cathedre erant, in quibus sedebant venditores, & omnes illi habebant sedes, & tamen Matthæus per venditores columbarum accepit omnes alios venditores quarumcunque rerum in templo, & omnium illorum cathedras euertit. simili modo locutionis videtur Ioannes: nam dicitur Ioan. 2. quod Christus his, qui columbas vendebant, dixit: auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis: & tamè manifestum est, quod iussit, non solas columbas auferr de templo, sed & omnia alia, quæ ibi vendebantur. Alij volunt, quod accipiantur cathedre pro caueis, in quibus columbæ clausæ ducebantur ad vendendum: & tunc illas cathedras euertit sicut mensas nummulariorum: cetera autem venalia non tenebantur in aliquibus instrumentis inclusa, vt oues & boues, & capræ: & ita nihil potuit euerti nisi mensæ, in quibus erant pecuniæ, & cathedra, in quibus erant columbæ, & ideo Matthæus, & Marcus dixerunt de solis cathedris vendentium columbas: & Ioannes dixit, quod Christus dixit his, qui vendebant columbas: auferte ista hinc, id est, quæ venditis. Venditoribus autem ouium, bouum, & caprarum non oportebat dici, auferte ista hinc, quia ipsa animalia cum intra nullam rem clausa tenerent, fugari poterant de templo, & non oportebat dici, auferte ista hinc. Sed obstat primò, quod large accipitur valde cathedra, quæ non est nisi doctorum, & non apium. Secundò quia dato, quod si acciperetur, deberet dici, quod cathedras columbarum euertit, id est caueas earum, & tamen dixit cathedras vendentium columbas, ex quo magis videtur, quod cathedra esset hominis, & non auis, scilicet sedes, in quibus insitiores sedebant. Si autem hoc tenere volueris, quia satis conuenit rationi: dicitur, quod accipitur cathedra large, & hoc necesse est, quia oportet accipi hic cathedram pro sede insitioris, vel pro cauea auium vendendarum, & quomodocunque accipiat cathedra improprie accipitur, quia non est nisi prælatorum, & doctorum. De secundo dicendum, quod accipiendo pro caueis auium dicuntur cathedras vendentium columbas, & non columbarum, scilicet, quia erant cathedre siue caueæ in quibus venditores columbarum deducebant, & tenebant eas: & iste sensus satis est rationabilis.

*Quare Christus eiecit de templo ementes, & vendentes. Quest. LXXI.*

**Q**VAERETVR, quare Christus eiecit de templo ementes, & vendentes.

Dicendum quod primò fuit ad tollendum vitia de templo: nam non erat iustum talia permitti, & quia nemo talia emendabat, aut puniebat, sed potius sacerdotes, qui deberent corrigere faciebant ista: cum homines de familia eorum ad lucra captanda de mandato sacer-

facierunt ista facerent, et ideo ipse zelo Dei motus ne domus Dei sic contemneretur, motus est ad istud faciendum. Sic dicitur Ioan. 2. ubi postquam dicitur, quod eiecit ementes, & vendentes de templo sequitur, recordari vero sunt discipuli eius, quia scriptum est: zelus domus tue comedit me, & sic ex zelo Dei fecit. Secundò fuit ad ostendendum se talem esse, qualem populus clamabat: nam ista eiecitio facta est, ut verisimilius creditur die in ramis palmarum, quado Christus intrauit in templum cantantibus turbis, quæ dicebant Hosanna filio David benedictus, qui venit in nomine domini rex Israel, & ita vocabant eum Messiam, & regem Israel, sed Messias sanctissimus, & à Deo missus sicut ipsi cantabant de eo: ideo debuit ostendere dato casu se habere zelum Dei, & tamen nunc erat conueniens causâ cum inueniret ementes, & vendentes in templo: ideo debuit illos eiecere. Tertiò fuit, quia Messias erat in quo scripturæ consummandæ erant: quia ipse non venit legem soluere, sed implere. supra 5. ca. & quasi executor legis existens debebat homines ad bonum inducere, & aliquando cogere secundum qualitatem rerum, & quia Iudæi non obseruabant sponte legem Dei, sed inferebant offensam Deo, debuit Christus conuenienter repellere istam offensam, & iò allegauit auctoritatē scripturæ cōtra eos, dicens: Scriptū est, quia domus mea domus orationis vocabitur: vos autē fecistis eam speluncam latronum. Quattò fuit, quia peccabant facientes ista, & pertinebat ad eum peccatam impedire ne fierent, & facta corrigere: peccabant autem isti in tribus. Primò qui in loco indebito faciebant: nam non erat domus Dei ad negociationes: ideo quantumcunque essent licitæ negociationes, non licebat eas fieri ibi, & ex loco fieret illicitæ, & hoc Christus expressit dicens, quod domus patris sui debebat esse domus orationis, & non negociationis. Sic dicit Iero. Istiusmodi cernens in domo patris sui negociationem seu latrocinium, ardore Spiritus confortatus tantam hominum multitudinem eiecit de templo. Secundò peccabāt, quia in iusto desiderio, & sine istud agebant, scilicet ut lucra captarēt superabundantia: quia licet non darent pecuniam ad usuram, tamen munerâ accipiebant pro mutuatione: ideo Ieron. eos colybitas vocat, cum ait: Igitur quia usuras non poterant addicere colybitæ, pro usuris accipiebant varias species, ut quod in nūmis non licebat in his rebus exigere, quæ nummis coemuntur, quasi non hoc ipsum Ezechiel predicauit dicens: usuram, & superabundantiam non accipietis: Tertiò peccabant, quia aliis peccandi occasionē tribuebant, & hoc erat, quod domum Dei facerent speluncam latronū.

Quomodo Christus eiecit nunc ementes, & vendentes, cum ementes non peccarent. *Quest. LXXII.*

**Q**VAERETVR, quomodo Christus eiecit nunc ementes, & vendentes, cum ementes non peccarent, sed vendentes. Dicendum, quod utroque Christus eiecit de templo, ut habetur hic, & Marc. 11. c. Et verum est, quod non peccabant æqualiter ementes, & vendentes, & tamen utriusque excludi debebant. Primum patet primò, quia emptores sequuntur venditores: quia non potest quis emere nisi ubi alius vendit: qui autem vendit potest vendere ubi voluerit, & ideo venditores sponte faciebant malum: emptores autem solum ex concomitantia vel necessitate. Secundò patet, quia venditores peccabant ex intentione, non autem emptores: quia qui ista vendebant intendebant lucra accipere siue carius vendendo, siue faciendo, quod plura animalia immolarentur, quam si venderentur alibi, & nummularij intendendo lucra

paruorum munerum ex mutuatione, qui autem plura animalia emebant, non intendebant nisi cultū Dei, scilicet emebant illa ad offerendum in sacrificium, & qui mutuum recipiebant ad idem accipiebant, scilicet ut de pecuniis emerent sibi necessaria ad sacrificium. Tertiò peccabant venditores ex occasione quam prestabant: nam constituendo res venales præbebant occasionem latrocinij: quia venalia sunt, quæ furto subtrahuntur: emptores autem non præbebant istam occasionem, cum nihil apponerent, quod furto tolli posset, & ita non erant ementes ita culpabiles, sicut venditores. Quattò principale erat, quod utriusque excludi debuerunt de templo: nam licet inæqualiter participabant: tamen participabant in facto damnato: est. n. negociatio illicita in domo Dei: negociatio autē non est vnus ad seipsum, sed ementis ad vendentem: ideo ambo participabant in facto illicito. & ita excludendi simul erant. Quintò quia quantum ad hoc, quod inter ementem & vendentem, ut communiter est dolus, & mendacia, cum vnus debito carius vendere, alius verò vilius emere contendat, & ad fulcimentum intentionis utriusque necesse est mendacia, dolos, & alia vitia intercedere. Sic dicitur Ecclesiastici 27. cap. Sicut in medio maceria infigitur palus: ita inter ementem, & vendentem non decet mendacium. hæc autem in omni loco illicita sunt, sed in domo Dei detestabiliora, & tamen hæc ita procedunt ex parte ementis, & vendentis, ideo uterque de templo eijci debuit.

Quomodo hic dicitur, quod eiecit ementes, cum Io. 2. dicitur solum, quod eiecit vendentes.

*Quest. LXXIII.*

**Q**VAERETVR, quomodo hic dicitur, quod Christus eiecit de templo ementes, & vendentes, et tamen Io. 2. dicitur solum, quod eiecit vendentes. Dicendum, quod non fuit eadem eiecitio ista, et illa, quæ habetur Io. 2. sed ista, quæ ponit hic & Marc. 11. et Luc. 19. est vna, et facta est quinto die ante mortem Christi: illa verò, quam scripsit Ioannes est alia: et facta est plusquam duobus annis ante mortē Christi, ut ostensum est supra: et ideo non est inconueniens, quod sit diuersitas aliqua inter illam, et istam. Dicit ergo potest vno modo, quod tam hic quam ibi eiecit Christus ementes, et vendentes de templo, et tamen hic exprimitur de ementibus, et vendentibus: et Io. 2. non exprimitur nisi de venditoribus, et ita sepe vnus Euāgelista subicit, quod alius exprimit. Aliter potest dici, quod Christus in prima eiectione, quam Ioannes scripsit eiecit solos venditores: in ista autem secunda, quam Mattheus scribit, eiecit simul utroque. Ratio prima esse potest, quia ut ostensum est præced. quæ venditores multum peccabant: emptores autem parum: ideo excludit grauius peccantes. Secundò propter scandalum: nam venditores pauci erant, emptores verò multi, & difficilior erat tantam multitudinem eiecere, quam paucos. De his dicit Onge. super Ioan. scilicet, Et Io. quidem hic dicit, quod expulit vendentes de templo: Mattheus verò ait, quod expulit ementes, & vendentes: multo maior numerus erat ementium, quam vendentium, quorum expulsiō transcendebat dignitatem eius, qui reputabatur filius carpentarij. Et tamen magis videtur dicendum, quod tam vendentes, quam ementes eiecerit utraque vice, & tamen Ioannes subicit de ementibus, & causâ videtur, quia exclusis venditoribus excluduntur ementes, cum non possint ipsi emere, nisi ubi fuerint venditores. Sed sciendum, quod licet utrobique eiecerit ementes, & vendentes, quod in prima vice blandius fecit, quam

quā in secūda tam in verbis quā in opere: nam in prima vice dixit. Auferite ista hinc. Io. 2. in secunda autē nō dixit aliquid tale, sed solū euertit mensas, & cathedras. Etiam in prima dixit, nolite facere domū patris mei domum negociationis, Io. 2. in secunda autē dixit, scriptū est, quia domus mea domus orationis vocabitur: vos autē fecistis eam speluncam latronum. Et multo asperius est dicere speluncam latronum, quā dicere domum negociationis. Sic dicit Chrys. & ratio huius est, quia primum signū de eiectione fuit in principio miraculorum Christi: & iò non multum se ostendebat, & iò blandius loquebatur, secundū fuit circa mortem suam. Quinto die ante mortem: & tunc valde se ostēdebat, & oīa ex maiori potestate, & dñio agere videbatur, cū ait Chrys. f. Mattheus dicit, quod eiecit dicebat, nolite facere domum meam speluncam latronum: illud enim fecit ad passionem veniens: ideo durioribus sermonibus utebatur, hoc autem principio signorum fecit: vnde non ita aspera, sed remissa quodammodo increpatione vitur.

Quid fuit eiecitio ementes, & vendentes de templo. *Questio LXXIII.*

**Q**VAERETVR, quid fuit eiecitio ementes, & vendentes de templo.

Dicendum, quod non fuit eiecitio personarum, sed res. Non enim erant personæ inhábiles ad manendum, vel stādum, aut intrandum in templum, quia exercuerant negociationem in templo, cū non contraxissent ex actu illo aliquā irregularitatem in legem, quæ eos à templo excluderet: neque etiam inciderebant in excommunicationem, pro quā aliquanto tpe carerent participatione sacrorum: sicut nunc hoīes pro aliqua excommunicatione, & propter alia sunt excommunicati: sed eiecit Christus ementes, & vendentes de templo: eiecit venalia, ut non venderentur ibi: & patet, quia effudit as nummulariorū, & euertit mensas, & cathedras vendentiū colūbas: & dixit vendentibus. Auferite ista hinc. Io. 2. c. & nolite facere domū patris mei domū negociationis. Et ita fecerunt, quia oīa amouerunt de templo, & foris posuerunt: ipsi tñ qui prius vendebant, & emebant si vellent redire in templum, & manere ibi: non deducendo venalia in templū, poterant manere, & Christus non excluderet eos inde. Sed quia Christus venalia de templo eiecit, & venditores nolent dimittere illa, ipsi quoque exclusi sunt cū illis, & quā ab officio vendendi nō cessabant cū inisterent lucris, manserunt extra templum vendendo, & ita dicuntur eiecit: ementes autē non dicuntur eiecit de templo quasi cogere dīrectē, aut indirectē exire de templo, sed coacti sunt nihil emere in templo: quia ablatis inde venalibus, nihil ibi poterāt emere: & ideo si aliquid emere vellent, oportebat foras ire: & ob hoc Ioan. 2. ponitur, quod eiecit sunt vendentes, & non dicitur de ementibus. quia videntes directē expulsi sunt cum expellerentur venalia sua: imò ipsi cogere ut ea foris asportare: ementes autem non habebant aliquid, propter quod foras cogere ut irent, sed solum cessabant emere in templo. Sed recedentibus inde venditoribus necessario cessabat emptio: ideo sufficiebat dici eiectos vendentes. Vnde personis ementium non dixit Christus: ite extra templum, sed vendentibus dixit, quod foras irent, scilicet auferre ista hinc. Mattheus autem dixit, quod eiecit ementes, & vendentes de templo, scilicet quod fecit cessare emptioem, & venditionem in templo: ideo eos, qui ementes esse volebant recedere oportuit, quia iam non manebant venalia in templo.

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Quare Christus allegauit auctoritatem istam, scilicet domus mea domus orationis vocabitur.

*Quest. LXXV.*

**Q**VAERETVR, quare Christus allegauit auctoritatem istam. scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur.

Dicendum, quod fuit primò ad ostendendū venditores male facere vendendo in templo, quia faciebāt cōtraditionem domus: nam ipsa erat instituta, ut esset domus orationis, ipsi verò faciebant eam domum negociationis, quæ erat abuti re, & hoc erat inconueniens. Secundò allegabat ad ostendendum, quod non haberent causam quærelæ: nam ignominiose de templo eieciuntur, pro quo fortassis conqueri vellent: Christus autē ostendit, quod non habebant ius quærelæ, quia peccauerunt in legem: ideo iustum est eos pati: & quia ipsi templum contemnebant, iustum fuit eos de templo contumptibiliter expelli. Tertiò fuit ad ostendendum potestatem Christi, quia aliquis diceret, quare hoc facis: vel vnde tibi cōpetit potestas ad hoc? ille autē ostendit allegans auctoritatem istā: nam ipse erat Messias, & talē nunc se ostendere volebat. Ad Messiam autē pertinebat impletio legis, & prophetarum: ideo cū hoc dictū esset Isa. 55. ostendit se executorem illius: allegauit autē auctoritatem istam, non quod esset necessaria: nam etiā in nullo loco scripturæ diceretur, quod domus Dei esset domus orationis, manifestum erat, quod ibi non conueniebat negociationes fieri, quia hoc repugnabat honori Dei, & loci, & impediret ea, quæ ibi gerenda essent, quia tñ Iudæi nimis assentiebant dictis sacre scripturæ, & magis suadebatur per ea, quæ per quascunq; rōnes, allegauit Christus scripturam: sic ipse dixit Io. 5. Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere, & ipse sunt, quæ testimoniū perhibent de me. Et ob hoc etiam quantum ad multa alia solet Christus allegare scripturam, ut patet supra 3. & 11. cap. de Ioā. Bapti. & Io. 15. & in multis locis.

Quomodo Mattheus, & Ioannes differunt circa verba, quæ Christus dixit. *Quest. LXXVI.*

**Q**VAERETVR, quomodo Mattheus dixit hic Christum dixisse, domus mea domus orationis vocabitur: & Ioan. secundo cap. dicitur, quod dixit, nolite facere domum patris mei domum negociationis. Aliqui dicunt, quod factum est hoc, quia nō fuit eodem tempore vtrunque factum. Sed dicendum, quod verum est, quod duæ eiectiones fuerunt, & diuersis temporibus, ut ostensum est supra, & ita potuerunt dici diuersa verba in eis, scilicet, ut in prima quæ Ioannes scripsit diceret Christus, nolite facere domū patris mei domum negociationis: & in secunda quæ tres ceteri posuerunt, dixerit, domus mea domus orationis vocabitur: hoc supposito dicunt aliqui, quod ista differentia fuit, quia Christus circa mortem suam omnia gesta sua clariora fecit maiorem ostendēs potestatem tam in modo faciendi quam in verbis: & ita circa istud factum eiectionis in prima vice cum esset in principio signorum Christi, vnus est Christus leuioribus verbis, & etiam factis, quia occultare aliquantulum seipsum volebat: propinquus autem passioni exitus voluit se ostendere: ideo oīa ex maiori auctoritate, & potestate faciebat: & ideo dicunt, quod dixit in prima vice, domum patris mei, id est domum Dei, quia poterat vocare Deum fortassis patrem eo modo quo nos vocamus, vel saltem Iudæi poterant intelligere sic dictum esse. Cū autē dixit, domus mea, ostendit se Deum, *In q. 53.*

Gg Deum,



Dei, vel Deo patri aequalem: & ira nunc cum maiori ignominia eiecit ementes, & vendentes, quā in prima vice: sic dicit Chryso. super Ioannem. f. Ecce patrem vocat, & non irascuntur: astimant enim eum simpliciter dicere, sed quia postea apertius loquebatur, ut so-

Quomodo faciebant isti domum Dei speluncam latronum. Quest. LXXVII.

QVAERETVR, quomodo dicitur, q̄ faciebant isti domum Dei speluncam latronum. Dicendum, quod templum erat ad orandum in eo, & faciendum opera diuini cultus, & qui ibi alia opera faciebant maximē, quē istis essent contraria, peccabāt abutendo templo, ut erat emere, & vendere. Sic dicit Orige. In templo non debent emere, & vendere, sed orationibus vacare, qui congregantur quasi in domo orationis: nomen autem hoc indicat, quia oratorum dicitur, & in oratorio nihil aliud agi debet, nisi quod ad orationem pertinet. Sic dicit Augusti. Nemo in oratorio aliquid agat nisi ad quod factum est: vnde & nomen accepit. Dicitur autem, q̄ sit spelunca latronum exercendo ibi contractus emptiois, & venditionis: & hoc vno modo, scilicet quia illi, qui ibi vendebant aliqua, exercebant opera latronum, s̄ quia sicut latro clam, aut palam aliena tollit: ita & isti venditores tollebant aliena: & hoc vno modo ex generali conditione venditorum, qui solent carius velle vendere quā iustum sit, & quantum manifestē ultra iustam estimationem petunt consideratis loco, tempore, & ceteris circumstantiis tanquam latrocinando tollunt. Secundo ex speciali conditione istorum, qui in templo vdebant aliquid, quia ideo ibi specialiter aliquid vendebant, quia ibi maiora lucra captare poterant: quā alibi carius vendendo: & ideo specialiter ibi potius quā alibi vendebant, ut dictum est supra, sic

Quo mercatores peccantes vendendo, & emendo.

F dicit Nicolaus, quod fecerunt eam speluncam latronum, quia non curabant de cultu Dei, sed magis de excoiatione populi per astutias exquisitas: sic etiam dicit Hieronimus: Latro enim est, & templum Dei in latronum conuertit speciem, qui lucra de religione sc̄ctatur. Tertiō potest vocari spelunca latronum, quia spelunca latronum est locus, vbi spolia, quā rapiunt congregantur: hoc autem fecerunt sacerdotes de templo, quia in templo rapiabant, & ibi congregabant: nā carius per astutias suas vendendo rapiabant, & quia animalia, & cetera venalia, de quibus lucra indebita capiebant, pro templo volebant, scilicet ut ibi sacrificia de illis facerent, dicebatur templum spelunca, quā ibi omnia congregabantur, de quibus iniusta capiebantur lucra. Quarto potest accipi, quod isti faciebant templum speluncam latronum, scilicet quod dabant occasionem latrocinij: nam vbi sunt multa venalia, ut in nundinis, inter multos, qui ad emendum veniunt, multi veniunt, ut rapiant, vel furentur: & vocatur proprie spelunca, quā illa est latibulū: & ita cum in templo multi essent, & ad venalia plurimi concurrerent, inter eos latere poterant, qui furari volebant, & qui furarentur, facilius ibi quā alibi occultarentur propter multitudinem existentium in templo, & non possent fures agnosci. Quintō dicunt aliqui, q̄ vocatur spelunca latronum, quia qui ibi sedebant, venerant ad accipiendum munera pro mutationibus, & de venditionibus lucra captanda: ideo si aliqui non dabant eis munera, contra illos calumnias, & damna excogitabant, per quā bona auferrent sicut latro auferit. Sic dicit Gregorius: Qui enim ad accipiendum munera in templo residebant, quia quibusdam nondantibus lesiones exquirent dubium non erat. Sed præcedens modus verior est.

Quomodo nunc sacerdotes faciebant vendi ista in templo. Questio LXXVIII.

QVAERETVR, quomodo nunc sacerdotes faciebant vendi ista in templo, quia iam iterum expulerat Christus ementes, & vendentes de templo. Dicendum, quod verum est, quod dux eiectiones fuerunt: iam enim Christus in principio prædicationis suæ in festo Paschæ expulerat ementes, & vendentes de templo: Io. 2. & ita tenet Augustinus, & Theophylactus, & declaratum est supra. Causa autem fuit, quia venditio ista, & negotiatio in templo facta magna lucra præstabat sacerdotibus: ipsi autē auari erant, & æstus auaritiæ urgebat eos, ut licet verecundia stimulati à peccato tamen non recederent, aut statim redirent. potest autem intelligi, quod licet quando prima vice Christus expulit venditores de templo, celsierint ei tollendo inde omnia: tamen Christo absente statim redierunt, & manserunt in actu suo vique nunc. Sed tunc obicitur, quod cum Christus iape intraret in templum, inuenit ibi venditores, & cum semel eos exclusisset semper expelleret, alioquin videretur, quod contentiebat peccato eorum tolerando illud, vel quod non erat peccatum: & tunc ostenderet, quod iniuste eos expulisset prima vice de templo: & dato quod esset peccatum, & tolerare illud velle Christus, imprudenter fecisset prima vice excludendo, sed potius debuisset semper tolerare: sed hæc absurda sunt: ideo dicendum, quod non redierunt statim. Item quod efficacius est, quia si statim rediissent, & Christus postea velle tolerare, & dissimulare non expulisset eos postea: & tamen nunc expulit eos iterum: ergo non redierunt statim, quia aliās etiam tunc expelleret eos quando- cunque videret.

In q. 63.

Dei. dicitur. & non dicitur. Dicitur.

Dicendum ergo videtur, q̄ nunquam fuerunt venditores in templo post primā vicem, qua Christus expulit eos de templo vique nunc, quando eos iterū expulit: aut saltem nunquam fuerunt tempore, quo eos Christus videre possit. Ibi enim multo tempore Christus ambulauit in Galilea, quo nō venit in Ierusalem, & illo tempore etiā si essent venditores in tēplo, non poterat eos Christus expellere modo prædicto, quia absens erat: & tamen hoc tenendum est, quod quando- cunque Christus vidit vendentes in templo expulit eos, quia aliās erat in cōueniens, ut inductum est, ut apparet, quia prima eiectio ab eo facta fuit in principio prædicationis, & miraculorum suorum, ut dicitur Io. 2. & dicit illud Chryso. & Aug. Secunda autem. Ista quæ hic fuit in fine vitæ, id est die quinto ante mortē suam. signum ergo est, q̄ in nulla parte medij temporis tolerauerit ementes, & vendentes in templo cū in principio prædicationis, & fine illud egerit: quod fortassis possit tolerari, si solum in principio, aut solū in fine istud egerit: modus autem ad hoc esse videtur. f. q̄ isti venditores non solebant esse ante primā eiectionem factā à Christo semper in templo, sed solū tempore magnarum festiuitatum, quando omnes Iudæi conueniebant in templum in Ierusalem. Nam ter in anno tenebantur omnes Iudæi masculi venire in Ierusalem ad templum, Exo. 23. & 34. cap. & quia quando veniebant non debebant apparere vacui, Exod. 23. offerrebant sacrificia multa: & tunc propter concursum multarum gentium, quē multis animalibus, & libaminibus ad sacrificia indigebant, conueniebant venditores in templum. Aliis autem temporibus, quando non erat talis concursus hominum ad templum, non erant venditores in templo, & hoc etiam colligitur, quia istæ duæ eiectiones factæ à Christo fuerunt in Pascha, licet diuersis temporibus. De prima patet Ioā. 2. cap. f. & erat prope Pascha Iudæorum, & ascendit Ierosolymam Iesus, & inuenit in templo vendentes boues & c. De ista secunda patet, quia facta est in die inramis palmarum, quo Christus intrauit Ierosolymam, & erat dies quintus ante Pascha, Ioan. 12. capi. quando iam conuenire incæperat magna turba. eod. cap. & iō iam erant venditores in templo: alio tempore intermedio non habuerunt Iudæi venalia in templo, quia forte timuerant, & erubuerant Christum, qui prima vice eiecit vendentes de templo: nunc verò auaritia stimulante redierunt ad venalia ponendum in templo. Sed dicitur, quomodo ausi sunt nunc ponere ibi venalia, quia timere poterant Christum, quod eiiceret illa inde sicut prius.

Dicendum vno modo sicut prius, quod forte auaritiæ æstus fecit, q̄ se exponeret huic timori, & quod tolerarent hanc verecundiam, si Christus eos expelleret, quod eis incertum erat: potius quā, q̄ carerent lucris, quē inde poterant eis prouenire. Secundo dicendum, & melius, q̄ hoc fecerunt nunc, quia putabant verisimiliter, quod non veniret Christus ad istud Pascha in templum, & ita non expelleret eos de templo: nam post suscitationem Lazari factō consilio Iudæorum contra Christum dederunt mandatum pontificibus, & Pharisæis, ut si quis cognouerit, vbi sit, indicet, ut apprehendant eum: propter quod Christus fugit in ciuitatem Ephrem iuxta desertum: Ioan. 11. quod sacerdotes sciebant, & ita credebant quod non veniret, & sic secure possent esse venalia in templo: vel si venire velle, quia iam mandatum datum erat de apprehendendo ipsum, non possent excludere venditores de templo, & ita ausi sunt nunc ponere venalia in templo, quod non fecerant precedenti tempore ex principio prædicationis Christi: & turbæ etiam hoc putabant, quod Christus nō veniret ad festum illud, & in-

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

ter se de hoc quærebant: Ioan. 11. dicentes: quid putatis, quia non venit ad diem festum? Venit tñ Christus præter opinionem Iudæorum in templum in festiuitate illa, & ita exclusit venditores de templo.

Quomodo poterat nunc Christus solus existens tantam multitudinem eicere de templo, & quomodo non resistebant ei.

Questio LXXIX.

QVAERETVR, quomodo poterat nunc Christus solus existens tantam multitudinem eicere de templo, & quomodo non resistebant ei. Aliqui dicunt, q̄ non erat opus violentia, quia cū esset Christus tam venerandus, & ab omnibus ut propheta haberetur, infra in litera, & Marc. 12. cap. mox ut isti audirent verbum illius. f. q̄ malum erat manere in templo, exirent inde, & venalia asportarent inde, & isto modo non esset opus violentia aliqua.

Dicendum, q̄ non stat. primō, quia non vendebat ista in templo, quia ignorabant, sed quia lucra cupiebant: & ideo audito verbo doctrinæ, non statim crederent. Secundo, quia apparet, quod vendentes indignati sunt, & illi, de quorum mandato in templo manebant, quia repulsi sunt. Sacerdotes enim posuerant aliquos de familia sua, qui ista venderent, ut dictū est supra, & quando nunc Christus expulit venditores indignati sunt sacerdotes Mar. 11. cap. f. vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et sequitur: Quo audito principes sacerdotum, & scribæ quærebant, quō eum, id est Christum perderent, scilicet quia expulerat vendentes: ergo non fecerunt sponte ad verbum eius. Tertiō, quia hoc poterat aliquo modo putari quantum ad primam eiectionem, quia tunc poterant Iudæi credere nō esse peccatum negociari in templo: postquam tamen semel eiecti fuerunt, non poterant hoc credere, ideo iam non crederent propter verbum solum, cū m non agerent ex ignorantia. Quarto, quia apparet, quod violenter expulsi fuerint, cū dicitur, quod Christus eiecit ementes, & vendentes: & tamen eicere violentiam norat, ideo non exierunt sponte. Quintō, quia dicitur, q̄ euerit Christus menlas numulariorum, & cathedras vendentium columbas: & tamen istud ad actuale violentiam pertinet.

Dicendum igitur, quod verè per violentiā Christus istud egit, & non sponte hoc isti passi sunt: nam damna rerum suarum, quas quis valde amat, sponte nemo tolerat: & tamen magna damna erant ista, scilicet q̄ abigeret pecora, & euerteret omne as, & columbarum cathedras. Et etiam quod istud ad ignominiam faceret eorum, & tamen patiebantur non resistentes, ideo erat violentia. Sed modus ad hoc faciendum, erat, quod incuteretur timor illis, ut resistere non auderent: & hoc poterat fieri multipliciter. Primō p̄ solam immutationem interiorum incutiendo timorem eis, & nihil in seipso ostendendo exterius, p̄ quod illi timerent, sed solum in animo eorum cauendo istam passionem timoris: quam passionem aliquando Deus dat aliquibus in penam, sicut dabat Iudæis non colentibus ipsum, & Leuit. vigesimo sexto cap. f. Et qui de vobis remanserint dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terribit eos sonitus folij volantis. Et ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugientes: nemo vestrum inimicis audebit resistere. Et ita etiam dicitur Deutero. vigesimo octauo cap. dabat tibi Dominus cor pauidū, & desicites oculos, & animam merore cōsumptam, & erit vita tua quasi pendēs ante te: timebis nocte, & die, & nō credes vita tuę. mane dices, quis det mihi vesperum: Gg 2 & vesperum.

& vespere quis det mihi mane propter cordis tui formidinem, qua terreberis. Et si ita nunc faceret Christus, recederent de templo isti venditores, etiam non appareat aliquo signo exteriori in Christo. Secundo modo poterat fieri per solam ostensionem terroris in facie: poterat enim aliquid ita terribile videri in vultu Christi, quo conspecto omnes, qui respicerent, timerent, & canerent ab eo. Tertiò modo fieri poterat non solum in ostensione signi alicuius in corpore suo, sed etiam realiter faciendo aliquid contra eos, quo fugerentur, vt si percuteret eos.

Dicendum autem videtur, quod non solum esse potuit aliquis modus istorum, sed quod omnes tres concurrerent in vnum: inculsit enim eis timorem in corde, quia istud erat precipuum ad hoc, quod fugerent. Sic dicit Origenes: Consideremus autem ne forte enorme videatur, quod captis funiculis Dei filius parat sibi flagellum ad eiciendum de templo: vnum tamen refugium relinquitur diuina potestas Iesu, vt cum volebat posset iracundiam hostium suffocare quamuis essent innumeri, & sedare mentium turbines: dominus enim dissipat cogitationes gentium. De secundo dicendum, quod etiam ostendit in vultu suo Christus aliquid terribile, scilicet fulgoris radios procedentes, quibus hostes exterriti resistere saltem in verbo non audebant: sic dicit Hieronymus, Igneum enim quoddam atque sidereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie: & istud etiam communiter tenetur. Aliud etiam exterius signum potestatis in se ostendere poterat, si vox sua esset eis terribilis, ita vt non solum timerent, sed etiam caderent: sicut quando in passione querebant multi Iudaeorum ministri armati Christum inermem, & cum illis querebant eum, & dicentibus se querere Iesum Nazarenum, ille dixisset, ego sum, ceciderunt retrorsum, Ioan. 18. cap. Ergo & a fortiori viso lumine, quod in vultu ostendere poterat, non solum timerent, sed etiam cedere possent: & tamen noluit, nisi quod cederent loco tollendo omnia venalia de templo, & non audendo resistere Christo euertenti illa. De tertio satis patet, quia in prima vice Christus vsus est flagello de funiculis ad expellendum venditores. Io. 2. cap. ergo a fortiori nunc vteretur illo: tu quia Christus illud fecit in principio signorum suorum, & id omnia tunc remissiora, & blandiora faciebat, vt dicit Chryso. & tamen vsus est tunc flagello: ergo a fortiori nunc, quando passioni propinquus omnia faciebat mirabiliora, & manifestiora, vteretur flagello contra venditores: tum quia erant nunc digni maiori, & acriori castigatione: peccauerant enim ante hoc, & fuerant semel per Christum eieci: nunc tamen redierunt in culpam: ideo acrius castigandi erant quam in prima vice, quando nondum eos castigauerat. Sic dicit Chryso. Cum quo maior est accusatio Iudaeorum, quia cum bis hoc idem fecisset, morabantur in sua dementia. Theoph. ait: Quod etiam est in maiorem redargutionem Iudaeorum, quia cum Dominus hoc totiens fecerit, ipsi minime se correxerunt: & ideo nunc a fortiori quam in prima vice flagello vteretur, aut alio simili ad percutiendum eos, aut ad minandum eos, id est abigendum, sicut pastor gregem. Et hoc tenet Hieronymus. Sed tunc dicitur, quid operabatur funiculus factus ad modum flagelli, quia nemo talia timeret verbera.

Dicendum, quod verbera illa in se non erant terribilia: & ideo si nihil aliud esset, non timerent venditores flagella ista: sed vltra flagella exterius mota, erant timor interioris incussus, & lux exterius terrens, quae mouebant ad fugiendum flagellum. Sic dicit Origenes super Ioannem, scilicet Consideremus ne forte enorme videatur, quod Dei filius captis funiculis parat sibi fla-

gellum ad eiciendum eos de templo: vnum tamen refugium relinquitur diuina potestas Iesu, vt cum volebat, posset iracundiam hostium suffocare, quamuis essent innumeri.

An ista eieccio ementium, & vendentium reputetur miraculum, & inter miracula Christi ponendum. Quest. LXXX.

QVAERETVR, an ista eieccio ementium, & vendentium reputetur miraculum, & inter miracula Christi ponendum. Aliqui putant, quod non, quia leue erat, quod factu flagello de funiculis percuteret venditores in templo.

Dicendum, quod miraculum erat: nam sine miraculo ista eieccio fieri non poterat. Fuerunt enim exclusi per timorem, & inuoluntarie isti, vt ostensum est praecedenti quaest. manifestum est autem, quod flagellum factum de funiculis nemo timeret: potissimum multitudo congregata existens, quod timeret vnum hominem inermem habentem in manu flagellum de funiculis factum. Nam non solum non erat timendum, imò erat ridiculum, vt dicit Origenes, nisi forte esset timor bestialis, vt dicitur quinto Ethic. de eo, qui visum murem timuit. Nam talia non timent homines: & ideo ad alia recurrendum est, vt dicitur flagellum timeri potuisse. Sic dicit Origenes: Consideremus ne forte enorme videatur, quod Dei filius captis funiculis parat sibi flagellum ad eiciendum eos: vnum tamen relinquitur refugium diuina potestas Iesu: id ad hoc, quod cogere venditores exire de templo, oportet poni aliquid aliud, quod miraculose fieret: & hoc erat incutiendo timorem cordibus eorum, etiam in voce sua virtutem quandam diuinam ostendendo, & de vultu radios diuini fulgoris emittendo, quae ambo ad miraculum pertinent. Considerandum autem, quod non solum miraculum hic fuit, sed magnum valde, & de maximis, vt putat Hieronymus, ait enim: Mihi autem inter omnia signa, quae Dominus fecit, hoc videtur mirabilius esse, quod vnus homo, & illo tempore premitibus in tantum, vt postea crucifigeret, Scribis, & Phariseis contra se seuenitibus, & videtibus iuxta sua destrui, potuerit ad vnus flagelli verbera tantam eicere multitudinem: & subdit modum, quo potuit. Ligneum enim quoddam atque sidereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie. Sic etiam dicit Origenes super Ioannem: Praesens autem historia in nullo minore potestate pertendit, his, qui ab eo miraculosius edita sunt: quinimo constat hanc maiorem demonstrare potentiam miraculo, quo aqua conuersa est in vinum, eo quod illic inanimata subsistit materia: hic verò tot millia hominum domantur ingenia. Et accesserunt. Hic ponitur factum secundum, scilicet de infirmorum curatione, & est istud factum ostensiuum deitatis Christi in curatione infirmitatum incurabiliu, quae per solum Deum sanari possunt.

Et dicitur. Et accesserunt ad eum. Scilicet, postquam eiecit venditores de templo. Cæci, & claudi. Isti in templo erant sicut ceteri homines. In templo. Scilicet ibi erat Christus quando accesserunt isti ad eum. Et sanauit eos. A cæcitate, & defectu tibiarum, & potentiae gressu.

Quis fuit iste accessus eorum, & claudorum, & an sine petitione aliqua eos sanauit. Quest. LXXXI.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quod accesserunt ad eum cæci, et claudi, et sanauit eos, quis fuit iste accessus: et an sine petitione aliqua eos sanauit

sanauit. Aliqui dicunt, quod nihil petierunt cæci, et claudi: sed mox, vt ad Christum accesserunt sine vlla petitione sanati sunt, quia interdum sic Christus faciebat miracula, sicut faciebat de muliere fluente sanguine. Nam nihil dixit Christo petens, imò tacite accessit, quasi à Christo non videretur: & vt tetigit fimbriam vestimenti eius sanata est, supra 9. c. & Luc. 8. Sic etiam multi faciebant, qui desiderabant tangere quamcunque partem vestis Christi, vt sic curarentur à languoribus suis: Luc. 6. omnis turba querebat tangere eum: quia virtus exibat de illo, & sanabat omnes. Ita ergo poterant accedere isti claudi, & cæci ad Christum, & sanarentur.

Dicendum, quod non fuit factum sic, sed accesserunt ad eum, et petierunt sanari, & ita sanauit eos. Et patet, & primo ex proprietate locutionis. Nam cum Christus esset Deus non poterat aliquid circa ipsum fieri, quod ipse ignoraret. quia ipse sciebat omnia, quae euentura erant super eum: Ioan. 18. etiam sciebat quid cogitaret quilibet homo: ita vt non esset opus, quod quis testimonium perhiberet de homine, quia ipse sciebat, quid esset in homine: Ioan. 2. in tantum, quod non erat opus, quod quis eum interrogaret, quia ipse sciebat omnia, quae erant in corde hominis, respondere poterat, & respondere volebat interdum ad cogitationes hominis, antequam loqueretur: Ioan. 16. ideo non poterat quis sanari ab eo tangendo eum, vel aliis nisi Christo volente, & actu sanante: & tamen credebant aliqui, quod poterant currere ei sanantem. scilicet ipso nesciente sanarentur per tangendum eius, sicut fuit de muliere: putauit enim se posse latere: & tamen postea vidit, quod non latuit: Luc. 8. & tamen si ipsa non putaret quod latere posset, non aggrederetur sic facere, & hoc maxime, quia non diceret Lucas. Videns autem mulier, quia non latuit tremens venit, & procidit. Euangelista tamen loquitur iuxta opinionem accedentium ad Christum, & quia ipsi putabant, quod accedendo ad Christum, & tangendo vestes eius, etiam si nihil ei diceretur, ex abundantia virtutis eius redudantis exterius sanarentur accedentes etiam nesciente Christo: & tunc putabant, quod sanabantur accedentes: & tamen non sanabant eos Christus, quia non habebat intentionem sanandi, cum crederent, quod ipse nesciebat virtutem de se exire: & ob hoc non dicunt Euangelista, quod Christus tunc sanabat aliquos, sed quod accedentes sanabantur: quando autem aliqui accedebant, & sanabantur, quia apparebat de intentione Christi dicunt Euangelista, quod sanabat eos Christus. Sic patet de muliere fluente sanguine Mar. 5. cap. dicitur enim, quod dicebat mulier intra se, si tetigero vestimentum eius salua ero. Et sequitur, & confessum sanata est, & siccatu est fons sanguinis eius, & sensit corpore, quod sanata esset à plaga. Et Luc. 8. cap. dicitur accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius, & confessum stetit fluxus sanguinis eius. Christus etiam istum modum loquendi tenebat, quo ostenderet se non intendisse facere, sed virtutem exiret de illo hoc operatam. Sic dicitur Mar. 5. & statim cognoscens Iesus in semetipso virtutem, quae exierat de eo. & Luc. 8. dicitur: Ego noui virtutem exiuisse de me, & etiam querebat, quis me tetigit? Et tñ si vellet ostendere, quod ipse sciebat quis esset sanatus, & quod ipse intendisset eum sanare, non quaereret quis me tetigit. Et maxime, quia adiunxit, aliquis me tetigit: nam ego sensi virtutem exiuisse de me. Et tamen hic Euangelista dixit, sanauit eos: ergo ostendit quod intendit illos sanare: & conuenienter, quod ipsi palam accesserunt, & aliquid petierunt. Secundo, & principaliter, quia hoc valde conueniebat ad propositum. Nam si accedentes cæci, & claudi ad Christum nihil petentes sanarentur, putaretur, quod non sanarentur virtute Christi: sed quod Deus volue-

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

rar eos sanare existentes in templo, & ita non cederet in laudem Christi, & approbationem eius istud opus: quod erat inconueniens: quia omnia miracula faciebat ad manifestandum aliquid, quod ad se pertinebat: ideo debuit fieri palam petentibus eis. Tertiò patet, quia si accedentes secrete sine vlla petitione sanarentur, oportebat quod Christus faceret aliquam manifestationem huius facti, ne maneret absconditum, sicut quado alias sic sanauit tangentes: bis enim legimus aliquos tangendo Christum esse sanatos. Primum mulierem fluente sanguine, supra 9. & Marc. 5. & Luc. 8. deinde viros loci Genesari, supra 14. cap. & vtrouique fecit Christus miraculum apparere: in primo enim, quia mulier secrete venerat, & secrete sanata fuerat, noluit Christus, quod lateret, sed dixit, quis me tetigit? Et sic adhibita magna diligentia, vt exprimitur Mar. 5. & Luc. 8. mulier procidit tremens coram tota turba, & confessus est, quod fuerit sanata, in secundo enim praecessit petitio publica in generali, scilicet quod permitteret se tangi, supra 14. cap. Rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quicumque tetigerunt salui facti sunt. Sed hic Christus non legitur fecisse inquisitionem, quam circa mulierem, scilicet quis me tetigit? ergo oportet dici, quod cæci, & claudi accesserunt, & petierunt publice sanari, & Christus tunc sanare eos, vel petita fide, vel non petita: & hoc vt viderent omnes aemuli Christi, scilicet Pontifices, & Pharisei. Quarto patet, quia si accedentes sine petitione sanarentur, ignoraretur, quis fecit miraculum: & tamen clare constat, quod Christus fecit, quia dicitur infra in litera: Videntes autem principes sacerdotum, & scribae mirabilia, quae fecit: & ista sunt mirabilia in sanatione eorum, & claudorum.

Dicendum ergo, quod coram toto populo accesserunt claudi, & cæci, & petierunt sanari: & Christus sanauit eos: Matth. 23. intendens breuitati non curauit singula referre, quia planum erat, quod aliquid petere debebant, cum omnes, qui sanabantur sic peterent: maxime, quia dicitur, accesserunt. In quo innuitur totum quod sequitur. scilicet cum accesserunt ad eum, petierunt sanari, et ipse eos sanauit.

Quare cæci, & claudi accesserunt ad Christum, vt ab eo sanari peterent. Quest. LXXXII.

QVAERETVR, quare cæci, & claudi accesserunt ad Christum, vt ab eo peterent sanari.

Dicendum, quod primo fuit, quia isti credebant, quod posset eos sanare: & ideo ad illum concurrerant. Ad hoc autem moueri poterant ex his, quae primo de ipso audierant. Nam tanta Christus fecerat in Iudaea, & Galilaea, quod vbique nomen suum cognitum erat, et omnes sciebant eum potentem esse in opere miraculorum, & maxime in curatione aegritudinum, quia istud maxime exercebat: vnde mox vt scirent eum adesse, etiam si nihil noui circa ipsum viderent, aut audirent, peterent sanari: sicut fuit de duobus cæcis, qui erant apud portam Iericho: nam quæsierant a turbis, quis erat, qui transiret: & cum diceretur eis, quod Iesus transiret, ceperunt clamare: Iesu miserere nostri, & visum petierunt praecedenti cap. & Marc. 10. & Luc. decimo octauo. Secundo potuit esse propter noua, quae circa ipsum audierant, & viderant: nam turbae committentes ipsum clamabant eum esse Melliam, et regem Israel, supra in litera, et Marc. vndecimo, et Luca decimo nono, et cum tanto honore recipiebatur in vrbe, et introducebatur in templum quana nunquam de aliquo viderant. His ergo moueri possent putantes eum esse aliquid magni, et peterent ab eo sanari. Tertiò potuerunt moueri ex his, quae viderant nunc nouiter. Nam postquam intrauit in templum statim

Gg 3 expulit

In quest. 79. & 80.

expulit vendentes, & ementes, quod cum potestate diuina fecit...

Quomodo nunc erant in templo isti claudi, & ceci, qui sanati sunt a Christo. Quest. LXXVII.

QVAERETVR, quomodo nunc erant in templo isti claudi, & ceci, qui sanati sunt a Christo. Dicendum primo, quod forte ad orationem veniebant...

Fmosynam peterent: & magis patet, quia omnes isti ceci, & claudi, quos Christus sanabat, erant mendicantes...

Quare Christus sanauit istos claudos, & cecos potius in templo, quam alibi. Quest. LXXXII.

QVAERETVR, quare Christus sanauit istos claudos, & cecos potius in templo quam alibi. Dicendum, quod primo fuit, quia ibi ab eo sanata...

Quarto, & precipue fuit ad confundendum inuidiam phariseorum...

Phariseorum, & Scribarum, qui Christo emulabantur, & detrahebant factis eius...

Videntes autem principes sacerdotum, & scribae mirabilia, quae fecit: & pueros clamantes in templo...

Pal. 8. Marc. 2.

Indignatio principum sacerdotum, & phariseorum atque scribarum contra Christum.

In quest. 42. & 43.

Hofanna quid significat.

In 9. 42.

Videntes. Hic consequenter ponitur principum sacerdotum, & phariseorum atque scribarum contra Christum indignatio. Et diuiditur in duas partes...

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Quae sunt ista mirabilia, quae viderunt pontifices, & scribae. Questio LXXXV.

QVAERETVR, quae sunt ista mirabilia, quae viderunt pontifices, & scribae. Dicitur potest vno modo, quod erat in sanatione cecorum, & claudorum...

Qui erant isti pueri clamantes. Quest. LXXXVI.

QVAERETVR, de istis pueris clamantibus, de quibus hic dicitur, qui erant. Nam viderur, quod non erant pueri, sed viri...

Gg 4 infan.



infantes, vel pueros quantum ad literam, & non per metaphoram. Est ergo dicendum, quod quando Christus intrauit in templum, pueri erant, qui canebat Hosanna, & non turbas, vel saltem precipue pueri: & licet hoc non aperiant Euangelista: tamen satis est credendum, quod quando Christus introiuit in Ierusalem, exiuerunt pueri in occursum eius, & isti cantabant coram eo Hosanna, sicut turbas cantauerant: & sic perduxerunt eum usque in templum, & illuc introiuerunt cum eo canentes, vel forte isti pueri erant de turba illa, quae ueniebat cum Christo, quia licet in itinere tota turba cantaret, fecerunt quod pueri soli clamarent, quando introiuit in templum: & ideo illos solos uiderunt pontifices, & scribas, & forte istud dedit Christus in cordibus turbarum, & puerorum, quia sciebat, quod pontifices indignarentur de isto clamore, & loquerentur ad eum, ut haberet responsum contra illos ex sacra scriptura. s. ex ore infantium, & lactentium, ut patet infra in litera. Cum autem obicitur, quod discipuli clamabant: dicendum, quod non accipitur pro solis discipulis Christi, i. pro duodecim, vel septuaginta: sed pro omnibus illis, qui ueniebant ad audiendum doctrinam eius, & uide dum miracula, ut dicit Theophylactus super Lucam. Cum autem dicitur, quod turbas clamabant, & non pueri. Dicendum, quod illud fuit uerum in uia in qua turbas clamabant, id est uiri, feminae, pueri, & puellae, in ingressu tamen templi soli pueri clamauerunt, et coram intra templum.

Quare dicitur, quod Pontifices, & Pharisei uiderunt pueros clamantes, cum etiam turbas clamaret Hosanna. Quest. LXXVII.

Quaeritur, cum ponantur hic causae indignationis pontificum, & scribarum: quare dicitur, quod uiderunt pueros clamantes Hosanna. Nam non soli pueri, sed etiam turbas cantauerant Christo uenienti per uiam. Aliqui dicunt, quod non tristati sunt pontifices de clamore turbarum, sed soli de clamore puerorum, & ideo soli fit mentio de clamore puerorum. Sed dicendum, quod non stat. Primum, quia indignabantur pontifices de clamore puerorum, quia cantabant Hosanna filio Dauid, ut dicitur in litera: & patet etiam, quia pontifices dixerunt Christo: audis quid isti dicunt? & tamen idem cantauerant turbas. Hosanna filio Dauid, supra in litera, & Mar. 11. & Ioan. 12. ideo etiam de illo poterant indignari. Secundum, quia potius de turbis quam de pueris indignari debebant: quia pueri fortassis exigentia ista dicerent, & non esset eis imputandum: in turba autem erant uiri maturi: ideo si errarent, magis eis imputari deberet. Tertio patet, quia uere indignati sunt Pharisei de clamore turbarum in uia: nam Luc. 19. capit. dicitur, quod cum appropinquaret ad descensum montis oliueti, omnes turbas discipulorum descendunt ceperrunt clamare. Et sequitur: Et quidam Phariseorum de turbis dixerunt ad illum: magister increpa discipulos tuos: & ita illi Pharisei molesti ferebant ista praeconia Christi, quia aliam non dicerent Christo, quod increparet sic laudantes. Sed dicendum, quod pontifices, & scribae indignati dicuntur nunc propter clamorem puerorum, & non propter clamorem turbarum: & ratio est, quia uiderunt pueros clamantes, & non uiderunt turbas. Nam ut dictum est praecedenti, turbas clamabant dum Christus ueniret per uiam. Ad introitum autem in templum, & etiam intra templum clamauerunt soli pueri. Pontifices autem, & scribae erant in templo: ideo turbas foris clamantes non uiderunt, pueros autem clamantes intra templum uiderunt: & ita de hoc indignati sunt: Et patet, quia dicitur: uidentes autem prin-

cipales sacerdotum mirabilia, quae fecit, & pueros canentes, quasi dicat ipsos pueros canentes uiderunt, & non turbas. Si autem turbas uiderent, etiam de earum clamore indignarentur. Secundum fuit, quia iste clamor fuit intra templum. Nam si foris fieret non ita indignarentur: nam intra templum solus Deus colitur, & laudatur. Quod ergo Christus in templo publice laudaretur, erat dicere ipsum Deum, uel aliquid deitatis habere, de quo ualde dolebant pontifices: & hoc uidebatur cedere in eorum iniuriam, cum praesentibus eis diceretur: turbas autem non clamauerunt in templo: ideo indignati sunt specialiter de clamore puerorum, & non turbarum.

Quare indignati sunt nunc Pontifices. Quest. LXXXVII.

Quaeritur, quare indignati sunt nunc pontifices.

Dicendum, quod ex inuidia: non enim erat eis iusta causa indignationis. Nam qui recte indignatur, de malo indignatur: & tamen de bono indignantur: dicitur enim, quod uidentes mirabilia, quae fecit, sanatione ceecorum, & claudorum: & tamen ista opera bona sunt, & a Deo prouenientia: ideo iniquitas mouebat eos: & in hoc apparet, quod eorum iniquitas quotidie crecebat ad maiora. Nam ante hoc quocumque contra ipsum indignabant, faciebant hoc pro aliqua causa uersimili: sicut Ioan. 8. quoniam dixit: Antequam Abraham fieret, ego sum: tulerunt lapides, ut iacerent in eum, quia uidebatur dicere rem non uersimilem: et iterum coram ludaeis dicebat aliqua uerba, quae ostendebant eum esse Deum, Ioan. 10. ca. scilicet: ego, & pater unum sumus, & illi uolebant eum lapidare propter haec. Christus autem dixit: multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter quae horum me lapidatis: & illi dixerunt, de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu cum sis homo, facis teipsum Deum. Nam autem, quia excreuerat malitia eorum, non lapidabant eum propter illa, quae mali coloris habebant, sed propter illa, quae absolute bona erant, scilicet curare infirmos miraculose: postquam quis enim alteri inuidet, quanto meliora egerit, tanto magis ei inuidet. sic dicit Chrysostomus: Sicut enim columna si modicum obliquata fuerit, accepto pondere amplius uadit in latum: sic & cor hominis cum peruersum fuerit, si alicuius uiri iusti opera uideat, uel audiat, non confirmatur, sed magis ad inuidiam concitatur: & hoc modo sacerdotes concitati sunt contra Christum. Secundum indignati sunt, quia Christus auferebat eis honorem, cupiebant enim Pharisei, & scribae cum essent Hypocritae honorari ab omnibus, & uocari Rabbi, & salutationes in foro, & primos accubitus in mensis, & primas cathedras in Synagogis, infra uigesimo tertio ca. & istum honorem recipere uolebant a populo suo, seu secundum quod tenerentur a populo in opinione. Hanc opinionem destruebat Christus, qui erat contra-rius operibus eorum, & fauebat ei populus: & quanto magis ei faueret, tanto magis imminuebatur opinio, & honor Phariseorum, & scribarum, & sacerdotum apud plebem: & tamen non poterat magis minui quam nunc imminuebatur, cum populus accepisset Christum cum tanto honore in urbem, & deduxissent eum in templum uocando eum regem, et Messiam, & a Deo uenire: ideo nunquam fuit tanta causa istis ad indignationem contra Christum sicut nunc. Tertio, & specialiter fuit, quia illis lucra tollebat: erant enim Sacerdotes Scribae, & Pharisei auari lucris inhiantes: & posuerunt de familia sua aliquos in templo, qui uenderent res ad sacrificium opportunas, de quibus magna lucra agebant, ut ostensum est supra, Christus

Ambitio pharisaica

In quest. 66. & 67. stus autem eiecerat de templo ementes, & uidentes, ideo ualde indignabantur, ita ut eum statim occidere uoluissent, nisi propter turbam, quam timebant, ut dicitur Mar. 11. c. & ista adhuc erat maior causa indignationis, licet non expresserit hic Matthaeus: et tamen intelligitur per illud quod dicitur. s. mirabilia, quae fecit: ut ostensum est supra. Quarto fuit, quod ipse audiebat & tolerabat laudes, quae de eo dicebantur. Nam dicebatur, quod erat rex Israel, & Messias: et nolebant illi quod ipse audire uellet talia uelut falsa & absurda, sed detestaretur ea: & quia illa libenter audiebat, indignabantur contra eum: et hoc maxime ipsi expresse-runt, dicentes: audis quid isti dicunt? nunquid uis tolerare ea quae isti dicunt de te? q. d. malum est.

Quare pontifices non sunt indignati contra pueros clamantes: & cur non prohibuerunt illos. Quest. LXXXIX.

Quaeritur, cum isti uiderent pueros clamantes, quare non indignati sunt contra eos: & quare non prohibuerunt illos.

Dicendum, quod primo fuit quia pontifices, & Pharisei non audebant contra turbam aliquid facere: uidebant enim turbam totam affectam ad Christum, & quod pueri laudabant Christum, ex uoluntate turbarum: ideo si contra pueros, aliquid dicerent, sciebant quod turbas defenderent pueros, & tamen ipsi timebant turbas: ita, quod propter eas non audebant facere contra Christum: Mar. 11. ergo a fortiori non audebant loqui contra pueros. Secundum fuit, quia cauere uolebant scandala, si enim contra turbas aliquid dicerent, facerent scandalum, & ita multa perderent: quia turbas scandalizatae de eis abstinerent sacrificijs, & oblationibus, & ita sacerdotes laederent subtractis prouentibus suis. Unde ipsi ualde cauebant facere scandalum in populo, infra uigesimo sexto dixerunt: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Tertio, quia faciebant hoc sacerdotibus, & Phariseis ex inuidia: nolebant autem se ostendere inuidios populo, ne laederetur opinio eorum apud omnes, & tamen ipsi contenderent in hoc contra pueros, erat contentio contra totum populum, ideo noluerunt pueros increpare sed Christum. Quarto, quia putabant sicilicet facere: erat enim facilius suadere uni quam multis. Nam si Christo suaderent, ne talia audire uellet, omnia cessabant: suadere autem toti populo, quod cessaret, erat difficile, si autem Christo suaderent ipse diceret populo, quod taceret, & ita omnes tacerent. Quinto, quia iste natus erat honestior, & magis faciens ad intentionem pontificum. Nam si ipsi increparet pueros dato, quod illi increpiti cessare uellent, putaretur quod agebant ex timore, & tamen quod uera erant quae clamauerant. Si autem Christus diceret eis, quod non dicerent talia, uidebant ostendere, quod talia non essent uera, & ideo quod nolebant ea audire: & hoc est, quod uolebant pontifices, ut crederet populus quod Iesus non erat rex Israel, neque Messias, ideo non erat conueniens, quod increparet pueros, sed quod increparet Christum. Sexto quia, ut dictum est supra, timebantur pontifices facere ita sine scandalo, quanto magis possent, increpando autem Christum sine scandalo se facere putabant, sed non increpando pueros. Septimo, quia putabant, quod a Christo istud facilius obtinerent, credebant enim, quod Christus ista non iusserat de se dici, & uerum erat, & quia ille in omnibus humilitate ostendebat, putabant, quod nollet tales laudes audire, & ita suadentibus eis, quod statim taceret: pueri autem non ita facerent. Nam cum in fauorem Christi ista dicerentur, si ipse iuberet taceret, isti tacerent: si autem iuberent pontifices, non

inhibente Christo, non tacerent: ideo conuenientior modus erat, quod ipsi Christum increparent, ut ipse turbas increpans suaderet eis tacere, & ita etiam factum est, quando in descensu montis Oliueti clamantibus omnibus turbis discipulorum de Christo, benedictus qui uenit: dixerunt quidam Phariseorum, magister increpa discipulos tuos, Luc. 19. c. & non locuti fuerunt ad turbas increpando eas.

Quare Pharisei non extendebant manum ad Christum. Questio XC.

Quaeritur, cum Pontifices, & Pharisei, & scribae grauitur indignarentur nunc contra Christum propter uerba, & facta supra posita: quare non extendebant manum ad eum.

Dicendum, quod primo fuit, quia non habebant adhuc colorem ad hoc: nam Christus non dicebat ista de seipso, neque iusserat populo ea dicere, sed populus ea dicebat: ideo culpa erat populi, ideo primo admonendus erat, quod talia de se dici non permetteret, & si ipse approbaret talia dicta, appareret quod ipse esset in culpa. Poterat enim dissimulari aequaliter, quod ipse non audiebat ea, quae dicebat populus, uel non aduertebat ad ea. Unde dixerunt pontifices audis quae isti dicunt? quasi dicat, si non audis, audi: & si audis, prohibere debes ea de te dici. Secundum fuit propter timorem, timebant enim pontifices turbas: quia tota nunc concurrebat ad diem festum, & fauebat Christo, & timebant, quod si uellent mittere manus in eum, resisteret illis turba, ut dicitur infra uigesimo sexto capitulo. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo: & ideo non potentes contra eum aliquid facere conuersi sunt ad redarguenda uerba, quae de eo dicebantur. sic dicit Hieronymus: Cum enim manus non audeant in eum iniicere sacerdotes, opera tantum calumniantur, & trahunt inuicem populi atque puerorum.

Sed dicendum, quod ista est propria causa potius quam praecedens. Primum patet, quia Marcus assignans causam, quare cessauerunt manus in eum mittere, hoc solum dixit, scilicet, quod timebant turbas. Secundum, quia si ideo a principio non miserunt manum, de qua ipse non erat in culpa, sed soli, qui ista dicebant: postquam constaret, quod ipse laudem eorum approbaret, mitterent manum in eum, & tamen non fecerunt, ipse enim approbavit laudem, dicens esse perfectam, & non increpabilem, & tamen neque post hoc miserunt manus in eum: ideo fuit, quia tunc timebant turbas. Cum Pontifices & Pharisei indignati contra Christum ista dixerint, & tamen indignabantur, tam propter mirabilem curationem, quam propter electionem, ac propter uoces puerorum: Quare de solis uocibus dixerunt? Dicitur potest uero modo, quod fuit hoc quia alia iam praeterierant: istud uero manebat, nam adhuc pueri clamabant, ut ergo imponderetur terminus isti laudi, ne de cetero sic eum uocarent, locuti sunt de hoc: quia magis necessarium est cauere peccata, ne fiant, uel ne continentur, quam poenam inferre pro peccatis praeteritis: alia autem praeterita erant, istud uero adhuc erat in actu. Secundum fuit, & precipue, quia uoluerunt aliquem colorem dicendi habere pontifices, & tamen quantum ad cetera non habebant colorem, sed solum quantum ad hoc: quia quod increparet eum super miraculis, quae faciebat, erat increpare Deum: quia solus Deus miracula facit, uel in uirtute eius sunt. Etiam electionem uentorum de templo non poterant increpare: quia erat secundum legem facta, allegauerat enim Christus ad hoc auctoritatem Isai. 56. Domus mea, domus orationis uocabitur: quod autem uocaretur Iesus rex Israel, & Messias, uidebatur increpabile:

Doct. rfi. ad quaest. tum quest.

Solus Deus miracula facit.

bile: quia adhuc non constabant ista de eo: & etiam quia videbantur ei dinimum dare honorem saltem in voce: ideo quantum ad hoc erat aliquis color solum increpandi eum. Sic dicit Hieron. Cum manum non au- dente mittere in eum sacerdotes, opera tantum calum- niantur, & testimonium populi, atq; puerorum, qui clamabant, Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini. quod videlicet hoc non dicitur nisi de filio Dei. videant ergo episcopi, & quan- tumlibet sancti homines, cum quanto periculo dicitur sibi ista pariantur: si uere domino, cui haec dicebantur, quia nondum solida erat credentium fides, pro crimi- ne impingitur.

Responsi. Christi ad pontifices & phariseos.

**Iesus autem.** Hic ponitur Christi responsio, & ostendit pontifices, Phariseos, & scribas, iuste a Deo reprobandos, & hoc dupliciter: primò in facto, secundò in euidenti signo. Secunda ibi. *Mane autem reuertens.* Circa primum dicitur. *Iesus autem dicit eis.* i. pontificibus & scribis. *Vtique.* Ad uerbum affirmandi est. i. uere a- dio: quia illi quae fuerant audis, quae isti dicunt? quasi admirati de illo, & praetendentes qd ille non audiret: quasi audiret putare se ostendebant, quòd non assentiret talibus laudibus: & ille ait, vtique. i. uerum est, quòd a- dio laudes, & permittit, quia increpabiles non sunt. *Nunquam legis.* Non solum Christus dixit, licitas esse laudes istas, sed etiam ostendit errare pontifices, qui tales laudes uolebant impedire: quia si scripturam legis- sent non facerent hoc, cum sacra scriptura istud ap- probet. *Ex ore infantium.* Istud habetur Pfal. 8. Vocantur hic infantes non strictè: quia illi nondum peruenerunt ad septennium, sed pueri, vel adulescentuli, qui nondum peruenerunt ad perfectam aetatem. *Et lactentium.* Id est, qui lacte cibantur, & isti adhuc minores sunt, & ex hoc apparet, quòd non est penitus accipiendum secundum litteram: quia lactentes non possunt laudare, cum non possint loqui: ideo neque perfectam neque imperfectam laudem faciunt. *Perfecisti laudem.* i. perfectam & excellentem reddidisti, ac si esset a uiridoctis impensa. Et fortassis talis esset a pueris, ad qua non sufficerent uiri doctissimi: quia illi solo ingenio humano loquuntur, paruuli autem a Deo inspirantur, ut altissimum dicant: & tunc est laus perfecta. i. excel- lentior, quam esse possit: sic dicit Christus supra 11. c. Reuelasti haec paruulis, & abscondisti ea prudentibus, & sapientibus. Et ita erat in praesenti, quia isti paruuli annunciauerunt Iesum esse Messiam, & regem Israel, quod sapientissimi legis doctores nesciebant. *Et reliquias illis.* i. postquam locutus est ista sacerdotibus & scri- bis, reliquit eos. Exeundo de templo. *Et abiit extra ci- uitatem.* Non enim mansit in Ierusalem ipsa die in ram- mis palmaram, qua intrauit in eam: sed redijt foras ad hospitandum in Bethaniam, quae distata Ierusalem quindecim stadiis, quae faciunt vnam leucam, vel qua- si: nam stadium est spatium centum viginti quinque passuum: & decem & sex stadij faciunt duo millia pas- suum, qui reddunt integram leucam. Distabat autem Bethania a Ierusalem quindecim stadiis. Ioan. 11. c. & illa erat villa Mariae & Marthae sororum Lazari, ubi ce- nauerat Christus die praecedenti ante festum in ramis- palmaram: Ioan. 12. & ibi suscitauerat Lazarum. Io. 11. Nunc autem illuc redijt ad hospites suos. *Ibi que mansit.* Scilicet, die illa, qua redijt & nocte. Nam in mane se- quenti die redijt in Ierusalem, vt dicitur statim in litem. *Et docebat eos de regno Dei.* Scilicet eos, qui erant in lo- co Bethaniae docebat, nullo enim tempore Christus ociosus esse voluit: & tamen nunc cum instaret re- cessus eius de hoc seculo, feruentius instabat, vt perfec- ret opus salutis nostrae praedicando, & docendo: quia post mortem, & resurrectionem hoc non erat factu- rus, & dicitur qd docebat de regno: quia licet Christus

Sims Be- thania.

omnia sciret, iuxta omne genus sapientiae. i. naturalia, mathematica, & metaphysica, id est, transcendentia: ta- men nunquam docuit homines, circa aliquod genus artis, sed solum ad ea, quae necessaria erant salutis: & ista sunt de regno Dei. i. per quae peruenitur ad regnum Dei, quod est vita aeterna.

*Quare Christus sic respondit, dicens: Nunquam legis. Quaestio XCI.*

**QV A E R E T V R,** quare Christus sic respondet, dicens: Nunquam legis.

Dicendum, quòd fuit primò ad faciendum solidum responsum: nam Iudaei tantam auctoritatem praesta- bant sacris literis, quòd plus eis credebant, quam quibuscunq; rationibus, vel suasionibus, putabat enim totum bonum esse in scripturis, Ioan. 5. Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam aeternam habe- re, & quia auctoritas sacre scripturae erat, quae confirmaret laudes puerorum, allegauit illam: et ita allegan- tiam ad eiectionem ueritatis de templo, & ita cum allegata esset scriptura, nihil illi responderunt.

Secundò, allegauit scripturam ad ostendendum se esse aliquid magnum qualem pueri praedicabant: cum de singulis actibus eius sacra scriptura meminerit: & tamen de rebus illa non curauit. Tertio ad redargu- tionem pontificum, & sacrabarum: vtique enim ad sapientiam pertinebant. Nam scribae sunt doctores le- gis, quos alij Euangelistae interdum legis doctores, vel legis peritos uocant, vt patet Luc. 5. Vbi legis doctores uocantur alij: supra 9. c. uocantur scribae, & isti docebant ceteros praedicando legem, infra vigesimo tertio, scilicet, super cathedram Moysi sederunt scri- bae, & Pharisei: ad sacerdotes autem pertinebat cogni- tio legis. Agg. 2. Interroga sacerdotes legem, & Mal- lac. 2. dicitur, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex ore eius exquirent. Quòd ergo ignorarent isti ea, quae in lege erant, magna erat reprehensio: & ita per modum redargutionis introducit Christus, di- cens: nunquam legis, id est, legisse deberetis.

*Quid Christus uoluit per hoc dicere, & quare tenuit istum ordinem respondendi potius quam alium. Quaestio XCII.*

**QV A E R E T V R,** quid Christus uoluit, per hoc dicere: & quare tenuit istum modum respon- dendum, potius quam alium.

Dicendum, quod uoluit ostendere legitimam esse lau- dem a pueris impensam, quia scriptura illa approba- bat, dicens: ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. i. perfectam & excellentem fecisti esse laudem, prolatam per os illorum. q. d. non ego sum increpan- dus, qui has laudes tolero, neque pueri, qui illas profe- runt, cum sacra scriptura multo ante hoc illas appro- bauerit. Sic dicit Chrysost. Tanquam si dicat, ex quo me culpa est, quia isti clamant: nunquid mea culpa est, quòd ante tot millia annorum propheta hoc uen- turum esse predixit? Ad secundum dicendum, quòd ideo sic respondit, quia melius sic euitabat inconueni- ens, quam aliter: quia ista responsio est media. Nam aut Christus manifestè approbaret laudem puerorum, sine aliquo colore dicendo, bene dicunt, quia uerum est, quòd de me dicunt, cum ego sum rex Israel, & Mes- sias: sicut quando discipuli uocabant Christum magi- strum, & dominum: nam dixit uos uocatis me magi- ster, & dominus, & bene dicitis, sum etenim: Ioan. 13. Aut diceret pueros errare. aut teneret media uiam, i. in qua, neque negaret, neque palam, & sine colore as- sereret. Prima uia non erat conueniens, quia tunc pon- tifices

tifices haberent occasionem contra Christum, & di- cèrent blasphemauit: secunda erat minus conueniens, quia erat falsa, & destruebat quod edificauerat: ideo media uia fuit conueniens, & ista fuit quam tenuit. Nam non dixit Christus, de seipso asserens quòd uerum erat, quòd pueri dicebant: sed induxit scripturam, per quam ostenderet laudem puerorum non esse repre- hensibilem: sic dicit Hierony. Christi responsio mo- derata fuit: non enim dixit, quòd scribae cupiebant. i. bene faciunt pueri, vt mihi testimonium perhibeant: neq; rursus dixit, errant, pueri sunt, debetis aetati igno- scere: sed profert testimonium de octauo Pfal. vt ta- cente domino testimonium scripturarum puerorum dicta confirmaret.

*Quare non respondit nunc Christus, sicut respondit quibusdam Phariseis in uia. Quaestio XCIII.*

Nihil est auctorita- te sacrae scripturae firmitus.

**QV A E R E T V R,** quare non respondit nunc Christus, sicut respondit quibusdam phariseis in uia: nam cum turbae cepissent clamare, benedictus qui uenit, dixerunt quidam Pharisei de turbis ad Chri- stum: magister increpa discipulos tuos, & ille ait, dico uobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt, Lu. 19. c.

Dicendum, quod non fuit pro nuncilla responsio con- ueniens: quia pontifices, & scribae quibus nunc Chri- stus loquebatur erant pessimi: nam inuidebat ei circa res diuinas, quas agebat & indignabantur: & vt Chri- stus malitiam eorum confunderet, respondit per aucto- ritatem sacrae scripturae, qua nihil est firmitus: illi au- tem Pharisei, qui ueniebant cum Domino in uia, forte non erant tam mali, quia licet Pharisei essent, non sequitur, quòd erant mali: quia aliqui Pharisei erant, qui erant boni, & erant discipuli Christi, sicut Nicodemus, qui erat ex Phariseis, Ioann. 3. et erat discipulus Christi, & uenit ad eum nocte, eod. c. & fauebat Chri- sto coram alijs Phariseis, ita vt eum semel Gallilaeum uocauerint: Ioan. 7. c. i. quia fauebat Iesu Gallilaeo: poti- timum, quia isti Pharisei ueniebant cum Christo inter alias turbas: ideo vel mali non erant, vel saltem non tam iniqui, sicut sacerdotes & scribae, ad quos nunc in templo Christus locutus est, & ideo non erat opus tã- tum temperare responsum ad illos, sicut ad ponti- fices: & ita phariseis respondit ueritatem ostendendo, pontificibus autem quodammodo euadendo, & se defendendo a calumnia: nam cum dixit, dico uobis, qd si hi tacuerint, lapides clamabunt: ostendit non solum non esse increpandam laudem, sed etiam esse necessa- riam: ita quòd oportebat, quòd aliqui eum laudarent. Nam si homines tacerent, clamarent lapides: & per hoc ostendebat diuinum esse opus, cum assereret lapi- des clamatueros. Si autem talia coram pontificibus di- ceret, forsitan dicerent, quòd blasphemabat: ideo illis ex scriptura respondit, nihil de se asseredo, sed scrip- turam contra redargutionem pontificum opponendo. Secundò fuit, quia istud dictum est. i. nunquam legi- stis, ad confusionem pontificum & sacrabarum: vt ostẽ- derentur insipientes in scriptura, de qua tamẽ ipsi glo- riabantur: isti autem Pharisei fortassis non erant peri- ti in lege, & ita errare circa legem non erat eis confu- sio: ideo noluit dicere eis nunquam legis, sed sim- pliciter ueritatem aperuit: vel forte quia illi sequeban- tur Christum, & ideo noluit eos confundere, quia non erant tam mali sicut pontifices, & scribae, quibus nunc respondit.

*Quare post haec Christus reliquit pontifices, & scribas. Quaestio XCIIII.*

**QV A E R E T V R,** quare post haec Christus reli- quit pontifices, & scribas.

Dicendum, quod fuit primò, quia Christus erat nunc in templo, & fecerat iam omnia, quae ibi facturus erat. Nam orauit, eiecit venditores de templo, & sanauit caecos & claudos: & tandem respondit ipsis pontifici- bus, eum uerbo impugnantibus: cum autem nihil iam agendum sibi in templo relinqueretur, recessit inde: & quia pontifices, & scribae manebant in templo, di- citur illos reliquisse. Secundò fuit, quia pontifices, & scribae erant mali & incorrigibiles: & ideo frustra e- rat, quòd Christus maneret cum eis. Nam quando uerba erant in aliqua ignorantia circa Christum, & persequen- tur eum bono animo, erat utilis mansio Christi cum illis, vt ab ignorantia liberarentur: nunc tamen ia gratis oderat Christum: quia pro bonis operibus eum oderat. i. quia miracula faciebat: ideo superuacua erat mansio Christi cum eis: & si aliqua correctio circa ta- les esse potest, melius est, dimittendo eos, quam iniquitati eorum respondendo. Sic dicit Chrysost. Ma- lum hominem melius dando locum potest aliquis vincere, quam respondendo: quia malitia non destruitur sermonibus, sed excitatur: et ideo dominus rece- dendo compescere studuit, quos respondendo non compefcuit. Tertio, quia Christus uolebat ire extra urbem: erat enim declinaturus ad sumendum cibum, & ad hospitandum, & omnia sibi necessaria, quae in templo non habebat, sed extra urbem itinere erat: ideo reliquit pontifices, & scribas. Quarto fuit, quia Chri- stus uoluit ostendere, quòd isti iuste a Deo defereban- tur propter malitiam, in qua firmiter manebant: ideo in signum huius conueniens fuit, quòd Christus ab eis recederet.

*Quare Christus ciuitatem exiuit. Quaestio XCV.*

**QV A E R E T V R,** quare Christus ciuitatem exi- uit. Dicendum, quod exiuit ad manendum, quod patet, quia in Bethania mansit nocte sequenti. Aliqui autem dicunt, quòd ideo foras exiuit, quia melius ho- spitabatur foras, & melius prouidebatur ei qua in urbe. Sed dicendum, quòd non stat: quia uiri sancti non que- runt loca, ubi abundanter pascantur, sed ubi bene con- uersentur: ideo non iret hac intentione foras. Est igitur dicendum, quòd ideo foras exiuit, quia in urbe non inueniebat hospitium: cum enim iam sero esset, post- quam Christus fecerat in templo omnia, quae factu- rus erat, circumspexit si quis esset, qui eum inuiteret ad cenam, vel ad hospitium, & nemo fuit: ideo iuit extra ciuitatem. Sic dicitur Mar. 11. c. scilicet: Et intrauit Ie- rosolymam in templum, & circumspexit omnibus, cum iam uespera esset hora, exiuit in Bethaniam. Et dicitur circumspexit omnibus. i. si quis esset, qui eum hospitiu reciperet: & quia nemo erat recessit: Sic etiã dicit Hieronymus. Hinc autem intelligendum est, qd dominus tanta paupertatis fuerit, & ita nulli adulatus sit, vt in urbe maxima nullum hospitem, nullam inue- nerit mansionem. Sed obijciatur, quòd non fit uerisimile: cum enim tantus honor nunc Christo ex- hibitus fuerit, vt turbae sternerent uelut in uia, & ra- mos, & sequerentur, atque praecederent eum turbae multae canentes Hosanna: non erat uerisimile, quòd nemo eum hospitiu reciperet, cum alijs reciperet hospitiu quocunq; iret.

Dicendum, quòd turbae quae istum honorem im- penderunt, non erant de ciuitate Ierusalem: & ita non habebant domicilia ibi, in quibus Iesum recipere-  
Nam

Nam turbarum, quæ cantabant laudes Christi quædã erant, quæ cum ipso veniebant antequam intrarent Ierusalem, scilicet, omnes, qui cum eo erant, quãdo exiuit de Bethania, aliq; quæ occurrerunt ei de Ierusalem, & exierunt ei obuiam, antequam intraret in urbem. De primis patet, quia non erant de Ierusalem, cum venirent de foris cum Christo. De secundis patet, quia dicitur Ioã. 12. Quod turba multa, quæ venerat ad diẽ festum audiens, quod Iesus veniret, exiuit obuiam illi: & tamen non erant de urbe, sed de foris venerant: & ita non habebant in urbe, ubi Christum reciperẽt. Pontifices autem, scribæ, & Pharisei non reciperent Christum hospitiõ, quia oderant eum, ideo etiam si Christus cum tanto honore intrauerit in Ierusalem, non inuenit aliquos, quibus placeret eum hospitiõ recipere. Alia ratio fuit, quia placuit Christo hoc pati ad instruendum nos, circa vicissitudines rerum mundanarum, ne turbemur cum interdum iuxta magna prospera graues accidant molestiæ: quia talis est rerũ conditio, vt dicit Salomon, quod risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat: ita enim circa Christum fuit: nunquam enim tantus honor ei de latus fuerat, sicut nunc: & ita nunquam tam abiectus apparuit, vt nemo ei ipso die cibum dare vellet, neque hospitiõ: sed oporteret, quod ante cibum exiret de urbe Ierusalem, & erat iam vespere, Mar. 11. capit. Et hoc valde consolatur nos, ne deiciamur animo, quãdo talia nobis acciderint.

Quare Christus potius iuit in Bethaniam, quã in alium locum. Questio XCVI.

QVAERETVR dato, quod extra urbem ire vellet: quare potius iuit in Bethaniam, quã in alium locum. Aliqui dicunt, quod illuc iuit: quia ibi bene pascebat in domo Marthæ, Mariæ, & Lazari. Et sic patet Ioan. 12. capit. Iesus venit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit, fecerunt autem ei cenam ibi, & Martha ministrabat.

Dicendum, quod non ibat illuc ex hac causã, quia illud pertinet ad eos, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Ad Philip. 3. c. Talem autem Christum esse volebant aliqui. Pharisei, qui eum de hoc calumniabantur dicentes: ecce homo vorax, & porator vini, & publicanorum amicus. supra 11. cap. & falsum erat: ideo non querebant hospitiõ in quo optime pasceretur, sed locum melioris conuersationis. Nam ita ipse iniebat apostolis, quod quando irent in locum, querebant, quis dignus esset, & illuc irent ad hospitandum, supra 19. cap. ideo etiam ipse talia hospitiõ querebat, & non pascebat pingua. Secundõ, quia hoc vitium Christus valde vitare voluit in discipulis dicens, quod quando intrarent in aliquam domum, manerent ibi, & non discurrerẽt de domo in domum. Luc. 10. et 9. capit. & hoc fiebat ne discurrerent per diuersas domos, quærentes delicias epulas: sed qualia essent apud hospites suos, talibus vescerentur: ideo Christus non querebat delicatiora, ad hoc perens hospitiõ, in quibus talia inueniret. Terriõ, quia dicit Chryso. quod Christus iuit Bethaniam, vt scilicet, maneret corporaliter, ubi spiritualiter repausabat. nam sanctorum virorum est, quod non gaudeant, ubi epulæ largæ sunt, sed ubi sanctitas floret.

Dicendum ergo, quod nõ iuit Bethaniam propter causã prædictã: sed primõ iuit illuc, propter propinquitatem: nam Christus non inueniens hospitiõ in Ierusalem, exiuit inde ad horam vespere. Mar. 11. c. Sed tali tempore non poterat longè ire ab urbe: ideo iuit ad loca propinqua sicut est Bethania, quæ quindecim stadijs distat a Ierusalem. Ioan. vndecimo capitu.

Secundõ, quia Christus non solum hodie, sed etiam quolibet die, dum nunc maneret in Ierusalem, vsque ad mortem suam intendebat exire de urbe ad manendum, & redire in Ierusalem ad prædicandum, quod ita fecit: vt colligitur, infra in litera, & Marc. vndecimo c. Et ideo etiam erat conueniens locus vicinus, ne nimis fatigaretur, eundo & redeundo. Terriõ fuit, quia vt dicit Chryso. Christus volebat manere corporaliter, ubi spiritualiter repausabat: & quia ista familiã, quæ erat Bethania: erat valde accepta Christo, quantum ad fidem, & deuotionem, ideo illuc ibat: erat enim Bethania villa Mariæ & Marthæ sororum Lazari, & ibi suscitauerat Christus Lazarum: Ioan. 11. & ibi steterat die in ramispalmarum, quando intrauit cum honore in Ierusalem. Ioan. 12. cap. Erant autem nimis affecta Maria, & Martha ad Christum: ambe enim credebant in eum. Ioan. 11. & gaudebant in verbo eius: ita ut Maria staret secus pedes eius, dulciter audiendo verbum. Luc. 10. capitu. Quia ergo ibi magis spiritualiter requiesceret, illuc iuit ad manendum. Quartõ, & principaliter iuit illuc ad spirituale profectum Mariæ, Marthæ & Lazari, & eorum, qui erant in Bethania. Nam dicitur in litera, quod manebat ibi, & docebat eos de regno Dei, paucõ enim tempore mansurus erat cum hominibus, & hoc paucum tempus in doctrina verbi expendere volebat: & quia in generali prædicabat omnibus turbis quoridie in Ierusalem in templo, voluit aliud tempus expendere circa aliquos in speciali, eos docendo: non erant autem aliqui magis digni hoc beneficio, quã Maria, Martha, & Lazarus, qui tanta de uotione ei afficiebantur, & quibus ipse tantum beneficium præstitisset, quod Lazarum suscitaret: ideo & illos elegit, quibus hoc bonum præstaret, quod apud eos quoridie manens doceret eos de regno Dei.

Sed dicitur ad quid Christus, reuertebatur in Bethaniam, quia satis erat, quod reuertetur in montem Oliueti, vel in hortos circa urbem: ibi enim solebat sepe per noctem dormire, sic colligitur Ioan. 18. cap. de loco horti, in quo dominus per noctem captus est. Nam dicitur quod Iudas, qui tradebat eum, sciebat locum, quia sæpe illuc conuenerat Iesus cum discipulis suis. Et intelligitur, quod adueniebant illuc ad dormiendum per noctem. Nam si per noctem non conueneret illuc ad dormiendum, non querebat eum ibi Iudas per profundam noctem, quando eum Iudæis tradidit. & Luc. 21. cap. dicitur. Erat Iesus diebus docens in templo, noctibus autem exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti, & omnis populus manebat ad eum in templo audiendum. Dicendum, quod opus erat redire in Bethaniam. Primõ propter necessariã vitæ: nam sicut in Ierusalem non inueniebat hospitiõ, ita neque inueniebat cibum: ideo oportebat alicubi eum quærere, & ad hoc ibat in Bethaniam, & reficiebatur apud Mariam, & Martham.

Secundõ, quia manebat aliquod tempus Christo, in quo poterat prodesse in doctrina aliquibus: nam Christus reuertebatur in aurora ad templum, & prædicabat ibi, cum dicitur Luc. vigesimo primo capitu. quia omnis populus manebat ad eum audiendum in templo, & post prædicationem exibat de Ierusalem: & ita magna pars diei erat residua, in qua poterat prodesse in verbo doctrinæ, & illam expendere volebat apud aliquos: sed nulli digniores inuenti sunt, quibus beneficium istud præstaretur, quã Maria, Martha, & Lazarus, vt dictum est: ideo ad eos declinabat. Si autem Christus exiret de Ierusalem per noctem, quando iam non esset hora prædicandi aliquibus, non declinaret ad aliquos, ad prædicandum eis: sed exiret in hortos iuxta urbem, sicut in die Iouis cenæ ad noctem quando captus est, vel exiret in montem Oliueti, & tamen

Bethania erat villa sororũ Lazari.

Nota locum, & lectum ubi, vt communitur Christus dormiebat.

tamen propter multum temporis, quod residuum erat, declinabat quoridie Bethaniam, vt ibi doceret de regno Dei.

Mane autem reuertens in ciuitatem, esuriit. Et videns fici arborem vnã, secus viam venit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum, et ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis.

Mar. 11. b. Luc. 13. b. Mar. 11. e. Luc. 17. b.

Reprobatio pontificum scribarum, & pharisæorum.

Mane autem. Hic ponitur reprobatio pontificum, Scribarum, & Phariseorum in signo manifesto, scilicet, quod ipsi maledicendi erant sicut ficulnea. Et dicitur. Mane autem reuertens. scilicet, præcedenti die ad vespere declinauerat de Ierusalem in Bethaniam, & manserat ipsa nocte ibi: in aurora autem redijt in Ierusalem, vt prædicaret in templo. In ciuitatem. Scilicet Ierusalem, non nominat illam, quia ex præcedentibus colligitur, de qua diceret. Esuriit. Corporaliter, & ideo petiuit cibum corporalem. Et videns arborem fici. Idest ficulneam. Erat ista ficulnea longè a via, & dicitur Mar. vndecimo. scilicet. Cumque vidisset longè ficum. Vnam. Scilicet, erat sola. Secus viam. Idest, iuxta: non autem erat multum propinqua, sed potius distans. Venit ad eam. Idest, ad ficulneam. Et nihil inuenit in ea. Non enim habebat ficus. Nisi folia tantum. Hæc enim habebat, quæ ostendebant ipsam habere fructum: & fructum non habebat. Et ait illi. Idest, ad ficulneam. Nunquam ex te fructus nascatur. Idest, quia habes folia, & non fructus maledico te, vt nunquam possit ex te fructus aliquis nasci. In sempiternum. Idest, non solum non nascatur isto anno fructus ex te: sed etiam nullo tempore. Et continuo arefacta est ficulnea. Idest, statim dictis verbis illis arida facta est, sicut non apparet iam arbor viuens. Et videntes discipuli eius. Scilicet, videntes quomodo arefacta est statim post verba eius. Mirati sunt. Erat enim res ista admirabilis, quod statim dictis verbis desiccaretur tota ficulnea. Dicentes, quomodo continuo aruit? Idest, quomodo potuit continuo areferi dictis verbis Christi? Respondens autem Iesus. Scilicet, ad verba admirationis illorum. Dixit: Amen dico vobis. Idest, certè dico vobis. i. non dubitetis de hoc, quod non solum ego, sed etiam vos facere potestis istud, & quilibet alius, qui non dubitauerit orando. Si habueritis fidem. Idest, fiduciam de obtinendo. Et non hæsitaueritis. Idest, nõ habueritis scrupulum aliquem dubitationis. Non solum de ficulnea facietis. Idest, non solum de ficulnea, quæ videtur esse minor: sed etiam de rebus maioribus poteritis facere, quidquid volueritis. Sed & si monti huic dixeritis. Ostendit montem ad oculum, de quo loquebatur. Tolle, & iacta te in mare. Idest, surge hinc, & iacta te in mare: vel pone te super vndas maris. Fiet. Idest, non erit resistentia: sed ibit mons in mare. Et omnia quæcunque petieritis. Postquam dixit de eradicatione montis, quæ erat res magna, concludit

generaliter de omnibus alijs, quod obtinerent quidquid vellent in illis. In oratione. Idest, orantes ad Deũ, vt faciat illa: quæ vos ex virtute vestra, vel mandato non poteritis facere. Christus autem sine oratione facere poterat: quia erat Deus. Credentes. Idest, fiduciam habentes firmam sine hæsitacione: quia quilibet modo infirmatur in corde suo, dubitans an fiet quod petit, nihil obtinet. Accipietis. Idest, obtinebitis fieri: quia quædam oramus, in quibus nihil accipimus: quia pro nobis non petimus, sed obtinemus quod petimus: sed quia obtinendo beneficium suscipimus, cum propter nos, idest, in fauorem nostrum, Deus concedat, quod petimus, dicimur accipere, quod petimus a Deo.

Quomodo maledictio ficulneæ, se habet ad tempus eiectionis ementium & vendentium. Questio XC VII.

QVAERETVR circa hoc, quod dicitur hic de ficulnea a Christo maledicta, quomodo se habet ad tempus eiectionis ementium & vendentium. Dicendum, quod quantum ad hoc multum discordant Marcus & Mattheus. in ordine narrationis, licet in veritate rerum gestarum non differant. Et est dicendum, quod Marcus vult, quod Christus die in ramispalmarum receptus fuerit in templum cantantibus pueris, & redijt in Bethaniam ad vespere, & ipsa nocte nihil fecerit: sequenti autem die in aurora, cum rediret in Ierusalem inuenit ficulneam in via, & maledixit ei: & post hoc introiens ipsa die in templum eiecit ementes, & vendentes de templo. Mattheus autem vult, quod die in ramispalmarum, qua intrauit in templum, statim eiecit ementes, & vendentes de templo, & rediret in Bethaniam: sequenti die, quando redibat in Ierusalem maledixit ficulneæ, & ita ponit ipse, primõ die eiectos vendentes. Marcus verõ secundo die, & non apparet aliqua ratio necessariõ conuincens potius pro vna parte, quã pro alia: & ita posset vtrunque liberè teneri, vt dictum est supra. Est autem dicendum, quod circa istud factum aliquid est, in quo ambo consonant, & ambo discordant in aliquo: ambo enim concordant, quod secunda die fuerit ficulnea arefacta, sed discordant in eiectione, quia Marcus vult factam esse secundo die, ex ordine literæ, Mattheus autem primo die.

In quæst. 64.

Dicendum autem videtur multum probabiliter, De ordine quod ordo rerum gestarum fuerit ille, quem Mattheus secutus est, & non ille, quem Marcus: & hoc quia litera Matthei efficacius videtur concludere hoc quã litera Marci contrarium: eo quod tenendo factam esse eiectionem prima die, facilius est respondere ad literam Marci, quã sit respondere ad literam Matthei, tenendo factam esse secundo die. Nam Marcus vndecimo, dicitur & introiuit Ierosolymam in templum. Quod intelligitur de primo die, idest, die in ramispalmarum, & sequitur: Et circumspectis omnibus, cum iam vespere hora esset, redijt in Bethaniam, scilicet, in ipsa die prima in ramispalmarum, & sequitur: Et alia die cum exierit a Bethania, esuriuit: & cum vidisset a longè ficum &c. Et ita secundo die ostendit fuisse ficulneam maledictam: & quia istud clarè colligitur ex Marco, non solum ex ordine literæ, sed etiam ex intentione expressa, cõcedimus, quod verè fuerit maledicta ficulnea secunda die: & dicitur ibi in litera, quod dixit Christus: iam non amplius in æternum quicquam ex te fructum manducet, & audiebant discipuli eius: Et sequitur: Et veniuit Hierosolymam, & cum introisset in templum, cepit eiecere ementes & vendentes: & ita sequendo ordinem literæ,



teræ, dicitur, quòd eiectionem vendentium fuerit post maledictionem ficulneæ, & consequenter fuerit die secundo. Et tamen dicendum, quòd cum solum ordo literæ hoc suadeat, sed intentio euangelistæ non appareat per aliqua verba, quòd fuerit post maledictionem ficulneæ. Potest dici, quòd fuerit recapitulatio cum deberet præponi: nam necesse est dici, quòd aut Marcus, aut Matthæus fecerunt recapitulationem, vel anticipationem hic, cum ponant contrarium ordinem: & tamen facilius est de Marco hoc dicere, quàm de Matthæo: & hoc patet, quia Matthæus non solum ex ordine literæ, sed ex intentione etiam sua ostensa per literam expressè aperit, quòd fuerit hæc eiectione prima die: & quòd fuerit ante maledictionem ficulneæ. Nam dicitur supra in litera, & cum intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas: & intrauit in templum Dei, & eiecit omnes emittentes, & vendentes in templo. Erit apparet ex ordine literæ, quòd prima die statim, quòd in templum intrauit eiecit emittentes, & vendentes de templo. Et quantum ad hoc possit dici, quòd erat anticipatio, cum solum appareat ex ordine literæ, & non de intentione Euangelistæ expressa per literam, & tamen ea, quæ sequuntur, videntur ostendere necessariò, quòd talis fuerit ordo. Nam post eiectionem vendentium sequitur: Et accesserunt ad eum claudi, & cæci in templo, & sanauit eos: & ita in eodem cõtextu antequam exiret de templo, postquam eiecit venditores, sanauit cecos & claudos: & statim dicitur, quòd videntes hæc principes sacerdotum, & pueros clamantes Hosanna indignati sunt: & Christus respondit illis: Nunquam legis, ex ore infantium perfecisti laudem? Et sequitur statim. Et relictis illis, idest, principibus sacerdotum, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique manfit: mane autem reuertens in ciuitatem, esuriit, & videns arborem ficu, &c. et ita iam post eiectionem vendentium, reliquerat principes sacerdotum de hoc indignatos, & abiit ipsa nocte in Bethaniam, & sequenti die cum rediret de Bethania in Ierusalem inuenit ficulneam, & maledixit illi: ideo multo verisimilior est ista positio, quàm quòd teneatur ordo Mar. Sed dicendum est, quòd Marcus recapitulationem vsus est. Matthæus autem tenuit hic ordinem naturalem rerum gestarum. Sic tenet August. lib. de Concordan. euangeli. dicens: In hoc etiam Marcus non eundem ordinem tenet cum Matthæo: sed quia Matthæus ita connectit. & relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam: verum mane reuertentem in ciuitatem arbori maledixisse commemorat, probabilius creditur ipse potius ordinem tenuisse temporis de vendentibus, & emittentibus eiectionis de templo: prætermisit ergo Marcus, quod prima die factum est, cum intrauit in templum, & recordatum interposuit, cum dixisset, quòd non inuenit aliquid in ficulneâ præter folia, quòd secundo die factum est, sicut ambo testantur. Sed adhuc alicui videbitur manere difficultas: quia Mar. 11. capit. ponitur, quòd maledixerit Christus ficulneâ & non sequitur, quòd aruerit, sed quòd discipuli audierunt verba maledictionis, & statim sequitur de eiectione vendentium, quo expleto sequitur, & cum vespera esset egrediebatur de ciuitate, & cum mane transiret, viderit ficu arefactâ a radicibus, & recordatus est Petrus &c. & ita manifestè innuitur, quòd non fuerit factum de ficulneâ vna die, sed in duobus: & non taliter qualiter refert Matthæus hic.

Dicendum, quòd hæc non obstant, respondebitur enim ad ea infra quæstio. 129.

Quare fuit Christus reuersus sequenti die mane, & quem modum Christus tenuit in istis quinque diebus ante mortem suam. Quæst. XCIII.

**QVAERETVR**, quare fuit Christus reuersus sequenti die mane: & quem modum Christus tenuit in istis diebus.

Dicendum, quòd Christus venit in Ierusalem die in ramispalmarum, & occisus est die veneris sequenti, qui erat primus dies azymorum. Nam ipsa nocte, qua mandeducavit Pascha cum discipulis. scilicet Iouis, quòd in crastinum captus est, & sequenti die occisus: & ita venit in Ierusalem die quinto ante Pascha: quia, vt dicitur, Io. 12. c. Venit Iesus in Bethaniam sex dies ante Pascha, siue ante sex dies Pasche: & dicitur ibi, quòd in crastinum iuit in Ierusalem cum ramispalmarum, & turba canente: Tota autem vita Christi his diebus fuit sic, quòd ibat Christus in aurora ad templum, & manebat ibi prædicans magna parte diei: & deinde reuertebat in Bethaniam, & reficiebatur, & manebat reliqua parte diei, & nocte tota: & deinde in summa aurora reuertebat in Ierusalem in templum, & prædicabat: & deinde reuertebatur in Bethaniam, ad hoc enim adiuuabat, quia Bethania erat iuxta Ierusalem. quindecim stadiis distans, quæ faciunt quasi leucam. Ioan. 11. c. Et ita sine magna difficultate poterat quotidie ire & reuerti: & hoc fecit vsque ad diem Iouis cenæ: quia erat Pascha ipso die ad vesperum: & Pascha non licebat marducari in quolibet loco, sed solum in locum sanctuarij. Deuetero. 16. c. Ideo discipuli quæsierunt ab eo, vbi iuberet parari Pascha ad manducandum, & ipse iussit in ciuitate, in loco quodam, infra vigesimosexto, & Mar. 14. in sanctuario. Paschamã ducabatur in sanctuario.

Quare fuit Christus reuersus sequenti die mane: & quem modum Christus tenuit in istis diebus ante mortem suam. Quæst. XCIII.

Dicendum, quòd Christus venit in Ierusalem die in ramispalmarum, & occisus est die veneris sequenti, qui erat primus dies azymorum. Nam ipsa nocte, qua mandeducavit Pascha cum discipulis. scilicet Iouis, quòd in crastinum captus est, & sequenti die occisus: & ita venit in Ierusalem die quinto ante Pascha: quia, vt dicitur, Io. 12. c. Venit Iesus in Bethaniam sex dies ante Pascha, siue ante sex dies Pasche: & dicitur ibi, quòd in crastinum iuit in Ierusalem cum ramispalmarum, & turba canente: Tota autem vita Christi his diebus fuit sic, quòd ibat Christus in aurora ad templum, & manebat ibi prædicans magna parte diei: & deinde reuertebat in Bethaniam, & reficiebatur, & manebat reliqua parte diei, & nocte tota: & deinde in summa aurora reuertebat in Ierusalem in templum, & prædicabat: & deinde reuertebatur in Bethaniam, ad hoc enim adiuuabat, quia Bethania erat iuxta Ierusalem. quindecim stadiis distans, quæ faciunt quasi leucam. Ioan. 11. c. Et ita sine magna difficultate poterat quotidie ire & reuerti: & hoc fecit vsque ad diem Iouis cenæ: quia erat Pascha ipso die ad vesperum: & Pascha non licebat marducari in quolibet loco, sed solum in locum sanctuarij. Deuetero. 16. c. Ideo discipuli quæsierunt ab eo, vbi iuberet parari Pascha ad manducandum, & ipse iussit in ciuitate, in loco quodam, infra vigesimosexto, & Mar. 14. in sanctuario.

Quare fuit Christus reuersus sequenti die mane: & quem modum Christus tenuit in istis diebus ante mortem suam. Quæst. XCIII.

Dicendum, quòd Christus venit in Ierusalem die in ramispalmarum, & occisus est die veneris sequenti, qui erat primus dies azymorum. Nam ipsa nocte, qua mandeducavit Pascha cum discipulis. scilicet Iouis, quòd in crastinum captus est, & sequenti die occisus: & ita venit in Ierusalem die quinto ante Pascha: quia, vt dicitur, Io. 12. c. Venit Iesus in Bethaniam sex dies ante Pascha, siue ante sex dies Pasche: & dicitur ibi, quòd in crastinum iuit in Ierusalem cum ramispalmarum, & turba canente: Tota autem vita Christi his diebus fuit sic, quòd ibat Christus in aurora ad templum, & manebat ibi prædicans magna parte diei: & deinde reuertebat in Bethaniam, & reficiebatur, & manebat reliqua parte diei, & nocte tota: & deinde in summa aurora reuertebat in Ierusalem in templum, & prædicabat: & deinde reuertebatur in Bethaniam, ad hoc enim adiuuabat, quia Bethania erat iuxta Ierusalem. quindecim stadiis distans, quæ faciunt quasi leucam. Ioan. 11. c. Et ita sine magna difficultate poterat quotidie ire & reuerti: & hoc fecit vsque ad diem Iouis cenæ: quia erat Pascha ipso die ad vesperum: & Pascha non licebat marducari in quolibet loco, sed solum in locum sanctuarij. Deuetero. 16. c. Ideo discipuli quæsierunt ab eo, vbi iuberet parari Pascha ad manducandum, & ipse iussit in ciuitate, in loco quodam, infra vigesimosexto, & Mar. 14. in sanctuario.

Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò A exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti: & omnis populus manebat ad eum in templo audientem. & istud dixit de illis diebus quinque, qui fuerunt inter diem in ramispalmarum, & Pascha. Quod patet, quia post ista verba, statim nullo interposito adiunxit Lucas: Appropinquabat autem dies azymorum, qui dicitur Pascha. Et dicitur, quòd erat diebus in templo docens, scilicet, magna parte cuiuslibet illorum dierum quinque, & postea diuertebat ad refectorem suam rediens in Bethaniam. Quod autem dicitur, quòd noctibus manebat in monte Oliueti, non est intelligendum, quòd dormiret in monte, idest, in agro extra domos: licet hoc aliquando Christus egerit, dormiens in horto illo, in quo captus est, vt innuitur Ioannis decimo octauo capitulo, sed dormiebat in Bethania, vt Matthæus & Marcus innuunt: sed quia illa villa est in monte Oliueti, scilicet, in latere eius, manendo ibi dicebatur manere in monte Oliueti. Sic etiã dicit Beda: Cum iam vespera esset hora, exiit cū duodecim in Bethaniam: non enim hoc semel fecit, sed per omnes quinque dies, ex quo Ierosolymam ascendenderat, vsque ad tempus passionis, hoc ipsum semper agere solebat, vt per diem in templo doceret: nocte verò exiens maneret in monte Oliueti.

Ad quid Christus veniebat quotidie in templum de Bethania ad predicandum, cum esset maximus labor. Quæstio XCIX.

**QVAERETVR**, ad quid veniebat quotidie Christus in templum de Bethania ad prædicandum: cum tanti esset laboris quotidie hoc facere.

Dicendum primò, quòd Christus hoc faciebat, quia commune erat ei in omni tempore similia facere: licet enim non legamus eum in alio tempore manere in Bethania, & venire ad prædicandum quotidie in Ierusalem: tamen hoc erat commune, quòd in quocumque tempore, & quocumque loco esset, non manducabat panem ociosus, sed semper vacabat doctrinæ, & verbo: & hoc quia istud erat officium, ad quod venerat. Sic enim dixit Marc. 1. & Luc. 4. Eamus in proximas villas, & in proxima loca, vt ibi prædicem: ad hoc enim missus sum. Et in hoc tantum feruorem ostendebat, quòd sepe cum cibo vacare vellet, venientibus de nouo turbis ad eum surgebat a mensa, & prædicabat illis, vt patet Mar. 3. et aliquando cum iam præterisset hora ciborum, & labore itineris fatigatus esset, offerentibus discipulis ei cibos manducare volebat, expectans aliquos, quos ad se venturos sciebat: sicut patet Ioan. decimo quarto capitulo. quando venerunt Samaritani ad eum ad fontem. Et intantum erat iste feruor magnus, quòd putabatur a discipulis interdum rationem excedere, & semel vocauerunt eum insanum: & exierunt tenere eum dicentes, quoniam in furorem versus est. Marc. 3. capit. 1. quando volente eo federe ad mensam hora tarda, superuenerunt turbæ de nouo: & ipse recedens a mensa exiit ad turbas, vt predicaret eis: & tunc exierunt discipuli tenere eum dicentes, quoniam in furorem versus est. Non ergo erat nunc admirandum, quòd istud faceret, cum postquam prædicare coepit semper fuerit ardens in isto opere. Secundo fuit specialiter, quia nunc Christus transiturus erat de hoc mundo per mortem: & quia multa sibi agenda manebant, tempus autem paucum erat, oportebat feruenter insistere huic operi, potius quam alijs temporibus: vnde apud Euangelistas plura leguntur dicta, & facta istis paucis diebus, scilicet, quinque, quàm in multis alijs diebus simul: & etiam in istis diebus faciebat opera singulariora, quàm alio tempore.

Officium Christi ad quod missus fuerat.

No. feruorem Christi circa prædicationem, & doctrinam: quomodo exemplum nostri episcopi, qui in eius successit loco.

pore: sic innuitur Ioan. decimo tertio. Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui in mundo erant, & in finem dilexit eos: & ita innuitur, quòd ea, quæ sequuntur ibi, scilicet, de lotione pedum, & de confectione corporis sui, & sanguinis non fecisset tunc, nisi quia tunc transiturus erat de mundo: & ita loquendo multa dicebat discipulis suis specialia, quæ prius non dixerat, vt patet Ioan. decimo tertio, vsque ad decimo octauum cap. Tertio fuit, quia nunc erat tempus paschale, & conuenerat maxima multitudo: & ideo erat conuenientissimum tempus prædicandi. Nam ter in anno venire tenebatur omnis masculus de genere Israel in sanctuarium Domini. Exod. vigesimo tertio, et trigesimo quarto. Et illud erat nunc in Ierusalem, scilicet, templum Salomonis: Et inter cetera festa præcipuum erat festum azymorum, in quo plurimi veniebant: & istud festum erat nunc, vt patet Ioan. 12. capit. Et turba multa conuenerat, etiam si nondum esset festum, quia præoccupauerant venire, vt purificarent se ante festum, secundum ritum legis, & puri possent manducare Pascha. Io. 11. quia Pascha ab immundis manducari non poterat. Nume. 9. capit. Sed differrebat illud ad sequentem mensem, & ita principes sacerdotum noluerunt introire in prætorium Pilati, ne contaminarentur, sed manducarent Pascha, Ioan. decimo octauo. Et ista turba multa exiit ei obuiam de Ierusalem cum ramispalmarum: Ioan. duodecimo cap. circa hanc multitudinem frequentare verbum prædicationis conueniens erat, quia fortè multi ibi erant, qui nunquam prædicantem Christum audierant, & conueniens erat, nunc eos plenè informari, vt crederent: quia non erat eis amplius prædicaturus: etiam erant ibi aliqui gentiles, qui venerant ad adorandum in templo, Ioan. 12. et illi volebant videre Christum, et audi re. eo. cap. et propter istos expediebat frequentare sermonem. Quarto fuit, vt per frequentem prædicationem esset Christus notus toti genti Iudæorum, quæ venerat ad diem festum, & postea cū occideretur, scirent quem occidebant. Nam cum post quinque dies occidendus esset, si hoc tempore se subtraheret turbis, vel saltem non se manifestaret eis, valde posset ignorari ab illa multitudine, quæ conuenerat, & tunc non esset mirum, si suadentibus principibus sacerdotum, peteret tota turba Iesum crucifigi: quia nesciret quis esset: nunc verò cum tam frequenter, & quotidie prædicaret, tota turba eum notum habebat, quia dicitur Luc. 21. capit. quòd erat diebus in templo docens, & noctibus manebat in monte Oliueti, & omnis populus manebat ad eum audiendum. Et sic non deberet per suaderi a pontificibus ad petendum eum ad mortem, et si persuaderi voluerunt, apparet eos de magna culpa teneri. Quintò, vt manifestior sit Iudæorum iniquitas coram tota gente eorum: et etiam coram gentilibus. scilicet, quòd talem virum sanctum occideret, qui erat doctor veritatis, et tam feruenter instabat doctrinæ, et profectui populorum: erant enim multi Iudæorum, qui non cõsentiebant huic morti Christi. sic dicitur Luc. 23. & omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculũ istud, & videbant quæ fiebant, percutiebant pectora sua & reuertebantur. Isti autem dolebant, quia videbant virum sanctissimum iniuste occidi: & hoc quia viderant opera eius, & doctrinam, & postea referrent in regionibus suis de ista tam iniqua morte, & sic fierent faciliores ad credendum resurrectionem eius, & recipiendum legem eius, quam ipsi per os eius prædicari audierant: ideo conueniens fuit, quòd valde instaret doctrinæ tempore illo. Etiam fiebat hoc propter gentiles: nam etiam multi gentiles conuenerant in Ierusalem, vt adorarent in die festo: Ioan. 12. c. & illi audientes

Sed restat dubium quod examinatio erat ista quæ conuenerant principes sacerdotum introeundo in prætorium Pilati. vide 266.

dientes doctrinam illius, & postea videntes iniustam mortem annunciauerunt in populis suis: et ita fierent faciliores gentes ad credendum in Christum. Sexto fuit, ad ostendendum Iudæis, quod non occidebant eum quasi nolentem, sed quod ipse sponte venerat ad mortem. Nam toto tempore precedenti manebat cum eis in templo, publice predicans, & non audebant manum mittere ad eum. Nunc autem miserunt: ideo signum fuit, quod prius non audebant, sed tunc ipse se tradidit cedens eis horam ad hoc: sic dicitur Lu. 23. c. Quotidie fueram vobiscum in templo, & non extendistis manus in me, sed hec est hora vestra, & potestas tenebrarum. Et tunc non potuisset nunc dicere Christus hec, nisi omnibus istis diebus veniret ad predicandum: ideo quotidie predicauit illis quinque diebus usque ad mortem.

Quare Christus in aurora reuertebatur de Bethania in templum. Quæstio C.

Quæretur, quare Christus in aurora reuertebatur. Dicendum, quod primo faciebat ad ostendendum se sollicitum laboretem. Nam operator studiosus nullam partem diei sine opere relinquit: & tamen mane est melior pars diei: ideo in mane incipiebat: sic dicit Beda. Nota autem moram studiosi operatoris, dum dicitur, mane reuertisse in ciuitatem, ut predicaret, & ut aliquos Deo patri lucrificeret, & vocatur hic mane ipsum crepusculum matutinum ante solis ortum, statim ut ceciderunt tenebræ noctis. Sic dicit Hierony. Dicitur autem noctis tenebris, cum dominus in ciuitatem reuerteretur, esuriit. Secundo fuit, quod ipse iturus erat in Ierusalem, & ibi predicaturus, & distabat a Ierusalem per leucam. sper quindecim stadia Io. 11. c. ideo, ut veniret tempore conuenienti ad predicandum, incipiebat mane venire. Tercio, quia illo tempore Christus iturus erat, quod populus vellet eum audire prompte: & tamen in aurora erat populus expectans eum ad audiendum: ergo mane venire debebat ad predicandum: sic dicitur Luc. 21. Diebus erat in templo predicans, & noctibus exiens morabatur in monte, qui dicitur Oliueti, & omnis populus manebat ad eum in templo audire eum: ut igitur non expectaret superuacue eum populus, veniebat mane. Quarto, quia cum Christus appropinquaret passioni, & quæto in qualibet predicatione multa dicturus esset ad longam horam opus erat: non posset autem facere nisi cito inciperet, quia populus non posset expectare usque ad tardam horam diei, quia illud erat tempus diuertendi ad cibos, & ad alia: ideo veniebat summo mane, ut sic diu eum posset audire populus, & non attedia-ret. Quinto etiam conueniebat ipsi Christo: non habebat hospitium in Ierusalem ad manendum, neque ad sumendum cibos, sed quotidie post predicationem reuerteretur in Bethaniam ad refectioem: ideo oportebat, ut cito inciperet predicationem: quia alias tarda hora esset, quando finiret, & tardior multum quando rediret in Bethaniam ad refectioem: & licet Christus in seipso satis toleraret, tamen discipuli sui, qui ad huc infirmi erant: grauarentur nimium, & debilitarentur ex hoc: Christus autem volebat contristare eos, ideo veniebat summo mane, ut redire posset hora competentis: sic enim quadam vice valde indignati sunt contra Christum: quia cum esset tarda hora, & ille sedere vellet ad mensam, superuenientibus turbis ad eum, exiit ad illas, & tunc discipuli exierunt tenere eum, ne exiret, dicentes: Quoniam in furorem versus est.

An ista fames fuerit vera, vel non. Quæstio C I.

Quæretur, cum dicatur hic, quod mane reuertens, esuriit, an ista fames fuerit vera, vel non. Dicendum, quod fames, si non est vera non est fames: & tamen Matthæus, & Marcus dicunt, quod Christus esuriit: ideo asserendum est, quod fuerit vera fames. Secundo, quia in Christo ponimus quotidie fuisse veram famem: ergo & tunc conueniens est fuisse famem veram, est enim fames appetitus cibi, sed in Christo quotidie erat iste appetitus, cum quotidie vteretur cibis: & tamen sumere cibum non est, nisi propter appetitum, & indigentiam eius, ergo quotidie famem patiebatur. Tertio patet, quia in Christo erat ista passio famis, & sitis sicut in nobis: accepit enim Christus passiones nostras, & defectus, qui non dicunt peccatum, neque ad peccatum mouent, neque ipsum indiuiduum reddunt minus laudabile, scilicet illas, quæ ostendunt veritatem naturæ humanæ, & sunt communes omnibus, ut famem, sitim, soporem, pati a frigore, a calore, & a duris, et cæteris, quæ sunt secundum tactum: peccatum autem & ignorantiam, et passionem affectionis, secundum quas tentari dicimur, ut libido & similes non accipit: non est autem aliqua magis ostendens veritatem humanæ naturæ, quam famem, quæ est ad conseruationem indiuidui, ergo istam suscepit: si enim non pateretur famem, non vteretur cibo: quia esset superuacuum, & si cibo non vteretur, nemo eum hominem putaret, sed phantasticum habere corpus, cum & nunc cibis utentem & agentem, quæ cæteri homines agunt, dixerunt quidam heretici non habuisse verum corpus humanum: ergo & nunc veram famem habuit.

An ista fames fuerit naturalis, vel supernaturalis. Quæstio C II.

Quæretur, dato quod fuerit ista fames vera, an fuit naturalis, id est, ex naturali causa proueniens, vel supernaturalis fuerit, id est, proueniens ex causa voluntaria. Aliqui dicunt, quod fuit naturalis: nam sicut in Christo quotidie erat vera fames, ita & erat naturalis, id est, proueniens ex defectu quodam nutritiæ conuertibilis ad restaurationem deperditæ per continuam actionem caloris. Ideo videtur, quod non debet poni supernaturalis: nam nunquam est ponenda pluralitas, neque miraculum sine necessitate: ergo ubi potest aliquid sine miraculo poni, non debet dici, quod fuit miraculum, sed in Christo poterat esse fames naturalis, cum in eo quotidie esset naturalis fames: ego non debet poni, quod fuerit ista supernaturalis. Dicendum, quod sicut fames quædam est naturalis, id est, proueniens ex defectu cibi conuertibilis ad restaurationem deperditæ: ita & quædam est supernaturalis, id est, proueniens ex causa voluntaria: potest enim Deus appetitum cibi causare, ubi nullus defectus est, sed repletio. In presenti autem, licet posset quis ponere in Christo famem naturalem, cum soleret eam pati: tamen tunc non erat verisimile, quod esset naturalis: quia nocte precedenti comederat sumendo refectioem necessariam: ideo non est verisimile, quod ante solis ortum esuriret. Nam in crepusculo matutino, ut dictum est supra veniebat de Bethania in Ierusalem. Sed dicendum, quod istam famem voluit nunc Christus in seipso causare ad significationem rerum: nam volebat ire ad ficulneam, ut nihil inueniendo in ea malediceret eam: & tamen cibum querere non debebat, nisi esuriret: ideo voluit in seipso famem causare præter cursum naturæ: ideo non erat naturalis.

Christus accepit passiones nostras præter peccatum.

In quæstio 101.

naturalis. Et patet, quia si esset fames naturalis, & iret Christus ad ficulneam: ideo diceretur illuc iussisse, quia esuriebat, & non ob aliam causam. Et tunc falsum est, quia etiam si esuriret naturaliter, non iret tali hora ad capiendum cibum, sed sustineret cibum: quia inhonestum erat tali hora manducare: cum dicatur Ecclesiastes 10. c. vae tibi terra, cuius rex est puer, & principes eius mane comedunt. Christus autem erat omnis virtutis exemplar: ideo non comederet tali tempore. ideo dicendum est, quod non fuit naturalis fames, sed a Deo supernaturaliter causata propter significationem.

Ad quid in Christo fuit fames ista supernaturalis.

Quæstio C III.

Quæretur, ad quid in Christo fuit fames. Nam videtur, quod nullo modo erat necessaria ista fames supernaturaliter: quia aut ista fames esset necessaria ad hoc, quod secundum eam comederet: aut ad hoc, quod discipulis se appetere cibos ostenderet. Non autem ad primum, quia Christus non comedit tunc quidquam: neque ibat animo comedendi. Nam si hoc animo iret, ipse pararet sibi mercedem: non etiam quantum ad secundum, quia siue verè Christus in se haberet passionem famis siue non: discipuli non poterant scire, quia ista est passio interior, quam nemo agnoscat, nisi qui patitur: ideo siue famem pateretur, siue non, quando ibat ad ficulneam, non cognoscerent hoc discipuli: & ita superuacuum videbatur famem supernaturaliter causare in eo. Dicitur poterat, quod in Christo nulla fames tunc fuit, sed ibat ad ficulneam ut quæret in ea ficus, quasi famem patiens, nisi Euangelista diceret, quod esuriit, & quia illi asserit, quod esuriit, oportet concedi, quod vere esuriit. Et quia non erat verisimile, quod esset fames naturaliter proueniens, est dicendum, quod fuerit fames supernaturalis. Sed tunc dicitur, dato quod oporteat hoc concedere, quia Euangelista illud posuerunt, & ipsi non scripserunt, nisi quia fuit. Quare fuit: quia nulla necessitas videtur poni istam famem, ut dictum est.

Dicendum videtur quibusdam, quod fuit ad significationem. Nam Christus veram famem patiebatur, id est desiderium spiritualis salutis Iudeorum, & bonorum operum, & ad significandum illam voluit in se pati veram famem. Sed dicendum, quod istud non est necessarium, quia ad significandum aliquid oportet signum esse notum eis, quibus aliquid volumus significare: quia alias nihil magis notum erit signum, quam res significata, & consequenter erit inutile ponere aliquid tanquam signum: & tamen fames cum sit passio interior, quæ non poterat esse nota discipulis, qui illam non videbant non poterat esse conueniens signum: ideo non ponitur illa, ut signum, sed exteriora, quæ a fame prouenire videtur, scilicet ire ad querendum cibum, poterant esse conuenienter signum, & tamen ista poterat Christus habere sine aliqua fame supernaturaliter indita, vel causata, quod iret ad ficulneam, velut cibum quæsiturus: ergo non erat famem necessaria. Dicendum ergo, quod fames videtur fuisse necessaria solum ad verificandum scripturam, quæ de hoc fieret. Volebat enim Deus, quod istud factum Christi euntis ad ficulneam, & maledicentis eam scriberetur, et quia si scriberetur, quod Christus ibat ad querendum cibos, oportebat causam apponi: quia nihil ille sine causa legitima faciebat, et tamen cibi non sunt nisi ad famem tollendam, ideo debuerunt exprimeri, quod esuriit: sed hoc non poterat esse verum nisi si fames supernaturaliter causaretur in eo, ideo dicendum,

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

quod illa causata est, ut euangelista possent vera scribere. Alij dicunt, quod in Christo non fuit tunc fames vera, & ideo neque naturalis, neque supernaturaliter. Et ita non oportet responderi ad dubium: sed concedatur, quod sicut non fuit necessaria fames, ita neque vere fuit in eo: sed Euangeliste dicunt famem fuisse in Christo, vel quod esuriit, non quod ita fuerit, sed quod ita discipuli putauerunt: cum enim viderunt eum cibos querere, crediderunt, quod esuriebat, sed sciebant Euangeliste, quando scripserunt, quod Christus non esuriret, sed opinionem, quam tunc habuerunt discipuli, scribunt: sicut & circa sequentia manifestum est, quod dicitur, quod iuit ad querendum ficus, & non inuenit, ut dicitur hic, & Mar. 11. quod non ibat ad querendum, quia ipse sciebat, quod ficus non erant in ficulnea, sed Apostoli, putabant, quod ibat ad querendum, ideo sic scripserunt Euangelista. Sic dicit Chryl. Cum venisset ad ficulneam, nihil inuenit in ea præter folia: manifestum est, quod hoc secundum suspensionem discipulorum dicitur, qui aestimabant propter hoc Christum ad ficulneam accessisse, & propter hoc ab eo ficulneam maledictam, quia fructum non inuenit in ea. Ista positio satis verisimilis est. Sed quia communius tenetur, quod verè esuriret, & Chryso. dicit quod ex dispensatione Christus concessit carni suæ hanc famem, tenendum est quod verè esuriret, ut dictum est, supra, & fuerit fames ista supernaturalis, ut dictum est præceden. quæst.

Quare dicitur, quod mane reuertens esuriit. Quæstio C IIII.

Quæretur, quare dicitur, quod mane reuertens esuriit. Dicendum, quod ita fuit in veritate, quod in aurora, quoniam veniebat de Bethania in Ierusalem esuriit: id est Euangelista sic scripserunt, quia sic fuit. Sed dicitur, quare voluit Christus potius isto tempore esurire, quod alio. Nam cum fames ista esset supernaturalis, ut dictum fuit, supra, & ideo erat voluntaria, poterat quandoque vellet illam habere siue mane, siue meridie. Dicendum, quod fuit primo ad ostendendum, quod ista fames non esset ei naturalis. Nam si esset, quoniam Christus de Ierusalem rediret in Bethania facto sermone: quia esset iam magna pars diei lapsa, & forte circa meridiem: & tunc naturaliter famem pati posset, immo pati verisimile esset, & ideo si diceretur, quod eo tempore esuriret, intelligeret, quod naturalis erat fames: sed hoc non erat conueniens. Primo quia putaretur, quod ita fames esset appetitus corporalis cibi, & non esset significatiua alicuius rei, sicut fames nostra nihil significat, sed solum est desiderium cibi: sed de tali fame nihil in scriptura dicendum erat: quia in illa non describuntur nisi ea, quæ important aliquod mysterium: ideo debuit esse in mane tali tempore, in quo nemo verisimiliter putaret, quod Christus aut aliquis alius esuriret, & ideo Euangelista cautissime egerunt: quia non solum dixerunt Christum esurisse: sed etiam tempus descripserunt, scilicet, quod mane esurisset, ut ex tempore argui posset qualis erat ista fames. Sic & beatus Petrus arguit ex tempore de locutione Apostolorum per varia idiomata infuso subitō Spiritu sancto. Nam Iudæi ista videntes dixerunt irridendo, multo pleni sunt isti, & ille ait: non enim sicut vos aestimatis ebrii sunt isti omnes, cum sit hora dici tertia: sed hoc est quod dictum est per Iohel Prophetam. A fortiori, ergo cum esset nunc ante solis ortum, quando Christus dicitur esurisse, apparet, quod non erat fames naturalis.

Secundo, ut non attribueretur ei defectus ignorantie: nam cum esuriret, iuit ad ficulneam, in qua nihil inuenit nisi folia. Si autem esset hora tertia,

H h da

In q. 102

da in qua naturaliter elurire crederetur : putaretur. F Ierusalem, & non ad ficulneam. In eo autem paruo...

Quomodo dicitur videns arborem fici vnam secus viam, cum Marcus dicat a longe. Quest. CV.

QVAERETVR, quomodo stat, quia hic dicitur quod videns arborem fici vnam secus viam, id est iuxta viam. Nam Mar. contrarium dicere videtur...

Secundò fuit propter maledictionē ficulneae. Nam cum Christus inuenit, quod nihil haberet, maledixit illam. Et prima facie videtur, quod quasi hoc fecerit...

Quare Christus iuit ad ficulneam, quae aliquantulum distabat a via. Quest. CVI.

SEd queretur, quare Christus iuit ad ficulneam, quae aliquantulum distabat a via. Aliquis dicet, quod hoc fuit, quia accidit sic, quod illa ficulnea esset aliquantulum distans a via...

Secundò fuit propter maledictionē ficulneae. Nam cum Christus inuenit, quod nihil haberet, maledixit illam. Et prima facie videtur, quod quasi hoc fecerit...

Quare dicitur: Et videns arborem fici vnam. Quest. CVII.

QVAERETVR, quare dicitur, & videns arborem fici vnam. Aliqui dicunt, quod ideo dicitur, quia sic erat veritas, quod erat vna arbor ad quam Christus iuit...

Synagoga non habet fructum.

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Quare Christus venit ad ficulneam, cum sciret non habere fructum. Quest. CVIII.

QVAERETVR, quare Christus venit ad ficulneam: nam non habebat illa fructum, & ipse sciebat, quod non habebat fructum. Dicit potest vno modo, quod quantum ad id, quod discipulis videbatur...

Quomodo dicitur, quod non inuenit Christus in ficulnea nisi folia. Quest. CIX.

QVAERETVR, quomodo dicitur, quod non inuenit Christus in ea, id est in ficulnea nisi folia: ex quo innuitur, quod querebat, et ita putabat, quod aliquid in ea esset, vel dubitabat...

Hh 2 Dicen-



Dicendum vno modo, quod Christus dicebatur nihil inuenisse, non quasi aliquid quaereret: quia non quaerebat cum certus esset, sed similis quaerenti erat, scilicet, quia videbatur quaerere, cum iret ad ficulneam. Nam cum verè in ficulnea nihil esset: si Christus ostenderet se quasi scientem prima facie non inuenisset illuc, & tamen iuit: ideo ostendit se quasi quaerentem, & tunc cum ad quaerentem pertineat inuenire, vel non inuenire: dicitur Christus non inuenisse aliquid in ficulnea. Secundò dicitur, hoc non quantum ad veritatem, scilicet, quod Christus non quaerebat verè aliquid, sed quantum ad opinionem discipulorum, coram quibus ista fiebat: quia ipsi putabant, quod Christus iret ad ficulneam quaerens ficus, quasi putaret ficus esse ibi, vel de hoc dubitaret, & postea non inueniret. Sic dicit Chrys. Hoc autem suspitionem dicitur discipulorum, qui aestimabant propter hoc Christum ad ficulneam accessisse. Et propter hoc ficulneam ipsam maledictam esse, & in ea fructum non inuenit.

Quare dicitur, quod non inuenit Christus in ficulnea nisi folia tantum, & Mar. 11. dicitur, & nihil inuenit praeter folia. Quest. CX.

QVAERETVR, quare dicitur, quod non inuenit praeter folia. Dicendum, quod hoc expresserunt Euangelistae, quia valde conueniens erat ad id, de quo dicitur. Primò ad ostendendum Christum verisimilem. Nam dicitur, quod iuit ad ficulneam, siquid in ea inueniret: ergo oportebat, quod aliqua verisimilitudo esset, per quam aliquis posset moueri ad eundem ad ficulneam. Si autem sicut non habebat ficus, ita & esset tempus, in quo neque folia haberet, stultum esset ire ad quaerendum fructum: quia quando nondum sunt folia non possunt esse fructus. ut ergo ostendatur, quod non essent fructus in ea: erant tamen motiua aliqua, per quae posset putari, quod erant ibi fructus, dicitur, quod erant folia ibi, quia folia possunt arguere verisimiliter esse fructus. Secundò fuit, ut conueniat significationi: quia hoc intelligitur de Pontificibus, scribis, & Phariseis, qui nullum fructum bonorum operum habebant, sed solum folia apparentis sanctitatis, cum totum opus eorum consisteret in exterioribus mundiciis, & caeremoniis, ut dicitur sup. 15. & Mar. 7. cap. & per haec folia fallebant homines quasi habere fructus boni operis, quos non habebant: ideo meruerunt sicut ficulnea maledici, ut non deciperent de cetero gentem. Et hoc est, quod ablatum est ab eis regnum caelorum, sicut dicitur infra in litera.

Quomodo dicitur Marc. 11. quod non erat tempus ficorum: quia tunc actus Christi esset irrationalis totaliter. Quest. CXI.

QVAERETVR, quomodo dicitur Marc. 11. quod non enim erat tempus ficorum: nam per hoc videtur ostendi totus actus Christi irrationalis. Nam si non erat tempus ficuum, stultum erat, ficus in arbore quaerere. Dicendum, quod, ut dictum est supra, actus iste Christi eunris ad ficulneam fuit temperatus prudenter: ita ut non totaliter ostenderetur esse ad significandum, & nihil haberet de verisimilitudine literali, neque etiam tantum fuit verisimilis secundum litteram, quod tolleretur significationem, & ob hoc quaedam ponuntur, quae ostendunt factum esse ad significandum. Alia verò, quae ostendunt verisimilitudinem eius ad litteram, quasi aliquis potuisset verisimiliter moueri ad eundem ad ficulneam. De primo positum est, quod iuit Christus mane ad ficulneam, &

mane esurierit, sante occalum solis, in quo tempore non erat verisimile, quod esuriret naturaliter, neque si esuriret manducare vellet, sed potius propter honestatem vellet sustinere famem. etiam dicitur istud, scilicet, quod non erat tempus ficorum: & hoc Christus esse voluit, ut quando quis diligenter consideraret, inueniret, quod ipse non fecerat quasi esuriens, sed aliquid significare intendens. De secundo patet, quia posuit, quod ficulnea haberet folia, ex quo poterat argui, vel saltem dubitari, quod essent in ea ficus, etiam iuit ad eam, & videbatur ire animo quaerendi. Sic enim prima facie putauerunt discipuli, & ideo Christus dicitur Marc. vndecimo cap. quod iuit ad ficulneam habentem folia, siquid forte in ea inueniret, & ita conueniens fuit dici, quod non erat tempus ficorum, ut licet prima facie consideranti putaretur, quod Christus iuerat ad quaerendum ficus quasi esuriens, postea diligentius respicienti appareret, quod non fecerat propter hoc, sed ad aliquam significationem. Cum autem dicitur, quod hoc ita apertum est, quod nulla verisimilitudo relinquitur in actu, cum dicatur, quod non erat tempus ficorum.

Dicendum, quod adhuc verisimilitudo erat aliqua, quod posset esse ficus in ficulnea. Primò, quia licet nondum esset tempus ficorum: tamen erat ita propinquum, quod ille, qui non cogitaret, poterat verisimiliter aut saltem prima facie dubitare, an essent ficus in ficulnea. Sed dicit aliquis, quod non potest stare, quia hoc erat circa finem Martij. Nam erat ad festum Paschae Iudeorum, scilicet die lunam in Ramispalmarum. Nam Dominica in ramispalmarum venit Christus in Ierusalem, & rediit ipsa die in Bethaniam, sequenti autem die, cum rediret mane in Ierusalem esuriit, & factum est hoc, ut colligitur ex praecedentibus, & tamen in illo anno, scilicet in quo Christus passus est, fuit prima dies azymorum, idest dies Veneris, in quo Christus mortuus est die tertia Aprilis, ut approbauimus in libro nostro Defensorio trium conclusionum. Ergo dies lunae in ramispalmarum illo anno erat dies tricesima Martij: & tali tempore non possunt esse ficus, neque vnquam esse solent.

Dicendum, quod non tenet ratio arguendo ex regione nostra, quae est frigida, & in quinto climate constituta, cum terra Chanaan, in qua Christus erat, sit valde calida, utpote in tertio climate pro magna parte constituta, & in illa regione sunt fructus multum temporanei, & ita in fine Martij aut principio Aprilis possunt illi habere fructus, quos nos habemus in principio Iulij, & ita aliqua causa poterat esse verisimilis. Secundò erat verisimilitudo ex eo quod dicitur, quod erant folia. habebat. n. ficus illa folia, & ita nondum esset plenum tempus ficuum, tñ poterat cogitari, quod esset prima facie, ex eo quod folia iam erant argumentum fructus. Tertio quia si nondum esset tempus ficuum, poterat quis non aduertendo circa illud ire ad quaerendum ficus in arbore, sicut interdum aliquid est, quod nos scimus: ex quo necessario sequitur aliud, & tñ cognito primo non cognoscimus sñ in actu, eo quod circa illud non cogitamus: sicut facit qui cognoscit vniuersale, sub quo particulare necessario concluditur, & cognito vniuersali adhuc non cognoscit particulare, & sic facit incontinens, qui dicit omne tempus esse fugiendum, & tamen hoc turpe particulare sibi oblatum, quod est mechari, vel inebriari non cognoscit esse fugiendum, ut dicitur septimo Ethico. & hoc est, quia cognoscit vniuersale, & non cogitat quomodo vniuersale contineat particulare, & est sciens quasi in habitu potius quam in actu, cum non cogitet de particulari, ut continetur sub vniuersali velut sequatur ex eo, & ita dicitur primo Priorum, quod aliquis cognoscit.

Die 3. Aprilis Christi mortè obijt contra cõem opi. Sanctorum. Vide abbattonè i defensorio vbi multa notata digna repetitione.

In Martio in tota terra Chanaa colligunt fructus, ut apparet ex toto penitenteucho, & Iosue.

gnoscit, quod omnis mola est sterilis, & putat, quod haec mola habet in vtero, idest est fecunda, & hoc quia non cogitat tunc quomodo ex illo vniuersali, scilicet omnis mola est sterilis sequatur hoc particulare, scilicet haec mola est sterilis: & ideo putat, quod habeat in vtero sctum.

Quare potius ista arbor, in qua Christus quaesuit fructum, fuit ficus quam aliqua alia. Quest. CXI.

QVAERETVR quare potius ista arbor in qua Christus quaesuit fructum fuit ficus quam aliqua alia. Dicitur potest vno modo, scilicet quod per illam viam, per quam Christus veniebat de Bethania in Ierusalem, non erant aliae arbores nisi ficulneae, ideo in ficulnea factum est. Secundò potest dici, & melius, quod aliae etiam arbores erant, scilicet oliuae, quia veniente domino de Bethania in Ierusalem cedebant ramos de arboribus, & sternebant in via, & isti erant rami oliuarum, cum esset mons Oliueti, per quem esset transitus, & tamen fructus oliuae tunc esset in arbore, non erat ad cibum, ideo non iret Christus ad oliuam: ceterae arbores, si quae forte essent in via, pro illo tempore non erant tales, ut in eis posset esse ista verisimilitudo, eo quod in ficulnea factum est, quia illa iam habebat folia, ita ut prima facie credi posset, quia habet ficus, et secundum veritatem discussione facta intelligeretur, quod non fiebat ad comedendum fructum, quia nondum erat tempus ficuum. Alia autem arbores non concurrerant cum ficulnea, ita ut eodem tpe haberent folia, & non haberent fructus, & esset aequaliter verisimile, quod posset habere fructus: ideo potius in ficulnea quam in aliis factum est.

Quare dicitur in litera: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Quest. CXIII.

QVAERETVR, quare dicitur in litera: nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Dicendum, quod Christus voluit ficulneam sterilem reddere propter ea, quae dicitur sequi. quast. & hoc non fieret nisi poneretur in ea perpetuum nocumentum, ideo debuit sic dici. Si enim vellet Christus ad tempus reddere sine fructu, non oportebat, quod redderet sterilem, neque faceret aliquam immutationem exteriorem manifestam in ea. Si autem sterilem vellet in perpetuum facere, necesse erat, quod totaliter auferret ei virtutem germinandi: ideo debuit dicere, quod nemo manducaret ex ea fructum, vel non nasceretur ex ea fructus: quia cum dicitur hic, non nascatur ex te fructus in sempiternum: est sensus, quod nunquam germinaret quidquam, & idem cum dicitur Marc. 11. iam non amplius ex te in aeternum quisquam fructum manducet, scilicet nemo manducare possit: quod non fieret nisi non existente aliquo fructu eius. Secundò fuit, quia si Christus redderet ficulneam indispositam ad fructificandum, ad aliquod tempus: & tamen non simpliciter, maneret ei necessario virtus germinatiua, & consequenter non poterat esse tanta alteratio facta in illa, quod omnibus appareret: & tamen Christus volebat, quod appareret immutatio, quae facta est: ex verbo suo circa ficulneam notabiliter: ita ut admirari posset videntes, sicut discipuli admirati sunt, ergo oportebat eam penitus desiccare, et ita ablata omni virtute germinatiua non posset iam quis ex ea manducare fructum: & non solum fuit ista desiccatio talis, quae sufficeret ad oblationem virtutis germinatiuae: sed talis, ut manifestè appareret, quod nulla virtus maneret, cum dicitur, quod arefacta est a radice, ut dicitur Marc. 11. c.

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

An Christus maledixit ficulneae ex indignatione, vel ad significationem. Quest. CXIII.

QVAERETVR, quare Christus maledixit ficulneae. Dicendum primò, quod discipuli putauerunt hoc factum quasi ex indignatione, cum laborasset eundo ad ficulneam, ut cibos inueniret, et non inuenit. Sic dicit Chrys. Suspitionis autem discipulorum erat propter hoc eam esse maledictam, quia fructum non habebat. Sed dicendum, quod non stat. Primò quia cum tunc ceterae ficulneae eiusdem regionis non haberent fructum, omnes maledicendae erant, quod non fuit. Secundò quia secundum veritatem Christus non quaerebat fructum in ea, cum sciret non esse: ibi neque etiam illum desiderabat, quia non erat opus sibi ad aliquid: ideo non habere fructum non erat vlla causa maledictionis. Tertio quia si ficulnea non habebat fructus, non erat culpa sua: quia naturalia non merentur, neque demerentur, quia agunt sñm quod nata sunt agere, et ideo neque malum aliquid debet propter hoc inferri. Quarto, precipue, quia etiam si maledici posset, aut deberent naturalia, quae non se habent certo modo, idest arbores quae non producunt fructus: tamen ficulnea non erat maledicenda, quia non erat tempus ficorum, ut dicitur Mar. 11. ideo non poterat illa neque alia habere fructum. Sed dicendum, quod maledictio ista fuit primo ad significationem, ut ostenderetur sic maledicendos esse Iudaeos, quae maledictio ostendi debebat in aliqua corporali, ut agnosceretur, et hoc fuit in ficulnea. Secundò fuit ad ostensionem potestatis. Christus enim voluit ostendere potestatem suam discipulis sicut supra significatur in litera, scilicet: si habueritis fidem, et non haesitaueritis, non solum de ficulnea facietis: sed etiam si dixeritis monti huic: tolle, et iacta te in mare, fiet. Ideo conueniens fuit, quod malediceret ficulneam, et areferet.

Ad quid proderat nunc ista maledictio ficulneae, & quibus proderat. Questio CXV.

SED quaeretur ad quid proderat nunc ista maledictio ficulneae, quia neque discipuli poterant inde aliquid colligere, neque alij alij: cum Christus solus existens maledixisset illi. nam cum vidisset ficulneam a longe stantem iuit ad illam, in quo innuitur, quod ipse solus iuit, & manserunt discipuli in via, & ita nescirent quid circa eam faceret, ideo nesciret unde haec proueniebant ficulneae.

Dicendum, quod discipuli viderunt, quomodo ficulnea arefacta est a Christo faciente, quia dicitur in litera. & arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes, quomodo continuo aruit, & non solum viderunt discipuli ficulneam arefactam quasi arguerent eam a Christo arefactam, cum prius non esset arefacta, sed etiam ipsi audierunt verba maledictionis, quae Christus dixit contra ficulneam, et viderunt eam statim arefactam: ideo viderunt, quomodo malediceretur, et statim viderunt eam areferi: sicut verba Christi maledicentis significabant, et sic manifestè constabat eis, quod a Christo factum esset hoc. Sic dicitur Mar. 11. c. quod Christus dixit, iam non amplius in aeternum quisquam ex te fructum manducet: Et sequitur: Et audiebant discipuli eius. Sed adhuc dicitur, dato quod constaret discipulis, quod Christus aridam reddidisset ficulneam, ad quid proderat, quia ex hoc non intelligebant quidquam de significatione, quam Christus intendebat, cum ipsi potius putarent, Christum desiderio cibi iuisse ad ficulneam.

Hh 3 vt

vt colligitur Marc. 11. scilicet iuit ad ficulneam, siquid forte in ea inueniret. Dicendum, quod profuit illa maledictio a Christo facta, sed aliter profuit discipulis tunc, & aliter postea, & aliter nobis. De primo dicendum, quod discipulis tunc profuit illa exsiccatio subita ad ostendendum Christi potestatem. Nam cum viderunt, quod Christo maledicente illa, statim aruit, admirati, sunt, quasi esset aliquid magnum hoc fieri, & de significatione nihil dixerunt, ideo ad ostensionem istius potestatis eis profuit: & satis apparet, quod profuerit ad hoc, quia si hoc eis constaret non factio isto miraculo, non admirarentur quando fieret, & tamen introducantur hic plus admirati discipuli quam in alijs miraculis Christi: ergo profuit valde. Patet hoc quia dicitur in litera, & videntes discipuli admirati sunt dicentes, quomodo continuo aruit, & Mar. 11. introducit Petrus quasi admiratus, dicens: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti aruit. Secundo apparet ex dicto Christi, quia ex hac desiccatione nihil eis ostendit nisi potestatem orationis ex confidentia facte dicens: si habueritis fidem, & non haestaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed si monti huic dixeritis tolle te, & iacta te in mare, fiet. Et ita apparet ad quid profuerit ista exsiccatio tunc, quando facta est. Secundum est qualiter profuit postea discipulis, scilicet post Christi mortem, & dicendum, quod etiam profuit ad intelligendum significationem, quam Christus intendebat de maledictione, & reprobatione pontificum, scribarum, & Phariseorum: quia ante Christi mortem discipuli eius erant multum simplices, & multa ipse faciebat, & dicebat, quae illi non intelligebant, & post resurrectionem illius omnia intellexerunt, quia ipse aperuit eis intellectum, vt intelligerent scripturas. Sic dicitur Ioan. 2. cap. quando Christus respondens Iudaeis super eiectione prima vendentium de templo dixit, soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et inuaitur ibi, quod discipuli non intellexerunt tunc quid hoc esset sed sequitur. cum autem resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, scilicet mortem suam, & resurrectionem. Et sequitur. Et crediderunt scripturae, & sermoni, quem dixit Iesus. Et etiam quando dicunt eiecit vendentes & ementes de templo nesciebant discipuli, quare hoc faceret: sed postea recordati sunt de scriptura, & cognouerunt, quod fecisset ex zelo Dei: quia dicitur Io. 2. quod Christus dixit venditoribus: auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Et sequitur: recordati vero sunt discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuae comedit me. Et tamen dixit, & fecit Christus ista in principio predicationis suae, & quando vixit inter homines nunquam illud intellexerunt: postquam vero resurrexit, intellexerunt. Sic etiam illud quod dixit eis Christus: filius hominis futurum est, vt tradatur in manus hominum, non intelligebat, vt dicitur Luc. 9. scilicet. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud, & timebant interrogare. Alia autem multa erant, quae non intelligebat mox vt dicebantur, & tamen petebant a Christo declarationem illarum, & ipse statim exponebat, & interdum eis non petentibus declarabat. De primo patet, vt in eo quod dicit de manducantibus non lotis manibus, quia petuerunt a Christo illud edisseri, supra 15. & Mar. 7. & in parabola multis, quas dixit petebant declarationem, vt infra 13. & Luc. 8. & ibi Christus declarabat. De secundo patet, vt quando dixit modicum, & non videbitis me, Ioan. decimo sexto. Nam discipuli non intelligebant quid erat istud modicum, neque etiam audebant interrogare: & ipse respondit eis ibidem. Alia autem erant, quae non intelligebant, quando fiebant, aut dicebantur, & etiam non querebant de illis neque Christus respondebat, sed manebant eis occultata vsque post resurrectionem Christi: omnia autem talia intellexerunt post Christi resurrectionem: quia tunc ipse aperuit eis intellectum, vt intelligerent scripturas. Luc. vi. gesimo quarto. Scilicet, dixit illis: Opotet impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me: tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et ita licet nunc non intellexerint, quare Christus maledixisset ficulneae, intellexerunt post resurrectionem, sicut quando eiecit prima vice vendentes de templo, non intellexerunt discipuli, quare faceret, & quare sic responderet: discipuli tamen postea intellexerunt resurgente eo, vt dictum est: & ita quantum ad hoc profuit discipulis postea exsiccatio ficulneae. Tertium fuit quantum ad nos. Profuit enim nobis ad significationem, quia nos videntes re iam factam, & parabolas a domino dictas, quae de reprobatione Iudeorum sunt: manifeste intelligimus, quod illa maledictio ficulneae fuit ad significandum reprobationem illius gentis, quia omnia, quae dicuntur infra adiungunt ad hoc intelligendum: ideo conuenienter facta est maledictio ista ficulneae ad significationem.

Quomodo Christus voluit maledicere ficulneae, quae mali nihil merebatur. Quae. CXVI.

QV A E R E T V R, quomodo Christus voluit maledicere ficulneae quae mali nihil merebatur. Dicendum, quod si circa inanimata, & irrationabilia diceremus poenam, aut malum accidere, & eis fieri iniustum, dupliciter diceretur ista ficulnea iniustu passia. Primum, quia nihil mali meruit, quod fructum non haberet: quia res inanimatae quae se habent pure naturaliter, non agunt ex aliqua electione, sed ex natura necessitate, & determinatione, ideo quidquid in eis fiat, non dicuntur illa malum facere, vt dicamus eam malum mereri. Secundo, quia dato, quod largi accipiendo dicamus inanimata, aut irrationabilia malum mereri in quantum adhibita circa ea diligenti sollicitudine non producant id, quod ab eis rationabiliter expectatur: sicut dicitur Isa. 5. de vinea posita in cornu filij olei, circa quam cum factae essent omnes diligentiae, quae ibi habentur, expectabatur rationabiliter, quod faceret vvas, fecit autem labruscas, & ideo diripitur maceria eius, & dimittitur inculta, eod. ca. ista tamen ficulnea nihil sic mali meruit: quia nondum erat tempus ficuum, vt dicitur Mar. 11. c. quando quiescit dominus in ea fructum: ideo etiam si tunc non esset in ea fructus, non merebatur malum.

Dicendum, quod rebus irrationabilibus, & potissime rebus inanimatis, quae in nostra, vel alterius potestate sunt, iniustum facere non possumus, & ideo non dicuntur iniustum, aut malum, aut poenam pati. Si enim inanimata sunt nostra, vt domus, vel ager, quidquid circa illa faciamus, siue destruendo, siue seruando, colendo, vel incultum dimittendo, iniustum rebus nostris non facimus: quia non est iustum hominis ad possessionem suam. Si autem sunt inanimata, quae ad alterum pertineant, & non ad nos: faciendo aliquid circa ea non dicimur nocere illis, vel iniustum illis facere, sed dominis eorum: animata autem irrationabilia sensibilia tamen malum sentiunt, & ideo istis, siue in nostra, siue in aliena potestate sint, malum dicimur inferre, quia illud sentiunt, non tamen poenam, vel iniustum facere illis: quia hominis ad illa non est iniustum, sed ad possessorem eorum.

Rebus irrationabilibus iniustum facere non possumus.

Ficulnea autem licet esset animata, quia erat arbor, tamen non sentit: ideo malum ei non inferimus, neque iniustum facimus. Vnde si dominus eius illa exureret, aut eradicaret, non faceret ei malum, neque iniustum, neque alicui alteri: ita & Christus maledicendo ficulneam, per quam maledictionem exaruit, non fecit iniustum alicui, aut malum ficulneae.

Sed dicitur, quod dato, quod Christus non faceret malum, vel iniustum ficulneae, faceret illud suo, vel possessori ficulneae, qui ledebatur perdita re sua, vel deteriorata.

Dicendum, quod quantumcumque Deus destruat vel ledit res nostras, non facit nobis iniustum. Primum quia res, quae nostrae esse dicuntur, non sunt proprie nostrae sed Dei: nos vero ipso concedente possidemus vsque ad tempus, quod ipse voluerit: ideo quicumque res abstrulerit, vel deteriorauerit, quae a nobis possidentur, non facit nobis iniustum: quia rem suam tollit, & laedit, & non nostram. Ita dixit Leuit. 25. mea est terra, & vos coloni mei estis, ideo non dicitur. Et ita de alijs rebus in nulla erit homo dominus. Et hoc satis ostendit imponens ibi legem possessionibus, quod non possent vendi iure perpetuo, quia mea est terra, & vos coloni mei estis: & sicut colonus non potest vendere agros, quos colit, sed solum percipere inde fructum eo modo, quo cum domino conuenierit: ita neque illi vendere poterant. Si tamen dicitur, possent vendere: ergo non fit nobis iniustum ablatis rebus nostris a Deo, vel deterioratis.

Secundo, quia non solum res nostrae sunt Dei potius, quam nostrae, & ideo non fit nobis iniustum illas auferendo, vel deteriorando per Deum, sed etiam nobis ipsi sumus possessio Dei, & quidquid circa personas nostras agat de bono, vel malo non facit iniustum.

Tertio quia dato, quod Deus non debeat nobis nocere nisi existente causa sicut vnus homo nocet alteri iuste, vel iniuste: poterat esse iusta causa hinc quia dominus ficulneae merebatur malum aliquod, & tamen in corpore suo poenam passurus esset, voluit Deus in rebus suis hanc poenam ei inferre, sicut alias inferre solet: & quia nemo esset, qui non mereretur inferri aliquod circa Deum: ideo nemo esset, cui iuste non possit Deus nocere, auferendo vnam ficulneam, maledicendo illi, & ita non faciebat iniuriam maledicendo ficulneam. De his dicit Chrysostomus. Cum autem in plantis aut in brutis sit aliquid tale: non queras qualiter iuste siccata est ficus si tempus non erat. Hoc enim querere est vltimae dementiae, quia, scilicet in talibus non inuenitur culpa, & poena, sed miraculum inspicere, & admirare miraculi factorem. De hoc etiam dicit Glossa. Non facit creator iniuriam possidenti, sed creatura sua ad aliorum vtilitatem.

Quid voluit Christus significare per maledictionem, & desiccationem ficulneae. Quae. CXVII.

QV A E R E T V R, quid voluit Christus significare per maledictionem, & desiccationem ficulneae. Dicendum, quod Christus non iuit ad ficum quasi volens inde cibum habere. Primum, quia non erat verisimile, quod tali tempore esuriret: cum dicat Euangelista, quod mane factum fuerit. Secundo, quia dato, quod eo tempore esuriret, non vellet cibum sumere, quia non erat honestum, sed potius vellet sustinere famem vsque ad tempus legitimum ciborum. Tertio quia etiam si esuriret, & vellet comedere tunc, non iret ad ficulneam: sed antequam exiret de domo, in qua hospitabatur, in Bethania manducaret, & non oporteret ire ad ficulneam in via. Quarto, quia dato, quod forte superueniret ei fames ista in via, non iret ad ficulneam: quia ipse sciebat, quod non erant ficus in ea. Quinto, quia non potest aliquis dicere, quod pulchritudo ficuum incitavit ph. super Euang. Matth. Pars V.

tavit eum, vt iret ad ficulneam: quia nihil tale in ficulnea vidit, cum esset procul ab ea, & etiam non esset tempus ficuum, vt ipse crederet, quod in ea erant ficus. Sexto quia dato, quod cibum vellet, & non inueniret eum in ficulnea, non malediceret ficulneae, cum illa nihil mali meruisset, quia nondum erat ficuum tempus. Septimo quia si Christus verum cibum appeteret, & in ficulnea non inueniret, non ideo cessaret, sed poterat cibos pro se creare, vel adducere, qui bis turbas pauperum in deserto. supra 14. & 15. ca. Apparet ergo ex his, quod non veniebat Christus ad ficulneam animo comedendi, sed aliquid significandi. Sic dicit Chrysostomus. Vnde ostenditur, quod principaliter pro hoc ad ficulneam venit, sed propter signum, & non propter esuriam: quis enim tam iustus est, vt putet, quod tam matutino tempore tali stimularetur esurie; aut quod est, quod impediret eum comedere antequam domum exiret? Neque potest dici, quod visio fructus excitauit in esuriam appetitum. Non enim erat ficorum tempus, sed si esuriebat, cur de alio comedere non querebat? sed de ficu fructus ante tempus tribuere non valente? Qua etiam pena dignum erat ficum non habere fructum ante tempus? Itaque ex his sufficere syllogizari potest, quod propriam volebat demonstrare virtutem. Dicendum autem, quod per huius arboris maledictionem significatur maledictio synagoga. Deus n. in carne humana veniens ad Iudaeos, non fuit ab eis receptus, & cum laborasset circa illos verbo predicatiois, et miraculorum operatione, nihil profuit: sed in sua incredulitate, & iniquitate manserunt Pontifices, scribae, & Pharisei, ideo debuerunt damnari, & hoc quia Christus post multos labores circa eos habitos desiderauit in eis inuenire fructum bonorum operum. Non inuenit autem nisi folia, scilicet exteriorem apparentiam sanctitatis, & ideo maledicti sunt in aeternum, vt fructus afferre non possint, scilicet quia quidquid iam Iudaei faciunt non poterit in eis esse fructus boni operis: quia cum extra ecclesiam nemo possit saluari, & Iudaei extra ecclesiam esse ceperunt post Christi passionem, non poterit aliquis eorum iam saluari: & tamen saluari possent, si opera eorum iudicarentur meritoria: ideo non possunt de cetero quando manserint in synagoga facere opera meritoria, & hoc est, quod non nascantur fructus in aeternum ex illa ficulnea. Et ita Christus dicitur esurisse salutem spiritualem Iudaeorum, quia omnes homines vult saluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire. Tunc secundo capi. sic dicit Chrysostomus. Si autem quasi homo esurisset cibum carnalem, nunquam mane esurisset, sed mane esurit, qui aliorum salutem esurit. Cum autem esuriret, vidit ficulneam: illa enim synagogam significat, quia sub vno cortice continet ficus multa grana, sicut synagoga multos credentes vel homines. Sic dicit Chrysostomus. Ficus ideo propter multitudinem granorum sub vno cortice est, quasi congregatio fidelium multorum, vel quia ficus emittit grossos suos ante ceteram eruptionem fructuum, et foliorum, ita et Apostoli praecedent ceteros in gloria. Sic dicit Hilarius: Synagoga ficus arbori comparatur, quia credentes primi ex Israel Apostoli grossorum modo ceteros resurrectionis gloria, & tempore antebunt. Erat autem illa ficus iuxta viam, quia Synagoga circa viam erat, cum doctrinam Christi quotidie audiret: sed ad viam, id est Christum non peruenit: quia in eum non credidit, neque eum recipere voluit. Sic dicit Ieronymus. Arborem autem intelligimus Synagogam, quae iuxta viam erat, quia legem habebat, non tamen credebat in viam, id est Christum. Venit autem Christus ad ficulneam inquam circa synagogam labores multos impendit predicando, conuertendo, miracula faciendo, & his factis non inuenit nisi folia, quia...

Nemo extra ecclesiam potest saluari.

fructum boni operis nullum ferebant Pontifices, Pharisæi, & scribæ, sed solam ostentationem exterioris sanctitatis. Sic dicit Chryso. Nihil autem inuenit in ea, nisi folia tantum, id est traditiones Pharisæicas & iactationes legis absque fructibus veritatis. De hoc etiam dicit Beda. Sicut autem Christus per parabolas loquitur, ita & operatur, ideo esuriens in sicco fructum querit, cuius nondum tempus esse nouit, & tamen eam perpetua sterilitate damnat, ut ostenderet plebè Iudeorum propter folia, id est uerba iustitiæ, quæ habebat sine fructu, id est bono opere non posse saluari sed scindi, & in ignem mitti. Esuriens ergo id est salutem huic generi desiderans, uidit ficum, id est Iudeum habentem folia, id est eloquia legis, & prophetarum: & quæsiuit in eo fructum boni operis docendo, corripiendo, miracula faciendo, & non inuenit: & ideo dicit. Tu quoque si non vis damnari à Christo in iudicio, arbor sterilis esse caueto: sed potius pauperi Christo fructum pietatis, quo indiget offer.

*An discipuli uiderint ficulneam statim aridam, vel sequenti die post maledictionem.*  
*Quest. CXVIII.*

**Q**UÆRETUR, quomodo dicitur hic, quod uidentes discipuli quomodo continuo aruit admirati sunt: nam inuenitur, quod tunc, quando aruit, uiderunt discipuli ipsam ficulneam arefieri, & tamen Mar. 11. cap. uidetur innui contrarium. Nam dicitur: Et cum mane transirent, uiderunt ficum aridam factam à radicibus, & recordatus Petrus dixit ei: Rabbi ecce ficus, cui maledixisti, aruit: ergo uidetur, quod non uiderunt discipuli statim ficulneam aridam factam, quæ arefacta est, sed sequenti die. Dicendum, quod ficulnea statim aruit, ut maledicta fuit à Christo. Sic dicitur supra in litera, scilicet, & arefacta est continuo ficulnea. Et ratio est, quia erat opus miraculi, & talia subito fiunt, ut ostendatur, quod non naturaliter, sed miraculose fiunt. Sed dubium manet dato, quod dictis uerbis statim aruerit, an uiderunt discipuli tunc, quando aruit, vel postea, scilicet sequenti die. Aliqui dicunt, quod statim uiderunt propter uerba Matth. hic. Nam dicitur, quod ficulnea continuo arefacta est. Secundo, & fortius, quia dicitur, & uidentes discipuli mirati sunt dicentes, quomodo continuo aruit: ergo illi admirati sunt, quod statim aruerit: ergo uiderunt eam continuo post uerba arefieri. Tertio, quia dicitur, quod admirati sunt, & tamen si non uiderent post illa uerba statim arefieri ficulneam, sed sequenti die, vel aliquanto tempore post non admirarentur, & tamen admirati sunt, ergo uiderunt statim, quando aruit. Quarto patet, quia statim post uerba maledictiois à Christo placita aruit ficulnea, ut patet supra in litera, scilicet, & arefacta est continuo ficulnea, & tunc discipuli audiebant, quando Christus maledicebat ficulneam, ut dicit Mar. 11. siam non amplius in æternum quisque ex te fructum manducet. Et sequitur: & audiebant discipuli eius: ergo discipuli Christi uiderunt arefieri ficulneam. Ad ea, quæ Mar. ponit, per que uidetur, quod uiderint sequenti die discipuli ficulneam arefactam, dicunt quod est recapitulatio. Interposuit enim de eiectione uendentium de templo, & transiit statim ad referendum quod omiserat, scilicet, quod discipuli uiderint arefactam ficulneam. Nam ita mutauit ordinem in referendo de eiectione uendentium de templo: fuit. nulla prima die statim ut Christus introiit in templum. In q. 28. Marcus ita refert, ut ex ordine literæ suæ colligi possit fuisse illam eiectionem die sequenti, ut ostensum est supra. Sed dicendum, quod non statim necesse est enim poni, quod discipuli uiderint ficulneam arefactam sequen-

ti die post maledictionem, & non statim, quando maledicta est: quia ex litera Mar. 11. cap. ita colligitur: nec potest dici, quod sibi recapitulatio: miratio ordinis potest intelligi esse facta, quæ ex ordine literæ inducitur, & talis, vel talis fuerit ordo rerum gestarum: & tunc non asserit hoc expresse euangelista, neque ponuntur aliqua uerba, ex quibus manifeste colligatur. nunc autem non est sic circa illud quod dicebatur de eiectione uendentium de templo: quia ex solo ordine literæ colligebatur fuisse secundo die eiectionem, & non ex intentione Euangelistæ, & ideo potuit esse anticipatio, vel recapitulatio, ut ostensum est supra. Sed nunc non est sic, sed circa hoc non solum ex ordinæ literæ, sed potius ex intentione Euangelistæ ex uerbis uidetur induci, quod fuerit ficulnea uno die arefacta, & sequenti die ab Apostolis uisa. Et patet primo, quia Mar. 11. ca. dicitur, quomodo Christus de Bethania egressus, & uidens ficulneam, maledixit illi: & postea interposita eiectione uendentium sequitur: & cum uespera esset facta egrediebatur de ciuitate, & cum mane transirent, uiderunt ficum aridam factam à radicibus: ergo uidetur, quod postquam ficus maledicta fuit, & aruit uenerunt in Ierusalem, & postea ante uesperam redierunt ipsa die in Bethaniam, & sequenti die mane cum iterum redirent in Ierusalem, uiderunt ficulneam aridam, quæ præcedenti die aruerat. Secundo patet, quia dicitur eod. cap. recordatus Petrus dixit: Rabbi ecce ficus, cui maledixisti aruit: ergo uidetur, quod quando Petrus uidit ficulneam recordatus est de maledictione, sed non recordaretur si statim ut maledicta est, & aruit uiderent eam arefieri, vel arefactam esse: quia recordatio est præteritorum: ergo non uiderunt arefieri illam quando maledicta est sed postea. Tertio, quia dixit Petrus: Rabbi ecce ficus, cui maledixisti aruit: & ita significabar non fieri tunc rem, sed aliquanto tempore ante hoc factam esse. Dicendum ergo est, quod ordo gestorum fuit, quod Christus intrauit Ierusalem die Dominica in rami palmarum, & introiit in templum, & tunc eiecit ementes, & uendentes de illo, & ipso die dominico rediit ad solis occasum in Bethania ad cibum, & ad hospitandum. Sequenti autem die Luna in aurora rediit in Ierusalem, ut prædicaret, & cum esset in uia eundo uidit ficulneam, & maledixit illi, et discipuli audierunt uerba maledictionis, & non respexerunt, an arefieri, quia non putabant, quod ad uerbum eius arefieri: ipsa autem die ante uesperam redierunt de Ierusalem in Bethaniam, & tunc non respexerunt ad ficulneam, quæ aruerat, neque uiderunt eam. Sequenti autem die tertio, id est die Martis in aurora, cum rursus redirent in Ierusalem, respexit Petrus, & uidit ficulneam aruisse, quam Christus maledixerat, et tunc recordatus est, quod Christus maledixerat eam, & dixit: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit. Matthæus autem quantum ad hoc non fecit aliquam anticipationem, neque recapitulationem, cum rem ipsam ordine suo narrauerit, sed decurrate narrauerit, & ita ex modo suo loquendi colligitur quasi statim ut ficulnea maledicta est, uiderant eam discipuli arefieri. Marcus autem rem magis aperuit: ideo standum est ei, qui magis aperuit, et non est negandum fuisse, quia illud Matthæus non expressit, cum quilibet Euangelistarum soleat multa tacere, que alij exprimunt.

Ad primum in contrarium dicendum, quod ficulnea statim arefacta est, ut Christus maledixit eam, et tamen non sequitur, quod statim uiderunt eam aridam, ut Christus eam maledixit: quia non respexerunt ipso die, neque postea in reditu ad uesperam, sed sequenti die in aurora, cum redirent in Ierusalem.

Ad

Ad secundum dicendum, quod mirati sunt discipuli quomodo continuo aruit, non quidem, quod ipsi uiderunt ipsam statim arefieri, ut maledicta est, sed quod uiderunt quando maledicta est, & uiderunt sequenti die eam aridam effectam, & cognouerunt manifeste, quod statim aruisset, ut Christus eam maledixit. Quomodo autem cognouerint statim aruisse, cum non uiderint eam arefieri, dicitur infra.

Ad tertium dicendum, quod admirati sunt de exsiccatione ficulneæ, & dato quod non uiderent, quando arefiebatur: dum tamen scirent, quando aruerat admirarentur, quia admiratio est de omni mirabili. Erat autem mirabile, quod dicto uerbo maledictionis ficulnea areficeret.

Ad quartum dicendum, quod ficulnea statim aruit, ut maledicta est, & discipuli audierunt uerba maledictionis: tamen non uiderunt eam arefieri. Et ratio est, quia discipuli non aduertebant ad hoc, quod licet Christus malediceret ficulneam, non credebant illi, quod statim areficeret: imò neque aliquo tempore. Quod patet, quia quando uiderunt eam aridam admirati sunt: & tamen non admirarentur, si uiderent, quod ad uerba Christi areficeret ficulnea: & ideo non curauerunt aduertere, an areficeret: & ideo non uiderunt tunc, licet aruerit dictis uerbis, & eodem die quando redierunt de Ierusalem in Bethaniam, non uiderunt ficulneam aridam, quia non aduertebant, sed sequenti die in aurora, cum redirent de Bethania in Ierusalem respexit Petrus, & uidit eam aridam, & dixit hæc Christo. De his dicit August. lib. de Concor. Euang. Considerandum autem miratos esse discipulos de hoc, quod arbor aruerat, & eis esse dictum per dominum respondentem id, quod de fide dictum est, non ipso secundo die, quo maledixit arbori, sed tertio die Marcus dicit: ipso quippe secundo die commemorauit Marcus de templo eiectiones uendentium, & primo die factum prætermiserat: ipse uero secundo die dicit, quod facta uespera egrediebatur de ciuitate, & cum mane transirent uidisse discipulos mane factam ficum aridam. Matthæus autem sic loquitur, tanquam secundo die hoc totum sit factum. Unde intelligitur, quod cum Matthæus dixisset arefacta est continuo ficulnea prætermisissis cæteris ad secundum diem pertinentibus adiunxit statim, scilicet, & uidentes discipuli admirati sunt, quomodo continuo aruit: ita tamen, quod alio die uiderit Dominus ficulneam, & alio die admirati fuerint discipuli: intelligitur enim non tunc aruisse, quando uiderunt eam arefactam, sed continuo quando maledicta est. Non enim areficientem, sed poenitus arefactam uiderunt, ac sic eam continuo in uerbo Domini aruisse intellexerunt.

*An solus Petrus fuit, qui miratus est, & locutus est, vel etiam ceteri discipuli.*  
*Questio CXIX.*

**Q**UÆRETUR, quomodo dicitur hic, & uidentes discipuli mirati sunt dicentes, quomodo continuo aruit. Nam Mar. 11. dicitur, quod recordatus Petrus dixit: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti aruit: ergo solus Petrus fuit, qui miratus est, & qui locutus est, & non ceteri discipuli. Dici potest uero modo, quod ambo Euangelistæ uerum referunt, & ex dictis amborum una plena colligitur narratio: quando enim sequenti die post desiccationem uiderunt discipuli ficum aridam, omnes admirati sunt, & dixerunt intra se, vel ad seiplos inuicem, quomodo statim ficulnea aruit: & tamen non locuti sunt ad Christum. Petrus autem cæteris audacior existens dixit Christo: Rabbi ecce ficus, cui maledixisti aruit. Primum autem posuit Matthæus, dicens discipulos admiratos dixisse. Inter se, & non ad Christum, quomodo continuo aruit: se-

quod recordatus Petrus, dixit rabbi, &c. Sed adhuc dicendum, quod in modo non concordant, quia Matthæus uolens euitare longiorem narrationem, ut non cogere faceret narrationem duorum dierum, quasi simul factam fuerit posuit rem, quasi de presenti, dicens: Et uidentes discipuli: uidere autem ad presentia est. Marcus uero uolens narrare rem sicut fuerat, quia ostendit alio die esse desiccata, & sequenti die à discipulis ficulneam uisam aridam: quam tamen uiderant uiridem, antequam malediceretur, & audierint uerba maledictionis: introduxit rem per modum præteriti: & ideo dixit Petrum recordatum esse, & si de omnibus discipulis diceret, poneret illos recordatos, quasi respectu illorum uerborum dictorum præcedenti die maledicendo ficulneam erat retardatio, quando tunc eam aridam uiderent. Secundo potest dici, quod in ueritate ceteri discipuli, nihil dixerunt, sed solus Petrus, qui admirans ait: Rabbi ecce ficus &c. sicut Marcus asseruit, sed quia nomine omnium, vel ex conceptu illorum, cum omnes possent ista considerare dicta fuerunt: omnes admiratos, & dixisse, quomodo continuo aruit, Matthæus asseruit. Sic & aliis fieri solet, ut supra 14. c. quando Christus quæsiuit de panibus ad saturandum turbas, & dicitur, quod non habebant, nisi quinque panes, & quod hoc dixerunt discipuli: & tamen Ioan. 6. cap. dicitur, quod Andreas dixit istud, quasi solus ille dixerit. Etiam supra 15. cap. dicitur, quod Petrus quæsiuerit, dicens: Ediffere nobis parabolas de eo, quod per os intrat: & tamen Mar. 7. cap. dicitur, quod cum intraret in domum interrogauerunt eum discipuli istam parabolam. Circa hoc potest utrumque teneri. De primo enim multa exempla, quia frequenter unus omittit quod alius supplet, & ex ambobus colligitur una plena narratio: magis tamen tenendum est secundum quod patet, quia cum Marcus expresserit, quod hoc dixit Petrus, uerisimilius est, quod dixerit ipse solus, & quod omnes discipuli dixerint. Nam posito quod Petrus solus loqueretur, poterat conuenienter dici, quod ceteri discipuli, siue quod discipuli dixerunt, eo quod ad omnes hoc poterat pertinere, sed si omnes discipuli communitur hoc dixissent, non erat uia causa dicendi specialiter de Petro, quod ille hoc dixisset: ideo magis tenendum est, quod ipse solus dixerit istud cæteris tacentibus admiratis de hoc, quod factum erat.

*An dixerint istud inter se discipuli, vel dixerint Christo.*  
*Questio CXX.*

**S**ED quæretur, dato quod omnes discipuli hoc dixissent, sicut Matthæus hic uidet innuere, an dixerint istud inter se, vel dixerint illud Christo. Dicendum, quod in ueritate solus Petrus dixit hoc, ut dictum est præced. quæst. & tamen si concederetur, quod omnes discipuli dixerint ea, quæ habentur hic: esset dicendum, quod dixerint illud Christo, & non inter se solum. Quod patet, quia Matthæus introducit hic Christum respondentem discipulis ad illa uerba: ergo dixerunt ei illa: nam dicitur, quod uidentes discipuli admirati sunt dicentes, quomodo continuo aruit. Et sequitur: Respondens autem Iesus dixit illis: Amen dico uobis, &c. Est tamen dicendum secundum ueritatem, quod omnes discipuli uiderunt ficulneam arefactam, quia quando Petrus uidit etiam ceteri uiderent, vel ipse incitaret eos ad aduertendum per suam admirationem, & uerba, quæ ad Christum direxit. Et ideo sicut omnes uiderunt, ita omnes admirati sunt, quia nemo esset, qui de talibus non miraretur: nullus tamen eorum quidquam ad Christum locutus est, sed solus Petrus, qui uelut audacior erat, & circa Christum confidentior, uel magis



magis circa talia sollicitus, sicut Mar. expressit. Matth. F tamen dixit omnes discipulos admiratos dixisse, quomodo continuo aruit, dās omnibus id, quod solus Petrus dixit, eo quod illud idem quilibet aliorum interrogare posset, cum quilibet de hoc admiraretur, sicut Petrus. Et hoc satis apparet, quia licet solus Petrus hoc dixit, vt Mat. expressit: Christus tamen respondēs non direxit verba ad solūm Petrū, sed ad omnes quasi omnes interrogassent: sic dicitur Mar. 11. recordatus Petrus dixit: Rabbi ecce, ficus, cui maledixisti, aruit. Et sequitur: Et respondens ait illis: habetis fidem Dei. Et tamē, quia Matth. interrogationem Petri attribuit omnibus propter causam dictam, dedit eis, q̄ ad Christum loquerentur, sicut Petrus locutus est: & tamen non posuit eadem verba. Dixit enim Mar. Petrum dixisse, ecce ficus, cui maledixisti, aruit. Mat. autem introducit eos dicentes, quomodo continuo aruit. Intelligitur enim q̄ de ficu loquerentur, & quia Matth. addidit: Continuo, posuit causam admirationis, q̄a de hoc erat admiratio, q̄ statim aruit, cū maledicta fuit.

Quomodo discipuli potuerunt scire, q̄ statim ficulnea aruerit. *Quaestio CXXI.*

**Q**VAERETVR, cum dictū fuerit supra, quod discipuli non viderunt ficulneam arefactam, sed tenuerunt eam factam aridam, & continuo aruisse. Est dubiū quomodo potuerunt scire, q̄ statim aruerit. Dicendum, q̄ fuit ex coniectura: nam viderunt ficulneam virentem esse, antequam malediceretur, & sequenti die viderunt eam arefactam à radicibus, quasi nunquam fuisset arbor, & ideo constabat, q̄ non successiuē, sed subito aruit, quia si in tam pauco tempore areret successiuē, cum prius viderent eam viridem p̄nitens, non deueniret intra vnā diē ad esse p̄nitens aridam, quasi non fuisset arbor vnquam. Secundō, quia cum ipsi vidissent eam viridem, antequam malediceretur, & verba maledictionis audierunt, & sequenti die post maledictionem viderunt eam arefactam, apparuit, quod non ex causa naturali, sed ex maledictionis virtute aruisset. Causa autem, & agens naturale requirit successiōem in operatione sua: agens aut miraculosē non: ideo clarē arguebant, q̄ subito aruisset, quia propter maledictionem illam arefactam intelligebant. Tertiō potest dici, q̄ continuo, vel statim vocabant hic paruum tempus. I. vnus diē, q̄ trāsierat à maledictione vsque nunc, quando viderunt eam aridam. Nam dato, q̄ non aruisset mox, vt verba fuerunt dicta, cum aruerit intra vnus diē sp̄cium, quod illi manifestē videbant, dicebant continuo aruisse. Et ad hoc non erat opus argumentis, cum palam viderent arefactam ficulneam, quam praecedenti die viderant virentem, & de hoc admirabantur, quia si ex naturali causa arere debuisset, non aruisset in tam breui tempore, neque etiam tantum aruisset, quia ita aruit, quasi nunquam fuisset arbor, quod expressit Marcus, dicens, quod à radicibus arefacta est.

Quare discipuli admirati sunt videntes, quod ficulnea maledicta à Christo aruerat. *Quaestio CXXII.*

**Q**VAERETVR, quare discipuli admirati sunt videntes, q̄ ficulnea maledicta à Christo aruerat. Nam quotidie miracula Christus faciebat, quae non erant minora, quam desiccare arbores, sed maiora, vt suscitare mortuos, & illuminare coecos, & de illis iam non admirabantur. Quomodo ergo de hoc admirati sunt. Dicendum, quod hoc prouenit ex ignorantia discipulorum, & paruitate fidei. Non enim tenuerūt firmiter ante passionem suam illum esse Deum, quia

tunc in passione non scandalizarentur: & tamen scandalizati sunt perdendo fidem, & sp̄m, vt dixerunt illi duo discipuli Luc. 24. nos autem sperabamus, q̄ ipse redempturus esset Israel: quasi dicat: iam non speramus, sicut sperabamus: ideo fides nō erat firma, & ita non credebāt eum firmiter esse Deum, propter quod non credebant miracula fieri ab eo in propria virtute, sed à Deo concedi sibi hęc: sed ita erat apud antiquos prophetas, q̄ quibusdam concedebat Deus vnum genus miraculorum, & non alia: ideo & de Christo credebant, quod possent facere miracula illa, quae quotidie faciebat, vt sanare aegros, suscitare mortuos: circa arbores autem, nunquam Christus fecerat miraculum aliquod: ideo putabant, quod potestas sua non extendebatur ad faciendum miracula in arboribus, vnde cum viderant factum admirati sunt. Secundō, quia etiam Christus mutauit hic genus miraculi: nam omnia miracula sua ante hoc erant ad bonum. I. ad sanationes aegritudinum, suscitationes mortuorum, ad saturationem famelicorum, & similia. Ad malum autem, siue ad nocendum, nunquam fecerat miracula: nunc fecit miraculum ad malum. I. desiccando ficulneam: ideo arida facta ficulnea mirati sunt valde discipuli: & tamen si rectē cognoscerent originem potestatis, ex qua erant miracula, de nullo miraculo Christi mirarentur factis praecedentibus. Et tamen dicendum, q̄ admirati sunt de extensione potestatis Christi, q̄a nō solū ad ea, quae ante hoc viderat, sed etiam ad arbores extendebatur, de quibus nunquam viderant: etiam de magnitudine mirabantur, quasi valde magni essent, quod ficulneam potuissent arefacere. Et patet hoc ex Christi responsione in litera. I. si habueritis fidē, & nō hesitaueritis nō solū de ficulnea facietis, sed & si mōti huic dixeritis, tolle te, & iacta te in mare, fiet. In quo duo exprimit, primum est extensio in quantum dicit, non solū de ficulnea: quasi dicat: non solū circa ficulneam, sed etiam circa omnia poteritis operari cū ait: & omnia, q̄ petieritis in oratione credentes accipietis. Secundum est magnitudo, quia dixit non solū de ficulnea, sed & si dixeritis monti huic tolle te: & tamen maius erat montem à radicibus tollere, vel maius videbatur, quam ficulneam desiccare.

Ad quid fuit conueniens, quod Christus ostenderet nunc potestatem suam in operatione istius miraculi. *Quaestio CXXIII.*

**Q**VAERETVR, ad quid fuit cōueniens, quod Christus ostenderet nunc potestatem suam in operatione istius miraculi. Dicendum, quod fuit primō ad ostendendum potestatem suam. Nam Apostoli non putabant eum potentem esse circa hoc, in quo nunc suam ostendit potestatem. Quod patet, quia admirati sunt discipuli nimis quomodo continuo aruisset ficulnea, & hoc non fieret si ante hoc crederent, quod ille istud posset: sed conueniens erat, q̄ discipuli agnoscerent magnitudinem potestatis Christi potius quam coeteri, cum per eos fides deriuanda esset in ceteros docendo, & praedicando, sed non docerent id, quod non crederent, & si mentiri vellent se aliquid credere, quod non credebant, & illud coeteros docere vellent, non possent illud miraculosē ostendere ad confirmandum, quia operatio miraculorum fit à credentibus, vt dicitur hic in litera, & Mar. 11. & à non credentibus non potest fieri miraculum. Iaco. 1. cap. ideo magis erat necessaria fides de Christi potestate in Apostolis, quam in alijs. Sciebat autē Christus quid erat, quod Apostoli de Christo credebant, & quid non, quia ipse sciebat, quid esset in corde hominis, & non opus erat, q̄ quis ei testimoniu perhiberet de hōie. Ioa. 2. ca.

Operatio miraculosa est à credentibus.

Et antequam quis interrogaret sciens ipse, quae erant in corde respondebat interitum, quae opus erat respondere, quando volebat. Ioa. 16. cap. ideo conueniens fuit, quod cum nunc Christus sciret defectum fidei Apostolorum ex hac parte, quod etiam si nulla esset occasio ad faciendum miraculum istud, q̄ ipse quere-ret illam, & faceret miraculum, vt sic fides roboraretur in discipulis. Secundō fecit, & etiam principaliter ad dandum doctrinam de petendo, & obtinendo in oratione, quia Christus hic fecit miraculum, quasi per modum orationis, & voluit hoc extendere ad nos. I. quod sicut ipse faciebat ista: ita & nos si peteremus à Deo quid fieri, dum tamen confidenter peteremus, obrineremus illud. Et hoc fuit multum conueniens, quia alia miracula Christus faciebat ad ostensionem potestatis suae, siue eorum, quae ad ipsum pertinebant. Debit ergo aliquando facere miracula ad dandum nobis doctrinam de faciendis miraculis. Erat enim nobis necessaria ista operatio: & tamen nunc fuit sic: ideo fuit conueniens istud miraculum: & patet quod ista fuerit praecipua intentio, quia Christus hoc adiecit in responsione ad verba discipulorum dubitantium, scilicet: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non dubitaueritis, non solū de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tolle te, & iacta te in mare, faciet. In alijs autem miraculis, nihil tale dicebat: & ita apparet, quod illa non referebat, nisi ad se. Istud verō ad nos pertinebat, & sic conueniens fuit fieri: & ista fuit causa, quare nō solū fecit Christus miraculum, sed etiam fecit tale miraculum, vt discipuli admirarentur: multa enim erant genera miraculorum, quae Christ⁹ quasi quotidie exercebat, vt sanationes aegritudinum, & de talibus non admirabantur propter assiduitatem, & consuetudinem. Si autem nunc tale quid egisset, non mirarentur discipuli, & ideo nemo eorum interrogaret, & consequenter nō esset occasio Christo ad respondendum: & tamē istud, quod Christus dixit de oratione facta confidenter, fuit responsio ad admirationem discipulorum, vt patet ex litera: ideo potius debuit tale miraculum facere, quam aliquod aliud, admirati eam sunt discipuli, q̄ Christus etiam circa arbores extenderet suam potestatem: etiā mirati sunt, quod subito ad verbum eius areficeret ficulnea, cum esset arbor tam humida, vt dicitur in litera, quod admirati sunt dicentes, quomodo continuo aruit. Et Theophylatus dicit, q̄ miraculum magnum videretur in hoc, q̄ tam humidam, & viridem arborem exemplo sicauerit: ergo fuit conueniens nunc à Christo miraculum fieri, & istud specialiter, vel aliud simile, in quo admirarentur discipuli, & non illa, quae vulgata erant.

Quare Christus fecit istud miraculum, & posuit istam doctrinam de faciendis miraculis. *Quaestio CXXIII.*

**Q**VAERETVR, dato q̄ Christus vellet nobis dare doctrinam de faciendis miracula, & obtinendo illa fieri, quare fecit istud miraculum, & posuit istam doctrinam, quia iam dederat istam doctrinam supra 17. & Luc. 17. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, & dixeritis monti huic transi hinc, transibit: ergo non erat opus istud nunc fieri. Dicendū, q̄ vna causa praecipua istius miraculi fuit, vt ostenderetur maledictio principum sacerdotum, scribarum, & Phariseorum per maledictionem ficulneae: & ideo fuit miraculum arefactionis factum per viam maledictionis, & quia accidit, q̄ discipuli admirarentur de hoc, quasi aliquid magnum esset, respondit Christus id, quod conueniens erat ad propositum. I. q̄ non solū istud ip-

se poterat, sed etiā nos possemus si fidem haberemus petendo, in quo potestatem suam ostendebat. Quia ipse posset facere, cum etiam nobis petentibus concedere posset facere istud, & maiora, & simul cū hoc dedit nobis doctrinam faciendi miracula, vel ea impetrandi, quae poterat ex illa admiratione ortum habere. Secundō potest dici, q̄ non fuit quasi per accidens, vel correlariē introducta hic doctrina de obtinendo miracula, sed principaliter: & tamen non est superuacua, sed fuit valde conueniens. Cum autem obijciatur, q̄ iam Christus posuerat istam doctrinam, potest vnō modo dici, q̄ licet iam posita fuerit, tamen hic posuit eam Christus ad magis eam aperiendum, quia prius dixerat eam decurtatē, nunc verō largius. Nam supra 17. cap. dicitur, dicetis monti huic, transi, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Et Luc. 17. vbi idem ponitur dicitur: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis: hic verō magis aperuit dicens: Amen dico vobis, quia si habueritis fidem, & non hastraueritis, nō solū de ficulnea facietis, sed & si dixeritis monti huic, tolle te, & iacta te in mare fiet, & omnia, quae petieritis in oratione credentes accipietis. Et Mar. 11. cap. idem dicitur, & additur etiam cōditio orandi ibi. I. q̄ cū orauerimus dimittamus omnibus, & ita saepe aliqua reperuntur ex industria in omni scriptura, vt addatur aliquid. Secundō potest dici, q̄ et si sufficere iam posuisset Christus doctrinam istam de obtinendo, quae petimus, cōueniens erat repetere eā, quia ista erat res magna, & talia saepe dicuntur, vt memoriae commendetur, & etiam, vt maiora à nobis putentur, & magis necessaria cū à legislatoribus scripta fuerint dicta, conueniens fuit repeti. Tertiō potest dici, q̄ istud positum est, & factū à Christo ad doctrinam obtinendam in oratione, & non est repetitum, sed est necessarium, quia non fuerat vnquam factum aliquid ad hoc, neque in verbis fuerat data doctrina de hoc. Illud enim quod habetur supra 17. & Luc. 17. non fuit doctrina de obtinendo in oratione, sed doctrina de quantitate fidei. Aliud est. n. q̄ fides requiritur ad impetrandum: aliud verō quanta fides. De quantitate. n. solū ibi locutus est Christus. Quod patet, q̄ supra 17. cap. dicitur, q̄ dixit Christus: si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi, & transibit. Et Luc. 17. dicitur, q̄ discipuli dixerunt Christo: Domine adauge nobis fidem, & ille ait: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, &c. Manebat ergo dicendum de fide, quae praesupponebatur, & quia conditionem istius nesciebāt discipuli, locutus est hic Christus de illa dicens, si habueritis fidem. Et ista est veritas, nam repetitio, de qua supra dicebant, non multum conuenit, quia illud conuenit Christo: de quo constat, quia saepe eandem rem praedicabat in diuersis locis, & coram diuersis personis, vt omnes audire possent doctrinam necessariam: ad Euangelistam tamen, vel scriptorem non conuenit idem repetere, cū idem semel dictum, ita sufficenter intelligi possit, sicut si mille scribarum: & tamen Euangelista posuit istud, & illud: ideo dicendum, q̄ licet Christus repetierit, non repetiuit illud Mat. sed ideo posuit, quia aliud erat istud, quam illud. Sed dicitur, quod dato, q̄ Christus ad hoc dixerit, non sit cōuenienter dictum. Nam duo erant hęc. I. fides, & quantitas fidei, & vnum praesupponit alterum: vnde necesse est, q̄ ad cognoscendam quantitatem fidei, quod praesupponatur fides: & tamen supra 17. cap. Christus declarauit discipulis de quantitate fidei sufficientis ad operationem miraculorum: ergo iam praesupponebatur in eis, q̄ fidem esse necessariam sciebant, & cōsequenter non diceret hic posterius de fidei necessitate, quod est dicere de fide

fide absolute, cum iam ibi dixerit de fidei quantitate. Secundò patet, quia etiam ibi apparet, quod discipuli cognoscebant fidem esse necessariam, quia Luc. 17. cap. dicitur, quòd dixerunt discipuli Christo: Adauge nobis fidem: ergo iam sciebant fidem esse necessariam, & credebant se habere illam: & tamen maiorem habere desiderabant, cum parua esset, quam habebant: ergo iam sciebant de necessitate fidei ad operationem miraculorum: & ita non fuit conuenienter nunc factum miraculum ad ostendendum necessitatem fidei in operatione miraculorum, neque posita doctrina ad hoc. Dicendum, quod conuenienter factum est, quod Christus nunc daret doctrinam de obtinendo miracula fieri per fidem, neque est supernacuum posita doctrina, quae habetur supra 17. ca. & hoc propter duo. Primò, quia licet ibi posuerit de quantitate fidei, & in hoc intelligatur, quod fides erat necessaria: tamen non posuit de conditione huius fidei. scilicet qualis esse debeat, & hoc declarat hic. scilicet quod sit sine vlla hesitatione, quod hic expressum est. scilicet si habueritis fidem, & non hesitaueritis, & Mar. 11. cap. dicitur, quicumque dixerit monti huic, tolle te, & mitte in mare, & non hesitauerit in corde suo, sed crediderit quodcumque dixerit fiet: hoc tamen non fuerat expressum supra 17. neque Luc. 17. cap. ubi eadem sententia ponitur, sed dicitur ibi de magnitudine fidei: ideo conueniens fuit nunc desiderari doctrinam, ut ostenderetur qualis esse deberet, quod supra ostensum non fuerat. Est enim ista conditio fidei tam necessaria, ut sine ea non impetretur aliquid. Sic dicitur Iaco. 1. cap. Qui indiget sapientia petat à Deo, qui dat omnibus assuenter, & nemini improperat: postulet autem in fide, nihil hesitans, qui enim hesitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur: non aestimet autem homo ille, quod accipiat aliquid à Deo: ideo conueniens fuit de hac tam necessaria conditione fidei fieri mentionem. Secundò fuit, quia ista doctrina addit aliquid ad illam, quae habetur supra 17. nam ibi dictum est de quantitate fidei. scilicet fides tanta ut granum sinapis sufficiebat ad impetrandum miracula fieri, & quia aliquis nesciret, an haberet tantam fidem sicut granum sinapis, aut putaret, quod aliqua fides erat minor, quam granum sinapis, crederet, quod aliqua fides erat, quae non sufficeret ad impetrandum miracula fieri: ut ergo quilibet habens fidem quantumcumque credat se aptum ad impetrandum miracula fieri, fuit conueniens absolute dici, quod quicumque haberet fidem, scilicet, quantumcumque, transferret montes, aut faceret quidquid vellet, & hoc significat hic litera, quia ponit habere fidem, & non hesitare, & non notat aliquam quantitatem illius. Sed obijciatur contra primum horum. scilicet non oportebat istam doctrinam ponere propter hoc, quod dicitur, & non hesitauerit, quia istud etiam si non ponatur subintelligitur. Nam aliter non est fides, nisi habens fidem sit non hesitans, quia qui dubitat infidelis est. extra de Hæreti. cap. dubius. scilicet dubius in fide, infidelis est. Dicendum, quod de ratione fidei proprie dicta est firmitas quaedam. Unde sicut fides est duplex. scilicet vna qua creduntur articuli, & coetera à Deo reuelata, per quorum assensum fideles dicimur: & alia, per quam miracula fieri impetrantur: quarum prima est virtus theologica, secunda est donum: ita est duplex firmitas: prima requirit firmiter assentire: secunda exigit non hesitare. Ideo sicut dicendo, quod quis habet fidem, qua creditur, intelligitur, quòd firmiter assentit omnibus credendis: ita dicendo, quòd habet fidem, qua miracula impetrantur subintelligitur, quòd circa ea, quae fieri petunt nequaquam se impetraturum hesitat: & tamen quia discipuli adhuc nesciebant conditionem, & naturam fidei, etiam si aliquid importaretur sub ratione fidei, debuit expresse dici illis: & ita

fuit hic. scilicet quod haberent fidem, & non hesitarent: ita. n. diffinitum importat id, quod diffinitio: & tamen per diffinitionem notificatur quid importat nomen diffinitum, & ob hoc non solum Christus hic, sed etiam Iacobus tenuit istum modum loquendi. Iaco. 1. cap. postulet autem in fide nihil hesitans: unde noluit ponere: postulet autem in fide, quòd solum sufficiebat, sed addidit nihil hesitans, quasi hoc non facilliter intelligeretur, nisi exprimeretur.

Quare Christus potius ostendit potestatem suam in maledictione ficulneae, quam alterius rei. Questio CXXV.

**Q**VAERETVR, dato quòd Christus vellet ostendere potestatem suam, vel significationem rerum, aut aliquid aliud in miraculo quod fecit, quare potius ostendit in maledictione ficulneae, quam alterius rei: poterat enim maledicere animalia bruta aliqua, vel homines, & maledicendo occidere: potissimè, quia hæc maledictio erat ad ostendendum maledictionem Iudæorum: ideo aliquem, vel aliquos de eis poterat maledicere, & occidere. Dicendum primò, quod fuit hoc ad ostendendum benignitatem Christi: nullam enim ferocitatem, aut crudelitatem exercebat cum posset, licet offenderetur: & ideo cum poterat in destructione alicuius rei ostendere debuit, noluit facere hoc in rebus sentientibus, sed in rebus insensatis, quae dolorem non sustinent: sic dicit Chryso. scilicet Maledixit ergo ficulneam propter discipulos, ut confidant: quia enim ubique beneficia tribuebat, nullumque puniebat: oportebat autem eum suae punitiuae virtutis demonstrationem facere, ut discerent, quod posset etiam Iudæos persequentes ficcare: noluit hoc demonstrare in hominibus: unde in planta sue punitiuae virtutis tribuit exemplum. Secundò fuit, ut specialiter ostenderet benignitatem suam erga homines: nam licet homines peccarent, ipse non puniebat eos, quia directè repugnabat intentioni eius: venerat enim ipse ad liberandum homines de peccato, & de poenis, in quas incurrebant per peccatum tolerando poenas eorum Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ideo non debuit poenas, aut mortem hominibus inferre in isto aduentu, quo ad redimendum veniebat. Et ita ipse ait: filius hominis non venit, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per illum: & ideo increpuit Iacobum, & Ioannem, Luc. 9. cap. quando voluerunt petere ignem de celo, ut exureret Samaritanos. scilicet Domine vis dicimus, ignis descendat de celo, & consumat illos, & conuersus increpuit illos, & dixit: Nescitis cuius spiritus estis. i. quam intentionem tenere debetis. Et sequitur: filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. i. non venit ad occidendum homines, sed ad liberandum eos à morte: & ideo neque vos debetis mortem, aut poenas illorum optare. Tertio fuit, quia non erat nunc conueniens occidere Iudæos propter sterilitatem eorum, & propter malitiam, quia licet nondum fructum haberent, adhuc tempus supererat, in quo illum habere possent. scilicet prædicantibus Apostolis post Christi mortem: etiam non propter peccata, quia maximum peccatum eorum, propter quod vniuersa mala eis euenerunt, nondum compleuerant. scilicet mortem Christi: & tamen Deus non infert poenam quousque peccata illorum, quos punit completa sint. Sic patet Gen. 15. ubi Deus loquebatur de Chanaanis, Amorrhæis excludendis de terra propter peccata, & quasi reddens rationem, quare nondum excluderetur, ait: nondum enim completa sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. Quarto fuit, quia dato quòd aliquis de

Iudæis

Iudæis esset, cuius iniquitates completæ essent, ut deberet statim perire: tamen non erat conueniens, quòd Christus illum maledicendo occideret, quia ista maledictio non debebat esse nunc ad executionem mali, quod Iudæis inferendum erat, sed ad significationem illorum: sed maledicendo aliquem hominem, & occidendo appareret, aut putaretur, quod illud fiebat propter peccatum illius, & non propter significationem aliquarum rerum: maledicendo autem aliquam rem animatam, quae neque peccare poterat, neque damnum inferre, appareret, quod fiebat ad aliquid significandum, aut saltem hoc magis cogitari posset, ideo non debuit maledici, & occidi aliquis homo. Quintò fuit, quia cum maledictio ista fieret ad significationem, debuit fieri in re, quae conuenienter haberet istam significationem. Et hoc erat in ficulnea, quia sicut illa habebat folia, quae eam de longe fructiferam ostendebant: & tamen nullum fructum habebat: ita Iudæi cum haberent foris in coeremonijs quandam speciem sanctitatis: nullam tamen veram bonitatem habebant sed omni iniquitate repleti, ut Christus eos redarguit infra 23. cap. Sextò, quia etiam conueniens fuit hoc ex parte rei, quae maledicebatur. Nam licet maledictio ista fieret principaliter ad significandum: tamen debuit apparere prima facie aliqua causa, quare Christus moueretur ad maledicendum rem illam: & hoc planè apparuit in ficulnea, quia videbatur Christi inuisse ad quarendum in ea ficus, & non inuenit: & ita quasi indignatione quadam commotus, cum preterderet speciem fructuum, & non haberet illos, putaretur prima vice maledixisse illi, quod non appareret in aliqua arbore non fructifera, quia non subisset aliqua causa, quare illi prima facie videretur voluisse maledicere. Septimò, ut quidam volunt, fuit potius in ficulnea, quam in alia arbore ad ostendendum miraculi magnitudinem. scilicet quod arbor tam viridis subito ad verbum Christi marceret, quasi poenitus desiccata, sic dicit Chryso. Ideo autem non in alia plâta, sed in omnium humidissima hoc miraculum fecit, ut & hinc magis appareret hoc miraculum: & ita conuenienter valde factum est, quod Christus simul potestatem, significationem, & benignitatem ostenderet: quidquid enim nunc esset, quod malediceret, ad significationem agebat maledicendorum Iudæorum. potestatem quoque ostendit, quia humidissimam arborem vniuo verbo arefecit. Benignitatem quidem, quia hoc ostendere noluit in rebus sentientibus, & potissimè in hominibus, sed in non sentientibus manifestauit: ita. n. Christus potestatem suam ostendebat, quod quando in beneficiendo potestatem monstrare volebat, in hominibus miracula faciebat, ut in curatione egritudinum. Cum verò nocendo ostendebat potestatem, in rebus non humanis illam monstrabat, sicut in præcipatione porcorum, supra 8. cap. & in maledictione ficulneae hic: sic dicit Hilarius. scilicet in hoc bonitatis Dominice argumentum reperimus. Nam ubi afferre voluit procurate per se salutis exemplum, virtutis suae potestatem in humanis corporibus exercuit, speciem futurorum, & animæ salutem curis presentium egritudinum commendans: nunc verò ubi in contumaces formam seueritatis constituerebat, futuri speciem damno arboris indicauit.

Quare Christus porcos præcipitavit, & occidit, qui dolorem sentiebant. Questio CXXVI.

**S**ED dicitur, cum Christus propter suam benignitatem, & mansuetudinem suam potestati ibi mala inferendo ostendere deberet, ubi nulli inferret sensum doloris: & ideo faciebat hoc in rebus non sentientibus,

sicut in ficulnea: cur porcos præcipitavit, & occidit, qui dolorem sentiebant? potissimè cum tot præcipitauerit? erant enim illi quasi duo millia, ut patet Mar. 5. cap. Dicendum vno modo, quod Christus ex summa benignitate sua potius debebat ostendere potestatem suam in beneficiendo, quam in nocendo, & ita faciebat: imò & nunquam illum ostenderet in nocendo, nisi hoc necessitas exigeret, sicut nunc ad ostensionem futuræ maledictionis Iudæorum, non potuit ostendi miraculum in beneficiendo, sed in nocendo: quia miracula, quae fierent in beneficiendo non representarent mala infligenda Iudæis: & ideo ostendit potestatem suam in nocendo. Ita si interdum non poterat iuxta rerum exigentiam ostendi potestas, nisi miraculum fieret in nocendo alicui rei sentienti, fiebat in nocendo illi, & ita factum est in porcorum præcipatione: nam Christus sanauerat duos arreptitios, in quibus erat vna legio dæmonum: voluit autem Christus ostendere potestatem magnam, quae fuit in isto miraculo, ostendebatur autem potestas magna ex multitudine dæmonum, quos vno impetu eiecit, & vna voce: ideo antequam Christus illos eijceret, quasi fuit ab illis, quasi esset vnus dæmò solum in vno arreptitio, quod tibi nomen est, & respòdit multitudo dæmonum, legio mihi nomen est, quia multi sumus. Vt autem ostenderetur in veritate, quod multi erant sicut illi profitebantur debuit hoc ostendi per exteriorem operationem: nulla autem conuenientior erat, quam quòd mitteretur in porcos sicut illi petebant: nam cum quilibet porcus per se arriperetur, non poterat minus, quam ab vno dæmone quilibet porcus arripi, & sic saltem essent tot dæmones, quot porci. Et tamen porci erant vsque ad duo millia: Mar. 5. cap. Ideo saltem erant duo millia dæmonum: & tamen in veritate plures dæmones erant, cum esset legio, Mar. 5. & Luc. 8. cap. Si autem concederetur dæmonibus, quòd euerterent aliquando montem, vel similia facerent, non colligeretur ex hoc, an essent multi, vel vnus, cum quilibet eorum possit solus facere magna, cum non sit potestas sub coelo, quae comparetur eis. Iob. 21. cap. & ita debuit conuenienter concedi tunc dæmonibus, quod introirent in porcos, & præcipitarent eos. Secundò potest dici, quod fuit ad ostendendum ferocitatem, & crudelitatem dæmonum, cum vno impetu duo millia porcorum in mare præcipitauerint, & non ostenderetur crudelitas, si rem inanimatam insensibilem agitarent, ut si euerterent montes, vel ædificia, quia circa insensibilia non est crudelitas. Tertio potest dici, quòd adhuc stat generaliter dictum. scilicet Christus nunquam ostendit potestatem suam, nocendo per se, vel immediatè rebus animatis sentientibus. Nam ipse non occidit, neque præcipitavit porcos, sed solum concessit dæmonibus introire in eos: ipsi verò introeuntes, præcipitauerunt, & occiderunt omnes porcos.

Quare Christus dixit, si habueritis fidem, & non hesitaueritis. Questio CXXVII.

**Q**VAERETVR, quare dixit Christus, si habueritis fidem, & non hesitaueritis. Dicendum, quod ut habitum est supra quæst. 127. ista est causa præcipua, quare posita fuit ista doctrina de impetrando miracula fieri per fidem, cum etiam supra 17. cap. posita fuisset. scilicet ut adderetur, & non hesitaueritis. Et ideo tam Matthæus hic, quam Marcus 11. cap. illud posuerunt, quia dicitur ibi, quicumque dixerit monti huic, tollere, & mittere in mare, & non hesitauerit in corde suo, sed crediderit quodcumque dixerit, fiat, fieri: fuit autem multum necessaria ista particula. Ad quod sciendum, quod de fide, quae est ad faciendum miracula, dupliciter

Dens nūq sine necessitate ostendebat suam potestatem nocendo.

dupliciter putatur: quidam credunt, q̄ fides est confi- dentia illa, qua creditur aliquid sic euenturum, sicut in oratione petitur, etiam si non firmiter hoc confidatur. Alij dicunt fidem esse, quando firmiter creditur euenturum esse quod petitur, & nulla dubitatio de illius euentu habetur: quando autem est confidentia quadam, vel expectatio de re, quam in oratione petimus, & tamen cū quadam dubietate, dicitur primi esse fidem, sed imperfectam quidem. Secundi autem dicunt nullo modo esse fidem, & tamen fm̄ vtrōq̄; est verum, q̄ non est illa confidentia sufficiens ad impetrandū miracula fieri: & quia Christus loquebatur hic de fide, vt est sufficiens ad impetrationem miraculorū, debuit addere hoc. f. & non h̄stitaueritis. Etiam Marcus posuit, vt dictum est, & Iaco. i. sic ponitur, postulet autem in fide nihil h̄stitans. Accipiēdo autem iuxta primam opinionē, dicitur, q̄ Christus addidit hic istā particulam ad significandam fidem perfectā: & ideo dixit, si habueritis fidem. f. quā potest esse cum h̄stitatione: & tamen non est perfectā, sed perficitur per sequentia. f. & non h̄stitaueritis: iuxta secundam opinionem dicitur, q̄ non est additio, cū non h̄stitare includatur in ratione fidei, sed ponitur expositiue, sicut definitio explicat diffinitum, eo q̄ illi, quibus Christus loquebatur, non intelligebant, quid importaretur nomine fidei illius, quam ipse accipiebat. Sed dicendū est, q̄ secunda positio est verior. f. q̄ fides includat firmitatem sine h̄stitatione. Nam h̄stitare cum fide, non facit fidem solū esse imperfectam, sed prorsus facit fidem non esse, cū sit limitatio distrahens, sicut mortuus ad hominem. Et ratio est, quia alijs nō differret opinio a fide: nam opinio assentire facit cū formidine ad oppositum, si autem fides adhuc h̄sitationem haberet, cum formidine assentiret, & esset opinio. Assentit ergo, vel confidit sine formidine, sicut scientia, quae de certis, & necessarijs est, & tamē differt, quia scientia ex necessarijs demonstrat, fides autem sine demonstratione assentit, tanquam rei demonstratae.

Quare dixit Christus: Non solum de ficulnea facietis, sed & si dixeritis monti huic, &c.

Questio CXXVIIII.

QVAERETVR, quare dixit Christus: Non solum de ficulnea facietis, sed & si dixeritis mōti huic: tolle te, & iacta te in mare faciet. Dicendum, quod hoc fuit primō ad ostendendum, quod fides orantis impetrat quantum ad omnia, in quibus petit: posuerat enim vnum exemplum. f. de ficulnea. Nam ipse verbo suo desiccauerat ficulneam, & voluit dicere, quod etiam discipuli possent ficulneam desiccare, sicut ipse desiccauerat si peterent ex fide hoc fieri, & quia tunc non viderant discipuli aliquid aliud facere Christum, ad quod videretur debere extendi doctrinam istam de petendo ex fide: putarent fortē, quod hoc solum possent impetrare pro fide: ideo ostendit, quod quantum ad omnia extenditur fides: & ita ait, quod non solum de ficulnea fieri obtinebunt, sed etiā de monte si voluerint, & petierint montem mutari, & generaliter de omnibus rebus: ideo subiūxit clausulam generalem, dicens: & omnia quaecunque petieritis in oratione credentes accipietis, & tunc dicendum, quod nō dixit Christus specialiter de monte potius, quā de aliqua alia re, sed ita dixit de monte, ac si diceret de qualibet alia re, sed occurrit dixisse de monte. Secundō potest dici, quod dixit de monte specialiter ad notandum, quod omnia cadunt sub fide, siue magna, siue parua: & ideo sicut desiccare ficulneam impetratur per fidem: ita & quaelibet maiora, sicut est montem mouere. Sed tunc confide-

randum, quod omnia miracula sunt per potestatem infinitam, quia nullum potest fieri per minorem potestatem, quā sit infinita, neque requiritur ad aliquid maior potestas, quā sit infinita, & ideo omnia miracula sunt aequalia quantum ad potestatem faciendam: nam siue ficulnea desiccetur, siue mons moueatur, vtrumque fit in instanti per virtutem non naturalem: & quia prater istum modum faciendi ista miraculose est aliqua potentia naturae ad faciendum haec, vel saltem minor potestas, quā sit infinita, est tunc considerare respectu illius potentiae quid sit facilius fieri: & certum est, quod sub minori potentia cadit desiccare aliquando ficulneam, quā mouere montem: ideo posuit Christus pro maiori mouere montem, quā desiccare ficulneam, vel potest etiam hoc accipi quantum ad aetimationem vulgarem, & eorum quibus Christus loquebatur, quia dato, quod verē nō esset maioris potestatis facere vnum, quā alterum: tamen quia res inter se sunt inaequales magnitudine, existimant vulgares difficilius fieri vnum, quā alterum: & ita secundum eorum opinionem vellet Christus ostendere, quod fides ad omnia sufficit, siue ad maiora, siue ad minora.

Quare Christus potius dixit de motione montis, quā de aliqua alia re cum alia sint miracula maiora.

Questio CXXIX.

QVAERETVR, quare Christus potius dixit de motione mōtis, quā de aliqua alia re, cū vellet nominare difficultatem, cū alia sint verē difficiliora, quā mouere montem. Dicendum, quod verum est, quod miracula quodam modo dicuntur omnia inter se aequalia, & quodammodo dicuntur quaedam maiora alijs: comparando enim miracula ad diuinam potestatem, per quam solam sunt, nihil est miraculum, quia facere illa non est difficultas aliqua Deo, sed quia ita est, quod ea, quae miracula proprie vocantur per Deum solam sunt: & quaecunque sunt per alia agentia, non sunt, neque dicuntur miracula: sunt quantum ad hoc omnia miracula aequalia, neque datur maius, & minus in eis, quia nullum requirit maiorem potestatem, quā sit infinita, & ad nullum sufficit minor potestas, quā sit infinita: si autē consideretur miraculum secundum ipsam rem, quae sit, potest dici vnum miraculum maius alio sicut. i. in quantum sunt omnia per potestatem diuinam, quae excedit facultatem naturae, & quanto magis excedit facultatem illam, tanto est maius miraculum, & quantum ad hoc sunt tres gradus in quantum tripliciter aliqua operatio excedit facultatem naturae. Vno modo quantum ad substantiam facit, scilicet, quia illam rem natura nūquam facere potest, neque per illam viam, neque per alteram, neque in illo subiecto, neque in altero, sicut est facere esse duo corpora in eodem loco, aut quod sol, vel astra retrocedant contra motum, quem nunc habent, aut quod corpus humanum glorificetur: nunquam enim natura efficere potest per aliquam viam, quod duo corpora sint in eodem loco: Deus autem efficit illud. Etiam nihil potest naturale agens supra motum corporum coelestium ad hoc, quod cōtrario, vel diuerso modo moueantur, neque potest vnquam glorificare aliquod corpus humanū, & multa huiusmodi. Secundus gradus est quando operatio excedit facultatem naturae, non quantum ad substantiam facti, sed quantum ad subiectum, vt suscitatio mortuorum, illuminatio cecorum, & sanatio quarumcumque aegritudinum, & potissimē maximarum, in qua sanatione recuperatur aliqua forma deperdita, vt visus, auditus, vel membrum mutilatum: natura

An vnum miraculum sit maius alio.

natura enim potest ista praestare, quae hic praestatur quantum ad substantiam rei, sed non in eo. Item subiecto, in quo praestantur per miraculum, sicut natura potest dare vitam ei, qui nondum genitus est, vt esse incipiat, sed non potest dare vitam mortuo, qui semel vitam habuit: etiam natura dat visum, & auditum, & omnes vires, & omnia membra ei, qui nunquam fuit, & nunc gignitur: sed non potest dare visum caeco, & auditum surdo: & ita de alijs non habentibus potentias istas, vel non habentibus membra, vt quia nunquā illa habuerūt, vel quia mutilati sunt: & ita solum differt hic operatio per subiectū, & non per rem quae fit. Tertius gradus est quando operatio miraculi excedit facultatem naturae, non quantum ad substantiam facti, neque quantum ad subiectum, in quo fit, sed quantum ad modum, & ordinem faciendi, sicut est in curatione febrium, & generaliter omnium aegritudinum, quae naturaliter sunt curabiles, quando illae curantur a Deo, quia non curantur eodem ordine, & modo a natura. Nam Deus in instanti curat, nihil adhibendo, sed facere volendo: natura autem secundum quasdam successiones, & apponendo, vel faciendo aliquid determinatum. Et sic est plerūque ultra modum, vel tonitrua dare, & fulmina, & omnia, quae pertinent ad metheorologicas impressiones, quia omnia illa a natura sunt aliquando, sed quando Deus illa facit, aliter facit, quā natura, sicut est de pluuia, & tonitruis factis per Samuelem in diebus messis triticee. i. Reg. 12. cap. & ponitur ibi, quod fuit miraculum, quia facta sunt illa in tali tempore, in quo natura illa non facit saltem in tali regione, & ideo ad ostendendum, quod erant miracula, dixit Samuel: nunquid messis tritici est hodie, & inuocabo Deum, & dabo voces, & pluias? talia autē sunt ista duo miracula hic nominata, scilicet, desiccare ficulneam, & mouere montem: nam ficulnea naturaliter desiccari potest, sed non tali modo, scilicet, subito: & ideo non admirati sunt discipuli, quod ficulnea aruerit, sed quod statim aruit. Sic dicitur in litera, scilicet, & videntes discipuli admirati sunt dicētes, quomodo continuo aruit: sic & mons potest tolli de loco suo, & iactari in mari, sed non vno impetu, sed particulatim auferendo de eo. Sciendum, quod miracula secundum istos tres gradus sunt inaequalia, quia miracula primi gradus sunt maiora, quā secūdi, & tertij gradus, & miracula secundi gradus sunt maiora, quā tertij gradus, quia quanto magis elongantur a facultate naturae tanto sunt maiora, sed prima poenitus elongantur, cū nunquam illa natura possit quantum ad substantiam facti efficere. Secunda minus elongantur, quia licet non possit illa facere natura quantum ad subiectum facti: potest tamen quantum ad substantiam, scilicet, quia eandem rem in alio subiecto efficit. Tertia minus elongantur a naturali facultate, quia tam quantum ad substantiam, quā etiam quantum ad subiectum facti potest idē natura, & miraculum, sed solum quantum ad ordinē distant, & modum. Sciendum etiam, quod isti tres modi sunt generales distinctiones miraculorum, & ideo sub quolibet eorum inueniuntur multa miracula inaequalia, sicut curatio omnium aegritudinum curabilium cadunt sub tertio modo: & tamen non sunt omnes eque facilius via naturae: etiam suscitare mortuos, & illuminare caecos, & reddere auditum surdis cadunt sub secundo gradu, sed difficilius est suscitare mortuos, quā illuminare caecos. Sic etiam ficulneam desiccare, & mutare montem de loco cadunt sub tertio modo, sed facilius est ficulneam desiccare, sed in singulis potest considerari causa difficultatis ad operationem naturae, & secundum haec apparebit de quibuslibet, quae sunt difficiliora alijs. Ex his se-

quitur, quod praesupponebatur supra, scilicet, quod mouere montem non sit maximum miraculum, sed potius est de minimis: nam est in tertio gradu, & omnia miracula illius gradus sunt minora, quā quodlibet de secundo gradu, & a fortiori, quā quodlibet de tertio gradu. Et ita manet semper dubium, cū Christus vellet nominare hic maximum miraculum, vt ostenderet, quod fides poterat etiam ad maxima, quare nominauit mutationem montis. Dicendum, quod Christus procedit artificialiter. Ad hoc enim, quod probet quis ea quae intendit, non expedit, quod probet per ea, quae simpliciter vera sunt, & probant, sed per ea, quae videntur respondentia: & quia licet omnia alia erant maiora miracula, quā mouere montem de loco suo, nullum tamen videbatur maius eis, quibus Christus loquebatur, & generaliter omnibus vulgaribus, posuit istud quasi maximum: non quidem asserendo illud esse maximum. Sed dicendum, quod per fidem poterat illud impetrari. Causa autē quare discipuli, & alij vulgares putabant istud esse maius miraculum, quā coetera, erat prima, quia de miraculis primi, & secundi generis iam viderant, vel sciebant esse multa facta, sed mutationem montis, neque viderant, neque factam vnquam audierant. De primo generē patet, vt in statione solis Iosue decimo capitulo, & in retrocessione eius tempore Ezech. 4. Reg. 20. & Isa. 38. & ambo ad praeces hominum impetrata sunt. Nam Iosue orante, imō iubente sol stetit. Iosue 10. c. & orante Isāia, vt compleretur voluntas Ezechiae retrocessit sol. 4. Reg. 20. cap. De secundo gradu multa miracula viderant, vt suscitationes mortuorum, & illuminationes caecorum tam tempore Christi, quā factas a prophetis, sed mutationem montis nunquam viderant, ideo putabant esse istud maius miraculum. Secunda causa est, quia vulgares non cognoscentes magnitudinem in virtutibus alteratiuis, & coeteris operatiuis, cognoscunt illam in motiuis, vt in potentia portatiua, & in quacunque motu, quia ista magis cadunt sub sensu, & quia in potestate motiua, nihil maius esse videtur, quā mouere montem de loco ad locum, putant non esse aliud maius miraculum, quā mutare montes de loco in locum.

Quare Christus tam hic, quā decimo septimo capitulo, dixit de translatione montis, quando de fide locutus est.

Questio CXXX.

QVAERETVR, quare Christus tam hic, quā decimo septimo capitulo, dixit de translatione montis, quando de fide locutus est. Dicendum, quod Christus vtrōque locutus est de magnis, quae per fidem efficiuntur: ideo posuit illud quod maximum putatur: nam supra decimo septimo volebat Christus ostendere, quod fides quantumcumque sit parua sufficit ad maxima miracula, ideo dixit, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, quia nihil minus est in seminibus, quā granum sinapis: transferre autem motem posuit, tanquam rem maximam, vt vulgares putant: ideo grano sinapis de fide posuit competere translationem montium, hic etiam, quia ostendere volebat, quod orans ex fide omnia impetrat etiam maxima, dixit, quod non solum de ficulnea facerent, id est, desiccare possent illam, sicut ipse desiccauerat, sed etiam montem transferre possent, & istum eundem modū loquēdi tenet Apostolus primae Corinthiorum decimo tertio capitulo, vbi cum maximam fidem comparat ad id, quod per illam potest impetrari, posuit quasi pro maximo translationem montium dicens: si habuerō omnem fidem, ita vt montes transferam.

Quod



Quod sit maius miraculum, istud de translatione montium, vel illud de translatione arboris mori, & radicatione in mari. Quæst. CXXXI.

QVAERETVR, quod sit malus miraculum, an istud de translatione montium, quod hic ponitur, vel illud quod ponitur Lucæ decimo septimo, de translatione arboris mori, & radicatione in mari. Dicendum, quod vtrumque magnum est in veritate, & etiam valde magnum in æstimatione vulgarium. Primum patet, quia licet vnum miraculum sit minus alio: tamen nullum miraculum est paruum, cum omnia excedant facultatem naturæ. Secundum patet, quia Christus vtrobique fidem laudat, ostendens quod per illam res maxime fiant, & oportet, quod vtrumque posuerit, quasi maximum in æstimatione vulgarium: imò quasi æqualia posuit, cum ambo cõmensurauerit ad granum sinapis. Sed dicendum, quod in veritate valde maius est eradicare morum verbo, & transplantare in mari, quam montes transferre, & iactare in mare. Nam transferre montes vnicum miraculum est, & pertinet ad tertium gradum miraculorum, qui est minimus gradus miraculorum, vt ostensum est supra. Eradicare autem morum, & transplantare in mari, sunt duo miracula, & vnum pertinet ad tertium gradum: alterum ad secundum gradum. Nam eradicare morum, vt transferatur in alium locum solo verbo, pertinet ad tertium gradum, quia eandem rem quantum ad substantiam, & quantum ad subiectum efficit natura, sed non eodem ordine, & modo, scilicet, quia non in instanti, & per verbum, sed in successiue, & per alia instrumenta: transplantare autem in mari, id est, facere, quod super aquas maris radices teneat, & ibi se figat, & nutriatur, & fructum faciat, pertinet ad secundum gradum miraculorum, quia natura eandem rem facit quantum ad substantiam, scilicet radicationem mori, & fructificationem, sed non in eodem subiecto, siue loco, id est, non in mari super aquas, sed in terra: sed quodlibet miraculum secundi gradus est maius quolibet miraculo tertij gradus, vt dictum est supra, ideo maius est istud de eradicatione, & transplantatione mori, quam de translatione montium.

In. q. 132.

In. q. 32.

Quare dixit Christus, dicetis monti huic. Quæstio CXXXII.

QVAERETVR, quare dixit Christus, dicetis monti huic, quia sufficiebat dicere, dicetis monti transi. Dicendum, quod quando Christus ista dixit, erat iuxta aliquem montem, & cum illum videret ad oculum, ostendit eum dicens, dicetis monti huic, id est, poteritis dicere huic monti, vel cuiunque alteri. Nam non erat vnicus mons, quem per fidem mouere possent, sed quemlibet poterant transferre. Sed dicitur, quare etiam decimo septimo capitulo, quando dicebatur de fide dixit, dicetis monti huic, & an erat idem mons.

Dicendum, quod non erat idem mons. Dicitur, quando Christus dixit istud, erat inter Ierusalem & Bethaniam, cum veniret de Bethania in Ierusalem, vt colligitur supra in litera, & Marci vndecimo capitulo: quando autem dixit illud, quod habetur supra decimo septimo capitulo, erat in Galilæa, vt colligitur ibidem. Et ita non poterat esse idem mons, sed dixit vtrobique, dicetis monti huic, quia vtrobique ostendit montem aliquem particularem, licet non esset idem: est enim terra illa montuosa, & campestris, Deuteronomij vndecimo capitulo: ideo facile est vbiq; existentibus montem aliquem ostendere;

tenuit autem Christus istum modum ostendendi semper particulariter, quia loquebatur rudibus, qui magis mouentur ex consideratione particularium, quæ pertinent ad sensum, quam ex apprehensione vniuersalium, quæ est intellectus: si enim Christus diceret, dicetis monti transi, non deprehenderent determinatè aliquem montem, cuius magnitudo subiiciatur oculis: & sic non multum mouerentur. Cum autem dicebat, dicetis monti huic, ostendebat aliquem particularem montem, qui oculis subiectus erat, & illius consideratio multum moueret, scilicet, quod tantam molem ipsi transferre possent localiter, & ita semper loquebatur sic particulariter ad oculum ostendens. Sic etiam Lucæ decimo septimo, cum ageret de fide, dicetis huic arbori moro eradicare, & transplantare in mare. Si autem non faceret demonstrationem ad sensum, loqueretur pluraliter: non enim diceret, dicetis monti transi, & transibit, sed dicetis montibus, cum non videatur aliquis particulariter designatus: & ita Apostolus locutus est non faciens designationem, primæ Corinthiorum 13. & si habuerit omnem fidem, ita vt montes transferamus.

Quare dixit Christus, dicetis monti huic, tolle te, & iacta te in mare. Quæstio CXXXIII.

QVAERETVR, quare dixit Christus, dicetis monti huic tolle te, & iacta te in mare. Aliqui volunt, quod dixerit ad ostendendum magnitudinem miraculi, scilicet, quod tolleretur se mons, & poneretur supra vndas maris, & ibi sisteret: & ita essent duo miracula vnum tertij gradus, scilicet, translatio montis. Et aliud secundi gradus, scilicet, fixio super vndas, sicut dicitur Lucæ decimo septimo capitulo de moro, vt dictum est supra. Sed dicendum, quod non stat: quia sola translatio montis designatur, & non fixio, vel supernatio. Et pater, quia dicitur, tolle te, & iacta te in mare: & tamen iactare se significat immersionem, scilicet, quod immergatur in vndas, & non supernationem: quia tunc diceret, tolle te, & pone te super mare, sed fuit hoc ad significandum magnitudinem translationis, id est, quod non solum posset quis per fidem commutare montes, sicut fit in terremoto, vel paulisper mutare de loco suo, sed etiam longe à locis suis: & ideo dixit, & iacta te in mare, quia mare distabat aliquantulum à loco, in quo nunc Christus erat, scilicet, per nouem leucas ad minus: nã erat inter Bethaniam & Ierusalem, quæ ad inuicem distant quasi media, aut vna leuca: Ierusalem autem distat à primo portu maris, qui dicitur portus Ioppen, & vulgariter Iafa, nouem leucas secundum descriptionem librorum situs terræ Sanctæ: quando autem Christus dixit, supra decimo septimo, dicetis monti huic, transi hinc, non addidit, iactate in mare. Et ratio videtur esse, quia ibi nihil magnum significaretur per illam iactationem, eo quod erat mons ille signatus iuxta mare, quia erat tunc Christus circa Capharnaum in Galilæa, vt colligitur ibidem, & ibi est mare, quod vocatur Galilæa.

Quis erat mons iste, de quo dixit Christus, dicetis monti huic. Quæstio CXXXIII.

QVAERETVR, quis erat mons iste, de quo nunc, & supra dixit Christus, dicetis monti huic. De primo dicendum, quod erat mons Oliueti, vel mons Sion: & tamen potius videtur, quod esset mons Oliueti. Et patet, quia Christus dixit ista discipulis

Situs portus Ioppè, qui vulgariter dicit Iafa.

discipulis inter Ierusalem & Bethaniam, vt colligitur hic in litera: & hoc cum reuerteretur de Bethania in Ierusalem, vt patet Marc. 11. c. distat autem media leuca, vel vna. l. quindecim stadijs. Io. 11. c. & ibi non sunt alij montes magis propinqui quam mons Oliueti, & mons Sion: nam pars vrbs Ierusalem est supra montem Oliueti, nisi vallis media. Bethania autem est in latere montis, & veniendo de Bethania in Ierusalem oportet descendere de monte Oliueti. Sic dicit Beda, Bethania villula est, siue ciuitas in latere montis Oliueti, vbi Lazarus suscitatus est a mortuis. Et hoc inuenitur Mar. 11. in principio. f. & cum appropinquaret Ierosolymæ & Bethaniam ad montem oliuarum. Ergo erat Bethania in monte oliuarum, vel coniuncta ei: & ita est, qd erat in latere montis Oliueti: et cum de Bethania velleret quis ire in Ierusalem, oportebat transire per montem Oliueti, & descendere per eum. Nam Luc. 19. c. postquam ponitur, qd venit in Bethaniam, & mansit ibi, vt dicitur Io. 12. c. Cum procederet ultra versus Ierusalem, dicitur, quod deiecit de monte Oliueti. f. & cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbæ laudare Deum: & ita apparet, quod inter montem Oliueti & Ierusalem nihil est medium nisi vallis, quæ est statim post descensum montis. Ex hoc autem apparet, qd iste mons, de quo Christus locutus est, sit potius mons Oliueti, quam Sion: quia Christus loquebatur ista, quando veniebat de Bethania cum discipulis in Ierusalem, vt colligitur Mar. 11. & ideo non poterat alium montem propinquiorem ostendere quam eum, per quem descendebat, vel iuxta quem erat: si autem de monte Sion loqueretur, cum ille esset intra ciuitatem, quia pars vrbs erat fundata super eum: potius diceret, dicetis vbi ista, tolle te, quam dicetis monti huic. De secundo dicendum, quod ille mons, de quo dixit Christus supra 17. c. erat mons Thabor. Nam Christus ostendit montem propinquiorem, cum dixerit, dicetis monti huic: & tamen mons propinquior erat mons Thabor: quod patet, quia Christus dixit ista discipulis statim vt transitus est. Nam vt innuitur Luc. 9. turba erat iuxta montem. f. Factum est in sequenti die descendit illis de monte, occurrit illi turba. Et illa est, coram qua dixit discipulis de fide. Ergo iuxta montem transfigurationis fuit illud mons: tamen transfigurationis est mons Thabor, ideo mons Thabor fuit ille, de quo dixit supra decimo septimo capit. dicetis monti huic.

An hoc verum sit, scilicet, quæcunque petieritis in oratione, credentes accipietis.

Quæst. CXXXV.

QVAERETVR, cum dicat hic, & omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis: an sit verum, vel debeat subintelligi aliqua orationis conditio. Aliqui dicunt, quod debent subintelligi tres conditiones, scilicet, piè, perseueranter, & pro se: nam de oratione ita Christus dicit Io. 16. c. Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et tamen cum ista generalitate non est verum, quod quodocunque oramus in nomine Christi exaudimur: sed ponuntur tres illæ conditiones, vel plures secundum alios, quibus existentibus semper exaudimur: ita ergo licet nunc detur regula generalis, videtur qd debeant aliqua conditiones subintelligi. Secundò & præcipuè, quia ista quæ petimus in oratione petuntur, cum dicatur: quæcunque petieritis in oratione credentes, ergo conditiones subintelliguntur, quas oratio Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

requirit ad hoc, quod exaudiatur. Dicendum, quod orantes aliquando exaudiuntur, & aliquando non: sicut experimur, & conditiones, quæ communiter ponuntur ad exauditionem non sufficiunt: nam sæpe orat quis bonum petens pro se, aut pro alio, & non obtinet: vt aliquis desiderat & orat longo tempore habere vitam æternam, & tandem decedit in mortali, & perit æternaliter: aliquis autem contra charitatem petit malum proximi, & exauditur, id est, euenit ita, sicut ille petit: ideo circa hoc nihil magis propinquum veritati inuenitur, nisi quod ille qui petit fieri, id quod Deus proposuit facere, siue de eo, siue de alio, siue ad bonum, siue ad malum, exauditur, etiam si malo animo petat, id est, fit id, quod ille petit: quisquis verò petit, aliquid quod Deus non facere diffiniuit, quantumcunque ex charitate petat, & pro se, & perseueranter, non exauditur, id est, non fit id, quod ipse petit. Ex hoc sequitur, quod quando concupiscit quis petierit ex fide, id est, nihil hæsitans, quidquid petierit, impetrabit siue sit ad faciendum miracula, siue ad obtinendum aliquid aliud, & siue sit pro se, siue pro alio. Et ratio est, quia fides hoc modo est quædam certa confidentia de obtinendo quod petitur, & putatur inuenitabiliter euenturum esse quod petitur: ac si coram oculis videretur, ista autem fides est donum Dei, quod non manet in nobis vt habitus, qui postquam acquisitus fuerit, manet quantum nos volumus, vel quam diu non facimus cõtrarium illi: sed sicut a Deo illum recipimus, quando ille vult: ita manet solum quam diu ille vult, & non est in potestate nostra multum, aut parum de fide habere, sed quantum nobis datur, ita neque est in potestate nostra, quam diu manet in nobis, sed specialiter datur nobis mensura fidei, pro quocunque actu, quem ex fide facere debemus: & tunc nullum inconueniens est, quod existere fide obtineamus, quodcunque petamus, quia Deus scit, quid nos petimus aut petere intendimus, & non daret nobis fidem non hæsitantem ad petendum, si ea, quæ petimus dare non intenderet, cum ad ipsum solum specialiter fidem illam concedere pertineat: Et ideo sicut, neque Christus ponit hic conditionem aliquam, ita neque nos ponere debemus, sed absolute dicere, quod obtinet ille, qui cum fide petit: & hoc maxime quando petimus miracula fieri: quia de hoc fuerat sermo introductus. difficilius enim videtur, quod quis impetret miracula facere, siue pro se, siue pro alijs, quam quod impetret alia, quæ solent peti in oratione, potissimè cum miracula, vt communiter, fieri petamus ad vtilitatem aliorum, & cedat illorum operatio in quandam laudem nostram: & tamen quodcunque miraculum petamus fieri ex fide, statim illud fit: ergo a fortiori, si quæcunque alia petierimus ex fide, siue in fauorem nostrum, siue alienum, obtinebimus: & ideo postquam Christus dixerat de impetratione miraculorum per fidem, scilicet, quod possemus transferre montes, subdidit generaliter, quod quidquid petere ex fide obtineremus, & de ista fide quantum ad comparisonem suam ad fidem, quæ est virtus theologica, multa dicta sunt supra decimo septimo capitulo: an verò ista fides recipiat magis & minus, id est, vna sit maior alia, & postquam data est alicui augmentetur in aliquo, vel maneat æqualis, aut minuat interdum, dictum est ibidem, & quæstio. 169.

An circa omnia alia, quæ petimus in oratione, sit necessaria fides, sicut circa operationes miraculorum. Quæstio CXXXVI.

QVAERETVR, an sicut verum est, quod ad impetrandum operationes miraculorum est necessaria

Quidquid fidelis petierit ex fide impetrabitur.

In quæst. 168.

cessaria ista fides, quæ est donum, & sine illa non obtinentur miracula: an ita sit circa omnia alia, quæ petimus in oratione, etiam si non sint miracula, quod non obtineamus illa sine fide. Aliqui dicunt, quod etiam ad impetrationem quarumcunque rerum in oratione requiritur fides. Et patet primò ex his, quæ habentur hic, quia sicut supra dixerat de operatione miraculorum, & locutus fuerat de fide, quod esset necessaria, & quod sufficeret ad transferendum montes, & ad quæcunque alia: ita & subiunxit de omnibus alijs, quæ petuntur in oratione, quod obtinentur, si petantur ex fide: & tamen si fides non esset, necessaria, non poneretur hinc Christo, quod frustra videretur introducta in doctrina orationis, cum de rebus, quæ non sunt miracula petuntur, ergo etiam ad obtinendum, quidquid obtinendum sit in oratione requiritur fides. Secundò patet, quia Iaco. 1. dicitur: Siquis indiget sapientia petat a Deo, qui dat affluenter, & nemini impropere. Et sequitur: Postulet autem in fide, nihil hæsitans: nam qui hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur: non autem æstimet homo ille, quod accipiat aliquid a domino, & tamen petere hoc non est petere miraculum: ergo etiam ea, quæ non sunt miracula, non obtinentur sine fide. Tertiò, quia dicitur non æstimet autem homo ille, quod accipiat aliquid a domino, ergo nihil accipit, qui fidem non habet. Et sic, nec de miraculis, neque de cæteris, quæ in oratione petuntur, obtineri quidquam potest sine fide.

Dicendum, quod ad impetrandum in oratione alia, quæ non sunt miraculum, non est necessaria fides. Si enim fides ad sit, certum est, quod impetrabuntur, & tamen etiam non existente fide, poterunt obtineri. Primum patet, quia maius est obtinere operationem miraculorum, quam alia, quæ non sunt miraculum: & tamen quæcunque ex fide petimus, obtinemus quæcunque miraculum, ut patet ex litera: ergo a fortiori, & ea, quæ non sunt miracula, potissimè quia litera dicit, & omnia, quæ petieritis in oratione credentes, accipietis. In quo tam miracula, quam non miracula intelliguntur. Secundum patet, quia maius est obtinere miracula fieri, quam obtinere alia, quæ petimus, & ideo non est inconueniens, si plura requirantur ad obtinendum miracula fieri, quam ad alia. Vnde licet ad obtinendum miracula requiratur semper fides in petente: videtur, quod non sit necessaria in obtinente alia fieri.

Et patet, hoc primò, quia miracula obtinere sit maius, quam obtinere alia: cum multa alia petamus, quorum affectio ad miraculum non pertineat.

Secundò, quia difficilius est homini impetrare pro alio, quam pro se: & tamen miracula, ut communiter pro alio impetrantur, quia qui miracula facit, non pro seipso facit, sed pro alio: ergo aliquid maius requiretur in obtinente fieri miracula.

Tertiò, quia operatio miraculorum licet sit Dei: tamen decorat nimium, & venerandos reddit eos, per quos fiunt: impetratio autem eorum, quæ in oratione ad nostram utilitatem petimus, non reddit nos famosos, & magnæ opinionis: ideo Deus vult, quod sine eius dono, id est, fide non impetremus miracula fieri: & tamen impetrare possumus aliqua, quæ non sunt miracula. Quartò patet hoc, & multum efficaciter, quia quando Christus dat doctrinam de obtinendo aliquid per orationem, nihil de fide dicit: quædo autem dat doctrinam de obtinendo fieri miracula, dicit de fide. Primum patet, quia supra septimo, & Luc. v. decimo capitulo, dicitur de oratione: petite & dabitur vobis, quærите & inuenietis, pulsate & aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit, & qui

quær it inuenit, & pulsanti aperietur. Et sic illa conditio fidei ibi ponitur ad impetrandum. Et idem Ioan. decimo sexto capitulo dicitur, Siquis petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: vsque modo non petistis quidquam in nomine meo, petite & accipietis. Secundum patet, quia supra decimo septimo, quando ponitur de curatione lunatici, quæ erat miraculosa, introducitur fides ad impetrandum illam: & subduntur ibi alia miracula, quæ etiam per fidem impetrantur: nam cum dixerit discipuli Christo, quare non potuimus eijcere eum: dixit illis Christus, propter incredulitatem vestram. Et sequitur: Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, transibit, & nihil impossibile erit vobis: Et Luc. decimo septimo, cum etiam de fide pertinente ad miracula ageretur, dicentibus discipulis, Domine adauge nobis fidem: dixit Christus, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, obediet vobis. Ita etiam hic cum de ficulneæ deficcatione loqueretur, quæ erat miraculum, ait: Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si dixeritis monti huic, tolle te, & iacta te in mare, fiet. Ergo non voluit Christus fidem esse necessariam ad impetrandum quæcunque in oratione: sed solum ad impetrandum miracula fieri.

Quintò patet, quia Apostolus 1. Corint. 12. c. ubi ponit gratias gratis datas, ponit fidem, quæ est ad impetrandum miracula fieri: non autem ponit aliquam gratiam gratis datam ad impetrandum alia, quæ in oratione petuntur: ergo non requiritur fides ad impetrandum in quacunque oratione, sed multa sunt, quæ impetrare possumus orando pro nobis, si pie, deuotè, & perseueranter oremus: etiam si fidem non habeamus, id est, confidentiam talem, quod credamus nullo modo in contrarium euenturum, quam nos petamus.

Ad primum in contrarium dici potest vno modo, quod verum est, quod quæcunque petamus ex fide obtinebimus: nam si miracula fieri ex fide obtinebimus, a fortiori ea, quæ non sunt miracula: & tamen non conuertitur, scilicet, quod si non habuerimus fidem, quod non obtinebimus ea, quæ non sunt miracula.

Aliter potest dici, quod illa litera non intelligitur, nisi de impetratione miraculorum: dixerat enim Christus, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, id est, non solum poteritis deficcare ficulneam, sicut ego deficcavi: sed etiam maiora miracula facere poteritis, scilicet, si dixeritis monti huic, tolle te, & iacta te in mare, fiet: Et ne putaretur, quod hoc solum posset fides, aut ut non oporteret de singulis particulariter dicere, posuit regulam generalem, quantum ad omnia miracula, scilicet, quod omnia, quæ petuerint homines miraculose fieri: dum tamè petant credentes, obtinebunt: & tunc conuertunt, quod si non petierint ex fide, nihil obtinebunt.

Ad secundum dicendum, quod etiam Iacobus loquitur de impetratione miraculi, quod quia ille, qui sapientiam non habet recipiat: ideo sapientiam non addiscendo, neque per humanum studium miraculum est, & hoc sine fide non acquiritur, & loquitur in casu, quo quis indiget sapientia ad defensionem, vel declarationem fidei, & pro tempore illo, non potest eam habere per humanum studium, vel doctrinam, si ad Deum confidenter orat, infundet illi sapientiam, quam petit, vel habitualiter dando: vnde semper sapiat, vel infundendo, vnde actualiter intelligat, etiam si non perseueret illa sapientia in eo. Sic enim in Apostolis erat, qui impetrati erant, & tamen Christus dabat eis sapientiam infundendo

dendo actualiter, quocunque tempore indigerent, & non oportebat, quod aliquid ipsi orarent, neque solliciti essent pro eloquio: sed in quacunque hora opus esset eis loqui proponendo: vel respondendo infundebatur eis quid loqueretur, supra 10. & Luc. 21. c. Nobis autem non concessum est hoc privilegium: sed humano studio addiscimus, quod nobis conueniens est: non solum circa humana, sed etiam circa diuina: & quæ sunt necessaria ad regimen animarum nobis commissum. 1. Timot. 4. c. Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ: noli negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manus presbyterij: & tamen quia interdum facientibus nobis, quod possumus occurrere aliquid, in quo per humanam sapientiam providere non possumus, recurrendum est ad Deum: & tunc si ex fide oramus, vel concedit sapientiam, quam petuerimus. Et ita intelligitur dictum Iaco. Sic etiam si quis petat acumen ingenij, quod naturaliter non habet: vel bonitatem memoriæ, vel aliã diffinitionem ad scientiam, & confidenter petat concedet Deus: & hoc est sapientiam dare.

Ad tertium dicendum, quod postulans sine fide nihil accipit a domino, scilicet de illis, quæ ad miraculum pertinent, quale erat sapientiam petere: nam licet ponatur verbum generaliter, non est magis extendendum, quam sit conditio eorum, de quibus agitur: & quia ibi agitur de eis, quæ miraculose conceduntur, ad illa referendum est, scilicet, quod de illis nihil impetrabit a Deo sine fide: sed in alijs, quæ non pertinent ad hanc conditionem miraculorum, obtineri multa possunt sine fide.

An apostoli aliquando montes transfulerint.  
Quest. CXXXVII.

QVAERITVR, circa hoc quod dicitur hic de translatione montis: an apostoli aliquando montes transfulerint. Aliqui dicunt quod sic, quia accipitur mons mysticè: & ita illum transfulerunt apostoli, vnde quidam dicunt, quod mons est Christus, & illum transfulerunt apostoli, & proiecerunt in mare, quando verbum prædicationis ad gentes portauerunt: sic dicit Hieronymus. Christus, qui est mons crescens de lapide absceso sine manibus, tollitur & mittitur in mari, quando apostoli dicunt, digne transferamur ad gentes alteras: quia vos indignos iudicatis audiendo verbum Dei. Alij dicunt, quod diabolus est mons, & iactatur in mare per apostolos. Sic dicit Beda: Montis nomine diabolus designatur propter superbiam, mors ad præceptum eorum, qui fortes sunt fide tollitur de terra & in mare projicitur, cum prædicationibus verbum Dei doctoribus sanctis immundus, spiritus ab eorum corde repellitur, qui ad vitam sunt præordinati: & in turbulentis amarisque infidelium mentibus vesaniæ suæ tyrannidis exercere permittitur, in quos tanto acrius sequitur, quanto amplius se dolet a læsione priorum suis deplsum.

Sed dicendum, quod hoc non stat, quia iste sensus est mysticus: & tamen oportet dare aliquem sensum literalem huic literæ. Secundò, & præcipue, quia Christus attribuit fidei translationem montium, & tamen accipiendo sic siue pro Christo, siue pro demone, non oportet esse aliquam fidem ad mouendum montes: Tertiò & efficacius, quia Christus dixit: dicetis monti huic: & ita ostendit montem ad oculum, & ideo de translatione montis illius, & similibus intelligendum est necessario.

Dicendum ergo, quod intelligendum est hoc ad literam de translatione montium, quos verè apostoli, & quique fidelis transferre potest: & quia non legimus talia Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

facta ab eis, nec nos illa facimus, arguunt infideles, quod nullam fidem habeamus, vel Christus noster mentitus sit. Sed isti insaniunt. De nobis enim dicendum, quod non transferimus montes, & fortè multi nostrum transferre non possent, etiam si vellent, & cum arguitur, quod non habeamus fidem, falsum est: habemus enim fidem, quia credimus firmiter, & plenè in Christum, sed fides est duplex: quædam quæ est habitus siue virtus, & est virtus theologica, qua fideles sumus: alia est donum quoddam, siue gratia gratis data, id est, quædam confidentia de certissimè, & inenitabiliter obtinendo quod petimus. Primam harum omnes habemus, & in ea gloriamur, sed ista non sufficit ad faciendam aliqua miracula. Secundam rari de nobis habent, & raro: quia qui habent non semper illam habent, & ideo non est inconueniens, quod miracula nulla faciamus: & tamè si opportunitas se offerret, ut ad laudem Christi & confirmationem, vel defensionem aut dilatationem gloriæ suæ translatio montium aliquid conferret: multi nostrum illud possent: quia Christus non deserit ecclesiam suam, sed omni tempore illam sufficienter gubernat: ideo sicut quando necessaria fuerunt miracula de dit plurimos, qui ad abundantiam illa facerent: ita & nunc multis gratiam miraculorum, & fidei plenitudinem tribueret. Nec obstat, si dicas, quod tunc erant viri sancti, quibus potestas faciendorum miraculorum committeretur, nunc verò nemo talis est, cui ista committantur. Dicendum, quod non stat: tam natura enim, quam ars hoc efficiunt: quia natura, cuius finis est producere formam per generationem, non solum producit formam, sed etiam omnes præuias dispositiones ad formam efficit: sic & ars, quæ producit formam artificiatim, omnia præparatoria ad formam efficit: sic cum Christus ecclesiam suam ordinatissimè, & prudentissimè conseruet, & regat: si ad illius conseruationem requiritur operatio miraculorum, non solum dabit potestatem faciendi miracula dispositis ad recipiendum: sed etiam ipse dispoheret homines, ut apti sint ad recipiendam illam potestatem: & ita factum est in ecclesia primitiua, in qua minus dispositi erant homines ad recipiendum quamcunque spirituales potestatem, quæ nunc, cum essent idolatræ & Iudæi perdidit: non enim Christus inuenit, quibus dignè ista committeret, sed eos qui indignissimi, atque ineptissimi erant, dignos effecit, quibus hæc committere posset: si ergo talis nunc vrgeret opportunitas ampliandi, vel defendendi fidem per miracula: sicut fuit in ecclesia primitiua, licet non sint aliqui digni, ut miraculorum faciendorum potestas eis committatur, multos Christus efficeret, quod miraculis abundarent. Cum autem instatur contra apostolos de translatione montium: Potest dici vno modo, quod nulli ipsorum transfulerunt montes, neque iam hoc arguitur paucitas fidei ipsorum: quia illa verba non significant, quod facerent, sed quod potestatem faciendi haberet: & ita exponitur, dicetis monti huic, id est, dicere poteritis. Et sic dicit apostolus. 1. Cor. 12. c. si habuerit omnem fidem, ita ut montes transferam, id est, ut transferre possim. pro tanto autem apostoli non transfulerunt montes, quia nunquam fuit opportunum hoc facere, sicut fuit eis opportunum facere alia miracula, quæ erant ad utilitatem hominum, transferre autem montes, erat magis curiosum quam vtile.

Secundò potest dici, quod apostoli licet non transfulerint realiter montes, potest dici, quod transfulerunt eos: quia fecerunt alia maiora, quam transferre montes, & quæ habet maius continet in hora in virtute. Nam transferre montes est de tertio gradu miraculorum, & omnia talia sunt minora, quam miracula primi, & secundi gradus, ut ostensum est supra: suscitauerunt autè apostoli mortuos, & illuminauerunt cæcos, quæ sunt miracula

Fides est duplex.

In quest.

la secundi gradus, & sunt maiora quā transferre mo- res, vt ostentum est ead. q. Tertiū potest dici, q̄ forē apostoli fecerunt hoc, licet nō sit scriptum: quia multa illi fecerunt, quæ non sunt scripta. Nam gesta Christi erant multo digniora quā apostolorum: & tamen non fuerunt scripta omnia gesta Christi. Ioā. 20. Multa & alia fecit Iesus, quæ in hoc libro scripta non sunt: a fortiori ergo multa tacebuntur de gestis apostolorum, & etiā sicut Hieronymus ait, vt auferretur infidelibus occasio disceptandi contra euangelicam veritatem. Nam hæc quæ pauca sunt scripta credere nolunt quasi impossibilia: quanto minus credere vellēt, & acris impugnant si alia, quæ grauiora populo videntur scripta essent: sic enim ait. Latrant contra nos gentiliū canes asserentes apostolos non habuisse fidem: quia montes transferre non potuerunt, quibus respondemus multa esse facta signa a domino, quæ scripta non sunt: igitur & hæc credimus fecisse apostolos, sed ideo scripta non esse, ne infidelibus contradicendi maior claretur occasio: alioquin interrogemus eos, vtrum credant his signis, quæ scripta narrantur, an non: & cū incredulos inuenerimus, consequenter probabimus, neq; maiorib⁹ eos credituros fuisse, qui minoribus non crediderunt. Quartū potest dici, q̄ licet apostoli nō fecerint translationē montiū, alij minores eis fecerint, sicut beatus Gregorius Neocesariēsis episcopus, in quo apparet apostolos istud facere potuisse. Sic dicit Beda: Solent autem gentiles, qui contra ecclesiam maledicta scribere, impropere nostris, q̄ nō habuerint plenam fidem Dei, qui nunquam montes transferre potuerint: quibus respondendum est, nō omnia scripta esse, quæ in ecclesia sunt gesta, sicut de factis ipsius Christi scriptura testatur: fieri autem potuit, si necessitas id fieri poposcisset, quomodo factum legitur precibus Gregorij Neocesariēsis, cuius precibus montium spacij reliquit structoribus ecclesie, quantum opus haberent. Omnes autem istas rationes tangit Chryso. simul dicens: Si autē dixeris, vbi apostoli montes transfulerint, illud dicam, quia multa maiora fecerunt mortuos plurimos suscitātes. Dicuntur autem post apostolos sancti quidam apostolis minores montes necessitate imminente trāstulisse, si autem apostolorum tempore montes non sunt translati, hoc non fuit, quia non potuerunt, sed quia noluerunt vtilitate non imminente: neque dominus dixit, q̄ hoc essent faciuri, sed quod hoc facere possent. probabile tamē est hoc factum esse, sed scriptum non esse, neque omnia miracula, quæ fecerunt scripta sunt.

Mar. 2. c. Et cum venisset in templum: accesserunt ad eum, docentem principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis vnde erat, è celo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus e celo: dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam. Et respondentes Iesu dixerunt: nescimus. Ait

illis & ipse: nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Et cum venisset. In præcedentibus principes sacerdotum, & alij iniqui Iudæi impugnaverunt Christi famam, & gloriam: hic impugnant eius doctrinam. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur Iudæorum impugnatio: secundò Christi cauta euasio. Respondens Iesus. Circa primum dicitur. Et cum venisset in templum. Et cum intrasset in illud. & accipitur pro atrio templi. Accesserunt ad eum dicentem. Ad hoc enim veniebat Christus in templum, vt doceret, & quotidie docebat turbas: & ad hoc veniebat de Bethania in Ierusalem, & erat istud docere prædicare, quia aliter non docebat. Principes sacerdotum. Id est, maiores de sacerdotibus, licet princeps sacerdotum vnicus esse deberet: tamen duo erāt, scilicet, vnus de familia Ithamar, & alius de familia Eleazar filiorum Aaron. 1. Paralipo. vigesimoquarto capit. vel vocantur principes sacerdotum illi, qui præcipui erant inter sacerdotes: & isti erant plures quā duo. Et seniores populi. Isti erant iudices magnæ auctoritatis in populo, quorum sententiam populus sequebatur, & erant de illis septuaginta senioribus, quos dederat Moyfi in socios ad sup- portandum onera negotiorum. Num. 11. et postea semper fuit seruatus numerus illorum septuaginta. Quæ erant seniores, populi. succedētib⁹ alijs in locum mortuorum: de quorum assumptione & officio diximus Num. 11. capitulo. Dicentes. Hoc dicebant ad confundendum doctrinam eius, quasi nullius valoris esset, neque ab aliquo acceptanda: quia non habebat legitimam potestatem ad hoc faciendum. In qua potestate hæc facis? Id est, nunquid in potestate diuina vel humana. Et quis tibi dedit hanc potestatem? Id est oportet, quod si aliquam potestatem habes, quod ab aliquo acceperis: ideo dic, quis est ille, a quo accepisti? Respondens autem Iesus. Hic ponitur secundum, scilicet, Christi cauta euasio, quia non respondit: sed tam cautē se gessit, quod exclusit eos ab interrogatione. Et dicitur: Respondens autem Iesus. Scilicet, non ad satisfaciendum quæstioni, sed ad repellendum quærentes. Dixit illis. Id est, principibus sacerdotum, & senioribus populi. Interrogabo vos & ego vnum verbum. Id est, sicut vos interrogatis me multa: ita ego interrogabo vos vnum sermonem. Quem si dixeritis mihi. Id est, ad quem si responderitis satisfaciendo. Et ego vobis dicam. Apertē. In qua potestate hæc facio. Id est, an sit humana vel diuina, & an aliquis mihi illam dedit, vel ego illam vsurpau. Baptismus Ioannis. Id est, quem conferebat Ioannes baptista: & ponitur baptismus pro potestate baptizandi. Nam de baptismo manifestum erat, quod erat a Ioanne: quia ille ipsum conferebat foris ministrando: sed quid erat de potestate baptizandi, an scilicet a Deo illam accepisset, an ex animo suo illam finxisset eam vsurpando. Vnde erat. Id est, a quo fuit data Ioanni Baptistæ potestas baptizandi. E celo, an ex hominibus? Id est, nunquid erat data a Deo, vel ab hominibus conficta? Quod enim a Deo est, dicit esse de celo: quia Deus dicit habitare in cœlis, sicut Christus supra sexto capit. restat est dicens: Pater noster, qui es in cœlis. Et ita solet eum vocare patrem cœlestē supra 5. & 7. c. Querere, an esset ex hoibus erat querere, an ex voluntate humana esset conficta potestas cū nullam h̄ret: quia hoies nō poterāt istā potestatem tribuere, vt infra dicit. At illi cogitabāt intra se. Prōptum erat potestatem & seniorib⁹ rōdere, qd ipsi eredeabant: nā putabāt q̄ erat baptismus Ioanis ab hominibus, sed nō statim responderunt, sed cogitabant quid responderent: quia viderunt prima facie quæstionem esse captiosam, & cornu-

cornutam: vtroq; enim cornu eos respondentes premeret. Dicentes. Non erat dicere, prout est verbum exterius, sed interius, cum nondum responderet, sed solum cogitarent. Si dixerimus, ex celo. Id est, si responderimus, quod potestas baptismi dandi fuit Ioāni collata a Deo. Dicet nobis. Id est, dicere poterit. Quare ergo non credidistis ei? Scilicet Ioanni prædicanti baptismum, accipiendi baptismum eius: nam constat, quod sacerdotes, & legisperiti non acceperunt baptismum Ioannis, Luc. septimo capitulo. & est conueniens argumentum: si enim a Deo erat, & ita vos credebatis, debueratis accipere: quia quidquid est a Deo, bonum est, & saluferum hominibus. Si autem dixerimus, ex hominibus. Id est, non erat potestas ei collata a Deo: neque Deus inspirauerat ei, vt hoc faceret: sed ipse de corde suo finxerat hanc potestatem, quod est esse ab hominibus. Talem modum loquendi distinguit Petrus, dicens. 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana alata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto dictante locuti sunt sancti Dei homines. Et ita est sufficiens distinctio, quod fiat aliquod voluntate humana, aut spiritu sancto dictante, quod est fieri a Deo, vel ab hominibus. Timemus turbam. Erat enim turba circumstantans, quando Christus quæsiuit hæc Iudæis, & audiebat responsum illorum. et ita si dicerent, quod erat baptismus Ioannis ex hominibus, timebant turbam circumstantantem, quod forte lapidaret eos. Omnes enim habebant Ioannem, sicut prophetam. Scilicet omnes de turba: & ideo insurgent contra principes sacerdotum, si dicerent, quod non erat ex Deo, sed ex voluntate propria confinxerat hæc. Et respondentes Iesu dixerunt, nescimus. Quia quidquid responderent, erat eis aduersum, elegerunt confiteri ignorantiam. Ait illis & ipse. Id est, ille respondit eis. Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. Id est, quia vos non dicitis mihi quod quæro: neque ego respondeo vobis ad id, quod quæritis.

Quando factum sit hoc quod habetur hic. Quæst. CXXXVIIII.

QVAERETVR, quando factum est istud, quod habetur hic, de hac quæst. & responsione. Dicendum, q̄ istud continuato ordine ad præcedentia factum est: nam omnes Euāgelistæ tenuerunt hic eūdem ordinem, quia sicut Matthæus posuit istud post arefationem ficulneæ, & locutione de fide: ita & Mar. illud posuit Marc. 11. & idem Lucas 20. capit. ideo tendendum est, quod sit ordo continuus: & præcedentia facta sunt inter diem in ramispalmarum, qua Christus receptus est in Ierusalem, & passionem eius: vt colligitur ex multis deductionibus supra factis. ita & dicendum, quod istud factum est inter diem in ramispalmarum & passionem. Est autem dicendum, quod factum est istud die tertio post ramospalmarum: quia prima die palmarum receptus est in Ierusalem, & introiuit in templum, & eiecit ementes & vendentes: & eadem die ad vesperā redijt de Ierusalem in Bethaniam. Sequenti autem die, scilicet, die lunæ in aurora redijt in Ierusalem: & tunc esuriuit, & accessit ad arborem ficum, & maledixit ei, & aruit: & iuit ipsa die in Ierusalem, & ad vesperum redijt: neque tamen adhuc discipuli viderant ficulneam arentem. sequenti autem die, tertia scilicet die martis in aurora redijt in Ierusalem: & tunc viderunt discipuli ficulneam arentem, & locutus est eis Christus de fide in itinere ea, quæ habentur supra in litera. sic ostensum fuit supra, istud verò factum est eadem die: nam quando Christus dixit præcedentia de fide discipulis, veniebāt de Bethania in Ierusalem, Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

& non introierant in Ierusalem: post verba autem ista intrauerunt in Ierusalem, & venerunt ad templum, & ita fuit in die tertio, id est, martis: cui sententia satis consonat modus loquendi literæ: nam dicitur, & cum venisset in templum: in quo non innuitur, quasi esset in alio die iste aduentus quā ea, quæ habentur supra de ficulnea & fide: Sed quod post illa dicta venerunt in templum. De alijs tamen diebus, & aduentibus in templum distinctio aliqua colligitur ex litera supra in litera, & Mar. 11. capit. Sed dicit aliquis, quod istud fuit in alio tempore non cognito a nobis, quod non habet continuationem cū tempore supra posito: quia Luc. 20. cap. dicitur. Et factum est in vna dierum docente illo populum &c.

Dicendum, quod illa dies, de qua Lucas dicit, quod erat vna dierū, in qua docente Christo populum quæsierunt principes sacerdotum ab eo istud, erat dies tertia, id est, dies martis post ramospalmarum: et tamen Lucas dixit, quod factum est hoc vna dierū, eo quod non posuit continuationem cū tempore supra posito: & ita non poterat narrare, quasi continuato ordine: quia putaretur tunc, quod ista dies, de qua loque retur, erat dies sequens post illam, de qua proximo dixisset, quod falsum esset: quia post historiam diei in ramispalmarum sequitur de die ista, in qua facta fuit ista quæstio: ideo dixit cautē: factum est in vna dierum: vt non innuatur, q̄ voluerit intelligere de sequenti die: tenuit enim Lucas istum modum, quod Luc. 19. cap. posuit introitum Christi in Ierusalem, & expulsionē ementium, & vendentium eodem die factam: & noluit statim continnare singulorum dierum, vsque ad passionem historiam, sed posuit quoddam documentum generale, de omnibus diebus, scilicet, q̄ omnib⁹ illis diebus prædicabat, dicens: Et erat docens quotidie in templo: principes autem sacerdotum, & scribæ, & principes plebis quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerēt illi. omnis enim populus suspensus erat ad audiendum illum: & tunc sequitur in principio. 20. c. et factum est in vna dierum, scilicet, in vna de illis diebus, quibus prædicabat in templo, continuans prædicationem vsque ad passionem suam. Marcus autem & Matthæus totam historiam a die in ramispalmarum vsq; ad passionem narrauerūt: ideo non dixerunt, factum est vna die, sed quasi continuato sermone dixit Matthæus, & cum venisset in templum. Marcus autem dixit, & veniunt rursus Ierosolymam. sic dicit Augu. lib. de Concor. euangelista. f. Cum memorasset Lucas eiectos de templo ementes & vendētes, prætermisit q̄ egrediebatur in Bethaniam & regrediebatur in ciuitatem: & quod de ficulnea factum est: & q̄ mirantibus discipulis de fidei virtute, responsum est, atq; his prætermisissis non quasi ex ordine dies proficens, sicut Matthæus & Marcus intulit dicens: & factum est in vna dierum: quod dicit factū in vna dierum, ea dies intelligitur, in qua id gestum Matthæus, & Marcus illud retulerunt.

Quomodo Christus venit ad templum, & ad quid. Quæstio CXXXIX.

QVAERETVR, quomodo Christus venit ad templum, & ad quid. Ad primum dicendum, q̄ venit ad templum, non quidem ingrediens in partem illam, qua proprie templum dicitur, quæ erat operata tecto, & parietibus clausa: quia ad istam soli sacerdotes intrabant ad Hebr. 9. c. sed intrauit in atrium templi ad locum, in quo totus populus conueniebat ad orandum, & audiendum doctrinam legis. Distinctio ista locorum templi latè posita est supra.



Ad secundum dicendum, qd venit ad pradicandū: & ita innuitur in litera. accesserunt ad eum docentē. f. pradicantem. Quod magis expressit Lucas. 20. c. dicens. Et factum est vna dierum docēte illo populum in templo & euangelizante: sed euangelizare pradicare est. Hoc autem Christus faciebat quotidie: nam ex die in ramis palmarum, qua introiuit in tēplum, quoti die pradicauit vsq; ad diem passionis. Sic patet Lu. 19. cap. Nam postquam dicitur, quōd die palmarum introiuit in templum, & eiecit ementes, & vendentes, sequitur: & erat docens quotidie in templo, omnis. n. populus suspensus erat ad audiendum illum, & Luc. vigesimoprimum cap. dicitur. Erat autem diebus docēs in templo: noctibus verō exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti, & omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

Qui erant isti, qui accesserunt ad Christum nunc, an principes, vel scribæ. Quæst. CXL.

Quæretur, qui erant isti, qui accesserunt ad Christum nunc.

Dicendum, quōd Mattheus ponit hic principes sacerdotum & seniores: sed subintelligendum est, qd etiam venerint scribæ: quia tam Marc. 11. quam Luc. 20. cap. ponuntur conuenisse: sed Mattheus subicit illos. De principibus sacerdotum potest intelligi vno modo, qd licet vnicus esset pontifex quolibet anno, tamen semper erāt duo principes sacerdotum, vnus qui erat summus in tota familia domus Ithamar, scilicet, super octo sortes. Alius qui erat summus in domo Eleazar, scilicet, super sexdecim sortes. 1. Paralip. 24. c. & isti erant principes sacerdotum: quia super quemlibet eorum nemo alius sacerdos erat, & tali modo solet accipi communiter in euangelij, quando vocantur plura tempora, dicens: sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: quasi nulli alij essent principes sacerdotum. Alio modo accipitur princeps sacerdotū pro quolibet, qui primatum gerit super aliquos sacerdotes, & ita erant multi principes sacerdotum saltem viginti quatuor, cum tota progenies sacerdotum esset diuisa per viginti quatuor sortes ministrantes singulis temporibus. 1. Paralip. 24. cap. & quilibet illarum haberet vnum precipuum sacerdotem. Et tamen dicendum, quōd accipiuntur hic principes sacerdotum, primo modo, cum iste sit modus communis accipiendi in sacra scriptura, potissimè quia Mar. 11. dicitur: accedunt ad eum summi sacerdotes, vbi dicuntur hic principes sacerdotum: & tamen non sunt summi sacerdotes nisi illi, qui supra omnes sacerdotes sunt, vel supra quos nullus sacerdos est: & isti erant illi duo, qui erant principes duarum domorum: ceteri verō supra se habebant alios sacerdotes. Scribæ quos Mattheus tacuit sunt legis periti: quos enim nos sapiētes vocamus, Greci philosophos dicunt, Hebræi scribas: Persæ autem, & Chaldæi magos appellant. Et isti scribæ erāt in magno honore apud plebem: quia pradicabant & exponabant legem, infra 23. capit. super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisæi: quęcunque dixerint vobis facite: seniores solent aliquādo vocari absolute seniores populi. Mattheus enim vocat eos seniores populi: Marcus autem & Lucas absolute seniores dixerunt, sed idem est: quia seniores populi dicitur, id est, seniores iudicantes populum: quia isti septuaginta seniores erant, qui cum summo sacerdote iudicabant in omni causa: & vltra eos nullum aliud iudicium erat: de quo diximus Nume. 11. cap.

Vnus erat potifex, tamen duo erant principes sacerdotū.

Quare isti principes sacerdotum & scribæ & pharisæi accedebant nunc ad Christum. Quæst. CXLII.

Quæretur, quare isti principes sacerdotum & scribæ, & seniores accedebant nunc ad Christum.

Dicendum vno modo, qd faciebant ex impatientia iræ, & inuidiæ. De ira patet: nam Christus excluderat de templo ementes & vendentes, ex qua negotiatione multum acquiratur istis principibus: ideo nunc multum indignati contra ipsum prorumpunt in quęcunque verba, per quæ eum stimulent, & tentent. Sic dicit Theoph. 1. Quia dominus de tēplo eiecerat eos, qui templum quasi tabernam rerum venalium faciebant, irati fuerant, & ideo accedunt vt interrogent & tentent. Secundò fuit hoc propter inuidiam: principes enim sacerdotum & ceteri, qui apud Iudæos prius in honore erant, videntes summum honorem, qui Christo in die palmarum delatus est, doluerūt nimis, quia per hoc totus eis pristinus auferebatur honor.

Videbant autem, quōd honor Christo exhibitus conuaretur ad ampliora, sed & deuotio populi apud eum perseveraret: fiebat autem ista perseverantia per doctrinam, quam Christus exercebat. Nam post diē palmarum quotidie Christus pradicabat in templo, & tanta erat deuotio populi erga eum, qd omnis populus erat suspensus audiendo eum. Luc. 19. cap. Et erat docens quotidie in templo: omnis enim populus suspensus erat ad audiendum illum: & tanta erat Christi sedulitas in pradicando, & populi in audiendo, quōd quotidie Christus veniebat summo mane ad templū, & antequam ipse veniret, veniebat populus manicans ad accipiendum sedes congruas, vt eum audire possent. Luc. 21. cap. scilicet. Erat autem diebus docens in templo, noctibus verō exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti, & omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. Istam autem deuotionem populi erga Christum volebant interrumpere principes sacerdotum ex inuidia: quod putabant se posse facere, si cogere eum cessare a pradicacione: quia tunc populus cessaret eum sequi: & ideo ad hoc accesserunt ad eum: & hoc patet, quia quæsierunt ab eo, in qua potestate hoc faceret, vt quasi ex defectu potestatis eum repellerent. Sic dicit Chrysost. scilicet, quia viderant sacerdotes Christum cum magna gloria introeūtem in templum, inuidia torquebantur: itaque non sufferentes in pectore suo, inuidiæ stimulantis ardorem, prorumpunt in vocem.

Tertiò potest dici, quōd principes sacerdotum oderant valde Christum propter inuidiam glorię eius, & quia detrahebatur eis antiquus honor: & ideo non solum volebant impedire honorem, qui deferebatur ei a populo cogendo cessare a pradicacione: sed etiā & precipuè quærebant occasionem, vt penam aliquā coloratè ei inferrent: & ad hoc videbantur inuenisse sufficientem colorem, scilicet quęrendo, in qua potestate hoc faceret: vt cum constaret, quōd a nullo accepisset potestatem, videretur reus prauaricatę legis, quōd sibi ipsi potestatem vsurpasset, & ita possent ei nocere. Sic innuitur Luc. 19. c. Nam postquam eiecit ementes & vendentes de templo sequitur: & erat docens quotidie in templo: principes autem sacerdotū, & scribæ, & principes plebis quærebāt illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi: omnis enim populus suspensus erat ad audiendū eum. Et tunc sequitur, & factū est in vna dierū, docēte illo populum cōueniunt principes sacerdotum, & scribæ cum senioribus & aiunt: dic nobis, in qua potestate hoc facis. Et ita apparet, qd illa quęstio fuit vnum de ingenijs ad perdendum

illum, sed non prauauerunt: & istud tertium autem est verisimilius quam cætera.

Quid principes sacerdotum demonstrabant, quando dixerunt Christo, in qua potestate hec facis. Quæstio CXLIII.

Quæretur, cum dixerunt principes sacerdotum Christo, in qua potestate hoc facis, quid per hæc demonstrabant.

Aliqui dicunt, quōd de miraculis intelligebant. f. in qua potestate facis ista miracula, & volūt quasi ex hoc innuere, quōd in virtute demonum faciebat ista miracula, ex hoc eum increpantes, sicut dixerāt supra duodecimo cap. in Beelzebub principe demoniorum demonia eiicit. Sic dicit Hiero. His verbis eadem, quam supra calumniam struunt, quando dixerunt, in Beelzebub principe demoniorum eiicit demonia: quando enim dicūt, in qua potestate hoc facis? de Dei dubitat potestate: & subintelligi volunt diaboli esse, quod faciat. Addentes enim, quis tibi dedit hanc potestatem? manifestè Dei filium negant, quem putant non suis, sed alienis virtutibus signa facere. Sed dicendum, qd non stat: sed intelligitur de pradicacione. f. in qua potestate hec facis. i. in qua potestate pradicas. Et patet primo, quia per ly, hæc, demonstratur aliquid præfens: ideo oportet, qd referatur ad actum præsentē, sed tunc Christus erat actus pradicans, vt dicitur hic, qd accesserunt ad eum docentem, & Luc. 20. cap. dicitur: Et factum est in vna dierum, docēte illo populum in templo & euangelizante. ergo oportet, quōd intelligat de pradicacione, quam tunc exercebat. Secundò patet, quia neq; potest referri ad alia, quæ proximè egisset: quia in die illo non legitur fecisse miracula aliqua in templo, imò neque præcedenti die: quia hoc factū est die tertio post ramis palmarum, vt ostensum est supra, & tamen miracula non leguntur hic facta, nisi die in ramis palmarum. f. qd sanauit cecos & claudos, qui accesserunt ad eum in templo. Tertio patet, quia si de miraculis intelligeretur, non formarent contra eum taliter quæstionem. Nā, vt putarent esse miracula ea, quæ faciebat, aut si crederent esse miracula ea, non quærerent de potestate faciendi, sed disputarent contra illa asserendo ea esse deceptiones & vanitates: & tamen quæsierunt de potestate: ideo non intelligitur de miraculis. Quarto patet, cum principes sacerdotū odissent Christum, & quærerent occasionem, vt eum occiderent, Luc. 19. c. f. Principes autem sacerdotum, & scribæ & principes populi quærebāt illum perdere, & non inueniebant, quid facerent illi: formarēt talem quæstionem in qua putarent manifestè, quōd eum tenerent non potentem euadere: & tamen si quærerēt in qua potestate faceret miracula: siue illa essent vera, siue non: responderet, quōd in potestate Dei, & planū esset istud: quia quicunq; homo faceret miracula, palam est, qd in virtute Dei illa faceret, si vera miracula essent: & cum ista, quæ Christus faciebat, non solum essent, sed etiam apparerent vera miracula, dato qd aliquis obijceret ea esse a demone, poterat Christus multum rationabiliter dicere, qd in potestate Dei faciebat, & non possent eum arctare in hac quęstione: quia non erat aliquid, per quod manifestè posset conuinci, etiā si veram causam non foueret. Si autem quærerent de pradicacione, erat quęstio multum ad cōuincendum: quia dato qd Christus bona pradicaret, tamen oportebat etiam, qd potestatem, haberet ad pradicandum: et si non haberet potestatem videbatur incidisse in penam: quia vsurpauerat sibi potestatem, cum esset priuata persona. Hæc aut quęstio, licet esset calumniosa, tamen habebat probationem manifestam: quia certum est, qd illud tertium autem est verisimilius quam cætera.

In quęst. 138.

tum est, quōd Christus a nomine petiuerat licentiam ad pradicandum: & tamen inter Iudæos certi erant, quibus competebar potestas pradicandi, & a quibus petere deberent auctoritatem illi, qui non haberent illam. Et ideo dicendum, qd non ostēderunt nunc principes sacerdotum operationē miraculorum, sed pradicacionem: & de hac petiuerunt, in qua potestate faceret illam.

Quare principes sacerdotum quæsierunt a Christo, in qua potestate pradicaret. Quęstio CXLIII.

Quæretur, quare principes sacerdotum quæsierunt a Christo, in qua potestate pradicaret.

Dicendum, quōd isti insidiabantur Christo, vt in aliquo possent ei calūniari, quia detrahebatur actibus eorum ex operibus Christi: sicut dicitur Luc. 19. cap. Principes sacerdotum & scribæ, & principes plebis quærebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi: & quia nunc quando insurrexit eis desiderium tētandi eum, Christus non faciebat aliqd aliud, nisi pradicare: non potuerunt quærere, nisi de his, quę ad pradicacionem pertinebant, & quæsierunt de potestate pradicandi. Secundò dicendum & melius, qd quæsierunt de potestate pradicandi: quia non inueniunt aliquid, de quo melius accusarent eum: cum enim cuperent Christum cōfundere, voluissent de illo quærere, in quo eum magis confunderent: si autem aliqd possent obijcere contra miracula sua, quasi non essent vera sed ficta, & a demone, vel contra doctrinam suā ostendendo, quōd aliud falsum pradicaret, esset magna, & directa confusio, sed non poterant: quia miracula erant talia, & tanta, & tam crebra, qualia, & quanta nemo vnquam fecerat, vt dicitur Ioan. 1. c. & totus populus laudabat, & approbabat illa. Doctrina autem Christi erat manifestè vera, ita vt nihil posset obijci contra illam: ideo non ausi sunt, quærere contra miracula, neque contra doctrinā. Nam licet non inuenerunt eum miracula facientem, sed pradicantem, si auderēt, aliquid contra doctrinam proponere, arguissent eum de illa: sed non quia non ausi sunt, non inueniunt aliquid quod quærerent: nisi de potestate pradicandi, quæ licet videretur quæstio calumniosa: quia tamen non inueniunt aliquid, aliud quæsierunt de potestate pradicandi.

Quare dixerunt simul, in qua potestate hec facis, & an sint duæ quęstiones, vel vna.

Quęst. CXLIII.

Quæretur, quare dixerunt simul, in qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hanc potestatem: & an sint duæ quęstiones, vel vna.

Dicendum, quōd Nicolaus vult esse duas quęstiones, dicens: fecerunt sibi duas quęstiones ad terrenum, & capiendum eum. Prima fuit in qua potestate hæc facis? id est, in qua auctoritate doces populum: quia auctoritatem docendi habebant sacerdotes, & legis doctores ad hoc assignati a principibus sacerdotum, & non alij: Christus autem neutram auctoritatem habebat.

Secunda quęstio est, quis dedit tibi hanc potestatem? quia potestatem docendi non habebat a sacerdotibus neque ab imperatore, cui erant subiecti: & sic a nullo videbatur habere, sed magis a seipso vsurpassit.

Sed dicendum, qd istæ non sunt duæ quęstiones, quia de eadem re ambę quærunt. f. de potestate pradicandi, sed est vna qd: & tamen vna pars est determinatiua alterius. Quærūt enim in qua potestate hæc facis. 1. pradicandi.

dicat, quasi dicat, non habes potestatem aliquam, quia potestas ista humana est, & ab homine datur: tu autem non habes eam a te ipso: quia non es sacerdos magnus, ideo si habes, oportet quod ab aliquo receperis: & tamen nemo illam tibi dedit: ergo non habes aliquam potestatem, & ad hoc dicunt, & quis tibi dedit hanc potestatem: quasi dicat non habes potestatem, quia non poteras habere, nisi dante tibi illam aliquo: & tamen nemo dedit. quod patet, quia non ostendis quibus illam dedit. Hoc enim optime Iudaei nouerunt, scilicet, quod a nullo eam petierat, neque acceperat. Ex hoc autem significatur, quod apud Iudaeos aliqui querebant personam a quibus concederetur potestas predicandi, & hoc conueniens erat, quia tanta potestas non debet concedi omnibus indifferenter, ne omnia erroribus perturbentur. Et ideo iura nostra in hoc prouiderunt: laicis enim auctoritatem & usum predicandi abstulerunt, extra de haere. c. cum ex inuincito. Apud Iudaeos autem non manifeste constat nobis quae personae essent illae, a quibus concederetur auctoritas predicandi, quia istud pertinet ad particularia statuta, quae lege diuina scripta non erant: sed satis colligitur, quod officium predicandi, docendi, & respondendi de his, quae erant dubia circa leges, & mores ad sacerdotes pertinebant. Sic patet Aggei 2. c. si interroga sacerdotes per gem. Et Malach. 2. c. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quoniam angelus domini exercituum est. Etiam de solis sacerdotibus legitur, quod repellentur ab officio, & administratione propter imperitiam, ut patet Osee 4. c. Quia tu repulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: Ideo ad officium omnium sacerdotum videbatur pertinere predicare, & tamen an cuiuslibet ex eo sacerdos esset auctoritas predicandi, vel oporteret obtinere licentiam ab aliquo alio, non est nobis planum, quia istud magis pertinet ad particulares modos, qui per omnia in lege scripti non erant: & tamen satis verisimile est, quod licet ex officio pertineret ad omnes, quia tamen ad istud officium non erat aliquis admittendus, nisi idoneus, ad quod fortassis precebat aliqua examinatio, quae auctoritas resideret apud summum sacerdotem ex eo, quod erat vnicum templum: & ab illo acciperent ceteri licentiam, vel habilitationem, vel examinationem. Sic dicit Theophylactus: quis dedit tibi hanc potestatem, quasi dicat, quis es tu, qui talia facis? numquid te doctorem constituit, & te ordinas principem sacerdotum? Sed an sic esset, vel alijs sine auctoritate, & licentia summi sacerdotis liceret, non est instandum. Hoc autem planum est, quod Christo si solum esset homo, & non haberet specialiter a Deo potestatem istam, non licebat predicare: quia neque ille erat talis, cui ex officio competere praedicare, neque licentiam petierat, aut acceperat ab aliquo, qui eam dare posset, & ita argumentum Iudaeorum efficax esse videbatur contra illum: Sic dicit Chrysostomus. Nunquid magistralem suscepisti thronum, & sacerdos consecratus es, quoniam tantam demonstrasti potestatem? Per hoc autem quod subdunt, & quis tibi dedit hanc potestatem? ostendit multas esse personas, quae dant hominibus potestatem, siue corporalem, siue spirituales: quasi dicerent, de sacerdotali familia genitus non es: senatus tibi hoc non concessit: Caesari non donauit. Si autem credidissent, quod omnis potestas ex Deo est, nunquam interrogassent, quis dedit tibi hanc potestatem? omnis enim homo secundum se existimat alterum: fornicarius neminem existimat castum, castus non facile de fornicario suspicatur: sic qui non est ex Deo sacerdos, nullius sacerdotum putat esse ex Deo. Qualitercumque accipiatur ista potestas, introducebat principes quaestionem de potestate, ut cum Christo

Potestas predicandi a Deo datur, non a homine. Quia non habes potestatem a te ipso, ergo non habes potestatem a nullo, nisi dante tibi illam aliquo.

Christo non competit ab aliquo potestas ista, sed a Deo. Quia non habes potestatem a te ipso, ergo non habes potestatem a nullo, nisi dante tibi illam aliquo.

a nullo potestatem accepisset, & esset alia persona priuata, arguerent eum violatorem legis, quod sibi ipsi usurpauerat potestatem, & ita ad penam illum peterent, hoc saltem leui quaesito colore. Alij volunt, quod quaesierunt hoc principes sacerdotum, ut Christus cogere diceret, quod hanc potestatem habebat a Deo, vel ab hominibus, a Deo quidem. scilicet, sicut ipse videbatur seipsum facere Deum: & si diceret, quod a seipso, occiderent eum: si autem quod ab homine, auerteret eum plebem ab eo, quasi esset parue auctoritatis. Sic dicit Theophylactus. Hoc autem dicebant credentes ipsum indignationem reducere, ut si diceret in potestate mea, ipsum tenerent: si autem diceret in potestate alterius, ab eo populum discedere procurarent, qui credebatur eum esse Deum: sed praecedens expositio est melior.

Quomodo Christus nunc non respondit directe, sed cautelis vsus est. Quaesitio CXLV.

Quaeretur, quomodo Christus nunc non respondit directe, sed cautelis vsus est.

Dicendum, quod Christus volebat non respondere palam Iudaeis de eo, quod ab eis quaerebant propter causas, quae dicuntur sequenti q. & ut non videret confusus, si nihil responderet, aut absolute diceret, noluit respondere, tenuit istam ingeniosam cautelam, ut neque responderet, neque ad respondendum impotens appareret, & fuit ad hoc conuenienter introductum, quod dixit de Ioanne: nam ipse dicit facile esse respondere huic quaestioni, & obtulit se responsurum ad illam, si principes prius satisfacerent ei ad vnum verbum: & tunc talem quaestionem proposuit eis, ad quam & si scirent respondere, tamen non audent: quia vtraque pars esset eis inconueniens, & ita fuit hic: nam si responderent, quod baptismus Ioannis erat de caelo, erant multum redarguendi, quod noluisse recipere illum. Si autem dicerent, quod ab hominibus, timebant populum, ne eos lapidaret: & ita non fuit eis conueniens respondere, nisi quod nesciebant, in quo dupliciter conseruebatur Christus intentum suum. Primum, quia cum illi non responderent, non tenebatur ipse respondere ad quaestionem illorum, & hoc est, quod ipse volebat, quod ipsi nescirent rationem. Secundum, quia confitebantur se ignorantes circa id, in quo esse non debuerant: erant enim principes sacerdotum, & scribae, & seniores, ad quos pertinebat tota doctrina legis, & morum, & supra eos nulli alij erant. Magna ergo confusio erat eis omnibus simul ignorare id, circa quod contingeret populum bene vel male agere in diuinis & moralibus. Ita autem erat de baptismo Ioannis, quae erat quaedam ceremonia: quae si a Deo esset, bona esset saltem propter auctoritatem introducentis: & quae non poterat esse frustra, sed ad aliquem bonum finem: si autem esset ab hominibus esset superstitio. Quod autem totus populus permittere sequi superstitutionem aliquam, erat magna confusio doctorum. Nam antequam introduceretur ceremonia illa examinare debebant, quantum poterat per humanam sapientiam, an ex Deo vel ex hominibus esset: et qui esset dubium, potius erat reiicienda ceremonia, quam recipienda. Quod ergo postquam iam a toto populo fuerat acceptus, & laudatus baptismus Ioannis, nec impedientibus principibus sacerdotum, scribis, & senioribus confiteretur publicum, quia nesciebant, an a Deo, vel ab hominibus esset, magnum inconueniens erat: & ita erat multum efficax: quia istud erat ingenium Christi contra illos, erat enim plus efficax, quam argumentum cornutum: quia non solum vtroque cornu respondentem premit: sed etiam tacentem redarguit, & nolentem respondere confundit.

Quare

Quare Christus noluit respondere Iudaeis interrogantibus de potestate predicandi. Quaesitio CXLVI.

Quaeretur, quare Christus noluit respondere Iudaeis interrogantibus de potestate predicandi.

Dicendum quidam putant, quod ideo non respondit, quia quaestio ista non habebat responsum aliquam bonam. Sed non stat, poterat enim respondere verum, & coloratum: verum quidem, si diceretur, quod ipse erat Deus: vel quod acceperat potestatem, quia a Deo patre. Nam filius quicquid habet nascendo a patre cepit: ideo etiam potestatem ab alio accepit: coloratum autem poterat dici, quod potestatem habebat a Deo etiam si non esset Deus: & non erat opus, quod ab homine aliquo accepisset potestatem: sicut erat de prophetis, qui prophetauerunt, & praedicauerunt, & ad praedicandum non accipiebant licentiam ab aliquo homine: sed a Deo, a quo mittebantur.

Dicendum ergo, quod noluit respondere aperte. primum, ut confunderet principes sacerdotum ex sua ipsorum responsione: nam mala apud Christum illi merebantur: & ideo voluit eos punire confundendo eos: si autem respondisset eis, honoraret eos per hoc: ideo respondere noluit, quia magna confusio est viro prudenti, & principanti confiteri ignorantiam suam in eo, in quo consistit officium suum: deduxit eos ad hoc per quaestionem hanc non respondendo eis: quod culpavit eos propriam ignorantiam confiteri, cum dixerunt de baptismo Ioannis, quod nesciebant unde esset. Secundum fuit, quia isti erant indigni responsione: si enim Christus respondere vellet veritatem aperiendo, ostenderet se esse Deum, quod audire non merebantur isti indigni: unde neque Christus eis quasi indignus voluit secreta ista pandere, quia non est dandum sanctum canibus, neque mittenda margaritam ante porcos, supra septimo cap. Tertio fuit, quia erat scandalum dicere eis veritatem: diceret enim se esse filium Dei, vel a Deo accepisse, & tunc illi haberent occasionem calumniam, & hoc illi volebant. Quarto fuit, quia debebat fieri distinctio inter quaerentes, ut addiscant, & intentantes. Nam quaerentes bono animo instruendi sunt: tentantes vero repellendi sunt: & ita isti coacti sunt a propria quaestione desistere. Quinto fuit, quia Christus voluit ostendere istis ingenium suum, ut sicut erat potens in opere, & sermone: sic etiam potens esset in intelligendo omnes cogitationum versutias, & illas faciendo, quando vellet. Ut viderent principes sacerdotum, quod non solum Christus erat respondens plane, & simpliciter sicut facere solebat: sed etiam potens erat per ingenium suum repellere quemlibet rationabiliter a sua quaestione quantumcumque illa esset rationabilis: & satis apparet in hoc magnum ingenium respondentis, quando nemo cum viribus argumentorum cogere potest veritatem materiae a iure, quam non aperiendo conuenienter, & sufficienter ad obiectum respondet. Sexto fuit ad reddendum vicem principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus atque Phariseis. Nam illi sepe eum cornuto argumento tetabant, ut neutra pars responsionis ei esset tuta, sicut quando quaesierunt de muliere deprehensa in adulterio quid facere deberent, Ioan. 4. Nam siue condemnaret, siue absolueret eam, videretur de violatione legis, aut de crudelitate, siue contradictione ad seipsum arguend. Sic etiam quando quaesierunt an liceret dare censum Caesari sequenti cap. Hoc tamen argumentum non duntaxat fecerat: & istud etiam videbatur de potestate predicandi sic factum, ut inquit Theophylactus, id est si diceret se a nullo accepisse potestatem, sed esse Deum,

tenerent eum: si autem diceret, quod ab homine acceperat, auerteret ab eo plebem, id voluit ipse cornuto argumento contra illos vti: sed efficaciori quidem quam illi facere solebant. Nam ad eorum argumenta Christus respondebat facillime illa dissolvens: ipsi vero ad Christi argumentum nescientes respondere coacti sunt propriam ignorantiam confiteri. Primum fuit ad ostendendum nobis, quod licitum fuit vti cautelis humanis interdum, cum ipse illis vsus fuerit, ut diceret sequenti quaest. De his dicit Hieronymus: poterat autem Dominus aperta responsione tentatorum calumnias confutare, sed prudenter interrogat, ut suo ipsi, vel silentio, vel sententia condemnentur. De hoc etiam Christos ait: Non quidem interrogat, ut respondentes audiat, sed ut impediti non interrogat: quia ipse praecerat, nolite sanctum dare canibus. Deinde etiam si dixisset nihil proficeret, quia non potest sentire, quae lucis sunt tenebrosa voluntas: interrogant enim oportet docere: tentantem autem rationabili permissione confundere: non autem ei veritatem ministerij publicare. Octauo fuit, quia iam Christus responderat ad hoc argumentum, licet non interrogaretur, & hoc fuit, quod dixit in Synagoga Nazareth, quando aperuit librum, & legit coram omnibus illum locum Isaiae, in quo dicitur: Spiritus Domini super me, eo quod miserit me, Luc. 4. c. & cum legisset, dixit: hodie impleta est scriptura haec in auribus vestris. Unde si Christus respondere vellet aperte responderet illud, quod ibi respondit: & non erat inconueniens aliquod, quia responderet per verba Isaiae: nam scriptura illa in aliquo implenda erat, ut Iudaei credebant. non ergo erat inconueniens aliquod prima facie quod impletur in Christo: & erat multum ad propositum ista responsio, cum dicitur ibi: Spiritus Domini super me, eo quod miserit me: euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde: & praedicare captiuis remissionem. Isaia 61. capit. imo ista scriptura ad nihil aliud erat nisi ad respondendum causam, & potestatem praedicationis, & actum Christi, ut videretur, quod non humana voluntate agebat, sed deo iubente: & ita lecta scriptura dixit ipse Luc. 4. hodie impleta est scriptura haec in auribus vestris, scilicet, quia ego incipi vobis praedicare, de cuius missione, & praedicatione scriptura ista agit.

Quare Christus voluit vti talibus cautelis, et an hoc licitum sit. Quaesitio CXLVII.

Quaeretur, quare Christus voluit vti talibus cautelis ad excludendum principes sacerdotum ab intentione sua, & an hoc licitum sit.

Dicendum, quod Christo conueniens fuit tali cautela vti, quia ipsa in se nullum malum includit, neque ius alicuius auferit: neque malo animo aut ad finem malum fit. Fuit autem conueniens ad omnia, quae expressa fuerunt praecedenti quaestio. & tamen adhuc fuit conueniens ad instruendum nos ne illicitum putaremus vti cautelis, quibus interdum vtile, & expediens est vti: & tamen nos putaremus illicitum esse si non vidissemus vnquam Christum his vntem. Sic etiam & Paulus saepe illis vsus est: ut quando omnes Iudaei concurati erant contra eum vnanimiter, procurauit inter eos discordiam adherens opinioni Phariseorum contra Sadduceorum doctrinam dicens: Phariseus ego sum, & filius Phariseorum: de spe, & resurrectione mortuorum ego iudico, & cum hoc dixisset, facta est dissentio magna inter Phariseos, & Sadduceos: & exurgentes quidam Phariseorum dixerunt: nihil mali inuenimus in homine isto, Act. 23. cap. Et iterum cum Paulus

Cautelis vtile quidem est vti: sed non licitum est vti: si non vidissemus vnquam Christum his vntem. Sic etiam & Paulus saepe illis vsus est: ut quando omnes Iudaei concurati erant contra eum vnanimiter, procurauit inter eos discordiam adherens opinioni Phariseorum contra Sadduceorum doctrinam dicens: Phariseus ego sum, & filius Phariseorum: de spe, & resurrectione mortuorum ego iudico, & cum hoc dixisset, facta est dissentio magna inter Phariseos, & Sadduceos: & exurgentes quidam Phariseorum dixerunt: nihil mali inuenimus in homine isto, Act. 23. cap. Et iterum cum Paulus

Paulus sciret, quod Iudei in fidiabantur vitę eius, & Festus pro cõsul velle, quod causa Pauli audiretur in Ierusalem, ubi non erat Paulo securum audiri, appellauit Cęsarē: Act. 25. & ita remissus est ad Cęsarē, & euasit, eo. cap. Et Act. 23. & 28. & iterum Paulus cum eum tribunus iubere flagellis cędi, iamque alligatus esset ait: si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare, & iussit statim eum solui tribunus. Act. 22. & iterum quando fuerat iniussu in carceratus, & cęsus, & occulte principes, & magistratus iubebat eum, & Syllam dimitti, quod ad verecundiam eorum cedebat, quasi ipsi fugerent de carcere, vel pecunia, aut precibus clandestinam obtinuissent liberationem, dolens Paulus, quod sic eicerentur dixit: cęsos nos publice indignatos homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos eiciunt, non ita, sed veniant magistratus, & ipsi nos eiciant: nunciauerunt autem magistratus lictores verba hæc, timueruntque audito, quod Romani essent, & venientes deprecati sunt eos, & eductes rogabant, ut egredierentur de vrbe, Act. 16. Ita igitur & nobis licet vti cautelis, & ingenii in nostrā vtilitatem, cum non cedant in præiudicium iuris alieni, vel nõ includant in seipsis aliquid illicitum: scilicet, quod sit expressè lege vetitum.

*Quare Christus dixit, interrogabo vos & ego vnum sermonem.*  
*Questio CXLV III.*

**Q**VAERETVR, quare Christus dixit, interrogabo vos, & ego vnum sermonem. Dicendum, quod Christus voluit, quod principes assentirent quæstioni suæ, ut ita eos excluderet. Nam si illi dicerent, non volumus audire quæstionem tuam, vel volumus, quod prius tu nobis respondeas deinde nos respondebimus tibi: non potuisset Christus excludere eos hoc modo, quo exclusit: & ideo debuit eos sic captare, ut sustinerent sibi fieri quæstionem antequam Christus eis responderet: & quia hoc nõ sustinerent, si putarent, quod Christus aliquid magnum petiturus erat ab eis, ideo dixit: interrogabo vos vnum sermonem, id est breuiter quæram, & cito poterit responderi: & tunc principes sacerdotum sustinerunt sibi proponi quæstionem.

*Quare principes sacerdotum sustinerunt sibi proponi quæstionem à Christo, cum ex ea fuerint postea confusi.*  
*Quest. CXLIX.*

**Q**VAERETVR, quare principes sacerdotum sustinerunt sibi proponi quæstionem à Christo, cum ex ea postea fuerint confusi. Dicendum, quod præcipuum fuit, quia nesciebāt qualem quæstionem propositurus esset. Nam si talem qualem proposuit putaret rem istam leuem esse sicut Christus dixit: interrogabo vos vnum sermonem. sicut sicut breuis erat quæstio in verbis, ita & in difficultate parua esset: & non attendebāt, quod sicut ipsi Christum fallere tentabant, ita ipse illis rationabiliter deberet laqueum iniicere. Secundum fuit, quia putauerūt, quod ista quæstio Christi erat aliquid, quod præsupponebatur ad respondendum quæstioni propositæ ab illis, sicut quotidie in sanctis videmus, quod ad respondendum ad aliquod quæsitum præsupponitur affirmatio, vel negatio alterius rei, quam interrogatus potest à petente querere, ut sibi concedat, vel neget ad respondendum suæ quæstioni: & ita putauerunt principes sacerdotum esse quæstionem Christi, & quod simplici animo quæreret: ideo illius quæstionem acceptauerunt. Tertium fuit, quia principes sacerdotum voluerunt, nunc capere Christum in sermone quasi ratione eum

continentes: sed talia nihil valent, nisi cum quis aperte conuincitur, ita ut non habeat colorem euadendi, vel calumniandi occasionem. Si autem proposita quæstione Christo de potestate, & ipso dicente, quod proponeret aliam parua quæstionem principibus, nolent ipsi attendere illam: haberet Christus responsionem, & apertum colorem querere: & forte diceret, neque eo volo respondere vobis: & tunc non possent eum principes ratione conuincere nisi viribus cogent eum respondere, & quia hoc non concordabat intentioni eorum, sustinerunt quod proponeret quæstionem: ut sic eum rationabilius, & apertius, ut ipsi putabant, possent coram populo ratione conuincere atque confundere.

*An Christus clare responderet principibus sacerdotum ad quæstionem de potestate hæc faciendi, si ipsi Christo responderent.*  
*Questio CL.*

**Q**VAERETVR, si principes sacerdotum responderent Christo aperte ad istam quæstionem suam: an ipse clare responderet eis ad quæstionem eorum de potestate faciendi hæc.

Dicendum, quod nõ est dubium quin Christus seruaret veritatem promissorum suorum: sed ipse permittebat, quod responderet ad eorum quæstionem, si illi prius responderent ad quæstionem eius: ergo certum est, quod responderet, si illi rēderent: & tñ Christus nõ erat eis responsurus, quia ita erat, quod illi non erant ita responsuri ad quæstionem eis. Sed dicitur, si illi responderent, & consequenter Christus eis responderet: quo modo euitarentur inconuenientia.

Dicendum, quod non esset aliquod inconueniens. Nam ut responderet baptismum Ioannis esse à Deo an ab hominibus. Si ab hominibus forte lapidaret eos populus, sicut ipsi timebant, quia tenebant Ioannem ut prophetam: & tunc concitato sic populo contra illos non expectarent responsionem Christi, neque esset opus, quod responderet illis. Si autem dicerent, quod erat baptismus Ioannis à Deo, posset dupliciter ad eos se habere Christus. Vno modo ostendendo eos tam reprehensibiles populo, qui aperte ea, quæ Dei erant recipere nolebāt, quod Christus poterat eos teste populo iudicare indignos responsione, quasi essent indigni audire ea, quæ erant aperte Dei: & rursus quidquid illi iam contra Christum dicerent, quomodocumque responderent, poterat Christus calumniari quasi ab eis male dicta aut facta: sicut Ioannem à Domino missum non receperant. Aliter poterat procedere, quod si concederent istam veritatem, quod respondit eis palam, & non esset eis inconueniens aliquod. Primò, & præcipue, quia si illi confiterentur hoc, diceret Christus, quod etiam potestas sua predicandi à Deo erat, licet à nullo homine eam recepisset, & conuenienter suaderet illud: nam Ioannes predicauit sepe, & nõ accepit potestatem ab aliquo homine, sed à Deo: & non calumniabantur contra eum, quod non accepisset potestatem ab homine: ergo neque deberent calumniari contra ipsum: & si dicerent Iudei, verum est, quod Ioannes à Deo accepit potestatem baptizandi, & predicandi: sed de te non constat, quod acceperis: ideo oportet, quod ab homine acciperes: poterat dicere Christus, quod facilius erat credere de ipso, quod à Deo accepisset potestatem quæ de Ioanne, quia Ioannes nulla signa ostēderat missionis suę, vel potestatis à Deo collatę. Nam Ioannes nulla vnquam miracula fecit: Ioan. 10. cap. Ioannes quidem nullum signum fecit: Christus autem non solum fecit miracula aliqua ostēdētia potestatem suam: sed etiam fecit tot miracula, & talia

taliam qualia nunquam homo fecit, Ioan. 15. si non venissem, & opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: ergo debebant credere, quod erat à Deo missus, & ab eo acceperat potestatem predicandi, & consequenter non erat necesse, quod ab aliquo homine accepta licentia vteretur. Secundò, quia si ita bene dispositi essent principes sacerdotum, quod veritatem etiam contra seipso confiterentur: apertum, ut eis veritas aperiretur: & non esset eis scandalosum audire, quod à Deo missus fuerat Christus, & ab eo acceperat potestatem predicandi, cum hoc Iſa. diceret, scilicet: Spiritus Domini super me, eo quod vnxi me Iſa. 61. & si forte dicerent principes sacerdotum, quod non intelligebatur de Christo, poterat hoc ille probare faciendo miraculum aliquod in confirmationem huius, cum miracula à Deo fiant, & Deus non sit reſtusus falsitatis: & cum isti sic dispositi essent, ut veritatem etiam contra se confiterentur, digni erant, ut veritas eis aperiretur. Nam ideo nunc Christus occultauit eam, quia ad tentandum, & non ad addiscendum venerant. Sic dicit Rabanus: Ob duas enim causas scientia veritatis est occultanda quærentibus: cum scilicet is, qui quærat aut minus capax est ad intelligendum, aut odio, vel contemptu veritatis indignus est, cui debeat aperiri quod quærat: non enim ideo hæc veritas occultabatur, quasi talis esset, quæ nulli aperiri deberet: cum iam eam Christus declarasset toti multitudini Nazarenorum in Synagoga, nihil illis de hoc quærentibus. Luc. 4. cum legit: Spiritus Domini super me: & hoc, quia illi erant tunc bene dispositi erga Christum: erant enim oculi omnium tunc intenti in eum licet postea male se habuerunt ad eum eod. ca. ergo, & istis principibus sacerdotum, si non essent male dispositi erga Christum, poterat veritas ista aperiri.

*Quare Christus specialiter interrogauit de baptismo Ioannis.*  
*Quest. CLI.*

**Q**VAERETVR, quare Christus specialiter interrogauit de baptismo Ioannis.

Dicendum, quod primò fuit, quia ista quæstio erat multum apta ad propositum. Nam ideo quæsiuit nunc Christus, non ut ab illis responsionem audiret: quia non erat ei opus audire: sed ut ait Chrysostomus, ut illis impedimentum apponeret, ne ab ipso aliquid quærerent, & à quæstione proposita desisterent: ad hoc autem erat conueniens quæstio ista, ut in litera inducitur, quia neutra pars responsionis poterat eis esse fecura. Nam aut confunderentur, aut periclitarentur: ideo nihil erat nisi, quod dicerent se nescire, sicut dixerunt: & tunc Christus non rēderet eis, quia ista dixerat, quod responderet eis si ipsi prius responderent. Secundò fuit propter personam Ioannis: nam fuit talis, cui maxima auctoritas à Iudeis tradita est: ita ut plerumque de eo crederent, quod esset Messias. Luc. 3. cap. & iõ miserunt ad quærendum ab eo, an esset Christus, id est Messias, Ioan. 1. & ideo nõ auderent dicere baptismum illius esse ab homine, & in hoc stabat virtus quæstionis Christi. Nam si illi auderent dicere, quod erat ab hominibus, & dicerent sic, licet esset falsum, tamē iam Christus tenebatur eis respondere aperte ad quæstionem iuxta promissam, sed hoc ipse vitare volebat: ideo debuit de tali persona querere, cuius actum non auderent principes sacerdotum ascribere hominibus. Si autem de aliquo alio minoris auctoritatis Christus quæreret, forte respōdissent principes, quod ab hominibus erat ille actus: & nõ timerent populum sibi notitum. Tertio fuit, quia Ioannes fuerat modernus, scilicet, qui anno præcedenti vel quasi occisus fuerat: & quem omnes Iudei, qui tunc erant, agnouerant, &

tenebant facta eius in reuerentia magna, & ob hoc non auderent principes dicere contra facta Ioannis. Si autem esset aliquis sanctus de antiquis, quem non vidisset populus, etiam si principes dicerent contra facta eius, non resisteret populus, quasi circa illa potius credere deberet populus illis, qui scripturas nouerant quam sibi ipsi. Circa Ioannem autem si principes vel lent mentiti aut calumniari, non permitteret populus, quia ipsi nouerant Ioannem: & ideo circa illum quæri debebat. Quarto fuit, quia si Ioannem non reprehenderent, neque eum arguere poterant, nõ enim verisimile erat, quod principes isti dicerent baptismum Ioannis esse ab hominibus propter timorem populi: & ideo aut dicerent, quod nesciebant, sicut dixerunt, aut quod à Deo erat: & si dicerent, quod erat à Deo non poterant negare, quin Christus à Deo esset, quia Ioannes testimonium perhibuerat de Christo, Ioan. 5. Vos misistis ad Ioannem, & ipse testimonium perhibuit de me. & ponitur testimonium suum Ioan. 1. cum ostendit eum digito dicens: ecce agnus Dei: ecce, qui tollit peccata mundi: iste est, de quo dicebam vobis, quia post me venit, & ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Et iterum: Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Et tunc Christus confiteretur, quod à Deo acceperat potestatem: & ideo, quod non erat opus, quod ab homine illam acciperet: & si negarent eum à Deo accepisse illam, probaret per Ioannem, qui hoc asseruit, cui Ioanni ipsi credebant, & asseriebant eum à Deo venisse. Quintò fuit, quia argumentum suum erat efficax in Ioanne. Nam Ioannes baptizauit, & nullum signum ostendit ad probandum, quod baptismus suus à Deo erat, crediderunt, quod erat à Deo: ergo cum ipse multa signa fecisset, ut dictum est præcedenti quæstione, potius credere debebant eum esse à Deo: & tunc sicut in Ioanne non calumniati sunt, quod predicaret sine licentia hominum propter hoc, quod à Deo missus credebatur: à fortiori non erat contra eum instandū de quo magis constabat venisse à Deo, quod licentiã predicandi ab hominibus non haberet. Sextò ut aliqui volunt fuit ad magnam increpationem, sicut quod principes sacerdotum semper fuerunt rebelles Spiritui sancto nullis prophetis credendo, non solum veteribus, sed etiam nouis qualis fuerat Ioannes. sic dicit Theophilactus: Ut enim ostenderet semper eos fuisse Spiritui sancto rebelles, & nedum Iſaie cuius non erat memoria, sed et nuper viso Ioanni credere noluerunt: ob hoc verba vice opponit eis hanc quæstionem ostendens, quod si tanto propheta Ioanni, qui apud eos maior videbatur, minimè crediderunt perhibenti testimonium eius: qualiter ei crederent respondenti, quia auctoritate hæc faceret.

*Quare Christus quæsiuit potius de baptismo Ioan. quam de aliqua aliare.*  
*Quest. CLII.*

**Q**VAERETVR, dato quod circa Ioannem Christus quæreret, quare potius quæsiuit de baptismo eius, quam de aliqua aliare. Nam poterat querere de prædicatione illius, aut de vitæ austeritate, aut de multis aliis accidentibus Ioannis. Sic dicit Eusebius, sicut quærat autem de Ioanne Baptista: nõ vnde est feroriundus: sed vnde legem accepisset baptismatis. Dicendum, quod causa potissima fuit, quia magis conueniebat ad propositum Christi de hoc querere quæ de ceteris accidentibus Ioannis, quia hoc ideo quærebatur, ut principes sacerdotum essent perplexi non potentes aliquid respondere, quod in ceteris non facerent. Nam si de vita austeriore Ioannis quæreret, aut a Deo, vel ab hominibus esset: forte dicerent principes,



pes, quod non erat à Deo, sed ab hominibus: vel forte à demone. Ita enim dicere audebant publicè, ut supra 11. cap. f. venit Ioannes non manducans, neque bibens: & dicit, quod dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens: & dicit. Ecce homo vorax, & potator vini: Et dicunt dæmonium habet Ioannes, id est demone instigante tenet vitam tam austeram. Et ita Christus deberet aperte respondere, quia illi clare respondebant. Si autem quæreret de doctrina Ioannis Christus, poterant aliquid forte vertere in dubium principes, vel dicere fuisse per errorem, quia inter multa, quæ dixit, quædam dixit spiritu diuino: quædam verò voluntate humana, sicut innuitur Deuter. 13. q. propheta, qui vera signa facit, quæ à solo Deo sunt, poterit postea adiungere: eamus, & colamus deos alienos, quod ab homine instigante demone dicitur, & quia circa talia magis standum est iudicio peritorum quam populi, forte populus non resisteret principibus dicentibus, q. Ioannes omnia vera prædicauerat præter pauca, quæ per errorem asseruit. De baptismo autem non tolerarent hoc. Primò, quia verisimilius erat, q. in doctrina posset esse error, quam in baptismo. Nā constabat Ioānem fuisse à Deo missum, & ideo oportebat dici, quod aliqua vera dixisset, q. tamen inter multa vera interponeret aliquid falsum non erat absurdum, ut inductum est de baptismo. Secus est, quia ille erat vnicus, & ideo vel totus esset à Deo, vel totus ab homine: & erat res, quam specialiter Ioannes exercebat: ideo non concederent esse ab homine. Secundò, quia de hoc asseruit Ioannes, quod erat à Deo. Nā non asseruit Ioannes se missum ad prædicandum: asseruit tamen se missum ad baptizandum: Ioan. 1. capi. Secundò quantum ad principale, quia populares magis defenderent baptismum Ioannis, quam vitam eius, aut prædicationem, eo q. magis ad eos pertinebat: homines autem non sustinent vilipendi ea, quæ ad eos pertinent: indignantur enim, & concitantur ex hoc: si tamen Christus de vita Ioannis loqueretur, forte non curaret populus illam defendere quasi ad se non pertinentem, quia nemo illorum sequebatur vitam Ioānis, quæ erat tam austera. Si autem loqueretur de doctrina, quam prædicauit, etiam minus pertinebat ad populum, quia nemo aut rarissimi totam doctrinam Ioannis sequebatur, quia ille non solum prædicabat ab omni vitio abstinendum: sed etiam perfectiones quasdam, ut qui habet duas tunicas, det vnā nō habenti: Luc. 3. Et ita si dicerent principes de doctrina Ioannis, vel de vita austera, q. non erat à Deo, forte nō curaret populus defendere Ioannem, quasi non pertineret asserere de illa, de qua non agebatur. Baptismus autem Ioannis pertinebat ad populum, quia quasi totus populus susceperat illum, supra 3. cap. & Mar. 1. & Luc. 7. cap. & non permitterent principes impunes, si dicerent, quod ab hominibus erat. Tertiò, & principaliter, quia in baptismo Ioannis discordabant principes, & populus: nam de vita Ioannis neq. populus, neque principes aliquid acceperant, quia erat multum austera. De doctrina sequebatur vterque aliquid, quia ille prædicabat cauēda oīa vitia: quæ etiam per legem vetabatur, & ita, qui seruabant legem seruabant aliquid de doctrina Ioannis. In baptismo autem erat discordia: quia totus populus baptizatus fuerat à Ioanne, supra tertio cap. & Marc. 1. cap. & tñ principes sacerdotum, & scribæ, seniores, & Pharisæi non acceperunt baptismum Ioannis, ut hic innuitur, & Marc. 11. & magis Luc. 7. cap. f. & oīs populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis: Pharisæi at, & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipis non baptizati ab eo. Et ita cum esset in baptismo Ioannis discordia inter principes sacerdotum, &

populum, erant perplexi quantum ad hoc, & non auderent respondere. Nam si dicerent, q. erat à Deo, dicebant contra seipos, qui illum non acceperant: si dicerent, q. erat ab hoibus, dicebant cōtra totum populū, qui baptizatus fuerat baptismo Ioannis, & periclitaretur: hoc ergo non auderent. Quartò, & principaliter, quia si quæreret de doctrina Ioannis, aut de vita nō haberet optatum. Nam non esset tunc inconueniens principibus respondere pro vtraq. parte, quia aut posset dicere de vita Ioannis, vel de prædicatione, q. nō erat à Deo, sed partim ab hoibus, ut dictum fuit supra in prima responsione: aut si vellent securius, & melius dicere, responderent q. vita hominis, tã austera à Deo erat, & q. prædicatio etiam à Deo erat, & hoc erat verisimilius, q. dicerent, & non erat inconueniens, tunc neque dicebant contra populum, neque contra seipos. Et si dicentibus principibus, q. vita Ioānis erat à Deo, obicerent populares, aut Christus: quare ergo non accepistis eam? poterant conuenienter respondere principes, primò, q. non potuerunt sequi illam propter nimiam austeritatem, quia neque populus aut quisquam secutus est illam: quod non erat de baptismo, quia non erat durum recipere baptismum cū solum esset ablui in aquis. Secundò, quia dicerent se nō obligatos, quia non obligatur homo ad quamlibet perfectionem sectandam: vita autem Ioannis erat de magnis perfectionibus, & difficultibus: & licet quælibet perfectio vitæ à Deo sit inspirata, non tenemur ad eam, quia tunc et tenemur ad summam perfectionem, quod est absurdum. Et etiam non differret inter præcepta & consilia, si ad perfectiones, de quibus sunt consilia teneremur. Tertiò, quia dicerent, q. ad vitam Ioannis non tenebantur, quia ille sic viuēbat: & tamē non prædicabat sic viuendum. Sed de baptismo secus, quia prædicabat homines baptizandos: & ita videbat inconueniens non accipere baptismum Ioannis, licet non esset inconueniens non sequi vitam illius. De prædicatione autem Ioannis, si quæreret Christus, poterant dicere principes, q. erat à Deo: & si diceret, quare ergo non accepistis illam? responderent, q. acceperant. Nam audiebant Ioannem prædicantem: & dicerent, q. sequebantur doctrinam eius, cū certum sit, q. aliquid de illa sequebantur, quia sequēdo legē Moysi, & decalogum, quæ est naturalis, sequebantur partē doctrinæ Ioānis, nisi quæreret de baptismo eius: & ob hoc de illo debuit quærere. Quintò quantum ad principale, quia quæstio, ut habeat colorem aliquem, debet fieri de re, quæ prima facie dubitationem habet, sed de vita, & doctrina Ioannis dubitatio nulla erat, de baptismo autem esse poterat dubitatio: ideo de solo baptismo debuit quærere. Patet hoc, quia vita Ioannis erat non solum bona, sed etiam valde laudabilis, & admiranda: omne aut, quod est bonum in moribus, est à Deo: & ideo dato, q. non constaret Ioannem à Deo missum debebat dici, quod vita sua à Deo erat, quia illa nihil habebat illicitum: & habebat aliquid, q. erat laudabile, & f. m. altissimam virtutem. De doctrina et constabat, q. erat à Deo, quia erat doctrina vera, & omne verum à quocunque dicatur à Spiritu sancto est, ut ait Ambro. erat enim doctrina Ioannis consonans legi Moysi, & legi naturæ, quarum vtraq. à Deo erat: & insuper addebat aliquas perfectiones: ideo certum erat, quod à Deo erat. De baptismo autem erat dubium, quia baptismus in se erat quedam cæremonia, s. intingit in aqua, cuius utilitas ex ipso opere operato nō appareret: imò nulla videbat esse utilitas, neq. erat ex eo loquēdo, q. fiebat: & insuper non constabat, q. Deus mādasset, vel contulisset accipere baptismum: ideo dubium erat rationabiliter, an à Deo esset introductus baptismus Ioannis, an voluntate humana. Sextò fuit, quia testimonium

monium Ioannis de Christo fuit in baptismo ipsum: tunc enim agnouit eum. Nam antequam Ioannes baptizaret Christum, non agnoscebat eum, licet ad ostendendum eum venisset. Cū autem baptizauit eum super aquam apparuit testimonium de Christo, quia vox patris audita est, & Spūs sanctus descendit super ipsum in specie columbæ, supra 3. & Luc. 3. cap. Ideo conueniens fuit, ut de baptismo Ioannis quæreret: quia si illi confiterentur baptismum hunc esse à Deo, ex hoc Christus ostenderet se accepisse potestatem à Deo, quia Ioannes baptizando ipsum agnouerat eum. Nam Ioannes 1. ca. Iudæi quæsierunt à Ioanne, q. erat baptizans, ut quid baptizaret: & an esset Christus, ipse inter cetera dixit: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, ut solum corrigiam calciamenti. Septimò fuit, quia ex baptismo apparebat missio Ioannis à Deo: nihil enim magis est, in quo magis ostenderet Ioannes se esse à Deo, quā in baptismo, dicens q. potestatem baptizandi accepit à Deo, & ad hoc missus fuerit: & etiam in baptismo ostendit dignitatem Christi, Ioan. 1. ca. f. hic est, de quo dixi, post me venit vir, q. ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, & propterea ego veni in aqua baptizans, & testimonium perhibuit Ioan. dicens, quia vidi spiritum descendentem quasi columbā de celo, & mansit super eum: & ego nesciebam eū, sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem, & manentē super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto: & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. Octauò fuit, quia conueniebat ad responsonē suam. Nam certum est, q. principes sacerdotum non dicerent baptismum Ioannis esse hominum, quia timebant plebem: ideo dicerent, q. erat à Deo, vel tacerent, sicut fecerunt. Si autem esse à Deo dicerent, obiceret Christus, q. potius credendum esset se accepisse potestatem prædicandi à Deo quā Ioannem accepisse potestatem baptizandi: tū q. Ioannes nullum signum ostenderat. Io. 10. ca. ipse autem maxima, & plurima, quæ fecerat nemo, Io. 15. Etiam quo prædicatio sua erat vera, ut poterat apparere cuilibet viro perito: neque Iudæi hoc negabant. De baptismo autem Ioannis non constabat an bonū, vel vitale esset: ideo magis planum erat, q. prædicatio Christi esset à Deo quā baptismus Ioannis: et consequenter cū circa Ioannem non calumniati essent de prædicandi potestate, aut baptizandi, permittentes eum baptizare, & prædicare: etiam si non constaret de potestate eius solum per hoc, q. dixit se missum à Deo, debebant potius permittere ipsum prædicare, non calumniantes, quod non accepisset potestatem ab homine.

*Quare Christus vocauit istum baptismum Ioannis.*  
Quæst. CLIII.

**Q**VÆRETUR, quare Christus vocauit istum baptismum Ioannis dicens: baptismus Ioannis unde erat. Nam baptismus non accipit nomen ab eo, qui baptizat: non enim dicitur baptismus Petri, quem Petrus contulit, neque Pauli, quem Paulus dedit: sed baptismus totus est Dei. Dicendum, q. baptismus in nobis non appellat ab illo, qui dat, sed à quocunque detur dicitur, qui baptizatus est fuisse baptizatus baptismo Christi, vel Dei: & ob hoc Paulus 1. Corinth. 3. cap. loquebatur cōtra Corinthios, q. quidam illorum dicebant: ego sum Pauli: ego Apollo. i. Apollinis, quia est ibi indeclinabile: & hoc quia baptismus est vnicum sacramentum: iō oportet, q. sit vnus. est autem illius, à quo efficaciam proficiendi accipit: hoc autem a solo Christo accepit, quia à passione eius oīa sacramēta efficaciam accipiunt: ideo ab eo solo vocari debet, hęc Apostolus innuit 1. Cor. 1. cap. f. hoc at dico, quod vnusquisq. vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo, ego vero Cephe, ego autem Christi: diuisus est Christus? nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in noīe Pauli baptizati estis? In quantum n. dicit, diuisus est Christus, redarguit illos, qui volunt facere sacramenta multa baptismi cū vnicum sit: & sic inducitur, sacramētum vnū denominatur ab vno: & rursus sacramentum baptismi est Christi, qui illud instituit. Sed Corinthij denominabant illud à multis. f. à Paulo, Apollo, & Cepha: ergo Christus iam non manebat vnicus, sed diuisus erat: in quantum dicit: nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? ostendit q. solius Christi est baptismus, sic arguens q. baptismus accipitur pro vititate, quæ ex illo confertur, quia aliās nō vteremur eo: ergo illius est baptismus, à quo efficaciam accipit proficiendi: sed istam accepit à Christo. f. à passione sua, à qua oīa sacramenta efficaciam habent: ergo cū nemo pro oībus mortuus sit nisi Christus benedictissimus, ipsi solius est baptismus: ideo dicit: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? quasi dicat, nemo crucifixus fuit nisi Christus: ergo ab eo solo est baptismus. Cū autem dicitur aut in nomine Pauli baptizati estis: ostendit, q. solius Christi sit baptismus, quia illius est baptismus, sub cuius inuocatione datur: & tñ omnis baptismus à quocunque detur, datur sub inuocatione Trinitatis: vel sicut in Ecclesia primitiua dabatur in noīe Christi siue Iesu. Ergo solius Christi est baptismus, & non Pauli, neq. Petri, quia nemo sub inuocatione Pauli, aut Petri, vel in noīe eius baptizatus est, & ob hoc ait: nunquid in nomine Pauli baptizati estis? De baptismo autem Ioannis dicitur, quod vocatur Ioannis. Primò vt aliqui volunt, quia ipse fuit primus, & quasi solus minister, & in hoc habet aliquā similitudinem cū baptismo Christi, quia baptismus Christi ab eo institutus fuit, & ante eum à nemine collatus est: vnde pp hoc eum Baptista vocauerunt: iō potuit vocari baptismus Ioānis: Et hæc fuit causa quare principes sacerdotum, & alij peritilegis admirati sunt quare Ioānes baptizabat, & miserit viros perito: neque Iudæi hoc negabant. De baptismo autem Ioannis non constabat an bonū, vel vitale esset: ideo magis planum erat, q. prædicatio Christi esset à Deo quā baptismus Ioannis: et consequenter cū circa Ioannem non calumniati essent de prædicandi potestate, aut baptizandi, permittentes eum baptizare, & prædicare: etiam si non constaret de potestate eius solum per hoc, q. dixit se missum à Deo, debebant potius permittere ipsum prædicare, non calumniantes, quod non accepisset potestatem ab homine.

ciendi accipit: hoc autem a solo Christo accepit, quia à passione eius oīa sacramēta efficaciam accipiunt: ideo ab eo solo vocari debet, hęc Apostolus innuit 1. Cor. 1. cap. f. hoc at dico, quod vnusquisq. vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo, ego vero Cephe, ego autem Christi: diuisus est Christus? nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in noīe Pauli baptizati estis? In quantum n. dicit, diuisus est Christus, redarguit illos, qui volunt facere sacramenta multa baptismi cū vnicum sit: & sic inducitur, sacramētum vnū denominatur ab vno: & rursus sacramentum baptismi est Christi, qui illud instituit. Sed Corinthij denominabant illud à multis. f. à Paulo, Apollo, & Cepha: ergo Christus iam non manebat vnicus, sed diuisus erat: in quantum dicit: nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? ostendit q. solius Christi est baptismus, sic arguens q. baptismus accipitur pro vititate, quæ ex illo confertur, quia aliās nō vteremur eo: ergo illius est baptismus, à quo efficaciam accipit proficiendi: sed istam accepit à Christo. f. à passione sua, à qua oīa sacramenta efficaciam habent: ergo cū nemo pro oībus mortuus sit nisi Christus benedictissimus, ipsi solius est baptismus: ideo dicit: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? quasi dicat, nemo crucifixus fuit nisi Christus: ergo ab eo solo est baptismus. Cū autem dicitur aut in nomine Pauli baptizati estis: ostendit, q. solius Christi sit baptismus, quia illius est baptismus, sub cuius inuocatione datur: & tñ omnis baptismus à quocunque detur, datur sub inuocatione Trinitatis: vel sicut in Ecclesia primitiua dabatur in noīe Christi siue Iesu. Ergo solius Christi est baptismus, & non Pauli, neq. Petri, quia nemo sub inuocatione Pauli, aut Petri, vel in noīe eius baptizatus est, & ob hoc ait: nunquid in nomine Pauli baptizati estis? De baptismo autem Ioannis dicitur, quod vocatur Ioannis. Primò vt aliqui volunt, quia ipse fuit primus, & quasi solus minister, & in hoc habet aliquā similitudinem cū baptismo Christi, quia baptismus Christi ab eo institutus fuit, & ante eum à nemine collatus est: vnde pp hoc eum Baptista vocauerunt: iō potuit vocari baptismus Ioānis: Et hæc fuit causa quare principes sacerdotum, & alij peritilegis admirati sunt quare Ioānes baptizabat, & miserit viros perito: neque Iudæi hoc negabant. De baptismo autem Ioannis non constabat an bonū, vel vitale esset: ideo magis planum erat, q. prædicatio Christi esset à Deo quā baptismus Ioannis: et consequenter cū circa Ioannem non calumniati essent de prædicandi potestate, aut baptizandi, permittentes eum baptizare, & prædicare: etiam si non constaret de potestate eius solum per hoc, q. dixit se missum à Deo, debebant potius permittere ipsum prædicare, non calumniantes, quod non accepisset potestatem ab homine.

donum

donum accepit nullus autem ipsum iustorum post ipsum accepit baptismum, qui baptismus diceretur ipse. Tertio, & adhuc melius dicendum, quod vocatur baptismus Ioannis, quia oportebat designari baptismum istum, de quo agebatur: & id vel debebat vocari baptismus Dei, vel Ioannis. Si autem vocaretur baptismus Dei, imperite formaretur questio, quia Christus responderet ad questionem, quam ipsemet proponebat. Nam vocando illum baptismum Dei, diceret eum esse a Deo, & hoc est quod Christus querebat, an a Deo esset, vel ab hominibus. id non debuit eum vocari baptismum Dei: & consequenter debuit vocare baptismum Ioannis. Et ista est causa precipua huius, ut dicitur baptismus Ioannis. quem ille conferebat: quia alias non obstantibus duabus causis precedentibus poterat vocari baptismus Ioannis baptismus Dei. Primo quia licet Ioannes iustum baptismum inchoasset, non debebat ab eo accipere nomen, quia non accipiebat ab eo auctoritatem, sed a Deo: ille enim impulit Ioannem ad hoc, & dicitur, quod misit eum ad baptizandum Ioan. 1. cap. 1. qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit &c. & non obstat, quod nemo ante Ioannem baptizasset, quia si Christus non baptizasset aliquem manu sua, sed iussisset discipulis baptizare: & baptizans esset Petrus, non vocaretur baptismus Petri, sed Christi, quia non habebat auctoritatem neque institutionem a Petro, sed a Christo. Secundo non obstat, quia licet baptismus noster magis proprie vocatur baptismus Dei vel Christi quam baptismus Ioannis vocaretur baptismus Dei: tamen adhuc baptismus Ioan. poterat vocari baptismus Dei, quia licet non recepisset a Deo efficaciam, recepit ab eo auctoritatem, cum ab ipso iussus fuerit Ioannes baptizare homines. Ioannis 1. & quidquid illud sit, quod a Deo accipiat potest vocari baptismus Dei, cum magis precipuum sit id, quod res a Deo recipit, quam quod recipit ab homine, & a digniori semper appellatur res: maxime quia Deus auctor est, cum Ioannes non excogitauerit baptismum a seipso, sed Deus iussit ei, quod baptizaret. Io. 1. & ideo erat Deus auctor. Ioannes vero nudus minister, unde magis minister Dei alias baptismus Dei quam Ioannis deberet dici. Tertio, quia etiam ad hoc potest induci ratio. Nam baptismus dicitur esse illius, in cuius nomine praestatur: sic innuit Apost. 1. Corin. 1. cap. Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine eius baptizati estis? quasi dicat, vocaretur iste baptismus Pauli, si in nomine eius baptizati essetis, & tamen non baptizati estis in nomine Pauli, sed in nomine Christi, vel Trinitatis: ideo non est iste baptismus Pauli: & tamen baptismus, quem Ioannes conferebat, non dabatur in nomine eius, sed in nomine Christi: ergo non debebat vocari baptismus Ioannis, sed baptismus Christi. Patet Act. decimonono capitulo, scilicet Ioannes baptizavit baptismum penitentiae populum dicens in eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent: hoc est in Iesum: ergo verè vocatus fuisset iste baptismus Ioannis baptismus Dei, nisi quia nunc non debuit Christus vocare illum baptismum Dei, quia per hoc questio sua esset imperite formata, ut dictum est. Nos autem sequimur modum loquendi Christi, qui hic est: & ideo vocamus eum baptismum Ioannis, sicut ille vocavit baptismum Ioannis: & tamen communiter solet dici a doctoribus, quod vocatur baptismus Ioannis, id est hominis, & non Dei: quia nihil erat ibi, quod ab homine non daretur, cum gratia ibi non conferretur: sic dicit Magister 4. Senec. dist. 2. de baptismo Ioannis multa diximus supra tertio cap.

**F** Quomodo Matthaeus cognovit, quod principes sacerdotum hoc cogitabant, scilicet si dixerimus, & cetera.

*Questio CLIII.*

**Q**VAERETVR, cum dicitur hic: At illi cogitabant inter se, dicentes: si dixerimus, & cetera, unde Mattheus sciebat, quod illi hoc intra se cogitabant: nam istud non protulerunt, sed tacite considerabant, cum dixerit Mattheus, quod intra se cogitabant.

Dici potest vno modo, quod hoc ex rationabili coniectura collectum est: nam quoniam Christus ista quaesivit, non statim responderunt principes, sed modicum intra se cogitauerunt. Ex quo colligitur, quoniam ista res scimus, non fuit de intentione eorum, quia ipsi si responderent iuxta desiderium suum, cum ipsi contempserent baptismum Ioannis nolentes illum accipere Luc. 7. cap. verisimile erat, quod dicerent eum esse ab hominibus, ut seipsum non condemnarent: aut. si responderent iuxta id, quod erat a Deo, quia alias a principio quoniam Ioannes baptizabat populum, reclamabant ipsi ne populus baptizaretur. Sed dicendum, quod non est conueniens positio, quia licet ista sit coniectura rationabilis: tamen sacra scriptura ex talibus non procedit, quia certitudo, quae est ex coniecturis, minor est quam requiritur ad sacram scripturam, in qua non solum nullus error est, sed etiam nihil esse debet, de quo dubitari possit, an sit error: & tamen coniectura humana, licet probabiles sint, saepe in fallunt, & saepe fallere possunt: id nihil debet in sacra scriptura procedere ex solis humanis coniecturis. Secundo ergo dici potest, quod forte Christus hoc reuelauit Apostolis. Nam principes ista quaesierunt a Christo publice presentibus discipulis, & postea cum Christus esset seorsum cum illis, differrebat de iniquitate principum sacerdotum, & scribarum, & seniorum, ut scirent cauere ab eis, sicut dicitur supra 16. & Luc. 12. cap. caute a fermento Phariseorum, & Sadduceorum quod est hypocrisis: & tunc reuelaret eis, quod quoniam principes istud responderunt, cogitabant intra se ista, quae habentur hic: & ita Mattheus, & Mar. protulerunt istud exprimere. Secundo potest dici, & melius, quod etiam Christus non reuelauit hoc discipulis, sed evangelistae cognouerunt istud reuelante Spiritu sancto. Nam Euangelistae scribentes non confidebant cognitioni suae, quasi ex eis, quae vidissent, aut didicissent, scriberent, quia etiam istud non sufficit ad gradum certitudinis, quem exigit sacra scriptura. Nam scientia humana in multis deficit: unde qui videt ab eis scribunt, circa aliqua errant, cum plene non potuerint iudicare de singulis. Ad hoc autem, quod sciamus, quod non solum nullus error sit in eis, quae credimus, sed etiam neque esse potest, quod requiritur ad tollendum omne dubium nostrum: necesse est, quod nihil scriptum sit in sacro canone scripturae quod Spiritus sanctus non reuelauerit scriptoribus: sic enim dicitur 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto dictante scripserunt. Et sic eo docente sciuerunt quid principes sacerdotum intra se cogitabant, cum ista responderunt: & ista est veritas.

*Quomodo argumentum istud Phariseorum, scilicet quomodo non credidistis ei, &c. procederet.*  
*Quest. CLV.*

**Q**VAERETVR, quomodo dicitur hic, quod principes dicebant intra se si dixerimus, quia de caelo, dicit nobis, quomodo ergo non credidistis ei? Nam videtur, quod non erat conueniens argumentum, quia poterat responderi per principes, quia

aut accipitur ibi credere proprie pro assentire aut pro accipere. Si primo modo, diceret principes, quod ipsi crediderunt baptismum Ioannis, id est crediderunt illud esse a Deo: & ita non procedit contra eos argumentum. Si accipitur secundo modo, posset dici, quod non obligabatur accipere: multa enim a Deo sunt, quae non obligamur sequi, sicut omnis perfectio consiliorum est a Deo, sed non obligamur sequi consilia: sic etiam vita austerior Ioannis erat a Deo. tamen non tenebantur principes sequi illum, neque putabant sibi de hoc argumentum fiendum.

Dicendum, quod erat conueniens argumentum, & accipitur credere pro accipere baptismum: & tamen dicitur, quod non tenetur homo ad perfectionem: verum, quod ad perfectionem, quae est supra praecipua nemo tenetur nisi ex voto tacito, vel expresso, aut ex conditione status sui: talis autem perfectio consiliorum est, cuius obseruatio importat difficultatem aliquam, illi cuius est non sequi illud: sic enim erat de baptismo Ioannis: nulla enim difficultas erat ibi, quia nihil erat nisi immergi in aquam: ideo cum scirent hanc perfectionem esse a Deo, & illam sine difficultate poterant tenere, peccabant non accipiendo illam: secus autem erat de austeritate vitae beati Ioannis, quia licet talis perfectio esset a Deo: tamen tunc difficultatis erat, quod vix accederet quis ad illam: ideo nemo tenebatur. Secundo, & praecipue, quia ceteras perfectiones licet sciamus esse a Deo, tamen non iubet, neque suadet omnibus illas accipere, & sequi: baptismus autem Ioannis pro tanto erat consilium, vel perfectio, quia non includebatur in mandatis legis Moysi: & tamen voluntas Dei erat, quod omnes Iudaei acciperent baptismum Ioannis. Unde miserat Ioannem ad baptizandum: Io. 1. cap. Et ipse praedicabat baptismum penitentiae, supra 3. & Mar. 1. & Luc. 3. id est quod omnes acciperent istum baptismum: ideo debebant Iudaei accipere baptismum Ioannis, cum viderent eum praedicare, quod esset accipiendus, & dicere se esse missum ad hoc praedicandum: non erat sic de vita Ioannis, quia ille non praedicabat, quod Iudaei sequerentur austeritatem vitae suae neque dicebat se ad hoc missum, ut ceteris daret exemplum sequendi hanc austeritatem: & ideo baptismum quasi praecipuum debebant accipere. Tertio, quia non dicitur quis contemnere nisi id, quod tenetur facere, vel quod est ei valde utile, & si ne difficultate illud habet: unde nemo debet contemnere consilium de virginitate, vel de castitate seruanda in perpetuum, aut de relinquendo omnia, & sequendo Christum, quia nemo tenetur ad hoc nisi ex voto, & obseruatio horum est valde difficilis: & tamen principes sacerdotum, Pharisei, & legisperiti dicuntur contempserunt baptismum Ioannis non accipiendo illum: ergo tenebantur accipere, & peccauerunt non accipiendo. Patet quia Luc. 7. cap. dicitur: Et omnis populus, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismum Ioannis: Pharisei autem, & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsos. id est erat a Deo ad utilitatem ipsorum, ut illi acciperent. Recusando ergo id, quod Deus pro illis dederat, peccabant. Quarto patet, quia Christus neminem redarguit, nisi de peccato, quia de bono opere nemo redargutionem meretur, sed laudem. Io. 10. ca. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & tamen redarguit principes Christus, & scribas, & seniores, quia baptismum Ioannis recipere noluerunt: & laudat publicanos, & meretrices, qui receperunt baptismum Ioannis, ut patet.

**A** infra in litera, scilicet: A me dico vobis, quia publicani, & meretrices praecedent vos in regno Dei: venit enim Ioannes ad vos in via iustitiae, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes neque penitentiam habuistis postea, ut crederetis ei: ideo dicendum, quod argumentum istud bene militabat contra eos, si dixerimus, quod de caelo erat, dicit nobis: quare ergo non credidistis ei?

*Quare principes sacerdotum non confessi sunt, quod verum est, quod baptismus Ioannis erat de caelo, &c.*  
*Quest. CLVI.*

**Q**VAERETVR, cum principes sacerdotum valde desiderarent, quod Christus eis responderet de potestate praedicandi, quasi in hoc eum caperent: quare ergo non confessi sunt, quod verum est, quod baptismus Ioannis erat de caelo: & tamen non receperunt eum. Et si Christus diceret: quare ergo non recepistis eum, dicerent quid ad te? nolimus recipere: non es tu iudex horum: & tunc cum plane, & directe, & verè responderent, teneret Christus respondere eis plane.

Dicendum, quod verum est, quod hoc poterat facere princeps sacerdotum: & tamen incurrebant in magnam confusionem, quia tunc pateret manifeste, quod iniqui essent nolentes recipere ea, quae Dei sunt: & sic offenderet se indignos honore, & principatu, quae tenebant, & careret opinione apud plebem: non enim honorarent eos velut iniquos existentes: & fortassis concitarent seditionem contra eos, quia videbant, quod illi prophetas Dei non recipiebant: & ea quae Deus dabat in salutem hominum, recipere volebant. Item & quod maius erat, quia si confiterentur se agnouisse, quod baptismus Ioannis erat a Deo: & tamen non receperant illum, diceretur eadem ratio, quod omnia, quae Christus faciebat a Deo erant: & tamen ipsi, ut maligni oderant facta eius, & persequebantur eum: & hoc modo non solum caderent ab intento quantum ad istam quaestionem: sed etiam quantum ad omnia, quae fecerant, & facere intendebant contra Christum: ideo non confessi sunt esse a Deo baptismum Ioannis.

*Quid verum sit de dubio, quod Christus quaesivit a Phariseis.*  
*Questio CLVII.*

**Q**VAERETVR, circa istud dubium, quod Christus mouit, scilicet an baptismus Ioannis esset a Deo, an ab hominibus, & Pharisei non responderunt, neque principes sacerdotum. Quid sit verum in hoc dubio.

Dicendum, quod non est dubium, quin sit a Deo: & patet primo, quia Christus baptizatus est a Ioanne, supra 3. & Luc. 3. et tamen si baptismus iste esset solum a voluntate humana non subdidisset se Christus sponte illi, cum ipse esset Deus: & tamen ipse subdidit, quia ipse petiuit a Ioanne baptizari cum Ioannes nollet eum baptizare, sed potius peteret ab eo baptizari, supra tertio cap. ergo erat a Deo. Secundo patet, quia si baptismus Ioannis non esset a Deo, esset penitus superuacuum, & superstitiosus: cum ex opere operato ipsa immersio in aquam nihil conferat: & tamen de Ioanne non debet credi, quod aliquid superuacuum, & superstitiosum conferret: potissime hortando homines ad illud suscipiendum, & predicando illud sollicito, cum Ioannes esset propheta, et plusquam propheta, et maior inter natos mulierum, supra 11. ergo erat a Deo. Tertio patet, quia Luc. 3. dicitur quod factum est verbum Domini super Ioannem filium Zachariae: fieri autem verbum Domini super aliquem est mitti ipsum a Deo: & ibi ponit de baptismo eius: o baptismus Ioannis a Deo erat. Quarto

Quartò patet, quia Ioannes Baptista dixit Ioan. 1. Qui mittit me baptizare, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem. & ita dixit se a Deo missum ad baptizandum. Quintò patet, quia Luc. 7. Quando Christus laudavit Ioannem dicitur, quòd omnis populus, & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis: Pharisei autem, & legisperiti spreuerunt consilium Dei in seipos non baptizati ab eo. Sed dicendum, quòd esse a Deo baptismum Ioannis potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd esset ab eo quantum ad efficaciam. Alio modo, quantum ad auctoritatem. Primò modo, non est baptismus Ioannis a Deo: quia nullam efficaciam habebat, cum non remitterentur in eo peccata, neque gratia conferretur, sed erat sola immersio in aqua: & ideo quidquid erat baptismus iste, vt doctores dicunt, communiter vocabatur Ioanis: quia nihil in eo fiebat, quòd homo purus facere non posset, vt dicit Magister 4. Senten. di. 2. Accipiendo secundo modo, baptismus Ioannis est a Deo: quia eius auctoritate institutus est, imò ipse illum instituit, & iussit Ioanni illum ministrare, vnde fuit Ioannes primus minister eius, etiam fuit a Deo, quantum ad aliud tertium, scilicet, quantum ad formam, quia fiebat sub certa forma verborum, scilicet in nomine venturi. i. Messia, vt dicitur, Actu. 19. c. Ideo bene dicitur baptismus Ioannis baptismus Dei, vel a Deo: sed baptismus Christi, quo nos baptizamur, magis proprie baptismus Dei dicitur: quia quantum ad omnia a Deo est, scilicet, quantum ad efficaciam, quòd est precipuum: quia remittuntur in eo peccata, & gratia confertur quòd nemo nisi Deus facere potest, & quantum ad auctoritatem: quia Deus ipse illum instituit, scilicet Christus, & ipsemet fuit primus, qui illud ministravit baptizando discipulos suos & alios: & postea discipuli, & ceteri successerunt in hac ministracione: etiam quantum ad formam verborum, & inuocationem nominis: quia in nomine totius Trinitatis confertur, vel quondam in ecclesia primitiua in nomine Christi conferebatur.

An requireretur, quòd baptismus Ioannis ad hoc, quòd esset baptismus, esset a Deo. Quæst. CLVIII.

**Q**VAERETVR, cum quærarer hic, an baptismus Ioannis esset de celo, id est, a Deo an ex hominibus, vtrum requireretur, quòd baptismus Ioannis ad hoc, quòd esset baptismus, esset a Deo. Dicendum, quòd baptismus est nomen Græcum: & ex sua origine significat lorionem corporalem, & non addit aliquid aliud. Ita accipitur Marc. 7. capitulo, scilicet, tenentes traditiones hominum, baptismata vrceorum, & calicum, & alia similia his factis multa: & ita baptizare aliquando absolute pro lauare. eodem cap. scilicet, Pharisei enim, & omnes Iudæi, nisi crebro lauent manus, non manducant tenentes traditiones seniorum: & a foro nisi baptizentur non comedunt, id est, quando veniebant de foro, nisi lauerentur prius, non manducabant, scilicet, nisi lauerent totum corpus, vt aliqui sentiunt. Et ideo dicendum, quòd baptismus, qui est lotio, potest dupliciter accipi. Vno modo, vt sit simplex lotio. Alio modo, vt sit sacramentum, vel aliquid sacramentale. Accipiendo primo modo manifestum est, quòd Ioannes poterat præstare baptismum, etiam si non esset a Deo: quia talis baptismus ad non animata etiam fit, vt baptismata vrceorum, & calicum, quæ faciebant Iudæi, & quilibet seipsum baptizabat de Iudæis, antequam manducarent: & de tali baptismo nulla quæstio est. Accipiendo secundo modo, vt est baptismus sacramentum, vel sa-

Baptismus dupliciter.

**F** sacramentale aliquid: dicendum quod necesse est, quòd sit a Deo. nam sacramenta proprie sunt, quæ figurant, & efficiunt, quòd significant: hoc autem in solis rebus noui testamenti inuenitur, quia in illis præstat gratia, & remittuntur peccata, & ad hoc oportet talia sacramenta a Deo esse, tam quantum ad efficaciam, quam etiam quantum ad auctoritatem, & inuocationem nominis siue formam verborum. Sacramentale autem est, quòd significat quidam aliquid de rebus sacris: & tñ nihil confert eorum, quæ significant: & istud etiam oportet, quod sit a Deo, saltem quo ad auctoritatem. Quod patet, quia ista significatio est super res sacras, & debet esse communis. Vt omnes taliter significari accipiant per illud, sed istud non potest fieri, nisi per eum, qui habeat potestatem super res sacras, & super oēs illos, inter quos ista significatio haberi debet. Nam et in significacione aliarum rerum non est in potestate cuiuslibet imponere terminum ad significandum, quòd voluerit, sed eius quem oēs sequuntur, vel aliquando sequuntur in doctrina, & ita ille quodam modo potestatem habet super omnes, cum omnes quantum ad hoc, quod aliquid sacrum significet per aliquid signum, oportet esse duo. Vnū est, quod illa res sacra sic se habet. Aliud quod illud signum accipitur, vt representatiuum illius rei. Primum non potest effici per hominem, neque per omnes simul, sed per solum Deum: sicut quidam poterat effici per omnes homines simul, vel per eum cui omnes obediunt constituto de primo: ambo autem simul per solum Deum fiant, & hoc modo ceremoniarum, & sacra veteris testamenti erant sacramentalia: quia licet non inducerent, quòd significabatur: erant tamen umbra futurorum bonorum. ad Hebræ. 10. c. Cum autem quæritur de baptismo Ioannis, an requireretur, quod esset a Deo ad hoc, quod esset baptismus: quæritur de secundo modo. sed hoc, quod esset aliquid tale, quòd homines sequi deberent, tanquam bonum talis qualiter Ioannes ostendebat. Nam Ioannes, qui erat tam excellentis vite baptizabat homines, & hortabatur eos ad suscipiendum illum baptismum, & prædicabat illum: ideo certum est, quod ostendebat illum baptismum esse bonum & vtilem, quia aliàs superuacuum esset talia facere. Hoc supposito quod talis esset baptismus Ioannis, dico quod oportebat esse a Deo. Hoc patet primo, quia sic principes sacerdotum, & legisperiti proposuerunt, quando miserunt nuncios ad Ioannem cum baptizaret, & putauerunt ex hoc, quod ipse esset Messias, & cum negaret se esse Christum, & Eliam, & prophetam, dixerunt ei quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta? & ita aperte dicebant, quòd nemo poterat baptizare, nisi haberet vnum de his tribus: & quodlibet eorum a Deo est: & qui hoc habet, a Deo mittitur: ergo præsupponebant, quòd necessariò potestas baptizandi est a Deo, vel baptismus est a Deo: Ioan. 1. Secundo patet ex responsione Ioannis: nam cum sacerdotes missi a Iudæis vrgerent Ioannem, quis esset, arguentes quomodo baptizaret, si non erat propheta, neque Elias, neque Christus, dixit: Ego sum vox clamantis in deserto, sicut dixit Isaias propheta, & ita designauit se a Deo missum, & non solum a Deo missum, sed etiam de aduentu eius per alium prophetam prænunciatum esse: sed si non sequeretur, quòd oportebat esse a Deo, ad hoc quòd baptizaret, poterat dicere illis, possum baptizare, etiam si nihil istorum sum.

Dicendum ergo, quòd oportebat baptismum Ioannis esse a Deo, ad hoc quòd aliquid esset tale, quale ipsum ostendebat illum esse: & oportebat vel esse sacramentum, vel sacramentale. Primum autem non erat, quia baptismus Ioannis non conferebat aliquid sacrum, quia neque peccata tollebat, neque gratiam conferebat: hæc enim ad sola sacramenta legis nouæ pertinent;

pertinent: & ideo illa sola proprie vocantur sacramenta: A baptismus autem Ioannis non erat de sacramentis legis nouæ: ideo non erat sacramentum. Erat autem sicut sacramentale, quia aliquid sacramentum significabat: nam cum conferretur in nomine venturi. Act. 19. designabat bona, quæ per venturum referenda erant: & potissime, & magis vniuersè significabat baptismum Christi, quod facer erat. Et ita dicit Magister 4. Senten. dist. 2. quod baptismus Ioannis non erat sacramentum, sed sacramentale, & hoc proprie. Nam largè etiam illud cõcedit esse sacramentum in eo sensu, quo dicimus legalia esse sacramenta: sed illa magis sacramentalia, quam sacramenta appellantur.

Quare proposita quæstione per Christum, & cogitatione habita inter principes dixerunt: Nescimus: consentientes suam confusioem. Quæst. CLIX.

**Q**VAERETVR, quare proposita quæstione per Christum, & cogitatione habita inter principes dixerunt: Nescimus: consentientes suam confusioem, quia potuerat dicere, nolimus tibi respondere, & cogere ipsum respondere, vel si non cogere eum respondere, saltem nolent ipsi respondere, dicentes: nolimus respondere, & non curarent de responsione Christi, & non confiterentur verecundiam suam, & insuper non acciperent responsionem, quam à Christo operabant. Dicendum, quòd primus modus non poterat stare, scilicet, quòd dicerent principes sacerdotum Christo, nolimus respondere tibi, sed tu nobis responde, & quòd cogere eum ad hoc. Primò, quia cum hoc esset manifestè contra rationes, & contra conuentua inter Christum & principes, non permitteret populum, quòd principes inferrent nunc violentiam aliquam Christo, quia principes erant minores, quam populus, & timebant eum, & sicut timeatis populum non ausi sunt dicere baptismum Ioannis ab hominibus esse: ita timebant populum, quod nunc valde affectus erat ad Christum, & audiebat eum, non auderent inferre violentiam aliquam Christo sine colore rationis. Secundo, quia si contra conuentua inter eos vellent principes cogere Christum respondere ipsis non respondentibus: posset reclamare Christus publice iniuriam inferri sibi, & principes confundentur, quos publice apparebat recedere a compactatis, & velle inferre violentiam: ex quo apparet, quod non solum in ista quæstione, sed etiam in omnibus alijs, quod contra Christum agebant procedebant per iniquitatem, & hoc multum derogabat intentioni eorum: ideo non debuerunt hoc facere. Secundum autem, quod cessaret à quæstione proposita, id est, quod nihil à Christo quærent, vt non cogere ipsi nunc confiteri suam ignorantiam, non fuit visum conueniens eis. Primò, quia sic non haberent responsum de quæstione, quam volebant, & putabant, quòd quando ipsi dicerent, nescimus, quod Christus diceret, in qua potestate prædicabat, vel diceret, nescio, sicut illi dixerant, & vtrumque esset inconueniens Christo. Secundo, quia videretur verisari aliquis dolus ex parte principum, si cū ex rãta deliberatione venissent ad quærendum aliquid à Christo, & conuenissent cum eo respondere ad quæstionem eius, & ipse responderet ad quæstionem illorum, nunc proposita quæstione de baptismo Ioannis, & nulla responsione data: re penitus integra desisterent. Nam crederetur, quòd ipsi aliquid valde malum de Ioanne sentiebant, & vt non cogere illud aperire, cessauerunt à quæstione sua: hoc autem de eis credi erat eis periculosum, quia timebant populum, vt in litera dicitur: ideo fuit conuenientius eis visum, vt quasi nullus dolus intercederet, sed simplici animo aduenissent, dicerent se nescire: & hoc elegerunt.

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

Quare Christus dixit, neque ego dico vobis, in qua potestate hoc facio. Quæst. CLX.

**Q**VAERETVR, quare Christus dixit: neque ego dico vobis in qua potestate hoc facio: & non respondit aliter. Dicendum, quòd cum principes sacerdotum aliquid respondissent, dicentes saltem, nescimus, oportebat quòd Christus aliquid diceret, vel respondendo, vel se non obligatum ad respondendum ostendendo, vel se nescire respondere asserendo. Respondere autem Christus directè non vult: non enim expediebat propter ea, quæ dicta sunt supra, etiam quia inter Christum & principes conuentua erat, quòd si illi responderent Christo ad quæstionem eius, quod ipse responderet illis ad quæstionem eorum: sed non responderunt illi, ideo neque Christus obligabatur respondere. Quòd autem diceret se nescire in qua potestate hoc faciebat, erat penitus inconueniens. Primò, quia mentiretur: sciebat enim in qua potestate agebat, quia sciebat se esse Deum, & in potestate propria diuina agebat: Deus autem mentiri non potest, quia fidelis permanet, & seipsum negare non potest. 2. Timo. 2. cap. est tamen ipse veritas. Ioannis 14. ergo mentiri non potest, quia seipsum negaret. Secundo, quia nemo eum coegit ad hoc: stultum autem est, quòd aliquis confiteatur aliquid contra se, quando non vrgetur ad hoc: secus autem de principibus sacerdotum, quia cum illi non inuenirent aliud quòd securius responderent, dixerunt, nescimus: Christus tamen non coegitur confiteri ignorantiam suam, cum non vrgeretur respondere: ideo esset valde stultum sic respondere. Tertio, quia dedecus erat Christo dicere de aliqua re, quòd nesciebat illam: maximè de re ad ipsum pertinente: quia hoc modo constaret eum non esse Deum, si aliquid erat, quòd ignoraret, & maius dedecus erat Christo dicere, quod ignorabat, quod principes sacerdotum, quia illi ignorabant in re aliena. f. quæ non pertinebat ad ipsos. in baptismo Ioannis, an à Deo esset, vel ab hominibus: Christus autem diceret se ignorare in re sua. i. de sua potestate. Quartò, quia ex hoc concluderetur oia facta, & dicta Christi esse inania, & imprudenter facta, cum nesciret vnde haberet potestatem ad hæc faciendum, vel à quo esset missus: & tñ nemo debet prædicare, nisi mittatur ad Rom. 10. cap. & ideo non debuit dicere, nescio in qua potestate facio, sicut principes dixerunt, nescimus: imò ista fuit potius vna de causis, quare Christus noluit directè respondere principibus, scilicet, vt ostenderet sapientiam suam: ita vt cogere illos confiteri insipientiam suam, & ipse neque cogere dicere veritatem quæstionis, neque confiteri ignorantiam: manebat ergo aliud, scilicet, quòd ostenderet se non esse obligatum ad respondendum: & ita ait, neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio: scilicet, quia conueniens mecum respondere ad quæstionem meam, & non respondetis, etiam ego non respondeo vobis. Principes autem videntes se ratione superatos, nihil contra istam responsionem calumniati sunt, sustinentes confusioem suam, & insuper nullam responsionem accipientes: videbant enim se delusos, scilicet, quòd coacti fuerint confiteri ignorantiam suam spe responsionis, & quòd sine responsione manserint.

Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie operari in vineam meam. Ille autem respondens, Kk ait:



ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter. At ille respondens, ait; Eo domine: & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis: quia publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.

*Quid autem vobis.* Ostendit hic Christus Iudæos esse contemptores suæ maiestatis verbo rationabili. Et hoc dupliciter: Primò, quia legem à Deo acceptam non seruauerunt. Secundò, quia Christum legislatorem impugnaverunt, ibid. *Aliam parabolam audite.* Circa primum dicitur. *Quid autem vobis videtur.* Id est, quid iudicatis de hoc, quod vobis nunc propono.  *homo quidam habebat duos filios.* Parabola est ad deducendum quis dicatur voluntatem patris compleuisset. *Et accedens ad primum.* Id est, maiorem ætate, qui robustior erat: & magis aptus ad laborem, ad quem pater eum destinabat. *Dixit filii vade operare hodie in vineam meam.* Non expressit genus laboris, subintelligendum est; quòd si ista ad literam acciderent, sicut iatis rationabiliter creditur, quòd pater non nominauit filio genus laboris, & omnes circumstantias opportunas: tamen Christus non curauit hæc referre, quia satis erat ad propositum suum dicere, quòd misit filium ad laborandum, cum non sit ad aliquid aliud ista parabola, nisi vt ostendatur quis filiorum fecit voluntatem patris. *Quòd autem dixit, in vineam meam, est intelligendum, quòd vel pater vnicam vineam haberet: & ita illa esset nota, vel si habebat plures, quòd filius ex alijs circumstantijs sciebat, quæ vinea erat, ad quam pater eum mittebat, licet non expresserit, vel quòd pater expresserit: & tamen Christus non curauit exprimere: quia non erat necessarium ad propositum suum hoc exprimere, & similis modus loquendi est præcedenti capitulo, cum dicit paterfamilias operarijs: ite vos in vineam meam, non exprimendo, quæ vinea sit. *Ille autem respondens, ait: nolo.* Fuit multum superbus, & inobediens, & dignus pœna. *Postea pœnitentia motus.* Scilicet, postquã respondit, vidit, quòd malè dixisset: & doluit, & fecit contrarium. *Abijt.* Scilicet, ad operandum in vinea. *Accedens autem.* Scilicet pater. *Ad alterum.* Id est, ad filium minorem, vel secundum: quia primus noluit ire ad laborandum dixit sequenti, quòd iret. *At ille respondit, eo domine.* Ille non solum respondit obedienter: sed etiam humiliter. Nam non solum obediuit dicendo, quòd iret: sed etiam dixit: eo domine. Patrem dominum appellando, & prompitudinem obedientiæ suæ ostendit: quia non dixit ibo: sed eo, id est, statim, vel iam vado. *Et non iuit.* Et ita mentitus est. *Quis ex duobus.* Id est, ex his duobus filijs. *Fecit voluntatem patris.* Id est, rem volitam à patre: quia voluntatem nemo facit, cum sit aliquid in nobis existens, quo cetera volumus. *Dicunt ei.* Id est, responderunt, scilicet, principes sacerdotum (nam ad eos loquebatur) primus, scilicet, qui dixit nolo, & postea pœnitentia motus iuit. *Dicit illis.* Scilicet, principibus sacerdotum. *Amen dico vobis.* Id est, in veritate, vel secundum certitudinem: est enim*

modus iurandi, vel affirmandi, & ponit hic conclusio-nem ad quam inducebat parabolam. *Quia publicani.* Scilicet, qui videntur publicè esse in statu peccandi. *Et meretrices.* Mulieres, quæ omnium libidini prostituta sunt. *Præcedent vos in regno Dei.* Id est, ipsi intrabunt prius, vel præcedentes, id est, meliores reputabuntur, vt infra dicitur. *Venit enim Ioannes ad vos.* Hic aperit quid parabola significauerit applicando ad illos, contra quos loquebatur: & dicitur, venit, scilicet, in præterito: quia Ioannes iam venerat, & recesserat: venit enim, quando prædicare, & baptizare incepit: recessit quando ab Herode occisus est: iam enim cursum suum consummauerat. Sic dicitur Actuum 13. cum impleveret Ioannes cursum suum, dicebat: quem me arbitramini esse non sum ego: sed ecce post me venit, cuius non sum dignus calciamenta pedum soluere, & dicitur: Ad vos, id est, ad vestram vtilitatem, & verè ad illos venerat: quia tam illis, quam omnibus Iudæis audire volentibus prædicauerat. *In via iustitiæ.* Scilicet, ostendendo vobis viam iustitiæ, scilicet, quòd ex operibus boni redderemini. *Et non credidistis ei.* Id est, non assensistis dictis eius ad hoc, quòd faceretis ea. Nam credere parum proderat sine operatione, cum bonum quod Ioannes prædicabat, non consisteret in credendo illud, sed in faciendo illud: & ita accipitur supra in litera, scilicet, si dixerimus ex cælo, dicit nobis: quare ergo non credidistis ei? id est, quare non accepistis illum? scilicet, baptismum. *Nam fortassis credebant, quòd erat de cælo.* Imò hoc, quòd erat eis asserere baptismum Ioannis esse de cælo erat credere, & non adderetur, quare non credidistis ei, si credere acciperetur propriè, sed accipitur pro operari. *Publicani, & meretrices crediderunt.* Id est, crediderunt, & operati sunt: quia audierunt, verba Ioannis, & fecerunt quod ille dixit accipiendo baptismum illius, & pœnitentiam agendo: quasi dicat: non solum alij, sed etiam publicani, & meretrices hoc fecerunt, quia multi alij præter istos fecerunt hoc. *Vos autem videntes.* Scilicet, non quidem Ioannem: quia iam de hoc dictum fuerat, quòd venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: sed intelligitur vos videntes, scilicet, quòd publicani, & meretrices receperant doctrinam Ioannis, quando vos illam non accepistis. *Neque pœnitentiam habuistis.* Id est, neque etiam de hoc pœnituitis, vt publicani, & meretrices meliores essent, quam vos. *Postea, vt crederetis ei.* Istud postea potest referri ad illud verbum habuistis, & est sensus, neque pœnitentiam habuistis postea, id est, cum non habuistis à principio pœnitentiam de peccatis, quando habuistis Ioannem prædicantem, saltem habere debueratis, quando vidistis, quòd publicani, & meretrices pœnituerunt vobis non pœnitentibus, & tunc pœnitentiam habentibus de hoc, quòd non credideratis à principio, debueratis saltem postea credere, vel potest referri ad illud verbum crederetis, scilicet, neque pœnitentiam habuistis videndo publicanos, & meretrices credere Ioanni, vt vos crederetis postea, id est, si non crederatis à principio ante publicanos, saltem crederetis post illos.

*An sit ordinis mutatio, vel sit istud factum post præcedentia.*

Quæstio CLXI.

**Q**VAERETVR, an istud sit continuatū ad pœnitentiam, vel sit mutatio ordinis, & an sit istud factū post pœnitentiam statim, vel interiecto aliquanto tēpore. Aliqui dicunt, q̄ sit ordo mutatus. C̄p̄ prius dixerit id, quod habetur infra de parabola vineæ, q̄ istam parabolam

bolam de duobus filijs: & patet, quia Marcus, & Lucas A ponunt: statim enim postquam Christus dixit: neque ego dico vobis, in qua potestate hoc facio, subiungunt de parabola vineæ locata agricolis, vt patet Mar. 11. & 12. & Luc. 20. cap. Dicendū, quòd est ordo continuus: nam iuxta regulam generalem, nunquam est recedendum ab ordine literæ, nisi appareat causa necessaria, quare debeamus dicere res alio ordine gestas, quam in litera exprimitur: & tamen hic nulla talis causa apparet, ideo est dicendum, quòd iste ordo fuit rerum gestarum, quem Matthæus tenuit. Cum obijctur de ordine Marci, & Lucæ, dicendum, quòd nihil obstat: quia illi tacuerunt istam parabolam de duobus filijs: nullus enim Euangelistarum præter Matthæum hoc expressit: ideo quantum ad hoc non potest sibi obijci B de ordine, quem alij tenuerunt: veritas enim est, quòd ordo gestorum fuit iste. s. quòd principes sacerdotum quaesierunt à Christo, in qua potestate hæc faceret: & postquam respondit, statim subdidit de duobus filijs, & post istam parabolam, dixit aliam de vinea locata agricolis: & istum ordinem tenuit Matthæus hic. Marcus autem, & Lucas tacuerunt parabolam de duobus filijs, ideo oportuit, quòd postquam posuerunt responsum Christi ad quaestionem de potestate, C subijcerent parabolam de vinea locata: & ita fecerunt, & sic quod ipsi dixerunt de vinea statim post quaestionem de potestate, non obstat ad ordinem, quem tenet Matthæus: secus autem esset si Marcus, & Lucas ponerent de vinea locata agricolis statim post quaestionem de potestate, & alibi ponerent istam parabolam de duobus filijs: quia tunc cōcordarent illi in ordine contra Matthæum: potest esse aliqualē argumētum, q̄ illi tenuissent naturālē ordinē rerum gestarū. Ad secundum dicendum, q̄ statim facta sunt hæc. i. dicta hæc parabola de duobus filijs post quaestionem de potestate Christi nullo interposito, & in eodem contextu. s. cum adhuc principes sacerdotum, & seniores, & scribæ simul essent cum Christo cœpit Christus ad eos loqui ea, quæ sunt in parabola ista.

*Quibus dixit Christus istam parabolam de duobus filijs.*

Quæstio CLXII.

**Q**VAERETVR, quibus dixit Christus istam parabolam de duobus filijs. Dicendum est, quòd dixit eam principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, qui quaesierant ab eo de potestate. Et patet primò ex modo loquendi Euangelistæ. Nam ante Christus loquebatur ad principes. Si autem parabolam istam alijs proponeret, aut alio tempore, exprimeret hoc Matthæus, aut saltem ex modo loquendi videretur aliqua diuersitas, vt constaret, quòd non ad eosdem loquebatur. Secundò, & præcipue apparet, quia ex verbis Matthæi constat, quòd loquebatur ad principes. Nam quaestio præcedens de potestate erat inter Christum & principes, & in fine eius dicitur: Neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio, & subditur statim: *Quid autem vobis videtur?* ergo necesse est, quòd illi, quibus dictum est, neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio, sint isti, quibus dixit, quid vobis videtur: & tamen illi erant principes sacerdotum: ergo & isti, quibus proponit hanc parabolam. Tertio patet, quia infra in litera finita hac parabola, & sequenti de vinea locata agricolis dicitur: & cum audiissent principes: ergo principes sacerdotum erant, quibus istam parabolam dicebat, & idem tenet Chrysostomus.

Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

*Quid Christus intendit ostendere ex ista parabola.*

Quæstio CLXIII.

**Q**VAERETVR, cum istam parabolam dixerit Christus principibus sacerdotum, & contra eos, quid intendit ostendere ex ea. Dicendū, q̄ intēdit ostendere eos contemptores Dei, & impios, qui legē eis datam non seruauerunt, & baptismum Ioā. & alia pro eorum vtilitate concessa spreuerunt. Sic dicit Hierony. post præmissa infert Dominus parabolam, quæ etiam illos impietatis arguat, & ad gentes regnum doceat transferendum: sed hoc ad duas parabolâs pertinet. Nam in sequenti parabola de vinea ostendit, q̄ regnū Dei auferetur ab istis, & dabitur alteri gēti: in hac autē solam impietatem eorum ostendit. C̄p̄ Deum p̄tempserunt, & legem eius, & remedia ab eo data abiicerunt, & intelligunt aliqui de lege Moyfi data istis, & nō obseruata ab eis: & licet verum sit, q̄ etiam contra legem Moyfi præuariati sunt sacerdotes: & tñ Christ⁹ non loquitur hic de hoc, sed de præparatione quam fecerunt non recipiendo baptismum Ioannis, & non agendo pœnitentiam de peccatis, sicut Ioannes prædicabat. Nam baptismus suus erat baptismus pœnitentiæ, & ita vocabatur supra 3. cap. & Mar. 1. cap. f. quia docebat homines pœnitentiam agere de peccatis: & ideo quicumque baptizabantur confitebantur peccata sua. s. baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua, & primum quod ipse prædicauit fuit pœnitentia. Nam sic incepit sermo suus: pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. supra 3. cap. & ita patet in litera in applicatione parabolæ: dixit. n. venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. s. noluitis accipere baptismum, neque pœnitentiam agere, vt iustificaremini, sicut ille suadebat.

*De applicatione istius parabolæ quoad singulas eius partes.*

Quæstio CLXIII.

**Q**VAERETVR, de applicatione istius parabolæ, & quia pendet difficultas ex illis duobus filijs qui sint, de illis est quaerendum. Dicendum, quòd pater, qui hic inducitur, sine dubio Deus est. Sed dicitur, quare filios vocat, quia de quibuscūque loquatur poterat illos vocare seruos, quia serui eius sunt. Dicendum, quòd verè quilibet potest vocari seruus Dei, & filius Dei: filios quippe vocat nos per affectionem: quia ad nos videtur esse affectus: diligit enim nos, & confert nobis bona sua. Sapient. 11. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Secundò propter gubernationem nostram, & creationem, & cœtera bona ex magna sollicitudine impensa. Sic dicit Deuterono. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit & creauit te? quasi dicat: propter hæc, quæ tibi contulit pater est. Tertio propter adoptionē paternæ hereditatis: ista enim est ratio propria, & specialis filij: quia in cœteris communicamus cū omnibus alijs rebus, quas Deus gubernat, & diligit, & filij nō vocantur, non enim assequuntur paternā hereditatem: nos verò hereditatem assequimur, & ita filij sumus. Ad Roma. 8. cap. Quòd si filij, & hæredes: hæredes autem Dei coheredes autē Christi: hereditas autem ista est vita æterna, quæ p̄sistit in diuina visione, quam cetera animantia non p̄sequuntur, sed soli homines: & quia hæc omnia competūt cuilibet homini, aut cōpetere possunt, oēs vocantur filij Dei. Omnibus autē his modis, quibus De⁹ vocat pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. supra 6. cap. Nam ex eo, quòd aspicimur ad eum, desideramus sanctificari. i. laudari, vel honorari nomen suum. De secundo patet Isā. 63. capitulo, vbi Iudæi dicunt Deo: tu enim

K k 2 pater

pater noster: Abraham nesciuit nos, et Israel ignorauit nos: tu domine pater noster, et redemptor noster à seculo: quasi dicat: tu es pater noster, qui es redemptor noster, id est, redimisti nos de malis, et benefacis nobis. Abraham autem, & Israel. i. Iacob, qui dicuntur esse patres nostri, non sunt patres, quia non benefaciunt nobis: & hoc, quia Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos: sed qui nos ignorant, non possunt nobis benefacere. De tertio pater ad Ro. 8. c. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Securus quoque est quilibet homo respectu Dei. Primum per naturalem subiectionem, sicut seruus subicit Domino: imò quis magis est subditus, quàm seruus dñi: quia omnes sumus, ut possessio Dei. i. ut res inanimata, quæ possidetur: ita dicitur Plal. 103. Omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua, & sicut lutum ad figulum, vel vas ad factorem, aut ferra ad eum, à quo trahitur, ad Ro. 9. & Isa. 10. cap. Vnde etiam nos non sumus filij, nisi per adoptionem, in quantum à Deo adoptamur adempta adoptione serui sumus: adoptio autem liberat nos à seruitute, & filios efficit. Sic dicitur ad Gala. 4. quoniam filij Dei estis, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater: itaque iam non est seruus, sed filius: & ita Christus nobis dedit, quod esse filij, cum essemus naturaliter serui. Ad Gala. 4. ita fratres non sumus ancillæ filij, sed liberti, quia libertate donauit nos Christus, & Ioan. 8. dicit, si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. In quo innuebat, quòd illi erant adhuc serui, licet ipsi iactarent dicentes, semen Abraham sumus, & nemini vnquam seruimus, & quòd solum poterant liberari per filium, id est, per Christum. Secundo modo dicuntur homines serui ex iure redemptionis: illi enim quos in bello iusto capiuntur, serui efficiuntur capientium, si eos à morte volunt seruare, quicumque ergo alium à morte tali redimit, seruum illum sibi facit: Christus autem redemit omnes homines de morte per passionem: ideo omnes sibi seruos efficit: & ita dicitur acquisiuisse Christus Ecclesiam. i. omnes homines sanguine suo. Actu. 20. cap. sed ea, quæ acquirimus, transeunt in dominium nostrum: homo autem liber non transit in dominium, sed si transit, seruus est: ideo cum Christus acquisierit nos, necesse est, quòd simus serui. Apparet igitur, quòd quilibet homo potest vocari filius Dei, vel seruus Dei. Et ita quasi indifferentem vocationem posuit istam Deus Mala. 1. c. dicens: Si ego pater sum, ubi est honor meus? & si dominus sum, ubi est timor meus? Sed dicendum, quòd licet in veteri testamento posset vtraque appellatio fieri, & potius vocaremur Deum dominum, quàm patrem: & tamen in nouo testamento cessauit appellatio domini, & serui, & vocamus Deum patrem, & non dominum: sic enim, Christus quando omnes generaliter orare docuit dixit: Pater noster, qui es in coelis. supra 6. & quando etiam loquitur de illo in tertia persona, vocat eum patrem, & non dominum, ut scpe supra 5. & 6. & 7. cap. f. Pater vester celestis. Et ita voluit, quod generaliter vocaremus nos Deum patrem, in tantum quod nullum alium diceremus patrem, nisi eum. infra 23. c. f. Omnes vos fratres estis, & patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui est in coelis. Et ob hoc etiam Christus, licet esset verè Dominus, & discipuli sui essent serui eius, non vocabat eos seruos Ioan. 15. i. non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos: quia omnia, quæ audiui à patre meo, nota feci vobis: & ista est causa, quare, cum nunc loquatur Christus de Deo respectu hominum vocauit Deum patrem, & dixit eos habere duos filios, & non vocauit eum dominum habentem seruos duos. Nam quantum ad applicationem para-

Nos per adoptionem filij sumus.

In veteri testamento Deus vocabatur dominus, in nouo vero pater.

bolæ æquale erat, quòd diceretur vnus dominus habens duos seruos, aut vnus pater habens duos filios: dum tamen cætera sint eadem: est tamen verum, quod interdum, sed valde raro in nouo testamento vocamus Deum dominum, & nos vocamus serui. Ratio diuersitatis est: quòd enim nos, qui natura serui sumus, filij sumus, vel appellemur, ad solam benignitatem Dei pertinet, quia non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, ad Titum. 3. capit. Quòd verò nos serui vocemur, est considerate conditionem nostram, & quòd Deum dominum appellemus, est considerare eius dignitatē. Deus autem magis vult ostendere nobis suam benignitatem, quàm suam naturalem excellentiam: ideo potius vult, quòd eum patrem, quàm dominum appellemus: aliquando autem ut nostram infirmitatem, & inutilitatem agnoscamus, iubet quòd nos seruos dicamus. Luc. 17. cap. Vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. & seipsum Christus interdum dñm appellauit. Ioan. 13. Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros dominus, & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Et tamē istud rarius est, magis autem est, quòd Deum vocemus patrem. Si autem quæras, quid melius sit, vocare Deum patrem, an dominum. Dicendum, quod vtrumque bonum est, sed dicere patrem est maioris affectionis: vocare dominum est maioris humiliatōis: Christus autem non dixit dicendum dominum, sed patrem: & tamen in hoc non præfixit nobis formam dicendi, quasi nullo alio modo dicere debeamus. Si autem dicas: quid ergo est melius nobis dicere? Dicendum, quòd illud quisque dicere debet, in quo magis inflammatur ad Deum, quia oratio est id, quo in Deum accendimur: id igitur, quo nos experimur magis in deuotionem excitari, dicere conueniens est.

Quid isti duo filij significant. Quest. CLXV.

QVAERETVR, de istis duobus filijs, quid significant. Aliqui dicunt, quòd per eos duo populi accipiuntur, id est, Gentilium, & Iudæorum. Sic tenet Hieronymus: sic etiam Chrysostomus, dicens: Quis est iste pater, nisi ille Deus, qui omnes homines creauit, qui cum sit naturaliter dominus: tamen magis vult diligi, quasi pater, quàm timeri, ut dominus: maior filius populus gentium erat: minor populus Iudæorum: & istam sententiam sequitur Nicolaus exponendo. Alij dicunt, quòd duo filij sint duæ partes gentium Iudæorum, ut principes sacerdotum cum omnibus sacerdotibus, & leuitis, & Pharisæis, & legisperitis, & senioribus sint vna pars: ceteri autem, quos populum appellamus sint alia pars, & populus vocetur filius maior, principes & ceteri vocentur filius minor: & ista expositio est melior, & magis conueniens literæ. Primum patet ex applicatione parabolæ. Nam Christus, qui prius posuit parabolas, aperuit sensum illius applicando, et ait: Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, et non credidistis ei: publicani autem, et meretrices crediderunt ei: ergo cum hic compareret Christus principes ad publicanos, et meretrices, necesse est, quòd istæ duæ personæ sint, quæ in parabola nominantur duo filij. Secundò patet, quia si inter Gentiles et Iudæos esset comparatio ista duorum filiorum, compararentur per obseruationem legis, et non obseruationem, quasi Iudæi non obseruassent legem, quam promiserant obseruare: Gentiles autem obseruassent aliquam legem: et tamen sit hic comparatio eorum in baptismo Ioannis, et iustitia ab eo prædicata. f. quòd principes non crediderunt Ioanai: publicani autem et meretrices crediderunt, et penitentiam egerunt;

Quest. 167.

egerunt: & tamen quantum ad prædicationem Ioannis non possunt comparari Iudæi & Gentiles, cum solis Iudæis prædicauerit Ioannes. Nam prædicabat in deserto Iudææ, & baptizabat venientes ad se in Iordane. supra 3. & Mar. 1. & Luc. 3. c. ergo non intelligitur de gentilibus, & Iudæis, sed de principibus, & de reliquo populo, quia vtrique audierunt prædicationem Ioannis, sed principes non crediderunt ei, populus autem credidit. Tertio patet, quia ad applicationem parabole, si de Iudæis, & Gentilibus intelligeretur: oportebat, quod licet Gentiles à principio repugnassent ei, non colentes eum, & quasi dicentes: nolumus ire ad operandum in vineam: tamen postea conuersi, & penitentia moti inceperint Deum colere, & quod hoc constaret Iudæis ad hoc, quod ipsi ex hac parabola se condemnarent: & tamē hoc non erat verum. Nam post Christi mortem, & prædicationem Apostolorum conuersi fuerunt gentiles, & Iudæi pro maiori parte manserunt obdurati: tamē hoc nondum apparebat, sed manebat nunc gentiles in sua idolatria, sicut prius: ideo non esset aliquid fin quod Iudæi nunc se condemnarent ex ista parabola: & tamen Christus posuit hoc, ut ipsi manifestè viderent iniquitatem suam, quæ plane applicatur intelligendo de principibus, & de populo, quia principes ex hoc manifestè viderunt confessionem suam, ideo non intelligitur de Iudæis, & Gentilibus. Quarto patet, quia Chrysostomus, & Hieronymus tenent. Nam licet Chrysostomus primò exponat literam de duobus filijs. i. de Gentilibus, & Iudæis, quia istam expositionem multi communiter sequuntur: postea tamen dicit aliam esse meliorem expositionem, in quibus: In hac autem expositione, quæ fin multorum expositionem tractauimus, aliquid mihi videtur esse contrarium: si. n. duo filij Iudæi, & Gentes intelligendi sunt, postquam sacerdotes interrogati responderunt priorem filium patris voluntatem fecisse, cõcludens Christus parabola sic debuit dicere: Amen dico vobis, quia gentes præcedent vos in regnum Dei, quod magis popularium hominum ostendit conditionem, quàm gentium. Sic et Hieronymus posita priori expositione transit ad aliam, dicens: Vnde alij dicunt non gentium, & Iudæorum esse parabolas, sed simpliciter peccatorum, & iustorum, eo quod illi quidem per mala opera Deo seruire negauerant: postea poenitentiam baptismum acceperunt à Ioanne: Pharisæi autem, qui poenitentiam præferrebant, & legem Dei se facere iactabant, Ioannis cõtempito baptimate eius præcepta non fecerunt: ideo dicendum, quòd ista expositio est melior.

Quomodo duplici expositione hoc, scilicet, de duobus filijs potest exponi. Questio CLXVI.

SED quoniam vtraque expositio satis famosa est: Quæretur quomodo vtroque modo possit exponi. Accipiamus autem prius, quod per duos filios intelligatur duæ gentes. i. gentiles, & Iudæi: & tunc pater eorum Deus, qui omnes tam gentes, quàm Iudæos creauit possidet, & gubernat. Sic dicitur ad Rom. 3. capitulo. Nunquid Iudæorum Deus tantum? an non & gentium? imò & gentium. Iste pater vineam habet, id est, operum iustitiam, quæ sectari oportet per vniuersam bonorum morum doctrinam: ad hanc vineam filios mittit, quando hominibus iubet rectè conuersari, & nemini dicit, vade operare, vel cole, aut exerce vineam meam, sed operare in vinea: quasi dicat, partem illius fac, & non totam: quia nemo potest omnes iustitias adimplere. Sed dicitur, quare vocantur duo filij, & non plures? Dicendum, quòd ut declaratum est supra, poterant vocari duo serui: & tamen vocati fuerunt filij propter causam ibi assignatam. Si autem dicitur, quare duo? Dicendum, quòd comparationem inter

Alph. Tolk. super Euang. Matth. Pars V.

duo solum voluit facere Christus, id est, aut inter gentiles & Iudæos, aut inter principes & populares: ideo sufficiens fuit duos filios appellari: quia si plures ponerentur, non deseruissent ad parabolam. Sed dicitur, quare per primum filium intelligimus populum Gentilium, & per minorem populum Iudæorum? Dicendum, quod primum fit propter magnitudinem: nam Gentiles erant totus mundus: Iudæi autem erant aliquid paruum. f. Iudæa, quæ est velut vnus angulus, aut vnus punctus respectu totius terræ habitate. Secundò propter prioritatem temporis: nam Gentiles fuerunt homines, vel à principio seculi, vel saltem à principio seculæ ætatis, quoniam ceperunt declinare post varios Deos, Iudæi autem non fuerunt vsque ad tertiam ætatem, quoniam Abraham à Deo vocatus, & electus est: & potissimè quando postea quasi per quadringentos annos data fuit lex in monte Sinai. Nam ibi cõcepit esse vnus populus Dei, & Iudæi ex gentibus electi sunt, cum Deus segregauit Abraham de medio idolatrarum, dicens ei, egredere de terra tua, Gen. 12. c. ideo gentilis populus est filius maior: Iudæi verò filius minor. Sed dicitur, quòd Deus dixit filio maiori. i. gentilibus, quod irent ad laborandum in vineam, quia illis nihil vnquam dixit, sicut ipsi met conuerterunt, vel excusant se præce. cap. cum diceret eis pater familias: quid stas hic tota die ociosi? & illi inquit, quia nemo nos conduxit. Dicendum, quòd gentilibus, neque Deus, neque aliquis propheta ab eo missus prædicauit, aut locutus est vocaliter, sed ista locutio fuit per æternam inspirationem, aut per impressionem naturalis rationis, quæ loco legis erat gentilibus, & à Deo data est lex illa in visceribus humanis. Sic dicitur ad Rom. 2. cap. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, & eiusmodi legem non habentes ipsi sibi ipsi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, re simoniam reddente illis cõscientia ipsorum. De his dicit Chrysostomus. Quis enim pater iste est, nisi Deus, qui omnes homines creauit, qui cum sit natura dominus: tamen magis vult diligi, quasi pater, quàm timeri ut dominus: maior filius populus gentium erat: minor populus Iudæorum: quoniam gentes quidem erant ex tempore Noe, & accedens ad primum, dixit: fili vade hodie operare in vinea mea hodie, id est, in tempore sæculi huius: locutus est autem non in facie, ut homo, sed in corde, ut Deus sensibus ingrens intellectum: operari autem in vinea est iustitiam facere, nescio autem si totam quis hominum sufficit operari. De hoc etiam Hieronymus ait: Primum ergo dicitur gentium populo per naturalis legis notitiam vade operare in vineam meam. Hoc est quod tibi non vis alteri nesci feceris: sed gentiles dicunt nolo, quia tota gentium congregatio pro maiori parte à principio deserta omni iustitia, & rectitudine ad vitia declinavit, & potissimè omisso veri Dei cultu varijs se idolatriæ ritibus polluit. Sic dicit Chrysostomus: Gentes enim à principio relinquentes Deum, & iustitiam eius, & transeuntes ad idola, & peccata in cogitationibus suis responderè videntur, nolumus facere Dei iustitiam. Quòd autem postea iste primus filius penitentia motus ierit in vineam, hoc fuit, quia in aduentu Christi iam decursis multis temporibus, in quibus gentes ambulauerant iuxta voluntatem suam in omni genere peccatorum: dedit illis Deus tandem spiritum compunctionis, ut conuerterentur, sicut dicitur. 1. Pe. 4. c. 1. Qui passus est in carne desijit à peccatis, ut iam non hominum desiderijs, sed voluntate Dei, quod reliquum est temporis in carne viuat: sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vniuersitatibus, comestationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus.

Lex Gentilium à quo

Kk 3 Tunc





periculum, & confutionē negauerunt veritatē dicētes se nescire vnde erat: vt ergo in quo peccauerant confunderētur, proposuit eis parabolam de duobus filiis, cuius conclusio esset de Ioannis aduentu, & q̄ eum nō receperint: & ita cū illi noluerant confiteri baptismum Ioannis esse à Deo, vt non diceretur eis, quare non credidistis ei: coegit Christus nunc eos confiteri aliquid, ex quo sequeretur aliquid de baptismo Ioannis non recepto. Secundò fuit, quia Christus volebat nunc increpare principes sacerdotum: aut ergo increpare eos in prauaricatione legis Moyſi, aut in prauaricatione salubris remedij dati per Ioannem: non autem debuit increpare de prauaricatione legis Moyſi: quia Christus volebat eam nunc tollere, & ipse interdum contra eam agebat: ideo non debuit de illius transgressione quemquam increpare, quia per hoc videretur eam velle facere manere, & contrarium volebat. Baptismus autem Ioannis erat via ad nouum testamentum. Et ita Christus laudabat Ioannem, & omnia opera eius, supra 11. & Luc. 7. cap. ideo conueniens erat de baptismo Ioannis non recepto eos increpare, & potissimè de penitētia non acta quā Ioannes predicabat, quæ maximè conueniebat nouo testamento, & etiā iuri nature. Tertiò fuit, quia principes Christus volebat redarguere de eo, quod erat maximè notum: ita vt omnes viderent iustissimam increpationem Christi contra illos. Si autem Christus argueret ipsos, q̄ fecissent contra dicta aliorum prophetarum iam defunctorum, vel contra aliquam obseruantiam legalem Moyſi: non esset tam manifesta populo causa increpationis: sed cū de Ioanne arguit, erat causa manifesta, quia Ioannes quasi anno præcedenti occisus fuerat, & omnes Iudæi, qui nunc erant eum viderant, & gesta eius: & tenebant eum in summa reputatione, & sciebant, q̄ principes sacerdotum noluerant sequi baptismum illius, neque doctrinam: ideo increpatione ista erat multum conueniens. Quartò, & præcipuè fuit, quia Christus voluit increpare nunc principes sacerdotum, & non populum, quia populares erant affecti Christo, & libenter audiebant verbū eius. Si autem increparet de transgressione legis Moyſi, vel legis naturalis, esset increpatione generalis, quia tam populus, q̄ principes transgressi fuerāt, & sape transgredebantur legem naturalem, & Moyſi: voluit ergo arguere de doctrina Ioannis non suscepta: predicauit enim Ioannes penitētiā, & baptismum, & populus secutus doctrinam eius baptismum suscepit, & penitētiā egit: principes autem sacerdotum, scribæ, & seniores Pharisei hoc non fecerunt, vt hic dicitur: ideo erat hic conueniens locus increpationis, vt populus laudaretur, & increparetur principes. Quinto fuit ad magnitudinem increpationis. s. vt non solum ostendatur fuisse iniqui principes sacerdotum, sed & etiā ostendantur deteriores omnibus peccatoribus: inter Iudæos enim publicani, & meretrices iudicantur pessimi omnium, quia peccata sua erant manifesta, & status eorum erat ad peccatum: & tamen Christus dixit hic: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Sed hoc non potuisset dicere, si induxisset aliam parabolam, in qua de alijs peccatis argueret, quia non apparerent ibi deteriores esse principes sacerdotum publicanis, & meretricibus, sed circa solam doctrinam Ioannis hoc accidit, quia publicani, & meretrices acceperunt eam, & non principes: ideo erat ista conuenientior redargutio, q̄ alia, & ita patet ex applicatione Christi. Dixit enim: venit Ioannes ad vos in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei. Et talem modum solet Christus inducere ad ostendendum aliquos deteriores malis, vel insipientiores insipientibus.

Sic enim patet supra 11. cap. & Luc. 7. vbi Christus ponit similitudinem de pueris sedentibus in foro, & ludentibus, & dicunt quidam alijs: cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus vobis, & non planxistis: quasi dicat: isti sunt pueri, & ita ex conditione aetatis sunt insipientes, & tamen voluerunt id, quod iustum est, & conqueruntur de iniusto. s. q̄ ipsi canebant, & alij non saltabant, quia saltatio fit ad concordiam carminum, & postea lamentati sunt, & alij non planxerunt, & tamen lamentari conuenit ad plangere. q. d. si nolentis saltare quando cantauimus, saltem debebatis plangere q̄ lamentauimus, & neutrum fecistis. Hic pueros insipientes docet Christus prudentiores, aut sapientiores Iudæis patribus suis esse, quia illi videntes Ioannem non manducantem, neque bibentē, non secuti sunt eum, sed dixerunt, dæmonium haberet. Videntes Christum manducantem, & bibentem, nō secuti sunt eum, sed dixerunt: Ecce homo vorax, & potator vini. Et tamen si non sequebantur Ioannem non comedentem, debuerant sequi Christum comedentem, vel si Christum comedentē non sequebantur, saltem sequi debuerant Ioannem non comedentē, sed quia neutrum sequi voluerūt, dixit Christus filios suos paruos, qui insipientes erant, fuisse eis sapientiores, cū ait: Et iustificata est sapientia à filiis suis. i. à filiis ipsorum. s. filij eorum laudauerunt sapientiam, quia increpauerunt eos, qui neutram partem, vel modū secuti sunt: patres autem neutrum modum tenuerūt. Sextò fuit valde ad propositum, quia Christus volebat arguere principes sacerdotum, & landare populares: peccauerant enim principes, & ceteri circa ipsum, quia tentatoriè, & non addiscendi causa interrogauerunt, in qua potestate hoc facis: populares autē multi credebant in eum, & bono animo sequebantur eum, & audiebant verbum eius, & quia si laudaret populares de hoc, & principes de hoc argueret, videretur sibipſi testimonium perhibere: de quo calumniarentur principes sicut calumniati sunt Ioan. 8. s. Tu de templo testimonium perhibes, & testimonium tuū non est verum. Postuit ergo parabolam circa doctrinam Ioannis, in qua simile poenitus acciderat. s. quia principes, & scribæ, & seniores noluerunt sequi Ioannem: secuti sunt autem eum populares, & ita laudabat populum, & increpabat principes. Et ista est præcipua causa: sic dicit Chryſ. s. Hæc introduxit, quia sacerdotes non discendi causa, sed tentandi interrogauerāt, in qua potestate hæc facis: multi autem ex populo crediderant, ideo introducit parabolam filiorum duorū ostendens eis per eā, q̄ meliores sunt populares, qui à principio secularium profitentur vitam, q̄ sacerdotes, qui à principio profitentur Deo seruire: quoniam populares quidem aliqui cōpuncti cōuertuntur ad Deum: sacerdotes autē impēnitibiles cōstituti nunquā desistunt peccare in Deo: prior. n. filius populus est: non. n. populus est propter sacerdotes, sed sacerdotes propter populū. Septimò fuit, quia Christus fuit valde conueniens tale parabolam proponere, in qua landaret populares, & argueret principes sacerdotum: ipse. n. intendebat acriter arguere principes sacerdotū: & quia fortè illi increpiti vellent insultum contra Christum facere, fuit conueniens incurere eis timorem: hoc autem fuit proponendo parabolam, in qua laudaretur populus. Et ita facta diuisione inter Iudæos, si principes sacerdotum vellent insultū facere contra Christum, non auderent scientes, q̄ populus, qui nunc à Christo in parabola laudabatur laueret ei, & lapidaret ipsos, & ita licet dure increparetur, tacerent, quod sic factum est. Neque tamen potuisset accidere istud, nisi poneret parabolam, in qua induceretur de doctrina Ioannis, aut aliquid simile: ideo fuit conueniens ista parabolam, potius quā aliam poni.

Quare

Quare Principes Sacerdotum voluerunt Christo respondere ad istam parabolam. *Quest. CLXXI.*

**Q**VAERETVR, quare principes Sacerdotum voluerunt Christo respondere ad istam parabolam, ex qua tam grauius condemnati sunt. Dicendum primò, q̄ putauerūt, quod erat aliquid quod pertinebat ad quæstionem primam de potestate prædicandi, eo quod statim postquam Christus dixit, neque ego dico vobis in qua potestate hoc facio, subdidit istud, s. quid autem vobis videtur. Et putabāt fortè, quod cū principes dixerant se nescire de baptismo Ioannis vnde esset, quod ipse quasi gloriatus, q̄ eos ad hoc deduxisset vellet redire ad quæstionem respondendo aliquid de hoc, & quia putabāt, quod ista quæstio, quā nunc faciebat erat aliquid præuiū ad loquendum de illa potestate, in qua ipsi credebant eū capere, voluerunt respondere. Secundò fuit, quia dato, quod non putarent pertinere ad quæstionē de potestate prædicandi, nesciebant ad quam materiam pertinere, neque credebant se in ea capiendos: ideo responderunt. Putauerunt enim hoc honorabilius: quia si responderent nollent ostendere se indignatos contra Christum, & superatos fuisse in præced. quæst. quod eorum honorem minuebat. Vt ergo hoc dissimularent fuit visum eis conueniens respondere.

Quare postquam iam erat proposita quæstio, non cessauerunt nolentes respondere. *Quest. CLXXII.*

**S**ED queretur, quare postquam iam erat proposita quæstio, non cessauerunt nolentes respondere, & ita non inciderent in increpationem. Dicunt aliqui, quod hoc fecerunt, quia verecundia erat postquam aliquid promiserāt, statim retrocedere, & ideo sustinuerunt increpationem. Sed dicendum, quod non stat, quia fortè ipsi desisterent si ante responſionem crederent se incurſuros in hanc increpationem: & tamen nescierunt neque potuerunt scire, quia Christus quæsiuit ab eis in parabolis, scilicet de duobus filiis, & vinea, & non intelligebant, quod ex hoc aliquid resultare posset contra eos, & ideo responderunt veritate, ex qua sequebatur increpatione Christi contra eos, & hanc non poterant ipsi euadere, quia non poterant illam intelligere, antequam increparetur, & iam non erat locus respondendi. Et ista fuit causa quare ista in parabolis locutus est, vt non intelligerent, quod contra eos erat: nam si aperte proponeret, nollent respondere. Sic dicit Chryſo. scilicet: In parabolis ergo figurat personas eorum, vt non intelligant quomodo ipsi aduersus se sententiam dicerent.

Quare Christus dixit de meretricibus, & publicanis. *Quest. CLXXIII.*

**Q**VAERETVR, cū Christus dixerit principibus publicanis, & meretricibus præcedent vos in regno Dei, quare dixit de meretricibus, & publicanis. Dicendum vno modo, quod dixit hoc, quia verum erat, quod illi præcedent, vt dicitur sequenti quæstione: ideo posuit istud, quia verum erat. Secundò & melius, quia voluit Christus valde increpare principes: erat autem ista summa increpatione quando deteriores omnium hominum essent eis meliores, non erant autem aliqui deteriores quā meretrices, & publicani: ideo de his dixit, quod præcederent eos. Et ita dicit Chryſo. Quod dixit, publicani præcedent vos, id est nō solui populus gentium melior est vobis: sed etiā publicani, & meretrices sunt meliores vobis. Tertiò dicendum, quod per publicanos, & meretrices omnes

A viri peccatores, & mulieres designantur, scilicet quod omnes peccatores præcedent principes sacerdotum, & quod peccatum mulierum designatur per meretrices: quia magis in libidine, quā in alio vitio peccat: peccatum virorum per publicanos, quorum actus ad auaritiam sunt, quia magis viri per auaritiam peccant, quā per aliud sic dicit Chryſo. Puto, quod ex persona omnium virorum peccatorum ponuntur publicani, & ex persona omnium mulierum peccatorum meretrices: quia auaritia præcipuè in viris abundat: fornicatio autem in mulieribus: mulier enim in quiete sedit inclusa: fornicatio autē maxime ex otio nascitur. Vir autem quoniam in actibus rerum diuersarum est assiduè, in auaritiæ peccatum facile incurrit. In fornicationem autem non facile nisi multum sit lasciuus. Nam occupatio virilium sollicitudinum voluptatē ple runque excludit. Vnde proprium est hoc adoleſcentium nihil agentium. Sed adhuc dicendum est, quod Christus in verbis istis voluit, quod totus populus præcederet principes, & scribas, & Phariseos, & seniores, & quia in populo erant aliqui non peccatores, i. non affueti ad peccatum, sed Deo deuoti, alij autem peccatores, sed non in extremo, vel abiectio gradu, & alij, qui omnium habentur vilissimi: tetigit gradum inferiorē, scilicet meretrices, & publicanos, quia isti sunt contemptibilioreſ ceteris, & istud fuit propter tria.

Primò, vt nominatis his, qui in extremo sunt, ceteri ante eos intelligantur, & ita erit sensus, quod totus populus præcedet principes etiam vsque ad meretrices, & publicanos, scilicet, quod ipsi etiam præcedent principes sacerdotum. Secundò, quia cum Christus vellet ostendere populum esse meliorem principibus, si diceret populares præcedent vos in regnum Dei, intelligeretur solum de illis, qui boni erant de populo, vel saltem non de abiectissimis, qui non merentur esse vel nominari partes populi: sicut meretrices, quæ propter suam indignitatem legibus non subiciuntur. Cum autem dixit meretrices, & publicani aperuit, q̄ etiam ipsi præcederent principes, & a fortiori ceteri de populo qui meliores sunt. Tertiò ad faciendum grauisimam increpationem, vt dictum est, s. q̄ etiam vilissimi in populo erant meliores principibus sacerdotum senioribus, & scribis, & pharisæis.

Quomodo sit verum, quod meretrices, & publicani præcederent principes sacerdotum in regno Dei. *Questio. CLXXIIII.*

**Q**VAERETVR, quomodo sit verum, q̄ meretrices, & publicani præcederent principes sacerdotum in regno Dei.

Dicendum, q̄ veritatis huius cōsideratio pendet ex hoc, q̄ est scire quid sit regnū Dei: regnū. n. Dei, & regnū cælorum pro eodem accipiuntur: sed regnū cælorum multipliciter accipitur. Vno modo pro vita æterna, & iste est modus proprius communior, quo vtimur hoc nomine, & ita accipitur supra 5. c. nisi abundauerit iustitia vestra plus quā scribarum, & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum. Secundò modo accipitur pro Ecclesia ista militanti supra 5. c. qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines facere, minim⁹ vocabitur in regno cælorum, id est in Ecclesia militanti. Nam in regno vitæ æternæ non erunt, qui talia faciunt, & illud supra 13. c. Mittere filius hominis angelos suos, & colligat de regno eius omnia scandala, id est de Ecclesia militanti, vel de mundo isto, quia inueniri non poterunt scandala in vita æterna. Sic dicit Grego. in homilia, quod saepe in sacro eloquio regnū cælorum præsentis temporis Ecclesia dicitur: vt in alio loco dominus

minus dicit: Mittet filius hominis angelos suos &c. Tertio accipitur pro intellectu sacre scripture, vt lolet exponi infra in litera, scilicet: Auferetur a vobis regnum celorum, & dabitur genti facienti iustitiam eius idest auferetur a vobis intellectus scripture vel possessio scripture. Quarto accipitur pro Christo, & ita multi accipiunt illud supra 12. cap. scilicet si in digito Dei eiicio demonia: profecto venit in vos regnum Dei, idest iam venit in vos Messias, scilicet ego sum si creditis, quod in potestate Dei eiicio demonia. Et aliis etiam modis solet accipi pro merito quoad illud prouenimus sicut aliquem in spe: beatum vocamus cum adhuc beatus non sit: ita, & qui meretur habet certam beatitudinem in spe: ideo meritum vite eterne vocamus vitam eternam, & sic bona opera vocamus regnum Dei, & sic accipitur Io. 17. cap. hec est vita eterna, vt cognoscant te, idest vita eterna habere per hoc, quod cognoscant te credendo in te, & in eum, quem misisti. & iste est conueniens sensus illius litera. Aliqui ergo dicunt, quod accipitur primo modo, & tunc est sensus quod publicani, & meretrices precedunt in vita eterna principes sacerdotum quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod precedant, idest prius eant publicani, & meretrices, quam principes. Secundo modo, quod precedant, idest quod maiores sint publicani, & meretrices in vita eterna, idest habebant altiore gradum beatitudinis quam principes sacerdotum. Sed dicendum, quod neutra istarum expositionum videtur stare. De prima patet primo, quia pre-supponit, quod tam principes sacerdotum, quam publicani, & meretrices ibunt in vitam eternam, cum prius ituri sunt publicani, & meretrices quam principes: sed de vtroque erat dubium. Secundo patet, quia dato, quod vtrique irent ad vitam eternam, tamen quod prius irent publicani, & meretrices non erat vlla difficultas. Nam homines vadunt ad vitam eternam post mortem, & post purgationem: eos ergo quos contingeret prius mori, contingeret prius ire ad vitam eternam, & ita non esset aliud dicere hoc, nisi quod prius morerentur publicani, & meretrices quam principes. Tertio quia Christus videtur velle dicere hic, quod meliores, vel non tam mali sunt publicani, & meretrices quantum principes: tamen quod prius irent isti ad vitam eternam, quam illi non erat dicere illos meliores. Nam prius iuit Abraham ad vitam eternam quam virgo, & tamen multo excellentior est virgo ibi. Quarto quia Christus dixit istud contra principes sacerdotum ad quamdam increpationem, & tamen dicere, quod prius irent publicani in vitam eternam quam principes, non erat vlla increpatione principum sed potius laus: cum pre-supponatur, quod illuc ituri erant: ideo non accipitur sic. Quinto quia Christus dedit hic causam dicti sui. Nam postquam dixit quod meretrices, & publicani precederent, subdidit quod Ioannes venerit in via iustitie, & non receperunt eum principes, & publicani, & meretrices crediderunt illi, & tamen redarguntur principes, & laudantur publicani: ergo non est dandum eis aliquid vnum: sed ire ad vitam eternam, quocumque tempore quis eat, est retributio pro bono, & Christus ponit hic istud tanquam conueniens peccato principum, & bono operi publicanorum, & meretricum: ergo non accipitur pro precessione temporum ad vitam eternam. Secunda pars huius sensus erat, quod publicani, & meretrices precederent, idest haberent maiorem gradum vite eterne. Et iste modus erat aliquantulum rationabilior, & tamen non videtur penitus solidus. Primo quia pre-supponitur quod vtrique, tam principes sacerdotum, quam publicani, & meretrices irent ad vitam eternam, & tamen hoc non

erat certum de vtrisque. Secundo quia Christus rededit causam dicti sui, scilicet quia receperunt Ioannem publicani, & meretrices, & non principes: sed certum est, quod ex hoc non colligitur. Nam maioritas aut minoritas gradus vite eterne prouenit ex inequalitate meritorum, & ideo dato, quod nunc publicani, & meretrices viderentur meliores quam principes: tamen poterant postea principes operari aliquid melius quam publicani, & meretrices, & ita precederent eos. Si autem dicas, quod Christus intellexerit secundum presentem iustitiam, & non secundum dispositionem. Et ita verum est, quod meretrices, & publicani debebant precedere. Dicendum, quod nec isto modo est verum: quia tunc cum principes peccarent, non erant digni vita eterna, sed gehenna: ideo non erat bene dictum pro statu eorum pro tunc, quod publicani, & meretrices precederent, sed quod illi irent in vitam eternam, & principes non irent illuc. Sed forte dicitur, quod Christus pronunciauit eis de futuro, scilicet quod ita accedere debebat, quod publicani, & meretrices essent altioris gradus in vita eterna quam principes, licet status prior hoc non exigeret. Dicendum, quod non stat: quia licet Christus poterat hoc pronunciare, tamen non erat conuenienter dictum: & hoc quia adiunxit causam sui dicti, scilicet venit Io. &c. & tamen qui dat causam dicti, ideo ponit quasi audientes ex hoc videant veritatem & iustitiam dicti sui, & tamen ex hoc, quod isti crediderunt Io. & illi non: nequaquam infertur, quod isti futuri erant maiores in vita eterna quam illi, quia forte neutri illuc irent, aut alteri non irent, & dato, quod vtrique irent, poterat permutari ordo meritorum, & consequenter premio rum. Tertio quia cum dicitur, quod meretrices, & publicani precedunt vos, videtur intelligi generaliter de omnibus meretricibus, & publicanis saltem illius temporis, & de omnibus principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & Phariseis. sed hoc non est verisimile, quia, non erant eiusdem meriti, aut demeriti omnes isti: neque etiam similem consummationem, & exitum habituri erant: aliqui enim de publicanis, & meretricibus perirent, & aliqui saluarentur, & similiter de principibus, scribis, senioribus, & Phariseis: ergo non intelligitur de precessione eorum in vitam eternam. Quantum ad secundum modum accipiendi regnum celorum esset sensus, quod meretrices, & publicani precederent in conuersione sua principes sacerdotum, scribas, & seniores, & Phariseos, ad legem euangelicam. Quantum ad tertium modum esset sensus, quod precederent in intellectu sacre scripture aut veritatis, scilicet quod illi melius veritatem intelligerent aut prius illam intelligerent. Quantum ad quartum modum est sensus, quod precederent publicani in regno Dei, idest in Christo, scilicet in agnitione illius: quia prius illum agnoscerent, & reciperent quam principes, & ceteri. Quantum ad quintum est sensus, quod precederent in regno Dei, idest in meritis, per que peruenitur ad regnum Dei, in quantum hoc bonum fecerunt, quod erat recipere Ioannem, & illi non receperunt eum. Et dicendum, quod iste vltimus modus satis potest stare, accipiendo futurum pro presenti: Precedent vos in regnum Dei, idest iam precedunt, scilicet, quod illi habent maiora merita ad vitam eternam quam vos, cum illi per hanc meruerint: vos vero demerueritis. Primus autem sensus, scilicet precedet vos in regnum Dei, idest ad vitam eternam, potest esse verus accipiendo negatiue, scilicet publicani, & meretrices ibunt in regnum Dei, & vos non ibitis illuc, & ita precedunt vos illuc, similis modus exponendi est multorum super illo verbo supra 5. cap. Minimus vocabitur in regno celorum, idest non ibit illuc, quia qui

facit contra mandata, & docet alios sic facere, vocabitur minimus. Nam in regno celorum non erit. Sed dicendum, quod verus sensus litera est accipiendum regnum Dei secundo modo, & quia secundus, & tertius, et quartus modus ad idem pertinent, potest accipi per omnes illos, precedunt vos in regnum Dei. i. prius conuertentur ad fidem Christi, & erunt de Ecclesia militanti, quam vos. Et nihil differt, quod dicatur, quod erunt prius de Ecclesia, vt accipitur secundo modo, vel quod conuertentur prius ad fidem sine accipiente intellectum sacre scripture, & cognitionis Messie, quod pertinet ad tertium modum, vel conuertentur ad Christum quod pertinet ad quartum modum, quia omnia redeunt ad idem, & hoc verum fuit. Nam prius conuersi fuerunt ad Christum populares predicante eo, & post eius mortem predicantibus Apostolis quam principes: quia ipsi, vel non conuersi sunt, aut valde tarde conuersi sunt: sed potius impediabant alios conuerti, & persequebantur predicatores euangelizantes. Et hoc multum conuenit litera, scilicet, venit Ioannes ad vos in via iustitie, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei, quasi dicat, sicut veniente Ioane vos nolulistis ei credere, sed publicani, & meretrices ei crediderunt: ita & veniente Messia simili modo vos non credetis ei, & publicani & meretrices credent illi, & sic precedet vos in regno Dei. i. in fide vel statu aut cognitione Messie, hoc autem erat ad magnum opprobrium principum sacerdotum, scribarum, seniorum, & Phariseorum, ad quos peritia, & obseruantia legis pertinebat, scilicet quia totum bonum quod Iudei expectabant, & ad quod lex dirigebat, erat Messias. Illi ergo essent simpliciter maiores, qui potiores essent apud Messiam: sed Christus dicit, quod precedunt publicani, & meretrices in hoc principes, & alios: ideo erat magna confusio ipsorum, cum ipsi in lege, & eis, que ad Deum erant, precepit erant, & tales videri volebant, & iste est verus sensus. Sic dicit Rabanus: Potest autem regnum Dei Euangelium, vel Ecclesia prius intelligi, in quo gentes Iudeos precedunt: quia citius credere voluerunt, & similiter publicani, & meretrices citius credere voluerunt quam principes, & tamen ex isto verbo Christi non tollitur, quin principes sacerdotum, & scribe, & Pharisei, & seniores aliquando credituri essent: sed innuitur, quod precederent eos publicani in credendo: nam totus Israel aliquando conuertetur. Sic dicit Origenes, scilicet: Per hoc autem non excluditur, quin Iudei aliquando intrent in regnum Dei: sed cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet.

Quomodo sit verum, quod venit Ioannes in via iustitie. Quest. CLXXV.

QV AER ET VR, cum dicatur, quod venit Ioannes in via iustitie, quomodo sit hoc verum. Aliqui dicunt, quod iustitia accipitur pro Christo, qui est iustitia sempiterna. Dani. 9. cap. Vngatur sanctus sanctorum, & adducatur iustitia sempiterna. Et etiam vocatur sol iustitie. Ioannes autem venit in via iustitie, idest ad ostendendum Christum. Sic dicit Rabanus: Viam iustitie Ioannes predicans venit, quia Christum, qui consummatio legis est digito monstrauit. Sed dicendum, quod ista expositio est distorta. Nam Christus arguens nunc Iudeos procedebat ex eis, que erant, illis nota vt non possent respondere rationi eius, & tamen non erat notum principibus sacerdotum, quod Ioannes venerat ad ostendendum Messiam: quia tunc cum ipsum ostendisset Io. 1. cap. crederent ipsum esse Messiam, quod neque totus Populus credebatur, &

tamen ista que nunc dixit Christus, ita erant nota omnibus Iudeis, quod neque principes sacerdotum, & ceteri, qui erant hostes Christi potuerunt ea negare. Ideo non intelligitur, quod sic venerit Ioannes in via iustitie idest iustus existens: sed quod conuersatio sua erat valde iusta, & hoc valde adiuuare debebat, vt dicta eius reciperentur. Sic dicit Chryso. Venit Ioannes in via iustitie sic manifesta, vt conuersatio eius venerabilis peccatorum corda concuteret. Dicendum, quod ista expositio est magis ad propositum quam precedens, & tamen neque ista sufficit, quia Christus exprimit quasi causam quare credere, & debeant, scilicet quia venit in via iustitie, & tamen sic accipiendum non erat causa credendi: quia Ioannes non predicabat id, quod agebat, & quod predicabat non agebat: ipse quippe predicabat baptismum, & penitentiam sed baptismum ipse non suscipiebat: aut saltem non susceperat antequam predicaret. Etiam penitentiam, non agebat, quia nulla peccata egerat: vita autem sua erat austera nimis, & hanc tenendam ab aliis non predicabat, neque aliquem ad hoc exhortabatur, & ita videtur, quod venisse in via iustitie non erat causa vt crederetur ei, cum non predicaret illam iustitiam, quam operabatur, sed aliquid aliud. Et tamen magis debebat referri ad id, quod predicabat quam ad id, quod agebat: cum id, quod predicabat credendum erat. Secundo patet hoc quia si Christus vellet ostendere per hoc dispositionem Ioannis quantum ad se, non diceret eum venisse in via iustitie: quia iustitia, medium nominat, & virtutem necessariam: non quidem excellentiam, que est quasi extremum: sed diceret, quod venit Ioannes in abundantissima sanctitate. Sic dicit supra 11. scilicet: Venit Ioannes non manducans neque bibens, & dicunt quod demonium habet, & tamen non manducare, neque bibere non erat solus iustitia, sed aliquid maius quam iustitia, quod ad excellentissimam sanctitatem pertinebat: ideo non diceret Christus eum solum iustum: sed extolleret virtutes suas debita laude, sicut quando vocauit eum non manducantem, neque bibentem, & maiorem inter natos mulierum, supra 11. Vocando autem eum iustum nihil plus de eo, quam de aliquo alio homine dicit, quia quilibet obligatur esse iustus. Dicendum igitur, quod per hoc Christus innuit conditionem doctrine Ioannis, & vult distinguere doctrinam Ioannis a doctrina sua, idest Christi: Ioannes enim venit in via iustitie, idest predicauit ea, que ad iustitiam pertinebant. Nam dixit, penitentiam agite: Nominat enim penitentiam cessationem a malo, & satisfactionem de preteritis malis, & hoc Ioannes predicabat, dicens: Facite fructus dignos penitentia, sup. 3. cap. sed cessatio a malo, & satisfactio de malis factis pertinent ad rigorem iustitie, & sunt de necessitate: ideo Ioannes nihil predicabat nisi iustitiam. Etiam quantum ad ea, que in particulari explicabat, predicabat iustitiam. Nam querentibus ab eo publicanis quid facerent, dixit eis: nil amplius, quam vobis constitutum est. Et militibus dicentibus, quid faciemus, ait: Neminem concutatis, neque calumniam faciatis: contenti esto te stipendijs vestris. Omnia hec iusta sunt, & ultra iustitiam nihil addidit, sed talia dixit, qualia quilibet ex rigore iustitie agere debet: baptismum quoque, qui non videbatur necessarius, non predicauit vt baptismum gratia, sed vt baptismum iustitie, quia non erat ille baptismus ad remissionem peccatorum, sed ad agendum penitentiam. Et ita vocat eum Euangelista baptismum penitentia: via autem Christi fuit totaliter via gratia: quia non predicauit homines iustificandos ex operibus, sed ex fide, & per baptismum, neque imposuit hominibus aliqua opera agenda, nisi ea, que

Io. nihil predicabat nisi iustitiam, & quo.

de iure naturali erant, ad quæ homines erant obligati, & si Christus nullam legem dedisset: & tunc vitæ æternam promissit: Hæc autem est gratia, scilicet quod non alligando nos ad aliqua opera specialiter per fidem remittantur nobis peccata, & detur vita æterna. Credere enim nullius difficultatis est. Ioannes autem posuit operum difficultatem, & non promissit ex illis vitam æternam dandam: sed dixit: Appropinquabit regnum celorum: quæ non est promissio, sed dispositio ad eum, qui hæc promittere, & dare debebat, & talis modus differentie ponitur inter Christum & Moysen. Io. 1. cap. scilicet: Lex per Moysen facta est: gratia autem, & veritas per Iesum Christum data est, id est Moyses non fecit aliud, nisi dare legem, per quam obligabantur homines ad opera, & non dabat eis, neque promittebat vitam æternam: Christus autem fecit gratiam, id est dedit remissionem peccatorum, & gratiam contulit, & vitam æternam promittit, non obligando homines ad aliqua opera specialiter, & ita Christus posuit inter se, & Ioannem duas differentias. Prima est ex conditione personarum, scilicet vite sue. secunda ex conditione doctrinæ. prima ponitur supra 11. scilicet venit Ioannes non manducans neque bibens. venit autem filius hominis manducans, & bibens: id est vita Ioannis fuit valde austerâ circa cibum, & potum: ita vt videretur non manducare neque bibere, scilicet non quod nihil manducaret, sed quod non manducabat neque bibebat id, quod alij homines. Filius hominis fuit manducans, & bibens, scilicet erat vita sua mediocri concordans vitæ aliorum hominum in cibo, & potu. Secunda differentia erat ea parte doctrinæ, & ista partim ponitur hic, scilicet, venit Ioannes in via iustitiæ, scilicet prædicans mandata iustitiæ, scilicet quæ ex iustitia obligamur seruare, & nullam gratiam promittens, neque faciens: Christus autem venit non quidem prædicans iustitiam, aut opera, sed remissionem peccatorum ex gratia per mortem suam, & saluari nos ex fide illius. Intantum autem ista differunt, quod lex Moysi non posuit aut Ioannes nos iustificari nisi per ea quæ agimus, & hoc est iustitia, quia per nos ipsos acquirimus bonum. Christus autem ponit nos iustificari non ex aliquo opere: neque iubet illa fieri, sed ex morte sua, & ista est gratia: quia ex suo iustificamur sine labore nostro. Et istud de conditione doctrinæ Ioannis erat valde ad propositum Christi, Christus enim dixit principibus sacerdotum, Pharisæis scribis, & senioribus, quod publicani, et meretrices præcederent eos in regno Dei, id est in suscipiendi fidem Christi, & Euangelium, & transeundo ad Ecclesiam militantem, & hoc probat sic, scilicet venit ad vos Ioannes in via iustitiæ: est medium decurtatum, & est sensus: Ioannes prædicabat vobis ea, quæ ad iustitiam pertinebant: ea autem quæ pertinent ad regnum celorum, & prædicauit Messias non pertinent ad iustitiam, sed ad gratiam. Difficilius est autem credit id, quod ad gratiam quàm id quod ad iustitiam pertinet: id est facilius creditur, quod ego ex operibus propriis iustificer, & per illa satisfaciam de peccatis, quàm quod sine operibus meis ex gratia sola per opus alienum tollantur mihi peccata: & tamen Ioannem prædicante opera iustitiæ non credidistis ei, sed meretrices, & publicani crediderunt: ergo à fortiori prædicante Messia id, quod ad gratiam pertinet, non credetis, sed publicani, & meretrices potius credet, sicut in Ioanne fecerunt: ergo publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei, quod Christus dixit, & probare intendebat. Et iste est verus sensus, & conueniens deductio.

Quid differunt inter Christum & Moysen.

Quomodo est verum, quod principes sacerdotum, & ceteri non crediderunt Ioanni.

Quest. CLXXVI.

**Q**VAERETVR quomodo est verum, quod principes sacerdotum, & seniores, & scribæ, & Pharisæi non crediderunt Ioanni: quia potius videntur, quod crediderunt ei. Nam supra 3. cap. ponitur, quod baptizabatur ab eo, scilicet: Videns autem Ioannes multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos penitentiae, & ita baptizabantur ab eo, quia aliis non fugerent à ventura ira. Aliqui dicunt, quod Christus loquitur hic contra principes sacerdotum, & scribas, et seniores solum, vt patet hic, et Mar. 11. & Luc. 20. contra Pharisæos autem nihil loquitur. Et ita Pharisæi receperunt baptismum Ioannis, quod hic non negatur, principes autem, et scribæ, et seniores non susceperunt illum, vt hic dicitur, et non est contra hoc quod dicitur supra tertio capitulo. quia ibi non dicitur, quod veniebant ad baptismum Ioannis nisi Pharisæi, et Sadducæi, non autem principes, & scribæ, et seniores. Sed dicendum, quod non stat: quia describis, qui sunt legisperiti dicitur hic, quod non fuerunt baptizati. Et de Pharisæis dicitur supra 3. quod baptizati fuerint: tamen Luc. 7. dicitur, quod Pharisæi non fuerunt baptizati, scilicet: Pharisæi autem, et legisperiti consilium Dei spreuerunt in seipsis non baptizati ab eo, id est à Ioanne. Alij dicunt, quod Pharisæi etiam nulli baptizati sunt sicut neque principes, et alij, scilicet scribæ, seniores, et ita de omnibus illis est generale hoc, scilicet quod non crediderunt Ioanni. Cum autem dicitur supra 3. cap. quod vidit illos Ioannes venientes ad baptismum suum, dicunt, quod veniebant ad baptismum, et tamen postea mutabant propositum, et non baptizabantur.

Dicendum, quod non stat, sed verè baptizabantur Pharisæi. Primò patet, quia si non baptizarentur non diceret litera, quod videbat eos Ioannes venientes ad baptismum suum, sed solum, quod videbat eos venientes, ergo verè baptizabantur. Secundò, et efficacius, quia dicitur ibi, quod dicebat illis Ioannes: Genimiam viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira? Et hoc erat per baptismum, & penitentiam. Si autem haberent animum baptismum suscipiendi, vt euntes ad Ioannem mutarent illum, non baptizarentur, non diceret illis Ioannes, quod fugiebant à ventura ira: sed potius, quod deteriores efficiebantur, & digniores ira ventura, cum spiritum bonum à Deo datum contemnerent, sicut dicitur Luc. 7. quod spreuerunt in seipsis consilium Dei non baptizati à Ioanne. Tertio & euidentius, quia dicebat illis Ioannes: Facite ergo fructus dignos penitentiae, & ly, ergo, est nota illationis, scilicet ex quo suscepistis baptismum, qui est baptismus penitentiae, facite fructus dignos penitentiae, & tamen non imponebatur penitentia agenda, nisi eis, qui baptizabantur, quia ex hoc, quod baptizabantur sumebant propositum penitendi cum converterentur peccata sua in baptismum, sup. 3. & Mar. 1. c. Alij ergo dicunt, quod verum est, quod aliqui de Pharisæis baptizati fuerant, sed ita pauci erant, quod videbantur quasi nulli, ita vt absolute diceretur, quod non baptizabantur. Sed dicendum, quod non stat: quia supra tertio cap. dicitur: Videns autem Ioannes multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, ergo non erant pauci. Aliter ergo dicendum, & potest dici vno modo, quod licet Pharisæi, qui baptizabantur multi essent absolute loquendo, quia non erant solum duo, vel tres; tamen comparando ad totam multitudinē Pharisæorum pauci erant, & ita videbatur quasi nulli baptizarentur. Secundò potest dici, & melius, quod de Pharisæis multi baptizati fuerunt, sed non omnes, & propter illos quotcumque essent, qui non fuerunt baptizati, increpatio, & non est contrarietas. Nam supra 3. ca. dicitur, quod videns Ioannes multos Pharisæorum venientes ad baptismum suum: sed Luc. 7. dicitur, quod legisperiti, & Pharisæi spreuerunt consilium Dei in se non baptizati à Ioanne: & ita quotquot illi essent, qui nolent baptizari, erat verum dici, quod spreuerunt Pharisæi Dei consilium non baptizati à Ioanne. Et est redargutio illorum. De principibus autem sacerdotum, scribis, & senioribus an aliqui fuerint baptizati, non apparet quia supra 3. non exprimitur nisi de Pharisæis, & Sadducæis, potest tamen fati dici, quod aliqui de illis baptizati fuerunt: quia tamen non omnes, neque maior pars, increpantur quasi nequaquam fuerint baptizati.

Aliorū ratio ad quæstionem.

Confutatio ad quæstionem.

2. Doct. ratio ad quæstionem suam.

Mar. 12. a Luc. 20. b

Infra 22. a

Ps. 117.

Mar. 12. a

Luc. 10. c Mar. 2. c. 12. a

Luc. 19. g 20. c. & 22. a.

Io. 7. b & g. & 8. c.

Pharisæorum pauci erant, & ita videbatur quasi nulli baptizarentur. Secundò potest dici, & melius, quod de Pharisæis multi baptizati fuerunt, sed non omnes, & propter illos quotcumque essent, qui non fuerunt baptizati, increpatio, & non est contrarietas. Nam supra 3. ca. dicitur, quod videns Ioannes multos Pharisæorum venientes ad baptismum suum: sed Luc. 7. dicitur, quod legisperiti, & Pharisæi spreuerunt consilium Dei in se non baptizati à Ioanne: & ita quotquot illi essent, qui nolent baptizari, erat verum dici, quod spreuerunt Pharisæi Dei consilium non baptizati à Ioanne. Et est redargutio illorum. De principibus autem sacerdotum, scribis, & senioribus an aliqui fuerint baptizati, non apparet quia supra 3. non exprimitur nisi de Pharisæis, & Sadducæis, potest tamen fati dici, quod aliqui de illis baptizati fuerunt: quia tamen non omnes, neque maior pars, increpantur quasi nequaquam fuerint baptizati.

Aliam parabolam audite. Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperet fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerit illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens. Verebuntur forte filiū meū. Agricola autem videntes filiū dixerunt intra se: Hic est hæres: venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis: Aiunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic est factus in caput anguli: A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnū Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur super quem verò ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt, quod de ipsis diceret. Et querentes eum teneret, imuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant. Et respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens.

Aliam parabolam. Hic ostenditur, quod principes sacerdotum, scribæ, & seniores impugnaverunt Christum in sua persona: cum supra eum impugnassent in doctrina. Et diuiditur in duo, quia primò ad ostendendum propositum ponit quandam parabolam. Secundò confirmat suum propositum per scripturam, ibi. Dixit illis Iesus, nunquam legistis. Circa primum dicitur. Aliam parabolam audite. Verba Christi sunt ad principes sacerdotum, scilicet, dixi vobis vnam parabolam de duobus filiis, audite nunc aliam. Homo erat paterfamilias. Id est quidam homo, qui domum habebat, & familiam. Nam etiam si quis non habebat filios, si tamen domum, & familiam habet, vocatur paterfamilias, quem Aristo. vocat rectorem oeconomiæ. Qui plantauit vineam. Non multum differbar, an plantaret, vel emisisset ab alio, vel iure hæreditario suscepisset, dum tamē possideret eam: & tamen quia ad sensum parabolæ magis hoc conuenit, dicitur quod plantauit eam: etiam quantum ad parabolam aliquid pertinet, quia tanto magis ille vineam amabit, quanto plures labores circa eam expendit. Et sepem circumdedit ei. Id est posuit ei vallum in circuitu, hoc non erat solum ad distinguendum ab aliis prædiis, quod fit per limites: sed potius ad custodiam, ne facile sit in vineam introire ad tollendum fructus: & loquitur Christus ad modum terræ Chanaan, in qua cōsuetudo est sic vineas sepe circumdare. Sic dicitur Isa. 5. Vineam factam est dilecto meo in cornu filij olei, & sepsit eam, id est sepe ei posuit, & apparet, quod sit sepes ista ad custodiam, quia dicitur ibidem: Ostendam vobis quid faciā vineæ meæ: auferam sepe eius, & erit in direptione. Et fodit in ea torcular. Erat vinea magna, & ideo in ea constructum est torcular, in quo vineæ torquerentur, & exprimeretur vinum. Et ædificauit turrim. Scilicet in vinea ista erat domus fortis, in qua morarentur agricolæ, & etiam erat ad defensionem vineæ. Et locauit eam agricolis. Id est tradidit eam cultoribus, qui eam colerent, & fructus eius pro seipsis haberent, & darent domino certam partem illorum, vel omnes fructus si biipsis acciperent, & domino pensionem pecuniariā annuam soluerent: vel quod dominus acciperet omnes fructus, & colonis daret pecuniam pro labore. Nā in hoc non differt, quia quidquid domino detur pro vinea siue de fructu, quod in vinea nascitur, siue pecunia, appellatur fructus vineæ. Et peregre profectus est. Id est recessit Dominus de regione illa. Cum autem tempus fructuum appropinquasset. Scilicet fructuum, qui colliguntur in vinea, id est tempus vindemiæ, vel tempus fructuum, id est recipiendi annuam pensionem, qui vocantur fructus vineæ. Misit seruos suos. Id est famulos, scriptura enim omnem famulatum vocat, sed strictè seruus non est nisi qui liber non est, neque libertus, neque libertinus. Ad agricolas. Scilicet ad illos, quibus vinea locata erat ad annuam solutionem. Vt acciperent fructus eius. Id est redditus siue in fructu vineæ siue in pecunia. Et agricolæ apprehensis seruis eius. Non solum soluere noluerunt, sed etiam ex magna contumacia iniurias contulerunt seruis, qui petebant fructus. Alium ceciderunt. Id est inferentes ei mortem. Alium lapidauerunt. Siue occidentes, siue solum lapidibus vulnerantes. Iterum misit alios seruos. Scilicet in ipso anno vel in alio ad collectionem sequentium fructuum. Plures prioribus. Hoc fecit vt timerent agricolæ mittere manum ad illos. Et fecerunt illis similiter. Scilicet lapidando, occidendo, & percutiendo eos. Nouissime autem misit ad eos filium suum. Scilicet filium Domini eorum. Agricola autem videntes filium. Id est cognoscentes illum esse filium eius. Dixerunt intra se. Id est intra se, nam intra se dicitur, quod in sola cogitatione versatur. Inter se dicitur



tur quod inter aliquos communi consilio ventilatur: sed dicitur intra se, id est non dixerunt hoc agricolæ ad filium domini sui. *Hic est hæres.* Scilicet, quia filius, & si filij, & heredes, ad Rom. 8. & ad Gala. 4. *Venite occidamus eum.* Inter se ventilabant agricolæ istud consilium, sicut fratres Ioseph dixerunt: ecce somnator venit, venite occidamus eum. Gene. 37. capi. *Et habebimus hereditatem eius.* Scilicet isto mortuo nemo est ad quem hereditas istius pertineat: & sic nemo requirit eam, sed nos manebimus possessores. *Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam.* Scilicet, quando venit ad petendum fructus vineæ, erat intra vineam, & noluerunt coloni eum ibi occidere, sed eiecerunt de vinea, & foris occiderunt. *Et occiderunt.* Hunc non percusserunt sicut aliquos de nunciis: quia iste erat hæres, & si superuineret repeteret hereditatem: ideo occiderunt, vt nemo esset, qui peteret. *Cum ergo venerit dominus vineæ.* Hucusque narravit Christus parabolam: nunc querit sententiã a principibus, supposita narratione, & dicit. *Cum venerit dñs.* s. erat dñs absens in peregrinatione, & aliquando venturus est ad vineam suã, in qua filium, & seruos eius occiderant. *Quid faciet.* Id est, quam penam inferet. *Agricolis suis.* Scilicet, quibus locauit vineam suam. *Ami illi.* Scilicet principes sacerdotum Christo respondent. *Malos male perdet.* Id est agricolas, qui mali sunt perdet, id est destruet, occidet male, id est crudeliter per tormenta exquisita: quã tam graui scelerã commiserunt. *Et vineam suam locabit aliis agricolis.* Scilicet, licet illi agricolæ mali fuerunt, & in vinea occiderunt filium eius, & propter vineam, non ob hoc demolietur vineam, sed tradet eam aliis, qui eam colant. *Qui reddant ei fructum temporibus suis.* Id est debiti, scilicet, non sint contumaces, & superbi sicut priores, sed diligenter annuã pensionẽ soluant.

*Cui fuerit proposita ista parabola de vinea locata.*  
*Quest. CLXXVII.*

**Q**VAERETVR, de ista parabola vineæ locatæ cui fuerit proposita. Dicendũ, q̄ fuit proposita principibus sacerdotum, scribis, & senioribus. Et patet primò, quia præcedens parabola fuit proposita istis, vt patet ex litera eius, & tamen continuatõ sermone dicitur: *Aliam parabolã audite: ergo videtur, quòd ad eisdem loquebatur: quia aliã nihil exprimeretur, q̄ loquebatur ad alios, vel saltem ex modo locutionis appareret.* Secundò patet, quia finita parabola, dicitur infra in litera: *Cum audissent principes sacerdotum, & Pharisæi parabolã eius, cognouerunt, quòd de ipsis diceret: ergo ad istos loquebatur Christus, & ipsi responderunt.* Tertio patet, quia Christus proposuit istis parabolã, vt ipsi respondentes condemnarentur ex ore suo: & tamen ipse non intendebat condemnare nisi principes, scribas, Pharisæos, & seniores, & non populares: ergo non fuit proposita parabola nisi illis, & ipsi soli responderunt. Patet hoc, quia dicitur infra in litera, quòd principes sacerdotum audientes parabolã, cognouerunt, q̄ de ipsis diceret, & querentes eum tenere timuerunt turbas. Et ita isti soli condemnati sunt ex parabolis non autem turbæ, quia si cõtra illas etiam fuisset aliqua istarum parabolãrum, indignarentur contra Christum, & nõ solum non defenderent ipsum contra principes, & Pharisæos, sed potius ipsi et eum impugnant: ergo cõtra solos principes, scribas, Pharisæos, & seniores proposita est parabola, & ipsi responderunt. Sed obijcietur, quia Luc. 20. dicitur: *cepit autem dicere ad plebem parabolã hanc: homo plantauit vineam, &c.* ergo non fuit dicta parabola principibus, sed plebi. Dicendum, quòd non fuit parabola ista dicta ad plebem, &

contra ipsam, sed principibus dicta est, & contra eos. Nam cum parabolã conclusio sit dura, si fuisset dicta contra populum, irasceretur populus: sed non solum non iratus est, sed etiam defendebat Christum contra principes. Et propter populum non ausi sunt principes impugnare Christum nocendo ei: ergo nõ erat contra plebem. Dicendum igitur, quòd non dicitur fuisse dicta ad plebem, quasi esset contra plebem, aut ad plebem, id est, præsentẽ sola plebe. Nam prima non stat, quia si contra plebem esset, irasceretur plebs: quæ tamen nõ irascebatur, sed sacerdotum principes irascebantur, & dicebant esse contra se dictas parabolãs, infra in litera. Secundum etiam non stat, quia si sola plebs esset præsentis, quando diceretur ista parabola, non audirent eam principes sacerdotum: & tamen audierunt eam, quia dicitur infra in litera, quòd audientes principes istas parabolãs cognouerunt, q̄ de ipsis diceret. Sed dicitur, q̄ dicta est parabola ista ad plebem, id est, præsentẽ plebe. Nam simul erat plebs Christus audiens, & principes sacerdotum, a quibus Christus ista quærebat, & ita etiam præcedens parabola poterat dici ad plebem dicta: & istum modum loquendi tenet specialiter Lucas contra modum loquendi Matthæi, licet non contra sententiam eius. Sic patet supra 3. cap. vbi dixit Matthæus, quòd vidēs Ioannes multos Pharisæos, & Sadducæos veniẽtes ad baptismum suum, dixit illis: *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* Et tamẽ Luc. 3. dicitur: dicebat Ioannes ad turbas, quæ exhibebant, vt baptizarentur: *Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* & sic quod Matthæus dixit esse dictum ad Pharisæos, & Sadducæos: dixit Lucas dictum esse ad turbas. Sed manifestum est, quòd Ioannes non diceret hoc ad omnes turbas, quia istud erat verbum improprium, & pertinebat ad dolosos, sed non erat hoc in omnibus popularibus: Pharisæis autem hoc optimè conueniebat: ideo debet intelligi dictum Luc. q̄ dicebat hoc Ioannes ad turbas, s. præsentibus turbis. & tenet verbum non dirigebat nisi contra Pharisæos, & Sadducæos.

*Ad quid Christus nunc proposuit istam parabolã.*  
*Quest. CLXXVIII.*

**Q**VAERETVR, ad quid Christus nunc proposuit istam parabolã. Dicendum, quòd ad increpationem principum sacerdotum, scribarum, Pharisæorum, & seniorum: quod patet infra in litera, scilicet, audientes principes parabolã eius cognouerunt, q̄ de ipsis diceret. Sed dicitur ad quid voluit istã parabolã nunc proponere, quia iam aliã proposuerat de duobus filiis, per quam condemnauerat eos. Dicendum, q̄ hoc fuit propter duo. Primò ad maiore condemnationẽ, erant enim digni graui cõdemnatione, sed magis condemnatur quis quando bis condemnatur, q̄ semel: sic dicit Chryso. Post priorem parabolã aliam ponit, vt ostendat eorũ accusationẽ esse maiorem, & venia indignam. Secundò, & precipuè, quia ista condemnatio est super alia re. Nam in præcedenti parabola ostenderat Christus principes, & alios iudicandos grauius, quia doctrinã Ioannis non receperant, & psequenter neque eius doctrinã recipere, aut ad eam tardi venirent. Hic autem ostendit eos grauius puniendos, quia eum in persona sua occisuri erant: ipse. n. erat hæres quem extra vineam eiecerunt: & ideo pñciauit eis hic, q̄ regnum Dei auferretur ab illis, & traderetur alteri genti, sed in præcedenti parabola minus erat, quod interebat eis, s. q̄ præcederent eos publicani, & meretrices ad regnum Dei, & ipsi quoque possent ire ad illuc.

*Quare*

*Quare Christus proposuit hoc principibus sacerdotum, & cur in parabolis.* *Quest. CLXXIX.*

**Q**VAERETVR, quare Christus proposuit hoc principibus sacerdotum, & quare in parabolis. Ad primum dicendum, q̄ fuit ad condemnationẽ principum, & vt condemnatio esset apertior, debuit esse ex ore ipsorum, sed hoc non poterat esse, nisi proponeretur eis quæstio, & responderent: & ex ipsorum responsione sequeretur id, quod Christus contra eos diceret: ideo cõueniens fuit, q̄ ipsis proponeretur: & etiam ad hoc sunt conuenientes oēs rationes factæ supra quæst. 171. Nam si fuit conueniens, q̄ præcedentẽ parabolã de duobus filiis, quæ minorem faciebat increpationẽ, proponeretur principibus, vt ibidẽ ostenditur: à fortiori ista, quæ maioris erat increpationis, debuit proponi eis, vt ex sua responsione magis arguerentur, & confunderebantur.

Ad secundũ dicendũ, q̄ conuenientius fuit proponi in parabola quã aliã. Et hoc primò pp conditionem rei, de qua agitur. Significatur enim in hac parabola, q̄ principes sacerdotum occisuri essent Christum, & ob hoc auferretur eis totus status veteris testamenti, sed dicere apertè, q̄ illi erant occisuri eum, non decebat: nunquam. n. tam clarè locutus est, licet aliqui diceret eis, quæritis me interficere, vt Io. 8. cap. Et tñ nunquam dixit: *Ego sum occidendus à vobis: ideo dixit hoc in parabola.* s. quòd filium domini extra vineã occiderunt. Secundò fuit propter eos, vt sustinerent audire. Si enim sine parabola loqueretur, diceret illis statim malum apertè, & fortè illi non sustinerent, neque vellent respondere: & ita non responderent eis nõ fieret tam efficax confusio: iò debuit esse parabola, q̄ à principio non intelligerent, & ideo responderent iuxta conuenientiam parabolæ, & ex responsione tunc Christus eos confunderet: sic dicit Chryso. In parabolis eorum pars vocat, vt non intelligant, quò aduersus se ipsos sententias dicerent. Tertio fuit, vt minorẽ indignationem conciperent contra Christum. Nunc enim proposita re ista in parabola, quando tandem agnouerunt contra se dictã parabolã, tam vehementer indignati sunt, q̄ quærebat Christum occidere, sed timuerunt turbas: vehementius igitur exardescerent, si sine parabola apertè ea, q̄ hic habentur illis diceret: ideo melius fuit in parabolis dicere: aliã etiam causã, quæ habentur supra quæst. 172. possunt ad hoc applicari, quia sunt eiudem dubij.

*Quare dicitur, quòd homo, qui vineam plantauit septem circumdedit ei &c.* *Quest. CLXXX.*

**Q**VAERETVR, de homine, qui vineam plantauit, quare dicitur, q̄ fecit omnia hæc circa illam. s. q̄ plantauit eam, septem circumdedit ei, fodit in ea torcular, & edificauit turrim.

Dicendum, q̄ propter duo: primò ex ratione parabolæ: secundò ex ratione significationis. Circa primum ponuntur ista ad ostendendum istam vineam fuisse electissimã, & factum esse in ea quiddid pertinet ad excellentiam alicuius vineæ, vt ex hoc asseratur, q̄ dominus eius nimis ad eam afficeretur: & consequenter non sineret eam perire in manibus malorũ colonorũ. tria. n. ex parte parabolæ possunt colligi in ista nobilitate vineæ: Primum multitudo fructuum: nam non expenderet dñs tanta circa vineam aliqũ, q̄ inutilem, vel paucorum fructuum crederet. Secundò diligentia dñi in mittendo nuncios ad requirendũ fructus talis vineæ: nam cũ tanta multitudo fructuum ex ea speraretur, non erat incõueniens, imò rõnabile mitti seruos sæpe ad procurandum fructus illius vineæ, &

post seruos mittendi filium, quia fortè ista erat melior possessio, q̄ dñs ille habebat. Tertio executio dura domini contra colonos. Nam si vinea parue utilitatis esset, fortè non curaret dñs illam requirere de manu colonorum ad dandum aliis: quia tñ excellens erat, cũ primi coloni malè se in ea habuerint, debuit dñs curã illius agens tollere primis colonis, & dare aliis. Sicut responderunt principes sacerdotum: sed ista non sequerentur, quæ ad parabolã pertinent, nisi ostenderetur ista vinea tam excellens: iò debuit poni excellens. Ista aut sunt, quæ faciunt eam excellentem: nihil. n. aliud vñ posse addi, quòd illam excellentiorem faceret præter hoc, q̄ diligenter procuraretur in cultu annuo, q̄ erat cura colonorum, q̄ locata erat vinea. similia autem ponuntur Isa. 5. vbi de alia vinea excellenti agit, & ponuntur hæc eadem ad ostendendum illius nobilitatem. Dicitur. n. q̄ vinea fuit dilecto meo in cornu filij olei, & sepit eam: & lapides elegit ex illa, & plãtauit eam electã: & edificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in eã. Et factis istis nihil est quod fieri possit ad nobilitatem vineæ. Nam dñs Isa. 5. post ista: *Quid est, q̄ vltra facere debui vineæ meæ, & non feci? quasi dicat, nihil manet faciendum, omnia aut ista ponuntur hic: ideo hæc proposuit Christus ad ostendendũ esse vineã excellentem. Sed obijcietur, q̄ aliquid aliud ponatur Isa. 5. quod hic non ponitur. s. lapides elegit ex illa, & plantauit eam electã.*

Dicendum, q̄ ista subintelliguntur hic: Eligere lapides est colligere illos ne in vinea multi sint, quia fortè terra illa, in qua vinea plantata est, erat lapidosa, & multitudo lapidum oberat ad bonitatem vineæ: ideo collegit ex ea lapides, vt non essent ibi lapides, vel nõ essent tot. plantare eam electã est plantare de bono germine, scilicet vt palmites, qui positi fuerunt, vt primordia plantarum, & vitium essent optimi, scilicet de germine laudabili. Hæc autem subintelliguntur hic. Nam quod de collectione lapidum dicitur, fortè non fuit in hac vinea necessarium: vt si terra, in qua plãtata est nõ erat lapidosa, de plantatione electã nõ oportuit exprimi. Nam qui talia faciebat vineæ suæ, cũ ipse plantaret eam, non plantaret nisi de optimo germine, nisi esset insipiens. Secundum principale erat quantum

ad rationes sumptas ex significatione parabolæ: sic. n. omnia ista dicta sunt, quia ille, qui paterfamilias est, omnia hæc fecit circa hoc, quod vineam suam appellat. Quidquid enim significatur per omnia hæc, quæ de vinea dicuntur, fecit paterfamilias circa illam, vt apparbit ex applicatione expositionis: & fuit conueniens poni, vt videatur quantum appreciaret illam vineã, qui talia circa eam exercuit. Secunda causa eodem modo applicatur. s. q̄ propter hoc misit nuncios suos ad colonos huius vineæ, quia fructus, quem dominus vineæ in vinea requirebat, erat tam præciosus, quòd nuncios, id est viros clarissimos ad procurandum illum rationaliter mittere debuit, & nouissimè filij sum nuncios misit pro vinea hac moriturum, quod non faceret nisi vinea ista præciosã valde esset in oculis Dei. Tertia etiam causa conuenienter applicatur, scilicet vt mortuo Christo filio Dei pro vinea, non negligeret dominus vineam: sed expulsis prioribus colonis, id est illis qui tenebant principatum in statu veteris testamenti, induceretur alius status vineæ, & essent alij coloni. i. principes, & alius modus status, & principatus quã prius, & non negligeret Deus vineam suam, quã fortè negligeret nisi fortè esset aliquid excellens: sed quã tam excellentem eam plantauerat, curam illius egit, vt alios ei colonos daret etiam post filij sui mortem.

*Quare*

Quare dicitur de illo domino, qui locauit vineam agricolis, quod peregrè profectus est. Quest. CLXXXI.

QVAERETVR, quare dicitur de illo domino, qui locauit vineam agricolis, quod peregrè profectus est. Dicendum, quod hoc dicitur tam propter rationem metaphoræ, quam propter significationem. Quantum ad primum patet, quia dato, quod ea, quæ in metaphora recitantur non fuerint realiter, oportet quod sint verisimilia, & tamen non erant verisimilia, quæ habentur hic: nisi diceretur, quod dominus profectus esset peregrè: nam si maneret in regione illa, in qua erat vinea, non auderent agricolæ occidere seruos, qui ierunt ad petendum fructum vineæ, & tamen occiderunt: ideo videtur, quod vel dominus erat valde impotens, quem agricolæ non timebant, quasi nihil mali eis inferre posset: aut non erat in regione illa. Secundò, quia dato, quod agricolæ non timerent eum, non erat verisimile, quod esset in regione illa: nam occisis primis seruis, qui ierant pro fructibus, non erat verisimile, quod mitteret dominus alios seruos: sed quod ipse iret ad occidendum agricolas, & tollendum eis vineam. Misit tamè alios seruos, & illi etiam occisi sunt, & tandem misit filium, & ille etiam fuit occisus. ergo videtur, quod absens erat dominus, & non poterat venire ad statim prouidendum. Secundò, & principaliter quantum ad rationem significationis parabolæ conuenit, quod dominus sit absens, vel peregrinetur: quia dominus vineæ Deus est, qui peregrinatur a nobis: non quidem per localem absentiam, cum vbique verè sit: sed quia non se hic nobis ostendit per omnia, sicut aliquando ostensus est: ipse quippe iudex est omnium, quæ rectè, & prauè aguntur: & quia pro bonis non statim retributionem reddit, neque pro malis penam, videtur quasi absens esse: erit autem præsens, quado omnia adducet in iudicium, & pro omnibus retribuet: & verum est, quod Deo absente ista fiunt: quia si ipse quasi prius pro malis, statim penam inferret, non fierent omnia mala: sed quia raro pro peccato penam hic infligit aut saltè non statim, audent mali committere quæcumque graua. Sic dicitur Eccles. 8. Etenim, quia non cito contra malos profertur sententia, absque vilo timore filij hominum perpetrant mala. Et ita etiam in alijs parabolis Deus significatur esse absens quoadiu est præsens seculum. Sic patet infra 25. & Mar. 13. & Luc. 19. de homine, qui peregrè profectus est, & tradidit seruis suis talenta, vt negociarentur in eis: & ita quadiu negociatio est, absens est ille: & tamen negociatio durat quadiu est præsens seculum, & vita ista durat: ideo Deus absens iudicatur a nobis quadiu manemus hic: & sic dominus vineæ rectè peregrinatus est. Alias dicitur: dum ista contra seruos suos, & filium fiebant: nã tunc non inferebat eis penas, quas pro his excessibus inferre debuit.

Quomodo stat litera, quoniam euangelistæ videntur sibi inimicem repugnare. Quest. CLXXXII.

QVAERETVR, quomodo stat litera: quia videntur Euangelistæ sibi inimicem repugnare. Nam dicit hic Matthæus, quod agricolæ apprehensis seruis alium ceciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt: & Marcus dixit, quod misit ad agricolas seruum, qui apprehensum eum ceciderunt, & dimiserunt eum vacuum, & iterum misit ad illos alium seruum, & illum capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt: & rursus alium misit, & occiderunt illū, & plures alios quosdam cedentes, alios occidentes.

Nonnullorum tñ. ad quæst. 4. Aliqui mirantur soluere hanc contrarietatem: quod idem Matthæus dicat, quod Marcus, scilicet, Matth.

breuius dixit hic, & obscurius: Marcus autem expressius. Et quod sit sensus, quod dominus misit ter pro fructu vineæ seruos, & quarto loco misit filium, & in qualibet vice mittebat vnum seruum: & ita tunc intel ligetur, sicut refert Marcus ad literam: Mar. 12. c. scilicet, quod prima vice misit vnum seruum, & illum ceciderunt, id est, percusserunt relinquētes vacuum. Secunda vice misit vnum seruum, & illum coloni capite vulnerauerunt. Et tertia vice misit alium, & illum occiderunt. Quarto loco misit filium, & dicunt quod Matthæus omnes istas tres missiones posuit indistinctè, quasi esset vna missio, dicens: misit seruos suos ad agricolas, & agricolæ apprehensis seruis, alium ceciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt, id est, seruum, qui iuit prima vice ceciderunt. In secunda vice lapidauerunt. In tertia vice occiderunt. Sed dicendum, quod non ita ista sensus: quia necesse est præter istos tres nuncios alios esse missos, & alijs vicibus: quia postquam dicitur de istis tribus, quod alium ceciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt: sequitur statim: Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter: ergo non designantur pillos tres omnes missi, & omnes missiones. Item etiã non consonat verbis Marci, quia postquam ille posuit de tribus seruis missis subiūxit, scilicet, & plures alios, quodam verò cedentes, alios occidentes: ergo non solum missi fuerunt tres serui per tres vices. Dici ergo potest quadrupliciter vno modo, quod quater solum misit dominus ad colonos, ter misit seruos, & quarta vice filium. Et tunc dicendum, quod in qualibet vice non misit vnicum sed multos, & omnes seruos primæ vicis ceciderunt, id est, percusserunt dimittendo eos inanes: & omnes de secunda vice lapidauerunt afficiētes contumelijs, vel capite vulnerauerunt, vt Marcus dicit. Et omnes de tertia vice occiderunt: & tunc stat planè litera ista, scilicet, quod cum dicitur alium ceciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt, non referatur ad eandem vicem, sed ad omnes, id est, modi iniuriarū influcti in omnibus vicibus fuerunt isti. Secundò potest dici, quod iuerint in qualibet trium vicium multi serui, & inferebat eis in qualibet illos tres modos iniuriarum, et hoc magis consonat literæ huic in superficie: quia cum dicitur, quod misit seruos, sequitur quod agricolæ apprehensis eis alium ceciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt, scilicet, in eadem vice. Et sequitur ibi: Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter, id est, seruis secundæ vicis fecerunt sicut primis, quosdam cedendo, alios occidentes. Tertio potest accipi, quod misit dominus ad agricolas non solum quater, sed etiam pluries, et in super, & in qualibet vice mittebat vnum seruum. erit Marcus, & Lucas qualibet vice vnum seruū referunt missum, sed alias vices non numerant, sed dicit Marcus, et alios plures, quosdam verò cedentes, alios verò occidentes, id est, in alijs vicibus præter tres misit seruos, & in qualibet vnum, & de illis missis quosdam occidebant, quosdã solum percutiebant: sed huic sensui non multum consonat litera ista, eo quod dicit, iterum misit alios seruos plures prioribus: & tamen non esset comparatio pluralitatis, si in qualibet vice mitteretur vnus, sed necesse est poni aliquam vicem, in qua mitterentur multi. Quarto ergo videtur melius dicendum, scilicet, quod serui missi fuerunt saltem ter, aut quater, & filius in nouissima vice. scilicet, quarta: & in qualibet missi fuerint multi serui, & de illis aliqui ceciderunt, aliqui lapidarentur, aliqui occiderentur: & hoc in qualibet vice, & istud colligitur ex Matthæo, & Marco simul sumptis, addēdo vni, quod in alio inuenitur, & deficit ei: Matthæus enim ponit solum duas missiones, & iupplenda est alia: quia tam Marcus quam Lucas ter ponunt

nunt seruos missos: sed Matthæus breuitatis causa omisit vnam missionem, non quidem illam negans, sed tacens. Marcus & Lucas ponunt, qualibet vice vnum seruum missum, & suppleendum est, quod multi essent, cum Matthæus ponat esse multos, & Marcus & Lucas hoc taceat. Et maximè hoc apparet, quia statim vt Marcus dixit de tribus seruis missis tribus vicibus, adiunxit. scilicet, & alios quidem plures, alios quidem cedētes, alios occidentes. scilicet, cum illis tribus fuerunt alij. Et tamen posuit Marcus, qualibet vice vnum seruum non quidem, vt vnicum ostēderet, sed ad duo fecit. Primò, vt ex numero seruorum ostendat numerum missionum, quasi essent tres missiones, & non solum tres serui. Secundò, vt ex hoc numero ostendat et numerum iniuriarum: tripliciter enim iniuriam suscipiebant serui. scilicet, quidam occidebant, quidam cedebantur, alij lapidabantur. Considerandum autem, quod circa hoc non est inconueniēs, si aliqua diuersitas inueniatur in modo referendi Euangelistarum: quia intentio eorum solum est dicere, quod ille dñs vineæ misit multos seruos, & sepe ad colonos, & intulerunt eis iniurias, & non dederunt de fructibus quidquam: & in hoc quidam plura quam alij dicunt, Lucas autem breuius, quam alij retulit: & quia quidquid dicant verum est, necesse est illam expositionē veriore esse, quæ includat id, quod oēs simul dicit, vt ex eis fiat vna plena narratio: & ista videtur esse in quarto modo supra posito, quæ colligitur ex Marco & Matthæo. Sed obiicietur, quod adhuc Lucas discordat a Marco: nam dicit primum seruū fuisse cecsum, & inanem dimissum: scilicet, autem cecsum, & contumelia affectū: & in his bene consonat Marco: sed tertium dicit vulneratum, & eiecsum, Mar. autē dicit occisum. Dici potest vno modo, quod idem significant ambo. scilicet, quod ille seruus occisus est ab agricolis, vt Marcus expressit: Lucas autem dicit vulneratum, & verum est: sed vulnera illa fuerunt ad mortē, & ita fuit occisus, & hoc significat in quantum dicit, quod eiecerunt eum. scilicet, mortuum eiecerunt de vinea. Aliter potest dici, quod in qualibet vice multi serui ibant, vt Matthæus hic asserit, & in posterioribus plures quã in prioribus, & de illis seruis quosdam solum vulnerabant, alios occidebant, alios lapidabant, vt etiam Matthæus asserit, & ita in illa tertia vice aliquis seruus fuit occisus, vt Marcus vult: & aliquis vulneratus, & de vinea eiecsum, vt Lucas asserit.

Quare dicitur, quod paterfamilias misit filium suum ad agricolas nouissimè. Quest. CLXXXIII.

QVAERETVR, quare dicitur, quod paterfamilias misit filium suum ad agricolas nouissimè. Dicendum, quod hoc fuit tam propter metaphoram, quam propter significationem. De metaphora ratio est, quia dominus vineæ sepe miserat seruos, scilicet, saltem ter, & illos expulerat, & dimiserat vacuos: & ideo vel penitus cessare debebat a missione, vel mittere alium, aut alios excellentiores: nam quotquot seruos iam mitteret, verisimile erat vacuos remitti, & iniuriam recipere. Cogitauit ergo mittere filium, qui honorabilior erat, & huic fortassis responderent cum fructibus. Sed obiicietur, quod incautè vel imprudenter agebat paterfamilias: nam cum agricolæ tot seruos ab eo missos occidissent, timere debebat, ne filium quoque occiderent.

Dicendum, quod pater rationabiliter potuit filium mittere, eo quod non erat verisimile, quod taliter ad filium respicerent, sicut ad seruos. Et hoc expressit paterfamilias, dicens: Verebuntur filium meum, id est, Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

timebunt eum, vel reuerentiam ei exhibebunt. Quantum ad sensum metaphoræ erat præcipua ratio, quod filius mitteretur: quia vinea ista talis erat, ad fructus cuius requirendum, non solum serui mittendi erant, sed etiam filius Dei: nihil enim illi facerent, nisi filius Dei mitteretur, cuius vinea est: ideo nouissimè post seruos ipse mittitur, vt proquiredo fructu vineæ moriatur: & ista fuit causa, quare non in principio misit filium, sed in fine, vt videntes pessimi agricolæ mala, quæ in seruos domini exercuerant, erubescerent, & a filio abstinerent: sic dicit Chrysosto. Quare autem filium non confestim misit? respondet, vt ex his, quæ ad alios fecerant, seipso accusarent, & furorem dimittentes verecundarentur.

Quomodo paterfamilias dixit: Verebuntur filium meum. Questio CLXXXIII.

QVAERETVR, quomodo paterfamilias dixit: Verebuntur filium meum.

Dicendum, quod ad metaphoram pertinet causa, & ad sensum metaphoræ. De primò patet: quia a principio missi fuerant serui, qui erant personæ nullius honoris: & ita non erat mirum, quod nullus eis exhiberet honor: filius autem erat honorabilis, quia erat heres, & filius domini: ideo verisimile erat, quod erubescerent faciem eius, & honorarent ipsum.

Secundò, quia magis timerent in filio, quam in seruis: nam occisis seruis poterant sperare veniam aliquam a domino vineæ, sed occiso filio, nulla venia cogitari poterat: ideo agricolæ verisimile erat, non audente mittere manum in filium. Et ista fuit causa, quare occisis tot seruis, & vulneratis adhuc dominus vineæ ausus est mittere filium, quasi nihil mali passurū. Quantum ad significationem metaphoræ causa accipitur aliter. Aliqui enim dicunt, quod Deus, qui est iste paterfamilias mittens filium suum, dixit, verebuntur filium meum per ironiam. scilicet, certum est, quod non verebuntur, sed sicut occiderunt seruos, ita & illum occidit. Sed dicendum, quod non stat, quia cum istud ponatur hic, tanquam causa mittendi filium, scilicet, verebuntur eum, non diceretur per ironiam, sed vel totaliter taceretur, ne obstaret ei, quod in litera ponitur, vel poneretur vt causa missionis. Alij ergo dicunt, quod Deus misit filium suum sciens quid peccatores adurerant circa eum, et tamen dixit, verebuntur filium meum: quia licet quidam non veriti fuerint eum, scilicet illi, qui Christum crucifixerunt: tamen alij agnoscentes eum crediderunt in ipsum, & de istis intelligitur. Sic dicit Origenes: Illud quidem, quod ait, verebuntur filium meum, videtur esse impletum in illis Iudæis, qui intelligentes Christum crediderunt in eum. Alii dicunt, quod hoc dicitur ex parte Dei, verebuntur filium meum: non quasi Deus nesciret quid in Christo filio suo futurum erat, cum dicitur, quod Christus sciebat omnia, quæ ventura erant super eum, Ioan. decimo octauo capitulo, sed quia ostendit, quid homines agere deberent: nam licet verum est, quod illi occidit erant, tamen non decebat hoc fieri, sed potius quod eum nimis venerentur, & ob hoc dicit: verebuntur filium meum, id est, quia filius meus est, deberent eum valde vereri, et honorare. Sic dicit Chrysostomus: Hoc dicit annunciã quid fieri debebat, quoniam oportebat eos verecundari, per hoc enim vult ostēdere peccatum eorum magnum, et omni excusatione priuatum. Alii dicunt, quod Deus sciens, quid passurus esset Christus, non dixit affirmatinè non verebuntur filium meum, L1 quasi

quasi ex hoc videretur iniectis necessitatibus sic faciendi, sed dixit verebuntur: quia licet ita futurum erat, quod non vererentur, tamen in potestate eorum erat vereri. Sic dicit Hieronymus: Quod dicit, verebuntur filium meum, non de ignorantia venit, Quis enim nefcit paterfamilias, qui hoc loco Deus intelligitur, sed semper ambigere dicitur Deus, ut libera voluntas homini referretur. Isti duo modi ultimi respondendi sunt convenientes.

*Quare dixerunt agricola, hic est heres, venite occidamus eum. Quest. CLXXXV.*

**Q**VAERETVR, quare dixerunt agricola, hic est heres, venite occidamus eum, & nostra erit hereditas. Quomodo enim hoc credebatur, quia etiam mortuo illo non deuoluebatur ad eos hereditas.

Dicendum, quod pertinet ad metaphoram, & ad significationem: de metaphora causa est: verum est enim quod non deuoluebatur hereditas ad colonos mortuo herede, cum alij essent, qui illi succedere poterant, & debebant, & dato quod alius ius aliquod istis competere posset, eo ipso quod occidebant heredem, priuabantur iure succedendi ei: sed hoc putauerunt coloni: quia dominus vineae absens erat, & fuit multis temporibus peregre. Luc. 20. & credebant eum non venturum: & si nunc occideretur ille, qui heres erat, putabant quod nemo alius curam ageret de hereditate illa, & ita ad eos pertineret. Quantum ad significationem causa est, quia coloni vineae istius erant principes sacerdotum, seniores, scribae, & pharisaei, qui honorem, & emolumenta recipiebant de ista vinea, cum omnia iura sanctorum recipebant, & multa alia extorquebant, & quando prophetae venerant dissuadebant peccata istorum, sed cum Christus venit, qui erat heres ad quem vinea pertinebat, id est populus, & illum transferre volebat a vitis prioribus, per quod sacerdotum principes, & alij putabant, quod honor ipsorum & status minueretur: crediderunt, quod si Christum occiderent, qui erat filius Dei, & ad quem pertinebat magis quam ad praecedentes transferre vineam ad bonum statum, & accipere fructum illius, quod nemo post ipsum veniret, qui eos super peccatis suis molestaret, sed manerent in honore, & statu suo, & hoc erat fieri suam hereditatem, id est, quod pacifice manerent in eanullo perturbante: & hoc aliquo modo alludit verbis Caiphae, scilicet, expedit, ut homo vnus moriatur pro populo, ne tota gens pereat. Et illud: Ne forte veniant Romani, & tollant locum nostrum, & gentem. Hoc autem erat si dimitterent eum liberè agere petendo fructum vineae, scilicet, quod totus mundus crederet in eum: & tunc veniant Romani, & tollerent locum eorum, & gentem. Ioan. v. decimo capitulo, ut ergo non fieret hoc, voluerunt eum occidere, ut sic maneret sibi secura vinea, scilicet, non crederet mundus in eum, & consequenter neque Romani tollerent eis locum, & gentem: sic dicit Chrysolasto. Postquam introiuit in templum, & vendentes animalia, quae ad sacrificium pertinebant foras eiecit, tunc praecipue cogitauerunt eum occidere: dicebant enim intra se, necesse est, ut populus per istum dimitrat consuetudinem hostiarum, quae ad nostrum pertinent iuratum, & acquiescat offerre sacrificium iustitiae, quod ad gloriam pertinet Dei: & sic iam non erit populus iste possessio nostra sed Dei: si autem occiderimus eum, dum non est, qui fructum iustitiae a populo querat, semper durabit consuetudo offerendarum hostiarum, & sic populus iste erit semper nostra possessio: & hoc est, quod dicunt, nostra erit hereditas. Haec est cogitatio communis omnium sacerdotum carnalium,

qui non sunt solliciti, quomodo populus viuat sine peccato, sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur: & hoc aestimant sacerdotij sui lucrum. Alij dicunt, quod sacerdotes dicebant: Et nostra erit hereditas, quia volebant impedire occidendo Christum fidem, quae in gentilibus multiplicanda erat, ut maneret iustitia, quae ex lege erat, sic dicit Rabanus: Hereditatem eo occiso percipere moliebatur Iudaei cum fidem, quae per eum est extinguere, & suam magis quam ex lege est iustitiam preferre ac gentibus imbuendis conabantur inferere. Sed dicendum, quod praecedens sensus est melior: quia principes non aduerrebant, nisi a diuinitate suam, quod autem iustitia legis praecellere ad fidem quam Christus praedicabat, nihil attinebat ad eos, nisi nihil aliud inde sequeretur. Item, quia principes sacerdotum nesciebant, an fides gentilibus praedicanda esset, quia Christo viuente non fuit praedicanda, in eo ipso se vetuit praedicari, supra decimo: In viam gentium ne abieritis, & ad ciuitates Samaritanorum ne introieritis, sed potius ite ad oues, quae perierunt, ideo motum suum erat, ne auferretur eis honor, & potestas, quae per Christum videbantur auferenda, si totus populus in eum crederet.

*Quare ad occidendum heredem eiecerunt eum extra vineam. Quest. CLXXXVI.*

**Q**VAERETVR, quare ad occidendum heredem eiecerunt eum extra vineam.

Dicendum, quod in hoc videtur esse varietas: quia hic dicitur, quod apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt: & ita praesupponitur, quod filius intrauerat in vineam ad petendum fructus, & agricolae volentes eum occidere prius eiecerunt eum de vinea: & tunc foris occiderunt eum: sed Marc. 12. c. dicitur, quod apprehendentes eum occiderunt: & eiecerunt extra vineam, & sic innuitur, quod intra vineam fuerit occisus. Sed dicendum, quod verum est, quod prius eiectus sit de vinea, & foris occisus sit. Primum, quia hoc est verisimilius, quam quod intra vineam eum occiderent. Secundum, & efficacius, quia Lucas concordat cum Matthaeo. Dicitur enim Luc. 20. c. & eiectum illum extra vineam occiderunt. Tertio, quia omnes doctores conantur reddere causam, quare extra vineam occisus sit: ideo oportet intelligi, quod verè fuerit occisus extra vineam. Cum autem Marcus dicit quod apprehendentes eum occiderunt, & extra vineam eiecerunt: non intendit dicere, quod prius occiderint quam eiecerint, sed quod occiderint, & eiecerint, licet ex ordine locutionis potius deberet dici, quod prius occisus fuerit quam eiectus, & ista assereremus, si solus hoc Marcus diceret: quia tamen constat, quod prius fuerit eiectus, quam occisus, debet teneri sententia verborum Marci: sed non ordo eorum.

Supposito autem hoc dicendum, quod causa pertinet ad parabolam, & significationem. De primo dicendum, quod forte agricolae fecerunt hoc, quasi ostendentes non pertinere hereditatem ad illum: ideo viuentem illum foras eiecerunt, & ibi occiderunt. Secundum, & melius, quia forte agricolae occidentes illum extra volebant innuere, quod non occiderant eum, ut euaderent periculum. Si autem intra vineam occiderent manifestum erat, quod ipsi eum occidebant: ideo extra occiderunt, ut aliquam occultationem criminis sui habere possint.

Quantum ad parabolam causa fuit, quia Christus extra vineam suam occisus est: & accipiunt quidam vno modo vineam pro populo. Nam domus Israel vocatur vinea Dei, II. 5. c. Et quia non fuit occisus a Iudaeis, sed traditus est gentibus ad iudicandum eum mortui, & exequen-

exequendum dicitur extra vineam occisus. Sic dicit Theophilus. Fortè magis proprie dici potest, quod occidit quidem eum populus extra vineam, id est extra manus populi passus est dominus. I. quia populus non proprijs manibus ei necem intulit, sed tradens eum Pilato & gentibus. Secundum exponunt quidam quod extra vineam passus est, in quantum eum alienum a vinea reputauerunt, scilicet, nihil habentem in vinea, & occiderunt. Sic dicit Origenes: Eiecerunt eum extra vineam, scilicet, tale mihi videtur, quantum ad se alienum eum reputauerunt a vinea & colonis: Et ista reputatio erat, quod non putabant vineam ad eum pertinere: vel quod eum assererent non esse de vinea domini, id est, de populo, qui dicitur vinea translata de Aegypto: Psa. 79. sed quod erat Samaritanus, & iste est tertius modus. Tertio accipiunt aliqui, quod extra vineam eiecerunt, in quantum in ipsis erat expellebant de seipsis, compellentes fugere de populo Dei, & transire ad gentes persequendo eum: nam licet ipse hoc non fecerit propter persecutionem: ipsi tamen dabat ei occasionem ad hoc. Sic dicit Dauid contra Saulem, quia cogebat eum fugere ad terram Philistinorum. I. Reg. 26. Si dominus incitat te contra me, odoretur sacrificium: si autem filij hominum, maledicti sunt in conspectu Domini, qui eiecerunt me hodie, ut non sim in hereditate domini, dicentes, vade & serui dijs alienis, scilicet, dant mihi occasionem seruendi dijs alienis, eiciendo me de terra. Sic dicit Hieron. Eiecerunt eum extra vineam, id est, extra plebem dicentes, Samaritanus es, & demonium habes: vel quia quantum in se erata suis eum finibus excludentes gentibus suscipiendum dederunt. Quarto accipiunt alij vineam pro scriptura. Et dicunt extra vineam, id est, extra scripturam occisum Christum, scilicet, quia non credentes Iudaei scripturam, quae de Christo testimonium perhibebat, Ioan. 5. occiderunt eum. Sic dicit Theophilus. Quidam autem per vineam scripturam intellexerunt, cui non credentes dominum necauerunt, unde extra vineam, id est, extra scripturam dicitur dominus passus.

Quinto potest accipi eiectus extra vineam, id est, mentes Iudaeorum, quae erant vinea domini: quia prius illi de mentibus suis eum eiecerunt, quia illum occiderunt. Nam non occiderent nisi eieissent. Sic dicit Beda: Eiectus extra vineam, & occisus est: quia prius est ab infidelium corde repulsus, & deinde cruci additus est. Sexto dicendum, quod accipitur extra vineam occisus, id est, extra urbem: nam extra Ierusalem passus est: erat enim Ierusalem vinea domini, quia ibi erat templum, & tota legalis obseruatio, & extra urbem eiectus est ad occidendum. Nam baiulans sibi crucem exiit in eum locum, qui dicitur Caluariae locus, Io. 19. c. & hoc Christus facere voluit, quia ipse offerebatur pro peccatis nostris in hostiam Deo: hostia autem, quae pro peccato populi occiditur, extra castra crematur. Leuit. 4. c. Ideo Christus, ut hoc in seipso ostenderet, voluit extra portam pati. Sic dicitur ad Hebr. 13. c. scilicet, Quorum nauisium inferitur sanguis, pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra: propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est: & iste est verus sensus. Sic dicit Theophylactus: Eiecerunt eum extra vineam, id est, extra Ierusalem, extra ciuitatem quippe crucifixus est dominus, & idem tenet Beda.

*An Christus responderit parabolam, quam proponebat, vel principes sacerdotum, aut alij. Quest. CLXXXVII.*

**Q**VAERETVR, circa istam responsionem ad parabolam, an ipsemet Christus responderit parabolam. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

abolam quam proponebat, vel responderint principes sacerdotum, aut alij.

Dicendum, quod discordia quaedam apparet in hoc in verbis Euangelistarum: quia Matthaeus ostendit hic, quod principes responderunt: dicit enim. Aiunt illi, malos male perdet: sed Marcus, & Lucas videntur ostendere, quod Christus potius responderit sibi ipsi: quia Mar. 12. c. dicitur, quod Christus dixit, quid ergo faciet dominus vineae, & sequitur: veniet, & perdet colonos, & ita questio & responsio sunt eiusdem.

Dicendum videtur, quod principes sacerdotum dixerunt, veniet & perdet colonos, sicut Matthaeus vult. Nam ipse asserit, quod illi hoc responderint, ideo necesse est asseri, quod hoc responderint: & et hoc erat conueniens ad hoc, quod ipsi ore suo condemnauerunt. Ad Marcum autem dicendum, quod etiam Mar. idem sensit, sed locutus est breuiter, & oportet suppleri, quod illi principes hoc dixerunt: nam ait, quid faciet dominus vineae, veniet, & perdet colonos. Illud verò, quod faciet dominus vineae, manifestum est, quod dixerit Christus, ut colligitur ex praecedentibus: sed illud, veniet & perdet colonos non dicit Marcus quis dixerit, & ideo poterat dici, quod ipsemet Christus, hoc sibi ipsi responderit: vel alius hoc dixerit, qui non exprimitur, & quia Matthaeus expressit, quod illud dixerit, oportet Marcus exponi per Matthaeum.

Secundo dicunt aliqui, quod verum est, quod principes sacerdotum hoc responderunt, sicut Matthaeus dicit: & tamen Marcus videtur attribuere hoc Christo: quia ista responsio est vera, & omne verum a Christo est, cum ipse sit veritas. Ioan. 14. c. sic dicit Augustinus lib. de Concord. Euangelista. f. & quidem Matthaeus illos respondisse subiungit, atque dixisse, malos male perdet, quod Marcus hic non ab ipsis responsum esse commemorat, sed dominum post interrogationem suam, ipsum sibi quodammodo respondisse: Sed facile potest intelligi, vel illorum vocem ita subiunctam, ut non imponeretur illi responderunt, aut illi dixerunt, sed tamen intelligeretur: aut ideo rationem istam domino potius attributam: quia cum verum dixerunt, & de illis hoc ipse respondit qui veritas est. Tertio dicunt alij, quod verum est, quod Christus responderit sibi ipsi sicut Marcus innuit, & principes responderunt hoc Christo, sicut Matthaeus expressit hic asserit, & non est contrarietas: quia potuit esse, quod Christo querente, quid faciet dominus vineae: responderint statim principes dicentes, malos male perdet. Et postquam illi responderint Christus resumpsit eorum verbum, quasi ipse, proponat quoniam, & responderat. Primum posuit Matthaeus: sicut tenet Marcus. Sic dicit Chrysolostus. Non est hoc contradictionis, etenim vtraque facta sunt: quia, si ipsi primo hoc responderunt, & postea dominus illa iterauit. Sed prima de istis tribus positionibus est melior: Tertia est potest teneri aequaliter. Secunda verò non est verisimilis, quia eodem modo oia vera, quae aliqui asserunt diceret Christus dixisse: & ita tolleretur certitudo historiarum. Sed adhuc videtur, quod nulla istarum trium positionum stet, quod non solum non responderunt principes istud: sed potius contradixerunt tali responsioni. Sic patet Luc. 20. c. Quid ergo faciet dominus vineae? veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs: quo audito dixerunt illi, absit. Et ita manifestè ostendit Lucas, quod Christus quaesierit, quid faciet dominus vineae, & ipsemet responderit dicens, veniet, & perdet colonos istos, & tunc principes audientes sententiam istam eius dixerunt absit. id est, non erit sicut dicitis, vel non debet esse sic. Dicendum, quod potest dici vno modo. Principes sacerdotum, statim audientes parabolam, considerantes consequentiam rerum, & non aduertentes quod contra eos diceret, dixerunt veniet, & perdet colonos, sicut dixit Matthaeus, & Marcus: postea verò considerantes, quod contra eos caderet ista sententia, quasi emedantes dictum suum dixerunt, absit, id est, non erit sic sicut



credebamus : & illud Lucas expressit, & ex ambobus plena narratio colligitur: sic dicit Theophylactus, scilicet, Mattheus videtur aliter dicere, quam Lucas, id est, dominum quæsiuiffe quid faceret cultoribus vineæ dominus: Iudæos verò respōdisse, malos malè perdet. Non est autem repugnantia: nam vtrunq; factum est. Primò enim ipsi promulgauerunt illam sententiam, postea sentientes, quo tendebat parabola, dixerunt, absit, sicut Lucas narrat. Sic etiam dicit Chrysof. Dominus propter hoc eis parabolā proposuit, vt ipsi non intelligentes contra se sententiam proferrent, sicut & ad Dauid per Nathan factum est: rursus autem intelligentes contra se esse, quæ dicta sunt dixerunt, absit. Secundò dicunt quidam, quòd principes vtrunq; responderunt, scilicet, malos malè perdet, vt ponit Mattheus, & etiam absit. Et simul hoc responderunt, licet contradictio sit pro eodem tempore, & tamen primum dixerunt in corde videntes consequentiam rerum. Secundum dixerunt in ore apertè repugnantes veritati, quia contra eos erat. Primum ergo, quod in corde erat, posuit Mattheus, secundum quod in ore posuit Lucas, sic dicit Chrysof. Lucas quidem secundum respōsionem eorum & filium dñi, & ideo pro primo merebant, qv vinea auferret ab eis, & daretur alijs, qui fructum redderent temporibus debitis. Pro secundo digni erant multis supplicijs, qui rem tam scelestā exercuerant: ita isti sequentes rationem vtrunq; diffinierunt. scilicet malos male perdet, & agricolas, qui fuerunt mali in occidendo filium, & seruos dominus perdet. i. occidet malè. i. crudeliter: quia multis erant digni cruciatibus, cum talia egissent. Et vineam suam alijs locauit agricolis. scilicet isti non reddebant fructum terræ debitum. Quantum ad significationem dicendum, qv etiam duo distincta sunt cōtra principes sacerdotum, & alios qui erāt agricolæ huius vineæ. primum quòd perirent: secundum quòd vinea traderetur alijs. Peccauerant. n. primò, quia toto tpe hoc noluerant reddere fructum iustitiæ, neq; inducere populum ad hunc fructum Deo reddendum, sed auaritia studebant extorquentes quidquid poterant, & detinentes populum i hac vmbra ceremoniarum, vt semper ipsi lucra de his caperent. Si quis verò ad veram iustitiam hortari vellet, non solum non obtemperabant, sed & auerrebāt populum ab eo, vt non crederet monitis salutis: ne sic discederet a cōsuetudine offerendarum hostiarū, & impensione soliti honoris. Secundò peccauerāt occidendo seruum, & filium: quia Deus miserat prophetas multos ad dicendum & exhortandum, vt auerteretur populus a malo, & redderet Deo fructū iustitiæ: principes autem sacerdotum, & seniores, & pharisæi vidētes illos hortari contra intentionem suam, occidebāt eos, & nouissimè Christum Dei filium vnigenitū occiderunt. Pro primo ergo, qv ablata fuit vinea de manibus istorum principum, & translatus fuit principatus in alterum modum. scilicet in modum ecclesiasticū, vbi non sunt principes illi, qui erant in veteri testamento, neq; aliqua emolumenta capiunt. Pro secundo fuit crudelis eis immissa hostilitas Romanorū, qui comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt, non solum principes, sed etiam totam gentem quæ inuēta fuit in Ierusalem peccatis suis exigentibus, illos comminuit, delentes, occidentes, vendentes, disperdentes, & locū ipsū a fundamentis euertentes, vt impletur verbum Christi: Luc. 19. c. qv nō relinqueretur in Ierusalem lapis super lapidem. De hoc dicit Theoph. Dominus ergo vinea est pater filij interempti, & ipse filius interfectus, qui perdet colonos tradens ipsos Romanis, & vinea. i. populum dabit alijs colonis. i. apostolis: perlegas actus apostolorū, & inuenies tria millia, & quinque millia repente credentium & fructificantium Deo.

F autem, & tertia satis conuenit: & tñ prima videtur conuenire magis literè Matthei hic, & dicitis nostris supra, quia supra innuitur, qv Christus loquebatur ad principes sacerdotum: litera autem dicit hic, aiunt illi: malos malè perdet: ideo videtur de principibus sacerdotum iuxta primam expositionem accipiendum. Si autē velimus tenere tertiam, quam tenet Aug. est dicendū, qv responderunt illi, quibus Christus nūc loquebatur: & quia non solum locutus est principibus, sed etiā coram plebe, & ad plebem, vt dicitur Luc. 20. responderunt aliqui de plebe id, quod hic dicit Mattheus, scilicet, malos malè perdet: potest tamen fieri vtraque expositio duarum.

Quare isti responderunt malos malè perdet. Questio CLXXXVIII.

QVAERETVR, quare responderunt isti, malos malè perdet. Dicendum, qv pertinet hoc ad parabolā, & ad significationem, de parabola manifestum est. Nā isti agricolæ noluerunt reddere fructus aliquos de vinea, & insuper occiderant seruos & filium dñi, & ideo pro primo merebant, qv vinea auferret ab eis, & daretur alijs, qui fructum redderent temporibus debitis. Pro secundo digni erant multis supplicijs, qui rem tam scelestā exercuerant: ita isti sequentes rationem vtrunq; diffinierunt. scilicet malos male perdet, & agricolas, qui fuerunt mali in occidendo filium, & seruos dominus perdet. i. occidet malè. i. crudeliter: quia multis erant digni cruciatibus, cum talia egissent. Et vineam suam alijs locauit agricolis. scilicet isti non reddebant fructum terræ debitum. Quantum ad significationem dicendum, qv etiam duo distincta sunt cōtra principes sacerdotum, & alios qui erāt agricolæ huius vineæ. primum quòd perirent: secundum quòd vinea traderetur alijs. Peccauerant. n. primò, quia toto tpe hoc noluerant reddere fructum iustitiæ, neq; inducere populum ad hunc fructum Deo reddendum, sed auaritia studebant extorquentes quidquid poterant, & detinentes populum i hac vmbra ceremoniarum, vt semper ipsi lucra de his caperent. Si quis verò ad veram iustitiam hortari vellet, non solum non obtemperabant, sed & auerrebāt populum ab eo, vt non crederet monitis salutis: ne sic discederet a cōsuetudine offerendarum hostiarū, & impensione soliti honoris. Secundò peccauerāt occidendo seruum, & filium: quia Deus miserat prophetas multos ad dicendum & exhortandum, vt auerteretur populus a malo, & redderet Deo fructū iustitiæ: principes autem sacerdotum, & seniores, & pharisæi vidētes illos hortari contra intentionem suam, occidebāt eos, & nouissimè Christum Dei filium vnigenitū occiderunt. Pro primo ergo, qv ablata fuit vinea de manibus istorum principum, & translatus fuit principatus in alterum modum. scilicet in modum ecclesiasticū, vbi non sunt principes illi, qui erant in veteri testamento, neq; aliqua emolumenta capiunt. Pro secundo fuit crudelis eis immissa hostilitas Romanorū, qui comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt, non solum principes, sed etiam totam gentem quæ inuēta fuit in Ierusalem peccatis suis exigentibus, illos comminuit, delentes, occidentes, vendentes, disperdentes, & locū ipsū a fundamentis euertentes, vt impletur verbum Christi: Luc. 19. c. qv nō relinqueretur in Ierusalem lapis super lapidem. De hoc dicit Theoph. Dominus ergo vinea est pater filij interempti, & ipse filius interfectus, qui perdet colonos tradens ipsos Romanis, & vinea. i. populum dabit alijs colonis. i. apostolis: perlegas actus apostolorū, & inuenies tria millia, & quinque millia repente credentium & fructificantium Deo.

Applicatio

Applicatio istius parabole in speciali, quo ad singulas eius partes. Questio CLXXXIX.

QVAERETVR, de applicatione parabole istius in speciali. Dicendum, quòd dicitur homo paterfamilias plantare vineam, & iste est Deus qui plantauit vineam, sed vocatur homo tam propter parabolæ conuenientiam, quia ille, qui vineam plantaret homo esset, tam propter attributionem. Nam Deus solet vocari homo propter communicationem in actibus rationis cum homine: & ita Christus loquitur de patre suo, tanquā de homine Io. 8. dicens, quòd nō est solus, sed pater est cum eo, & in lege scriptum est, qv dorum hoium testimonium verum est, & ita se, & patrem suum vocauit duos homines: & et dæmon, qui non est homo, vocatur homo propter communicationem rationis. supra 13. capit. inimicus homo superseminauit zizania. Ille tamen, de quo Christus intellexit, est diabolus, qui seminauit zizania super triticum, de quo dicit Chrysof. Homo dicitur Deus, nomine, non natura, similitudine non veritate: vocauit eum etiam patremfamilias, & rectissime. Non enim putauit Christus satis esse Deum conditorem vineæ nominare hominem, nisi & patremfamilias vocaret, quia paterfamilias curam gerit familiæ, & est nomen potestatis, regiminis, prouidentia, & sollicitudinis. Et hoc fuit conueniens Deo in presenti: nam in quantum fructus ex vinea querit, & seruos, & filium mittit, sollicitudinem de vinea habet: & ideo prouidentia eius ostenditur, ad quam designandam debuit vocari paterfamilias vineam plantauit: quæ autem sit vinea ista multi variant, & tamen non videtur esse alia vinea, nisi populus Iudæorum: sic enim scriptura solet eum vocare vineam. Ps. 79. Vineam de Aegypto transtulisti. i. populum Israel, & Isa. 5. vbi ponitur parabola cantici cōtra vineam dicit propheta exponēs se, vinea domini exercituum domus Israel est, & viti luda germen delectabile eius. De hoc dicit Ambrosius super Lucā: Plenique autem varias significationes de vineæ appellatione deriuant, sed euidenter Isa. vineam Domini Sabaoth domum Israel esse memorat. Dicitur, quòd plantauit eam, & rectè. Non enim ab alio donatam accepit, aut emit, sed plantauit, quia populum Israel Deus condidit. Etiam ipse fecit primò, vt esset sibi in vineam, quando dando legem accepit eum in populum, & vt ipse eis esset in Deum. Exodi 19. cap. & non fuerat ante hoc populus ille vinea alieuius, quia nulli specialiter fuerat subditus, sed ipse ab origine istum populum sibi separauit, & Abraham, qui fuit caput separans gentem hanc à cœteris populis: vel dicitur, quòd plantauit vineam, quia plantare significat radices in terra ponere: Deus autem sic fecit firmiter ponendo Israelitas in terra Chanaan, & ideo plantasse eos dicitur. Sic accipitur Psal. 79. scilicet, vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eā. Dicitur, quòd sepe circumdedit eam, quòd aliqui de muro vrbs accipiunt: nam, vt dixi supra quæstio. 89. Christus extra vineam passus est, id est, extra Ierusalē: & ita sepes vineæ murus vrbs fuit, qui ex speciali Dei dono factus est: nam per captiuitatem Babylonicam rupto, & deiecto toto muro ad terram, non potuit obtineri licentia ad reficiendum, & instaurandum sine speciali Dei munere: Neemias enim orabat, & iugebat, & ieiunabat, vt Deus daret gratiam obtinendi hæc à Dario rege, siue Artaxerse: Neem. 1. & 2. c. & dedit sibi dominus gratiam, vt inter quatuor iuvenes sapientes sententia eius esset excellentior: & ita rex dixit ei, quòd peteret quod vellet, & petiuit, quòd ædificaret muros Ierusalem, & cōcessum est. secundum Esdra quarto capitulo, etiam in instauracione fuit.

Alph. Toit. super Euang. Matth. Pars V.

A magna difficultas, quæ sine Dei dono non poterat superari impediens omnibus vicinis eorum instauracionem hanc, ita vt mediætas eorum faceret opus, & mediætas teneret lanceas essentque armis accincti, Neemiæ quarto capitulo: & ideo Deus specialiter dicitur dedisse muros Israel, id est, sepe. Alij volunt, quòd sepes dicatur custodia angelorum, quia præter hoc, quòd cuiilibet viro, id est animæ datur vnus angelus, vt ait Hieronymus, dantur populis angeli, qui sunt custodes populorum, & respiciunt ad bona publica: & ita Iudæi habuerunt custodiam angelicam: erat quippe Michael vnus de principibus ipsorum. Daniel decimo capitulo: Gabriel quoque agebat causam ipsorum contra principem Perfarum. eodem capitulo, de hoc dicit Hieronymus: Sepem circumdedit ei: id est murum vrbs, vel angelorum. præsidia. Alij dicunt sepe præsidia, quæ recipiebat populus iste ex meritis patrum iustorum, qui in eo fuerant: sic dicit Chrysof. Sepem intellige custodiam patrum iustorum, qui tanquam murus facti sunt populo Israel. Alij vt Nicolaus accipiunt sepe pro clausura legis sub determinatis præceptis: quòd etiam intelligi satis potest: sed potius Deus ponit hic ea, quæ pertinent ad beneficium, quam ad arctacionem. Sed dicitur, quomodo Deus ponit hic tanquam beneficium custodiam angelorum: quia hoc generale est, & omnibus hominibus, & populis Deus hoc concedit, sicut de gente Perfarū patet: erant enim illi idolatra, & tamen Deus dederat illis angelum principem, qui procuraret negocia eorum contra principes Iudæorum. Daniel decimo capitulo. Dicendum vno modo, quòd etiam de eis, quæ naturaliter habentur, gratiarum actiones reddendæ sunt. Nam ista naturalia vocamus, quia omnibus conceduntur: Deus tamen nobis illa liberè, & non ex necessitate aliqua donat: de omni autem tali gratiarum actio reddenda est: vita enim communis est omnib; & tamen de vita est reddenda gratiarum actio, quia in manibus eius est status noster. Daniel quarto. Et mala, & bona, quæ viuentes patimur, & recipimus. Psalmo trigésimo: In manibus tuis sortes meæ sunt. Secundo potest dici, quòd licet dare angelos custodes sit commune: tamen dare angelos, qui multum, aut parum custodiant est speciale. Quidam enim valde custodiuntur, ita vt nulla mala ad eos penetrent. Alij verò tam remissè custodiuntur, quòd videntur penitus destituti: Deus autem Iudæis concesserat angelos, qui eos ab omni malo illætos seruarent, quamdiu in cultu Dei manere vellet iuxta illud Psalms nonagesimi: Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et si contingat cadere eum, qui sic custoditur, adhuc angeli obseruant, ne cadens lædatur. Psalmo 36. Apud dominum gressus hominis dirigetur, & viam eius uolet, cum ceciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Erat igitur magnum beneficium, quòd Deus tales angelos custodes Iudæis daret. Dicitur vltra, quòd ædificauit in ea torcular: aliqui esse volunt prophetas torcularia, quia spiritu Dei quasi quodam musto pleni erant. Sic dicit Hilarius, scilicet, Prophetas quasi quadam torcularia aptauit, in quos multi modo quædam vbetas Sancti Spiritus feruentis influeret. Alij verba Dei torcularia dicunt a torquendo, quia torquetur homo illa custodiendo Psalmo decimo sexto. Propter verba laborum tuorum ego custodiui vias duras. Sic dicit Chrysof. Torcular est verbum Dei, quòd cruciat hominē contradicente natura carnis. Alij paltari accipiunt quod in templo erat, velut in quo torculari sanguis omnium

Ll 3 inolan.

imolandum animalium fundebatur, & ita accipit Hieron. & Beda, & est conueniens modus; vel prophetis, vt supra dictum est, accipitur: quia sicut in torculari exprimitur succus, quem vna tenet: ita & in prophetis doctrina legis magis exprimebatur. Turrim quoque edificauit, quam aliqui volunt esse templum, quod intra vineam, id est, urbem Ierusalem erat, id est, in loco eminentiori, & etiam in modum turris formatum, sic dicit Chrysof. Turris est templum, de quo dicitur per Micheam, & turris nebulosa filie Syon. Alij accipiunt per turrim excellentiam legis: nam reddebatur populus valde excellens habendo talem legem. Sic dicitur Deuteronomio 4. capitulo, scilicet: Quae est alia gens sic incluta, vt habeat ceremonias iustasq; iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros: vel quia turris est alta, & est ad speculandum inde aliquid: ita Iudaei per legem poterant speculari aduentum Christi. Sic dicit Hilarius, in turri eminentiam legis extruxit, quae in coelum ex solo egressu prouheret, & ex qua speculari Christi posset aduentus. Alij autem aliter ea accipiunt permutando aliqua de dictis: Sic ait Hieronymus: Vineam domus Israel est: sepes est custodia angelorum: lacus lex: turris templum: agricolae sacerdotes. Beda autem dicit: Sepes murus est vrbis, lacus siue torcular altare, aut illa torcularia, quorum tres psalmi titulo praenotantur. Dicitur, quod locauit eam agricolis. Bene dicitur locare vineam agricolis: iste paterfamilias, qui praecedenti capitulo, operarios dicitur conduxisse in vineam suam. Sic dicit Beda: Homo, qui plantauit vineam ipse est, qui iuxta aliam parabolam conduxit operarios in vineam suam: sed isti coloni, quibus locata est vinea, sunt principes sacerdotum, & sacerdotes, & leuitae, & legisperiti, & huiusmodi, ad quos cura populi erudiendi circa legem Dei, & religionem incumbebat, & qui profectum spiritualem in eis quaerere debebant. Sic dicit Eusebius: Colonis, id est, senioribus populi, principibus sacerdotum, doctoribus, & optimatibus cunctis. Et Chrysofostomus dicit: Quando, scilicet per legem constituti sunt sacerdotes, leuitae & procuracionem regendi populum acceperunt, coloni facti sunt, & vinea eis locata est.

Alij dicunt, quod colonus huius vineae est quilibet. Sic dicit Theophyl. scilicet: Quilibet de populo est vinea, & idem est cultor: quilibet enim nostrum seipsum colit. Sed dicendum, quod iste sensus non conuenit huic parabola: quia tunc eadem esset vinea, & agricolae, sed repugnat parabola sententia, & conclusio: quia agricolae perduntur, & vinea committitur, alijs agricolis: ergo alia est vinea quam agricolae.

Secundo, Christus loquebatur ista contra principes sacerdotum, & seniores, & scribas, & non contra populum, vt patet infra in litera, & Marc. 12. Et propter hoc ipsi soli eum occidere volebant, & niterentur efficere, nisi populum timuissent: ergo soli illi erant, qui vocantur coloni, & quibus vinea auferenda est, vt alijs detur agricolis. Dominus vineam peregre profectus est, scilicet, Deus: non quidem, quod nobis aliquo tempore absens sit, cum nulla sit res cui praesens non sit: sed quia cum ad eum pertineat pro malis penam, & pro bonis inferre retributionem, quam nunc ratum, & tardum infert, dicitur absens esse: tunc autem esse praesens dicitur, quando pro delictis faciet vindictam. Et dicitur absens: quia cum dominus vineam istam ita diligat, si praesens esset, non sineret eam male tractari, & occidi seruos & filium: quia si pater familias sciret non sineret perfodi domum suam: Luc. 12. cap. Et agricolae scientes presentem dominum, & superin cumbentem eis, & singulos eorum actus inspicietem, non auderent talia qualia fecerunt. Absens ergo vide-

tur cum talia permittit, & libero arbitrio nostro loci esse finit. Sic dicit Hieron. & Theophyl. Peregre profectus est non loci mutatione, neque enim Deus alicubi abesse potest, quo complentur omnia: sed abire videtur a vinea, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat. Chryf. Etiam dicit peregre profectus est, id est, longanimitatem habuit non semper eorū peccatis penas inducens, sed Luc. 20. dicitur, quod fuit peregre multis diebus, scilicet, a principio legis datae vsque ad aduentum Christi, & immisionem Romanorum super Iudaeos. Nam tunc paterfamilias venit, quando malos male perdidit, & vineam suam alijs locauit: & tamen colonos perdidit missis exercitibus Romanis super Iudaeos: ideo longo tempore peregrinatus est: & hoc ponitur ad ostendendum magnitudinem culpae colonorum: quia quanto diutius tolerati sunt, tanto culpabiliores effecti, qui fructum nullum domino reddiderunt. Sic dicit Ambrosius super Lucam: Non fuit peregre, quia ad locum ex loco profectus est dominus, qui vbiq; semper praesens est, sed quia praesentis est diligentibus, negligentibus autem abest, multos autem temporibus abfuit, ne propera videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior peruitiatia. Alij putant peregrinationem referri ad corporalem absentiam, sed quia ex quo Deus esse ostendit in rubo, in specie ignis, nunquam postea visus est vsque ad Christum. Sic dicit Cyrillus, Deus absentauit se a vinea plurimum annorum curriculum: quia postquam visus est in specie ignis descendens in montem Syna, non amplius visibiliter praebuit eis suam praesentiam. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, omne tempus erat tempus fructuum huic vineae, quia non materiales, sed fructus iustitiae redditura esset. Sed dicitur cum esset tempus fructuum ad imitationem vineae materialis, quae certis temporibus, & non alijs fructum reddit, & bene omne tempus est fructuum: quia etiam omni tempore mittuntur, qui fructum petant, & procurrent. Et vt quidam volunt dicitur tempus fructuum, & non prouentum: quia fructus est, quem vinea gignit. Prouentus est redditus, qui dno datur de vinea: & quia nihil dno a vinea datum est, non fuit tps prouentuum, sed reddituum. Sic dicit Beda, & Rabanus, Tempus fructuum posuit non prouentuum: quia nullus fructus est populi contumaciae, sed satis potest dici, quod dixit tempus fructuum. i. in quo colliguntur fructus de vinea. Sic innuit Luc. 1. & in tpe vindic. vinea missa ad cultores seruos, vt de fructu vineae darent illi. Et non dixit vt darent illi fructum vineae. s. totum, sed de fructu vineae. i. aliquam partem illius. Sic dicit Theophyl. De fructu vineae, quia non totum fructum volebat, sed aliquid de fructu: nam quid lucratur Deus a nobis, nisi suam notitiam, quae etiam est nostra utilitas: sed quia Mattheus dicit hic, vt acciperent fructus eius: Luc. dicit aliquid de fructu. Sic soluitur, quia Mattheus vocat fructus. i. prouentus, vel redditus, scilicet omnes prouentus, quos de vinea habere debebat. Lucas autem accepit fructus pro eis, qui in vinea gignuntur, & illi non erant totaliter dandi dno: quia tunc nihil haberent agricolae de labore suo. Et agricolae apprehensis seruis, alium occiderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt. Isti serui sunt prophetae, quos misit Deus ad praedicandum Iudaeis: & hoc erat fructum ab eis reperere: quia per doctrinam suam hortabantur eos ad spiritualia, & ad cauenda vitia. Sic dicit Chrysofostomus: Semos dicit prophetae, qui offerunt quasi sacerdotes Deo populi fructus, id est, obedientiae ostensionem per opera: quod autem dicitur cesos, occisos, lapidatos ad literam est intelligendum: quia omnes prophetae persequebantur Iudaei. Sic dicit Stephanus, Actuum 7. cap. Quem prophetae non persecuti sunt patres vestri, & occiderunt

eos

eos qui pronuntiabant de aduentu iusti. Et hoc etiam tangit apostolus ad Hebr. 11. Lapidati sunt, secti sunt, in occisionem gladii dati sunt. Cesi autem dicuntur, qui percussi non mortui sunt, vel non statim: sicut Ieremias catenatus multa sustinuit in vestibulo carceris: Iere. 37. et 38. c. & tunc non occisus est, sed solum mala passus, & ab eis liberatus: quia ciuitate irrupta per Chaldaeos, solutus est de carcere per Nabuzardan principem exercitus Chaldaeorum, & data est illi licentia eundi, quod vellet: Ieremiae 39. et 40. capitulo. Lapidati sunt aliqui, vt Naboth. 3. Reg. 21. & Zacharias propheta, quem lapidauit rex Ioas secundo Paralipome. 24. capitulo. & Ieremias quoque postea in Aegypto a Iudaeis lapidatus est. Occisi autem sunt plurimi, vt Isaias diuisus ferra per medium. Nam Achab rex Israel, & Iezabel impiissima vxor eius occidebant omnes prophetas domini, ita vt nemo palam inueniretur: sed Abdias dispensator regis pascebat eos in locis occultis quinquagenos, & quinquagenos. 3. Reg. 18. & Helias conquestus est de hoc. 3. Reg. 19. capit. scilicet. Domine altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt, & relictus sum ego solus, & quaerit animam meam. Sic etiam Manasses occidit multos prophetas. Nam dicitur 4. Reg. 21. quod effudit sanguinem innoxium multum in Ierusalem, & repleuit eam vsq; ad os. De his dicit Hieronymus: Ceciderunt quidem, vt Ieremias: occiderunt quidem, vt Isaiam: lapidauerunt, vt Naboth, & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare. Iterum misit alios seruos plures prioribus. In hoc apparet Dei benignitas: occidebat Iudaei prophetas, quos ipse mittebat ad eorum utilitatem, & ipse non cessabat adhuc mittere: sed quando aliquos occidebat, plures alios mittebat: quia maior est Dei benignitas, quam humana iniquitas. Sic dicit Chrysof. per singulos autem gradus Iudaicae malitiae Dei misericordiae addebatur: & per singulos gradus diuinae misericordiae malitia Iudaeorum crescebat, & sic contra Dei clementiam malignitas humana certabat. Dicitur autem, quod misit plures prioribus: quia a principio missionis prophetae pauciores erant, postea vero multi erant, ita vt essent greges prophetarum, sicut cum Samuele. 1. Reg. 10. & 19. ca. Et cum Eliseo erant multi filii prophetarum, & Elia. 4. Re. 2. et 4. et 6. c. sic dicit Hilarius: Missi autem sunt plures prioribus, illud tempus designat, quo post singulorum prophetarum praedicationem plurimum simul numerus prophetarum emissus est. Alij intelligunt per primos nuncios Moysen & Aaron, qui cesi, lapidati, & occisi sunt lingua non opere, p alios multos plures significantur omnes prophetae posteriores. Sic dicit Rabanus: Primi serui, qui missi sunt, ipse legifer Moyses intelligitur, & Aarō primus sacerdos Dei, quos cesos flagello linguae vacuos dimiserunt: quomodo autem applicetur litera secunadum Marcum, qui ponit primo, & secundo et tertio seruos missos, qui illi sint declarabitur Mar. duodecimo. Nouissime autem misit filium. Verè nouissime, quia post Christum non fuit missus aliquis propheta ad Iudaeos: licet enim post Christum, multi prophetae fuerint in ecclesia, vt innuitur Actuum. 11. et 1. Corint. 14. & semper maneant in ea aliqui vsque ad finem saeculi: ad Ephe. 4. cap. Tamen ad Iudaeos nullus postea propheta missus est, neque mittetur: quia iam sunt vt deserti a Deo, et cessauit status eorum: neque est aliqua spes de illis, nisi ad Christum conuerti voluerint. Et est causa potissima, ne eum, qui post Christum mitteretur, Christum esse putarent, & daretur eis occasio ad fouendum errorem suum.

Dei benignitatis ostensio.

Chrysof.

**A** Quare Deus post omnes prophetas misit filium suum, & non in principio. *Questio CXC.*

**S**ED dicitur, quare Deus post omnes prophetas misit filium suum, & non in principio? Dicendum, quod hoc conuenit ad rationem parabolae & significationis. De parabola patet, quia paterfamilias voluit facere circa colonos quidquid potuit, vt eos ad bonum conuerteret: & quia licet non audierant seruos, poterat esse, quod attenderent ad filium propter dignitatem illius, missus est filius post seruos, & hoc dicitur litera, scilicet, verebuntur filium meum. Est etiam ratio ex parte significationis: quia tunc filius debuit mitti, quando magis eum erubescerent, & facerent, quod ille vellet: in principio autem non ita attenderent, quia nullum erat malum cuius consideratio eos retraheret ab ulteriori agendo. Post seruos autem occisos consideratio malorum, quae fecerant eos retrahere debuisset, vt a filio abstinerent. Sic dicit Chrysof. Quare autem non confestim filium misit? respondit, scilicet, vt ex his, quae ad alios fecerant seipso accusarent, & furorem dimittentes verecundarentur. Secundo fuit, vt sufficienter appareret culpa colonorum, & daretur eis sufficiens tempus penitendae, occiso enim filio, tantum erat scelus, quod non diu erat differenda vindicta: & ita si filius a principio mitteretur, & occideretur statim daretur vltio de agricolis, & daretur vinea alijs, & ita paucio tempore erudirentur, & expectarentur, quod non conuenienter fieret: fuit ergo conuenientius, quod mitterentur prius multi serui, id est, prophetae, & illos occiderent, et ita magis admonerentur, et magis esset peccatum suum intolerabile, vt occiso filio statim esset tempus vltionis.

Tertio, quia Deus dedit statum legis Moysi, vt aliquanto tempore duraret: filius autem veniens mutaturus erat statum illum ad alium, ideo non debuit statim venire, sed post longum tempus a datione legis, & ita interim multi prophetae mitterentur, & occiderentur. Quarto, quia filius erat magni honoris, cum esset Deus, & debuit sibi dari honor decens, quando veniret, non daretur autem si ignoraretur aduentus eius, & quis esset: ideo debuit notificari antequam veniret: ista autem notificatio per prophetas fieri debebat, ideo debuerunt praecedere prophetae ad Christi aduentum: nam si non praecederent prophetae, & ipse veniret, eumq; occiderent, culpam suam sub ignorantia excusarent, dicentes, quod quia nescierant occiderant, ideo non solum prophetae multi debuerunt praecedere, qui eum notificarent: sed etiam debuit aliquis venire, qui eum ad oculum ostenderet, iste fuit Ioannes baptista. Quinto fuit propter nos: quia filius veniens daturus erat nouum statum, qui erat excellentius, ad quem non erant apti homines, quia principio erant imperfecti, sed debebant erudiri sub alio statu minus perfecto ad Deum pertinente, vt postea ad statum perfectum transferrentur: & ideo debuit durare aliquanto tempore lex Moysi, & ita esset tempus mittendi prophetas multos antequam mitteretur filius. Hoc significat apostolus ad Galatas quarto, Comparans statum veteris testamenti, & noui sicut pueri & viri. Non ergo debuit statim mitti filius, sed post multa tempora, in quibus iam missi essent prophetae: quando autem missus est filius, dixit pater: verebuntur filium meum: quomodo hoc dixit, cum non veriti fuerint eum, declarauit esse supra: agricolae autem videntes filium, scilicet sacerdotes, & seniores, qui agricolae dicuntur, videntes Christum, qui erat filius, dixerunt, hic est heres. Recte in hoc dicitur: quia verè erat cum esset filius: et in hoc innuitur, quod Iudaei agnouerunt Iesum esse filium Dei, vel esse Messiam, vel Messiam.

In q. 187.

Iudaei cogouerunt Iesum Deum esse filium, vel Messiam.





parietum in parte suprema. & dicitur, qd hoc factu est a Domino, qui voluit, qd aliquis lapis contemneretur & reproberetur, qui postea collocaretur in optimo loco, & non accidit per errorem aedificatorum: & ita...

Mirabile, qd continetur in edificatione templi Salomonis.

Dicendum, qd hoc procedit pro tanto, quia ad ostendendum quandam excellentiam aedificationis templi Domini factum est, qd neque ligna secarentur, neque dolarentur in loco templi: neque lapides polirentur, aut cederentur: sed longe in montibus vbi cedebantur ligna dolabantur, & reddebantur ad mensuras, & figuras suas determinatas: & perforabantur in locis vbi concatenatione clauorum opus erat: lapides quoque in montibus cedebantur, dolabantur, quadrabantur, poliebantur, & ad figuras suas reddebantur: ita vt postea ponerentur ad locum aedificij, nihil opus esset in eis facere, sed solum ponere in locis suis tam lapides quam ligna, & clauos mittere in locis, in quibus iam foramina facta extiterant: & tam diligens, & exacta, imo & exactissima fuit ista operatio facta in montibus, & lapidicinis, quod nihil fuit opus dolari, neque secari in aedificatione templi. Et ita factum est mirabile, quod cum aedificaretur templum non fuit audita ferra, neque malleus in domo Domini 3. Reg. 6. f. Malleus, & securis, & omne aramentum non sunt audita in domo Domini, cum aedificaretur. Nec obstat cum alij dicunt, f. quod erat sanguis cuiusdam vermis, quem Salomon inuenerat artificio ciconicarum, de quo linea facta super lapidem, vel lignum scindebatur per locum assignatum. Non est enim verisimile: primum quia dato quod aliquid tale fuisset, ista q sunt sic preciosa sunt rara. Quis ergo tantam sanguinis huius vermis copiam inueniret ad figurandos, & finiendos singulos lapides, & singula ligna per omnia loca, cum essent velut infinita ligna, & lapides pro tanto aedificio? Secundum, quia dato, quod esset copia huius sanguinis, velut aque, non videbatur sufficere, quia hoc esset ad scindendum ligna, & lapides per lineam rectam: sed non ad poliendum, & planandum: quantumcunque enim lignum aliquod sibi lineam rectam scindatur, indiget politione, quae est opus runcinae. Omnia autem ligna, quae ponebantur in templo Domini polita erant, cum esset opus preciosum: & non relinqueretur aliquid rude, & imperfectum in tali aedificio: id sanguis ille fabulosus non sufficeret ad faciendum: quidquid in lignis, & lapidibus fieri deberet: sed esset in super necessaria politura, quae fieret cum ferramentis. Tertio, & precipue, quia hoc falsum est: nam scriptura asserit lapides quadratos, & dolatos ab artificibus electis, & ligna eodem modo. sic pater 3. Reg. 5. capit. scilicet: precepit rex, vt tollerent lapides grandes in fundamentum templi, & quadrarent eos, quos dolauerunt cementarij Salomonis, & cementarij Hiram. porro Gubij paraauerunt ligna, & lapides ad edificandum domum Domini. Ergo non fuit facta cefio, & collatio per sanguinem vermis, sed opere quadrata rio a cementariis. Et quod plus est, quia vt ista fieret, aperte iussit Salomon eligi artifices alios sapientiores, quam essent in terra Israel. f. Sidonios, qui erant egregij in arte ceforia lignorum; & pro his rogauit Salomon Hitam regem Tyri, vt caderent ligna, dicentes: scis, quod non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cedere sicut Sidonij 3. Regum 5. & 2. Paralipomenon 2. Quarto, & adhuc efficacius, quia quando reddit causam huius magnae rei. f. quod non auditus fuerit malleus, neque securis: non dicitur, quod fuerit propter sanguinem alicuius animalis: neque etiam, qd acciderit ex miraculo: sed ponitur causa. f. quia antequam adducerentur lapides, & ligna ad locum aedificij, erant quadrata, & polita: & nihil opus erat nisi locare ea in suis locis. sic dicitur 3. Regum 6. cap. f. Domus autem cum aedificaretur de lapidibus dolatis, atq; perfectis edificata est: & securis, & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo domini cum aedificaretur: & ita asserit lapides, de quibus domus aedificata est fuisse dolatos, id est quadratos, & perfectos, id est politos. f. quod nihil ultra in eis necessarium erat: ergo non erat caesi cum sanguine, sed opere artificum cefi, dolati, & leuigati, atque politi. Et de lignis idem est iudicandum: & ista ponitur causa quare securis, & malleus, & ferra, & ferramenta alia non audita sunt in domo Domini: quia lapides quando illuc ducebantur, erant dolati, & perfecti. His suppositis stat, quod dicitur de reprobatione lapidis multum verisimile. f. quia aedificatores dolauerunt omnes lapides in montibus, quot necessarii erant pro templo, & ducebant eos in nauibus, vel in curribus ad locum aedificandi templi: & dum poliebantur in montibus aptabatur quilibet lapis pro loco suo: & ita iam nullus lapis erat poliendus neq; cedendus in Ierusalem: sed ponebantur in locis illis, pro quibus in montibus fuerant quadrati. Lapis ergo ille, qui reprobatu est, politus fuerat, & aptatus pro certo loco: & quando debuit poni in illo non inuenitur est conueniens, & quia non erant ponendi lapides nisi in locis pro quibus aptati fuerant, quando dolati sunt: non debuit postea dolari, quia forte impediret, & turbaret totam habitudinem ceterorum, qui ad certum modum sculpti fuerant, & dolati: sed vt non maneret lapis ille inutilis cum non inueniretur aptus pro loco ad quem designatus fuerat dum in montibus cederetur: nitebantur artifices querere an aliis locis conueniret sic vt erat: sed eum dolare non ausi sunt, vt tollentes locum alterius lapidis turbarent totam habitudinem: & ideo reprobaerunt eum quasi iam nullo loco vtilem, vt in nullo loco poneretur: sed accidit, vt ceteris lapidibus positus in locis suis, inueniretur aptus lapis iste ad ponendum in vltimo loco, scilicet vt clauderet angulum duorum parietum in summitate ipsorum: & hoc est, qd fieret in caput anguli. Si autem lapides quadrarentur in loco templi, si lapis factus conueniens pro loco vno non aptaretur ei, non quareretur an conueniret aliis sepe, sed fieret alius pro loco ipso: quia tamen nulli lapides ibi cedebantur, sed in lapidicinis omnes fuerant quadrati ad mensuram, & regulam: quarebatur locus pro illo quouique reprobatu est, & postea positus est in capite anguli.

Quomodo conuenit ad prodostium Christi istud, quod est inductum de lapide angulari. Quest. CXIII.

QVAERETVR, quomodo conuenit ad propositum istud, quod inductum est de lapide angulari. Dicendum, qd hoc modo conuenit: quia Christus vult hic probare minorem propositionem argumenti sui praecedentis. Dixit enim supra, quod agricolae, qui occiderant filium & seruos, perdendi essent, & ista erat propositio inducta ex parabola sua, & arguit sic tacite: illi agricolae, qui nolentes reddere fructum

Sidonij aegregij artifices in cedendis lignis.

Domus Dei domum, in qua habitaret: quia domus Dei est cor & cor iusti.

Lapidem etiam vocauit Christum Daniel, dicens, lapidem esse abscisum de monte sine manibus. Sic dicit Eusebius: Lapis autem dicitur Christus propter terrestre corpus, abscisus sine manibus secundum visionem Danielis propter ortum ex virgine. Lapis autem non argenteus, neque aureus: quia non rex aliquis gloriosus, sed homo humilis, & abiectus, propter quod aedificantes eum repulerunt. Beda etiam dicit: Eosdem synagogae magistros, quos supra colonos dixerat, nunc aedificatores appellat: quia qui subditam sibi plebem ad ferendos vitae fructus, quasi vineam videbantur excolere, ipsi quoque fructus hanc Deo inhabitatorem dignam quasi domum construere, atque ornare praecipiebantur. Lapidem istum reprobaerunt aedificantes, quia Christum reprobaerunt principes sacerdotum, & Pharisei, dicentes eum Samaritanum esse, & daemonium habere: Io. 8. Et eum non esse a Deo, qui Sabbathata non custodiret: Io. 9. Et eum esse blasphemum. f. De bono opere non lapidatum te, sed de blasphemia: Io. 10. Et dixerunt eum esse reum mortis. infra 26. & Mar. 14. Et eum malefactorem vocauerunt. f. Si non esset hic malefactor, non tradidisset eum tibi: Io. 18. cap. Et multa huiusmodi. Sic dicit Chryso. Lapidem Christum vocat: aedificatores autem Iudaeorum doctores, qui Christum reprobaerunt, dicentes hic non est a Deo. Et idem dicit Theophylactus: factus est lapis reprobatu in caput anguli, scilicet, positus est in optimo loco: tum quia claudit aedificium, cum sit in angulo: tum quia excelsior est, cum sit in capite. Et ita Christus fuit in angulo claudens duos parietes. f. efficiens vnum populum in Deo ex Gentilibus, & Iudaeis, qui erant penitus disiuncti, & aduersi. Fuit autem in capite, quia ipse constitutus est in quantum homo caput omnis creaturae, cum per sanguinem suum acquisuerit sibi omnes homines Act. 20. cap. & ita Apostolus dicit, qd ipse est lapis angularis, qui fecit vtraque vnum. Sic dicit Rabanus: Sed aedificatoribus. i. principibus nolentibus idem lapis caput anguli firmavit, quia de vtroque populo quorquoque ipse voluit sua fide coniungere. Et Theophylactus dicit: Factus est caput anguli. i. caput Ecclesiae: angularis namque Ecclesia est, quasi coniungens Iudaeos, & Gentiles. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Verum mirabile videbatur, quod ille homo, quem illi despectum habebant, virum doctorem, & afflictum, non habentem speciem, & quem non reputauerunt: post mortem crucis constitueretur dominus ois creaturae perpetuo honore, vt Deus verus a toto orbe colendus. Et ponitur istud ad magnam confirmationem argumenti Christi: quia poterant dicere principes: verum est, qd scriptura est de lapide reprobo, & constituti in capite anguli, sed illud fuit res gesta, & nihil aliud designat: & tunc Christus non posset illud deducere ad propositum suum. Ad hoc ergo est confirmatio ex verbis scripturae, quia dicitur: a domino factum est istud, & est mirabile in oculis. i. non accidit illud ex errore artificum, sed ex voluntate Dei speciali. Si autem solum esset illud res gesta, non curasset scriptura illud tradere literis. Etiam si non esset istud factum significatiuum alicuius rei non curaret Deus hoc quasi mirabiliter agere: & tamen mirabiliter egit, & scriptura hoc asserit: ideo intendebat aliquid aliud designare. Item, quia scriptura non curaret, qd tanta attentione rem istam scribere. Nam dato, qd diceretur gesta. i. qd lapis reprobatu ab aedificibus constitutus est in caput anguli, non curaret addere: a domino factum est istud. Et illud. f. est mirabile in oculis nostris: & tamen addidit: ideo erat ad aliquid designandum praeter ipsam rem gestam, & ita fuit ad significationem exaltationis Christi.

Quomodo ex praecedentibus sequatur ista conclusio. f. ideo dico vobis, qd auferetur a vobis regnum caelorum. Questio CXCV.

QVAERETVR, quomodo inferitur id, quod Christus dicit. f. ideo dico vobis, qd auferetur a vobis regnum caelorum. Nam dubium videtur, quomodo ex praecedentibus istud sequatur. Dicendum, quod potest vno modo ista conclusio inferri ex sola parabola de vinea, & agricola. f. agricolae, qui seruos, & filium domini vineae occiderunt, & fructus reddere noluerunt perdendi sunt, & vinea est ab eis auferenda, & tradenda alijs agricolis, sed vos estis agricolae quos dominus constituit super hanc vineam suam: fructum nullum redditis iustitiae: seruos Dei. i. prophetas occidistis: filium autem Dei. i. me occisuri estis: ideo necesse est, qd auferatur a vobis vinea. Et istam dicit esse regnum Dei. Alio modo potest deduci ex hac scriptura posita de lapide reprobo. f. lapis reprobatu constitutus est in caput anguli, & iste lapis sum ego, quem

quem totiens reprobatis: sed ego non ponar caput in edificio vestro, sed in alio, quia vestrum non est dignum manere: ideo auferetur a vobis regnum Dei, i. potestas, q̄ hētis, cū non debeat manere vestrum edificium. Sic dicit Chryso. ideo dico vobis &c. quasi dicat, quare non intelligitis in cuius edificij angulo ponēdus est ille lapis, nō in vestro quoniam reprobatus est, sed in alio. Si autem aliud edificium est futurum, ergo vestra edificatio est contemnenda: & consequenter auferetur a vobis regnum Dei. Tertiō modo potest accipi, q̄ sequatur tam ex parabola quā ex scriptura lapidis: & tunc formatur argumentū sicut supra, & istud quod de lapide dicitur, non inducitur nisi ad probandum, quod ipse sit filius Dei, quia licet non esset apud eos verisimile, qui eum reprobabant: tamen verum erat, & scriptura hoc ostendit. f. quod lapis reprobatus constituendus erat in caput anguli, id est ipse reprobatus ab hominibus constitueretur vt caput omnium creaturarum. Et hoc non competit nisi Deo. Erat ergo ipse filius Dei. Alio modo concordī cum secūdo potest dici, q̄ istud de lapide inducitur ad ostēdendum, quod regnū Dei daretur alteri genti, & non maneret in potestate principum sacerdotum, quia lapis reprobatus constituendus erat, vt caput anguli, id est totius edificij claudēs illud. Esse autem in capite est habere potestatem, sed non poterat esse, quod potestas esset in lapide reprobato, & maneret apud principes sacerdotum, qui eum reprobauerant. Ergo auferendum erat ab eis regnum Dei, & dandum aliis: & licet omnes isti modi deductionis sint conuenientes: tamē primus, & tertius sunt meliores, eo quod oportet istam conclusionem deduci totaliter, vel partim ex parabola de agricolis, & vinea, cūm repetantur verba illius in conclusionē, scilicet, & dabitur genti faciēti iustitiam eius. Et hoc erat, quod in fine parabole dictum est. f. dabitur genti faciēti iustitiam eius, & tamen in secundo modo totaliter deducitur ista conclusio ex scriptura de lapide reprobato.

*Quid voluit Christus dicere, scilicet auferetur a vobis regnum Dei. Quæst. CXCVI.*

**Q**VAERETVR, quid voluit Christus dicere, scilicet auferetur a vobis regnum Dei. Aliqui accipiunt per regnum Dei sacram scripturam, quæ data fuit Iudæis, & manebat in potestate principum sacerdotum: cūm autem reprobatī sunt, fuit ablata scriptura ab eis. Sic dicit Chryso. Regnum Dei dicit mysteria regni, id est diuinas scripturas, quas tradidit Dominus primū populo illi priori. Sed dicendum, q̄ scripturæ non sunt ablatæ, quia adhuc manent sacra scripturæ apud Iudæos sicut prius, cūm tot libros habeant sacros, quot prius. Nisi fortē intelligas, quod auferetur ab eis sacra scriptura, nō quidem de facto, sed de iure: quia antequā reprobareretur populus Iudæicus, pertinebat ad eum tenere sacras scripturas, quæ sunt diuinæ, & non ad alium populum: cūm verō cessauit populus ille esse populus Dei, negato Christo, Danie. 9. cap. non habuit ius retinendi sacras scripturas, quæ ad solum Dei populum pertinent, sed de facto detentat aliena: sed sicut mutatus est status populi, f. quod sacerdotium non mansit apud Iudæos neque cultus, sed transfuit ad alium populum: ita & libri legis non debuerunt manere apud illos, sed transfire ad aliū populum. Sic dicit Apostolus ad Hebræ. 7. cap. Translatio sacerdotij necesse est vt legis translatio fiat. Secundo potest accipi regnum Dei pro intellectu sacre scripture. Istum enim intellectum habebant sacerdotes, & legis periti Iudæorum, quia ante aduentum Christi intelligebant legem sicut Deus eam dederat: & ha-

bebant spem de Messia venturo. Nam ad Ioannem miserunt quærentes an esset messias, Ioan. 1. capitu. Et spectabant bonum suum ex Messia. Post Christi aduentum, & prædicationem, & occisionem eius per illos ablati sunt eis intellectus sacre scripture, quia excæcati sunt: ita vt eum, qui erat spes totius legis, & totum bonum ipsorum, non intelligerent, neque per illum saluarentur. Hęc autem excæcatio est, de qua Apostolus ad Roma. 11. Cæcitas ex parte contingit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & datus fuit iste intellectus scripturæ alteri genti, quia totus intellectus scripturæ pendebat in hoc, quod erat agnoscere eum, quem tota scriptura promittebat, & ad quem tota illa tendebat. f. Messiam. Hunc autem intellexerunt Gentiles, qui crediderunt in eum: & generaliter omnes credentes ex quacunque natione essent: ideo datum est regnum Dei, id est iste intellectus scripture alteri genti. Tertiō potest accipi regnum Dei pro Ecclesia. Nam verē illa est regnum Dei in terris: & disponit ad regnum Dei, quod est in celis: & sicut nunc est Ecclesia, ita & semper fuit Ecclesia: & eadem Ecclesia est per continuationem à principio scēculi vsque ad finem, solum autem mutantur persone: sicut est semper idem fluius per continuitatem fluxus, licet non maneant eadem partes aque hodie, quæ heri fuerūt: & est ista Ecclesia regnū Dei, quia super istos, qui in ea sunt regnat Deus per gratiam, & nō super alios: quia sicut nunc impossibile est aliquem extra Ecclesiam existentem saluari, extra de summa Trinitate confirmari. sic & oī tpe nemo saluabatur, nisi q̄ de Ecclesia esset. Sed differt, quia nunc de Ecclesia sunt soli Christiani: tunc autem erant de illa omnes credentes siue Iudæi, siue Gentiles: & tamen præcipue consistebat regnum Dei inter Iudæos, in quantum illi magis pertinebant ad Deum per speciale cultum, & fidem quàm ceteræ gentes, licet illæ saluari possent. ista autem Ecclesia ablata est de Iudæis, quia ante mortem Christi erant illi de Ecclesia, & poterat eis esse salus in statu illo, nunc autem Christo mortuo non est eis salus: & ita ablatum est ab eis regnum Dei, id est ecclesia. Quarto modo accipitur regnum Dei pro potestate super regnum Dei, id est super Ecclesiam: hanc tã potestatem tenebant principes sacerdotum: Deus. n. tradiderat eis solis potestatem ministrandi, & aliis sacerdotibus minoribus sub eis constitutis: Num. 3. & 17. cap. Et ipsi dederat omnia iura prouenientia ex sacrificiis, & oblationibus: Num. 18. & Deuterono. 18. & Iosue 13. Et de isto principatu gaudebant ipsi, quia honorabantur, & locupletabantur: & de hoc maxime intelligitur dictum Christi. Et patet primò, quia Christus loquebatur hic contra principes, & seniores, Phariseos, & scribas solos, & non contra populum: & tamen quantum ad ceteros modos commune erat, quod auferebatur tam principibus quàm populo: in isto autem quarto modo id, quod auferebatur pertinebat solum ad principes, quia ipsi gaudebant hoc honore, & prouentibus, quos à populo suscipiebāt: ergo de hoc intelligitur, & idem est quantum ad seniores & scribas, & Phariseos, quia licet isti si non erant sacerdotes non percipiebant aliqua iura sacerdotij: tamen quandiu durabat iste modus principatus, isti præerant populo in aliquib⁹ aliis. f. in iurisdictione, & doctrina, & modo religionis, f. seniores iurisdictione, scribent doctrina, Pharisei in modo religionis, & vite, & ob hoc singuli habebant honores proprios, et quedam emolumenta percipiebant: mutato autem statu illo omnes perdidērūt primatus suos, & honores, & ideo omnibus eis ablatum est regnum Dei. Secundo patet, quia dixerat Christus in parabola de agricolis, q̄ auferetur eis vinea, et daretur aliis agricolis: sed au-

ferri

ferri vineam, nihil aliud erat, nisi quod non præessent illi, neque perciperent emolumenta de vinea: erat autem vinea populus, & agricolæ principes sacerdotum: ergo id, quod auferendum dicitur, erat potestas, quæ exercebant principes super populum, & emolumenta, quæ percipiebant de illo. Tertiō patet, quia Christus dicebat ista ad ostendendum mala, quæ ventura erant super istos principes: malum autem non iudicamus, nisi quod inuoluntariè patimur, sed de coeteris modicum dolerent principes, vt si auferetur eis scriptura, vel intellectus eius: dum tamen maneret ipsis honor principatus sui, & emolumenta: de quo autem maxime dolerent, erat ablatio honoris, & emolumentorum: ideo istud est, de quo Christus loquitur.

*Quomodo dabitur regnum calorum genti faciēti fructus eius. Quæstio CXC VII.*

**Q**VAERETVR, quomodo dabitur regnum calorum genti faciēti fructus eius. Dicendū, quod in omnibus modis expositionum, quibus dicitur regnum Dei ablatum à principibus sacerdotum, dicitur datum alicui genti faciēti fructum eius: cessauit enim status ille populi iudaici, & legis veteris, & coepit status sub nouo testamento, in quo est alia gēs, quàm prius erat. f. alia realiter, & alia secundū mores: nam prius soli Iudæi pertinebant ad illum statū: nunc verō conuersi tam ex gentibus, q̄ ex Iudæis: etiam illi, qui ex Iudæis ad Christum conuersi sunt, & manebāt prius sub illo statu veteris testamenti, non sunt iam tales quales prius: & ita alteri genti datum est regnū Dei. Accipiendo primam expositionem quæ præc. f. regnum Dei pro Sacra Scriptura est verum, q̄ principes sacerdotum non faciebant fructum Sacrae Scripturæ, quia irritam faciebant legem Moysei non seruantes eam: nam minima legis obseruabant: ea verō, quæ præcipua erant non faciebant, vt dicitur infra 23. cap. Væ vobis scribe, & Pharisei hypocritæ, qui decimatis mentam, & anethum, & cimum, & reliquistis, quæ grauiora sunt legis iudicium, & misericordiam. Gens autem cui data est Sacra Scriptura obseruat misericordiam, & iudicium, quæ sunt præcipua in lege: ideo facit fructus legis. Secundo modo accipiendo, illi. i. principes non fecerunt fructus regni Dei, quia tenentes scripturam non secuti sunt sensum eius, quia non curauerunt agnoscere Christum, quem ex ipsa lege agnoscerent poterant: & ideo excæcati sunt: gens autē, cui datur regnum Dei. i. intellectus Sacrae Scripturæ, sicut Christum agnouit ita eum colit: hoc enim fuit non facere fructum, quia cūm agnouerunt, vel agnoscerent potuerunt non honorauerunt eum, vt Christum, sed iniquitas eorum excæcavit eos: & hoc est, quod imponit vt crimen Apostolus Gentilibus ad Roma. 1. cap. quod cūm Deum cognouissent, non vt Deum coluerunt, neque adorauerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis: gens ista fructum facit, quia quātum agnouit tantum coluit. Tertiō modo accipiendo illi non faciebant fructum, quia non operabantur, vt existentes in Ecclesia, intra quam est salus, sed sola lucra temporalia conquirebant: gens autē, cui datum est regnum facit fructus Ecclesie, quia totum desiderij eius erat vitam æternam acquirere, ad quam est congregatio isto ordinata, & maxime in Ecclesia primitiua. Quarto modo non faciebant fructum regnum principes sacerdotum, quia officium pastoris est inuigilare vtilitatibus gregis sui, & ad spiritualia pascua deducere: illius salutem quarere, & non spolia: principes autē soli auaritie insistentes emolumenta procurabant, & salutem gregis negligebant, imò perturbabāt ne ipsi carerent hac temporali vtilitate, quam desiderabant:

**A** principes autem, quibus datus est principatus Ecclesie in nouo testamento. f. Apostoli, & successores charitate feruentes sola spiritualia incrementa desiderabant, nihil à gregibus accipientes, sed potius se pro illis morti exponentes, quia tales docuit Christus esse bonos pastores Io. 10. cap. & ita gens ista cui traditum est regnum Dei facit fructus eius.

*Quid voluit Christus significare in lapide, super quem qui ceciderit confringetur. Quæst. CXC VIII.*

**Q**VAERETVR, quid voluit Christus dicere de lapide. f. q̄ qui super eum ceciderit confringetur, super quem verō ceciderit conteret eum. Dicendum, quod potest exponi multipliciter: vno modo sicut supra dictum est super literam. f. q̄ cadit super lapidem, qui credit, quia iste super lapidem, qui est Christus fundatus est, & cadit dum per iniquam operationem aliquid committit contra Christum, & confringitur, quod est minus lædi, quia licet obligetur ad poenam æternam, tamen spes est de eo: cūm enim credat, quotienscunq; redierit remissionem habet: qui non credit, non cadit super lapidem, quia non est super eum, sed lapis cadit super eum, quia peccatū suum irremissibile fit, cūm non sit ei via redeundi ad eum, in quem non credit, & iste conteritur, quia conteri est per partes minutissimas frangi: ita vt id, quod manet ad nihil sit vtile: quod verō confringitur per maiores partes rumpitur, & quod manet ad aliquid est vtile: cūm autem aliquid cōteritur, nulla pars manet ad aliquid vtilis, & hoc modo ostendit Deus magnam contractionem per comparisonem ad vas, qd cūm per partes minimas soluitur, nihil manet de eo ad aliquem vsū, vt Isa. 30. cap. Si subitum non speratur veniet contritio eius, & comminuetur sicut cōteritur lagena figuli contritione præqualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portet igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. De hoc dicit Hiero. Qui peccator est, & tamen in illū credit, cadit quidem super lapidem, & confringitur, sed non omnino conteritur: referuat enim per patientiam ad salutem: super quem verō ille ceciderit, hoc est cui lapis ille irruerit, & qui Christum penitus negauerit, sic conteret eum, vt neque testa quidem remaneat in qua hauriatur aqua pusillum. Secundo modo potest accipi, q̄ significetur diuersitas peccati fidelium, & infidelium: vtriq; enim contra Christum peccant: illi quidem quia præcepta eius faciunt: infideles verō, quia in eum non credunt. Qui autem cōfringitur minus læditur, quàm à lapide lædi potest, quoniam à seipso læditur: qui conteritur tantum læditur, quantum lapis lædere potest: & ita fidelis à seipso læditur parum, vel multum, & non à lapide Christo: infidelis autem peccando tantum læditur, quantum Christus eum lædere potest. Sic dicit Chryso. f. Aliud est enim cōfringi aliud comminui: ideo enim quod confringitur aliquid permanet, quod autem comminuit, quasi in puluerem conuertitur: quod autē cadit ad lapidem non frangitur, secundū quod est lapidis virtus, sed in quantum fortiter cadit, aut propter pondus suum, aut propter altitudinem casus: sic & Christianus peccans non tantum perit quantum potest eum perdere Christus, sed quantum ipse se perdit per opera sua, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis: infideles autem tantum peremit quantum potest eos perdere Christus. Tertiō modo potest accipi, q̄ referatur totum ad principes sacerdotum. f. q̄ dicantur cecidisse super eum, quia scandalizati fuerunt de Christo: cadet autem super eos lapis, quia illaturus erat eis poenam captiuitatis.

Sic

Sic dicit Chryso. f. duas perditiones eorum ostendit: vnam ab eo, quod offenderunt, & scandalizati sunt, quam designat dicens, qui ceciderit super lapidē confringetur: aliam à captiuitate eis superuētura, quam manifestat, dicens super quem ceciderit conteret eū. Quartò potest accipi cadere super lapidē. i. Christū contemnere, & affligere, quod Iudæi faciebāt, & qui hoc facit confringitur, quia non rectus ambulat: cedit autem lapis super illum, quem in iudicio condemnat, & illum conterit. Sic dicit August. lib. de Concord. Euang. De his dicit, quod cadit super eum, qui illum non contemnunt, & iniurijs afficiunt: ideo nondum poenitus intereunt, sed tamen confringuntur, vt non recti ambulent: super quos cadet, dum veniet desuper in iudicio cum poena perditionis: ideo dixit conteret eos, vt sint impij, tanquam puluis, quem projicit ventus à facie terræ. Sed dicendum, quod primæ duæ expositiones sunt meliores. Tertia autem non multum conuenit, quia illa solum assignat culpam, & poenam, & vnum significat per confringi, & alterum per cōteri: & tamē hic oportet poni duo peccata, & duas penas, quia ponitur cadere, & confringi, & desuper irruere, & conterī: & ideo primæ duæ expositiones conueniūt.

*Quomodo ponuntur hic Pharisæi cum supra solum ponantur principes, & scribæ. Quæst. CCIX.*

**Q**VAERETVR, quomodo dicitur hic, cum audissent principes sacerdotum, & Pharisæi: nam supra nunquam ponuntur Pharisæi, sed soli principes, & scribæ, & illi astiterunt parabolis. Dicendum, quod Euangelistæ raro asserunt, & referunt quidquid fuit: nunquam autem plus scribunt, quam fuerit, quia hoc esset mentiri, sed hic Matthæus asserit Pharisæos audisse parabolam: ideo dicendum est, quod ipsi astabant: & ideo præsupponendum est, quod domini qui pertinebant ad principatum populi persequerentur Christū inter Iudæos: isti autem erant principes sacerdotum seniores, scribæ, & Pharisæi. Principes quidem præerant in sacerdotio, & habebant potestatem super omnes inanimatos, & etiā super populū quantum ad ea, quæ ad Deum pertinebant: nam omnis Pontifex assumitur ex hoibus, vt sit, medius inter eos. & Deum. ad Heb. 5. seniores autem habebant potestatem super totum populū propter iudicia: quia omnes res ardua concurrebant in eorum iudicium, & non erat ab eis appellatio. Scribæ erant doctores legis, & prædicabant populo, & docebant in lege. infra 23. & quantum ad hoc quandam principatum habebant. Pharisæi autem quantum ad exteriora erant ceteris religiosiores, & populus venerabatur eos, tam propter simulatam religionem, quam propter doctrinam, quia ipsi, & scribæ sedebant super cathedram Moysi ad docendum populū. infra 23. cap. omnes autem isti vnanimiter conueniebant contra Christum, & nitebantur eum fallere, vt quomodolibet eum perderent: & ideo quando nunc quæsierunt, in qua potestate hæc faceret. supra in litera, omnes isti aderant: & tamē soli isti principes, & seniores nominantur, quod breuitatis causa Matthæus fecit: etiam quia palam erat, quod omnes hi erant hostes Christi, & conuenirent contra eum. Etiam quia Mar. 11. & Luc. 20. ponuntur principes, & seniores, & scribæ, & sicut tacuit Matthæus scribas, verisimile erat tacuisse Pharisæos: potissimè cum hic eos expresse: contra omnes enim illos erant istæ parabolæ. Sed dicitur, quomodo dicitur hic, cum audissent parabolam eius: quia Mar. 12. & Luc. 20. dicitur, quod cognouerunt, quod ad eos dixisset parabolam istam. f. istam vltimam, cui ista verba continuantur. Dicendum, quod ambas parabolam audierunt. f. vnam de duobus filiis, & aliam

de agricolis, & vinea, cum Matthæus asserat, quod parabolam audierint: & tamen standum est magis dicenti, & non tacenti. Item, quia hoc est verisimile: nam isti venerunt ad quærdum ab ipso, in qua potestate predicaret, & statim ipse dixit parabolam primam de filiis ad eos. supra in litera. Et finita illa mox adiunxit istam de vinea, & agricolis: ergo ambas audierunt, qui vnam audierunt. Sed dicendum de Luca, quod ipse non poterat dicere, quod audirent isti parabolam eius: quia ipse vnica retulit. f. de agricolis: alia verò de filiis tacuit: Marcus verò non posuit nisi istam de agricolis, ideo non poterat dicere, quod audirent principes, nisi istam parabolam.

*Quomodo principes agnoscentes parabolam cognouerunt, quod de ipsis diceret. Quæst. CC.*

**Q**VAERETVR, quomodo dicitur hic, quod principes agnoscentes parabolam cognouerunt, quod de ipsis diceret. Dicendum, quod poterant cognoscere, quod de ipsis diceret. i. de illis solis, & etiam quod de eis diceret, vel contra eos. Primum patet, quia vtraque parabola aliquid ponebat expresse de eis, patet de prima. Nam in vtraque Christus loquebatur ad eos. i. verba sua dirigebat ad eos. non ad alios: & dixit in prima, publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Et ostenditur plus, quia sequitur: Venit ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: & ita cū compararet eos publicanis & meretricibus, apparebat: quod manifestè de eis loqueretur. In secunda autem parabola etiam expressit personas eorum, dicens: Auferetur à vobis regnum coelorum. Etiam apparebat, quod de eis solis loqueretur: nam in prima parabola comparauit eos meretricibus, & publicanis dicens, quod illæ præcedent vos in regnum Dei: & tamē si contra totum populū mala prædiceret, non distingueret separando publicanos, & meretrices, cum sint illi pars vilissima plebis. Etiam in secunda parabola solos agricolas condemnat, & non vineam: sed ipsos principes, & ceteros ex modo locutionis agricolas solos esse ostendebat: ideo contra eos loquebatur: maxime, quia dixit, auferetur à vobis regnum Dei. Item principes putabat, quod etiam populus intelligeret, quod parabolæ istæ essent contra solos principes, & non contra plebem, quia cum vellent principes de his parabolis indignati tenere Christum, timuerunt plebem: & tamen si putarent, quod populus credebatur istas parabolam contra se dictas, etiam ipsi indignarentur, & non eriperent Christum de manu principum: & tamen timuerunt plebem, quasi pro Christo pugnaturam: ergo ipsi videbant, quod populus etiam credebatur parabolam dictas esse contra solos principes. Secundum patet, quod intelligerent principes quid contra ipsos diceret Christus. Nam in prima aperte dixit eis, quod publicani, & meretrices præcederent eos in regnum Dei: in quo valde contemnebantur. f. meretrices eos præcederent: etiam quia impropertantur ibi eis de Ioanne non recepto, quem tamen receperant publicani, & meretrices. In secunda autem ostendit eos ex parabola pendentes esse, & vineam auferendam ab eis, & apertius dixit, auferetur à vobis regnum coelorum, in quo expressè de potestate eis auferenda dicebat: & ita bene cognouerunt principes, quod de eis Christus loqueretur.

*Quare quæsierunt eum tenere, & quid erat, ad quod Christum tenere volebant. Quæst. CCI.*

**Q**VAERETVR, quare dicitur, quod quæsierunt eum tenere, & quid erat ad quod eum tenere volebant. Dicendum, quod

Dicendum, quod principes sacerdotum, & ceteri audita tam graui ignominia sua, & prænuociatione malorum suorum doluerunt valde, & indignati contra Christum vlcisci volebant irrogatam ignominiam tenendo eum, quasi per hoc vicem illi redderent. Secundo fuit, vt prouiderent honori, & statui suo. Nam cum iam Christus tam aperte contra eos prædicaret, crimina eorum ostendendo, & mala prænuociando: oportebat, quod populus eos contemneret, & ita honor eorum, & emolumenta multum deperiret, sicut dicitur Io. 11. quid facimus, quia homo iste multa signa facit: si dimittimus eum sic totus mundus credet in eum, & veniet Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Vt ergo his prouiderent, volebant eum tenere. Cum autem quæritur ad quid volebant eum tenere, dicendum, quod ad occidendum eum: non enim volebant eum tenere in vinculis, & postea dimittere, quia deterius fieret, neque etiam possent diu illum tenere, quia populus, qui eum diligebat, & multi viri boni aduerentes iniustitiam istam raperent illum, sed volebant eum tenere, & statim occidere, & hoc magis innuitur Luc. 20. Nam dicitur, quod principes sacerdotum, & scribæ quærebant mittere manus in eum in illa hora, sed timuerunt: sed mittere manus erat occidere, vel nocere ei in persona, & magis hoc dicitur Lu. 19. f. Principes sacerdotum, & scribæ quærebant eum perdere, & non inueniebant quid facerent ei, sed perdere: occidere est infra 27. f. Persuasum est populis, vt peterent Barrabam, Iesum autem perderent. i. occiderent. In hoc autem appareret principum sacerdotum iniquitas, quia sine causa Christum perdere volebant, qui eis vera dicebat. Hoc autem interest inter bonū, & malum: quia bonus increpitus de peccato, corrigitur, & melior fit: peruersus autem dum corrigitur, efficitur deterior: hoc autem dicit Chryso. hæc est autem differentia bonorum hominum, & malorum: bonus enim comprehensus in peccato gemit, quia peccauit: malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia comprehensus est in peccato, & non solum poenitentiam non agit, sed magis aduersus corripientem irascitur: unde & isti deprehensi magis ad malitiam sunt excitati, & tam iniqui erant isti, quod suam iniquitatem apertius volebant ostendere: nam implere volebant mala, quæ Christus dixerat, quod implerent. f. quod ipsi mali agricolæ existentes eum, qui filius erat Dei occiderent. Sic dicit Beda, scilicet. Et ita volendo eum occidere docebat vera esse, quæ in parabola dixerat. Ipse quippe est hæres, cuius iniustam necem dicebat esse vindicandam: illi nequæ coloni, qui filium Dei quærebant occidere.

*Quomodo dicitur, quod volentes principes sacerdotum tenere Christum non tenuerunt, quia timebant turbas. Quæstio CCII.*

**Q**VAERETVR, quomodo dicitur, quod volentes principes sacerdotum tenere Christum, non tenuerunt, quia timebant turbas. Dicendum, quod hoc fuit, quia turbæ, quæ audiebant verbum Christi, afficiebantur valde ad eum, quia videbant mirabilia, quæ faciebat, & potissimè super his, qui in firmabantur. Io. 6. ca. & erat doctrina sua multum rationabilis: ita vt ipsi exhiberent ei summum honorem: nam in introitu in Ierusalem exierunt cum ramis palmarum, & cantabant Hosanna filio David. supra in litera, & Ioan. 12. & ideo fauerent Christo, vt non nocerent ei principes sacerdotum: & maxime, quia nunc quando increpuit sacerdotes laudauit populū. Dixit enim: publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei: venit enim Ioannes ad vos in via iustitiæ, & non recepistis, vel non

credidistis ei: publicani autem, & meretrices crediderunt ei: & ob hoc timentes principes, quod populus mitteret manus in eos, si ipsi mitterent in Christum, abstinuerunt: & ita postea faciebant: nam cum procurabant occidere Christum, timebant concitare plebem. infra 26. consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent: dicebant enim, non in die festo, nè forte tumultus fieret in populo. i. quod non occiderent eum in solemnitate paschali, quia tunc erat congregata tota multitudo Iudæorum in Ierusalem, & timuerunt principes sacerdotum, quod non essent ipsi potentes aduersus multitudinem, sed multitudo eos occideret: alijs autem temporibus profectis, cum non concurreret multitudo Iudæorum in Ierusalem, poterant ipsi, vt credebant occidere Christum nullo impediēte: & tamen è cōtrario factum est, quia postea in ipso die paschali. f. primo die Azymorum. i. die quinto decimo mensis primi, qui erat primus dies Azymorum occideret Christum, cum præcedenti die quarto decimo celebrasset Pascha, sed quomodo mutauerint consilium, vt in illo die occiderent, & quomodo tunc non timuerunt turbas, vel quomodo turbæ, non impediunt mortem eius, dicitur infra 26. cap.

*Quomodo dicitur, quod turbæ habebant Christum, vt prophetam. Quæst. CCIII.*

**Q**VAERETVR, quomodo dicitur, quod turbæ habebant Christum, vt prophetam. Dicendum, quod ista opinio mouebat Iudæos bonos ad exhibendam reuerentiam Christo, quia eum, vt prophetam habebant, & qui propheta est à Deo recta agit, & loquitur, & honore dignus est: ideo non erat permittendum, quod quis iniuriam inferret ei: & ita populus hoc agnoscens non permittebat, quod principes nocerent Christo mittentes manus in eum: sic enim principes putauerunt: sciebant enim quod talem opinionem populus haberet de Iesu: ideo consequens erat, quod non permitteret quemquam inferre ei manus. Sed cum dicitur, quod eum vt prophetam habebant. Putant quidam, quod intelligatur, quod non credebant eum esse prophetam, sed prophetæ similem, quia dicitur sicut prophetam. Dicendum, quod non stat: primo, quia si non putaret eum esse prophetam, sed prophetæ similem, non impenderent ei tantam reuerentiam, quod à nullo eum tangi sinerent, & consequenter, neque principes timerent manus in eum propter populū, & tamen timuerunt: ergo verè eum prophetam esse credebant. Secundo, quia de Ioanne Baptista simile dicitur. supra præced. cap. f. timeamus turbam: omnes enim Ioannē, sicut prophetam habebant: & tamen constat, quia non putabant Iudæi Ioannem solum esse similem prophetæ, sed verè esse prophetam: imò & maximum prophetarum. f. Messiam, vt patet Io. 1. & Luc. 3. & Act. 13. c. ergo ita hic non accipietur pro similitudine, sed pro veritate. Tertiò, quia iste est modus loquendi scripturæ: cum enim vult ostendere veritatem alicuius rei ponitur sicut, vel tanquam, aut quasi. Sic dicitur Io. 1. cap. vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à patre: & tamen Ioannes voluit dicere Christum verè esse vnigenitum Dei, & non similem vnigenito, cum ibi ostendat eum ab æterno à Deo genitum. Quartò patet, quia iste etiam est modus loquendi vulgarium: cum enim de aliquo rege volumus dicere, quod tenebat modum regalem in sedendo, vel eundo dicimus, rex talis sedebat hodie in throno suo sicut rex: & tamen per hoc non innuimus, quod non erat verè rex, cum asseramus eum esse regem, sed quod modus suus erat verè regalis, & non priuatæ personæ. Quintò patet, quia supra 16. cap. cum quærit Christus, quem dicant cum



eum esse homines, subditur: Alij Eliam, alij Jeremia, alij vnum ex prophetis. Et ita cum verè prophetam asserunt, & non solum similem prophetæ. Sed sciendum, quòd licet populus aliquid de Christo benè crederet, non perueniebat ad credendum illud, quod digne de eo creari debebat. Siquid esset filius Dei. Sic dicit Orige. Sapiunt quidem aliquid de eo, quod verum est, prophetam eum æstimantes: non autem magnitudinem eius intelligunt secundū quòd erat filius Dei.

An Iudæi cognouerunt Iesum antequam eum occiderent, & quid de eo agnouerint. Quæstio CCIII.

QVAERETVR occasione eorum, quæ dicuntur supra de agricolis. scilicet dixerunt, hic est heres, an Iudæi agnouerunt Iesum antequam eum occiderent, & quid de eo agnouerint. Aliqui dicunt, quod non agnouerunt eum. Primò pater, quia. i. Corin. 2. dicitur: Si cognouissent, nunquam regem glorie crucifixissent: sed crucifixerunt, ergo non agnouerunt. Secundò, quia Act. 3. Petrus loquens Iudæis de Christo ostendit, quod non agnouerint eos, dicens: Et nunc fratres scio, quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Tertio, quia Luc. 23. c. dicitur, quod Christus in Cruce dixit: Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt. Et non potest intelligi de actu, quia sciebant quid esset ille actus. scilicet occidere hominem, sed intelligitur de persona, circa quam hoc exercebant, id est, nesciunt quis est ille, quem occidunt.

Alij autem dicunt, quod Iudæi agnouerunt Christum antequam illum occiderent. Primò, quia Ioan. 1. 51. cap. dicitur, nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum: sed videre est apertè cognoscere, ergo clarè cognouerunt eum. Secundò, quia si Iudæi non agnouissent Christum, non viderentur peccare eum occidendo, sed grauissimè peccauerunt: ergo agnouerunt eum. Tertio, quia dicit Hieronymus super illo verbo agricolarum, hic est heres, scilicet, per hoc quod dicitur, hic est heres, manifestissimè probat dominus Iudeorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Ad hoc respondet Nicolaus dicens, quòd in populo Iudeorum aliqui erant maiores, scilicet in notitia diuinorū, scientes scripturas legis, & prophetarum: aliqui erant minores sicut laici, & vulgares scientes solum id, quod est de necessitate salutis, vt præcepta decalogi, & huiusmodi, quæ tenentur omnes scire: sed subtilitates scripturarū, & dicta prophetarum ignorantes: vt quòd idem Christus in vnitate suppositi erat verus Deus, & verus homo, & sanctus, & propheta, & Messias. Dicit igitur, quòd aliqui dicunt, & bene quātum ad hoc quòd minores populi Iudeorum non cognouerunt Iesum esse Christum Messiam, neque esse Deum: licet enim scirent eum esse verum hominē, tamen non sciebant illum esse verum hominē, vel prophetā a Deo missum, scilicet, qui erat promissus a Deo. Et ratio est, quia nesciebant scripturas, quæ sunt de Christi deitate, & illas, quæ sunt de signis sui aduentus. De maioribus autem dicunt, quòd agnouerunt Iesum esse Messiam, quia sciebant scripturas de temporis determinatione & signis aduentus Messie, quæ omnia in Christo impleta videbant: & ita ipsum agnouerunt esse Messiam: sed dicunt, quòd non agnouerunt eum esse Deum: & ita dicunt, quòd intelligitur dictum Apostoli, scilicet, si cognouissent nunquā regem gloriæ crucifixissent. quali dicat, nō cognouerunt eius deitatem. Sed ipsemet Nicolaus arguit contra hoc, quòd dicitur, scilicet, quod non agnouerunt eius deitatem dicens, quòd non est conuenienter dictum, quia sicut scripturæ manifestè

loquuntur de tempore aduentus Christi: Dan. 9. cap. in septuaginta hebdomadibus abbreviatis, & de signis etiam aduentus quale erat translatio regni de Iuda, Gen. 49. Et de modo veniendi, scilicet, in humilitate, & paupertate sedendo super asinam Zacha. 9. cap. ita expressè vel expressius loquuntur scripturæ de deitate Christi: vt Iere. 23. cap. germinare faciam David germen iustum: & hoc est nomen, quod vocabunt eum dominus iustus noster. Et vbi ponitur dominus in littera nostra ponitur in Hebræo nomen Domini tetragrammaton, quod de nullo, nisi de vero Deo dicitur: & tamen ista auctoritas, secundum omnes doctores etiam Hebræos exponitur de Messia: ergo ille erat Deus, & ita eum cognoscebant. Et Isa. 9. cap. dicitur: Parvulus natus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri seculi: & ista auctoritas secundum Hebræos, etiā de Messia exponitur, & in ea fit mentio de eius deitate, & humanitate, & multæ aliæ auctoritates ad hoc possent adduci. Ideo Nicolaus asserit dicendum, quòd maiores inter Iudæos sicut habuerunt cognitionem de Iesu, quòd erat Christus, id est, Messias, ita etiam agnouerunt eius deitatem: sed dicit, quòd aliquid cognoscitur in habitu, cuius cognitio actualis impeditur propter aliquam passionem, vel habitum impediētem, sicut dicit Philosophus. 7. Ethico. de incontinente, qui habet æstimationem veram nō solum in vniuersali, sed etiā in particulari, vt quòd fornicari est malum: & quod nunquam est fornicandum, adueniente tamen passione corrumpitur vera æstimatio particularis, dicendo, quod bonum est pro-nunc fornicari, vel cum illa fornicari, & impedit ista passio considerationem actualem veram in particulari: & si semper duraret ista passio, semper iudicaret fornicandum esse: & ita dicit, quòd maiores Iudæorum habuerunt a principio veram æstimationem de Christo in habitu, & in actu, sed quando cepit predicare contra eos excecati fuerunt, circa ipsum passionibus iræ, rancoris, & inuidiæ: quibus passionibus impediēbantur ab actuali consideratione veritatis de Christo, quantum ad deitatem Christi, & quod esset Messias, & sic inclinati fuerunt in eius mortem: sicut incontinens in passione existens eligit, & iudicat fornicandum, quòd aliàs non faceret: & ita dicit posse solui argumenta vtriusque partis, quia illa, quæ probant, quòd Iudæi habuerunt notitiam de Christo, intelligunt de habituali cognitione: ea verò, quæ probant, quòd non agnouerunt eum, accipiuntur de cognitione actuali, quæ applicatur ad opus: & ista fuit impedita in eis per passionem inuidiæ & rancoris.

Ad declarationem tamen veritatis dicendum, quod de Christo duo erant cognoscēda, scilicet, quòd Deus erat, & quòd erat Christus siue Messias, & de ambobus dicendum, quòd aut queritur, an Iudæi ista duo cognouerunt de Iesu, vel an potuerint ea cognoscere. De secundò dicendum, quòd potuerunt cognoscere ea, quia scripturæ vtriusque de Christo dixerunt, & ostenderunt, sicut & nos ex veteribus scripturis vtriusque accipimus: & maximè quantum ad ostendendū, quòd erat Messias. De primò dicendum, quòd Iudæi, scilicet principes, & ceteri, qui mortem Christi tractauerunt, non cognouerunt eum esse Deum, neque Messiam: & hoc dicitur de illis solis, qui Christū morti tradiderunt: nam alij Iudæi credebant iam in Christum & hi nouerunt eum esse Messiam, & filium Dei: sicut cæcus natus ab eo illuminatus, cui ipse dixit se esse filium Dei, & ille eum adorauit: Ioan. 9. c. Et alij se cognoscendum dedit, qui eum filium Dei vocauerunt, supra decimoquarto cap. Nam adorauerunt eum, dicentes: verè filius Dei es. Hi autem non conspirauerunt,

uerunt, neque consenserunt in mortem Christi, sed A qui eam procura ierunt, aut consenserunt in eam non nouerant eum esse Deum, neque Messiam. Circa primum autem tenendum videtur simpliciter, scilicet, quòd non solum quando tractabant de occasione eius non nouerant eum esse Deum, id est, non considerabant impediētibz passionibus rancoris iræ, & inuidiæ, vt dicit Nicolaus, sed etiam, quòd nunquam nouerant eum esse Deum. Et patet primò, quia si aliquo tempore agnouissent principes Iudæorum Christum esse Deum, adorassent illum, cum illum præsentem sibi viderent: & hoc, quia tunc nihil erat, quod impediret, quia vt Nicolaus vult, à principio agnouerunt eum esse Deum, quando nulla passione tenebantur contra eum. si iræ, aut odio, aut inuidia: & postea B propter passionem istas cessauerunt cognoscere: ergo quando non tenebantur passione, & agnoscebant eum, statim illum adorarent, sed constat, quòd principes sacerdotum nunquam adorauerunt Christum, vt Deum: quia tunc nō possent postea dicere contrarium: ergo nunquam cognouerunt illum esse Deum. Secundò C patet, quia non solum non cognouerunt principes Christum esse Deum, sed etiā quando ipse videbatur de se hoc dicere, indignabantur illi, itaque blasphemiam diceret, vt patet Ioan. 10. f. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum. Et iterum quando principes sacerdotum adiurans quæsiuit à Christo, an esset filius Dei, & ille ait: Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & veniētem in nubibus celi: & tunc princeps sacerdotū scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? infra 26. cap. Ergo non solum non credebant eum esse Deum: sed etiam purabant, quòd esse non poterat, quasi essent impossibilia hæc, esse hominē, & esse Deum simul. Tertio patet, quia si aliquando principes Iudæorum cognouissent Christum esse Deum, nunquam auerēt quidquid contra eum machinari, siue de morte, siue de malo: quia cum Deus sit omnipotens, posset eos statim delere, cū talia cogitant: & rationabiliter timere hoc deberent: quia si Deus esset, nosset omnes cogitationes eorum etiam antequam prodirent in actum: & timere deberent, quòd D mox eos deleret: sed non timebant eum quasi posset eis inferre malum: ideo non putabant eum esse Deum, vt patet hic in littera: quia dicitur, quòd principes voluerunt mittere manus in Christum, & tenere eum, sed timuerunt plebem: & ita magis timebant malū, quod poterat eis inferre plebs, quam quod poterat inferre Christus: ergo non credebant eum esse, sed infirmum, & consequenter non esse Deum. Quarto, quia si Iudæi crederent Christum esse Deum, dato quòd putarēt, quòd non inferret eis mala pro peccatis cogitationibus, & actibus, quasi nimis benignus existens: tamen scirent, quòd non poterat pati mortem, aut aliquid mali, quia Deus impassibilis est: & ita non conarentur ad id, quòd scirent impossibile. Quinto, E quia dato, quòd Iudæi putarent, quòd Christus in quantum Deus non posset pati, posset tamen occidi in quantum verus homo, sicut factum, est nolent eum occidere, quia si scirent eum esse Deum: scirent, quia non poterat pati, nisi volens: & quòd nihil contra intentionem suam fieri posset: Iudæi tamen occidere volebant Christum, nē omnes crederent in eum, & transferret eos ad alterum modum viuendi: & ita periret principibus suis principatus, vel propter Christum alia gentes inuaderent principatum eorum: Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollēt locū nostrum, & gētem.

Alph. Tost. super Euang. Matth. Pars V.

Si autem scirent eum esse Deum, scirent, quòd ille posset transferre Iudæos ad alterum genus principatus, & non obtare possent ipsi, etiam si ab eis occidi permetteret, quia ille faceret semper, quod vellet de eis: frustra ergo erat eum occidere: & tamen ipsi occidebant eum ad euitandum ista inconuenientia, quæ timebant inferri eis viuente Christo: ergo non curarent eum occidere, si Deum esse putarent, quia scirent, quòd non poterant resistere voluntati illius. Sextò, quia modus à Nicolao ad euitandum inconuenientia non sufficit, scilicet, quòd à principio scirent eum esse Deum: & postea adueniente passione ignorauerint. Sicut fit de incontinente: quia incontinens per aduentum passionis non obliuiscitur, sed turbatur, & cessat considerare: quia aliàs si passio deleteret prorsus opinionem eius, deleteret tam vniuersalē, quam particularem, & cessante passione, non haberet incontinens rectam opinionem, sed vel haberet falsam, vel nullam, ita vt de nouo illam deberet acquirere. Sed hoc falsum est, quia mox, vt incontinens soluitur à passione, incipit rectè opinari, & est penitus septimo Ethicorum: ideo non fuit penitus in eo deleta opinio, sed turbata fuit mens: & ita si cognoscerent Iudæi Christum esse Deum ante passionem incedentem eis, non tolleretur penitus illis ista opinio: & tamen ad hoc, quòd niterentur eum occidere, & putarent, quòd posset: necesse erat, quòd ista opinio esset penitus deleta: ergo non crediderunt vquam eum esse Deum. Et patet adhuc efficacius, quia passio adueniens potest turbare opinionem circa eligibile, sed non circa existere, vel circa naturam rei: sic dicit Aristoteles sexto Ethicorum, capitulo de prudentia, scilicet, non omnem autem existimationē corrumpit, vt peruerit delectabile, & triste, puta quoniam trigonus duobus rectis æquales habet, vel non habet, sed eas, quæ circa operabile: sed rem existere, vel non existere non pertinet ad operabile, sed esse bonam, vel malam: huiusmodi ergo non tollitur opinio de esse rei per passionem, & non solum est hoc verum circa existimationes illas, quæ non sunt directè ad operationem, neque ex illis directè, aut indirectè sequitur operatio, scilicet, quia prorsus sunt sequstrate à materia operationum, quale est exemplum. Aristotelis, vt quòd trigonus habeat tres æquales duobus rectis, quia ex hoc nulla operatio sequitur, & nullam operationem impedit, & ad nullam operationē applicari potest, sed etiam de illis æstimationibus, quibus existentibus, vel non existentibus sequitur aliqua operatio, vel impeditur: ipse tamen non mouent per se ad agendum aliquid, vel cessandum ab eo: illæ enim opiniones mouent, & retrahunt, quæ de bono & malo sunt, quia rem esse bonam facit eam esse appetibilem, & esse malam facit retrahi ab illa: tales autem adueniente passione peruertuntur, vt bonum iudicetur malum, vel malum bonum: alia sunt, quæ non mouent, neque retrahunt per se: tamen eis existentibus operamur aliquid, vel cessamus ab aliqua operatione, vt quòd hostis meus est homo: & quod uiuit, & est rex, vel episcopus: nam istæ non mouent per se ad agendum, vel cessandum, quia non sunt de bono, & malo, in quibus est ratio appetibilis, & retractionis, sed sunt de existentia, & qualitate. Passio potest turbare opinionem circa eligibile, sed non circa existere seu circa naturā rei.

M m odij,

odij, vel amoris, aut inuidiæ possum mutare opinionem, ut patet malum esse mihi esse regem, vel viuere, de quo prius estimabam bonum esse mihi, quod viueret, vel esset rex, sed præcedentes opiniones non mutantur. scilicet esse regem, vel viuere: unde quantumcumque incidat mihi de nouo passio inuidiæ, vel odij aut iræ, contra aliquem quod viuit, & est rex, non potero per hanc passionem estimare, quod ille non viuit, vel non est rex, licet ego vel lem eum non viuere, neque esse regem. Et ita de Iudæis circa Christum esset: quia si aliquando agnoscerent eum esse Deum, quantumcumque insurgeret eis passio odij, vel inuidiæ contra ipsum, non possent iudicare postea non esse Deum, quia esse Deum permansens est, sicut esse hominem: & tamen quando Iudæi putarent Christum esse Deum, nolent eum occidere, neque hoc cogitarent, ut ex dictis ostensum est, ergo nunquam agnouerunt eum esse Deum. Octauo patet, quod si daremus quod principes Iudæorum, aliquo tempore agnouerunt Christum esse Deum, non possemus satisfacere scripturæ: nam dicitur. 1. Cor. 2. de Christo, qui est Dei virtus, & Dei sapientia abscondita in mysterio. scilicet quod nemo principum huius seculi cognouit, & loquitur de principibus Iudæorum, ut patet ex litera sequenti. Et tamen dicitur, quod cognouerint a principio, & postea incidente passione turbata fuerit in eis estimatio, non est verum, quod non cognouerunt, sed iam cognouerunt. Et patet, quod ista sit ibi intentio apostoli. Primo, quia dicit ibi sapientiam istam absconditam esse in mysterio: & ita infert ibi, scilicet quod nemo principum huius seculi cognouit, & ita, quia erat abscondita in mysterio, non fuit cognita ab illis, sed si ipsi a principio cognoscerent Christum esse Deum, & postea incidente passione impedirentur, opinio eorum non faceret aliquid ad hoc absconditum esse in mysterio: quia non ideo non cognoscebant, quia in mysterio abscondita erat, sed quia ipsi sibi subtraxerunt cognitionem per passionem, ergo non cognouerunt a principio. Secundo, quantum ad hoc, quia apostolus innuit ibi, quod sapientia ista, scilicet Christus erat abscondita, & ideo illi quibus non fuit reuelata per Deum non cognouerunt eam: illi vero, quibus fuit reuelata cognouerunt eam, cum ait: sapientiam huius seculi cognouit. Et sequitur: Vobis autem reuelauit Deus per Spiritum sanctum suum. ergo videtur, quod odij principes non cognouerunt eam: quia non fuit illis reuelata, & tamen si aliquando cognouissent eam, oportebat quod esset eis reuelata, cum non possit cognosci, nisi per reuelationem, sicut ibi dicit apostolus, scilicet, vobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum: spiritus enim omnia perscrutatur etiam profunda Dei: quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso, ita & quæ Dei sunt, nemo scit, nisi spiritus Dei, & consequenter nos nescimus, nisi eo reuelante, sicut dicitur supra undecimo capitulo, quod patrem nemo nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, sed non fuit eis reuelata, ut ex litera colligitur, cum dicitur: Quam nemo principum cognouit, et sequitur: vobis autem reuelauit Deus, quasi dicat, vobis reuelauit, & illis non: ergo nunquam cognouerunt.

Tertio quantum ad hoc, quia si vellemus dicere, quod aliquando cognouerunt Christum esse Deum: oportebat dici, quod illis reuelatum fuit, & postea cessauit cognitio ista per passionem sequentem: sed Paulus vult, quod non fuerit illis reuelatum, cum dicat: Vobis autem reuelauit Deus, quasi dicat, non illis: ergo non est verum, quod cognouerint.

Quarto patet, quia etiam non satisfit literæ sequenti ibidem, scilicet, si enim cognouissent, nunquam regem gloriæ crucifixissent. Ex hoc, quod

dicit nunquam, innuitur, quod nunquam cognouerunt. neque a principio, neque existente passione odij, licet illi, nunquam determinet illud verbum crucifixissent, & non verbum cognouissent: quia est sensus, si cognouissent semel illum esse Deum, non solum tunc non occiderent eum, sed nunquam illum occiderent, quia cauerent illum occidere, & offendere. Quinto, & præcipue quantum ad hoc, quia non satisfit scripturæ Act. 3. cap. vbi Petrus ait, & nunc fratres scio, quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri: ergo ignorabant eum esse Deum. Nicolaus autem responderet ad hæc, & similia, ut dictum est distinguens de scietia, vel cognitione habituali, & actuali, sicut fit in incontinentibus, & quod non cognouerint eum actualiter, quando occiderunt impediente passione odij, sed habitualiter, eo quod a principio actualiter cognouerant. Sed hoc non stat: primo quia non concordat litera ibidem: nam Petrus postquam dixit fecistis per ignorantiam, adiunxit auctoritates ad ostendendum, quod ille erat a Deo missus, & quem in lege, & prophetis promissum habebant: & tamen Iudæi a principio scirent Christum esse Deum, & postea passione impediente occidissent, non oportebat, neque expediebat, quod probaretur illis Iesum esse Deum, vel Christum: quia ipsi iam cognoscerent, sicut fit in incontinentibus, qui statim, ut cessat passio, habet rectam estimationem, sicut ante passionem, & non est opus, quod quis hoc ei suadeat, sed potius ipse penitet de malo, ut dicitur septimo Ethico. ita Petrus non probaret hoc Iudæis, sed solum daret eis spem de remissione, si poeniterent, & tamen fecit duo, scilicet admonuit poenitere dicens: poenitetis, & conuertimini, ut deleantur peccata vestra, & adiunxit probationes, quod Iesus esset Christus, ergo ante hoc non cognouerant eum esse Deum. Secundo patet, quia iste modus accipiendi per ignorantiam, non conuenit factæ scripturæ. Aristoteles enim 3. Ethic. distinguit agere per ignorantiam, & propter ignorantiam. Agere propter ignorantiam est, quando præcedit ignorantia, & præstat causam actui: ut si quis comedat carnes prima die quadragesimæ, nesciens esse Quadragesimam, propter ignorantiam agit: præcedit enim ista ignorantia actum, quia prius nescit esse tunc Quadragesimam, quam carnes comedat, & etiam præstat causam actui ista ignorantia, quia ideo comedit, quia nescit esse Quadragesimam, & si sciret non comederet. Per ignorantiam agere est ignorantiam comitari actum, & non præcedere, & ista ignorantia non præstat causam actui, cum non præcedat, & ita est de omnibus peccatis, quia in omni peccato eligitur malum, & agitur, & tamen malum sub ratione mali non potest cadere sub electione, quia obiectum voluntatis est bonum, & ipsum est, quod omnia appetunt, ergo oportet, quod eligatur ibi malum sub ratione boni: sed non potest iudicari malum ut bonum, nisi per errorem, vel ignorantiam quandam: ideo in omni peccato est ignorantia, & ita dicit Aristoteles tertio Ethicorum, quod omnis malus est ignorans: ista autem distinctio ignorantia non est in sacra scriptura, neque apud vulgares: nam vulgares non dicunt aliquid per ignorantiam, vel ignoranter factum, nisi quando ignorantia præcedit, & causam præstat actui, & in sacra scriptura etiam non est talis distinctio: quia non dicitur, nisi per ignorantiam agere, & nunquam propter ignorantiam. Et patet, quia Leuit. 4. c. ponitur distinctio peccatorum, & dicuntur quedam facta ignoranter, vel per ignorantiam. Alia autem per superbiam Num. 15. & tamē si accipiat per ignorantiam agere sicut accipit Aristoteles, & vult Nicolaus, non statet distinctio, cum omne peccatum sit factum ignoranter, & per ignorantiam comitantem, vel con-

ueniens

uertentem: ergo non potest accipi per ignorantiam fecisse, nisi quod ignorantiam præcessit, sed si præcessit non causata esse per passionem: quia illa, quæ causatur per passionem est comitans, ergo etiam antequam Iudæi occiderent Christum, non nouerant Christum esse Deum, & consequenter nunquam cognouerunt esse Deum Christum illi, qui mortem eius procurauerunt, sicut asserbat Nicolaus. Tertio patet, quia si acciperetur sic egisset per ignorantiam, nihil plus esset dicere egisset per ignorantiam, quam nihil dicere: cui non est possibile peccare, nisi per ignorantiam comitantem, vel præcedentem. et tunc hoc est inconueniens: quia ex causa expressum est, ergo non accipit sic. Quarto patet, quia beatissimus Petrus voluit alleuiare aliquo modo peccatum Iudæorum, ut haberent maiorem spem de venia, & peniterent, & ad hoc dixit, quod fecerant per ignorantiam, & patet ex modo loquendi Petri ibi. Nam prius ostendit grauitatem facti in seipso dicens, sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis, auctorem verò vitæ interfecistis. Deinde ad consolationem eorum, & remissionem dandam alleuiat peccatum aliquo modo loquens: Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri, & sequitur: poenitetis igitur & conuertimini. quia sic est, quod per ignorantiam occidistis, facite poenitentiam, ut remittantur peccata vestra. Et patet, quia simili modo alleuiat peccatum suum Paulus, & dicit se dignum remissione. 1. Tim. 1. c. 1. Prius sui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci: & tunc si acciperetur egisset per ignorantiam, eo modo, quo accipit Nicolaus, non alleuiaretur peccatum. Sic patet 3. Ethic. quia agere propter ignorantiam, in quibusdam alleuiat autem excusat totaliter: agere autem per ignorantiam, neque alleuiat, neque excusat. Et ratio, quia cum omne peccatum sit cum ignorantia, quæ omnis malus est ignorans, omne peccatum esset excusable, vel alleuiaretur, quod falsum est. Et tunc Petrus posuit eos egisse per ignorantiam ad alleuiandum delictum: ergo præcessit ignorantiam, & nunquam Christum nouerant, etiam ante passionem odij, & istud videtur necessarium tenendum, licet Nicolaus teneat quod dictum est: & alii leuiter attendentes illud putent, quod interdum nos referentes eorum positionem dicimus.

*Probat secundam partem conclusionis superioris, Iudæos nempe, qui Christi mortem procurarunt ignorasse eum fuisse Messiam. Quæstio CCV.*

**SECUNDA** pars conclusionis erat, quod Iudæi, qui mortem Christi tractauerunt, nescierunt eum esse Messiam: Nicolaus autem tenet, quod sciebant eum esse Messiam, & ita dicit alios tenere, & vident ferè omnes rationes superpositæ applicari posse ad hoc, licet non ita efficaciter, sicut ad probandum, quod nesciebant eum esse Deum. Non erat. n. verisimile, quod si scirent illum Messiam vellet illum occidere, quia Messias erat totum bonum, quod Iudæi expectabant: & ideo nemo illorum vellet occidere Messiam: quia per hoc se priuabat toto bono. Secundo, quia cum Messias specialiter mitteret a Deo, si quis mitteret manum in illum scilicet, timere poterat rationabiliter, quod Deus eum deleter statim, & ideo nemo auderet mittere manum in eum. Sed dicendum, quod ista licet sint satis rationabilia: tamen non cogunt sicut cogebant ea, quod inducebantur ad ostendendum, quod non agnouerant Christum esse Deum: quia si scirent Christum esse Deum, sciebant quod ille non poterat occidere, nisi vellet quantum ad humanitatem: & quod per occasionem non impediatur, quin voluntas Dei completeretur, ut supra dictum est. Si autem scirent Iesum esse Messiam, & Deum esse non putarent, crederent quod possent eum occidere, quia erat purus homo. Etiam quod ipse non se posset eripere de manibus eorum: quia licet esset sanctus, non esset potens. Etiam illo occiso crederent, quod obtinerent id, quod volebant. scilicet quod non subtraheretur populus de manibus eorum: quod timebant fieri si Messias diu viueret, & postquam mortuus esset, non timerent eum: quia licet sanctus esset, cum non esset Deus, non poterat facere, quod volebat: & ita si nihil aliud impediret, possent cognoscentes Iesum esse Messiam, tractare mortem eius.

Ad primam istarum duarum rationum dicendum, quod licet Messias esset totum bonum Iudæorum: aliqui Iudæorum vellet eum occidere: quia aliqui erant ita iniqui, & mundani, quod non desiderabant, nisi bona huius seculi. i. diuitias, honorem, potentiam, & voluptates; & tales non expectabant, neque cogitabant de bono, quod per Messiam inducendum erat, & multi tales erant. Unde ad laudem ponit de aliquo, quod expectaret redemptionem, quæ futura erat per Messiam. Sic dicit de Ioseph ab Arimathia ciuitate, quod expectabat & ipse regnum Dei. Mar. 15. & Luc. 23. q. d. aliqui alij, & ipse expectabant regnum Dei. De alijs autem, quod non expectabant regnum Dei. non curabam de illo, sed solum de bonis huius seculi, non est mirum, quod vellet occidere Messiam: potissimum si in aliquo esset contrarius desiderijs eorum: sic erat de principibus sacerdotum, quod desiderabant bona huius seculi, & videbant Christum sibi contrarium: quia putabant propter eius doctrinam, & opera subtrahendum sibi esse principatum, & honorem super populum. Io. 11. Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem: ideo est si aperte agnoscerent eum Messiam, non erat mirandum, quod vellet eum occidere.

Ad secundam dicendum, quod rationabiliter poterat hoc timeri: & tunc passio odij, vel inuidiæ poterat impedire cogitationem istam: sicut & nos scimus, quod peccantes punientur æternaliter: & tamen non desinimus peccare quando passio urget: etiam quia licet verisimile esset, quod mitteret manum in Messiam puniretur a Deo, tamen non erat necessarium, quia aliqui sunt, qui occidunt viros sanctos, & nullam poenam hic a Deo recipiunt.

Sed his non obstantibus dicendum, quod Iudæi qui tractauerunt mortem Christi, non cognoscebant eum esse Messiam, quando tractabant mortem eius, neque unquam ante hoc. Et patet hoc primo ex omnibus rationibus factis circa auctoritatem Petri supra: nam Act. 3. Petrus dixit: scio, quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. ita populus, quæ sunt principes tuerunt ignorantes circa mortem Christi. Et non debet accipi ista ignorantia solum circa eum, ut erat Deus, sed etiam, ut erat Messias: ergo ignorabant eum esse Messiam. Et patet, quia postquam Petrus dicit, scio, quod per ignorantiam fecistis, allegauit auctoritates ad probandum, quod Iesus erat Messias in lege, & prophetis promissus, ergo videtur quod ignorabant adhuc illum esse Messiam, & ita apparet, quod non solum tunc quando mortem tractabant, sed etiam prius ignorabant illum esse Messiam: quia non potest intelligi de ignorantia comitante, sed de præcedente: quia si esset comitans, non oporteret allegari aliquid ad probandum, quia non stare passione, ipsi scirent sicut prius, ut supra dictum est. Secundo, quia dato, quod Iudæi nescirent Iesum esse Deum, scirent tamen eum esse Messiam, esset peccatum eorum grauisimum occidendo eum, & ita non alleuiaretur peccatum per ignorantiam illam: ergo cum Petrus alleuiet illud ibi per ignorantiam, videtur quod neque cognouerunt eum esse Deum neque Messiam. Tertio patet, quod specialiter fuerit ista ignorantia circa esse Messiam: quia postquam Petrus dixit, scio fratres, quod per ignorantiam fecistis vos, sicut & principes vestri, subdit: Deus autem, qui

M m 2 præ-

prænuñciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum impleuit sic, id est, per ignorantiam vestram, quasi dicat, Deus prædixerat Christum suum occidendum: & ideo sic futurum erat, & tamen vos nolereis illum occidere, si agnosceretis, ideo accidit quod per ignorantiam vestram impleta sit propheta, & voluntas Dei. Et tñ dicitur pati Christum suum: sed Christus significat Messiam, ergo ignoranter occiderunt illi Messiam. Quartò patet, quia Christus dixit Luc. 23. cap. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et tamen si scirent esse Messiam eum, quæ occidebant nulla ignorantia eos alleuiaret: ideo nesciebant quis erat ille, quæ occidebant, scilicet, neque sciebant eum esse Deum, neque Messiam.

Ad rationem in cõmentariis, parte affirmatiua.

Suppositis his respondendum est ad opposita, quæ inducebant, quod Iudei agnouerunt Christum. Et dicendum ad primum, quod ibi refertur videre ad opera Christi, & non ad personam Christi, quasi illam agnouerint. Nam dicitur. Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent, nunc autem viderunt, & occiderunt me. i. viderunt opera mea: hoc autem non ostendit, quod eum non agnouerunt, neque ut Deum, neque ut Messiam.

Ad secundum dicendum, quod licet non cognouerint Iudæi Iesum esse Deum, neque Messiam peccauerunt, nimis occidendo eum. Primò, quia iniuste eum occiderunt: peccatum enim non fecerat, neque inuentus fuerat dolus in ore eius. 1. Pet. 2. c. Et sicut coram Deo erat innocens, ita coram hominibus. Nam iudex non inuenit in eo causam ullam penæ. Ioan. 18. Cum ait Pilatus ego nullam causam mortis inuenio in eo: nefas autem est innocentem occidere: ideo peccabant illum occidendo. Sic dixit Petrus ostendens gratuitatem delicti huius. Vos sanctum & iustum negastis, & homicidam petitis donari vobis Actu. 3. cap. Secundò peccauerunt, quia ex iniquo zelo, scilicet, propter inuidiam, & odium cum scirent illum esse bonum, & contrarium operibus eorum malignis, & propter bonitatem illius occiderunt eum timètes, quod propter bonitatem doctrinæ illius subtraheretur ipsis principatus populi, & emolumenta, quæ percipiebant. Sic dicitur Mar. 15. sciebat enim, quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Tertio peccauerunt, quia licet non cognouerint eum esse Messiam, neque Deum, tamen agnoscere potuerunt tam ex scripturis, quam ex factis eius, ut infra dicitur & cognoscere noluerunt, ideo fuerunt in culpa, cum ignorarent ea, quæ conferebant, ignorantia tamen eius, quod confert non excusat, 3. Ethic. & maximè, quia in istam ignorantiam inciderunt ex alia culpa, scilicet, ex odio, & inuidia. Nam si quis animo recto non commoto aliqua passione consideraret facta Christi, & consideraret scripturas, poterat agnoscere, quod ille erat Messias, & Deus. Principes autem Iudeorum erant affecti odio, & inuidia contra ipsum: ideo nihil poterant in bonum interpretari circa ipsum de eo, quod posset verti in dubium, & sic factum est, quod ignorauerint eum esse Deum & Messiam: & quia ista ignorantia prouenit ex delicto, non excusat a peccato, ideo peccauerunt occidendo Christum.

Ad tertium dicendum vno modo, quod concedendum est planè id, quod Hieronymus asserit: quia ex verbis suis non innuitur, quod agnouerunt Iudæi Iesum esse filium Dei, & occiderunt illum: sed quod ista occisio fuit per inuidiam. Non fuit causa mortis ignorantia, sed inuidia. Sic enim Marcus dicit, sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Secundò potest dici, quod per ignorantiam non occiderunt illum, sed per inuidiam: quia licet verè ignorauerint fuit ignorantia voluntaria, quæ scientia computatur, scilicet, quia prouenit ex delicto. i. ex inuidia, & odio.

Nam si non inuidissent verè agnouissent illum filium Dei esse & Messiam: ideo cum ignorantie causam de derit inuidia potius dicitur ex inuidia, quam ex ignorantia eum occidisse. Tertio potest dici, quod agnouerunt eum esse filium Dei, & Messiam, non quidem per certitudinem, & euidentiam, sed secundum quandam opinionem, quæ interdum subintrabat animos eorum, sed non perseverabat: quia leuis erat, ita ut illa opinio magis esset principium dubitandi, & inquirendi, quàm assentiendi, & ita aliquando ex dubitatione, quæ suboriebatur eis, quærebant, ut infra 26. & Mar. 14. dicitur, quod princeps sacerdotum adiurauit Iesum dicens, adiuro te per Deum viuum, ut dicas mihi, si tu es Christus filius Dei. Et tamen non moueruntur ad quærendum hæc, nisi viderent aliqua circa Christum, propter quæ putari posset ipsum esse Christum, & filium Dei: & ista deducere eos in dubium: & quantum ad hoc dicebantur agnouisse eum: quia verè ista notitia fuisset inter eos firmata, & plena nisi inuidia & odium superuenientia impedirent.

Ignorantia voluntaria pro scientia reputatur.

An ex verbis istius parabolæ, scilicet, hic est hæres, venite occidamus eum, probetur quod principes sacerdotum cognouerunt Iesum esse Deum & Messiam. Questio CCVI.

Sed obijciatur, quia ex ista parabola videtur innui, quod agnouerunt principes sacerdotum Iesum esse filium Dei, & Messiam: quia quando ille venit dixerunt hic est hæres: & tamen cuius vinea erat Deus est: ergo hæres eius filius eius est, & per naturam quidem. Nam si loquamur de filio per adoptionem etiam serui, qui misi fuerunt ante illum filij dicitur: quia qui seruiunt Deo filij eius sunt per gratiam adoptionis: & tamen illum solum vocant filium: ergo loquitur de filio secundum naturam, & sic agnouerunt illi Iesum esse filium Dei. Dicendum, quod non agnouerunt eum esse filium Dei, neque ex ista parabola sequitur: quia hic innuitur, quod ex hoc quod agnouerunt, vel dixerunt esse heredem mortium, non poterat mouere illos ad occidendum eum: cum dicitur. 1. Cor. 2. c. si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent: ergo non solum cognitio ista non poterat mouere eos ad occidendum eum, sed etiam quandiu talem cognitionem haberent nunquam mouerentur, ex quacumque alia causa ad eum occidendum, cum dicitur nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Et etiam Nicolaus, qui tenet quod aliqui Iudæi cognouerunt Iesum esse filium Dei, dicit, quod quæ mortem eius tractauerunt, non cognoscebant hoc actualiter, sed ignorabant: quia inuidia & odium fecerant eos ignorare, ergo multominus cognitio ista poterat esse motiuum ad occidendum eum.

Sed dicendum vno modo, quod ex his verbis, scilicet, hic est hæres, non innuitur, quod Iudei per certitudinem agnoscebant Iesum esse filium Dei, sed quod ipse, aut pro tali se gerebat, aut quod aliqui eum talem assererant: & tamen Iudæi non credebant hoc, sed potius contrarium sicut patet, Marc. decimo quarto. ubi summus sacerdos adiurauit Iesum, ut diceret an ipse esset filius Dei: & ille ait, ego sum: Iudæi autem non solum non crediderunt: sed dixerunt esse blasphemiam, & ex hoc magis inclinati fuerunt ad mortem illius, dicentes: blasphemauit, quod adhuc egemus testibus: reus est mortis. Et huic consonat quod dicitur Sapi. 2. quod dixerunt impij circūueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris. Et sequitur: promittit se scientia Dei hære, & filium Dei se nominat. Et sic non assererant isti, quod esset filius Dei.

Dei, sed dicebat quod ille de se hoc iactabat: & ita Iudæi Christo crucifixo dicebant, si filius Dei es, descende de cruce. infra vigesimo septimo capitulo.

Et pater adhuc magis aperte, quod principes sacerdotum & ceteri, qui mortem eius tractauerant, non assererent eum esse filium Dei, vel heredem: sed quod ipse hoc dixerit de se, aut alij de ipso, & pro hoc illud debant ei, eodem cap. scilicet, principes sacerdotum illudentes cum scribis, & senioribus dicebant, si rex Israel est descendat de cruce, & credimus ei: confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult: dixit enim. Quia filius Dei sum. Non ergo vocauerunt eum heredem: sed quia ille se hære dem iactabat, vel assererat. Et tunc stat conuenienter litera, scilicet, quia iste gerebat se pro hærede, licet non esset hæres: neque Iudæi hoc crederent: quia tamen niteretur eis auferre hæreditatem sub tali nomine: ipsi timentes eam de manu sua auferri occiderunt eum. Et tunc verum est, quod motiuum ad occidendum eum fuit, quia erat hæres, id est, quia pro tali se gerebat, licet Iudæi non crederent hoc: & tamen non cognouerunt eum esse filium Dei, quia hoc non moueret eos ad occidendum illum, sed potius moueret ad nihil cogitandum contra eum, ut dicit apostolus. 1. Cor. 2. cap. Secundò potest dici, quod vocatur hic hæres non pro filio Dei, neque pro Messia, aut sancto viro: sed pro eo qui hæreditatem tenet, aut est proximus ad obtinendum eum: eo enim modo principes sacerdotum dixerunt Christum heredem esse, quo de seipsis dixerunt, & nostra erit hæreditas: sed non dicebant, hæreditas nostra erit, nisi in quantum putabant, quod occisio Iesu maneret firmiter populus Iudaicus sub eorum doctrina, & potestate, & exhiberetur eis honor, & emolumenta perciperent a populo: Christum autem heredem vocabant, quia videbant, quod totus populus ad hærebat ei, & in ipsum credebant multi. Ioan. 1. quid facimus, quia homo iste multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et qui ad hærebat Christo, abstraherant a doctrinis principum sacerdotum. Vnde illi videbant, quod si diu Christus viueret, non maneret ipsis vilius honor, neque principatus: sed omnia transferrentur ad alium statum & principatum: & ideo eum vocabant heredem, quasi omnia sibi vniuersaliter applicantem: & credebant principes sacerdotum, quod non poterant aliter prouidere, ut non eriperetur hæreditas de manibus eorum, nisi occidendo illum: ideo tunc stat litera, scilicet, quia ex hoc quod agnouerunt eum heredem esse, isto modo, dixerunt: venite & occidamus eum, & nostra erit hæreditas, id est, si istum occidimus, nemo erit iam, qui de manibus nostris possit tollere principatum: quia neminem putabant futurum, qui plura signa faceret, quam Iesus faciebat, per quæ plus ad se plebem traheret, & illam subtraheret principibus sacerdotum: & ideo maneret firmiter iam populus sub potestate principum, si occiderent Christum: & ideo vocauerunt istum heredem: ceteros autem, qui ante eum venerant vocauerunt feruos: quia propheta prædicauerunt, sed pauca miracula faciebant: & neminem trahebant, ut in eos crederet, & ideo erant quasi ferui, qui non acquirunt sibi sed domino: ita & illi Deo acquirebant paucos, quos poterant: Christus autem omnia sibi applicabat, & in eum credebant multi: & totus mundus crediturus videbatur: ideo eum heredem rectè appellabant. Sic dicitur Io. vndecimo. Hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et Ioannis duodecimo dicitur, quod Pharisæi dixerunt ad femetipsos: ecce nihil proficimus: videtis quia totus mundus post eum abit. Non ergo ostendit hoc, quod principes sacerdotum crediderunt Iesum esse filium Dei, Alph. Toft. super Euang. Matth. Pars V.

neque etiam crediderunt eum esse Messiam, sicut Nicolaus tenet, qui vult quod tam ante tractatum mortis, quam cum tractarent, agnouerunt eum Messiam: sed esse Deum agnouerunt a principio: sed postea superueniente odio, & inuidia cessauit cognitio. Nam manifestum est, quod in morte non credebant eum esse Messiam: quia infra vigesimo septimo capitulo dicitur, quod principes sacerdotum cum scribis illud debant dicentes, si rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei, quasi dicat, nunc non credimus. Nam putabant, quod si rex Israel esset, posset de cruce descendere. de Iesu tamen credebant, quod non posset descendere: & ideo dicebant hæc illudentes: sed Messias est rex Israel: ergo non credebant eum esse Messiam, & sicut tunc non credebant: ita neque vnquam crediderunt illum esse Messiam, sicut supra ostensum est.


In morte Iudæi non credebant Christum esse Messiam.

An per auctoritates veteris testamenti, quæ sunt de Messia poterat per certitudinem inferri, quod Iesus erat Messias. Questio CCVII.

CIRCA illa autem quæ Nicolaus dicit est aduertendum, quod ipse vult & dicit ab aliis præsuppositum, quod Iudæi cognoscebant Iesum esse Messiam, eo quod sciebant auctoritates scripturæ: quæ ponebant signa aduentus, & determinationem temporis. & modum veniendi: & ideo infert, quod simili ratione sciunt eum esse Deum: quia sunt auctoritates multæ ad ostendendum Messiam esse Deum.

Dicendum circa primum, id est, ad hoc quod est Iesum esse Messiam, quod Iudæi non cognouerunt illum. Et licet sint auctoritates de tempore aduentus eius, & de signis adueniendi, & conditione, vel modo veniendi: tamen non cognouerunt eum, eo quod ista non necessario ostendunt, sed probabiliter.

Et causant quandam opinionem: & hoc propter duos. Primò generaliter circa omnes auctoritates sacre scripture, tam legis, quam prophetarum, quæ de Messia loquuntur. Nam variè exponuntur, & sequuntur quidam vnum sensum, alij alium: & ideo quidam dicunt debere intelligi de Messia. Alii dicunt, quod non: ideo extraliter se habentibus, nemo potest inferre aliquam necessariam conclusionem euidentem: & maximè erat tempore aduentus Christi. & ante ipsum: nam nunc omnes auctoritates, quæ de Messia loquuntur, sunt a multis expositæ: & Christusmet illas declarauit apostolicè. Luc. vigesimo quarto. Aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. et eodem capitulo, duobus discipulis euntibus in Emmaus Christus declarauit omnes scripturas, quæ de ipso erant, scilicet, & incipiens a Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur eis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Vnde plures auctoritates iam allegatæ sunt a Christo & apostolis, & deductæ de ipso in sacra scriptura, de quibus necesse est intelligi de Messia, cum ibi asseratur: ideo nos de paucis dubitamus. apud Iudæos autem tunc nulla talis declaratio erat, ideo difficile erat eis intelligere, quæ auctoritates intelligerentur de Messia: & licet de aliquibus esset eis notum, de multis alijs dubitabant. Secundò, quia aliter iudicatur de re antequam cognoscatur, aliter postquam cognoscitur. Nam antequam cognoscatur, oportet probare illam esse ex conditionibus suis, postquam cognita est applicamus ei conditiones suas. Primum est difficile, secundum facile. Ita de Christo est: nam iam constat nobis Iesum esse Messiam, & ideo nihil restat, nisi applicare ei omnia, quæ de Messia dicta erant quæredò, quomodo conueniant ei: & hoc facile est, quia omnia gesta fuerunt iam tam de aduentu, quæ vita, quæ morte, quam resurrectione, & ceteris, & simul conitat eum esse Messiam: quia nihil manet





ei applicandum, de quo non appareat, quod iam illi competiuit. Secus autem erat, quando ipse venit: quia licet conlaret, quæ erant auctoritates sacræ scripturæ, quæ de eo loquebantur: quod tamē falsum est: tamen non poterat veritas omnium simul cognosci: nam quando viuēbat, poterat constare de quibusdam, quæ pertinerent ad vitam eius, sed non de omnibus quousque cessaret viuere, & non poterat constare de his, quæ pertinebant ad mortem & resurrectionem eius, & de his, quæ secutura erant in discipulis eius: quæ omnia pertinebant ad Messiam: & ideo nemo poterat tunc cognoscere vera esse de Christo omnia, quæ ad Messiam pertinebant: & consequenter, neque poterat inferre necessario, & euidenter ex dictis sacræ scripturæ eum esse Messiam: quia cognitis quibusdam conditionibus eius, & non omnibus, non inferretur conuenienter eum esse Messiam: quia aliquis, qui nō esset Messias posset conuenire cum Messia in quibusdam conditionibus, sed nemo in omnibus: ideo viuente Christo nemo cognoscere poterat sufficiens, & euidenter ex solis sacræ scripturis eum esse Messiam. Tertio in speciali quantum ad applicationem aliquarum auctoritatum, quæ videntur esse notiores accipiatur auctoritas de hebdomadibus, quæ ostendit aduentum Christi: adhuc non colligitur ex illa tāta præcilio, quin maneat aliquanta dubitatio, & idem de alia, scilicet, non auferetur sceptrum de Iuda. quia dubium videtur quomodo, aut quando ablatum est sceptrum propter varium modum dominandi circa temporauitatis Christi: ita ut etiam nobis, nunc post omnia illa facta, & confito quod Iesus sit Messias, sit difficile ostendere, quod non fuit ablatum sceptrum de Iuda quousque Christus natus est, vt latè dictum est. supra secundo capitulo, quæstione vltima, & circa principium. capitulo eiusdem. Quarto, quia dato quod poneremus illa cum præcisione, scilicet, vt ex scriptura sciretur dies natiuitatis Messia, antequam esset, quod non est verum: adhuc nesciebatur quis esset: quia multi eodem die nati sunt inter Iudæos, & in eodem loco, scilicet, in Bethlehem, & in finibus eius: & ideo ex hoc non haberetur certitudo aliqua quousque omnia, quæ ad messiam pertinebant colligerentur, & viderentur, quod omnia illa conueniebant Iesu: & idem de quibuslibet alijs auctoritatibus, & conditionibus eius, & de modo veniendi, scilicet, quod superasnam venturus esset, & an semel, vel pluries, vel semper super asinam veniret. Quod autem aliquando super asinam veniret satis leuē signum erat, quia multi super asinas equitantes introbant in Ierusalem, & per diuersa loca Iudæorum. Quinto, quia etiam circa ipsa signa aduentus Christi, quæ non sufficienter ostendebant a priori, adhuc ipse reddidit ea minus significantia. Nam signum de tempore aduentus, & loco natiuitatis simul sumpta faciebant aliquantulum ostensionem, & hanc Christum abstulit. Talem enim se constituit, quod non putaretur a Iudæis natus in loco, in quo Messias nasciturus esset. Nam ille nasciturus erat in Bethlehem. supra secundo capitulo. et ira natus est eodem capitulo. sed statim translatus est inde in Nazareth, & mansit ibi semper cum Ioseph, & Maria matre sua. Luc. secundo, & supra secundo. & ita omnes Iudæi putabāt eum Nazarenum, & non Bethlehemitem. Vnde sic eum semper vocaberunt, & nunquam Bethlehemitem: & ista fuit magna occasio, quare Iudæi non credebant in eum: quia non solum non credebant eum esse Messiam: sed videbatur inferri ex hoc, quod impossibile erat eum esse Messiam. Et patet Ioan. septimo. vbi turbæ contentebant inter se de eo. Nam quibusdam dicentibus eum esse Messiam propter signa magna, scilicet, Christi

Et latè de hoc disputat. Gen. 49.

flus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Alij dicebant, quod esse non poterat: quia erat Nazarenus, & non de Bethlehem, scilicet, quidam dicebant: Nunquid a Galilæa Christus venit? Nonne scriptura dicit, quod ex semine David, et de Bethlehem castello, vbi erat David venit Christus? quasi dicat, iste non venit de Bethlehem, sed de Nazareth Galilæe. Et eodem modo arguebant Pharisei ostendendo, quod non erat Messias Iesus. Nicodemus enim vnus de Pharisæis fovebat partem Christi: et dixerunt ei ceteri Pharisæi: Nūquid & tu Galilæus es? id est, foves opinionem Galilæi, putando quod ille sit Messias. Et sequitur: scrutare et vide: quia propheta a Galilæa non surgit, id est, Messias non potest natus esse de Galilæa, sicut ille natus est, & ita non colligebatur ex his auctoritatibus, quæ de ipso erant eum esse Messiam.

Dicendum igitur, quod ex auctoritatibus, quæ sunt de Messia, nemo poterat per certitudinem inferre, quod Iesus erat Messias, quando ipse viuēbat, sed præbebatur aliqua suspitio ad aliquantulum putandum, quod ille erat Messias: quia nunquam venerat aliquis, cui tantum concordaret scriptura de Messia, quantum illi concordabat. Et potissimè, quia nemo vnquam talia opera fecerat: et istud erat maximum argumentum, quod Christus sumebat contra Iudæos. Ioan. 15. Si non venissem, & opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.

Ad quid profuerunt signa data de aduentu Messia, si per ea non cognoscebatur Messias per certitudinem. Quæst. CCVIII.

SED quæretur, ad quid ergo profuerunt signa data de aduentu Messia, & de cæteris, quæ ad eum pertinebant, si per ea non cognoscebatur Messias per certitudinem. Dicendum, quod proderant. Primo ad dandam aliqualem notitiam, licet non plenam certitudinem: & ex ista aliqua notitia mouerentur homines ad sollicitius inuestigandum, & Deus illustraret corda eorum, vt agnoscerent Messiam, & crederent in eum: quod non fieret non existentibus aliquibus signis. Nam prorsus videretur irrationabile credere potius hunc, quam illum esse Messiam.

Secundo proderant ad sciendum, quis non erat Messias. Nam sunt duo modi cognoscendi de re: vnus quid illa est, alius quid illa non est, & vterque est utilis: minor tamen est cognoscere quid non est, & est facilius habere istum modum quàm alium. Vnde de Deo in præfenti non possumus cognoscere clare quid: cognoscimus autem clarè, quid non est: et ita circa Messiam per illa signa sufficienter cognoscebatur, quis non erat Messias: quia quicumque esset, cui deesset aliquid de illis, quæ de Messia dicuntur, non erat Messias: & hoc valde proderat ad non errandum circa singulos. Nam si nulla signa essent Messia, vel putarem quousque libet esse Messiam, vel nullum: & ita multum profuerunt signa illa, & ita signa ista, licet non ostendant euidenter de aliquo, quod sit Messias, ostendunt saltem quod esse possit, et quod non repugnet sibi esse Messiam: sicut per eadem signa de alijs probatur, quod non possint esse Messias.

Quare

Quare Deus dedit talia signa, per quæ non poterat cognosci euidenter Christum esse Messiam. Quæstio CCIX.

SED quæretur, cum Deus potuisset in scriptura talia signa dare, per quæ euidenter, & sine errore cognosceretur Messias, quare dedit talia, per quæ non poterat cognosci euidenter.

Dicendum, quod fuit: primo ad securitatem Christi quamdiu erat paruulus: nam existente adhuc illa dubitatione circa personam Messia, quis ille esset, quæsiuit eum Herodes ad occidendum, & occidit innocentes propter eum. supra 2. cap. quantomagis si persona sua esset nota omnino ageret Herodes ad occidendum, & in toto orbe persequeretur eum? & non posset euadere, nisi per miraculum. Et hoc erat inconueniens, quia tunc non prædicasset pacificè tanto tempore in Iudæa, neque fecisset ea, quæ fecit aggregando sibi Apostolos, & ferè totus modus vitæ Christi esset alius, quàm fuit: ideo debuit ignota esse persona Christi Messia, ita vt non cognosceretur euidenter quis ille esset quamdiu viueret. Secundo fuit propter meritum fidei: quia Deus vult per fidem iustificare corda nostra. Act. 10. fide purificans corda eorum, & ista est fides circa redemptorem nostrum, per quem est salus: & tamen si essent signa, quæ euidenter, & ex necessitate sine vilo errore ostenderent quis esset Messias, nullum esset meritum fidei, cum esset demonstratio: ideo fuit conueniens, quod non essent talia signa, sed leuiora. Tertio fuit propter salutem nostram procurandam eo modo, quo Deus instituerat: ipse enim decreuerat saluare genus humanum per sanguinem Messia. Si autem Messias esset hominibus manifestus, nemo auferret in illum mittere manum, & si quidam ex superabundanti iniquitate hoc niterentur, coeteri qui eum agnoscerent non permitterent. Et ita non posset mori pro nobis ad salutem: ideo debuit esse aliquantulum ignotus, ita vt occidi posset. Sic dixit Petrus Act. 3. cap. Et nunc scio fratres, quod per ignorantiam feceritis, sicut principes vestros, scilicet, occidendo Christum. Et sequitur: Deus autem, qui prænuñciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic, id est, prænuñciauit, quod occidendus esset, & impleuit sic, scilicet, per ignorantiam vestram, de qua sermo præcesserat: quasi dicat: non potuerat aliter impleri quod prænuñciatum erat.

Quare Deus fecit, vt Messias non esset penitus ignotus, nec totaliter manifestus: & quomodo tempore suo ab alijs quibus fuit cognitus, & ab alijs ignotus. Quæstio CCX.

SED considerandum, quod Deus prudentissimè inter hæc temperauit. Nam non fuit tam ignotus Messias, vt penitus ignoraretur, & a nullo cognosci posset, & vt occiderent eum, & non recipientes manerent inculpabiles. Neque fuit tam manifeste notus, vt hostes posset eum determinatè persequi, non dubitando de persona eius, & vt tolleretur locus fidei, & sacramentis salutis nostræ per eum consummandis. Sed signa fuerunt media inter vtrumque. Nam aliquantulum ostendebant Messiam: & ideo, qui illa diligenter attendere vellet, cauērent sibi quandam opinionem, quod ille esset Messias, licet non esset ita omnino ceria, sed ex hac habebatur locus ad magis inquirendum, & credendum id, quod signa euidenter non ostendebant, & crederent, qui vellet: qui autem nollent credere, non haberēt necessariam ostensionem, quod ille erat Messias: & ita per igno-

rantiam quandam possent illum occidere: si autem signa nulla essent, neque fides locum haberet, nec cognosci aliquatenus Messias posset. Modus autē quo Messias cognitus fuit ab aliquibus tempore suo fuit: quia erant aliqua signa, quæ homines mouere poterant aliquid ad suspicandum de eo, quod esset Messias, & ad inquirendum hoc efficiacius: istud autem erat, quia ille natus fuit tempore, quo propheta prædixerat, & in illo loco, licet istud esset multis ignotum, qui putabant eum esse de Nazareth. Et quod efficacius his erat, quia ille faciebat talia signa, qualia nunquam vllus fecerat, neque credebatur facturus: Ioan. 7. cum dixerunt turbæ: Christus cum venerit nunquid maiora signa faciet, quàm quæ hic facit? & tamen putabant omnes Iudæi, quod Messias futurus erat excellentior in operibus omnibus alijs hominibus: & istud maximè mouebat: Et etiam Christus istud ponebat pro maximo motiuo ad credendum de ipso, quod erat Messias. Ioan. 15. cap. Si non venissem, & non fecissem in eis opera, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Cum autem ex his haberent aliqui bonum animum ad Christum sine passione odij, & inuidiæ cupientes scire, an ille esset Messias, infundebat Deus cordibus eorum fidem de illo, per quam firmiter credebant illum esse Messiam habentes talem certitudinem, qualem si demonstratum esset, & quia non potuerant istam certitudinem habere ex signis traditis in Sacra Scriptura, & assentes inspirationi interiori, sed fidem eis datam merentur credendo illum esse Messiam, & non merentur si sine fide fieret demonstratio: & ita sine reuelatione diuina a nullo potuit cognosci, quod Iesus esset Messias: quia ista infusio fidei erat reuelatio cū a Deo solo fieret, & quæcumque alia signa, siue ex auctoritatibus Sacra Scripturæ, siue miracula, quæ faciebat non sufficienter ad ostendendum euidenter, & per certitudinem eum esse Messiam. De signis, id est, auctoritatibus scripturæ iam ostensum est. De miraculis verò patet: quia licet hoc faceret quandam probabilitatem: non faciebat tamen certam ostensionem. Nam Apostoli Christi fecerunt maiora miracula, quàm Christus Ioan. 14. Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio faciet, & maiora horum faciet. Et tamen nemo Apostolorū erat Messias. Sola igitur reuelatio certificabat Iesum esse Messiam, & erat necessaria, quia sine ea alia non certificabant: ideo quibus reuelatum est Iesum esse Messiam agnouerunt illum: quibus verò nō fuit reuelatum, non potuerunt agnoscere. Et ista est veritas, quam ponit Apostolus 1. Corinth. 2. cap. scilicet: Loquimur sapientiam Dei, quæ abscondita est in mysterio, quam nemo principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloria crucifixissent: vobis autem reuelauit Deus per Spiritum Sanctum suum, scilicet, loquimur de Christo, qui est sapientia Dei, & virtus eius, quam sapientiam nemo principum huius sæculi, id est, principum sacerdotum agnouerunt: & dat probationem, quia si cognouissent, nunquam crucifixissent regem gloriæ. Et sequitur vobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: quasi dicat: quia vobis reuelauit, vos cognouistis: illis autem non reuelauit, ideo non potuerunt cognoscere, cum esset abscondita in mysterio. Modus autem quo principes sacerdotum, Pharisæi, seniores, scribæ non cognouerunt Iesum esse Messiam, & occiderunt illum, fuit quia ex auctoritatibus Sacra Scripturæ, & signis in ea traditis non conuincebatur euidenter, & necessario Iesum esse Messiam, vt ostensum est. Etiam miracula, quæ fecit non probabant hoc necessariò, licet faciebant quandam

Miracula Christi, & scripturæ non euidenter ostendebant Iesum esse Messiam & cur.

Quo principes sacerdotum, & Pharisæi, & ceteri nō cognouerunt Iesum esse Messiam.

diam probabilitatem : & tamen ex ista probabilitate poterant ipsi applicare animum suum sine vlla passione, cum bono desiderio ad inquirendum, an Iesus esset Messias, & tunc Deus infunderet eis fidem, per quam firmiter crederent Iesum esse Messiam. Et hoc erat, quod illis reuelaret: culpam tamen principum sacerdotum, & coeterorum fuit, quod visis magnalibus, quae Christus faciebat, statim inuiderunt ei, quia populus deferbat ei maiorem honorem, quam illis, & quia subtraheretur eis multum de honore pristino, & emolumentis consuetis: etiam oderunt eum, & persequi inceperunt tum propter praedicta: tum quia ille denudabat peccata illorum coram plebe, & arguebat illos valde, vt patet infra 23. cap. vbi saepe dicit illis va: & tunc possessi ab istis duabus passionibus, non solum non dederunt animum suum ad inquirendum, an ille esset Messias, sed potius studebant ad obuiandum illi, vt ostenderent eum non esse Messiam, & arguerent asserentes hoc, & impedirent doctrinam, & miracula eius, ne per haec credi posset Messias: & ideo etiam si certa cognitio posset haberi ex auctoritatibus Sacrae Scripturae, inquirendo diligenter in eis, iam isti non possent cognoscere Iesum ex scriptura, quia quaecunque essent aliquantulum obicura, vel non omnino manifesta, interpretarentur semper in malum: quantum magis, quia ex scriptura non poterat haberi ista certitudo, sed necesse erat expectari reuelationem: eis autem, quia indignos se fecerant repellendo a se notitiam, quam habere poterant, non dignatus est Deus reuelare infundendo si Iesum, & quia non poterat alio modo per certitudinem Christi cognosci, nisi ex reuelatione, necesse fuit, quod principes sacerdotum scribae, feniores, & Pharisei non cognoscerent illum: & ita non cognoscentes occiderunt: quoniam si cognouissent nunquam regem gloriae crucifixissent, neque cogitassent nocere illi, vt dicitur. 1. Corinth. 2. cap. Et non est, vt aliqui simplices putant, scilicet, quod principes sacerdotum agnouerunt Iesum esse Messiam: & tamen vt nocerent ei, quem oderant, fingebant se non agnoscere asserentes non esse Messiam, sed in veritate ignorauerunt, certe credentes quod ille non esset Messias. Ex quo sequitur, quod licet principes sacerdotum, & coeteri peccauerunt valde in morte Christi, scilicet, in tribus, vt dictum est supra, tamen adhuc aliquantulum fuit alleuiatum peccatum eorum per ignorantiam: nullam autem haberent excusationem, neque alleuiationem si manifeste agnoscentes Iesum esse Messiam occidissent illum. Sic enim Petrus excusat aliquantulum, & alleuiat peccatum ipsorum, vt det illis spem remissionis, dicens Actuum 3. Et nunc scio fratres, quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri, id est, etiam principes vestri fecerunt per ignorantiam, Et sequitur: Poenitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur vestra peccata, id est, quia sic est, quod per ignorantiam fecistis, poenitemini, & remittetur vobis: quasi dicat: non ita facilliter remitteretur si scientes egissetis: quia forte non daret vobis Deus ita prompte spiritum compunctionis.

An Deus reuelauerit, & reuelat semper Iudaeis, & Gentilibus, & quibuscunque infidelibus, qui non ponunt obicem, quod Iesus est Messias. Quast. CCXI.

DICENDVM etiam occasione praecedenti, quod Deus reuelabat omnibus, qui non ponebant obicem, & audiebant verba Christi, vel discipulorum eius, quod ipse esset Messias infundendo fidem

in cor eius. Et patet hoc, quia, vt dictum est, non poterat Christus agnosci, nisi per reuelationem: cognitio autem illius est de necessitate salutis, cum sine fide mediatoris non possit aliquis saluari: & tamen non est in potestate nostra fieri reuelationem nobis cum reuelatio fiat a Deo: ideo videtur, quod non possemus saluari, sed necessario damnaretur, qui damnaretur, scilicet, quia non posset credere cum non reuelaretur ei: ideo oportet dici, quod licet non sit in potestate nostra fieri nobis reuelationem: tamen Deus est dispositus omni tempore reuelare ei, qui non ponit obicem ad recipiendum: & ita dicimus de conuersione ad Deum: non enim potest quis saluari sine gratia, & gratia a Deo solo est: postquam autem est quis in peccato mortali perdit gratiam, & non potest iam saluari, nisi recuperet gratiam perditam, quam nemo potest restituere, nisi Deus: possumus tamen quacunque hora conuerti ad Deum, & est hoc in arbitrio nostro, scilicet, quia licet nos non efficiamus gratiam, Deus est praesto omni hora, & instanti infundere illam nobis, facientibus nobis quod est in nobis, & ipse quoque semper pulsat praeniendo, vt faciamus, quod in nobis est: & ita tunc ipse infundit habitum gratiae gratum facientis. Sic enim est de infusione fidei, & reuelatione Messiae nunc, & tunc: quia tunc omnibus audientibus verba Christi, vel discipulorum eius, si non ponebant obicem, sed bono animo se habebant ad volendum scire, an ille erat Messias, vel non: reuelabat Deus Iesum esse Messiam dando fidem in cordibus eorum: & hoc erat, quod caderet Spiritus Sanctus super omnes audientes verbum. Actuum 10. cap. sic enim ibi coecidit super omnes, quibus praedicabat Petrus, & purificati sunt per fidem. Et hoc est, quod dicitur. 1. Corinth. 3. cap. scilicet: vobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, id est, reuelauit Iesum esse Messiam per Spiritum Sanctum, scilicet, ex gratia, vel dono, quod Spiritui Sancto attribuitur. Nunc etiam sic fit: quia quisquis ille sit apud quascunque gentes, vel regiones sit, qui nondum credens applicat animum suum ad volendum scire, quae sunt illa, per quae poterit salutem animae obrinere, Deus reuelat illi ostendendo manifeste, quid credere, & agere debeat, vel deducendo eum ad talem locum, vel personas vbi ea, quae sunt necessaria ad salutem addiscat. Sicut patet Actuum 10. cap. de Cornelio, qui vir gentilis erat manens in oratione, & elemosynis, vt Deus ei ostenderet viam bonam, & misit ad eum angelum suum, qui dixit ei, quod mitteret in Ioppen, & adduceret inde Petrum, & faceret quaecunque ille doceret: & ita credidit ipse, & multi alij. eodem capitulo.

An per scripturas seu per miracula cognouerunt principes sacerdotum Iesum esse Deum. Et an eorum peccatum alleuietur per ignorantiam. Quast. CCXII.

SECUNDVM erat circa id, quod dixit Nicolaus, scilicet, quod principes sacerdotum cognouerunt aliquando Iesum esse Deum. Et dicendum, quod non stat, neque valent rationes suae, scilicet, quod erant auctoritates Sacrae Scripturae, ex quibus ostendatur Messiam esse Deum. Et primo, quia suppositum Nicolai est falsum, scilicet, principes sacerdotum cognoscebant Iesum esse Messiam: & tamen ita clare probant auctoritates scripturae eum esse Deum sicut Messiam: ergo cognoscebant eum esse Deum: nam non cognouerunt eum esse Messiam, vt ostensum est supra: ergo neque cognouerunt eum esse Deum. Secundo, quia ex auctoritatibus non sumitur

is non est tur sufficiens argumentum: nam licet in veritate auctoritates scripturae significant eum esse Deum, tamen erant obscurae apud Iudaeos, & variè exponebantur, ita vt non constaret ex illis Messiam esse Deum, sicut patet de illa auctoritate Psal. 109. scilicet: Dixit dominus domino meo. Nam ex illa ostenditur, quod Messias est filius Dei, & ita per illum probauit Christus contra Phariseos sequenti capitulo, quergentes de Christo cuius filius esset, & cum illi dicerent, quod erat filius Dauid, ipse ostendit ex illa auctoritate, quod erat filius Dei, & dominus Dauid. eodem capitulo, & Marc. 12. & Lucae 20. & tamen tam obscure dicit hoc illa auctoritas, quod neque etiam nos, qui hoc credimus sciremus sic intelligi, nisi Christus iam sic exponendum docuisset. Tertio, quia non est aequale de Messia, & Deo: quia licet ex scripturis concederent Iudaei Iesum esse Messiam: tamen adhuc non concederent eum esse Deum, quia difficile est eis intelligere, aut concedere, quod aliquis homo sit Deus: vnde etiam vsque hodie hanc opinionem tenent, licet quotidie scripturas suas legant, in quibus putant se vitam aeternam habere, vt dicitur Ioan. 5. tamen Messiam, quem expectant non creditur futurum esse Deum, sed hominem iustum. Quarto, quia neque etiam ex miraculis hoc potest probari. Nam licet Christus fecit miracula, non patet ex hoc eum esse Deum: quia etiam aliqui prophetae veteris testamenti fecerunt miracula, sicut Elias, & Eliseus. Nam Elias suscitauit mortuum. 3. Reg. 17. cap. Eliseus autem duos mortuos suscitauit. 4. Reg. 4. & 13. capitulo, & alia multa fecit. Si autem dicas, quod licet fecerunt miracula, tamen non fecerunt tot, & tam magna, sicut Christus: ideo Christus erat Deus, & hoc etiam Christus, videtur innuere Ioan. 15. dicens: Si non venissem, & non fecissem opera in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent.

Miracula quae Christus fecit, non probant eum esse Deum.

Dicendum, quod etiam hoc non sufficit, quia Apostoli, & discipuli Christi fecerunt maiora miracula, quam Christus Ioan. 14. scilicet: Qui credidit in me opera, quae ego facio, ipse faciet, & maiora horum faciet: tamen nemo Apostolorum erat Deus, sed sequitur, quod per quemlibet illorum operabatur Deus: & ita licet Christus faceret maiora, & plura miracula, quam prophetae veteris testamenti, non sequebatur ex hoc, quod Deus erat: sed quod Deus operabatur per illum plura, quam per alios. Sed adhuc dicitur, quod Christus differebat in modo operandi a patribus veteris testamenti, & ab Apostolis, quia omnes isti sub inuocatione nominis alieni miracula faciebant: Christus autem non inuocabat quemquam, sed quasi ex virtute sua operabatur.

Dicendum, quod etiam istud non sufficit: nam licet communiter sic fieret: tamen interdum Christus ad faciendum miracula petebat se exaudiri a patre, & plorabat, vt Ioan. 11. quando suscitauit Lazarum: & quando saturauit turbas leuauit manus ad caelum: Ioan. 6. & Apostoli, & Discipuli, & Patres veteris testamenti, interorum sine oratione, & inuocatione aliqua faciebant miracula. Patet de Apostolis: nam Iudaei ponebant aegros in plateis, vt transeunte Petro umbra eius obumbraret quemquam eorum, & sanaretur, & sanabantur omnes, qui obumbrabantur: Actuum quinto capitulo: Et tamen ibi Petrus, nihil inuocabat: imò interdum eo non aduertente sanaretur aliquis. De patribus veteris testamenti patet: quia quando mortuus eiectus est in sepulchrum Elisei: mox vt cadaver mortui tetigit ossa Elisei, surrexit homo, & stetit super pedes suos. quarto Regum decimo tertio: ergo neque etiam ex modo faciendi miracula constabat hoc.

Est in arbitrio nostro conuerti ad Deum quacunque hora.

Maior excellencia Christi ostendebatur in miraculis, quae ipse faciebat non in miraculis, quae alij faciebant in nomine eius, ostendebant eum habere virtutem diuinam, quia inuocato nomine eius statim fiebant miracula.

Dicendum, quod verum est, quod in modo faciendi miracula Christus excedebat valde omnes patres tamen noui, quam veteris testamenti: & tamen non erat sufficiens probatio haec ad ostendendum, quod erat Deus. Sed dicendum, quod quantum ad miracula maiora excellentia ostendebatur Christi in illis miraculis, quae alij faciebant in nomine eius, quam in illis, quae ipse faciebat. Nam ea, quae ipse faciebat non ostendebant eum necessariò esse Deum cum posset Deus operari per illum, sicut operatur per prophetas, & alios homines: ea verò, quae alij faciebant in nomine eius, ostendebant eum habere virtutem diuinam, quia inuocato nomine eius statim fiebant miracula. Hoc autem non factum est vnquam in nomine alicuius alterius. Et tamen in nomine Christi faciebant Apostoli, & discipuli omnia miracula: Mar. 16. in nomine meo daemonia eijcient. Et ita Petrus, & Ioannes sanauerunt claudum ex vtero. Actuum tertio capitulo: & tanta erat virtus nominis Christi, quod non solum illi, qui sequebantur eum, sed etiam alieni, qui non sequebantur eum inuocato nomine eius faciebant miracula. Sic patet Luc. 9. vbi Ioannes frater Iacobi dixit Christo: praeceptor vidimus quendam in nomine tuo eijcientem daemonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur te nobiscum. Et Christus dixit nolite eum prohibere. Vnus autem solus modus erat, per quem Christus ex miraculis poterat se probare esse Deum, vt si diceret ego sum Deus: & ad hoc probandum subijceret miraculum dicens, vt credatis hoc videte miraculum. Nam miraculum est operatio diuina, & Deus non est testis falsitatis: ideo si ad probationem alicuius rei induceretur miraculum, manifestum esset rem illam esse veram. Sic enim dabat Deus Iudaeis modum probandi dicta prophetarum esse vera, Deutero. 17. & 17. capit. Et hoc modo discipuli Christi post mortem eius probabant necessariò Christum esse Deum. Nam asseriebant Christum esse Deum, & ad probationem illius subijciebant miracula. Mar. 16. capit. scilicet: illi autem profecti praedicauerunt vbique: domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Et ita apparet, quod neque per scripturas, neque per miracula agnouerunt principes sacerdotum Iesum esse Deum: & ideo occidendo eum non fuerunt tam culpabiles, sicut si cognouissent. Et ita inducit Petrus ignorantiam istam ad alleuiationem peccati eorum: Actuum tertio, & supra ostensum est. Sed obijcietur, quod principes sacerdotum, & coeteri, qui in morte Christi aliquid egerunt, aut saltem consenserunt: non alleuiantur aliquantulum per ignorantiam: quia dicitur Ioan. 10. quod dixerunt Pharisei Christo nunquid, & nos caeci sumus? Et Christus dixit eis, si ceci essetis non haberetis peccatum: nunc verò, quia dicitis videmus, peccatum vestrum manet: ergo non excusatur. Secundò patet, quia Ioan. 15. cap. dixit Christus: si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberet: nunc autem excusationem non habent de peccato suo: ergo nullo modo excusantur de peccato.

Dicendum, q principes sacerdotum peccauerunt in morte Christi: & tamen alleuiatur peccatum eorum licet non excusatur, scilicet, minus iudicatur, quam esset si agnouissent Christum esse Deum, aut esse Messiam, vt inducit Petrus Actuum 3. cap.

Ad primum in contrarium dicendum, quod verè Pharisei caeci erant: quia lumen veritatis non videbant, id est, non agnoscebant Christum, & non ortus est eis sol iustitiae de quo Malachiae vltimo: vobis timentibus nomen meum oriatur, sol iustitiae. Et ita Christi vocat eos caecos. infra vigesimotertio, scilicet: Phari-

Pharisææ cœce munda prius quod intus est. Et ducos cœcos sæpe eos ibi vocat: ipsi tamen ex superbia dicebant se non esse cœcos, quali veritatem agnoscerent: & tamen ex illa superbia veritatem agnoscere nolentibus se subijcere Christo, à quo illuminarentur: ideo dixit eis Christus: Si cœci essetis, non haberetis peccatum, idest, si non agnosceretis me, neque agnosceretis vobis locus datus esset, & ita essetis penitus cœci, non haberetis peccatum: & tamen, quia dicitis videmus, idest, quia habetis locum videndi, & non vultis videre: & ex superbia dicitis vos videntes, manet peccatum vestrum, idest, peccatis. Et ita esset si Christus non venisset, non haberent locum agnosceret illum, & consequenter ex ignorantia eius cœci essent: sed quia non possent agnoscere eum, quoniam nemo prædicauerat, manerent cœci, & non peccarent. Nunc verò, quia venit, & eum intelligere noluerunt, cœci sunt, & peccant, & peccatum eorum augetur: quia cœci existentes dicunt se videre, & eos, qui in Christum credebant dicebant esse cœcos.

Ad secundum dicendum, quòd si Christus non venisset, & non locutus fuisset principibus sacerdotum, non haberent peccatum aliquod de hoc, quòd eum non recipiebant, licet multa alia peccata habe-

rent. Nunc autem, scilicet, quia ego veni, & locutus fui eis, excusationem non habent de peccato suo, scilicet, de peccato, quod fecerunt non recipiendo me, & credendo in me, & rectè dicitur, quòd non habent excusationem, habent tamen alleuiationem: excusatio enim est quando tollitur peccatum omnino, ita quòd id, quod erat peccatum, indicatur non esse peccatum: alleuatio autem est quando peccatum semper manet peccatum: & tamen non indicatur tam graue sicut aliàs. Et ita nunc verum est, quòd peccatum Iudæorum in non recipiendo Christum, & in occidendo eum non excusatur: quia imputatur eis, & puniuntur pro illo. Nam si peccatum non esset, non oporteret conuerti, & poenitere de illo: & tamen Petrus suadet conuerti, & poenitere Actuum tertio capitulo: alleuiatur tamen, quia minus graue iudicatur, quàm si scientes eum Messiam, vel Deum noluisent recipere, & occidissent. Et hoc patet, quia post ibidem ad consolandum Iudæos, & dandum spem de remissione ait: & nunc fratres scio, quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri: poenitemini igitur, & conuertimini: ergo alleuiari peccatum aliquantulum ostendit. Et ita patet qualiter Iudæi se habuerunt in agnoscendo Iesum esse Deum, vel Messiam.

Excusatio,  
& alleuatio  
quid sit  
ibi velint.

F I N I S.

R E G E S T V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z:

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

Omnes sunt Quaterniones; Præter Mm. Qui est Ternio.

Ex Tipographia Rampazetana.